

ANDREAE

VESALII

BRVXELLENSIS,

INVICTISSIMI CAROLI V. IMP.

MEDICI,

DE HVMANI CORPORIS FABRICA

LIBRI SEPTEM.

Cum Indice rerum & uerborum memorabilium locupletißimo.



K. 8; K. 894-

VENETIIS,

Apud Franciſcum Franciſcium Senenſem, & Ioannem Criegher Germanum.

M D LXVIII.

Da Da Liv.ria da Congregação do Orat.o de Lisboa

4. 4. 396



VESALII
BRUXELLENSIS
DE HUMANI CORPORIS FABRICA
LIBRI SEPTEM.

AD DIVVM CAROLVM QVINTVM, MAXIMVM, INVICTISSIMVM QVE IMPERATOREM, ANDREAE VESALII IN SVOS DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBROS, PRAEFATIO.



TCVNQVE uaria in artibus ſcientijsq; tractandis grauiter obſtent, quo minus accuratè perdiſcantur, minusq; fœliciter in uſum ſuccedant, Carole clementiſsime Cæſar, tamen haud mediocre diſpendium quoque adferre arbitror, nimium diductam diſciplinarum, quæ uni cuipiam arti abſoluendæ famulantur, diuiſionem: & multo adhuc magis eius artis exercitiorum adeò moroſam ad diuerſos artifices diſtributionem, ut qui artis ſcopum ſibi præfixerunt, unam eius partem ita complexentur, ut cæteris, quæ ipſum maximopere ſpectant, & ab illo ſeiungi nequeunt, relictis, nihil unquam egregium præſtent, ac propoſitum finem nunquam attingentes, a uera artis conſtitutione perpetuò declinent. Nam, ut cæteras quidem ſilentio præteream, & de ea quæ ſanitati hominum præficitur, aliquantiſper ſermonem inſtituam, profectò in hac, reliquarum omnium quas hominis ingenium adinuenit, longè commodiſsima, & in primis neceſſaria, perdifficiliq;, ac operoſa, nihil peſtilentius irrepere potuiſſet, quàm quòd aliquando, & præcipuè poſt Gotthorum illuuiem, Mãſoremq; Bocharæ in Perſia regem (ſub quo Arabes nobis adhuc cum Græcis meritò familiares uigebant) medicina eouſque lacerari cœperit, quòd primarium eius inſtrumentum, manus operam in curãdo adhibens, ita neglectum ſit, ut ad plebeios, ac diſciplinis medicæ arti ſubſeruientibus neutiquam inſtructos, id quaſi uideatur eſſe demandatum. Quamuis enim tres medicorũ ſectæ olim extiterint, Logica uidelicet, Empirica, & Methodica, nihilominus tamen illarum autores, uniuerſæ artis ſcopum, ad conſeruandam ſanitatem, morbosq; profligandos direxerũt. deinde huc omnia, quæ ſinguli in ſuis ſectis arti neceſſaria exiſtimabant, referentes, triplici auxiliorum inſtrumento utebantur: quorum primum, uictus fuit ratio: ſecundum, omnis medicaminum uſus: tertium, manus opera, quæ uel præcæteris medicinam eſſe deficientium additionem, & ſuperfluorũ ablationem, elegantèr oſtendit, ac nunquam non ſui uſum in affectuum curatione præbet, quoties in re medica obimus, quorum beneficio hanc generi humano ſaluberrimam eſſe, tempora uſusq; docuerunt. Triplex hæc medendi ratio, cuiuſcunq; ſectæ medicis æquè erat familiaris: ipſiq; proprias manus pro affectuum natura curationi accomandantes, non minorem induſtriam in illis exercendis impenderunt, quàm inſtituendæ uictus rationi, aut medicamentis dignoſcendis, ac componendis. quemadmodum pręter cęteros diuini Hippocratis libros, ij liquidò arguunt, quos de Medici munere, de Oſsium fracturis, Articulorum luxationib. eiusq; generis malis, omnium abſolutiſsimè conſcripſit. Quin & Galenus, poſt Hippocratem medicinæ princeps, pręterquam quòd Pergamenſium gladiatorum curationem ſibi ſoli commiſſam ſubinde gloriatur, neq; ingraueſcente iam ætate, ſimias ab ipſo ſecandas, famulorum opera excoriari uoluit, cre-

brò inculcat,quãtum manus artificio oblectatus ſit,quãq; ſtudioſe id cum cæteris Aſiæ medicis exercuerit. Imò ueterum nullus nõ æquè attẽtè curationẽ quæ manu fit, atq; eã quę uictu ac medicamentis perficitur,poſteris tradidiſſe uidetur. Verùm maximè poſt Gotthorum uaſtationẽ,quãdo oẽs ſcientiæ, antea pulcherrimè florentes, utq, decebat exercitæ,peſſum iuere,lautiores medici primùm in Italia, ad ueterum Romanorum imitationẽ,manus operã faſtidientes, quæ in ægris manu faciẽda ducerent,ſeruis preſcribere,ac illis tãtùm architectorum mõ aſtare,cœperunt. Mox quum ſenſim cæteri quoq; ueram medicinam exercitantium incõmoda detrectarent, quæſtui honoriq; nihil interim ſubducentes,à priſcis medicis promptè degenerarunt, coquendi modum,omnemq; adeò uictus præparationẽ ægrorum cuſtodib. medicaminum cõpoſitionẽ pharmacopolis,manuum uerò munus tonſorib.relinquentes. Atq; ita temporis ſucceſſu,curandi ratio tam miſerè diuulſa eſt,ut medici quidem, ſe phyſicorum nomine uenditantes,medicamentorum & uictus ad recõditos affectus præſcriptionẽ ſibi duntaxat arrogauerint:reliquam autem medicinam, ijs quos Chirurgos nominant,uixq; famulorum loco habent,relegarint,turpiter à ſe, qđ præcipuum & antiquiſsimum eſt medicinæ membrum,quodq; naturæ ſpeculationi (ſi modò qđ aliud) præcipuè innititur,depellentes:id quod tamen hodie apud Indos maximè reges exercent,Perſæ hæreditario iure ſuis liberis,perinde ac quondam tota Aſclepiadum familię tradunt, Thraces cum pleriſq; nationib.ſummè colunt,ac uenerantur. ea artis parte propemodum neglecta,quam olim multi, tanquam eludendis interimendisq;hominib excogitatam,è Republica proſcripſerunt: ut quæ citra naturæ opem nihil penitus accõmodet,imò & illam alioquin in morbo à ſe explicando ſatagentem, iuuare ſtudens,frequenter totam peſſundet,& ab officio prorſus abſtrahat Vnde etiam illi potiſsimum debemus,quòd tot cõuicijs in medicos iaci ſolitis, hæc ſacratiſſima ars eluditur:quum tamen ipſius pars,quam liberalib.diſciplinis inſtituti, à ſe turpiter diuelli ſinunt,præcipua laude illam perpetuò illuſtret. Quando enim ingeniorum fons Homerus medicum uirũ multis præſtantiorẽ eſſe affirmat, & cum uniuerſis Græciæ poetis Podalyrium & Machaonem celebrat, hi diui Aeſculapij filij non ideo prædicantur,quòd febriculam,& quæ ſola Natura, abſq; medici auxilio leuius, quàm illo adhibito,plerunq; ſanat,remouerent, hominum ve palato in recõditis deploratisq; affectib.ſubſeruirent:ſed quia luxationum,fracturarum, contuſionum,uulnerum,& reliquarum continuitatis ſolutionum, ſanguinisq; fluxus curationi potiſsimùm præeſſent,ac ſpiculis,telis,atque alijs eiuſmodi malis (quæ bella in primis ferunt, diligentemq; medici operam ſemper expetunt) generoſiſsimos Agamemnonis milites liberarent. Verùm haudquaquam unum medicinæ inſtrumentum alijs præferre propoſui,quum triplex dicta auxiliorum ratio minimè diſiungi diſtrahiq́ue poſsit,& tota ad unum artificem attineat:atque ad hanc ut debitè exequatur, omnes medicinæ partes ex æquo ita conſtitutæ paratæq; ſint, ut ſingula eo felicius in uſum referantur,quo quis cumulatius omnia inuicem iungat. Quamuis etiam rarus omnino morbus occurrit,qui non ſtatim triplex præſidiorum inſtrumentum requirat: itaq́ue opportuna uictus ratio inſtituenda, & medicamentis, ac demum manu aliquid moliendum ſit. adeò ut huius artis tyrones modis omnibus hortandi ueniant, ut illorum (ſi Dijs placet) phyſicorum ſuſurros uilipendentes,Græcorum more, ac quemadmodum artis natura & ratio penitus pręcipit,manus quoq; curationi admoueant, ne laceram deinceps medicinam, in communis hominum uitæ perniciem conuertant

uertant. Atque hoc eo inſtigandi ſunt diligentius, quo in arte integrius hodie eruditos, à manus opera, tanquam à peſte, ideo præſertim abſtinere cernimus, ne à medicorum Rabinis apud indoctam plebem pro tonſoribus traducantur, ipſisq; poſtmodũ neque par cum iſtis uix dimidiatò medicis quæſtus, neque honor, neque apud imperitum uulgus & principes quoque æſtimatio accedat. Hæc etenim deteſtabilis multorũ opinio in primis remoratur, quo minus totum curandi artificiũ, uel hoc etiam ſecuſo aſſumamus, & interiorum affectuum curationem duntaxat nobis aſciſcentes, magna mortalium noxa (ut ſemel uereq; dicam) modica ſolùm ex parte, medici eſſe ſtudeamus. quippe quum primùm ad pharmacopolas uniuerſa medicamentorum compoſitio relegaretur, mox etiam medici impenſe ipſis neceſſariam ſimplicium medicaminum cognitionem amiſerunt: atque ut tot barbaris uocibus, & falſis etiam pharmacis officinæ ſcaterent, totq; elegantiſsimæ ueterum compoſitiones nobis pariter deeſſent, ac adhuc complures etiam lateant, autores fuere: & inexhauſtum denique laborem pararunt cùm ætatis noſtræ, tum qui ante annos aliquot hanc præceſſere eruditiſsimis uiris, indefeſſo ſtudio ſimplicium medicamentorum cognitioni ſic incũbentibus, ut illam priſtino nitori reſtituere conati, plurimum contuliſſe uideãtur. Cæterùm peruerſiſsima hæc curationis inſtrumentorum ad uarios artifices diductio, ad huc multo execrabilius naufragium, ac longè atrociorem cladem præcipuæ naturalis philoſophiæ parti intulit: cui, quum hominis hiſtoriam complectatur, firmiſsimũq; totius medicæ artis fundamentum, ac conſtitutionis initium iure habenda ſit, Hippocrates & Plato tantum tribuerunt, ut illi inter medicinæ partes primas eſſe adſcribendas non dubitarint. Hæc namq; cum prius à medicis unicè excoleretur, ipſiq; in hac adipiſcenda omnes neruos intenderent, tum demum miſerè collabi cœpit, quum ipſi manuum munus ad alios reijcientes, Anatomen perdiderunt. Dum enim medici ſolam interiorum affectuum curationem ad ſe pertinere autumabant, uiſcerum duntaxat cognitionem ſibi abundè ſufficere arbitrati, oſsium, muſculorum, neruorum, uenarum, arteriarum quæ oſſa muſculosq; perreptant, fabricam, ueluti ad ipſos non ſpectãtem, neglexerunt. Ad hæc, quum uniuerſa adminiſtratio tonſoribus committebatur, non ſolùm uera uiſcerum cognitio medicis perijt, uerùm etiam diſſecandi induſtria prorſus intercidit: eo quod ſcilicet hi reſectionẽ nõ aggrederentur: illi uerò, quib. manus artificiũ delegabatur, indoctiores eſſent, quàm ut diſſectionis profeſſorũ ſcripta intelligerent: tantum abeſt, ut difficillimam artem, manu ipſis traditam, id hominum genus nobis aſſeruaret, utq; hæc deploranda curatiuæ partis diſperſio, deteſtabilem ritum in Gymnaſijs nõ inueheret, quo alij humani corporis ſectionem adminiſtrare, alij partium hiſtoriam enarrare conſueuerunt. his quidem graculorum modo, quæ nunquam aggreſsi ſunt, ſed tantum ex aliorum libris memoriæ commendant, deſcripta ve ob oculos ponunt, altè in cathedra egregio faſtu occinentibus: illis autẽ adeò linguarum imperitis, ut diſſecta ſpectatoribus explicare nequeant, atque ex phyſici præſcripto oſtendenda lacerent, qui manu ſectioni nunquam adhibita, tantum ex commentario nautam non ſine ſupercilio agit. Atque ut ſic omnia perperàm doceantur, ac ridiculis quæſtionibus dies aliquot abeunt: ita quoque ſpectatoribus in illo tumultu pauciora proponuntur, quàm lanius in macello medicum docere poſſet. ut eas prætream ſcholas, ubi de humani corporis compage reſecanda uix unquam cogitatur: uſqueadeò uetus medicina à priſtino decore ante plures annos deſciuit. Porrò quum illa iampridem in tanta huius ſeculi (quod tuo numine prudenter mo-

derari uolunt ſuperi) felicitate cum omnibus ſtudijs ita reuiuiſcere, atque à profundiſsimis tenebris caput ſuum erigere cœpiſſet, ut ueterem candorem citra controuerſiam in nonnullis Academijs propemodum recuperaſſe uideretur, nihilq; illa impenſius adhuc deſideraret, ac prorſus emortuam humani corporis partium ſcientiã, ipſe tot præſtantium uirorũ exemplo prouocatus, huic pro mea uirili, ac ijs quibus poſſem rationibus opem ferendam duxi. & ne, omnibus aliquid communium ſtudio rum gratia tanto ſucceſſu attentantibus, ſolus torpeſcerem, aut etiam à meis progenitoribus, non obſcuris ſanè medicis, degenerarem, hoc naturalis philoſophiæ membrum ita ab inferis reuocandum putaui, ut ſi non abſolutius apud nos, quàm aliàs unquam, apud priſcos diſſectionum doctores uerſaretur: eò tamen pertingeret, ut aliquando haud puderet aſſerere, noſtram diſſectionis rationem cum antiqua illa conferri poſſe: hacq; tempeſtate nihil ſimul ita collapſum, moxq; integritati reſtitutum, ac Anatomen fuiſſe. Verùm id ſtudium neutiquam ſucceſsiſſet, ſi, quum Pariſijs medicinæ operam darem, huic negocio manus non admouiſſem ipſe, ac obiter mihi & conſodalibus à quibuſdã tonſorib. in una atque altera publica ſectione uiſcerib. aliquot ſuperficietenus oſtenſis, acquieuiſsẽ. adeò enim perfunctoriè illic, ubi primùm medicinã proſperè renaſci uidimus, Anatome tũc tractabatur, ut ipſe in brutorũ aliquot ſectionib. meo marte exercitatus, tertiã, cui unquã mihi adeſſe contigit, ſectionẽ (quæ circa uiſcera ſolùm potiſsimũq;, ut illic moris fuit, uerſabatur) ſolito abſolutius, & cõmilitonum & præceptorũ hortatu adductus, publicè adminiſtrarem. Quum autẽ ſecundò illã aggrederer, muſculos manus cũ accuratiori uiſcerũ diſſectione conatus ſum oſtendere. præter octo enim abdominis muſculos turpiter, peruerſoq; ordine laceratos, nullũ unquã muſculũ, ut neq; etiam os aliquod, multoq; minus adhuc neruorũ, uenarũ, & arteriarum ſeriẽ, quiſquã mihi (quod uerè dixerim) cõmõſtrauit. Mox Louanij, quò ob belli tumultus mihi redeundum fuerat, quòd illic decẽ & octo annis de Anatome ne ſomniauerãt quidẽ medici, utq; de eius Academiæ ſtudioſis bene mererer, ac ipſe in re prorſus abdita, & mihi ad uniuersã medicinã apprimè neceſſaria, peritior redderer, accuratius paulo quàm Pariſijs, humanã fabricã ita interreſecandũ enarraui, ut iuniores eius Academiæ profeſſores nunc magnũ, atq; adeò ſerium in hominis partib. dignoſcẽdis ſtudium impẽdere uideãtur, probè intelligentes, quàm egregiã philoſophãdi ſupellectilẽ earum notitia ipſis ſuppeditet. Porrò Patauij in clariſsimo totius orbis gymnaſio, quia ad medicinæ chirurgicæ profeſsionẽ mihi iã annis quinq; ab illuſtriſsimo, & erga doctrinarũ ſtudia lõgè liberaliſsimo Senatu Veneto cõcreditã, Anatomes tractatio pertinet, eã in hominis cõſtructione inquirẽda nauaui operã, ut modò ſæpius hãc ita adminiſtrauerim, ridiculoq; ſcholarũ more exploſo, ſic docuerim, ut in ipſa nihil quod à ueterib. proditum ad nos ꝑuenit, deſiderare poſsimus. At medicorum ſegnities nimium cauit, ne Euɗemi, Herophili, Marini, Andreæ, Lyci, ac aliorum diſſectionis procerum ſcripta nobis reſeruarentur, quum ne fragmẽtum quidẽ alicuius paginæ ſuperſit tot illuſtrium autorum, quos uel Galenus ſecundo commentario in Hippocratis librum de Natura humana, plures uiginti commemorat: imò & ipſius Anatomicorum librorum uix dimidia pars ab interitu eſt uindicata. Qui uerò Galenum ſunt ſecuti, in quorum claſſem Oribaſium, Theophilum, Arabes, & noſtros quotquot legere hactenus mihi contigit, recenſeo (illorum bona ſcripſerim uenia) omnes, ſi modò quid lectu dignum tradiderunt, ex ipſo id ſunt mutuati. & per Iouem ſtudioſe ſecanti, nihil unquam minus aggreſsi

greſsi uidentur,quàm corporũ ſectionem: adeò mordicus horum primarij neſcio cui dicendi generi,aliorumq́; in reſecando oſcitantiæ fidentes,Galenũ in diſpendioſa cõpendia turpiter redegerunt,nunquam ab illo,dum ipſius ſenſa aſſequuntur, ne latum quidem unguem recedentes:imò librorum frontibus,adijciunt,ipſorum ſcripta è Galeni placitis penitus conſarcinata,ſuaq́; illius eſſe omnia. Atq; ita huic uniuerſi fidem dedere,ut nullus repertus ſit medicus,qui in Galeni anatomicis uoluminib.uel leuiſsimum quidẽ lapſum unquã deprehenſum eſſe multoq́; minus deprehẽdi poſſe cenſuerit:quum interim(præterquam quòd Galenus ſe frequenter corrigit,ſuamq́; negligẽtiã in quibuſdam libris cõmiſſam,in alijs,poſtea exercitatior redditus, non ſemel indicat,contrariaq́; ſubinde docet) nobis modò ex renata diſſectionis arte,diligentiq́; Galeni librorũ prælectione, & in pleriſq; locis eorundẽ non pœnitenda reſtitutione conſtet,nunquã ipſum,nuper mortuũ corpus humanũ reſecuiſſe. At uerò ſuis deceptũ ſimijs (licet ipſi arida,ac ueluti ad oſsium inſpectionẽ parata hominum cadauera occurrerint)crebrò ueteres medicos, qui hominũ conſectionibus ſe exercuerãt, immeritò arguere. Quin etiam quamplurima apud illum inuenias,quæ in ſimijs quoq; minus rectè eſt aſſecutus. Vt taceã,mirandũ eſſe maximè, in multiplici infinitaq́; humani corporis organorũ ad ſimiã differentia,nullam ferè niſi in digitis,ac poplitis flexu,Galenũ animaduertiſſe:quam cum cæteris procul dubio omiſiſſet, niſi citra hominis diſſectionẽ ipſi fuiſſet obuia. Verùm in præſentia haudquaquam inſtitui,falſa Galeni,diſſectionis profeſſorum facilè primarij, dogmata perſtringere: multoq́; adhuc minus in ipſum bonorum omnium autorem,mox initiò impius, ſuæq́; autoritatis parum obſeruans haberi uelim. Haud enim ignoro,quàm medici(longè ſecus quàm Ariſtotelis ſectatores)turbare ſoleant, quum multo ſæpius quàm ducenties à uera hominis partiũ harmoniæ,uſus functionisq́; deſcriptione,Galenũ declinaſſe,in unius,quam modò in ſcholis exhibeo,Anatomes adminiſtratione, obſeruant, toruè interim, & ſummo defendendi ſtudio,diſſectas particulas expendentes. Quamuis & hi ueritatis amore ducti paulatim inde miteſcant,ſuisq́; oculis ac rationib.nõ inefficacibus plus fidei,quàm Galeni ſcriptis adhibeant: hæc uerè paradoxa non ex aliorum conatibus emendicata, neq; autoritatũ congerie tantum firmata, huc illuc ad amicos tam ſedulò perſcribentes,& ad illorũ inſpectionem,ac demum ad ueræ Anatomes cognitionẽ,adeò ſolicitè & amicè hortantes,ut ſpes ſit,hanc breui in omnib. Academijs ita excolendã, quemadmodum in Alexandria olim exerceri conſueuit. Quod quo felicioribus Muſarũ auſpicijs ſuccedat,quantũ in me fuit, præter illa quæ aliàs huius argumenti in lucẽ edidi,& quæ plagiarij quidã,me procul à Germania abſentẽ arbitrati, tanquam ſua illic emiſerunt, iam de integro humani corporis partium hiſtoriam eo ordine in ſeptem libros redegi,quo in hac urbe,& Bononiæ,& Piſis, in illo eruditorũ uirorũ cœtu ipſam pertractare ſoleo. Hac ſiquidẽ ratione,qui ſecanti adfuere, demonſtratorũ habebunt cõmentarios,cæterisq́; leuiori negotio Anatomen oſtendent. Quanquam alioquin & his,quib.inſpectio denegatur,minimè futuri ſint inutiles, quum cuiuſq; humani corporis particulę numerum,ſitum,formam,ſubſtantiã,ad alias partes connexum, uſum, munus,ac eiuſmodi permulta,quæ in partium natura diſſecantes rimari conſueuimus unà cũ mortuorũ uiuorumq́; reſectionis artificio,ſatis diffusè perſequantur, & partiũ omnium imagines ſermonis contextui inſertas ita contineant,ut ueluti diſſectum corpus operum Naturæ ſtudioſis ob oculos collocent. Ac primo quidem libro omnium oſsium cartilaginumq́; naturam enarraui,quæ,quòd illis reliquæ partes ſuffulciantur,

& ſecundum hæc deſcribantur,ab Anatomes ſtudioſis primùm cognoſcẽda ueniunt: Secundus liber ligamenta,quorum beneficio oſſa cartilagines q; inuicem connectuntur,& dein muſculos,motus è noſtro arbitratu pendentis opifices,cõmemorat. Tertius,uenarum quæ muſculis & oſsibus,cæteris q; particulis familiarẽ,quo enutriantur, ſanguinem deferunt,ac dein arteriarum, inſiti caloris ſpiritus q; uitalis temperiem moderantium,frequentiſsimam ſeriem complectitur. Quartus non modò neruorum,qui muſculis animalem ſpiritum perferunt, ſed & reliquorum quoq; omnium propagines edocet. Quintus organorum nutritioni,quæ potu & cibo perficitur,famulantium cõſtructionem tradit:ac inſuper ob ſedis uiciniã, inſtrumenta etiã continet,ad ſpeciei ſucceſsionem a ſummo rerum Opifice fabricata. Sextus cordi uitalis facultatis fomiti, ipſiq; ſubminiſtrantib. particulis dicatur Septimus uerò cerebri & ſenſus organorum harmoniam ita perſequitur,ut illic neruorum à cerebro originẽ ducẽtium ſeries quarto libro expreſſa,non repetatur. Quippe in horum librorum ordine digerendo, Galeni ſententiam ſum ſequutus,qui poſt muſculorum hiſtoriam,uenarum,arteriarum,neruorum, & dein uiſcerum Anatomen pertractandam duxit. Quantumuis nõ ineptè, ac potiſsimum apud huius ſcientiæ tyronẽ,aliquis cum uaſorum diſtributione,uiſcerum cognitionẽ ita perſequendam contendet,quemadmodum in Epitome præſtiti: quam ueluti horum librorum ſemitam, ac in illis demonſtratorum indicem præparaui ſereniſsimi Principis Philippi,Maieſtatis tuæ filij,uiuiq; paternarum uirtutum exemplaris ſplendore decoratam. Verùm hic quorundam iudicium mihi ſuccurrit,qui nõ duntaxat herbarum,ſed & humani corporis partium quantumuis etiam exquiſitiſsimas delineationes,rerum naturalium ſtudioſis proponi,acriter damnant: quòd has nõ pictu-ris,uerùm ſedula reſectione,rerumq; ipſarum intuitu diſci oporteat. perinde ſanè,ac ſi hoc nomine ueriſsimas,& utinam à typographis nunquam deprauandas partium icones,ſermonis contextui adhibuiſſem,ut ſtudioſi illis freti,a corporum ſectione temperarent: ac non ijs potius,quibus poſſem modis, medicinæ candidatos ad cõſectiones proprijs manibus obeundas hortarer. Profectò ſi ueterum, qui pueros domi in cõſectionibus adminiſtrandis, perinde atque in pingendis elementis & lectione exercebant, cõſuetudo huc uſque deducta fuiſſet, non picturis modò,uerùm & omnibus cõmentarijs,perinde atq; ueteres illos,facilè nos carere permitterem: qui tum primùm de Adminiſtrandis diſſectionibus ſcribere ſunt aggreſsi, quum non liberis ſolum, ſed alienis etiam uiris,quos uirtutis nomine ſuſpiciebant,artẽ cõmunicare,honeſtum eſſe cẽſuerunt. Cum primùm enim pueri non amplius in ſectionibus exercebantur, proti nus neceſſariò accidit,ut Anatomen infelicius diſcerent,exercitatione, quam in puericia auſpicari ſolebant,abolita. Adeò ut quum ars Aſclepiadum familia excidiſſet, multisq; ſeculis in deterius uergeret,opus fuerit libris, qui ſpeculationem ipſius integram cõſeruarent. Quantum uerò picturæ illis intelligendis opitulentur,ipſoq; etiam uel explicatiſsimo ſermone rem exactius ob oculos collocent,nemo eſt qui nõ in geometria,alijsq; mathematum diſciplinis experiatur. Vtcunq; uero ſit, toto opere id unicè ſtudui,ut in negocio longè reconditiſsimo,neque minus arduo,quamplurimis prodeſſem,humaniq; corporis fabricæ non decẽ,aut duodecim(uti obiter ſpectanti apparet)ſed aliquot mille diuerſis partibus exſtructæ hiſtoriã,quam ueriſsimè & abſolutiſsimè pertractarem,ac intelligẽdis huius doctrinæ Galeni libris,inter cætera ipſius monumenta,præceptoris operam maximè requirentibus, non ſpernendã frugem medicinæ candidatis adferrem. At interim non me latet,quàm conatus iſte, meæ ætatis,

qua

qua uigeſimum octauũ annum nondũ exceſsi,occaſione, parum autoritatis habebit, ac quãminimè ob crebrã non uerorum Galeni dogmatum indicationem,ab illorum morſibus erit tutus,qui,perinde ac nos in Italicis ſcholis, Anatomen ſedulò non ſunt aggreſsi,quosq; iam ſenes inuidia ob iuuenum rectè inuenta tabeſcentes,pudebit cũ cæteris Galenum ſubſecutis,hactenus cæcutiuiſſe, eaq; quæ modò proponimus, etſi magnũ ſibi in arte nomen arrogent,non animaduertiſſe, niſi magno alicuius numinis patrocinio ex more cõmendatus,in lucẽ auſpicatò prodeat. Verùm quia maiori nullo,quàm diui Caroli,inuictiſs.maximiq; Imperatoris, nunquã intermorituro nomine tutius muniri,ſplendidiusq; ornari poteſt,tuam Maieſtatem obſecro, ut iuuenile hoc meum ſtudiũ,multis rationib.cauſisq; ſibi obnoxium,ſub ipſius ductu, ſplendore, ac patrocinio,in hominũ manib.tantiſper uerſari ſinat,donec per rerũ usũ, ac quod ætate creſcit iudiciũ,eruditionẽq;, hunc laborẽ ſummo optimoq; Principi dignũ reddã,aut aliud nõ reijciendũ alius ex arte noſtra deprompti argumẽti munus offeram: Quãuis augurer,ex uniuerſa Apollinea diſciplina, adeoq; tota naturali philoſophia, nihil tuæ Maieſt.gratius acceptius ve procudi poſſe,hiſtoria,qua corpus & animum, ac præterea diuinũ quoddã numen ex utriuſq; ſymphonia,& noſmetipſos deniq;(qđ uerè hominis eſt) cognoſcimus.Atq; ut id plurib.colligo argumentis, ita inde in primis cõijcio,quòd in illa librorũ frequentia,quę felicis memoriæ Maximiliano Rom. maximo Imperatori,auo tuo,conſecrati fuere,nullus pręſentis negocij libello unquã gratior extiterit.Neq; unquã obliuiſcar,qua uoluptate tabulas meas Anatomicas in ſpexeris,quãq; curioſe de ſingulis percũctatus ſis,quas pater meus Andreas, Maieſt. T.à pharmacis primarius iuxtà ac fideliſsimus,aliquando intuendas obtulit. Vt nunc pręteream incredibilẽ iliũ,ut in oẽs diſciplinas,ita etiam multo maximè in mathematicas,& præſertim eius quę mũdi aſtrorũq; ſciẽtiam pertractat amorẽ, & in tanto heroe admirabilẽ eius peritiam.Adeò,ut haud fieri queat,quin ut mundi ſcientia unicè teneris,ita etiam aliquando omniũ creaturarũ abſolutiſsimę fabricatione expẽdenda delecteris, & immortalis animę diuerſorio inſtrumentoq; cõſiderando uoluptatẽ capias:quod quia ꝑmultis nominib.mũdo egregiè correſpõdet, ueterib. haud abre paruus mũdus nuncupabaꝫ.Cęterùm uti modò homini digniſsimam ſui corporis ſtructurę cognitionẽ, ꝑ ſe lõgè cõmendatiſsimã,& cui tantopere uel Romę ſummos uiros,tum reb.tum diſciplinis philoſophicis ꝑ omnia pręcipuos, operam impendere iuuit;minimè hic prędicandam ſtatui:ita quoq; Magni illius Alexandri,qui nõ niſi ab Apelle pingi,à Lyſippo in ære duci,& à Pyrgotele ſculpi uoluit,probè memor, multo minus hic laudum tuarum aliquid recenſendum duxi, ne ieiuna & parum exercitata oratione,illis pro luce tenebras offundam.pręſertim quum prorſus improbandus ſit,nimium receptus in Præfationibns ritus, quo abſq; omni delectu, & ferè præter meritum,ueluti ex typo & formula quapiam,uilis alicuius præmioli gratia, omnibus aſcribi ſolent,ſuſpicienda doctrina,ſingularis prudentia,mira manſuetudo, acre iudicium,indefeſſa liberalitas,erga literatos & ſtudia mirus amor, in rebus agendis matura celeritas,omnisq; adeò uirtutum chorus,quo tuam maieſtatem non minus quàm dignitate,ac felicitate,rerumq; geſtarũ triumphis uniuerſos mortales anteire, nullus non (quamuis hic à me non dicatur) perſpectiſsimum habet. unde etiam ſummi numinis loco adhuc uiuus coleris:quod ut Dij ſtudijs & toti orbi non inuideant;ſed diutiſsimè mortalibus incolume, perpetuoq; felix ſeruent ac tueantur, precor. Patauij. Calend.Auguſti,Anno poſt natum Chriſtum M. D. XLII.

IO. OPORINVS LECTORI.

Quoniam Epistola, quam unà cum Tabulis, ad hosce de Humani corporis fabrica libros & ipsorum Epitomen paratis, ab Andrea Vesalio ex Italia missam accepimus, pleraq; continere nobis uisa est, quorum alioquin Lectorem initiò admonendum putassemus, quæq; Typographis, præcipuè ita parui Principum decreta pendentibus, & ad ea quæ in rei literariæ usum euulgantur deprauanda natis, significanda uidebantur: operæprecium duximus, illam ita quoque, uti ad nos missa est, candidis Lectoribus communicare.

IOANNI OPORINO, GRAECARVM LITERARVM APVD BASILIENSES PROFESSORI, AMICO CARISSIMO SVO.

ACCIPIES propediem, mi Oporine, per Mediolanenses mercatores Danonos, tabulas, ad meos de Humani corporis fabrica libros & eorundem Epitomen sculptas. Vtinam tam integrè ac tutò Basileam perferantur, atque sedulò cum sculptore, & Nicolao Stopio, in humanioribus studijs apprimè uersato uiro, eas composui: ne aliqua ex parte atterantur, aliud ve incommodum ipsis uectura inferat. Inter tabularum seriem exemplar frustatim reposuimus, simul cum impresso singularum figurarum typo, cui quo quæque loco reponenda ueniat, ascripsi: ne fortè illarum ordo ac dispositio tibi tuis ve operis negocium faceret, figuraq; non ordinatim imprimerentur. In exemplari promptè discernes, ubi genus characterum sit immutandum. quandoquidem scripturæ partem, quæ organorum historiam complectitur, continuoq; orationis contextu singulis capitibus absoluitur, lineis ab ea distinxi, quæ ad characterum qui in tabulis sculpti occurrunt, explicationem iuuat: ob idque figurarum & earundem characterum Index appellatur. In continua orationis serie, nusquam figuris indicandis interrupta, literulas expendes, quas in officinis superlineares nuncupatis: quæ illis respondent annotationibus, quas interiori margini non tanta industria, quanto labore & tædio, adhibui. ut lectori uelut scriptorum essent commentarius, exprimens in qua nam potissimum figura pars, cuius mentio incidit spectari possit: uti annotationes in exteriori margine obuiæ, eorum quæ enarrantur seriem & argumentum quodammodo proponunt. In interioribus, ne essem prolixior, eam rationem obseruaui, ut quotiescunque figura indicatur, quæ capiti, ubi annotatio spectatur, præfixa est, nullum capitis numerum indicem: quem alioquin appono, si figura alteri præponatur capiti. Rursus, si figura in libro ubi annotatio occurrit, inueniatur, libri numerum figuræ haud subijcio. Quamobrem uerò figuras hoc illo ve loco collocandas duxerim, in librorum titulis, & characterum ferè indicibus explicatum reperies. Notarum enim, quibus partes in delineatione quapiam insigniendæ fuerunt, loco, characteres, quorum in officinis perpetuò usus est, in tabulis sculpsimus: primùm ferè a maiusculis, & dein alijs Latinorum orsi: insuper Græcorum minoribus, mox ab eorundem grandioribus, qui Latinis non sunt familiares. Quum uerò hi omnes non sufficerent, numerorum typos assumpsimus, & si quæ alia notulæ in communibus typis occurrebat. In horum indicum descriptione obseruatum est, ut indicans, unamq; priuatam explicationem habens character, in margine liber collocetur: si uerò peculiarem non habeat indicem, ac ueluti cum alio characte exprimatur, ipsi punctum in margine subieci, ut unà cum cæteris lectori in serie obuius fieret. Verùm nunc ijs quibus possum modis hortor, & rogo pariter, ut omnia quàm nitidissimè & ocyus excudantur, utq; in meis conatibus expectationi, quam omnes de tua Officina, nunc primùm magno studiosorum commodo, feliciq; Musarum omine instituta cœpeni, satisfacias. Præcipuum studium in tabularum impressione erit impendendum, quòd non uulgariter ac scholasticè, uerum lutq; simplicibus duntaxat lineis sint expressæ: nusquam picturæ ratione (si interdum locum, quo res delineatæ suffulciretur, excipias) neglecta. Et quanquam hic iudicio ualeas, nihilque non de tua industria & sedulitate mihi pollicear, hoc unum percuperem, ut inter excudendum id exemplar quàm proximè imitareris, quod a sculptore speciminis sui loco impressum, una cum ligneis formis reclusum inuenies. ita enim nullus character, quantumuis etiam in umbra reconditus, oculatum sedulumque lectorem latitabit. & quod in hac pictura longè est artificiosissimum, mihiq; spectatu perquàm iucundum, linearum in quibusdam partibus crassities simul cum eleganti umbrarum obfuscatione apparebit. Verùm non est quòd hæc tibi præscribam, quum in papyri læuitate & densitate, ac in primis in uestrarum operarum diligentia positum sit, ut singula nitidissimè ex tua Officina omnibus proponantur, multisque fiant communia. Dabo operam, ut non ita multo pòst ad uos proficiscar, & si non toto impressionis tempore saltem aliquandiu Basileæ commorer, mecum formulam decreti Senatus Veneti allaturus, quo cauetur, ne quis tabularum aliquam absque meo consensu imprimat, aut quauis ratione meorum scriptorum quicquam imitetur. Cæsaris, quantumuis tu generale in omnes libros, quos primus imprimis, banc beas, mater mea ad te Bruxella mittet. dudum enim mihi impetratum fuit: sed ut recentius esset, ad pluresque annos utile, hactenus non curauimus describendum. Regis Galliæ, se mihi adepturum recepit ipsius apud Venetos Orator, Monspessuli antistes. Licet hac ex parte parum sim anxius: imò diplomatum exemplaribus ne paginam quidem occupandam duxerim. Nam quid Principum decreta apud bibliopolas, & in omnibus angulis nunc densissimè fatos typographos ualeant, abundè in meis Anatomicis tabulis, ante annos tres Venetijs primùm impressis, & postmodum miserè passim depra-

uatis, mai-

uatis, maioribusq; interim titulis exornatis, est animaduertere. Augustæ enim, mea nuncupatoria subducta epistola, nescio quis rabula Germanicè est præfatus, & præter meritum in Auicennam, reliquosq; Arabes blaterans, me inter quosdam succinctos Galenos connumerat, & (quo emptori fucum faceret) me coegisse in sex tabulas falso asserit, quæ Galenus pluribus quàm triginta libris diffuse complexus est. Dein Latina se Germanico idiomate donasse subiungens, attestatur Græcas & Arabicas uoces ab ipso adhibitas: quum interim non solùm tales omnino subduxerit, sed ea ex reliquo orationis contextu omiserit, quæ conuertere nequiuit, quorumq; nomine tabulæ in primis debebant esse commendatiores. præterquàm quòd Venetam sculpturam peruerse istic sint imitati. Hoc Augustano sculptore longè rudior imperitiorq; extitit, qui Coloniæ ijsdem tabulis manum admouit: quantumuis illic nescio quis in typographi gratiam scribat, non tantum ex meis tabulis hominis constructionem melius quàm ex humanæ fabricæ resectione intueri posse, uerùm etiam ipsos ex elegantissimis figuris fecisse multo elegantiores, quum tamen & picturam ualde corruperint, & neruorum delineationem parum feliciter imitatam adiecerint, quam ego characterum adhibito indice, uni atq; alteri amico, qui id tantisper dum ipse eam ederem, a me expetebant, ruditer delineaueram. Parisijs tres priores eleganter expressérunt, alijs interim propter sculpturæ (uti conijcio) difficultatem & in Latina & Gallica editione, omissis: quum potius a prioribus, si studiosorum habenda erat ratio, abstinendum fuisset. Cæterùm apud Argentinenses quidam plagiarius de studijs pessimè est meritus, quòd meas tabulas, quæ alioquin nunquam satis magnæ studiosis proponi poterunt, tam fœdè contraxerit, & turpissimè pictas, ac præter omnem rationem circumscriptas, cum Augustani uersione emiserit. Huius gloriæ is inuidere uisus est, qui undecunque citra delectum compilatis ex aliorum libris, imaginibus, Marpurgi & Francofordiæ eius generis libros adhuc emittere pergit. Adeò ut diuina illa & fœlicissima Italorum ingenia leuiter feram, & ualde exosculer, quòd aliud in plerisq; Germaniæ medicis iudicium ob sordidorum quorundam typographorum mancipia requirant, quæ nullum non scripti genus, uilis alicuius præmioli à typographis emungendi gratia, absq; omni delectu contrahere, emutare, transcribere, suoq; nomine, ut nouum quid editum uideatur, decretaq; Principum fileant, emittere audent. Hæc eò scribo, ut intelligas, quàm parum illa impressioni tuæ adhibenda putauerim, quin potius significandum duxerim, me multo lubentius tabulas alicui industrio typographo quocunque transmissurum, quantumque in me esset, operam meam in rei literariæ usum communicaturum: quàm ut ineptus aliquis, cui pro mea uirili rationibus omnibus obesse conabor, tabulas tanto labore in communem studiorum usum confectas imitaretur: illæq; turgido quopiam præfixo titulo, cum dispendiosa quorundam meæ corporis humani historiæ contractione, in hominum manus uenirent. Atq; hæc potissima est causa, cur tabulas meo sumptu parauerim: ac nunc iterum atq; iterum abs te contendam, ut quàm integerrimæ & mundissimæ à tuis operis seruentur. Vale. Venetijs, nono Calendas Septembres.

Tuus And. Vesalius.

ANTONIO MONTICATINO
DOCTORI IN FERRARIENSI
GYMNASIO CLARISS.

Franciſcus Franciſcius Senenſis. S. D.



I quanta eſt tui ac nobiliſſimæ familiæ tuæ dignitas atq; amplitudo, tantum in me eſſet uirium; ſperarem ego profectò fore, ut immenſam animi in te tuosq; mei promptitudinem inſigni quandoq; argumento ſignificarem. Cæterùm quando & ſplendoris tui magnitudo, uires omnes meas longè exſuperat, &, quod maximè uelim ac debeo, præſtare ipſe non poſſum; quod poſſum, Vir clariſs. & quicquid in me eſt, nunc toto animi candore tibi offero, pergrati erga te tuosq; uoluntatis, ſummæq; obſeruantiæ meæ teſtimonium. Veſalij uolumen, nomini tuo dicatum ad te mitto, quod præclariſſimus ille Vir in anatomen ſummis aliàs laboribus ac uigilijs congeſſit, & ſecundo illuſtratum edidit. nunc autem à me ex uaſta illa mole in anguſtiorem typum eſt redactum ſtudioſorum gratia, eorum præſertim quibus res domi eſt anguſtior. Porrò icones exculpſit Ioannes Criegher Pomeranus, iuuenis diligentiſſimus. cætera uerò quantis ſtudijs & quantis noſtris ſumptibus confecta ſint; incredibile eſt: ſed arduum tamen hoc opus, quando diuino auxilio ſuperauimus, quod ſupereſt, operam omnem meam rectè collocatam mihi ſemper erit perſuaſum, ſi tibi, grauiſſimi iudicij uiro, hac in re ſatisfactum, et hoc ipſum beneuolentiæ ac ſtudij in te tuosq; mei ſignum, libenti animo ſuſceptum fuiſſe intellexero. Vale. Venetijs XV. Cal. Februarij. M. D. LXVIII.


po

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI FABRICA
LIBER PRIMVS,

IIS QVAE VNIVERSVM CORPVS
sustinent ac suffulciunt, quibusque omnia stabiliuntur
& adnascuntur, dedicatus.

QVID OS, QVISQVE OSSIVM
vsus & differentia. Caput I.

QVIA primum hoc Caput omnibus pariter ossibus est commune, ipsi nulla illorum præponitur delineatio, neque etiam hac ratione ullam sibi uendicat peculiarem, nisi quis fortè omnes figuras arbitraretur hic præfigendas, quæ singulorum ossium Capitibus necessariò adhibebuntur, quibusque uniuersus & integer ossium contextus, cum uarijs eorundem nominibus, ad primi huius libri calcem exprimetur. Verùm omnes huc reponere, uel ideo parum conduceret, quòd tunc eædem sibique similes figuræ passim essent obuiæ, ac præter modum paginas occuparent: quodque statim initio de Lectoris in totius operis leuiter spectandis imaginibus, totoque adeò librorum & capitum ordine cursim ante seriam lectionem expendendo, industria & studio nimium diffidere uideremur.



OS CAETERARVM hominis partium maximè est terreum, ac proinde aridissimum & durissimum. [1]Eius enim temperamenti summus rerum opifex Deus substantiam meritò efformauit, corpori uniuerso fundamenti instar subijciendam. Nam quod parietes & trabes in domibus, & in tentorijs pali, & in nauibus carinæ simul cum costis præstant, id in hominis fabrica ossium præbet substantia. Ossium siquidem alia roboris nomine tanquam corporis fulcra procreantur: è quorum numero sunt tibiarum & femorum ossa, & dorsi uertebræ, ac omnis ferè ossium contextus. Alia, præterquam quòd sustinent, reliquis etiam partibus ueluti propugnacula, tutissimique ualli & muri à Natura obijciuntur: quemadmodum caluaria, uertebrarum spinæ, & transuersi earundem processus, pectoris os, costæ. Alia tendinibus præcipua sui parte innata, quorundam ossium articulis prælocantur, tendinum robori eleganter succurrentia, laxoque articulorum motui quodammodo præfecta. Hac etenim occasione, [a] patella in genu occurrit, ipsaque pariter [b] ossicula sesamo semini à dissectionum peritis assimilata secundo pollicis manus internodio, & quatuor reliquorum digitorum primis internodijs, & primis etiam internodijs quinque digitorum pedis, apponuntur. Dentes porrò incidendis & confringendis & atterendis moliendisque cibis priuatim conducunt, perinde ac duo auditus Instrumenti [c] ossicula peculiari usu, audiendi officio famulantur. Verùm cuiusque ossis primarium munus, Capita quibus singula ossa sumus descripturi, fusius ostendent, quandoquidem in præsentia abundè sit, generatim illorum usum recensere: quo (ut semel dicam) ossa fulcrorum modo uniuersam corporis molem sustentant, & ijs omnia adnascuntur & firmantur, & ab ijsdem suspenduntur, adeò sanè ut ex ossium usu aut officio, non alia quàm modò ferè diximus, desumi possit illorum differentia. In magnitudine uerò ossa uariant, quòd nonnulla quidem sint grandia, ut femur, tibiæ os, humerus, & ossa sacri ossis lateribus utrinque connexa: nonnulla autem parua existant, ut brachialis ossa, dentes, & ossicula quæ sesamo comparantur. Alia rursus ampla sunt, ut ossa sacri ossis lateribus coarctata, scapulæ, sacrum os, uerticis ossa, frontis & occipitij. Alia angusta & gracilia & longa, ut fibula, radius, ulna, & costæ. Porrò satius erit omnes differentias, quas à forma petere integrum esset (cum innumeræ occurrant) ad priuatas ossium descriptiones reseruare. Arduum quippe esset, ossibus nondum enarratis assequi, quænam horum sint aspera: ut ea quæ lapidea in caluariæ basi uocabimus, quòd præruptæ rupi similia uideantur. item quæ læuia sint, ut uerticis ossa, frontis os, pectoris os. deinde quæ triangulum referant, ut femo scapulæ: & quadrangulum, ut uerticis ossa: & quæ cunei speciem obtineant, ut septimum in capite enumerandum os: & quæ cribri ac spongiæ, ut octauum capitis os: & quæ iugis assimilentur, ut ea quæ iugalia uocantur: & quæ ſ nostrum imitentur, ut clauiculæ: & quæ ensis effigiem ostendant, ut pectoris os: insuper quæ υ referant, ut linguæ radici impositum os: & quæ radij quo latiores cordulæ texuntur, figuram exprimant, ut cubiti os, radij nomine donatum: & quæ cubo tesseræque & grandini comparemus, ut pedis os, à cubi forma nomen obtinens: & quæ cymbæ seu scaphæ modo caua existant, ut pedis os, cui cymbæ imago nomen dedit: & quæ molæ, scuto, & patellæ similia dicantur, ut os genu articulo præpositum: ad hæc quæ totius Italiæ circunscriptionem quodammodo proponant, ut femur: & quæ fibulam repræsentent, ut tenuius in tibia os, fibula appellatum: & quæ coccygis, seu cuculi auis rostro comparentur, ut sacro ossi sup-

Ossis natura.

Ossium usus.

Ossium differentia ab usu.

Differentia à magnitudine & forma.

[a] *utraque fig. cap. 32. & musc. tab. K.*

[b] *1. fi cap. 25 T, V, X. fig. cap. 28. fi. 2. ca. 33. 4, φ.*

[c] *fi. cap. 8.*

poſitum os, quod coccyx nuncupatur: dein quæ incudis, uel molaris dentis effigiem leuiter repræſentent, ut minus organi auditus oſsiculum: & quæ malleum, ut grandius eiuſdem organi oſsiculum: præterea quæ à uerticuli forma nomen ſortiantur, ut dorſi uertebræ: & quæ clauo correſpondeant, ut dentes: & quæ mediã maiuſculæ piſæ, ſeu ciceris formam præſeferant, ut duo pedis oſsicula, primo pollicis internodio ſuppoſita: eiuſque generis oſsium, quæ forma inuicem uariant, permulta, non ita obiter ab illo, cui oſſa adhuc incognita ſunt, intelligerentur. Atque hac etiam ratione, quæ in oſsibus proceſſuum, appendicum, capitum, ſupercilio rum, ſinuum, & tuberculorum occurrunt imagines, in præſenti neutiquam recenſendæ ueniunt: quemadmo dum neque aliqua quæ ex hiſce ſumi poſsit oſsium differentia, quum quid proceſſus, appendix, eiuſque ordinis reliqua ſint, hactenus non expreſſerim, iſta ſecundo ab hoc Capite pertractaturus. Aç proinde etiam diffe rentiæ ab oſsium commiſſurarum ſpeciebus petitæ, niſi commiſſuris accuratè explicatis, obuiæ eſſe non queunt. Quòd autem quamplurimæ ſint, & cognitu non admodum faciles, quartum Caput atteſtabitur. Item differentias quæ à cartilagine dependere poſſunt, nondum natura cartilaginis expoſita, haud promptè quiuis aſſequeretur. Incognita enim cartilagine, intellectu difficile eſt, quænam oſſa cartilagine prorſus deſtituantur, ut uerticis oſſa: quæ illa undique ferè, ut quædam brachialis oſſa, aut aliqua tantum ex parte, ut femur, incruſtentur: quæ item in cartilaginem degenerent, ut naſi oſſa, coſtæ, pectoris os. His igitur differentijs in ſuum locum aſſeruatis, eas quæ à ſubſtantia & oſsium conſtitutione colliguntur, ſermoni hic adijciamus. Sunt enim quædam oſſa planè ſolida, neque quouis pacto effracta, interius cauernulis ſinibusve obſita uidentur: ut, præter cætera, duo naſi oſſa, & quod in oculorum ſede minimum, ac ſuperioris maxillæ oſsium ſecundum numerabitur: & ea quæ ſeſamo ſemini comparantur: & duo oſsicula auditus organo propria. quæ omnia, niſi temporis ſucceſſu impenſè reſiccata, nullam omnino cauitatem intus oſtendunt. Nonnulla uerò exterius, quaſi continua cruſta aut lamina obducerentur, ſolida apparẽt, ſed effracta. quædam paruis tantum ſinibus cauernulisque compactiſsimæ ſpongiæ, uel læuiſsimi pumicis foramina quamproximè referentibus, intus oppleta cernuntur, quandam exiccati fungi ſpeciem exprimentia: ut in minorum oſsium numero, brachialis oſſa, & tarſi oſſa: in maiorum autem, ſacrum os, uertebrarum corpora, pectoris os, calcis os, talus, deinde & uerticis oſſa. quædam uerò præter has cauernulas, nulla ſerie aut numero poſitas, amplum aliquẽ & inſigniter cauum oſtendunt ſinum, qui ſolidiſsima ualidiſsimaque oſsis ſubſtantia circundatus, in extremis angulis, oſſeis ueluti lineis interſtinguitur. Hunc ſinum ſingula oſſa, quibus obtigit, unicum ferè adipiſcuntur. Sunt autem huius claſsis inter minora oſſa, pedij, poſtbrachialis, & digitorum oſſa: atque ex his potiſsimum primæ & ſecundæ digitorum acies, quantumuis ſecus Galeno Anatomes profeſſorum præcipuo uiſum ſit, oſſa digitorum ſolida conſtituenti. Grandiora uerò oſſa eiuſmodi ſinu donata, ſunt, femur, tibiæ os, humerus, maxilla inferior, quartum ſuperioris maxillæ os, frontis os, temporum oſſa, & plerunque ipſum cuneiforme os. Dentes autem, qui omnium oſsium facilè ſunt duriſsimi, huius generis ſinum quoque obtinent: ſed interim dictis nuper cauernulis, & pumicis modo efformatis foraminulis, prorſus deſtituuntur. Maiores iſti ſinus, & illa pumici ac fungo non abſimilis conſtructio, oſsibus contigerunt, cùm quò motus nomine, quum neceſſariò magni alicuius uſus occaſione craſſa, aut alioquin grandia eſſe debuerunt, leuiora redderentur: tum ut medullam proprium ipſorum nutrimentum illis continerent, aut priuatim aerem, aliquamve peculiarem materiam (ut frontis os, & temporum oſſa) præter medullam, ampleterentur. Neque ſolum in maioribus ijs oſsium ſinibus, ut quiſpiam fortè arbitraretur, medulla reponitur: uerùm illæ etiam ſpongiæ modo extructæ cauernulæ, non minus quàm inſigniores illi ſinus, medulla infarciuntur. Præter cauernulas & ſinus, quibus oſſa intus ſcatent, quædam etiam amplis foraminibus ſunt peruia: ut occipitis os, & uertebræ, quà dorſalem tranſmittunt medullam. pubis quoque oſſa, quò pondere minus grauent, cæteris omnibus grandius foramen obtinent. Alia autem paruis perforantur foraminibus, ut pleraque capitis & maxillarum oſſa, uenis, neruis, arterijs uiam præbentia: & os quod inter capitis oſſa octauum numerabitur, odorum gratia tenuibus foraminulis cribri, aut ut quibuſdam placuit, ſpongiæ modo perforatum cernitur. Alia exterius ac in ſuperficie nullum quod ſenſu dignoſcitur, foramen commonſtrant: ut brachialis oſſa, & dentes, & digitorum oſsium permulta. Non paucis autem oſsibus foraminula obtingunt, quæ exterius ac in ſuperficie ſunt conſpicua: non tamen uniuerſum os penetrant, ſed tantum uenis & arterijs craſsiora oſſa ſubeuntibus præparantur. Eiuſmodi foramina in calcis oſſe, & talo, & craſsioribus ſacri oſsis ſedibus, & in grandium uertebrarum corporibus paſsim occurrunt: quòd uidelicet hæc corpulentiora ſint, quàm ut à uaſis ipſorum ſuperficiem tantum perreptantibus, alimentum commodè poſsint aſſumere. Ab oſsium ſenſu leuis admodum pendet differentia. Solos enim dentes ſenſu præditos, reliqua autem oſſa illo deſtituta arbitramur: quamuis

Differentia ab appendicibus, proceſſibus, capitibus, &c.

Ab oſsium commiſſuris

A cartilagine.

Ab oſsium ſubſtantia, & conſtitutione.


In 1. de uſu partium, & 2. libr. Commentar. in Hippocr. li. de Fracturis.

Quæ oſsium parte medulla reponatur.

Ab oſsium foraminibus.

A ſenſu.

Quoniam quæ hic traditur oſsium differentia in figuris, Capitibus ſingulis, quibus priuatim os aliquod deſcribitur, præpoſitis, & non fracta oſſa oſtendentibus, ita ut reliqua quæ hoc Capite pertractantur, non eſt obuia, hic appinximus humeri ſecundum longitudinem diſſecti alteram partem, quæ ipſius capite, quod ſcapulæ articulatur, cauernulas pumicis modo efformatas, & A inſignitas commonſtrat: quẽ admodum & ſquamam illis cauernulis obductam, & B notatam. C autem inſcribitur portio exterioris ſuperficiei iſtius oſsis, hic conſpicua, & dictæ ſquamæ contermina. Inſuper D ſinum commonſtrat ampliter cauum, qui ſolidiſſima craſſaq; oſsis parte E. ac F indicata circumdatus, ſecundum humeri longitudinem exporrigitur. Ad ſinus uerò ſummum, ubi G reponitur, & imum ubi H niſitur, oſſeæ occurrunt lineæ, medullam hoc ſinu contentam intexentes. Cæterum ſub humero os cymbam referens, ac undecima figura trigeſimi tertij Capitis exprimẽdũ, hic uerò per mediũ diſſectum & L & K inſignitum delineauimus, ut oſsis appareret ſubſtãtia pumicis inſtar conſtructa. Ac utrunque quidẽ L, cauernoſã fungoſamve huius oſsis notat ſubſtantiam, M uerò, ſquamam, quæ oſsis conſtituit ſuperficiem, & undique illi fungoſæ ſubſtantiæ circumducitur. Præterea huic oſsi unum oſsiculorum ſubiunximus, quæ primo pollicis pedis internodio coarctata, in ſecunda trigeſimi tertij Cap. figura ω & ⊥ oſtendentur. Atque hoc ideo, N notatum, integrè per medium diuiſimus, ut aliquod os impenſe ſolidum, & cauernulis penè deſtitutum, in conſpectum quouis pacto ueniret.



quamuis non nimium temere ossibus omnem sentiendi uim adimere conueniat, quum in crebris quas manu obimus curationibus, interdum ossa dolore affici, etiam præstantissimi medici affirment: non ignorantes interim membranam quandam ossibus circunduci, quam ob id Græci περίοστον (ac si circumossalem diceres) uocarunt, cuius gratia alijs ossa (si quid modò sentiunt) sensu pollere uisum fuit. Præterea & soli dentes tota sede qua extra gingiuas prominent, nudi sunt: reliquis interim ossibus omni ex parte tectis, & ante sectionem latitantibus. Ad hæc, dentes ubi prominent, communi membrana ossa inuoluente destituuntur, ut & cal uariæ interior superficies, quà cerebrum continetur, quam dura cerebrum induens membrana proximè succingit: quum alioquin cæteris ossibus dicta prius membrana undique circumducatur, si eas sedes exceperis, quibus ossa uel articulantur inuicem, uel alioquin mutuò construuntur.

Ab occultatione.

A membrana ossa circũcingente.

QVID CARTILAGO, ET QVIS IPSIVS VSVS & differentia. Cap. II.

QVVM & præsens quoque Caput omnibus simul cartilaginibus commune sit, nullas quibus illæ delineantur figuras (quia scilicet omnes alioquin hic adhibendæ erant) ipsi præposuimus, earum imagines ad singula quibus priuatim describuntur Capita asseruantes.

Cartilaginis natura.

CARTILAGO osse mollior est: terrestris tamen, ac durissima partium corporis secundùm os particula, prorsus solida, & nullis foraminibus cauernulisque osium modo intus opleta, & medullæ ac sensus ferè expers. Huius usus perquàm uarius est. Primùm namq; idem præstat quod ossa, quum uelut fulcrum quoddam sit, cui proximæ partes adnascantur & adstabiliantur. [a] Cartilagines enim, quibus larynx constat, ossium munere eleganter fungũtur. quippe ipsis quidam implantantur musculi, ac nonnulli ab illis enascuntur. Insuper laryngem perinde effingunt, atque rusticorum domus ex trabibus confectas cernimus, priusquam stramina, tegulæ, & lutum illis adhibentur. Neque sanè hominum ossa & cartilagines carne nudatas, ac postmodum unà contextas, propius cuipiam imagini assimilaueris, quàm tuguriorum fabricæ iamprimùm erectæ, & nondum ramis aut terra ornatæ. Pari quoque ratione cartilagines aliæ ossium uicem obeunt, quæ inibi reponuntur, ubi nullo locato osse, musculi suam insertionem tentant: quod palpebris euenit. In harum enim extremis [b] oblongæ consistunt cartilagines, in quas [c] musculi palpebras mouentes inseruntur. Ad hæc, nasi alæ [d] cartilaginibus efformantur, quæ musculorum insertionem perinde ac ossa excipientes, unà cum [e] alijs cartilaginibus à nasi [f] ossibus prognatis, apicem nasi eleganter ossium ritu suffulciunt, eriguntque. Præterea costarum ossa in cartilagines [g] finiunt, suffulciendi munere illis ossibus respondentes: uerùm ex abundanti cartilaginibus ossium uicem hac in parte subeuntibus, peculiaris usus, ob molliorem, magisque sequacem, quàm ossibus obtigit, temperiem, accedit, quo quam efformant cauitatem, promptius dilatari & constringi patiuntur, quàm si rigidæ, ossisque modo duræ essent. Atque ita huius etiam usus occasione, asperæ arteriæ [h] cartilagines C nostri imaginem exprimentes, in hoc ab ossibus discrepant, quòd præter id quòd bellè sustinent, citra uarium articulorum contextum, secus quàm ossa comprimi distendique possunt. Adde & alium cartilaginis usum neutiquam infimum, quo hæc ossibus occasionem præbet, ut in continuis frequentibusque motibus attritu minus uitientur. Ossium namque commissuræ motus gratia extructę, propter ossium siccitatem ex mutuo contactu, leui opera rumperentur, nisi ossa, tota sede qua se inuicem contingunt, articulumque formant, cartilagine quadam ueluti crusta seorsim obducerentur, & hæc cartilago suo in duritie mollitieque temperamento ossium impetui resisteret, & unà incidentis uim cedendo leuiter exolueret. Neque solum cartilago in ossium affractu, quo minus mutuo contactu atterantur, commoda est: at ita læuis planaque uisitur, ut promptissimè ossis caput in suo sinu uoluatur, nullaque asperitas motus promptitudinem impediat: accedente huc uiscido lubricoque humore, & ueluti smegmate quopiam, quo rotulas & cardines, ut ad reflectendum reddantur aptiores, oblinimus. Quinetiam sagax rerum Opifex adeò præstantem cartilaginis usum in articulis fore cognouit, ut non solum ad eum quem diximus modum, ossa in mutuo contactu cartilagine læui & lubrica incrustauerit, uerùm in nonnullis articulis priuatorum quorundam motuum gratia, tertiam insuper quandam adhibuerit, quæ neutrius ossis cartilagini, sed tantum membraneis articuli ligamentis orbiculatim connascitur, & ueluti cartilaginum ossibus obductarum quoddam interstitium efficitur, utrinque, quà inter alias cartilagines consistit, læue, & lubricum, & multo illis cartilaginibus, quæ ossibus obnascuntur (quo promptius comprimatur, assurgatque iterum) mollius. Huiusmodi [i] cartilaginem inferioris maxillæ ad temporum ossa articulos intercedere, suo loco audies: deinde [k] aliam pectoris ossis cum clauicula articulum, [l] & nexum clauiculæ cum superiori scapulæ processu, [m] & ulnæ cum brachiali, [n] & tibiæ ossis cum femore: in quo articulo huius generis cartilagines, sinus, quibus femoris capita excipiuntur, magna Naturæ prouidentia peculiariter augent. Huiusmodi itaque usum cartilago in articulis suppeditat. ad quem rursus accedit, quòd in plerisque ossium commissuris non ad motum institutis, cartilago quasi glutinis uice interuenit: [o] quemadmodum in pubis ossium commissura fieri animaduertimus, [p] & pueris, in appendicis cum reliquo osse coalitu. Porrò de conglutinantis cartilaginis natura, ubi ossium commissurarum differentias persequemur, denuò agendum erit: uti & cartilaginis species, quam ligamenta cartilaginosa aliquando efformare docebimus, in ligamentorum enarratione pertractabitur. Sunt autem eius generis in corporum uertebrarum [q] contextu, [r] in coxendicis articulo, [s] & in genu. Cartilagines insuper quędam in hoc fabricantur, ut quippiam in ipsis quod continuò erectum esse oportuit, firmetur. Cuius generis palpebrarum sunt cartilagines,

Vsus communi ossiũ usui respondens.

Cartilaginem osse sequaciorem esse.

Cartilaginis usus in articulis.

Tertia in articuli quibusdam cartilago.

Cartilago glutinis uice subiens.

Ligamentorum substãtiam ingrediens cartilago.

Cartilagines aliquid continuo erigentes.

a *fig. cap. 38. & fig. ca. 21. li. 2.*
b *fi. ca. 35.*
c *fig. cap. 20. lib. 2.*
d *4. musc. tab. L.*
e *4. musc. tab. K.*
f *1. fig. 9. cap. Ξ, Ξ.*
g *1, 3. fig. cap. 19. A in B.*
h *14, 15. fig. cap. 38.*
i *fig. capiti 30. inserta.*
k *4. fig. ca. 22 S.*
l *4. fi. cap. 22 R.*
m *1, 2, 3 fi. ca. 24 T.*
n *8. fi. cap. 31.*
o *in integris ossium figuris s.*
p *fi. ca. 40. lib. 2. character 2, s.*
q *eiusdem fig. char. 3.*
r *2. fig. ca. 49. lib. 2. P*
s *fi. cap. 1. lib. 2. X.*

Extantibus particulis adnatæ cartilagines.

quæ cilia ſeu palpebrarum pilos erectos ſuſtinent: præterea nudæ prominentesque corporis particulæ, & oſſium fines alteri oſsi non commiſsi, cartilagine adaugentur, ut tali conſtent ſubſtantia, qualis neque frangi propter mollitiem, neque rumpi propter ſiccitatem queat. Quòd autem cartilago non minus quàm ungues ea formetur ſubſtantia, uel pueri nos docent, qui maiuſculam cartilaginei piſcis, aut uituli cartilaginem nacti, eam in globulum ſcindunt, ac ut ualidiſsimè frequentiſsimeque reſiliat, lapidi cuipiam injiciunt. Is enim reſultus liquidò cartilaginis temperiem ita arguit, ac quum cæſim punctimque cartilago ſuperficietenus cultro petitur, & ab illo dein reſilit. In cartilaginum, quæ nudis partibus contigerunt, numero, obſeruabis naſi cartilagines, t eam quæ in mucronem gladij modo à pectoris oſsis fine exacuitur, ſpuriarum coſtarum u cartilagines, & x eam quæ oſsis coccygis termino adnaſcitur: & auris cartilaginem, quæ tenuis molliſq; eſt, ac cute obducta, auris corpus oſsis inſtar pulchrè ſuffulcit. Cæterum iſti cartilaginum inter ſe uariantes uſus, earundem quoque differentias explicant, adeò ut nunc neque has, neque cartilaginum formas, prolixius enarrare conueniat, præſertim quum ſingulæ cartilagines perinde ac oſſa à nobis priuatim ueniant deſcribendæ. Quamuis fortè aliquis hic adhuc additum uelit, in minoribus natu cartilagines molles eſſe: in ſenioribus uerò ita ſubinde indurari, ut fragilis ac friabilis oſsis naturam referant, quod potiſsimum laryngis accidit cartilaginibus, & illis quas ſuperiores coſtæ educunt. Hæ enim temporis ſucceſſu, idque maximè in brutis, oſſeæ fiunt, exterius duntaxat cartilagine ueluti membrana quapiam obcinctæ, quæ ab oſſea illa cartilaginis ſubſtantia per elixationem leui uegotio abſcedit & diuellitur.

t 1. *fi. cap.* 19. K


u 1. *fi. cap.* 19. F. F

x 2, 3. *fig. cap.* 18. c.

Cartilaginum differentiæ.

NOMINA, QVIBVS OSSIVM CARTILAGINVMQVE partes, ſedesve appellantur. Cap. III.

TERTII CAPITIS FIGVRA.



TERTII CAPITIS FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.

PROPOSITA *modò figura, aliquot oſſa in hoc tantum delineantur, ut oſſium partes & ſedes, quarum nomina hoc Capite perſequar, in nonnullis ſaltem oſsibus exprimantur. Cuiuſmodi uerò hic occurrant oſſa, characterum index docebit.*

A Dextrum femur, cuius appendices ſua ſede dimouimus, ac ueluti quodam interſtitio à reliquo oſſe diſiunximus.

B Dextrum femur, cui appendices ſuis ſedibus adhuc commiſſæ hærent.

C Maxilla inferior, unà cum humiliori dentium ſerie.

D Hic os dextro ſacri oſsis lateri coarticulatum, externa ſede exprimitur.

1.2.3.4. *Sub iam commemorato oſſe, & inferiori maxilla, pedis dextri oſſa ita uidentur, ut quatuor tarſi oſſa, characteribus*

E.F.G. 1.2.3.4 *inſignita, cum oſſe cymbæ non abſimili, ac E indicato, & talo F inſcripto, & calcis oſſe G ſignificato, à quinq;*

pedij

H. I, II, III, &c. *pedij ossibus I, II, III, IIII, V notatis, & digitorum ossibus H & H ostensis, adeò remoueantur, ut sedes qua pedij ossa tarsi ossibus committuntur, intueri possit. Hac namque ratione sinus in superficie tantum insinuati, & capita leuiter admodum protuberantia, opportunè commonstrantur.*

HH. *Pedi subiacet humerus, anteriorem ipsius sedem ostendens.*

I *Scapulæ portio, in hoc ex dorso posteriorive parte depicta, ut spinam ipsius cum sua appendice lineis interstincta, uarijs que partibus efformata ostenderet. Reliqui characteres ossium partibus ostendendis hunc in modum seruiunt.*

L &c. *Quatuor L in femore A notato positis, quatuor femoris appendices indicantur.*

M &c. *Quatuor M in femore B notato locatis, etiam quatuor femoris appendices insinuantur, quarum circunscriptionem lineæ notant, quibus illæ à reliquo femoris osse dirimuntur.*

N, N *Superius N in osse sacri ossis lateri commisso, appendicem notat ossis ilium. inferius autem N, appẽdicem ossis coxẽdicis.*

O &c. *Aliquot O in pedij ossibus ponuntur, & deinde in primo secundoque pollicis osse, & primo secundoque medij digiti appendices aliquot in his ossibus insinuantia.*

P *Humeri appendix.*

Q *Appendix spinæ scapulæ.*

R *Lineæ, quæ plures spinæ scapulæ appendicis portiones intercedunt.*

S, S *In utroque femore duo scripsimus S, femoris notantes processus.*

T *Processus acutus inferioris maxillæ.*

V, V *Duo sunt processus, in osse alteri sacri ossis lateri coarctato.*

X *Processus superioris appendicis pedij ossis, paruo digito præpositi.*

Y, Y *Duo processus, seu tuber inferioris sedis humeri, qua cubiti ossibus articulatur.*

a, a, a, *In utroque femore ter a ponitur, tria femoris ostendens capita.*

b *Caput maxillæ inferioris dextrum.*

c *Caput tali, sinum ossis quod cymbam refert, subintrans.*

d *Caput tali, tibiæ sinum subiens, quod & F notatur.*

e, e, e, e, *Aliquoties in pedis figura e occurrit, capita notans pedij & digitorum ossium.*

f *Caput humeri superius, quod scapulæ articulatur.*

g, g *Duo capita inferiora humeri, seu potius sedes, quibus ulna & radius articulantur.*

h, h *In utroque femore semel h ponitur, ceruicem capitis indicans, quod coxendicis ossi immittitur.*

i *Ceruix in inferiori maxilla.*

k *Ceruix in talo.*

l, l *Ceruices pedij ossium.*

m *Ceruix in humero.*

n *Acetabulum in coxendicis osse, cui femur inarticulatur.*

o *Acetabulum in humero, anteriorem ulnæ processum admittens.*

p, p, p *Superficietenus exculpti sinus, qui in tarsi ossibus uidentur.*

q, q *Pedij ossium minimè extuberantia tubercula.*

r, r *Supercilia in coxendicis osse, ad superiorem acetabuli sedem conspicua. Si fortè in cartilaginibus eiusmodi quoque ossiũ partes aut sedes contueri lubet, omnes ferè quæ in cartilaginibus spectari possunt, effigies cartilaginum trigesimo octauo Capiti præpositæ commostrabunt.*

Varias esse uoces, quib. ossium partes sedesq; nuncupãtur

VTCVNQVE uocum multitudo, & uarius illarum uel apud eundem authorem usus, rerum descriptionem arduam reddat: nulla tamen æquè uaria pugnansque dictionum est congeries, ac nominum, quibus ossium partes sedesque indicantur. Vt enim ad sequens Caput uarias adhuc appellationes asseruẽ, quibus commissurarum ossa iungẽtium species significanẽ, huc modò referuntur, ἔπίφυσις, ἀπόφυσις, κορώνη, κεφαλὴ, ἄρθρον, κόνδυλος, τράχηλος, αὐχήν, κοτύλη, κοτυληδὼν ὀξύβαφον, γλωὼν, ἴτυες, ὄφρυες, ἄμβονες, χείλη, Calmi δες, ciusque generis uoces quamplurimæ, quæ Græcorum sunt nomina: Latinis autem, & si priuatim nonnulla tantum illis habeantur, interpretum tamen lasciuia, tot nominum myriades passim ita sunt obuiæ, ut iam nobis seorsum unumquodque Græcorum nomen assumendum ueniat: & quid ueteres, qui pueros domi sedulò dissecandi rationem docebant, illis intellexerint, addendum, quò tandem cuiusmodi uoce nos quoque simus usuri, statuatur. ἔπίφυσιν itaque, quam Latini appendicem, applantationem, adnexum, additamentum, adnascentiam, & alijs innumeris profectò modis reddunt, perpetuò appendicem appellabo. Est autem ἔπίφυσις seu appendix, os alteri ossi adnatum, & peculiarem obtinens circunscriptionem, neque illius ossis cui committitur, penitus uera portio. Huiusmodi appendicis naturam, quoties aut uituli, aut hœdi, aut agni, aut alicuius iunioris animalis pars aliqua mensæ apponitur, discere licet. Femore enim, humero, tibia, radio, ulna, aut alio his simili osse à cæteris ossibus carnibusque liberato, & ualidius nonnihil extremis partibus attrectato, ab illo ueluti aliud quoddam os decidere conspicimus, appendicis nomine donatum. Atque id in iunioribus duntaxat animantibus intuemur: in ætate enim prouectis, appendices adeò pertinaciter suis ossibus adnascuntur, ut ab osse auelli nequeant; uixque coniunctionis lineam exprimant, & ueræ suorum ossium portiones esse uideantur: cum interim in nuper natis magnam cartilaginis portionem inter appendicem & os cui ea adnectitur, intercedere uideamus, quæ appendicem ossi glutinis modo connectit. Coalitus hic non a læui planaque contingit superficie: uerùm os cui appendix committitur, plerunque sinibus quibusdam & asperitatibus abundat, quibus appendicis tubercula sinusque mutuo ingressu ualidè accommodantur. Præterea b connexus iste hoc quoque priuatim nanciscitur, quòd os cui appendix committitur, nulla prorsus sui se

ἔπίφυσις. Appendix.

a *Expende femoris appendices si. A.*

b *si. capiti I. inserta inter G & A*

de mollius, & in duritia infirmius, quàm circa ipsum connexum, cernatur. Perpetuò enim os inibi pumicis spongiæve modo multis cauernulis intus plenum est. & quamuis id subinde reliqua propemodum ipsius longitudine unum sinum ampliter cauum, & duntaxat medulla oppletum sibi uendicet, ac durissimum ualidissimumque secundum sinus illius longitudinem existat: nihilominus tamen priusquam appendici os annectitur, sinus ille deficit, & ipsum mollius redditum, cauernulis scatet, quemadmodum & appendix ipsa, quæ reliqua ossis parte mollior semper cernitur. Atque id ita perficitur, ut Galenus appendices, sinuum medullam continentium opercula esse tradiderit. quasi uerò appendicum cauernulæ medulla, aut succo ipsi prorsus simili destituerentur, & non quamplurima ossa sinibus quibus medulla ossuosis fibris non intertexta continetur carentia, appendicem ascisceren. Amplis enim ossibus, quæ sacri ossis lateribus coarctantur, eiusmodi sinus neutiquam adest: nihilominus tamen toti ilium ossis spinæ [c] appendix coalescit, quemadmodum & toti infimæ sedi coxendicis ossis. Quin & scapulæ nulla ferè ex parte medullosæ, [d] quatuor appendices annectuntur. duæ quidem ad ipsius basim, una ad mucronem interioris sui processus, & quarta ad superiorem ipsius processum: [e] quæ peculiariter ex pluribus particulis extruitur. Demum dorsi uertebræ eius generis sinu carent: attamen ipsarum corpora superius inferiusque sibi [f] appendices uendicant. Imò non modò uertebrarum corpora appendices habent, sed etiam transuersorum in thorace ac lumbis uertebrarum processuum & spinarum mucronibus appendices annectuntur. Insuper & costarum radici uertebris coarticulatæ appendix committitur, etiam si costarum os nullo amplo sinu medullam recipiente donetur. Cæterum uertebræ & puerorum dentes, qui etiam appendicibus decorantur, non solum indicant ossa his sinibus destituta appendices obtinere: uerùm etiam argumento sunt, non solis grandibus ossibus Naturam appendices dedisse: quantumuis antehac Anatomicorum præcipui oppositum asseruisse uideantur, appendices magnis tantum ossibus adscribentes. adeò sanè, ut si appendicum rationem rectè scrutabimur, eas non sinuum opercula quocunque tandem modo statuemus, uerùm illis rerum Opificem usum esse, haud immeritò asseremus, quum os aliquod parte quapiam mollius quàm reliqua ipsius sede fabricandum duxit, siue commodæ opportunæque articulationis, quæ crassam, ac proinde non prorsus solidam compactamque ossis sedem requirebat, siue molliorum corporum insertionis, exortusve, aut eiusmodi alicuius occasione. quantumuis interim Galenus undecimo libro de Partium usu, appendicum substantiam reliqua ossium quæ illis donantur sede solidiorem durioremque esse censuerit: appendices in nuper natis parum expendens, quibus magna ex parte sunt cartilagineæ, quemadmodum & in senibus cætera ossium sede (uti iam antea dixi) molliores rarioresque occurrunt. Ossium itaque amplos illos & ossuosis fibris non undique oppletos sinus habentium, femori quidem [g] quatuor annectuntur appendices: unus capiti, quo coxendicis ossi inarticulatur: unus inferiori ipsius parti, quæ tibiæ committitur: & duo alij duobus ipsius processibus, quos ferè rotatores uocamus. Tibiæ ossi & fibulæ ad genu & ad pedem appendices adnascuntur. Radius quoque iuxta brachiale & humerum appendicibus donatur. Humero autem tantummodo superius, quà scapulam spectat, appendix contigit: quemadmodum ulnæ duntaxat ad brachiale. quanquam huic interdum in admodum puerulis ad supremam ipsius partem parua appendix adnata [h] occurrat, uti & humero [i] tota inferior pars cubiti, articuli portionem efformans, quibusdam appendice efformari uisa est. Atque hæc ossa grandia sunt, quibus insignes Natura sinus largitur. Parua autem, quæ & nos quoque eius generis sinu contra Galeni placitum donari diximus, haud quaquam appendice carent: quippe postbrachialis & [a] pedij ossa ad unum omnia manifestissimam appendicem obtinent, ubi primorum digitorum ossium sinus ad articulationem subeunt. Superius uerò quà hæc ossa brachiale & tarsum respiciunt, subinde appendicem quidem adipiscuntur, at firmius semper quàm ima parte, ipsorum ossi coalitam. Item omnia digitorum ossa superius & inferius appendicibus plerunque decorantur, si ultima excipias, quæ superius tantum appendices habent. ἀπόφυσις, quem interpretes processum, excessum, explantationem, & nescio quibus alijs uocibus uertunt, nobis processus appellabitur: estque ossis pars, nihil à suo osse differens, quàm quòd tuberculi seu gibbi instar ex osse procedit, quemadmodum ex arboris trunco radices & rami ex tuberare procedereque uidentur. Eiusmodi processus, qui & ἐκφύσεις quandoque uocantur, in ossibus sunt quamplurimi. Nulla enim dorsi est uertebra, quæ non multis donetur. quandoquidem aliquot [b] ceruicis uertebras etiam plures undecim processus habere, thoracis autem uertebras septem, lumborum uertebras nouem, suis locis docebimus. Deinde & [c] inferior maxilla processibus utrinque duobus donatur, & [d] humerus quoque, & omnia corporis ossa processus ostendunt, quoties extra planam superficiem aliqua sui sede extuberant. Porrò processuum, sicut & appendicum, nonnullæ sunt differentiæ. Quibusdam enim processibus appendix adnascitur. nam femoris processus [e] rotatores nuncupati, & scapulæ spina (quæ processus scapulæ est) appendicem obtinent: quemadmodum & interior quoque scapulæ processus. Alijs processibus nulli sunt appendices. nam maxillæ inferioris, tali, & reliquorum ferè fungosorum ossium processibus appendices rarissimè contingunt, modò & eorum quoque ossium processus fungosi sint. Rursus ipsi appendices plerunque sibi processus uendicant. Vlnæ enim appendici [f] processus accidit, quem columnæ, & quo scribimus stilo, dissectionum periti assimilarunt. Tibiæ quoque ossis inferiori appendici [g] processus obtigit, quem interiorem malleolum nuncupamus. Deinde & pedij ossis paruum digitum sustinentis superior appendix [h] processum habet, cui [i] octauus pedem mouentium musculus inseritur. Appendix quoque infima femoris, in [k] duos processus adeò insignes diuiditur, ut utrique capitis nomen seorsim mereantur. Ad appendicem itaque & processum referuntur, quæ iam explicabimus ossium capita, ceruices, sinus, tubercula, & supercilia. Quanquam tamen processus nomen illis tantum processibus adhiberi satius erit, qui alteri ossi non articulantur. Femoris namque & humeri capita processus ferè non nuncupamus: quemadmodum sanè acutos maxillæ inferioris processus, & tubera humeri, quæ ad cubiti articuli latera prominent. Deinde

In 11. de Vsu partiū. Appendices sinuum medullam continentiū no esse opercula.

Non solùm grādibus ossibus appendices contingere.

Galen. libr. de Ossibus.

Ἀπόφυσις. Processus.

Processuum & appendicum differētia.

c N. N. fi. D.
d X, Y, E, K fig. 1, 2 cap. 21.
e Q R fig. K.
f 1, 2 fi. ca. 17. A, B, &c.
g Quatuor I. fi. A. dein 4 M. fi. B
h ad X & Y fi. 6. cap. 24.
i quod sub N consistit in 1. fi. cap. 23. & sub O 2. fig.
a O O in fi. pedis.
b 8. fi. 15. cap. numeris notatur.
c T & i fi. C.
d Y Y fi. I.
e S S fi. A. B.
f fi. 1, 2 ca. 24 R.
g fi. 3. cap. 31 i.
h X in pede.
i 15. musc. tab. a, b.
k 1, 2 fi. ca. 30 E, F.

inde & proceſſus appendicibus ornatos,non appendices,ſed proceſſus ſimpliciter appellare, opportunius fore putamus.Femoris enim rotatores,& ſcapulæ & uertebrarum proceſſus,etiam ſi appendices habeant, proceſſus aliorum Anatomicorum more (qui ſubinde ἔπιφυσιν cum ἀποφύσει confundunt) nuncupabimus: Aprem malleolum,inferioris tibiæ oſsis appendicis proceſſum eſſe dicemus.At hæc omnia, obiter tantum intellectis nominibus,in oſsium deſcriptionibus erunt obuia,ut & proceſſuum quoque uſus in ſingulis oſsibns manifeſtus euadet.Conferunt autem proceſſus præcipuè ad commodam articulationem, & oſsium commiſſuram:deinde ad multarum partium exortum,aut inſertionem.Si enim oſſa nullibi extuberarent, neque collium ritu educerentur,ac rurſus uallium modo exculperentur,pauciſsima ex ipſis naſci, ipſiſq; inſeri poſſent. Nunc autem proceſſus montis inſtar prominent,à quo plura quàm ex plano pronaſcuntur, aliaque ei dein inſeruntur,& ſuper ipſum exædificantur.Quinetiam proceſſus quoſdam propugnaculi uice quodammodo eſſe,ſcapularum & uertebrarum proceſſus teſtabuntur. Proceſſuum uſus.

κορώνη, ſeu κορωνίς, & κορωνὸν, interpretibus quibuſdam cornix,alijs corona dicitur.At ueteres Græci in oſsibus hac uoce acutũ ſignificabant proceſſum, quem ad arcus cornu & inciſionem,ubi neruus ſedet,referebant. Huius generis [l] unus utrinque in inferiore maxilla habetur,cui temporalis muſculi tendo inſeritur.Deinde in temporum oſſe [m] alius cernitur, quem mammarum papillis aſsimilant.Sic & in eodem oſſe [n] alius conſiſtit,qui gallorum calcaribus, & ſcriptorio ſtilo comparatur.Verùm Galenus non eiuſmodi acutos proceſſus, muſculorum inſertionibus & exortibus paratos,ita ſolum appellaſſe uidetur:ſed & nonnulla oſsium capita,aliorum oſsium ſinus articulationis ergò ſubeuntia.Occipitij enim oſsis [o] capitula primæ ceruicis uertebræ [p] ſinibus articulata, non ſemel eo nomine appellauit: quum interim,idque potiſsimum in homine,acuti proceſſus nomen neutiquam mereantur. κεφαλὴ,& κεφάλαιον,Latinis nomine capitis explicantur:qui hac uoce appellant oſsis tuberculũ,alterius oſsis cauum articulationis motusq; arbitrarij occaſione ſubintrans.Et caput rurſus prominẽs aut depreſſum nuncupamus, ad ipſius ceruicẽ id referentes.Femoris enim [q] caput,coxendicis oſsis [r] ſinui inarticulatũ,prominens dicitur, ꝙ ab ipſius ceruice ad uerticem uſq; longus pertingat ductus:quemadmodũ & humeri [s] caput ſcapulæ commiſſum,prominentis capitis loco numeramus, quòd ipſius eminentiſsima parte ceruicem aut collum longè excedat.Verùm pedij oſsium [t] capita,quæ tarſi oſsibus committuntur, adeò depreſſa planaq; ſunt, ut uix dicere queas,num ipſa tarſi oſsium ſinus ſubintrent,aut tarſi oſsium tubercula in ſe recipiant.Præterea neque in [u] trium interiorum tarſi oſsium cum oſſe cymbam referente contextu, à ſinibus capita diſtingue re licet.dein eiuſmodi capitula in pleriſque uertebris [x] haberi,ſuo loco admonebimus. In præſentia enim ſufficit addidiſſe, Græcos Naturæ operum ſtudio flagrantes, capita prominentia nuncupaſſe, quæ manifeſtum oſtendunt tuber,& ipſorum medio (quantum ad ſuperficiem ſpectat) magis quàm lateribus, aut in orbiculo,eminent & extuberant.depreſſa autem,quæ adeò obſcuro tubere gibbove prædita ſunt, ut num caput, num ſinus ea uocari debeant,non ſatis conſtet.Atque hæc poſteriora capita illi κονδύλους uidentur appellaſſe,priora autem ſimpliciter κεφάλαια.At de condylo non ita multo pòſt quædam (quum ita uariè à multis id nomen uſurpetur) adhuc ſubijciemus. ἄρθρον,quem nos Articulum dicimus, Græci primùm uocarunt, oſſium commiſſuram ad motum paratam.Verùm Hippocrates crebrò,idque potiſsimum in libris de Fracturis & articulis,ac Galenus etiam in eorundem librorum Commentarijs,articulum nominarunt rotundam oſsis partem in proximi oſsis cauum ſinumve immiſſam,& capitis nomine appellatam. Huiuſmodi caput, Latini etiam uertebrum ſeu uertebram appellare uidentur,quando femoris [a] caput coxendicis oſsis [b] ſinum ſub ingrediens,ita nominant.quanquam alijs rurſus uniuerſum coxendicis oſsis cum femore articulum ita uocare libuit.Satius tamen fuerit, uertebræ nomen [c] dorſi oſsibus tantum accommodare, ut nobis uertebra idem ſignificet,quod Græcis σπόνδυλος,nimirum quoduis dorſi os: quod & uerticulum nonnullis dicitur, à uerticuli uidelicet,quo mulieres fuſos aggrauant,forma.Cæterum capita quæ iam dicto modo extuberant, quibuſdam oſsibus ſimp icia obtigerunt,ut femori qua coxendicis oſsi articulatur, pedij & [d] poſtbrachialis oſsibus,qua digitorum prima oſſa ſubeunt.Alijs duplicia ſunt,ac gemina, & ſinu quodam interſtincta, ut [e] femori quà tibiæ committitur, [f] primis & ſecundis digitorum oſsibus,in inferioribus partibus, quæ ſub ſequentium oſsium ſinus ſubintrant.Rurſus capitum alia rotunda conſpiciuntur, ut femoris ſupremum caput: alia à dextra ſede ſiniſtrorſum longius ducuntur,atque ita quodammodo lata fiunt, ut maxillæ inferioris [g] capita.& alia à priori ſede retrorſum longius feruntur,ut [h] capita occipitij oſsis primæ uertebræ ſinus ſubeuntia.præter alias innumeras capitum ex forma differentias, in priuatis oſsium deſcriptionibus explicandas. Porrò oſsium capita non ſemel Galeno ἔπιφύσεις, ſeu appendices uocantur, fortaſsis quòd eorum nonnulla appendice conſtent: quemadmodum femoris capita,ſuperius humeri caput, pedij & poſtbrachialis oſsium capita,quibus primis digitorum oſsibus coarctantur. Sed interim pleraque oſsium capita neutiquam appendice formantur. Talus enim prorſus appendice caret: quemadmodum & maxilla quoque inferior capita,non autem appendices obtinet.Vnde non admodum recipienda uenit Galeni oratio, qua hoc eſt artuum capita, ἔπιφύσεις & κονδύλους uocari docuit.Porrò κόνδυλον,Latini nunc articulum, nunc nodum, nunc gibberum,nunc caput,nunc capitulum,nunc digitorum oſſa uertunt: quòd admodum uariè hanc uocem à Græcis haberi cognoſcant.In Galeni enim iam dicta oratione artuum capita eo nomine nuncupari uidentur.In libris autem de Adminiſtrandis ſectionibus,ita duo inferiora femoris capita uocat, & tubera capitaue inferiora humeri,perinde ac ſi eo nomine indicarentur gemina oſsium capita.quod & Hippocrates in libro de Articulis inſinuat,ubi luxatum humerum κονδύλους, hoc eſt digitorum articulis reſtituere docet. Veri ſimile enim eſt,digitorum oſſa ita ab aliquibus fuiſſe nuncupata,ꝙ geminis [i] capitibus,quemadmodum femur inferiori ſede donentur.& potiſsimum prima quatuor digitorum oſſa, quæ in luxationis reſtitutione, manu in pugnum acta,humerum extrorſum,& dein ſurſum præcipuè ducunt. Cæterùm Galenus in primo

κορώνη.

In libro de Oſsibus. κεφαλὴ. κεφάλαιον Caput. Capitum alia prominentia,alia depreſſa.

ἄρθρον. Articulus.

Vertebrum Vertebra.

σπόνδυλος Capitum differentiæ.

In 11. de Vſu partiũ. κονδύλος.

l T ſi. C. et 6,muſ. tab, A, B.
m 4, 5 ſi. 6. cap. K.
n eiuſdem fig. i.
o 1 ſi. cap. 15 B.
p 2 ſi. cap. 15 N.
q Metire ad à D ad B 1. ſi. cap. 30.
r 1,2. ſi. c. 29 e, f, g.
ſ Ab m ad f in ſi. 1.
t q, q in pede.
u Confer ſ, t, u 13 ſi. ca. 33. cum n, m, l ſi. 10
x 9 ſi. 15. ca. d: & figura 16. c. X, Y.
a. b. Immitte A 1 ſi. c. 30 in e, f, g fig. 1 cap. 29
c figura ca. 14, 15, 16, 17.
d 1 ſi. cap. 27 C.
e 1 ſi. cap. 30 E, F, l.
f 2 ſi. cap. 27 G, H, L.
g 1, 2 ſi. c. 10 A.
h 1 ſi. cap. 15. à C. ad D.
i G, H ſi. 2. cap. 27.

de Musculorum motu, κόνδυλον appellat, depressum ossis capitulum, quando κεφαλὴν seu caput, κοτύλην seu acetabulo, profundove seu alto sinui confert: κόνδυλον uerò, seu depressum, minimeque extuberans & planum capitulum, γλωῖνα, quam sinum esse dicimus, adeò leuiter in osse cælatum, ut an sinus, an capitulum sit, dijudicare uix possis. Atque in hunc modum à primis dissectionum professoribus, κόνδυλος nomen proculdubio institutum fuit. quamuis interim facilè curauero, ne hoc nomen quicquam obscuritatis alibi in nostra oratione pariat: quum non minus promptum fuerit, obscurè & leuiter extuberans capitulum, aut internum externumve femoris iuxta genu caput, dicere, quàm ambigua uoce condylum, uel nodum, uel quippiam simile sermoni inferere. τράχηλος & αὐχήν, Latini collum & ceruicem nuncupant, his uocibus ossis partem, quæ collo nostro respondet, significantes. Collum namque & ceruix tenues ossium sunt processus, quorum extremum crassius redditum, in ossis caput finitur. Huiusmodi ceruices nullibi perinde conspiciuntur, ac in [a] semore, iuxta ipsius caput, coxendicis ossi inarticulatum. Dein in maxilla inferiori adeò insignis [b] ceruix se offert, ut & caput inferioris maxillæ, ceruicis nomine ab Anatomicis subinde donatum fuerit. Quinetiam in talo quoque [c] ceruix apparet, ante orbiculatum ipsius caput conspicua, quod nauiformi ossi inarticulatur. Ad hæc, [d] pedij & postbrachialis ossa, quà digitis coarctantur, ceruices ostendunt. In reliquis autem ossibus illæ non æquè manifestò conspiciuntur. Cæterùm aliquando non modò tenuiores ossium partes in capita extuberantes, ceruices dicuntur: quinetiam & tenues processus ita uocamus, qui latiores dein redditi, sinum constituunt, cui aliud os coarctatur. quod si in aliquo osse conspicitur, sanè in scapula est manifestissimum: cuius [e] arctior pars ante sinum cui humerus inarticulatur posita, ceruicis quoque nomen ab Anatomes professoribus obtinuit. κοτύλη & κοτυληδών ac insuper ὀξύβαφον, Latini in ossium descriptione (nulla namque nobis modò mensurarum est ratio) acetabulum & acceptabulum, & uulgò pyxidem, & interdum buccellam uocant: his nominibus sinus indicantes, qui altius profundiusve descendunt, excauanturque, ac ossium capita excipiunt. Obseruatur autem eiusmodi sinus [f] in coxendicis osse, quo femoris caput admittitur: dein & in [g] osse cymbam referente, in quem tali caput ingreditur. Neque sanè in uniuerso corpore alij sinus, quibus ossium capita inarticulantur, illis duobus profundiores existunt. Verùm arbitror à primis dissectionis professoribus, non solum insigniter profundos sinus acetabuli nomine appellatos esse, sed omnem sinum alterius ossis caput excipientem: modò quiuis illum primo intuitu sinum esse attestaretur. γλωὶν autem ab ocularis sinus (quantum coniector) forma sinus dicitur, qui leuiter & superficietenus tantum cauatus est: ac talis occurrit, ut ignores num aliud os admittat, aut aliud os subeat, nihilo secus quàm si duo plani læuigatique afferes inuicem imponerentur. atque sic γλωὶν depresso responderet capiti, quod omnium primum κόνδυλον nuncupatum esse arbitror. Tales sinus habentur in [h] tarsi ossibus, qua pedij ossa ipsis coarctantur. Item [i] ossis cymbam referentis sedes, quibus id tarsi ossa excipit, huiusmodi quoque sunt: ut & [k] brachialis ossium nonnullæ, quibus postbrachialis ossa articulantur. Præterea in prima ceruicis uertebra, [l] ubi hæc depressa secundæ uertebræ capitula admittit, uix cauati illi sinus occurrunt. Verùm hæc non ita dico, quasi inhibere uelim, sinus quosdam (qui etsi manifesti sinus formam præseferant, tamen non admodum profundè insinuantur) etiam γλωῖνας appellari. Nollem enim contentiosè rixari, num tibiæ ossis [m] sinus, quibus inferiora femoris capita insident, κοτύλης, aut γλωῖνης nomen mereantur. Attamen si articulationis speciem diligenter discusserimus, meritissimò κοτύλην uocabimus apparentem sinum: γλωῖναν uerò, sinum adeò obscurum, ut ambigamus an uerè sinuum numero ueniat adscribendus. Quamobrem autem sinus nunc leuiter, nunc profundè insculpantur, sequenti Capite, quod ossium commissurarum differentias explicabit, ostendemus: quandoquidem articulationis gratia tam sinus quàm capita formentur. Hic autem sufficerit nomina duntaxat declarasse: & si cui interim usum fuerit, licebit & alias quasdam sinuum differentias hic quoque sermoni obiter adijcere. Quippe præterquam quòd alij altè, alij uero in superficie tantum inciduntur, alij rotundi orbicularesque sunt, ut coxendicis ossis [n] sinus, femoris caput excipiens, & digitorum ossium [o] sinus, quibus postbrachialis ossa inarticulantur. Alij autem oblongi sunt, ut radij [p] sinus, brachiale admittens: & primæ uertebræ [q] sinus, qui occipitis ossis capitula excipiunt: & maxillæ superioris [r] sinus, admittendæ inferiori maxillæ parati, in horum quoque sinuum numero reponuntur. Alij gemini sunt, ut tibiæ ossis sinus, quibus inferiora femoris capita committuntur: dein digitorum ossium [s] sinus plerique gemini quoque censentur. Alij trochleis rotulisq; respondent, ut humeri [t] sinus, ulnam mutuò admittens. Alij Creferunt, ut [u] sinus ulnæ, quem humerus ingreditur. Cæterùm ut sinus & capita articulorum gratia constituuntur, ita quoque & ἴτυες, ὀφρύες, ἄμβονες, χείλη, quæ Latinis supercilia & labra nuncupantur. Sunt autem processus ad sinuum orbem instar labrorum prominentes, sinuumque profunditatem augentes. Hi tametsi in omnibus articulis ferè & ossium commissuris conspicui sint, euidentissimè tamen ipsorum naturam in profundissimis sinibus ostendunt. Quare etiam in coxendicis ossis sinu, cui femur inarticulatur, altissima, maximeque prominentia uidentur [a] supercilia, ut sinum impensius cauum redderent, femorisque luxationem accuratius prohiberent. Quo minus enim ossa promptè luxentur, supercilia in primis conducunt. βαθυίδες, autem, sinus quidam esse creduntur, qui basis firmamentique ritu, ultrà quàm animanti ex usu sit, os moueri haudquaquam sinunt. In [b] anteriori enim humeri sede, & in [c] posteriori sinus exculpitur, ulnæ [d] processum excipiens. Anterior namque sinus priorem ulnæ admittit processum, quando cubitus extremè flectitur: posteriorem autem sinum posterior ulnæ processus in cubiti extensionibus ingreditur. Quoniam itaque posterior sinus in anteriorem non est peruius, hi ulnam ultrà quàm expedit, haudquaquam moueri sinunt. Si enim essent peruij, neque processibus obuiam irent, cubitum æquè in acutum angulum extenderemus, atque modò flectimus. Atque ita primi dissectionum professores, hos sinus βαθυίδας uocarunt: quamuis Hippocrati non huiusmodi tantum sinus ita appellentur, uerùm etiam reliqui, quibus ossium capita passim inarticulantur. Vlnæ namque [e] sinum, C modo exculptum, & quem humeri orbita subit, βαθυίδα nuncupauit, quemadmodum

γράχηλος. αὐχήν. Collum. Ceruix.

Galenus in initio lib. de ossibus.

κοτύλη. ὀξύβαφον. Acetabulum, &c.

γλωὶν.

Sinuũ differentiæ.

ἴτυες. ὀφρύες. ἄμβονες. χείλη. Supercilia. Labra.

βαθυίδες.

Libro de Fracturis.

a *fig.* A & B, *b b.*
b *fi.* C. *i et* 1, 2 *fi. cap.* 10 B.
c *in pede* K.
d *in pede* l, l.
e 1, 2 *fig.* c. 21 C, D.
f n *fig.* D.
g 11 *fi.* 35 *cap.* K.
h *p, p, pin pede, &* 12 *fig cap.* 33 *n, λ, α, β,*
i *fig.* 10. *c.* 32. *n, m, l,*
k 6 *fig.* 25 *cap.* M, L, K.
l Y *quartæ fi.* c. 15. *excipit c quintæ fig.*
m 7 *fi.* 31 *cap.* F, G,
n *fig.* D. *n.*
o 1. *fig. ca.* 27 D.
p 8 *fig.* 24 *cap. x, z, y.*
q 2 *fig. ca.* 15 N.
r 5 *fig. ca.* 6 *h.*
s 2 *fig.* 27 *cap l,* K.
t 1, 2 *fi.* 23 *cap.* K, L, M.
u 1 *fig.* 24 *ca.* E, C, D.
a *in fig.* D. r, r. & 1, 2 *fi. c.* 29 *i, i.*
b 1. *fig. ca.* 23 N.
c 2 *fig ca.* 23 O.
d 1 *fig. ca.* 24 C, D.
e 1 *fig. ca.* 24 C, E, D,

modum alij totum cubiti cum humero articulum. Illi quos paulo antè in humero narrabam ſinus, id priuatim ſibi uendicant, quòd illi ferè ſoli omnium ſinuum alterius oſsis proceſſus in articulorum motibus excipientiũ, cartilagine uix incruſtentur; quemadmodum alij plerique oſsium ſinus, articulandis oſsibus non parati, ſed ſolum in hoc inciſi, ut ligamenta aut muſculi in ipſis ualidius aptioriq́ue ſede inſerantur, & interdum quoque aliqua ex ijſdem initium commodius ducant. Cuiuſmodi [f] ſinus in interno latere magni externiq́ue proceſſus femoris obſeruatur, & in talo & calce, in [g] medio duorum articulorum, quibus hæc oſſa inuicem coarctãtur. At hæc omnia (quemadmodum & ſinus, quibus tendines uehuntur, atque ne ſua aberrent ſede, continentur, [h] quales in externa radij ſede iuxta brachiale non pauci occurrunt) in priuatis oſsium deſcriptionibus magis erunt obuia; & ſi aliud quodpiam nomen, quo in oſsium deſcriptione utendum erit, hic prætermiſerim, id ſequentibus Capitibus recenſebo. Vereor enim ne iſta, utcunque utilis ſit, ante oſsis cuiuſque enarratio nem prolixitas, ab Anatomes ſtudio aliquem properandi cupidum deterreat, isq́ue non mediocri diſpendio aliud perquirat compendium. Quamuis non minus Galeni librorum occaſione, quàm quę ſubſequetur oſsium deſcriptionis gratia, in hunc modum nomina prælibauerim.

Sinus articulationis nomine non parati.

f 1 *fi. cap.* 30 R.
g 4 *fi.* 33. *ca.* T. T. & 7, 8 *fi.* V, V.
h 2 *fi. cap.* 24 γ, δ, ε, ζ

DE OSSIVM CARTILAGINVMQVE INTER ſe ſtructura & contextu. Caput IIII.

OSSA humani corporis inſtar unius continuiq́ue oſsis, lapideæ cuiuſdam ſtatuæ modo, ſimul confingi conſtruiq́ue nequierunt. Nam etſi ita quidem hominis fabrica iniurijs minus foret obnoxia, & ipſius oſſa firmiorem adipiſcerentur ſedem, neque luxari ac diſtorqueri poſſent: tamen quia homo motu (qui animali maximè, ſi quid aliud, proprius cenſetur) neutiquam deſtitui debuit: & quum motus citra oſsium diuiſiones commiſſurasq́ue haud perficiatur, hominem è multis oſsibus fabrefieri admodum conduxit. Quinetiam oſſa inuicem componuntur non tantum motus gratia, ſed etiam alicuius corporis tranſitus occaſione, aut ſecuritatis, ſeu noxas melius ferendi cauſa, aut partium diuerſitatis nomine. Propter motum quidem digitorum oſſa inuicem committuntur, deinde ulna & radius cum humero, & humerus cum ſcapula, & femur cum tibia, præter eiuſmodi innumeros oſsium connexus. Tranſpirationis uerò ſeu trãſitus alicuius corporis gratia, futuras capitis efformari, tunc dicam, quando has fortè fuliginoſa cerebri recrementa tranſmittere, & duræ cerebri membranæ fibris uiam præbere docebo, ex quibus membrana caluariam obcingens conflatur. Pariter quoque & in capitis futurarum ſermone, caluariam non uno oſſe, ſed pluribus efformari audies, ne fortè hæc quapiam ex parte læſa, latè rumpatur, uitiumq́ue ueluti in fictilem ollam longius quàm ad oſsis circunſcriptionem pertingat, ſed ut ipſum unà cum oſſe ad futuram terminetur. Ad hæc, propter partium differentiam, uerticis oſſa utcunq; mollia duris temporum oſsibus committi, in eorum oſsium commiſſurarum ſermone intelliges. Omnia igitur oſſa ſimul cum cartilaginibus inter ſe ſunt contigua, neque os ullum (niſi aliquod in cordis baſi conſiſtat) ſeorſim per ſe habetur: ſed aut pars continui eſt, aut aliud os, mediante ſubinde cartilagine, contingit, alteriq́ue adnectitur: adeò ut ſagax rerum parens Natura, oſsibus ſimul cum cartilaginibus ipſis adnatis, tanquam uno continuoq́ue, & tãquam pluribus ad commemoratos uſus hominem uti uoluerit. Cæterùm ut uarius compoſitionis oſsium uſus eſt, ita quoque multiplex eiuſdem eſt ratio. Primùm itaque uoluntarij motus gratia, oſsium naturalis fit compoſitio, quæ à Græcis ἄρθρωσις & ἄρθρον, nobis articulatio articulusq́ue nuncupatur. Verùm motus huiuſce in omnibus articulis non idem eſt modus: quandoquidem alij motus euidentes ſunt, neque quenquam latent. Nemo enim non caput ſuper collum moueri ſentit, femurq́ue ad coxendicis os, & manum ad cubitum. Atque hęc articulationis ſpecies euidentem motum oſtendens, διάρθρωσις dicitur, quaſi laxa eſſet dearticulatio: quemadmodum & Hippocrates eam ἀπάρθρωσιν, quaſi abarticulationem, uocauit. Quorundam articulorum neque ualidus, neque manifeſtus, ſed obſcurus, adeoq́ue difficilis latensq́ue motus ſentitur, ut is neutiquam à ſingulis promptè dijudicari queat. Cuiuis enim poſtbrachialis oſsium ad brachialis oſſa coarticulationis motus nõ eſt obuius: ſi tamen in planam ſuperficiem primùm digitos extenderis, ac indicem dein, minimumq́ue digitum medio & annulari inſtar X, ſeu decuſſatim ſubieceris, digitorumq́ue radicibus ueluti ſemicirculum ſtatuere coneris, poſtbrachialis oſſa non prorſus immobilia apparebunt. Atque idem quoque in brachialis oſsium inter ſe commiſſuris, & calcis cum talo, taliq́ue cum oſſe cymbam exprimente, ac rurſum huius cum tribus intrioribus tarſi oſsibus, & calcis cum tarſi oſſe cubum referente, tarſiq́ue oſsium cum pedij oſsibus nexu, uſuuenit. Harum namque commiſſurarum uel maximos motus, niſi mente ſedulò adhibita, animaduertes. Vocata eſt autem hæc articulationis ſpecies, συνάρθρωσις, quaſi coarticulationem dixeris, quæ ſolius motus quantitate à dearticulatione diſcrimen recipit. Cæterùm utramque articulationis ſpeciem Natura non ſimplici compoſitionis genere nexuit, quemadmodum etiam neque omnibus articulis par motus forma attribuitur. Alij enim flectuntur & extenduntur, atque in hoc illudq́ue latus adducuntur, & abducuntur, ac demum ueluti in gyrum quoque circumuertuntur. Femur enim & brachium hos motus oſtendunt. quippe brachium pectori adducis, & retrorſum ad dorſum agis, dein ſurſum ad caput moues, deorſumq́ue ad ilia fers: ac demum circumagis quoque, quum pollice in menſam fixo, reliquis digitis circulum quàm potes maximè moliris. Ita & femur antrorſum retrorſumq́; & introrſum ad aliud femur, & extrorſum ab alio ducis, & circũuertis pariter, quũ calcc in terram firmato, quaſi circulum facturus, digitos huc atque illuc in latera agis. Hoc enim pacto circũuerſionis motum ſubaudire conuenit: non autẽ quum brachium, modò antrorſum, modò ſurſum, modò retrorſum, modò deorſum, ſuccedentibus motibus ueluti in circulũ, ac quaſi funda lapidẽ emiſſurus, moues. Alij arti culi duntaxat flectuntur & extenduntur, atque in latera mouentur, omnis motus circumuerſionis expertes: ut prima digitorum internodia, & ipſum brachiale quà cubito iungitur. Alij uerò flectuntur & extenduntur, ſimulq́;

Hominem pluribus oſſibus conſtare, motus gratia.

Tranſitus alicuius, ſeu reſpirationis gratia.

Gratia difficultatis patiendi.

Partium differentiæ gratia.

Quibus commiſſurarũ differentijs oſſa inuicem compingantur, & quæ harum motum edunt.

ἄρθρον. Articulus.

Διάρθρωσις. Lib. de Artic.


συνάρθρωσις. Coarticulatio.

Articulos omnes nõ eſdem agi motibus.

mulque circumuertuntur, nullum interim in latera motum sibi uendicantes: ut radius ad humerum flectitur & extenditur, ac etiam circumuertitur, seu in pronum supinumque agitur. Alij solum flectuntur & extendun tur: ut ulna ad humerum, & tibia ad femur, & secunda & tertia quatuor digitorum internodia, & tertium pol licis. Alij duntaxat circumuertuntur: ut prima ceruicis uertebra supra secundam, uelut ad axem cum uniuer- so capite circumuoluitur: & radius supra ulnam, non nisi in pronum supinumque circumuersionis motu du- citur. Quoniam igitur omnes articuli non simili pollent motu, nequaquam mirum uideri debet, diuersa quo- *Tres articulorũ forma.* que compositionis forma seu specie eosdem necessariò compingi. Ac species hæc est tripartita, & à uetustissi- mis Græcorum triplici uoce fuit donata, ἐνάρθρωσει uidelicet, ἀρθρωδία, & γιγγλύμῳ. Quanquam fortassis hæc no mina à Diocle, & illis qui primùm resecandi rationem commentarijs tradidere, postmodum fuerint confusa. *ἐνάρθρωσις.* ἐνάρθρωσις itaque articulationis speciem significabat, in qua excipientis ossis cauum sinusve altus, & acetabuli modo exculptus est, caput autem quod illi inarticulatur extuberans. adde & sinum in hac articulationis diffe rentia similiter ac caput esse simplicem, unicum scilicet sinum, & unum caput, [a] perinde ac in femoris arti- culatione cum coxendicis osse, [b] & in humeri cum scapula, [c] & postbrachialis pedijque ossium cum pri- mis digitorum ossibus fieri conspicimus. Commemorati modò articuli manifestis pluribusque motibus do- nantur. Femur enim & humerus flectuntur ac extenduntur, & ad latera ducuntur, ac dein circumuertuntur. Prima autem digitorum ossa non circumuertuntur, ut neque [d] brachiale in radio circumuertitur, etsi haud secus quàm illa digitorum ossa flectatur & extendatur, & in latera quoque agatur. Præterea [e] radius quan- tumuis ad humerum flectatur & extendatur, & insuper circumuertatur, motu tamen destituitur laterali, quòd Natura priuatim horum articulorum, qui etiam inarticulatione componuntur, capita non adamussim extru- xit rotunda, idque magni alicuius beneficij, ut suis locis docebimus, occasione. Natura enim etsi hanc articuli speciem in simplicibus articulis tum semper machinetur, quum pluribus simul motibus ossa moueri cupit, nõ tamen omnibus mox inarticulationibus triplex motuum genus tribuit: at tertium plerunque genus, quo nõ indigebant, peculiari structura ipsis abstulit, qua interim articuli consulitur robori: isque ualidior, & minus luxationi expositus redditur, quàm si ea constaret fabrica, cuius ope triplici motuum differentia polleret. Quanquam interim inarticulatio, non tantum in articulis manifestissimos motus edentibus spectatur, sed [f] tali etiam rotundum caput (ut & obscurorum motuum quædam proponantur exempla) ossi cymbam referen ti inarticulatur, perinde ac quædam brachialis [g] ossa inuicem, non minus quàm secundæ, tertiæ, quartæ, & *ἀρθρωδία.* quintæ, sextæque costarum cartilagines pectoris ossis finibus hac articuli specie [h] comittuntur. ἀρθρωδία species articuli est, quæ unius ossis cauum sinumve leuiter tantum, ac ueluti superficietenus exculptum habet & alterius ossis caput depressum, uixque extuberans adipiscitur, perinde ac si planæ quodammodo superficies hunc contextum efficerent. Vti enim in enarthrosi, quis sinus caputque sit, iudicatu est facillimum: ita è diuer so in arthrodia, utraque adeò obscura sunt, ut ignores cuinam ossi sinus aut capitis nomen opportunè debeas ascribere. Hac specie committuntur [i] tria interiora tarsi ossa, cymbam referenti ossi, & [k] pedij ossa tarsi ossibus, [l] nonnullaque brachialis ossa postbrachialis ossibus, dein [m] quartum brachialis os tertio bra- chialis ossi, & [n] clauicula superiori scapulæ processui. In quibus commissuris adeò obscuri sunt motus, ut per quàm arduè sentiri dijudicarique possint. ita sanè, ac si Natura hanc articulationis differentiam in simplici unicoque duorum ossium articulo fabricaret, quum uix tantillum os moueri statuit. *γίγγλυμος.* γίγγλυμος manifestis si- nibus capitibusq; perficitur, sed nequaquam simplicibus, unave tantum superficie, aut gibba, aut caua, aut pla na constantibus. Occurrit enim ginglymos, quum mutuo ingressu ossa inuicem iunguntur, sic ut unius ossis gibba, alterius caua subintrent: & rursus unius ossis sinus, alterius gibba admittant. perinde ac ostiorum fene strarumque cardines, à quibus tertia hæc articuli species nomen inuenit, contexuntur. Atque ut illorum duæ præcipuæ spectantur differentiæ, ita quoque mutui ossium contextus, duplex est potissimum ratio. Cardines enim, quibus plerunque duo asseres inuicem hærent, sic mutuò gibbi sunt & caui, ut unius ferri gibba in alte- rius ferri caua suscipiantur, & unius caua alterius gibba admittant, & clauus dein omnia simul gibba permeet. Cardines uerò quibus ostia aut fenestræ parietibus firmãtur, ita se habent, ut ferrũ rectà parieti infixum, tere ti & tanquam ex perpendiculo sursum ducto emineat tubere, quod cauũ ferri ostio fenestræue clauibus firmati orbem subingreditur, adeò ut ca- uus ille orbis seu anulus aut uertebra teres excipiat tuber, & ferrũ ex quo id educitur, uertebram illam mutuo ingressu admittat. Ad imaginem ita- que priorum cardinum ([o] præcipuè si alterum ipsorum ferrum, unum duntaxat in sui medio gibbum habeat, & suprà infràque excisum sit: alte rum uerò duo ostendat gibba, in eorumque medio excauetur) secundi & tertij quatuor digitorum manus & pedis committũtur [p] articuli, & præ ter alios quamplurimos, femoris ad tibiam [q] articulus. Vnum namque horum articulorum os duo habet capita in medio sinu quodam direpta: alterum uerò duos obtinet sinus, in medio tubere quodam distinctos. at- que ita duo unius ossis capita, alterius ossis binos subeunt sinus: & u- nius ossis sinus, alterius ossis tuber admittit. Ad secundi autem cardinis formam, [r] ulna uidetur hume- ro coniungi, quum orbicularis ulnæ sinus ad humeri orbitam rotulamve flectitur & extenditur, seu alio- quin aduoluitur. quamuis insuper & in hoc articulo pleraque cum priori cardine conueniant. Molitur au- tem Natura mutuos istos contextus, quum articulorum robori in primis uult esse consultum, unique tan- tum motui illos præesse sat est. quod nuper commemorati attestantur articuli, quos tantum flectere extende- reque possimus, nullo alio interim indigentes motu. Cæterùm dictos hactenus Naturæ in tribus articulorum specie formandis scopos, in articulis subaudire conuenit, qui simplices ac unici tantum in duorum os- sium

Qui Natura interdũ duo ossa pluribus articulis commisit

Superiori figura cardo exprimitur, quo hic duos asseres hærere scribimus. ac A *unum indicat ferrum,* B *alterũ, quæ clauo* C *indicato, ad mutuum ipsorum ingressũ firmantur. Inferiori figura alius delineatur cardo, in quo* D *ferrum notat parieti infixum,* E *autẽ ferrum quo ostio aut fenestræ clauis affigitur.*



a *Immisſũ hic finge A 1,2 ſi. 30. cap. in e, g, f. 1 & 2 ſi. 29 capiti s.*
b *1,2 figurarum cap. 23 in A, B 2 figuræ. ca. 21.*
c *1 tabellæ fig. cap. 27. C in D.*
d *characteres 1, 2, 3 ſi. 1, 2 cap. 25 in x, y, z ſi. 1 cap. 24.*
e *q fig. ca. 24 O ad P 1 ſi. ca. 23.*
f *Iunge O 3 ſi. ca. 33. in K 11 ſi. cap. eiuſdẽ.*
g *2 fig. ca. 25 character 7. in 1.*
h *ac ſi E 3 ſi. ca. 19 immitteres in x aut y ſi. 6 cap. eiuſdẽ.*
i *Iunge ſ, t, u fig. 13 ca. 33 cũ n, m, l fig. 10.*
k *fig. ca. 3 q, q ad p, p. 1 char. 8 ad III, IIII ſi. 1, 2 cap. 25.*
m *ſi. 1 ca. 25 char. 4 ad 3.*
n *3 ſi cap. 22 Q ad L 1 ſi. ca. 21.*
o *ut hic ſuperior habet figura.*
p *in 2 tabella figuræ ca. 27 iunge G, H, L ad I, K, M.*
q *cõfer G, F, & 11 ſi. ca. 31 cum E, F, et I, ſi. 1 cap. 30.*
r *ſi. 1, 2 ca. 23 K, L, M ad C, D, E ſi. 1 ca. 24.*

fium applicatione occurrunt. Non uulgaris enim ſubinde uſus occaſione impedita, duo oſſa ſimplici articulo neutiquam committere potuit, ſed duos, ac interdum quoque plures à ſe inuicem diſtantes, neque ſibi continuos nexus articuloſve effinxit. Vt enim in media cubiti longitudine radius ab ulna plurimum non leui fadium ulnæ commiſit: iuxta cubiti quidem flexum, radij [t] capitulo [u] ſinum ulnæ ſubeunte, & iuxta brachiale, ulnæ [x] capitulo in radij [y] ſinum articulato. quum interim duobus illis nexibus radius tantum circumuertatur, ſeu in pronum ſupinumque ducatur. Dein propter dorſalis medullæ tranſitum, [z] occipitis os primæ uertebræ duplici articulo nectitur, utroque ad inarticulationis ſpeciem quodammodo extructo: & tamen illius beneficio, caput ſupra primam uertebram, meritò ob ſtructuræ in diſtantibus inuicem articulis rationem, in poſteriora & anteriora tantum agitur. Inſuper [a] prima uertebra, ſupra ſecundæ uertebræ corporis latera, duabus ueluti arthrodijs, ſeu planis contextibus, iungitur: & ſecundæ uertebræ dens, primæ uertebræ quodammodo inarticulatur: attamen tribus illis articulis prima uertebra cum capite ſupra ſecundam, duntaxat (uti ſuis locis contra Galeni ſententiam docebimus) circumagitur. Ad hæc, quia dorſalis medullæ quoque gratia, cæteræ dorſi uertebræ perforandæ, & ſimul multæ conſtituendæ fuerant, Natura non ſimplicibus nexibus articulisque in duarum uertebrarum compoſitione eſt uſa. præter contextum enim rarum & peculiarem, quo uertebrarum [b] corpora non læui lubricoque, ut cæteri omnes articuli, attactu, compinguntur, à ſecunda ceruicis uertebra ad duodecimam uſque thoracis, arthrodia quodammodo ſubditæ uertebræ aſcendentes nobis appellandi proceſſus, ſuperpoſitæ ſeu incumbentis uertebræ deſcendentibus proceſsibus ſubmittuntur. Verùm interim hæ uertebræ præter manifeſtam flexionem & extenſionem, etiam motum in latera experiuntur. quemadmodum & lumborum uertebræ, quæ perinde ac duodecima thoracis deſcendentibus proceſsibus, in ſubditæ uertebræ aſcendentes proceſſus enarthroſi articulantur. Cæterum quid Galeno in mentem uenerit, neſcio, quum uertebrarum contextum ad ginglymon refert. nam etſi præter primam ceruicis, & duodecimam thoracis (quæ ſuprà infraque ſuis aſcendentibus & deſcendentibus proceſsibus à proximis illi uertebris excipitur, uti prima, quaſi ſupra infraque ſibi contermina oſſa admittit) omnes uertebræ una parte ſuſcipiantur, altera, uti prius dixi, recipiant: non tamen hic ginglymos, ut ipſe arbitratur, eſt recenſendus. Neutiquam enim Galenus expendit, ſe ita ad ginglymon tribus [c] oſsibus, ea ratione opus habere: primo uidelicet, quod ſuperiori ſua ſede exciperetur: ſecundo, quod ſuperiorem hanc ſedem admitteret: tertio, quod à primi oſsis inferiori ſede ſuſciperetur. At iam tempeſtiuum fuerit, commiſſuras omni prorſus motu deſtitutas aggredi: quarum prima γόμφωσις dicitur. eſtque, cum inſtar claui os oſsi infigitur, qua [d] dentes ad unum omnes maxillarum præſcpiolis tanquam claui adeò impinguntur, ut ne tantillum quidem moueantur. Cæterùm ueteres interdum inſtar claui connexum, etiam ad articulum, ſed alia ratione contulerunt, quum oſſa inuicem alterius oſsis beneficio, tanquam claui cuiuſdam interuentu, coarctari dicerent. quemadmodum Ariſtoteles innuit, quum duo oſſa caua in medio clauum habere ſcribit, [e] tibiam & calcis os ſinus obtinere, & talum ſuis tuberibus eos ſinus claui ritu ita ſubire arbitratus, ac ſi duo aſſeres eodem ſpiculo committerentur. Verùm trigeſimo tertio Capite tali hiſtoria tradetur, cuius connexus ad tibiam & calcem ginglymo, in hominibus, ut & in quadrupedibus articulatur. Homines enim talo non deſtituuntur, quamuis is à ſolipedum ac biſulcorum talo forma (non autem ſitu, uti ſuo dicemus loco) diſcrepet. Sutura, quam ῥαφὴν Græci appellant, compoſitio quędam eſt, ad conſutarum rerum ſimilitudinem. Hanc nonnulli quum explicare ſtudent, ſerratam compagem ſtructuramque, alij in unguem commiſſuram eſſe definiunt. Sed illi nobis in memoriam reuocant, mutuum ſerrarum contrario occurſu ingreſſum, quo dentatæ alterius ſerræ partes in alterius ſinus ſubeunt. Hi uerò, quæ in unguem committi dicuntur, quum gibbæ uidelicet partes ad unguium figuram ſtructæ, in ſinus quibus concinnè excipi poſſunt, inſeruntur, qua connexus ſerie arcarum ſeu lecticarum afferes ſubinde inuicem compingi cernimus. Cæterùm poſteriores, futuræ formam accuratius quàm priores explicant. quemadmodum omnium proximè eam aſsimilant, qui ſuturas ad limborum futuræ effigiem conferunt, quando, ut de unguibus diximus, panni unius floſculi in alterius ſinus mutuis ingreſsibus conſuuntur. Eiuſmodi [f] futuris oſſa capitis magna ex parte compinguntur: & inter reliquas ſemper futuræ ſpeciem elegantiſsimè ea oſtendit, [g] quam Λ literæ in occipitio comparamus. ἁρμονία oſsium ſtructura eſt per ſimplicem lineam, citra omnem tuberis, ſinus, & aſperitatis mutuum ingreſſum commiſſa. Ad hunc [h] modum quædam maxillæ ſuperiorис oſſa, & præſertim naſi inter ſe iungi putantur. Cæterùm quia harmoniæ connexus uix unquam ad amuſſim inſtar ſimplicis lineæ perficitur, ſed nonnullæ aſperitates mutuò ingredientes, perpetuò ferè cum oſſa rumpuntur, in harmonia occurrunt, plerique futurarum uoce etiam harmonias plurimùm complexi uidentur. σύμφυσις, eſt naturalis oſsium unio, qua commiſſuræ forma appendices ſuis oſsibus connaſcuntur, [i] in ætate quidem minoribus, quum oſſa adhuc mollia fungoſaque exiſtunt, cartilaginis interuentu: in grandioribus uerò, ubi iam oſſa induruere, appendices citra alicuius corporis interuentum oſsibus adeò uniuntur, ut coalitus lineam uix conijcere queas. Hac quoque unione, oſſa ſacri oſsis lateribus commiſſa, inuicem [k] in pube coaleſcunt. Dein admodum pueris utriuſque lateris os tribus formari oſsibus apparet, quæ tribus lineis in coxendicis oſsis acetabulum concurrentibus interſtinguuntur: ut etiam in agnis uidere eſt, in quibus cartilago lineas has ſicut in pueris intercedit. in paulo autem prouectioribus tres illæ partes adeò connaſcuntur, ut ne linearum quidem ſpecies ſe offerat. At de his oſsibus, ipſis dicando Capite pertractabitur: quemadmodum & de uertebris, quæ in pueris quoque pluribus conſtant partibus. quemadmodum & occipitis os, & alia corporis pleraque: quæ alioquin unius oſsis nomine ideo habentur, quòd coalitus imago planè in ætate prouectiori

bus

Libro de Oſſibus, & 3 lib. Commentar. in Hippoc. lib. de Artic.

Quæ oſſium commiſſuræ differẽtiæ nullo pdite ſũt motu.

γόμφωσις. Cap. 9. lib. 2. de Partibus animalium.

ῥαφὴ. Sutura.

ἁρμονία.


σύμφυσις.

Serrata compago.

Inſtar unguium commiſſura.

Aſſerum nexus.

Limborum uaria inſitio.



t 1 fi. cap. 24 h, i.
t 3, 9 fig. ca. 24 m.
u 5, 11 fi.
x 5 fi. cap. 24 p.
y 7 fi. ca. 24 o.
z Confer 1 figurã cum ſecuda cap. 15.
a Cõfer 4 figuram cũ 5. cap. 15.
b fi. ca. 14 R. R. Atque ita deinceps ſpecta illã figuram & alias trium ſubſequentiũ dein ca. ad proceſſus aſcen. et deſcen.
c quaſi ſpectares 3 figura ca. 19 S, T, V. ut T primum ſit, S 2, V 3.
d Immitte dentium ſeriẽ A, A notatã fig. ca. 11. in quartã fig. ca. 6.
e Expende qui in 3 integrariũ fi. Ω inter Φ & a conſiſtit.
f 1 fi. 6 ca. & A, B, C, D 3 fig. 6. cap.
g B inter tia integrarum.
h 1 fig. ca. 12 a Z ad f i fi. ca. 40 li. ſecũdi 1, 2. 4, 5.
k 1 fi. integrarum 5.

los ab iniurijs uindicantem. Superius enim palpebras, supercilia, & frontis os collocauit: inferius uerò, præter palpebras, malæ etiam & genæ oculos tutantur. Internis autem partibus nasus muri instar oculis interiectus est, exterius deinde ualidissimum os externum oculorum sedis angulum occupat, adeò ut editis ac extuberantibus undique partibus oculi sepiantur, utiliterque ueluti in sinuosa ualle latitent. Cæterùm horum quæ oculos muniunt coaceruatio & congeries, caput minimè est, quamuis etiam illa sine capite consistere nequeant. Quæ igitur fuit necessitas, hic quoque alias componi partes, quarum fabrica capitis nomen meretur? Singula sensus organa, uisus nimirum, odoratus, gustus, & auditus, quæ neruo indigent molli: neruo quidem, quòd ille sit animalis spiritus facultatisque uehiculum: molli autem, quoniam affici & disponi quodammodo oportet, ab extrorsum incidente sensibili. Quando itaque oculi mollibus cerebri neruis indigebant, ac mollia omnia si ulterius procederent promptè diuulsa frangerentur, offenderenturque, aut etiam uiæ longitudine plus æquo indurescerent, cerebrum iurè non procul ab oculis reponi debuit. Atque ità colligitur, cerebrum in capite locari oculorum causa, odoratus autem & auditus gustusque organa propter cerebrum. Quanquam & hæc organa alioquin altissimam sedem opportunè sortiantur. Aures enim quum sonum percipere debeant, qui naturà in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus locatæ sunt. Item nares, eo quòd omnis odor ad superiora ducitur, meritò sursum sunt: & quòd magnum cibi & potionis iudicium ad nares quoque pertinet, non sine causa uicinitatem oris illæ sequuntur. Iam gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur genera debet, commodè habitat in ea oris parte, qua esculentis & poculentis Natura iter patefecit. Tactus autem toto corpore æqualiter fusus est, ut omnes ictus, omnesque nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus.

Cerebrum oculorũ gratia in capite locari, & quin cerebri nomine reliquos sensus.

Naturalis capitis figura.

Cæterùm caluariæ [a] figuram maximè naturalem concinnamque omnes definiunt, quæ instar sphæræ utrinque in anteriora leuiter compressæ spectatur: ac ueluti compressionis occasione, anteriori parte multo angustior, quàm posteriori, redditur. Formæ huius rationem Galenus ad cerebrum refert, caluariam, quum cerebri sit [b] receptaculum, ac ueluti galea & propugnaculum, illius debere formam exprimere astruens: & addens pariter, qui posteriori cerebri parti cerebellum allocetur, dorsalisque medulla illinc prodeat: anteriori uerò parte ad olfactus organa, & ad oculos à cerebro processus educantur. quum interim nos facilè in septimo libro ostendemus, cerebrum nulla peculiari eguisse figura, & posteriorem eius partem retrorsum magis quàm ipsum cerebellum [c] prominere, ac præterea processus illos olfactui seruientes, & uisorios neruos ex cerebri basis quasi medio, non autem ex anteriori ipsius sede initium ducere: adeò ut cerebri ratione nihil obstiterit, quo minus caluariam instar exacti globi, sphæræve, utpote figuræ iniurijs repellendis promptissimæ, efformatam cernamus. Verùm maxillæ superioris, & nasi, oculorumque sedium, & temporalium musculorum habenda fuit ratio, & insuper connexus caluariæ cum dorsi uertebris gratia, posteriorem capitis partem latiorem capacioremque fieri decuit, si modò iusti ponderis haud negligenda erat occasio. Hippocrates porrò naturalis appellatæ nobis formæ causam in obstetrices nutricesque uidetur reiecisse, quum asserit quosdam oblonga capita existimasse esse pulchra, hosque ideo in puerulis ea compressisse, atque ita tandem natura in hanc oblongam formam procreata esse; eo propè modo, quo pleraque nationes peculiare quid in capitis forma sibi uendicare constat. Genuensium namque, & magis adhuc Græcorum & Turcarum capita globi ferè imaginem exprimunt, ad hanc quoque (quam illorum non pauci elegantem, & capitis quibus uariè utuntur tegumentis accommodum censent) obstetricibus nonnunquam magna matrum solicitudine opem ferentibus. Germani uerò compresso plerunque occipitio, & lato capite spectantur, quòd pueri in cunis dorso semper incumbant, ac manibus ferè citra fasciarum usum; cunarum lateribus utrinque alligentur. Belgis oblongiora cæteris propemodum reseruantur permanentve capita, quòd matres suos puerulos fascijs inuolutos, in latere & temporibus potissimum dormire sinant. Vtcunque autem sit, Anatomici eam capitis figuram appellant naturalem, quæ ad oblongæ sphæræ formam potissimum extruitur, priorem posterioremque partem obtinens magis proceram. Omnes autem reliquæ ab hac euariantes figuræ, non naturales censentur: quemadmodum ea, in [d] qua anterior eminentia à syncipite, frontisve elatiori sede producta perit: posterior autem, quæ occipitis est, reseruatur. Item [e] quæ huic planè contraria uisitur, ac posteriorem, occipitij nimirum, eminentiam manente anteriore perdidit. Deinde [f] tertia, naturali adhuc magis opponitur, in qua ambæ capitis eminentiæ abolentur, & caput ad amussim rotundum, & instar exactæ sphæræ, ac ueluti scillæ obseruatur: qua figura Thersites ab Homero fuisse traditur. hanc enim ab ipso φοξὸν appellari, nonnulli asserunt: quanquam plerisq; omnes acuminatas capitis figuras eo nomine, & ὀξυκεφάλου, nuncuparę libuerit. [g] Quarta species non naturalis figuræ ab Hippocrate quoque enumeratur, in qua caput in latera ad utranque aurem insignius, quàm in anteriori posteriorique sede, prominet. Ac hæc naturali capitis figuræ omni ex parte dissimilis est, haud secus quàm si ad alteram aurem in naturali figura faciem, ad alteram uerò posteriorem ceruicis sedem fingeres. Verùm Galenus alibi hanc excogitari quidem, non autem in rerum natura consistere posse affirmat: quamuis interim Venetijs puer multis partibus deformis, & admodum amens, hac figura hodie conspiciatur. Imò apud Bononienses mendicus obambulat, cui caput quadratum, sed latius paulo quàm longius contigit. Præterea Genuæ puellus annos natus fortè tres, à mendica ostiatim circumlatus est, & paulo pòst in nobilissima Belgarum Brabantia ab histrionibus fuit propositus, cuius caput in utrunque latus protuberans, duobus uirorum capitibus grandius extitit. Verùm arbitror illum puerum simili affectu laborasse, quem Augustæ Vindelicorum in bienni puella obseruaui, cuius caput in mensibus plus minus septem ita increuerat, ut nullum uiri caput unquam uiderim, quod non molle illi cederet. Fuitque is affectus, quem ueteres hydrocephalum uocarunt, ab aqua quæ in capite asseruatur, sensimque colligitur. Quanquam ea non inter caluariam, & exterius ipsam succingentem membranam, aut cutem (ubi aliàs aquam reponi, medicorum libri docent) huic puellæ fuerit collecta: uerùm in ipsius cerebri cauitate, adeoque in dextro sinistroque illius [h] uentriculis: quorum cauitas amplitudoque ita increuerat, ipsumque cerebrum ita extensum fuerat, ut nouem ferè aquæ libras, aut tres Augustanas

Primæ non naturalis capitis figura.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Libr. 9. de Vsu partiũ. Variæ insuper capitis figuræ.

a *prima fi. & pleraq; 6 cap fi.*

b *Apparet id figuris ferè omnibus libri 7.*

c *in 1 et 2 fi. ca. 2 li. 4*

d *2 figura*

e *3 figura*

f *4 figura*

g *5 figura*

h *6 fi. li. 7 D, D & E, E.*


ſtanas uini menſuras (ita me ament Superi) continuerint. Ad hæc, ut cerebrum in capitis uertice, membranæ quaſi modo erat tenue, & quodammodo continuum cum tenui ſua membrana corpus: ita quoque calua ria fuit prorſus membranea, tantaque duntaxat ſede oſſea, quanta caluariæ puellæ erat amplitudo, priuſquam caput extra modum increſceret: ea ferè ratione, qua in nuper natis pueris, frontis os & uerticis oſſa conſtare cernimus, ubi illa alioquin mutuò ſunt contermina, & in admodum pueris, inſigni interuallo, amplitudineque uiſuntur membranea. Cerebellum interim, cerebrique uniuerſa baſis, ſecundum naturam habebant, uti & neruorum productiones. Dein nullis prorſus ſedibus, quàm in cerebri uentriculis adeò atque dixi adauctis, aquam reperi, & puella ad mortem uſque ſenſibus omnibus integrè eſt uſa: & quoties caput, quum illā paucis ante mortem diebus conſpexi, ab aſtantibus mouebatur, & nonnihil, quantumuis etiam leuiter, erigebatur, grauis ilico tuſsis puellæ moleſta fuit, cum difficili reſpiratione, & totius faciei miro rubore, ſanguinisque ſuffuſione, & lacrymarum prouentu. Reliquo corpore mediocriter habuit: etſi laxis infirmisque, ſed non reſolutis tamen fuerit articulis, neque præſente etiam inſigni macie, aut etiam ſeroſo in membris tumore, aut morbi comitialis, aut tremoris alicuius notis. Iecur quum paulo poſt mortem ſpectaretur, ſuppalidum, & nonnihil naturali aliàs iecore contractius duriusque occurrit: liene interim maximo & molli conſpicuo, perinde ac ſi iecoris uices aliquandiu obiuiſſet: adeò ut cum præſentibus mediciis nihil æquè admiratus fuerim, ac tantam aquæ uim in cerebri uentriculis abſque maioribus ſymptomatibus tam diu fuiſſe collectam. Quemadmodum eodem ferè tempore non uulgariter nos mirari coegit, nobiliſsimi & unà doctiſsimi uiri cor, in cuius ſiniſtro uentriculo glanduloſæ (ſed ſubnigricantis interim) carnis libras propemodum duas reperimus, corde inſtar uteri, ac puellæ illius cerebri, ad cius carnis molē extenſo, & homine ante mortem habitu utcunque melancholico, & admodum uigili, & pulſu prædito miris ſanè modis inæquali & uario, quique arteriæ contractionem manifeſtè oſtendebat. Ita enim multis mē ſibus ante mortem (quum tamen alioquin ueluti ſanus obambularet) pulſus aut arteria potius contrahi uiſa fuit, ut trium aut quatuor pulſationum ictuumve interuallo contracta maneret, uelutque expulſionem moliretur. Imò poſtremis uitæ ſeptimanis, ex nouem ictuum interuallo tres tantum aut duæ dilatationes arteriæ, tactui ſubinde occurrerunt. Dein animalis facultas cum principis animæ functionibus ad mortem uſque ſatis conſtabat, quæ non tam ex cordis uitio proximè obuenit, atque ex ſiniſtri cruris grangręna, quę ab impedito arteriæ pulſu occaſionem perinde duxit, ac ſi intermiſsi illi ex cordis uitio pulſus, cruris illius natiuum calorem parum aptè euentilaſſent. potiſsimum quum ex ſclopeti ictu ante annos aliquot ipſi uitiata eſſet [i] arteria quæ fibulam petit. Cæterùm eiuſmodi perquam in numera alio Opere lactationem apprimè idoneas deſcribemus: quum interim præſenti Opere, corporis humani affabrè compoſiti tantùm inſtoriam enarrare inſtituamus, monſtruoſa omnia, & quæ in malè ſanis ægrisque ſolum occurrerunt, ſilentio præterituri. Capitis autem figurarum non naturalium hic meminimus, quòd illæ à diſſectionum profeſſoribus ſunt quoque paſsim pertractatæ: quodque non naturales capitis uocatæ effigies, etiam in egregiè prudentibus (quandoquidem ſcilicet cerebrum nulla, uti iam innuimus, propria admodum indigeat figura) interdum ſpectentur, etiamſi tales caluariæ, ac potiſsimum futurarum ſpecie, ut proximo dicetur Capite, à naturali forma differentes, nobis in cœmiterijs perquàm rarò ſeſe offerant. ut profecto ſubinde forſan occurrerent, ſi alpium quæ Stiriam ſpectant, accolarum cœmiteria ſcrutaremur: quum illos homines, non dictis modò capitis figuris, ſed longè etiam magis diſcrepantibus deformes eſſe audiā.

i *fig. ca. 12 lib. 3. A.*

DE OCTO CAPITIS OSSIBVS, ET SVTVRIS hæc inuicem, & cum conterminis ipſis maxillæ ſuperioris oſsibus, committentibus. Caput VI.



PRIMA SEXTI CAPITIS FIGVRA, quæ duas uerticis oſsium portiones inuicem nonnihil ſeiunctas commonſtrat, ut commodius artificioſiſſima ſuturæ fabrica oculis ſubijceretur.



SECVNDA SEXTI CAPITIS FIGVRA, portionem quandam oſtendens uerticis oſsis, ſerra à reliqua oſsis parte diuiſam, ut caluariæ in fronte, uertice & occipitio proponatur ſubſtantia, quæ duabus denſis ſolidisque efformatur ſquamis ſeu laminis, quas uulgò capitis appellamus tabulas & diploas. hicque ipſarum ſuperior exterior ve [a] inſignitur, interior autem [c]. In harum medio cauernoſa ac ueluti fungoſa fiſtuloſave oſsis conſiſtit ſubſtantia, cui [b] inſcripſimus.

TERTIA SETTI CAPITIS figura, integram caluariam absque inferiori maxilla in sinistro latere depictam exhibens.

QVARTA SEXTI CAPITIS figura, caluariam sinistro lateri magis incumbentem exprimit, ut et basis caluariæ in conspectu nonnihil ueniret. Aliquot uerò suturarum causa, ab hac figura os iugale serra ademimus. ipsam namq; superioris maxillæ ossibus cognoscendis, & quibusdam caluariæ foraminibus ostendendis subseruire, suorum characterum insinuabit Index



CHARACTERVM TERTIAE ET QVARTAE figurarum Index.

PRAESENS characterum index, tertiæ ac quartæ figuræ communis erit, quòd scilicet eidem ferè characteres in utraque collocentur. etsi casu quis aut tertiæ, aut quartæ figuræ duntaxat peculiaris occurret, illi pro figuræ ratione, aut 3 aut 4 subijciam.

A, B Coronalis anteriorve sutura earum quæ transuersim ducuntur. Huius dextra pars in tertia, sinistra uerò in quarta spectatur.

C, D Posterior sutura tranuersarum, quæ ^ Græcorum maiusculæ literæ assimilatur. In tertia huius suturæ sinistra pars conspicitur, in quarta uero dextra.

E 3 Sutura à medio suturæ ^ referentis ad medium coronalis, seu à D ad B deducta.

F Squamosa conglutinatio, ac in tertia quidem figura uidetur sinistra, in quarta autem dextra. Dein in ambabus à C

G ad G interuallum notatur, quod non mutuò incumbentium squamarum, sed ueræ suturæ cõstructionem ostendit. Quod

H autem à G ad H per F porrigitur, uera squamæformis est conglutinatio, uerticis ossi & temporis ossi communis. Ab H autem ad A indicatur glutinatio squamæformis, ossi uerticis & frontis ossi communis.

I 3 Sinistrum uerticis os.

K Dextrum uerticis os.

L Frontis os, quod unicum est.

M Occipitis os, similiter unum.

N Sinistri temporis os in tertia, dextri autem in quarta ostenditur.

O Os cuneiforme, quod unicum est, & coniugis expers.

P Cuneiformis ossis processus, uespertilionum alis comparati. Hi utrinque duo sunt, in quarta figura conspicui, & præ-

2, 3, 4, 5 ter P, etiam numeris his 2, 3, 4, & 5 notati, ac denique in quinta figura accuratius sese offerentes.

Q, Q, Q Primum in utroque latere superioris maxillæ os, quod pluribus Q insignitur, ne fortè sedem Q, quod druicinius est, no

✲ tatam, aliud os à præsenti esse arbitrareris. Linea inter duo Q consistens, ac ✲ insignita, processum eius ossis delineat, qui cauitatem in tempore exculptam ualde auget.

R, R, R Lenis in frontis osse & uerticis asperitas, à qua semicirculi modo temporalis musculus pronascitur.

S S Quartum maxillæ superioris os: in tertia sinistrum, in quarta dextrum notatur.

V, X 3 Caluariæ sedes, quam os iugale appellamus. V hic notat processum temporis ossis, ad iugalis ossis constitutionem edu

Z 3 ctum. X uerò, processum primi maxillæ superioris ossis. Z autem sutura indicatur, dictos nuper processus nectens, qui-

V, X 4 bus iugale os efformatur. Porrò V & X in quarta figura notant sedes, à quibus processus illos serra resecuimus.

a a Suturæ cuneiformæ os circumscribentis interuallum, illi ossi ac temporis ossi commune.

b Suturæ cuneiforme os circumscribentis interuallum, huic & frontis ossi commune.

c 4 Pars hæc cuneiformis ossis interdum peculiare uidetur ossiculum squamæ modo tenue, & linea à cuneiformi osse di-

q; remptum, quam quæ in quarta figura indicauimus. Verùm hæc non ita crebrò se offert.

e Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, ipsi & maximo superioris maxillæ ossi paulo antè S insignito commune.

f, f 4 In quarta figura f conspicis, præsenti Capiti nihil seruiens: notatur enim sutura primo & quarto superioris maxillæ ossibus communis, quam cum reliquis maxillæ superioris suturis persequar.

Sutura

gg *Sutura, frontis os à cuneiformi & maxilla superiori dirimens.*
b 4 *Sinus, cui capitulum inferioris maxillæ inarticulatur.*
i *Temporis ossis processus, scriptorij stili modo prominens.*
k *Mammillaris processus, è temporis osse productus. Quarta figura utriusque lateris processum* k *notat.*
l,l 4 *Capita occipitij ossis, quæ primæ cernicis uertebræ sinibus articulantur. In horum medio foramen occurrit, dorsalis medullæ causa cælatum. Verùm ut præsenti Capite ossium foramina enarrare nõ instituimus, sic neque eadem hic characteribus insignienda duximus. Quamuis priuatim in quarta figura* ✠ *ponatur, ad quod à duodecimo Capite foraminibus dedicando remitteris.*
✠ 4


CHARACTERVM QVINTAE Figuræ index.

QVINTAE figuræ multos characteres, tertiæ et quartæ figuris communes, in hunc modum adhibuimus.

A *Coronalis futuræ extremum, in temporis cauo conspicuum.*
C,C *Sutura* Λ *exprimens: atque hi characteres inferiorem huius futuræ crurum partem notant, ubi hæc non amplius futuræ effigiem accuratè commonstrat.*
F *Squamæformis conglutinatio non omni ex parte hic uisitur. quare etiam alios characteres tertiæ et quartæ figurarum ipsi non accommodauimus.*
K *Verticis sinistrum os, uerùm modica ipsius conspicitur portio.*
L *Frontis os, cuius etiam modica pars hic occurrit.*
M,M,M *Maximam occipitij ossis partem hic cernere licet, totam nimirum quæ in caluariæ basi consistit.*
N N *Vtrinque unum temporis os notatur.*
O O *Cuneiforme os.*
P P *Processus cuneiformis ossis, uespertilionum alarum imagini respondentes. Qui numero quatuor sunt, his characteribus*
2,3,4,5. *2,3,4,5 noatti.*
Q,Γ *Primum maxillæ superioris os, quod & Γ hic notaui.*
S,Λ *Maximum quartumve maxillæ superioris os, & hoc quoque peculiariter aliquot* Λ *indicatur.*
V,X *Os iugale.*
Y *Sutura ossis iugalis.*
a,a *Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & temporum ossi commune.*
b *Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi ac frontis ossi commune.*
d *Hac sede occultatur futuræ os cuneiforme circumscribentis interuallum commune illi & ossi externum àngulum sedis oculorum constituenti.*
e *Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & quarto maxillæ superioris ossi commune.*
f *Hæc futura superiori maxillæ peculiaris censetur, ac proinde hic non uenit explicanda.*
g *Sutura frontis ossi & superiori maxillæ communis.*
h *Sinus, cui capitulum inferioris maxillæ inarticulatur.*
i *Processus scriptorio stylo non absimilis.*
k *Mammillaris processus.*
l,l *Capita occipitij ossis, quæ primæ cernicis uertebræ coarctantur.*
m,m,m *His characteribus, qui quintæ figuræ, ut et subsequentes. proprij sunt, notãtur futuræ* Λ *imitãtis additamenta, per caluariæ basim antrorsum deducta, atque ad se inuicem, nempe ad n tendentia.*
n,n *Linea, dicta nunc additamenta iungens, ac ossi cuneiformi & occipitis ossi communis.*
o,p *Sutura à linea n indicata, in dextrum latus repens, inter os cuneiforme & sinistri temporis os. Verùm ab n ad o non propriè sutura est, quemadmodum neque ab anteriori m ad n; sed rima & ossis ab osse notabilis distantia, secus nimirum quàm in alijs futuris harmonijsve occurrit.*
q,q Π *Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & sextis superioris maxillæ ossibus* Π *notatis commune. Verùm ut cuneiforme os futuris circumscribas, hanc quintam figuram & tertiam cum quarta intuere, singularum animaduertens characteres. Ab n igitur ad o, hinc ad p, a, ω, H, b, d, e, & q procede, atque ita utrinque cuneiforme os futuris terminatum fingito, sed non nisi hominis caluaria inspectioni adhibita, ut quæ in omnem partem promptè uerti poterit. quũ interim hic tres simul tabulæ inspiciendæ sint, ut uel in externa caluariæ sede id os circumscribas. quod quo leuius præstes, futuram* Λ *similem cum suis additamẽtis, & linea occipitis ossi & cuneiformi communi, futuræ denique cuneiforme os circumscribente, hic delineaui, ijsdem characteribus in hac figura, atque in tertia, quarta, & quinta undique adiectis.*

QVINTA SEXTI CAPItis figura, basim caluariæ referens.






r *In hac quinta figura, ut & in quarta, temporis ossis linea notatur, inibi suturæ modo os, cui auditorij meatus initium insculpitur, continens, & ueluti à reliquo osse seiungens.*


ſ *Ossis temporis asperitas & processus, quo id transuersam respicit lineam, cuneiformi ossi & occipitis ossi communem, & n notatam.*

Σ *Octaui capitis ossis processus, seu septum cauitatem narium intercedēs. Reliqui characteres ostendendis superioris maxillæ ossibus priuatim conferunt.*

SEXTA SEXTI CAPITIS FIGVRA, internam caluariæ basis sedem oculis subijciens. Hic namq; caluariam delineauimus, in qua superior ipsius pars, subsequenti figura exprimenda, ad eum modum ablata est, quo cerebri fabricam ostensuri, caput serra diuidere consueuimus.

SEPTIMA SEXTI CAPITIS figura, reliquam internæ sedis caluariæ partem commonstrans, figura sexta non expressam.





CHARACTERVM SEXTAE ET SEPTIMAE Figurarum index.

DVAE proximè præcedentes figuræ pluribus ornantur characteribus. uerùm huc potissimum seruiunt maiusculi Græcorum, capitis ossium futuras indicantes: quæ in interna caluariæ sede, qua cerebrum continetur, etiam se spectandas offerunt. Reliqui autem characteres in his figuris conspicui, caluariæ foraminibus ostendendis conducent.

Γ Γ 7 *Coronalis futura, non adeò exactam futuræ, compagem, ac in externa caluariæ sede, exprimens.*

Δ Δ *Sutura Λ literam referens, notatur in septima. Verùm & in sexta Δ eam quoque indicat futuram.*

Θ Θ 7 *Sagittalis futura.*

Λ Λ 6 *Squamosa sinistri temporis conglutinatio.*

Ξ Ξ 6 *Additamentum sinistri lateris futuræ Λ imitantis, quod per caluariæ basim contendit.*

Π 6 *Linea cuneiformi ossi & occipitis ossi communis, quæ duo futuræ Λ imitantis latera additamentaue iungit.*

Σ Σ 6 *Futuræ os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & temporis ossi commune.*

Ψ Ψ 6 *Futuræ cuneiforme os circumscribentis interuallum, commune illi & frontis ossi, & octauo capitis ossi. Si itaque à Π ad Σ, & hinc ad aliud Σ, hinc uerò ad primum Ψ, ac inde ad secundum Ψ perrexeris, cuneiforme os in sinistro latere internaque caluariæ sede circumscribes. Vnde si eosdem characteres in dextro latere ad suas futuras poni finxeris, eodem modo ut in sinistro latere, per characteres pergens, uniuersum cuneiforme os complecteris.*

OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.

QVAMVIS modò tabularum frequentia lectori minimè molestus esse uelim, eoque potissimum nomine singula capitis ossa priuatis insuper figuris non exprimam: tamen quia ossis cuneo comparati, & dein octaui capitis ossis circumscriptio, non ita promptè ac cæterorū capitis ossium intelligitur, præsenti figura cuneiforme os cum octauo capitis osse, à cæteris omnibus liberum, ea facie exprimitur, qua internam caluariæ superficiem respicit. quod ideo maximè præstitimus, ut cauernæ in cuneiformi osse plerunque occurrentes, in conspectu essent, uti characterum ostendet index.

A,B. *A* *Octauum capitis os.uerùm B priuatim ſeptum inſignitur, olfactus organorum ſedes interſtinguens.*
C,D *Duæ præcipuæ cuneiformis oſſis cauernæ,*
E *Septum indicatas modò cauernas interdiuidens.*
F *Alterius cauernæ ſeu antri foramen, in narium amplitudinem pertinens.*
G *Cauitas in humiliori ſede ſepti poſita, quod duo potiſſima antra interſepit.*
H *Cuneiformis oſſis proceſſus, ueſpertilionum alis ſimiles.*

OCTTAVA SEXTI CAPITIS FIGVRA.



CEREBRVM rationis ſedem (quæ inſtar regis in altiſsimo corporis ſita, duabus concupiſcibilibus animis dominatur ac præeſt) tuto quodam munimẽto cuſtodiri magnopere expedit. Quocirca etiam prouidus rerum Opifex, non ſoli cuti, carnoſisque partibus, ut in abdomine: aut per interualla à ſe inuicem remotis oſsibus, ut in thorace, cerebri commiſit cuſtodiam, ſed undique os ipſi inſtar galeæ circumpoſuit. Verùm etſi nulla occaſione galea hæc, totam qua cerebrum continetur cauitatem conſtituens, uarijs extrui debuit oſsibus, quæ inuicem articulata, motu pollerent uoluntario: nihilominus ipſa octo peculiaribus conſtat, [a] oſsibus, quæ [b] futurarum, aut alio ualido prorſusque immobili & tenaci contextu mutuo, & dein alijs inſuper duodecim maxillæ ſuperioris oſsibus compingunturque admodum ſedibus neceſſariò efformatur, quumque ideo oſſeam ipſius ſubſtantiam & naturam inſigniter in duritie, craſsitie, in ſinibus proceſsibusque, & magnis intus cauitatibus effingendis uariari oportuit, non unico tota potuit effingi oſſe. ut taceam nos uulgò arbitrari, illam minus iniurijs eſſe expoſitam, ſi pluribus extruatur partibus: quum ſcilicet oſsium fracturæ, aliaque nonnulla illorum uitia, cum ipſis oſsibus terminentur, neque per totam galeam, perinde ac fictilium uaſorum fiſſuræ, procedant. Dein frequens hic oſſium contextus, ad uaporoſorum quoque & fuliginoſorum excrementorum purgationem conducit. quippe quum caput tectum quoddam calidæ domus referat, excrementa ea quæ ſurſum conſcendunt excipiens, ac proinde copioſiore indigens euacuatione, neceſſum fuit duram ſolidamque non uerò intus ac foris cauernoſam, & foraminulis inſtar ſpongiæ aut pumicis obſitam, & ideo prorſus infirmam, & contemnis partibus nimium aſperam & inimicam oſsiũ [c] ſubſtantiam, illi excremento alicubi egreſſum præbere, quem præſtant uariæ oſsium futuræ. Quanquam galea hæc, ſeu caluaria, non dictis tantum occaſionibus futuras obtinuit, ſed præcipuè, ut per illam membranæ tranſirent [d] fibræ, quæ præter [e] uaſorum quorundam fines, duram cerebri membranam ipſi caluariæ committerent: & huius dein interuentu ac beneficio, cerebrum quod promptè aliàs ob molliciem concideret, ſuosque met [f] uentriculos & cauitates comprimeret, admodum concinnè, uti ſeptimo docebimus libro, ſuſtinerent, ac ueluti ſuſpenſum ſeruarent. adeò ut duræ cerebri membraneæ fibræ, quæ futuras tranſeunt, & dilatatæ explicatæque membranam caluariæ exterius obductam conſtituunt cauſa, futuras potiſsimum parari, easque pro cerebri formæ, capitis oſsium cauitatem imitantis, ratione digeri arbitremur. Quandoquidem igitur oblongum corpus uinculis & apprehenſionibus ſecundum longitudinem ipſius, & dein tranſuerſim ductis, opportunè ſubleuatur, ac ueluti ſuſpenſum continetur, naturalis uocata capitis figura primùm tres futuras obtinet: duas quidem tranſuerſas, quarum [g] altera in ſyncipite eſt, in occipitio [h] altera: [i] tertia à medio poſterioris, ſeu eius quæ in occipitio conſiſtit, per capitis longitudinem ad medium uſque anterioris extenditur. Anteriorem coronalem uocant, quandoquidem coronæ potiſsimum in ea capitis parte collocantur: poſteriorem à literæ Λ imagine λαμβδοειδῆ nominant: tertia per uerticem capitisque longitudinem procedens, ὀϛεοειδὴς Græcis nuncupatur, quòd uerò ſagittæ ue inſtar rectà incedit. unde etiam à uirgæ ductu, ῥαβδοειδὴς fuit appellata. Hæc interdum, & in primis quibus lata anguloſaque admodum frons obtigit, per [k] frontis medium ad naſi uſque ſummum, at non adeò inſigni atque in ipſo uertice complexu, exquiſitaue adeò futuræ compage, prorepit. Atque id nonnulli uiris omnibus, alij autem mulieribus peculiare eſſe, falſo contendunt: quum rariſsimè in uiris, atque adhuc multo rarius, aut uix unquam in mulieribus illud accidere, non obiter animaduerterimus. Et hoc uel inde conijcias, quòd ex uiginti quæ in cœmiterijs occurrunt caluarijs uix duas, cui frontis os diuidatur, reperias: neque ulla, etſi ſecus tradiderit Ariſtoteles, in futurarum enarratione prorſus aberrans, uiris ac mulieribus hac in parte uniuerſim uidetur differentia. Cæterùm quadrupedibus à poſteriore futura Λ referente, ſagittalis futura ad ſuperciliorum uſque medium protenditur: [l] id quod canum caluariæ, equorum, boum, & id genus animalium, quibus cum fronte maxilla admodum protenditur, manifeſtè oſtendunt. Non enim audiendus eſt Ariſtoteles, qui canib. continuam, nulliſque futuris diſtinctam aſcribit caluariam: quum canum caluariæ commemoratas hactenus futuras, & quæ hoc toto Capite enumerabuntur ferè omnes, eleganter exprimant. Non deſunt etiam, qui infantibus hanc futuram per medium occipitij oſsis ad [m] foramen uſque dorſali medullæ uiam porrigens deſcendere, tumque occipitij os diuidere aſſerant: quod ſanè & nos quoque obſeruauimus. uerùm potius ea diuiſio ad unionem coalitumque, quàm ad futuræ ſpeciem referenda eſt: quum hæc cartilaginis beneficio in pueris perficia-

Cur uiuer ſum cerebru oſſibus ambiatur, & quamobrem illa uaria ſint, & futuris maxima ex parte cõmiſſa.

Naturalis figuræ capitis futuræ.
Coronalis futura.
Λ literam referens.
Sagittalis, & narium ipſius ductus.

Virorum capita à mulierum non perpetuo uariare.

7. cap. lib. 3 Hiſtor. anima. & 2. de Part. anim.

Lib. 2. ca. 7 de Hiſtor. anim.

a Illa adnotabimus, quum in capitis contextu ſeriati deſcribẽtur.
b Suturas, ut & alios contextus, ſuo loco deſcribemus.
c Cuiuſmodi excarnis caluariæ ſedis ſit' ſubſtantia, 2 fig. oſtendit.
d 1 fi. lib. 7 G, H, I.
e eiuſdem fig. F.
f Vetebos, ſi lubet, ſeriatim ex 4, 5, 6, 7, 10, 11 fi. li. 7.
g 3. 4 fig. A, B, in 7 Γ Γ.
h 3, 4 fi. C, D, in 6, 7 ΔΔ.
i 3 fi. à D. per E ad B, in 7 ΘΘ.
k tale quid oſtendũt 2, 4 fi. 5. ca.
l Canina caluaria 1 fi. cap. 9.
m 6 fig. e.

perficiatur,& in ætate prouectioribus nullum eius diuiſionis rudimentum occurrat. Vnde etiam eiuſmodi diuiſionis ratio non hic in ſuturarum ſermone,ſed potius in occipitij oſsis deſcriptione enarranda uenit.

Lib.9. Capita ſuturis deſtituta.

Quòd autem Herodotus,ac præter illum plerique etiam alij, in Perſia caluarias reperiri ſcribunt, nullis prorſus ſuturis interſtinctas,ipſeque Ariſtoteles ſuo tempore uiri caluariam abſque ſuturis repertam tradit,neutiquam miror:quum ualde ſenum caluariæ nobis ſuturarum ſitum duntaxat, idque perquàm obſcurè,referant,nulla interim ſuturæ conſpicua imagine. Neque profectò mirum eſt, ſenibus futuras concreſcere,ſiquidem illis uertebras uniri connaſciique cernamus: & oſsium quoque ſupercilia proceſſusque ita ipſis excreſcere conſtet,ut conſuetis motibus illorum oſſa agi nequeant. Cæterùm tres iam enarratæ ſuturæ,caluaria in latus cubante,literam H,aut potius ɴ(propter ipſius extrorſum obliquatas ſuis apicibus columnas) exprimunt. In capitum autem formis à naturali ſtructura euariantibus ſuturæ ad hunc modum ſe habent.

Non naturalium capitis figurarum ſuturæ

[a] Vbi anterior capitis eminentia perit,ſutura coronalis aboletur,ſeruata ea quæ Λ exprimit, unà cum ſagittali,quæ tunc ad medium uſque ſuperciliorum porrigitur. [b] At poſteriori eminentia deficiente, ſutura Λ referens deperditur,manente coronali, & ſagittali interim per occipitij medium ad caluariæ uſque baſim ducta. Quapropter ſi hanc capitis figuram occipitio inniti finxeris,utraque remanentium ſuturarum effigies T literæ ſimilis erit:quemadmodum & primæ quoque non naturalis figuræ, quum illa fronti innititur,ſuturæ T,aut magis fortè Y referunt. [c] Anteriori uerò poſteriorique eminentia ſimul concidentibus,binæ quæ tunc uidentur ſuturæ,ad rectos angulos ſe inuicem interſecantes, X literam repræſentant. Vna namque tranſuerſa ab unius auris regione,ad alterius auris regionem, per medium caput deducitur: altera autem à [d] foramine in occipitis oſſe,dorſalis medullæ gratia inciſo, per capitis longitudinem ad ſummum uſque naſi pertingit,illius ritu,quam ſagittalem uulgò dicimus. Hæc ſiquidem ſemper in tribus prioribus capitis figuris à naturali differentibus ſeruatur: duæ autem tranſuerſæ cum totius capitis figura uariè intercidunt. [e] Quinta capitis figura,ut prorſus naturali eſt contraria, ſic quoque omnino pugnantes cum ipſa futuras nanciſcitur. Coronalis enim,& illa quæ Λ refert, ſecundum capitis procedunt longitudinem,recta interim ſeu ſagittali tranſuerſim lata. Verùm nunc & ad reliquas capitis commiſſuras ſermonem dirigamus. eſtque primùm [f] una utrinque à ſagittali futura quodammodo æquè diſtans linea, per capitis longitudinem ſupra aurem porrecta. Huic [g] principium ab humillima ſuturæ Λ imitantis ſe de pendet,qua hæc propter occipitij inferiora uix amplius integram ſuturæ refert effigiem. Hinc nonnihil præſens linea quodammodo recta fertur:& [h] mox ſurſum aſcendens,quaſi inſtar ſemicirculi ad coronalis ſuturæ terminum perrepit. Hæc maxima ex parte duobus oſsibus conſtat, mutuò ſibi incumbentibus, connexisque:non per ſuturam quidem,ſed paulatim [i] uerticis os deſcendens, inſtar ſquamæ attenuatur, atque in [k] os infrà ab auribus aſcendens, ſimiliterque in ſquamam attenuatum ſubintrat, utriſque oſsibus,quà inuicem compinguntur,aſperitatem quandam mutuam obtinentibus. Vnde etiam neque Hippocrates,neque aliquis eorum qui accuratè corporis fabricam expenderunt, futurarum nomine eas lineas dignatus eſt:ſed à ſquamæ ſimilitudine, eas λεπιδοειδῆ προσπολλίσματα, hoc eſt, ſquamoſas conglutinationes appellarunt. Non enim cum pleriſque arbitrandum eſt, [l] has conglutinationes minus quàm [m] tres futuras prius enarratas,in caluariæ cauitate qua cerebrum reponitur apparere, ob idque futurarum nomine neutiquam donari. Quamuis interim tres futuræ,ipſaque potiſsimum coronalis,non tam futuræ, quàm harmoniæ effigiem inibi exprimant. Cæterùm ſquamoſarum conglutinationum, de quibus hic ſermo eſt, [n] pars coronali futuræ proxima,etiam uerticis [o] oſsi,& [p] illi quod cuneo aſsimilabimus, communis cenſenda eſt. quemadmodum etiam maximè antica conglutinationum [q] ſedes, [r] ad frontis os & cuneiforme referetur:perinde ſanè ac ſi Natura ipſas potius,quàm futuras hic conſtituiſſet,quòd caluariæ ſedes temporali [s] muſculo,tanquam ſtrato quopiam & puluinari tecta, non æquè craſſa (ne ſcilicet fruſtra pondere nimium grauaret) eſſe debuit,ac excarnes caluariæ regiones, & ipſius baſis, quam multarum [t] cauitatum & foraminum occaſione inſigniter uarieque craſſam eſſe oportuit:uti illæ, ne nimium breuis uia uulnerantibus aut alioquin lædentibus occurrerent,craſſæ ſpectantur: quamuis tamen non prorſus duræ & ſolidæ,at inter duas denſas ſquamas,ponderis potiſsimum uitandi cauſa, [u] cauernoſæ. Quum itaque tota ea caluariæ ſedes,qua conglutinationes illæ excurrunt,tenuis fieri potuit. futurarum compoſitio ampliores craſsioresque oſsium ſedes requirens,hic fuiſſet inualida. præterquàm quòd [x] oſſa à baſi conſcendentia, duriora ſunt [y] deſcendentibus,adeò ut hac quoque gratia conglutinationes ſic effingantur, ut duriorum oſsium ſquammæ meritò exterius conſcendant,molliorum uerò introrſum dimittantur,ac ueluti à ſolidioribus in plana alioquin ſuperficie obtegantur. Quòd uerò temporalis muſculus præcipua harum conglutinationum ſit cauſa,ipſarum oſtendit [a] ſedes,futuræ Λ referenti contermina, quæ tanto interuallo futuræ exprimit imaginem,quanta excarnis qua incedit caluariæ eſt portio, quantoq; interuallo ipſa oſſa craſſa exiſtunt. Quinetiam ad anteriorem conglutinationum [b] ſedem, futuræ illic ſpeciem cernimus, ubi [c] oſſa ſuperiorem maxillam conſtituentia,cum capitis oſsibus craſſa euaſerunt,adeò ut toto ipſarum ductu conglutinationes iſtæ non prorſus ſquamoſæ occurrant. Præter dictas hactenus futuras & contextus, [d] alia in capitis cauitate cerebrum ambiente potiſsimum ſpectatur, frontis oſsi, illique [e] oſsi communis, quod [f] olfactus organorum ſedes conſtituit, ac inſtar cribri peruium cernitur. Id enim os ueluti frontis oſsis baſi inſertum,hac futura ipſum ambiente in capitis cauitate obſcurè circumſcribitur, aliam quoque futuram obtinens,ipſi & ſuperioris maxillæ oſsibus communem. Præſens enim os, [g] oſſeum ſeptum, foramina narium interdiuidens producit,quod [h] futura quadam per humiliorem ſui ſedem, ipſiusque longitudinem ducta à maximis ſuperioris maxillæ oſsibus,quæ dentes continent,& ⁂ ijs quæ ad palati uerſus fauces terminum habentur,& ſexta ſuperioris maxillæ numerabuntur oſſa,dirimitur:perinde ac ab oſſe cuneum

Squamoſæ temporum commiſſuræ

Suturas capitis etiam in interna caluariæ ſede conſpici.

Quamobrè in temporibus ſquamoſæ potius occurrant cõglutinationes, quàm futuræ.

Suturæ oſtaum capitis os circumſcribentes.

a 2 *fi.* 5 *ca.*
b 3 *fi.* 5 *ca.*
c 4 *fi.* 5 *ca.*
d 6 *fig. c.*
e 3 *fi.* 5 *ca.*
f 3, 4 *fig.* F. *& 6 fig.* Λ, Λ.
g 3. 4 *fi.à* C *ad* G.
h 3, 4 *fi.à* G *per* F, H *ad* Λ.
i 3 *fi.* I. *&* 4 *fig.* K.
k 1, 4 *fi.* N.
l 6 *fi.* Λ, Λ.
m 7 *fig.* Γ, Γ. Δ, Δ. Θ, Θ.
n 3. 4 *fig. ab* H *ad* A.
o 3 *fig.* I.
p 3. 4 *fi.* O.
q 3. 4 *fi.b ſub* Λ.
r 3, 4 *fig. ad* L *&* O.
ſ 4 *muſcu. tab.* Γ.
t *Has proponent temporis oſsis & cuneiformis hiſtoriæ.*
u 2 *fig. at conſiſtit inter* ει *et* οι.
x 3 *fi.* N. O.
y 3 *fi.* L, l.
a 3. 4 *fig.à* C *ad* G.
b 3. 4. *fi.à b uerſus* g.
c 3, 4 *fig.* Q, Q *ad* L.
d 6 *fig. ad characteres* n, l, Ψ.
e 8 *fig.* A, B, A.
f 13 *fi.* 7 *li.* L, *dein* D.
g Σ 5 *fi. de in* O 1 *fi.* 9 *capitis.*
h 2 *fi.* 9 *ca pitis* g.

neum referente [m] inibi etiam separatur, quà narium foramina in fauces pertinent. Cuiusmodi autem hoc cribri modo perforatum sit os, postquam alias insuper futuras expressero. in cæterorum capitis ossium enarratione persequar. Sunt enim & aliæ adhuc futuræ capiti cum alijs ossibus communes, nimirum cum superiori maxilla, & [n] eo osse quod à cunei similitudine σφηνοειδὲς uocant, quod similiter unicum, ac, ut permulta corporis ossa, coniugis expers est: ab aliquibus inter capitis ossa, ab alijs inter maxillæ superioris ossa connumeratum. Quamuis tamen capitis ossibus longè rectius, quàm superioris maxillæ ascribetur, quum haud minimam caluariæ cauitatis, qua cerebrum reponitur, sedem cum cæteris ossibus constituat, quę ab omnibus Anatomicis capiti attribuuntur. Quibus uerò id circumscribatur futuris, recensere nunc conabimur. Suturæ Λ imitantis [o] extrema, quæ iuxta occipitij humiliora, non amplius exactam futuræ compagem exprimunt, uersus capitis inferiora basimve protenduntur, ac per mediam basis sedem (quæ præruptæ rupi & imagine & duritia similis est) & quà caput primæ ceruicis uertebræ articulatur, in anteriora prorepunt, mutuò sensim appropinquantia. Quum autem iuxta narium foramina oris amplitudinem spectantia pertigerint, [p] transuersa linea simul iunguntur, quæ nec futura nec harmonia meritò dici potest, sed ad coalitum prorsus est referenda. In pueris enim cartilagine in eum modum oppletur, quo in illis appendicum cum suis ossibus unio committi uisitur: in natu uerò grandioribus præsens linea omnino latet, perinde ac unio appendicum in ætate prouectis obscurescit. Vtcunque sit, hęc linea & occipitis ossi, & ossi cuneum imitanti communis est. & [q] ab hac utrinque in latera, [q] futura per temporum caua obliquis anfractibus sursum ducitur, uersus [q] anteriorem squamosarum conglutinationum sedem. Vbi uerò futura hæc [r] anteriorem illarum sedem attigit (quod notabili interuallo à coronalis futuræ in cauis temporum extremo est) in priora modicè deorsum ad coronalis extrema ducitur. [s] Hinc rursus parumper deorsum repit, quousque superioris maxillæ contingat os, quod externum oculi sedis angulum constituere docebitur. [t] Hinc decliuis per caua quoq; temporum incedit: inde ad posteriorē intimorum dentium sedem ducta, [u] per totam narium amplitudinem transuersim fertur. Hęc futura à transuersa linea, quam futurę Λ referentis extrema committere diximus, in hunc modum sursum ad caua temporum utrinque ducta, & deorsum ad palatum usque ab utroque latete, eo quo scriptum est modo, rursus descendens, cuneiforme os exterius circumscribit. [a] Interius uerò in capitis cauitate, huius ossis circumscriptio leuiori negotio, quàm externa sede deprehenditur: si modò quis accuratè dicte iam futurę progressum expenderit. nam hęc passim ac pluribus locis sedibusque sese offert. Linea enim primùm ossi occipitis & cuneiformi communis, pariter & [b] exterius, & [c] interius apparet: quemadmodum & futurę etiam interuallum, à linea obliquè sursum per caua temporum usque ad anteriorem conglutinationum squamęformium sedem pertinens, etiam [d] interius & [e] exterius cernitur, & commune est ossibus temporum & cuneiformi, ac demum uere futurę, non autem squamarum nexus, speciem ostendit. Quod autem ab hac sede antrorsum ad coronalis extrema ducitur, squamosam refert conglutinationem, uerticis ossi & cuneiformi communem. Interuallum uerò à futurę coronalis extremis ad ossa externos oculorum sedium angulos constituentia procedens, etiam squ mosę conglutinationis formam commonstrat, estque frontis ossi & cuneiformi commune. Presentis futurę interuallum ductusve conglutinationi squamosę respondens, exterius tanto elatius, quàm in interiori caluarię superficie, apparet, quanto interuallo cuneiforme os instar squamę attenuatum, frontis & uerticis ossibus committitur. Cęterùm futurę cuneiforme os circumscribentis [f] interuallum, quod per caua temporum deorsum fertur, in interna caluarię sede non conspicitur, sed tantum in cauis temporum & [g] oculorum sedibus, in externis scilicet earum sedium angulis. Atque hoc futurę interuallum commune est cuneiformi ossi, & ossibus externos oculorum sedium angulos occupantibus. [h] Interuallum autem eius quam modò prosequimur futurę, iuxta posteriorem intimi dentis sedem prorepens, exterius apparet, & in narium etiam amplitudine: estque commune cuneiformi ossi, & superioris maxillę utrorumque laterum maximis ossibus. Interuallum uerò, eius futuræ in superiori narium amplitudinis sede conspicuum, in [i] interna caluariæ sede melius quàm in [k] externa, spectanti occurrit: & commune est ipsi ossi cuneiformi, & illi ossi quod cribri modo perforatum dicitur. Porrò interna caluariæ sede, non solum præsentis futuræ interuallum illi ossi & cuneiformi commune obuium est, uerùm etiam utrinque ad id interuallum, [l] aliud eiusdem futuræ interuallum sese offert, quod cuneiformi & frontis ossi commune censetur. atque id etiam [m] in oculi sedis radice liquidò cernitur, iuxta eminentiorem illius regionem. Adeò, ut si ad amussim oculorum sedes expenderis, [n] radicem ipsarum, & magnam externi earum lateris iuxta interiora portionem, à cuneiformi osse constitui spectabis, si modò in hominis fabrica huiusmodi etiam duxeris intuenda, illisque caperis, quæ etsi ad artis usum non magnopere conducant, immensi tamen Creatoris admirabilem arguunt industriam, & proculdubio à ueteribus Anatomes professoribus sedulò ac studiosè fuerunt examinata. Cæterùm hoc futuræ interuallum, quod & cuneiformi & frontis ossi commune existit, magna pars alterius futuræ est duarum, quas capiti cum alijs ossibus Galenus communes esse retulit: tunc scilicet, quum unius loco illam enumerat, quæ cuneiforme os inibi circumscribit, quà id occipitis ossi, & temporum ac uerticis ossibus contiguum esse narrauimus: [o] alteram uerò, à cauis temporum per mediam oculorum sedem ad nasi summum, seu superciliorum medium, pertingere ait. quemadmodum etiam pertingit, illic incipiens, ubi cuneiforme os circūscribens futura, per caua temporum deorsum uersus intimum dentem primùm descendit. Atque hæc futura primo ipsius interuallo, frontis os à superioris maxillæ osse externum oculi sedis angulum constituente seiungit: dein magno interuallo cuneiformi ossi & frontis ossi communis efficitur, toto nimirum ductu, quo cuneiforme os frontis ossi in oculorum sedibus & caluariæ interna superficie contiguum esse uisitur. Vnde etiam id interuallum in futuræ cuneiforme

Suturæ capitis ossibus & alijs communes.

Suturæ Λ imitatis ad ditamenta.

Cuneiformis ossis circumscriptio.

Quibus sedibus futura occurrit. cuneiforme os circumscribēs.

Galeni locus in libro de Ossib. explicatur, & futuræ frontis os a maxillæ ossib. & c. dirimens.

m 2 fi. 12 capitis secundum π, μ, ν, ξ.
n 3, 4, 5 fi. O, P, & to ta fere 8 fi.
o 5 fi. C, C. dein utrinque m, m.
Sed potißimum fi. indici characterum inserta huc facit.
p 5 fi. n n. 6 fig. Γ.
q in 5 fig. ab n per o & p in dextro latere: in sinißt. per a & a ad A. in 3, 4 fi. per a, a uersus H.
r 3, 4 fig. ab H ad A.
ſ 3, 4 fi. ab A ad b.
t 3, 4, 5 fi. à b per d ad e.
u 5 fi. q, q.
a In 6 fi. secundum Γ, Σ, Σ, Ψ & Ψ.
b 5 fi. n, n.
c 6 fig. Γ.
d 6. fi. a Γ per Σ, Σ.
e 5 fi. ab n per a, a ad A. in 3, 4 fi. a, a ad H
Confer 3 & 4 figuras hic sexta.
f 3, 4 fi. a b p d ad e.
g 1. fig. 9 cap. Q.
h 3, 4 5 fi gur. e.
i 6 fig. Ψ ad ſiniſt. latus L. positum.
k 5 fi. q, q.
l 6 fi. Ψ ad dextr. latus L positum.
m 1 fig. 9 cap. S, T.
n 1 fig. 9 cap. N.
o 3, 4 fi. a b ad g, g.
Dein 1 fi. 9 ca. R, S, T, V, X, Z, unde et huius futuræ interualla pe tes.

nciforme os circumscribentis dimensione, non autem in frontis ossis à cæteris maxillæ ossibus separatione, habendum uenit. Vti sanè subsequens futuræ transuersim per oculorum sedem ductæ interuallum, frontis os à secundo, tertio, quarto, & quinto maxillæ superioris in altero latere ossibus dirimens, frontis ossi & illis maxillæ ossibus commune existit, tota nimirum sede, qua præsens futura internum sedis oculi angulum, & superciliorum medium occupat. Verùm de superioris maxillæ ossibus futurisque nono agemus Capite, illic necessariò rursus futuræ huius sermonem instituturi. nunc autem octo capitis ossa, dictis hactenus futuris circumscripta, priuatim sunt aggredienda. quorum duo uerticis sunt, utrinque nimirum unum: duo item infra hæc, ad utranque scilicet aurem unum, quæ temporum uocantur ossa. quintum frontis est os, ut sæpius, unicum. sextum occipitis, similiter unum. septimum cuneiforme, unum quoque. octauũ id est, quod ad cribri aut spongiæ refertur imaginem. *Verticis ossium circumscriptio.* [a] Verticis itaque ossibus in superiori parte ea futura peculiaris est, quæ recto tramite secundum capitis longitudinem ducta, hæc ossa inuicem dirimit. In anteriore autem sede uerticis ossa coronali futura, & posteriore Λ imitante, ab alijs discernuntur. Inferioribus uerò sedibus, squamosis conglutinationibus circumscribuntur: quo fit, uerticis ossa quadrilatera uideri, undique sibi quodammodo similia, præterquàm ubi instar squamæ attenuãtur, temporumque ossa subeunt. Hic enim tenuissima sunt, sed solida, & neutiquam fistulosa: quemadmodum [b] reliqua ipsorum sede, qua temporalibus musculis non obteguntur, fistulosa cauernosaque inter suas squamas cernuntur, eandem crassitiem undique ea sede obtinentia. quanquam interim qua frontis ossi committuntur, tenuiora, quàm iuxta occipitij os appareant. Si uerò aliquibus donantur finibus, aut foraminibus, illa duodecimo Capite ipsis dedicando percurram. *Frontis ossis circũscriptio.* [c] Frontis os circumscribitur coronali futura, & ea quæ octauum capitis os terminat: & illa quæ à temporum cauo incipiens, ac per medium oculorum sedium ducta, ad supercilio rum usque congressum fertur, ac frontis os à maxillæ superioris ossibus separat, inque futurarum numero ultimum locum sibi uendicauit. Frontis itaque os quodammodo orbiculare est, nullibi tenuius, quàm [d] ubi superiorem oculorum sedis regionem constituit, & octauo capitis ossi committitur. Hic enim ueluti duobus tenuibus efformatur squamis, in medio uacuis, & aere oppletis, quemadmodum & ipsius [e] cauitas, quam inter suas squamas ad supercilia nasique summum haberi audies. Vbi etiam hoc os cauitatis & formæ cuiusdam, quam oculos munire debet, ergò, reliqua ipsius sede crassius est, ac ueluti protuberat. Verùm altera illarum squamarum, quæ oculi sedem respicit, exteriorque est, læuis uisitur: quæ autem internã capitis spectat amplitudinem, [f] inæqualibus nubis ferè forma tuberibus eminet, quæ cerebri reuolutionibus mutuò correspondent. In temporibus, ubi temporales musculi consistunt, frontis os tenue etiam est, ac solidũ, minimeq; intus cauernosum, [g] præterquàm ubi cum uerticis osse inibi iungitur. Natura enim illic aliquo interuallo utrunque os uersus interiora priuatim crassius effecit, nè fortè nimia ossium tenuitas caluariam ibidem plus æquo infirmam redderet. Cæterùm frontis os in fronte, paulo supra supercilia, & reliquam dein ipsius sedem, quæ excarnis est, nullam inter suas squamas cauitatem ostendit notabilem, & multo crassius spissiusque quàm uerticis ossa sentitur. Quà tamen illud his committitur, [h] & sagittalis sutura in coronalem incidit, frontis os tenuius infirmiusque est, quàm in ipsa fronte. Hæc sedes, qua dictæ iã futuræ inuicem committuntur, totius caluariæ pars mollissima rarissimaque occurrit: est enim illa, quæ in nuper natis infantibus adhuc membranea, ac recenti caseo similis tangentibus sentitur, & quæ in puerulis manducantibus respirantibusque mouetur. Quoniam uerò hæc sedes Arabibus Zeudech nuncupata, inter excarnes capitis partes tenuissima est, & futuræ nusquam laxius hærent, medici huic cauteria uulgò dicta, uel candescente auro, uel ferro, uel urente quopiam medicamine, pro affectus ratione (sed parum tutò interim, exiguoque adeò commodo) adhibent. Locus autem iste in nobis, apice medij digiti promptè conijcitur, si brachialis principium superciliorum medio quis accommodauerit, ac medium digitum ad capitis uerticem rectà depresserit. *Occipitis ossis circumscriptio.* [i] Occipitis os futura Λ simili, & eiusdem futuræ additamentis, & linea hæc iũgente terminatur. Vndę etiam quinque quodammodo lateribus constat, duobus quidem à Λ imitantis futuræ cruribus efformatis: & alijs duobus, quæ ab eiusdem futuræ additamentis sepiuntur, ac demum quinto à linea quæ occipitis ossi & cuneiformi cõmunis habetur, descripto. Hoc os in crassitie admodum inæquale est, neque omni ex parte sibi respondet. Quicquid enim ipsius in occipitio excarne, ac à musculorum exortibus insertionibusque liberum est, insigniter crassum cernitur, tanto scilicet osse frontis crassius, quãto illud uerticis ossium crassitiem uincit. Neq; etiam occipitis os tota excarni sedę parem adipiscitur crassitiem, uerùm ad eius sedis radicem [k] in medio longè crassissimum apparet, [l] illa nimirum regione, qua duos maximos durę cerebri membranę sinus, sanguinem & spiritum uitalem uenarum arteriarumque modo continentes, iungi, aliosque duos sinus educere, in cerebri uasorũ enarratione audies. Videtur enim Natura ossis crassitię huic sinuum concursui prospexisse, tum quòd ex ipsius lesione extremum homini imenderet periculum, tum quòd hanc occipitij sedem oculis destitutam, subinde percutiendam, ac crebrò in terram uarijs casibus illidendam, haud ignoraret. Crassissima hęc occipitij ossis sedes, similiter atque tota excarnis ipsius ossis pars, intus cauernulis constant, utrinque ualida obductis squama: quemadmodum uerticis & frontis ossa, ubi excarnia sunt, [m] constare retulimus. Verùm reliqua occipitij ossis sedes, cui posteriorem colli regionem sibi uendicantes musculi partim inseruntur, & à quo partim principium ducunt, solida, admodumque densa, sed perquàm tenuis, neque cauernulis donata, cernitur. Est autem hęc sedes, quam cerebellum implet. Ne uerò ob insignem illam tenuitatem, ossis robori malè consuleretur, in huius sedis, qua os tenue est, medio, [a] oblongum, & instar lineę exporrectum eminet tuberculum, ossis robur inibi plurimum adaugẽs. Porrò quia id in internam caluarię amplitudinem uergit, duos quasi sinus, utrinq; uide licet unum efformat, quos cerebellum infarcit. Hoc tuberculum, quemadmodum & tenuis ista occipitij

Verticis ossium circumscriptio. *Frontis ossis circũscriptio.* *Mollissima rarissimaq; caluariæ pars.* *Occipitis ossis circumscriptio.* *Occipitis os ubi crassissimum.*

a 3 fi. 1. fi. 4 K. In utraque aũt os circumscribitur B, D, A, B. C, D. C, G, F, H, A.
b Supra R, R 3, 4 fig. Internã uerò ipsius substantiam 2 ostendit figura aa inter ei et ot.
c 3, 4 fi. L. Circumscribitur uerò B, A. A, b, g, g. In 6 fi. secundum, & extra n, L. Ψ.
d Ad latus n, et 1 fi. 6.
e 6, 7 fi. K.
f Tale quid ostendit 12 & 13 figu. 7 lib.
g 6 fig. ad latus 3.
h 3 fig. B.
i 3, 4, 5 fi. M, M. Circumscribitur autẽ in 3 C, D. dein in 5 m, m, m, m. & n, n.
k 6 fi. k.
l 7 figu. 7 lib. R.
m quemadmodum uidere est in 2 figura.
a In 6 fi. à k ad foramen e notatum. aut expĕde hæc in 9 fi. lib. 7.

tij

tij oſsis pars, pertinet à radice excarnis partis occipitij oſsis, ad poſteriorem uſque regionem foraminis dor
ſali medullæ parati. [b] Ab anteriori enim parte foraminis dorſalem tranſmittentis, & quà occipitis os ma
ximè in anguſtum cogitur, id ſenſim ita craſſeſcit, ut inſigniter etiam craſſum, ſed appendicis modo rarum
uideatur, quà cuneiformi oſsi committitur. Hoc os in externa ſede ad latera foraminis medullæ dorſalis *Occipitis oſsis capitula.*
gratia exculpti, [c] duo proponit capitula, quæ primæ ceruicis uertebræ articulantur, quorumque benefi-
cio caput proprio motu flectitur & extenditur. Hæc capitula in puerulis, appendicibus conſtant: quarum
coalitus in ſenioribus, uti & reliquarum appendicum, latet. Præterea puerulis id os tribus extruitur parti-
bus, quæ lineis tribus cartilagine oppletis dirimuntur. Atque harum una à ſagittalis futuræ termino ad fo
raminis dorſali medullæ parati poſteriorem pertingit ſedem. aliæ duæ à foraminis lateribus tranſuerſim,
in futuræ Λ referentis additamenta pertinent. Adeò, ut admodum pueris in occipite duo habeantur occi-
pitis oſſa, & unum in baſi capitis, cuneiformi oſsi commiſſum. Occipitis os intus læue, minimeque aſperũ
eſt: perinde ac exterius tota ipſius ſede excarni, etiam læue cernitur. Sede autem huic ſubiecta, & ubi occi-
pitis os non minimam capitis baſis portionem conſtituit, id egregiè aſperum inæqualeque ſe offert, ut com
modius ab ipſo ligamenta & muſculi quidam pronaſcerentur, & rurſus quidam alij tutius firmiusque illi
inſererentur. [d] Temporum oſſa circumſcribuntur ſquamoſis conglutinationibus, & futuræ quæ Λ re- *Temporum oſſium circumſcriptio*
fert additamentis, itemque futuræ cuneiforme os terminantis interuallo, quod utrinq; à tranſuerſa linea,
quæ occipitis oſsi & cuneiformi communis eſt, ſurſum per caua temporum ad ſquamoſas congiutinatio-
nes obliquè contendit. Hæc oſſa non perperam dicerentur circularia, niſi extra circuli deſcriptionem ea
oſsium pars prominęret, quæ Λ referenti futuræ proxima eſt, capitisque [e] mammillarem educit proceſ- *Mammillaris proceſſus.*
ſum, qui in utroque temporis oſſe unus habetur, non ſolum ad opportunam caput mouentium muſculo-
rum, qui a pectoris oſſe & clauiculis principium ducunt, inſertionem protuberans, uerùm ut auditus orga-
no apta hic conſtitueretur ſedes, magna cauitate indigens. Ac proinde etiam temporis os, non hic mo- *Temporis oſsis cauitas.*
dò mammillari proceſſu extuberat, [f] ſed etiam in capitis cauitatem, ut ampla uacuaque ſedes in ipſo
conſtitueretur, qua auditus organum tum ſuo neruo dilatando, tum etiam ſinibus efficiendis, & peculiari-
bus oſsiculis reponendis, opportunum locum adipiſceretur. Cuiuſmodi uerò hæc ſint oſsicula, ſecundo
ab hoc Capite exequar, nunc temporis oſsis hiſtoriam abſoluturus: cuius iam recenſui proceſſum, qui à
uaccini uberis papillæ forma Græcis quidem μαστοειδὴς, nobis autem mammillaris nuncupatur. maior enim
eſt, quàm ut aptè teneris muliercularum papillis uel maximæ etiam turgidulis aſsimilari poſsit. Deinde
temporis os [g] alio donatur proceſſu, qui non longè à mammillaris proceſſus interno latere initium du- *Proceſſus ſcriptorio ſtylo ſimilis*
cens, oblongus, tenuisque, & perquàm ſolidus eſt, unde etiam ab acus imagine illum Græci βελονοειδῆ uocãt,
à ſtyli uerò ſcriptorij ſpeciæ γραφοειδῆ & συλοειδῆ, ac dein à galli calcaris imagine πλῆκτρον. Hic etſi ſolidus ui
deatur, quũ tamen tenuis exiſtat, & admodũ promineat, leuiq; occaſione abrumpatur, in caluarijs è terra ef
foſsis rarò occurrit. Ex hoc proceſſu ad os υ referens, & ad linguam [h] muſculi porriguntur, quemadmodũ
& ad inferiorem maxillam, [i] illi nimirum, quorum beneficio ea deorſum trahitur. Deinde υ referens os,
aut [k] oblongorum teretiumque oſsiculorum, aut ualidi teretisque ligamenti interuentu huic proceſſui
committitur. His [l] alius adhuc in temporis oſſe accedit proceſſus neutiquam infimus, qui mediam oſsis
iugalis partem efformat: quod proximo Capite nihil aliud eſſe audies, quàm duorum oſsium proceſſus, obli- *Temporis oſsis proceſſus, iugalis oſsis portionem conſtituens.*
qua [m] futura inuicem nexos. Ad huius proceſſus radicem ante auditorium [n] meatum [o] ſinus oſsi in-
ſculpitur, tranſuerſim oblongus, cui inferioris maxillæ [p] capitulum inarticulatur, & hic auditorij meatus
initium, quod impenſe craſſum eſt, ueluti [q] futura quapiam exigua obſcuraque à reliquo temporis oſſe
alicubi, & potiſsimum anteriori inferiorique ſede diſcernitur. Cætera oſsis amplitudo, uerticis ſpectans
os, ampla & tenuis admodum, ſed ſolida & cauernulis deſtituta cernitur, exterius læuis, intus uerò inæqua-
liter extuberans, ſecundum cerebri [r] reuolutionum quæ inteſtinorum gyris comparantur effigiem. Ad
baſim uerò capitis, hoc os aſperum & inſigniter inæquale eſt, & potiſsimum [s] ubi proceſſus ritu tranſuer
ſam reſpicit lineam, occipitis oſsi & cuneiformi communem. Hac enim parte inæqualiter extuberat, pumi
cisque modo aſperum occurrit, tranſuerſo foramine peruium, quo ſoporalis arteriæ [t] præcipuam ſobo-
lem in caluariam ferri audies. Cæterùm quibus futuris [a] cuneiforme os circumſcribatur, ſuperius abun- *Cuneiforme os.*
dè diximus. Hoc, ſi quod aliud, inſigniter uarium eſt: unde etiam non iniuria à multiplici forma Græci id
quoque πολύμορφον, nuncupauere. Ad latera enim, & in temporum cauis, tenue & perquàm ſolidum eſt, &
denſum. In ſui autem medio, capitisque adeò baſi, omnium totius capitis oſsium longè ſpectatur craſsiſsi-
mum, quamuis ſanè non ſimul denſiſsimum & duriſsimum. In ſuæ enim craſsitiei medio, inter ipſius ni-
mirum ſuperficiem cerebro, ſeu duræ cerebri membranæ conterminam, & eam quæ oris cauitatem reſpi-
cit, quodammodo inſtar cauarum imaginum, quas è cera fundi cernimus, [b] uacuum cauumve exiſtit, ad
eam ferè rationem, qua frontis os [c] ad ſuperciliorum ſedem, & quarta maxillæ ſuperioris [d] oſſa, ubi na
rium latera conſtituunt, inania creantur: idque tum uocis gratia, tum, ne ſi tota ſua craſsitie, quam neceſſa-
riò, uel communis oſsium uſus occaſione nanciſcuntur, eſſent ſolida, nimio pondere hominem grauarent.
Caua itaque hunc in modum oſsis cuneiformis ſedes, duo inſignia oſtendit [e] antra, tenui quodam oſſeo *Media oſsis cuneiformis ſedes qualis.*
[f] ſepto interſtincta: in cuius inferiori eriam ſede, qua ueluti bipartitur, exiguum conſiſtit [g] antrum, non
ſecus quàm ſi ſeptum illud in hac caua ſede ad totius oſsis robur, inſtar mediæ alicuius in domo parietis
conduceret. Cauitas hæc undique continua obducitur ſquamma, neque uſquam eſt peruia, quàm in na-
rium amplitudinem, ad quam duobus pertinet [h] foraminibus aerem admittentibus. Nihil enim præter
aerem in hac cauitate continetur, cum molli quadam medulla, magnitudine ſuis quibus amplectitur ſedi-
bus non reſpondente. Si quando uerò in quibuſdam caluarijs antra hæc non occurrunt, Natura huius oſsis
craſsi-

b In 6 fi. ab c ad I.
c 4,5 fig. k l.
d 3,4,5 fi. alterũ os N notatur, & in 3, 4 circũſcribitur à C per G, F ad H. dein in 5 à C per m, m ad n & illinc per a, a ad H, figuræ 4 3.
e 3,4,5 fi. k cui inſeritur Θ 4mus ſcu. tabul.
f Inter T & i 6 figu. aut 8 fi. li. 72.
g 3,4,5 fi. i.
h 1,2 fi. ca. 19 F. & 4 muſ. ta. Q.
i 5 muſ. ta. H, I.
k 1 fi. cap. 13 L, M, N.
l 3,4,5 fi. X.
m 3 fi. Z. & 5 fig. Y.
n 2 fig. 12 cap. 11.
o 4,5 fi. b.
p 1,2 fig. cap. 10. A.
q 4,5 fi. r.
r 3 fig. lib. 6 C, C.
s 5 fig. ſ.
t fig. cap. 14 lib. 3 L.
a 3,4,5 fi. O, P. et priuatim 8 fi.
b Sedes hæc occurrit in 8 figura ad C, D, E, F, G.
c 3,4 fig. cap. 12. K. oſtendit cauitatẽ frontis oſsis.
d 1,2 fig. ca. 9. Λ, Λ. e 8 fi. C, D.
f 8 fig. E.
g 8 fig. G.
h 8 fi. alterum foramen F inſignitur.

craſsitiei ea [i] ratione proſpexit,qua talus,& calx,aut appendices ipſæ oſsium formantur. Ipſum namque tum intus cauernoſum ad ſolidioris compactiorisque pumicis ac ſpongiæ formam effingitur, & eius compoſitionis ſuperficiebus continuæ,quamuis non craſſæ, obducuntur ſquammæ. Siue enim hoc pacto, ſiue antris illis,craſsities cuneiformis oſsis conſtet,interna ipſius [k] ſuperficies, quæ cerebrum ſpectat, nunquam in integris,& carie non uitiatis oſsibus mihi aſpera & cauernoſa, foraminulisve plena occurrit,at læuis,perinde ac reliqua ipſi contermina capitis ſuperficies. Interior hæc cuneiformis oſsis ſedes, [l] ſinu quodam donatur amplo,& [m] glandem continente,cui cerebri pituita inſtillatur. Sinus huius eminentiſsimę [n] partes,ueluti quatuor conſtant proceſsibus,quibus dura cerebri membrana ualidè committitur,quiąue inferiorem lecticæ menſæ ve partem utcunque exprimunt,& κλινοειδεῖς inde uocantur. Ab ipſo dein ſinu,utrinque duo diducũtur oblongi [o] ſinus,quibus ſoporales incumbunt [p] arteriæ,& per quos pituita uidetur ad [q] foramina defluere quæ priuatis uenis,ſeu arterijs, ſeu neruis tranſmittendis primariò exculpuntur,& ad [r] rimas quaſdam cuneiformi oſsi & temporalibus oſsibus communes. Verùm de totius caluarię foraminibus ſinibusque duodecimo agam Capite:hic autem oſsis cuneiformis hiſtorię gratia,leuis hęc quorundam neceſſariò incidit mentio,ut conſtaret, id os mihi in ſua ad cerebrum ſuperficie non uideri cauernulis obſitum,aut citra ſquamę leuisve oſsis obductionem, pumicis aut ſpongiæ talem referre ſpeciem,qualem proponit [s] effracta appendix,aut uerticis os [t] inter ſuas ſquamas.quum interim nonnulli autorum potius placitis,quam ueritati addicti,me eiuſmodi foraminula non uelle conſpicere nugentur,exiſtimantes pituitam debere per cauernulas & foraminula ſpongię fabricę reſpondentia (uti Galenus docuit) tranſcolari.quumque inſuper aliqui,dum meam de repurganda pituita ſententiam expendunt,Galenum ita non ſenſiſſe arbitrantur,quòd libro de Partium uſu nono uocem κιθμῶ quod eſt cribro aut colo,pro σφηνὶ quod eſt cuneo,à librarijs aut ſcriptoribus illic poſitam ſibi perſuadeant: ubi Galenus pituitę ad palatum egreſſum docens,inquit,glandem cui cerebri pituita inſtillatur,ab oſſe cribrum referente excipi.perinde ac ſi Galenus per tortuoſa,& non recto ductu peruia foraminula cauernulasque pituitam in cuneiformi oſſe tranſcolari,ne per ſomnium quidem (ut ipſi aiunt) cogitaſſet,ſi ſcilicet legeretur,ab oſſe cuneum referente glandem eam excipi. Verùm hic in cuneiformis oſsis deſcriptione,uti neque unquam aliàs,unius aut alterius dictionis,quę fortè deprauata eſſet, occaſione, à Galeno non diſſentio. Vtcunque enim dicta nuper uox immutetur,non tamen totius libri ſeries, ita ut Galeni ſententiam non aliquo adhuc modo aſſequamur,poterit uitiari.Galenus namque quum in octauo de Vſu partium,olfactus [u] organa proceſſus neruis ſimiles,ab anterioribus ſedibus priorum cerebri [x] uentriculorum enaſci, & meatuum duorum inſtar pituitam,quum paulo amplius iuſto excedit, ad [y] foraminula odoribus tranſmittendis exculpta diffundere (at non uerè interim) docuiſſet,ac illam per ea tranſcolari dicens, ſedulò tranſcolandi moram,à tranſitus tempore diſtinxiſſet,quo per cribrum rectà pertuſum aliquid transfunditur: in nono inquam de Partium uſu libro ſermonem uniuerſum de excrementorum cerebri purgatione abſoluturus, primùm cauſam perquirit,cur uerticis, frontis, occipitij, & temporum oſſa ad fuliginoſorum adeoque tenuium excrementorum purgationem debuiſſent eſſe cauernoſa & foraminulenta. dein quum eiuſmodi, ut pote aſperam,conſtructionem inibi fieri non potuiſſe deducit,futuras ad eam expurgationem auxiliari reperit:& ſenſim rationes texuit, quamobrem in capitis baſi ad pituitæ expurgationem oſſa oportuerit eſſe cauernoſa & foraminulis plena,non uerò continua ſquama interius & exterius incruſtata. Atque ita quum eius compoſitionis neceſsitatem,ut ipſe quidem exiſtimat,admodum callidè inuenit:mox, ut pituitam ad illam uſque compoſitionem deducat,ſubiungit,ſe in octauo libro meatus duos (ipſa nimirum olfactus organa) quibus ad nares pituita educitur,tractaſſe,hicque [z] alios duos inſuper enarrandos, qui in cerebri ſubſtantia exculpti,& ſuis finibus mutuò [a] coeuntes,pituitam in [b] cyathum & infundibulum à tenui cerebri membrana pronatum deferunt,per quod illa deinceps in [c] glandem quandam defluit. Galenus itaque hæc commemorans,pituitam uſque ad oſſeam illam deducit fabricam, quam pituitæ occaſione cauernoſam & foraminulentam debere eſſe,ſuis argumentis collegit. Dein rurſus de tranſcolandi modo ita agit,ut ſermonem octaui libri cum nono communem reddat, neque aliam deſcenſus pituitæ ad palatum, quàm per foraminula odorum nomine cælata,rationem deſcribat. Quum igitur cauernularum,quam toto hoc contextu Galenus proponit,ſubſtantia,pumicis & ſpongiæ imagini reſpondeat, quumque tam ſtudioſe colandi per ſpongioſum corpus modum (quem in Venetorum uocatis ciſternis fieri uidemus) ab eo qui per cribrum fit,diſcernit,uteresque,quaſi illius uſum ignoraſſent,arguit:cuique conſtare debebat,quę Galeni ſit ſententia,& qui per magna & recta,ſeu utrinque peruia foramina, quæ nobis in cuneiformi oſſe occurrunt,pituitam citra ridiculam & prorſus inartificioſam moram deduci non exiſtimauerit: quouis tandem pacto illa dictio,cuius prius memini, legeretur. Quòd autem Galenus in libro de Partium uſu undecimo,ubi os cuneiforme,quod aliàs in illis libris palati os (etſi palatum uix contingat) undique uocauit, quodque ex ipſius ſententia uulgus medicorum os colatorij nuncupat,cuneo aſsimilans,denſum ac durum eſſe tradidit, & nihilominus foraminulorum ſuorum pituitam expurgantium inibi non eſt oblitus, eiuſmodi cenſetur,ac permulta in Galeno occurrunt. Vt enim taceam, quàm pulchrè ſibi conſentiat, oſsis cuneiformis uacua inanisve [d] ſedes,& antra,totiusque adeò oſsis hic fabrica atteſtantur, quàm ſua ueritati ſint conſona,qui propter robur ſibi confictum,& in cerebri ſubſtantia,& infundibulo, tenuique membrana,& glande pituitam excipiente,& alijs partibus innumeris potius quàm in oſſe ſtatuendum, hic quædam rara & peculiaria imaginatur,non expendens occipitis os, [e] quà cuneiformi coaleſcit, nullibi quàm illic rarius & minus denſum & durum euaſiſſe,& appendicum quodammodo ſubſtantia iccirco extrui, quòd inibi craſſum,non tamen ideo quoque durum & denſum eſſe debuerit. Verùm quum hic ſermo ijs quæ mihi à quibuſ-

[i] *Occurrit hæc in figura capitis 1 inſerta, ad A,B & dein L,L, M.*
[k] *Vbi M cõfiſtis, 3 fig. cap. 12,*
[l] *3 fig. ca. 12 M.*
[m] *16, 18 fi. lib. 7 A.*
[n] *quatuor anguli circa M fig. 3 cap. 12.*
[o] *3 fig. ca. 12 O,P.*
[p] *26 fi. lib. 7. E,F.*
[q] *3 fi. ca. 12 G,H,Q, R,S,Y.*
[r] *2,3 fi. ca. 12 N.*
[s] *figura 1 capiti inſerta A.*
[t] *ut ea inter ei et oi.*
[u] *12 fi. li. 7 C,D. 13. fi L, L. uerum ne ſint causæ meatuum modo*
[x] *4 fi. lib. 7 L M, L M*
[y] *3 fi. cap. 12 I ſupra L. & 13 fi. lib. 7 D,D, G,G.*
[z] *6 fi. lib. 7 Q. & 7. fi. 1 unus, alter uerò 7. fig. K.*
[a] *14 fi. li. 7 D.*
[b] *eiuſdẽ fi. C,C. et 15 fig. E ad F.*
[c] *16,18 fi. lib. 7 A.*
[d] *8 fi. C, D,G.*
[e] *5 fig. M. 6 fig. I.*

à quibuſuis tandem obijciuntur diluendis,non ſit dedicatus, neque hic de pituitæ expurgatione ſeriò ue-
niat pertractandum,reliquam adhuc cuneiformis oſsis hiſtoriam modò abſoluemus. In humiliori itaque
ipſius ſuperficie,ubi tunicæ narium cauitatem ſuccingentis potiſsimum nomine aſperum eſt, & oſſeo na-
rium [f] ſepto committitur,quatuor inſignes educit [g] proceſſus,utrinque binos, & ueſpertilionum ala-
rum modo tenues & prominentes:unde etiam ab illarum imagine, πτερυγοειδεῖς nuncupantur. In duarum
alarum medio ſinus cauitasque occurrit, à qua ualidus enaſcitur [h] muſculus, qui ſui lateris maxillam in-
feriorem mouentium tertius numerabitur. Adeò ut huius præcipuè muſculi exortus cauſa,proceſſus iſti ex
tuberent,cùm ut is aptum ex illis duceret principium,tum etiam ut principium ab ipſis tutò muniretur. ✻
Octauum capitis os in frontis oſsis baſi comprehenſum,futura illa circumſcribitur, quæ id à frontis oſſe &
cuneiformi terminat,& [i] illa inſuper,quam in humiliori narium ſepti regione incedentem,hoc os à ma-
xillæ ſuperioris oſsibus dirimere,antea diximus. Præſens os, prẽter narium ſeptum ab ipſo eductum, & in
mediam naſi cartilaginem anteriori in ſede terminatum, [k] olfactus etiam organorum ſedes in caluariæ
cauitate conſtituit,& multis inibi foraminulis odorum & aeris ad cerebrum ingreſſus cauſa, peruium eſt.
quæ quum pueros Anatomen docentium quidam cribri aut coli foraminulis contulerunt,id os à cribri uel
coli imagine, ἠθμοειδὲς appellarunt. Alij autem hęc foraminula ſpongiæ potius, quàm cribri foraminibus af
ſimilantes,ipſum σπογγοειδὲς uocandum putarunt. quamuis interim tenue, ſubſtantiaque denſum, ac ueluti
ſolidum ſeſe offerat,non uerò,ut [l] interna craſſorum oſsium ſedes,fungoſum & laxum. Dein in caluariæ
cauitatem oblongum exerit [m] proceſſum,ſcpti cuiuſdam modo ſedes interdiuidentem, quibus olfactus
organa reponuntur. Quinetiam proceſſui illi,quem gallorum criſtæ nonnulli contulerunt, duræ cerebri [n]
membranæ proceſſus ualidè connaſcitur, qui dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimit. Quandoquidem
uerò Galenus alicubi cartilagineæ ac oſſeæ cuiuſdam ſubſtantiæ meminit, quæ iuxta cerebri [o] glandem
nucis pineæ imagini à diſſectionum peritis aſsimilatam conſiſteret, hincque forſitan aliquis in mea capi-
tis oſsium hiſtoria quidpiam ueluti à me prætermiſſum deſideraret, ſtudioſos admonitos uelim, in canis
caluaria,ſecus quàm in hominis,latum tenuecque admodum os ſpectari,ab occipitis oſſe pronatum, ac toti
ſuperiori cerebelli [p] ſedi non ſecus inſtratum,quàm duræ cerebri membranæ [q] proceſſum in homini-
bus cerebello obductum cernimus,qui id a cerebro,quà cerebello innititur,diſiungit ac ſeparat, quique ea
[r] parte eſt duriſsimus ac craſsiſsimus,qua in anteriores cerebri uentriculos [s] iuxta dictam nuper glan-
dem,ex proprio ipſi ſinu uaſa [t] educit. Cuius partis ſedisve durities quibuſdam tanta in nonnullis ani-
malibus uiſa eſt,ut cartilagineam,aut etiam oſſeam,illam appellauerint. niſi fortaſsis tenue illud latumque
canis os,de cerebri cartilagine aut oſſe diſputantes ſubaudiuerint, etiamſi in homine neutiquam occur-
rat:quum ſcilicet adeò confuſam multorum animalium anatomen plerosque ueteres, perinde ac Gale-
num,propoſuiſſe,neminem latere debeat.

Cuneiformis oſsis proceſſus alis ſimiles.

Octauum capitis os.

Cartilago aut os in cerebro. Li. 4. de Administrandis diſſectionibus.

f *5 fi. Σ. g 4, 5 fi. P, P. & dein charact. 1, 2, 3, 4.*
h *6 muſc. tab. D.*
* *8 fig. A, B, A. in 6 fig. ſecundũ Ω, Λ, Ψ.*
i *1 fig. ca. 9 g.*
k *12 fi. li. 7 C, D, E.*
l *figuræ ca. 1 impoſitæ L.*
m *6 fig. n.*
n *3 fi. lib. 7 D, D & N. dein 12 fi. lib. 7 H.*
o *7 fi. lib. 7 M.*
p *8 fi. lib. 7 R, R, R.*
q *7 fi. li. 7 O, O, O. & 8 fig. lib. 7 V, V.*
r *iuxta V fig. 7 lib. 7.*
ſ *7 fig. lib. 7 T.*
t *6 fig. lib. 7 H.*

DE OSSE IVGALI, ET OSSIBVS PRAERUPTÆ RUPI AFSIMILATIS. Caput. VII.

HVIC Capiti nulla præfigitur figura, quòd iugale os in præcedentis Capitis tertia & quinta figuris V & X notatum fuerit: quemadmodum & ipſius ſutura in tertia quidem Z, in quinta autem Υ indicabatur. Oſſa uerò quæ rupi præruptæ aſſimilantur, ſeu quæ lapidea uocamus, etiam quinta præcedentis Capitis figura oſtenduntur, tota ſede, qua C, C, M, M, M, m, m, m, m, k, & huiuſmodi in caluariæ baſi characteres occurrunt.

INTER corporis oſſa, quædam proprijs circumſcriptionibus terminisque deſtituta, non ſecus quàm ſi peculiaria eſſent oſſa, diſſectionum profeſſoribus deſcribuntur, inque oſſium numerum cum cæteris referuntur. Huius generis eſt os iugale Latinis, Græcis uerò ζύγωμα ob hoc nuncupatum, quod utraque oſſa (ſunt enim utrinque ſingula) boum equorumve iugis comparentur. Conſtat autem os iugale, aut potius caluariæ ſedes hoc nomine dicta, ex duorum oſsium proceſsibus inuicem [a] obliqua ſutura coeuntibus. [b] ac poſterior quidem eius pars, temporis oſsis proceſſus eſt: [c] anterior autem pars, illius oſsis proceſſus exiſtit, quod uniuerſum oculi ſedis externum angulum efformans, maxillæ ſuperioris oſsium primum numerabitur. Vterque proceſſus, ſeu ſedes, quam iugale os dicimus, medullæ eſt expers, & ſolida, ſuaque duritie pellendis iniurijs apta, quo [d] idoneum temporali muſculo efficeretur propugnaculum, foris quidem gibbum, intus autem cauum. Quamuis interim Natura non ſic ſolum temporalem muniuerit, uerùm inſuper ipſum in capitis oſsibus magna ex parte occultauit, ſinum oſsibus inſculpens, illo recipiendo apprimè idoneum, & eum undique uicinarum partium tuberibus promontorijsque circumſepientem. Atque id meritiſsimò Natura molitur, quandoquidem temporum muſculi malè affecti, cõuulſiones, febres, ſopores, amẽtias inferant, quòd neruorum principio proximè accedunt, & tantum os eos à cerebro ipſiusque membranis dirimit. Adde [e] quinos neruorũ cerebri furculos (præter tres enim alijs notos Anatomicis, duos adinueni) ſingulis muſculis exporrigi: ob idque non iniuria diuum Hippocratem pronunciauiſſe, plagas præcipuas, ac ſtuporem inducentes, eſſe temporales. Sed horum muſculorum præſtantiam in ſecundo libro cũ reliquis ad unum omnibus abundè proſequemur. ubi etiam docebitur, iugale os in hoc præcipuè formatum, ut ab ipſo maſſeter, ſiue manſorius muſculus (quem inferiorem maxillam mouentium ſecundum deſcribemus) opportunè principium ducat. Veteribus [f] πετρώδη oſſa uocabantur, quæ petram & effractam rupem non duritia modò, uerùm etiam imagine referunt. Huiuſmodi autem eſt inferior capitis pars, qua

Quibuſdã oſsium ſedibus perinde ac ſi undiq; circumſcriberẽtur nomina imponi.

Os iugale.

Iugalis oſſis uſus.

Qui natura temporalibus muſculis proſpexerit.

Oſſa præruptæ rupi ſimilia.

a *3 fig. ca. 6 Z.*
b *3, 5 fi. 6 cap. X.*
c *3, 5 fig. 6 cap. V.*
d *4 muſculorum tabula primùm D, dein Γ, poſt Δ.*
e *fi. ante 2 ca. lib. 4 poſita Q, R, b, c, d.*
f *Hæc in 5 fi. 6 ca: baſi ſunt obuia.*

dorſalis medulla è caluaria delabitur, ac ubi g mammillares & h ſtylum referentes temporum oſsium proceſſus exoriuntur. Eius enim regionis, oſſa omnium uniuerſi corporis duriſsima & ſolidiſsima (auditus organi, uti arbitror, occaſione) exiſtunt, commodi muſculorum exortus ac inſertionis gratia, præruptæ aſperæque rupi quàm ſimillima. Vnde etiam hanc partem meritò ita nominandam arbitror, nullumque in corpore os propria finitum circumſcriptione petroſum lapideumve à ueteribus fuiſſe appellatum reor. Quanquam rurſus non ignorem, plurimos temporum oſſa hoc nomine priuatim tantumque indicauiſſe, non quidem adhuc uniuerſa, uerùm illam ipſorum portionem, quæ dictos antè proceſſus educit. Per me igitur ita temporum oſſa nominare licebit: modò neminem lateat, dictam nobis caluariæ baſis regionem, creberrimè petroſum os nuncupari: & dein interdum oſſa quædam commemorari, ac ſi propria donarentur circumſcriptione: quum tamen nihil aliud uerè cenſenda ueniant, quàm duorum oſsium mutuò coeuntium (ut iam diximus) fines, & aliquando unius alicuius oſsis una ſedes: quemadmodum eueniſſe audies in i oſsibus, quæ ſacri oſsis lateribus coarctata, triplex nomen pro ſedium ratione aſſumunt.

g 3.4.5 fi. cap. 6 k.
h eiuſdem fig. i.
i Tres figu ræ cap. 29.

DE OSSICVLIS, AVDITVS ORGANI conſtructionem ingredientibus. Caput. VIII.

OCTAVI CAPITIS FIGVRAE AC eiuſdem characterum Index.

HAEC figura, auditus organi oſſicula exprimit. Præcipua enim illius figuræ effigies, portionem ex dextri temporis oſſe exectam commonſtrat: quæ dein per medium diuiſa, duas quæ in illis oſsis cauitate reponũtur, membranas imà cum oſsiculis ob oculos ponit: uti characterum index hunc in modum explicabit.

A, A *Foraminis portio, quod ab aure introrſum ad membranam*
B *notandam pertinet.*
B *Membrana tranſuerſim foramini obducta, quod ab aure in cauitatem fertur, in temporis oſſe auditus organi nomine exculptam.*
C *Vnum auditus organi oſſiculum, malcolo aſsimilatum.*
D *Quinti neruorum cerebri paris neruus.*
E *Quinti paris ramus, per cæcum foramen ad muſculum temporalem potiſsimùm digeſtus.*
F *Quinti paris ramus, per foramen procedens, quo uena auditus organum petens excipitur.*
G *Series nerui quinti paris ad planam cauitatis ſedem hic auditus organi occaſione cælatæ.*
H *Sedes orbicularem circulum referens, cuius anteriori ſedi auditus organi oſſiculum iam I notandum committitur.*
I *Alterum auditus organi oſſiculum, quod incudi & molari denti comparatur.*
K, K *Cauernulæ indicantur, quibus cauitas auditus organo parata, intus ſcatet.*
L *Mallei ab omnibus conterminis partibus liberi anterior facies.*
M *Mallei ab omnibus partibus liberi poſterior facies.*
N *Incudis, ſeu molaris dentis ab omnibus partibus liberi anterior facies.*
O *Incudis ſeu molaris dentis ab omnibus partibus liberi poſterior facies.*
P *Incudis ac mallei, ita ut in aure committuntur, ſimul nexorum anterior facies.*
Q *Incudis ac mallei unà iunctorum poſterior facies.*

OCTAVI CAPITIS FIGVRA, uarijs effformata partibus.



ETIAMSI in ſeptimo libro cum reliquorum ſenſuum organis, auditus inſtrumenti fabricam ſimus pertractaturi, nihilominus tamen ipſa oſsiculorum quorundam illam ſubeuntium occaſione, nunc obiter uenit deſcribenda, ne fortè in ſeptimum uſq; librum ea oſsicula prorſus aſſeruantes, in uniuerſa alioquin oſsium hiſtoria, illa præterijſſe uideamur. Quanquam neque Galenum, neque ante illum quemuis alium hæc, uti & alia ſanè non pauca, obſeruaſſe, hinc conijcitur, quòd iſtorum nuſquam inciderit mentio. Tempo-

Cauitas auditus organo parata, & foramina ab ipſa educta: ac demũ quinti paris neruorum cerebri in illam ſeries.

ris itaque oſsi magna admodumque uaria inſculpitur [a] cauitas, quatuor à ſe producens foramina, quorum [b] primum utcunque amplum, ſed anfractuoſum, in capitis ſedem, qua cerebrum continetur, ſpectat, alterius lateris quinti paris neruorum cerebri [c] neruum admittens. [d] Secundum foramen iam dicto breuius, ſed multo amplius, ad aurem pertinet. [e] Tertium foramen anguſtum eſt, uarieque implexum: & cæcum, uti ſuo dicemus loco, appellatum, nerui quinti paris [f] ramum tranſmittit. [g] Quartum nunc dicto nonnihil amplius occurrit, & neutiquam perinde tortuoſum. dein antrorſum, uti illud retrorſum, procedens, præter alium nerui quinti paris [h] ramum, cui iter præbet: [i] uenam tranſmittit, auditus organũ petentem. Verùm quinti paris neruus haudquaquam totus in binos illos ramos abſorbetur, ſed inſigniori ſua [k] portione, cauitatem temporis oſsi inciſam, membranæ quodammodo ritu ſuccingit & oblinit: non quidem uniuerſam, ſed nonnullas tantum ipſius ſedes, haud ſecus quàm ſi inſignior nerui portio in plures diduceretur membranas, aliquot eius cauitatis regionibus obductas. Inter cæteras autem cauitatis ſedes, quarum quædam planæ ſunt & læues, quædam uerò laxioris pumicis & ſpongiæ modo cauernoſæ, admodũque profectò uariæ, ſibique diſsimiles, [l] una eſt orbicularis & plana, oſſeoque circulo lineæ in modum extuberante,

a In præcipua effigie et in penultima fi. contextui cap. 12 inſerta.
b 3 fi. cap. 12 a.
c 1,2 fi. ca. 2 lib. 4 a.
d 2 fi. cap. 12 a.
e 2 fig. ca. 12 b.
f 1,2 fi. ca. 2 lib. 4 c.
g 2 fig. ca. 12 V.
h 1,2 fi. ca. 2 lib. 4 b.
i fi. ca. 14. lib. 3 u.
k 1,2 fi. ca. 2 lib. 4 Φ.
l H.

m G. n I,N,O. tuberante,ſepta,ac demum præcipua quinti nerui [m] portione tanquam membranula quapiam obducta. Ad circuli huius exteriorem,auriq́ue proximam ſedem, [n] oſsiculum reponitur, duobus tenuibus & acutis proceſsibus,ſeu cruribus firmatum,aſtabilitumq́ue.horum exterius,ac auri uicinius,eſt breuius & craſſius,latiusq́ue,ac in acutum deſinit apicem.Alterum crus,quod interius conſiſtit, & membranæ orbiculatem illam cauitatis ſedem ſuccingenti magis, quàm exterius crus, innaſcitur, longius nonnihil & tenuius eſt,ipſiusq́ue extremum quaſi in unculum ceſſat,quo membranæ illi implicatur,firmiusq́ue innectitur.Oſſiculi huius pars extra membranam prominens,ſuperius partim plana,partim rotunda cernitur:quemadmodum minores nonnulli incudes effingi ſolent,quorum amplior pars plana eſt : altera,quæ ueluti in mucronem deſinit inſtar coni rotunda. Grandiores enim incudes penitus plani depreſsive & quadranguli fiunt. Cæterùm ſi hoc oſsiculum, quia tantum binis donatur cruribus, incudi aſsimilare minus placuerit, nihil profectò obſtiterit, [o] molari denti duabus tantum radicibus prædito id conferre. [p] Alterum oſsiculũ à iam commemorato plurimùm uariat,alteriq́ue innaſcitur membranæ. Foramen enim cauitatis,ſeu antri in temporis oſſe inciſi,quod aurem ſpectat,ea parte qua cauitatis amplitudini uicinum eſt, [q] membranula tenuiſsima & prorſus pellucida in eum modũ obtegitur, quo uas ſuo fundo obturari dicimus. Huic itaque membranulæ tranſuerſim id oſsiculum innaſcitur,itaque ipſi intus tranſuerſim inſternitur,ac in tympanis fidem unam atque alteram craſsiorem membranæ,ſeu aſinorum pelli,obtendi conſpicimus. Vt uerò oſſiculum ualidius firmaretur,longum tenuemq́; habet proceſſum, quo membranæ ſecundum illius latitudinem innaſcitur.Hunc proceſſum liceret [r] femoris oſsis parti comparare,quæ ab ipſius proceſsibus, quos rotatores uocamus,ad inferiora uſque femoris capita pertinet. imò ſi hæc inferiora capita à reliquo femore reſecta finxeris,uniuerſum oſsiculum femori opportunè aſsimilabitur. Quemadmodum enim femur iuxta ipſius ceruicem duos aſciſcit proceſſus,ſic etiam oſsiculum hoc eadem ſede proceſſulos aliquot ſibi uendicat,quorum beneficio membranæ ſuæ firmius innaſcitur.Dein,ut femoris oſsis ceruix obliquè uerſus corporis interiora, ad coxendicis oſsis ſinum uergens, in caput ad amuſsim rotundum ceſſat : ita etiam oſsiculum à membrana introrſum abſcedit, in rotundum caput deſinens, quod læue minimeq́ue aſperũ eſt, & ſuperiori parti alterius oſsiculi,quod molari denti,aut incudi aſsimilauimus, ita tenuiſsimarũ membranarum interuentu [s] committitur,ac ſi malleus incudi laxè alligaretur:non ſecus, quàm ſi oſsiculum poſtremò enarratum,malleoli præſtaret munus,alterum uerò incudis uicem gereret, ſed pro mallei mole nimis quàm parui.Num autem oſsicula incudis & malleoli officio ita fungantur,atque formam referunt, & leuiſſimo afflatu ſecundum oſsiculum cum membrana cui innaſcitur,inter diſſecandum mouetur,primo oſsiculo interim quodammodo quieſcente,à me haudquaquam aſſertum uelim, quandoquidem auditus rationẽ non ſatis ex ſententia percipiam. Non quòd mihi animo exciderit,commune illud medicorum ad partium temperiem,ac formam demum eſſentialem,aſylum, & aeris gyri, quos ex huius percuſſu in aurem ferri, & quandam membranam ferire, uulgò nobis è lapillorum in aquam iactu perſuademus, interim organi huius conſtructionis prorſus ignari.Longè enim diuiniora rerum Opifex callidiſsimo artificio hic machinatur,quorum fabricam ſatis dilucidè in ſcholis quidem commonſtro, uſum autem & operandi modum non magis quàm oculi ipſius aſſequor. Verùm quia de auditus organo poſtea pertractabitur, hic ſat ſit oſſicula recenſuiſſe: quæ ſi hoc ſermone non fueris aſſecutus, uituli, aut agni, aut alterius animalis capite in menſam poſito,temporum os nunc hoc,nunc illo modo diuides.Quanquam multo ſatius ſit, hæc in crudo capite,quàm in cocto aggredi : idq́ue in homine potius,quàm alio quouis animali.Neque ſolum hac adminiſtratione,ſpectatu iucundiſsimam oſsiculorum conſtructionem adinuenies,uerùm inſuper omnium penè muſicorum inſtrumentorum fabricæ rationem ex auditus organi compage deſumptam perinde admiraberis,ac uel hoc in primis nomine, auditus organi harmoniam ſumma uoluptate intueri ſolitus eſt, non modò muſicorum abſolutiſsimus,uerùm & noſtræ ætatis philoſophorum eximium decus, Marcus Antonius Genua,cui rerum naturalium ſtudioſi tantum debebunt, quantum frugis ex hoc meo conatu ipſis accedet : quippe qui ad hunc inchoandum primus autor, ac ſedulus monitor haud minus extitit, quàm rarũ uirtutis exemplar Vuolphangus Heruuort, patritius Auguſtanus, ob incredibilem erga literas earumq́ue cultores amorem, immortalitate digniſsimus, ac mihi dum uiuam unicè colendus, quòd ad huius operis abſolutionem,quantum in ipſo fuit,nihil fecerit reliqui.

o *ſi.ee.11.* K *talẽ proponit dentẽ* p C,L,M. q B. r *figura ca. 30.* s P,Q.

Oſsiculum incudi aut molari denti compara tum.

Oſsiculum malleolo nõ admodũ diſſimile.

Secundi oſsiculi ad femoris oſsis cõparatio.

Auditus organi oſsiculorum uſus.


Marcus Antonius Genua,et Vuolphangus Heruuort,huius operis et inchoandi & abſoluendi autores præcipui.

DE DVODECIM SVPERIORIS MAXILLAE OSSIBVS, in quorum claſſem naſi oſſa etiam referuntur. Cap. IX.

PRIMAE NONI CAPITIS FIGVRAE, eiuſdemq́ue characterum Index.

HAEC figura anteriorem caluariæ ſedem exprimit,maxille ſuperioris oſſa, quàm datum eſt accuratiſſimè,oſtẽſura. Humanæ autem caluariæ caninam ſubiecimus,ut Galeni ſuperioris maxillæ oſsium deſcriptio, leuiori negotio à quouis intelligatur. Præterea ut oculorum ſedes,ac in ijs apparentes ſuturæ oſſaque apertius ſpectarentur, hominis caluariam occipitio inniti, & anteriori ſede ſuper caninam erigi oportuit.Præſentis autem figuræ characterum indicem ita digeram,ut maiuſculi Græcorum,maxillæ ſuperioris oſsibus (quæ ſex utrinque erunt) primùm adhibeantur : reliquis autem oſſibus & ſuturis,ut ſors fert,omnes accommodentur. Cæterùm priores aliquot characteres oſtendendis foraminibus capitis inuabunt,quare etiam illi ad Caput his dicandum opportunè reſeruabuntur. Sunt autem illi A,E,uſque ad I.

PRIMA NONI CAPITIS FIGVRA.



I,I *Frontis os. I etiam ponitur in oculorum sedibus, cum frontis ossis partem notans, quæ superiorem oculorum sedium regionem constituit.*

K *Verticis os sinistrum.*

L *Sinistri temporis os.*

M *Mammillaris processus sinister, iuxta quem processus stylum referens etiam occurrit.*

N *Cuneiforme os, in sinistri temporis cauo & in dextri oculi sede N insignitur. In sinistri autem oculi sede G & H reponuntur, idem os indicantia; quanquam illi characteres huius sedis foraminibus ostē dēdis peculiariter subseruiāt. Ad hæc, N quoque reponitur ad intimum sinistri lateris dentem, notās cuneiformis ossis particulam, & dein futuram, id os à superiori maxilla hac in sede diuidentem.*

Γ,Γ *Hoc os nobis primum maxillæ superioris numerabitur. ac Γ in oculi sede positum, huius ossis partē notat, in oculi sede conspicuam.*

Δ *In sinistri oculi sede Δ tantum apparet, superioris maxillæ secundum os indicans.*

Θ *In sinistri quoque oculi sede Θ tantum occurrit, tertium maxillæ superioris os indicans.*

Λ,Λ *Quartum maxillæ superioris os. Λ in oculi sede positum, huius ossis partem notat, quæ inferiorem oculi sedis regionem magna ex parte constituit.*

Ξ *Quintum maxillæ superioris os. Sextum nerò in secunda figura Π notandum, hic nullibi sese offert.*

O *Narium septum, quod octaui capitis ossis cribri modo perforati processus habetur.*

P *Sutura duos ossium processus committens, quibus iugale os efformatur.*

Q *A Q ad S sutura notatur, cuneiforme os à primo maxillæ superioris osse dirimens, ac hic in oculi sede conspicua, in dextrique oculi sede ad characterem Q clarius ferè, quàm in sinistri, apparens.*

R,S T,V,X,Y,Z, *Sutura frontis os à maxilla superiori & cuneiformi diuidens. Ab R enim ad S, futuræ interuallum notatur, frontis ossi & primo maxillæ ossi commune. Ab S ad T futuræ huius interuallum indicatur, frontis ossi & cuneiformi commune. A T ad V interuallum metitur, tertio maxillæ ossi & frontis ossi commune. Ab V ad X interuallum insignitur, commune frontis ossi & secundo maxillæ ossi. Inter X & Y interuallum consistit, quarto maxillæ ossi ac frō tis ossi commune. Ab Y uerò ad Z significatur interuallum commune frontis ossi, & quinto maxillæ ossi.*

a *Maxillæ sedes aspera, inæqualisque. Verùm ab a ad b sutura indicatur, primo & quarto maxillæ ossibus communis, ubi hæc in anteriori caluariæ sede est conspicua.*

b *A b ad Q futuræ primum os à quarto diuidentis pars indicatur, quæ in oculi sede est conspicua, quaque in huius figuræ sinistra oculi sede characteribus paucioribus occupata, est manifestior.*

c *Ab V ad c sutura notatur, secundo ossi & tertio communis. Quicquid autem sursum per anteriora iuxta C & Δ ad X usque ducitur, secundum os à quarto dirimit.*

d *d seruit describendo tertio maxillæ ossi. T enim ad V superiorem ēius ossis sedem describit, V ad c anteriorem, T ad d posteriorem, c uero ad d inferiorem.*

e *e ad Y futuram notat, quarto maxillæ ossi & quinto communem.*

f *f ac Z futuram insinuat, quinto unius lateris ossi & quinto alterius lateris ossi communem.*

g *In narium amplitudine g ponitur, futuram indicans, qua septum nariū à quartis maxillæ superioris ossibus disiūgitur.*

h *Sutura, aut harmonia potius, quartis maxillæ superioris ossibus communis, cuius beneficio illa inuicem in mustacis uocata regione dirimuntur.*

i *Ad superiorem foraminis E notati sedem, i ponitur, indicaturum quarti ossis futuram, quæ elatius quàm id foramen consistit, ipsique quarto ossi duntaxat peculiaris est.*

k *Ab hoc charactere, eorum qui in canis caluaria occurrunt primo, ad l usque, sutura notatur à mala sursum ascendēs, ad medium usque inferioris ambitus sedis oculi.*

l.m *Ab l usque ad m sutura notatur, à medio inferioris regionis ambitur sedis oculi, ad supercilia usque iuxta internum oculi angulum ascendens.*


n *Sutura ab illa quæ externum nasi ossium latus circumscribit, inter caninum dentē & incisorium ipsi proximū delata.*

SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.

SECVNDA figura, caluariæ basim palatumque exprimens, eam maxillæ superioris ossium sedem proponit, quæ præcedente figura non fuit obuia. Quanquam uerò hæc pluribus insignitur characteribus, eos tamen hic tantum explicabi-

explicabimus, qui ad maxillæ superioris ossium spectant historiã.
L Hic modica ossis frontis portio in conspectum uenit.
OOPP Cuneiforme os.
Q,Γ Primum superioris maxillæ os.
S,Λ Quartum superioris maxillæ os.
V,X Caluariæ sedes, quam os iugale Anatomes peritis uocari, iam antea dictum est.
Υ Sutura quæ duos processus os iugale efformantes committit.
d Hic latitat sutura, primo maxillæ superioris ossi, & cuneiformi communis. dein suturæ primo ossi & quarto communis sedes, in temporis cauo conspicua.
e Sutura quarto maxillæ ossi & cuneiformi communis.
f Suturæ primo maxillæ ossi & quarto communis pars, in anteriori maxillæ regione apparens.
g Sutura frontis ossi & primo maxillæ ossi communis.
Π Sextum maxillæ superioris os.
q Ab e uersus q sutura sexto maxillæ ossi & cuneiformi communis indicatur.
Σ Septum narium, & sedes qua id à cuneiformi osse dirimitur.
t.u At ad u transuersa notatur sutura, sexto maxillæ ossi & quarto communis.
x Ab x ad t sutura indicatur, duobus sextis maxillæ superioris ossibus communis.
y Sutura notatur rectà per palatum ducta, & quartis maxillæ ossibus communis.
z Priuatim indicatur foramen in anteriori palati sede, posteriorique dentium incisoriorũ regione apparens: ad cuius latus interdum obscura occurrit sutura, transuersim aliquousque in quarto superioris maxillæ osse prorepens, & a insignita.

SECVNDA NONI CAPITIS figura.



SVPERIOREM maxillam in ossium historia appellamus, eam caluariæ partem, quæ post octo capitis ossa, sedem qua cerebrum continetur, simul efformantia, & duo utriusque auditus organi ossicula, nobis adhuc commemoranda supersunt: quæque inferiorem oculorum sedis partem, & latera, magnamque illam narium cauitatem, & altiorem nasi regionem, & palatum constituit, superioremque dentium seriem complectitur. Hanc nõ unico quidem, sed pluribus extrui credimus ossibus, ut pellendis iniurijs reddatur promptior, noxasque minori sustineat incommodo: quum scilicet partis suæ alicuius uitium simul cum ipsius circumscriptione terminetur, neque in totam maxillam, ueluti perfictile uas, pertingat. Verùm alia insuper cõpiæ ossium habetur ratio, ipsa nimirum maxillæ sedium uarietas, quæ non undique ossa pariter aut densa, aut dura, aut crassa, aut mollia exigit: utcunque interim hęc maxima ex parte duris constet, sed ijs admodum leuibus. nam præter narium, quam efformant, cauitatem, illa intus ad eius cauitatis latera impense exi stunt caua, insigniaque antra sic continent, ut maxillæ superioris compositionem imaginibus pulchrè assi milaueris, quas intus cauas è cera fundimus: quo scilicet necessariæ ipsius magnæ moli peculiaris raraque accedat leuitas, quæ pondere non grauans, etiam producendæ uoci miris modis sit opportuna. Haudquam enim Galeno est assentiendum, qui superiorem maxillam medullæ expertem, durisque ossibus, nec leuitate indigentibus, efformatam docet, quòd hæc perinde ac inferor non moueatur. Quum interim hęc illa uulto sit ualidior, & osse constet iniurijs propellendis longè promptiori. Cæterùm maxillæ superioris ossa (præter superiores dentes, & tenuia quædam, fungosa, & quodammodo membranea, cartilagineaque ossicula, in narium cauitatis summo occurrentia) duodecim sunt, ab utroque latere sena. quorum [a] primum, sedis oculi externum constituit angulum. [b] secundum & [c] tertium, ad oculi sedis internum referuntur angulum. [d] quartum omnes sui lateris suscipit dentes. [e] quintum è duobus quæ naso ascribimus ossibus, alterum censetur. [f] sextum cum suo coniuge ad palati finem collocatur, quâ narium [g] foramina in oris amplitudinem pertinent. Hæc inuicem & conterminis ipsis capitis ossibus, per suturas & harmonias compinguntur. at quum harmoniæ istæ magna ex parte, si quando effringuntur, intus mutuum quẽdam contextum referant, quem suturæ quodammodo comparare queas, illæ futurarum etiam nomine in superioris maxillæ historia à dissectionum peritis donantur. Vt uerò has omnes cum circumscriptis ab ipsis ossibus opportunè expendas, quique Galeni hic obscuræ alioquin, parumque sibi consentientes descriptiones, canibus & simijs potius, quàm hominibus quadrent, obserues, perinde atque ego in scholis facere consueui, omnes humanæ caluariæ, quæ tibi undique occurrunt, suturas, quantumuis leuiter conspicuas, & harmoniæ etiam speciem referentes, in altero latere atramento obliterabis: ita enim promptius sic ueluti incrassatæ & tinctæ obuiam uenient, leuiorique negotio uniuersam ossium circumscriptionem, nostra, quã modò subijciam, accommodata historia, comprehendes, canis & simiæ dein fabricam consideraturus. [a] Primum itaque superioris maxillæ os, alteram ossis iugalis partem constituit, & nonnihil temporis, supercilijque, ac sedis oculi, totum uidelicet exteriorem angulum, in se comprehendit, non minimam malę etiã

a 1, 2 fig. Γ, Γ.
b 1 fig. Δ.
c 1 fi. Θ.
d 1, 2 fig. Λ, Λ.
e 1 fi. Ξ.
f 2 fig. Γ.
g 2 fi. ca.
12 n, o.
a 1, 2 fig. Γ, Γ.

'Quæ caluariæ pars superior uocatur maxilla.
Cur pluribus constet ossibus et ijs cauis & leuibus.
Lib. 11. de Vsupartiũ.
Breuis maxillæ ossium enumeratio
Primi maxillæ ossis historia.

portionem efformans. Coniungitur autem hoc os, temporis ossi, interuentu [b] futuræ, quæ duos processus os iugale efformantes iungit. Dein committitur ossi cuneiformi, [c] eius futuræ beneficio, quæ per cauta temporum decliuis ducta, [d] etiam in oculi sede conspicitur, huicque primo maxillæ ossi & cuneiformi communis est. In superiori parte [e] nectitur frontis ossi, ea sede, qua supercilij habetur extremum. Fit uero hæc commissura illius [f] futuræ beneficio, quæ à cauis temporũ per oculorũ sedes ad superciliorum medium fertur, frontisque os à maxilla superiori & cuneiformi discernit. Inferiori autem parte insigni amplitudine primum os quarto ea futura compingitur, quæ tribus locis in conspicuo est: [g] in cauo scilicet temporũ sub osse iugali, [h] in anteriori maxillæ regione iuxta malã, [i] & in oculi sedis inferiori parte. Suturæ pars in cauo temporum conspicua, ab inferiori fine futuræ, os cuneiforme à primo maxillæ osse diuidentis incipit, obliquè deorsum nonnihil in priora tantisper descendens, quousque ad [k] infimam malæ sedẽ, ubi hæc aspera in æqualisque est, pertingat. Pars autem in anteriori maxillæ sede occurrens, à mala obliquè sursum contendit, ad mediam regionem inferioris ambitus hic oculi sedem circumscribentis. Pars uerò in oculi sede apparẽs, à medio inferioris ambitus sedis oculi, per humiliora eius sedis retrorsum obliquè ad infimam [l] futuræ, cuneiforme os à primo maxillæ osse dirimentis regionem conscendit. Hunc igitur in modum primum os circumscribitur, quatuor (uti diximus) ossibus commissum: temporis scilicet ossis

Secundum maxillæ os.

processui alterã ossis iugalis partẽ efformãti, dein cuneiformi ossi, frõtis ossi, & quarto maxillæ ossi. [a] Secũdũ os cæteris omnibus lõgè minus, & squamæ quasi modo tenue, in interno oculi sedis angulo consistit, ubi [b] foramen habetur, cui [c] caruncula præest, internum oculi angulum occupans, & in hoc creata, ne quid pituitæ ad oculi sedem à cerebro expurgatum, in genas defluat, sed totum per id foramen in narium amplitudinem procumbat. Ossiculum hoc superiori parte, [d] modico interuallo futuræ terminatur, frontis os à superiori maxilla distinguentis. unde etiam futuræ illius interuentu, ossiculum id frontis ossi committitur. Ab hac futura, [e] alia secundùm posteriorem ossiculi regionem descendit, quæ secundùm ossiculi inferiora dein repens, per anteriorem illius regionem sursum in eam futuram denuò ascendit, quam frontis os à superiori maxilla dirimere diximus. Cæterùm futura, quæ ad eum modum in orbem penè fertur, in posteriore ossiculi regione (quæ oculi sedis conum respicit) secundo ossiculo communis est, & illi quod tertium maxillæ nobis enumeratur. Ad inferiorem uerò ossiculi partem, & secundum anteriorem ipsius regionem, futura hæc communis est ipsi ossiculo, & quarto maxillæ superioris ossi. Vnde etiam præsens ossiculum superiori partè frontis os, posteriori tertium maxillæ os, inferiori uerò anteriorique; quartum maxillæ os contingit. quod quia laxè hæret, anteriorique parte quarto ossi harmonia uerius quàm futura iungitur, in caluarijs è terra effossis rarò occurrit: potissimum quum insuper tenue sit, & humida hac sede positum, facilè putrescat. In coctis uerò caluarijs, & arte ad ossium disciplinam paratis, absque negotio seruatur.

Tertium maxillæ os.

[a] Tertium os similiter ferè ac secundum tenue, & squamæ instar pellucidum, si quando effringitur, intus amplis sinibus aere oppletis scatere cernitur, paulo minus toto quadrangulum, & in interno latere sedis oculi repositum. [b] Superius enim terminatur futura frontis ossi, & superiori maxillæ communi. [c] anterius communem futuram cum secundo maxillæ osse adipiscitur. [d] Posterius communem cum cuneiformi osse futuram obtinet. [e] inferiori parte, cum quarto maxillæ osse, communi futura donatur. Vnde etiam quatuor ossibus tertium hoc os connectitur, superius scilicet frontis ossi, anterius secundo maxillæ ossi, posterius cuneiformi, inferius quarto maxillæ ossi. Interius uerò, quà narium spectat amplitudinẽ, cum inordinata ossium compage intus in narium summo reposita, coit.

Quartum maxillæ os.

[a] Quartum superioris maxillæ os, reliquorum ipsius ossium longè maximum, omnes sui lateris dentes excipit, uarijsque futuris circumscribitur: quemadmodum & ipsum quoque uarium est, huc atque illuc in plura loca pertingens. Primùm itaq; futura illa terminatur, quæ primum os ab ipso discernit: eam dico, quæ simul in [b] cauo temporis, [c] & in anteriori maxillæ regione, & [d] in oculi sede conspicitur. Deinde quartum os terminatur futuris, secundum maxillæ os & tertium ab ipso dirimentibus: [e] quæ secundùm totam sedis oculi longitudinem in inferiori eius sedis parte, & in anteriori regione secundi maxillæ ossis, ducuntur. Ad hæc, iuxta superciliorum medium, quartum os, futuræ superiorem maxillam à frontis osse disiungentis finitur [f] interuallo, quod ab anteriori sede secundi ossis, ad exterius quinti nobis enumerandi ossis latus pertinet. à quo quartum dirimitur, [g] futura à nasi summo iuxta ipsius externum latus, deorsum ad quinti eius ossis longitudinem porrecta. Secundum narium uerò à facie ad oris usque amplitudinem incessum, quartum maxillæ os ab illorum septo [h] futura interstinguitur, per humillimam septi sedem prorepente. In posteriori sede quartum os à cuneiformi dirimitur, [i] tum in oculi sede, [k] tum etiam iuxta intimum dentem, ubi futura cuneiforme os à superiori maxilla terminans consistit. In palati fine, uersus interiora, quartum os [l] transuersa futura ab illo osse seiungitur, quod sextum maxillæ appellamus, quodque hic ad narium foramina cum suo coniuge reponitur. Atque has omnes futuras quartum os cum alijs sibi conterminis ossibus habet communes: ijsque [m] alia accedit quarto ossi dextri lateris, & quarto sinistri lateris ossi propria, quæ per palati lõgitudinem prorepens, non solum in palato, uerùm & in narium amplitudine est conspicua. [n] uti & in anteriori maxillæ sede sub naribus illic cernitur, ubi superioris labri sulculus consistit: etsi interim illic linea potius, quàm futura censeri debeat. Quartum itaque os septemdecim conterminum est ossibus, primo uidelicet, secundo, tertio, quinto, & sexto maxillæ superioris: deinde frontis ossi, cuneiformi, & octauo capitis ossi, ipsi uidelicet foraminum narium septo, ac demum quartum maxillæ os suo coniugi, seu alterius lateris quarto ossi iungitur: quemadmodum & octo dentibus sibi ipsi infixis, quoties superior maxilla sedecim dẽtibus decoratur. Præsens os magna ex parte latera & inferiorem sedem foraminum narium constituit: & ad hæc latera, non uulgari sanè ad uocis productionem usu, cauum est, & cereis imaginibus intus uacuis perquàm

b 1 *fi.* P. 2 *figura* Y.
c 3, 4 *fi.* 6 *capitis d.*
d 1 *fi.* Q.
e 1 *fi.* R.
f 1 *fi.* R, S, T, V, X, Y, Z.
g 4 *fig.* 6. *cap. f, f.*
h 1 *fig. ab a ad b.*
i 1 *fi. a b per* D *ad* Q
k 1 *fig. a.*
l 1 *fig.* Q.

a 1 *fig.* Δ.
b 1 *fi.* C.
c *fi.* 19. *ca.* 14 *li.* 7. λ.
d 1 *fig. ab* V *ad* X.
e 1 *fig. ab* V *secũdum* Δ *&* c *deorsum, ac illinc rursus sursum ad* X.

a 1 *fig.* Θ.
b 1 *fi. a* T *ad* V.
c 1 *fig. ab* V *ad* c.
d 1 *fi. a* T *c ad d.*
e 1 *fig. a ad d.*
a 1, 2 *fig.* Λ, Λ.
b 4 *fi. ca.* 6 *f, f.*
c 1 *fig. ab a ad b.*
d 1 *fig. a b ad* D.
e 1 *fi. ab* X *secũdum* C *ad* c, *deinde ad d.*
f 1 *fi. ab* X *ad* Y.
g 1 *fig. ab* Y *ad a.*
h 1 *fig. g. occurrẽs in* O.
i 1 *fi. a* D *ad* H.
k 1 *fig.* N 2 *fi. e.*
l 2 *fi. ab a ad t.*
m 2 *fig. a t per x ad z.*
n 1 *fig. h.*

o 1 *fig.* Λ *in oculi sede positum, dein* B.

quàm simile, neutiquam uerò solidum. Huic ossi, præter alia ipsius foramina, o unum accidit, quod ab inferiori oculi sedis regione incipiens, deorsum in anteriorem maxillæ partem porrigitur. Istud ubi primùm in oculi sede inchoatur. notabili interuallo superius, ueluti ossea constat squama: ubi autem in anteriorem maxillæ partem pertinet, iam penitius in osse exculptum uisitur: atque etiam interuallum notatu dignum

p 1 *fig. i.*

apparet inter oculi ambitum & superiorem foraminis sedem. Hoc interuallum creberrimè non continuum est, sed p futura donatur, quæ huic quarti ossis particulæ (ubi foramen consistit) propria peculiarisque in præsentia autem obiter in illius mentionem incidi, quò aptius futuram quarto ossi propriam hic recenseremne quis fortè, quum ipsam obseruaret, illam plura constituere ossa, ac altius quàm ab oculi sedis ambitu ad foramen usque ferri arbitraretur. Præterea in anteriori palati sede, ad posteriorem incisoriorum

q 2 *fi.* Z. r 2 *fi.* α, α

dentium regionem, aliud q foramen se offert, quartis maxillæ superioris ossibus commune, & ex palato narium amplitudinem spectans. Ad huius foraminis latera interdum r futura apparet, aut potius linea, in

s 3 *fi. cani na caluaria n.*

pueris cartilagine oppleta, quæ quasi ad caninorum dentium anterius latus pertingit, penetrans, ut huius futuræ beneficio, quartum maxillæ os in plura diuisum censeri queat: s quod (ut paulo pòst dicam) canibus & simijs porcisque accidit, in quibus futura quartum os in duo diuidens, non solũ in palato, uerùm exterius in anteriori maxillæ sede, etiam conspicuè cernitur, nullam appendicum cum

a 1 *fig.* Ξ.

suis ossibus coalitus speciem referens. a Quintum maxillæ superioris os, ex duobus nasi ossibus alterum est, ossiculum uidelicet durum, solidum, latum, tenue, oblongum, & quadrangulo potius quàm triangulo si mile. b Superiori enim parte non in acutum definit angulum: uerùm adeò obtusum est, ut inibi duobus donetur angulis, ea ibidem finitum futura, quæ frontis os à superiori maxilla illic terminat. c Externum uerò ossis latus communem futuram nanciscitur cum quarto maxillæ osse, qnæ secundum nasi latus, tantum decliuis pertingit, quanta quinti huius ossis est longitudo, quæ in homine longè breuior quàm caninis & simijs uisitur. d Internum uerò ossis latus, quo coniugi suo committitur, futuram obtinet harmoniæ non admodum dissimilem, ac utrisque nasi ossibus communem. Hæc à medio superciliorum ex futura frontis ossi ac superiori maxillæ communi incipiens, decliuis secundum ossium nasi longitudinem porrigitur. e Inferiori autem parte, quintum os futura haud intercipitur, neque alteri ossi iungitur: uerùm hoc unà cum suo coniuge asperum inæqualeque est, & f in cartilaginem finit deorsum procedentem, eoque molliorem, quo longius ad nasi apicem defertur. Hanc cartilaginem cum reliquis nasi & totius corporis cartilaginibus priuatim pòst ossium enarrationem prosequemur. a Sextum os, cum suo pari non minimam palati & narium amplitudinis portionem constituit. Reponitur enim ad palati extremum, quà nares in fauces pertinent: estque os tenue, sed solidum, latumque. Id b posteriori sede partim cuneiformi committitur ossi, partim liberum est, semiparenthesis (formam referens. Vbi cuneiformi ossi committitur, c illa circumscriptum est futura, quæ iuxta posteriorem intimi dentis sedem fertur, maxillamque superiorem à cuneiformi osse dirimit, ea potissimum parte, ubi os cuneiforme suos educit d processus, uespertilionum alis similes. e Anteriori parte & externo latere sextum os futura terminatur, ipsi & quarto maxillæ ossi communi, ac transuersum in palato ducta. f Interiori autem latere, quo se coniugi suo iungit, futura quadam terminatur, quæ ambobus sextis ossibus communis est, portioque g illius existit, quæ per palati longitudinem prorepens, quarta maxillæ ossa inuicem separat. Contingit igitur sextum os, cuneiforme os, quartum maxillæ, & suum coniugem, & postremò narium septum: quod etiam à sexto esse, quemadmodum à quarto, ea dirimitur h futura, quam per septi humiliorem sedem duci, antea commemoratum est. Hactenus itaque sex alterius lateris descripsi ossa, quæ si senis oppositi lateris connumerentur ossibus, omnia superioris maxillæ ossa consurgent duodecim, quibus nullum octo capitis ossium adieci. Cæterùm si ad amussim singula quæ hoc Capite persecutus sum, excusseris, ac demum non perfunctoriè Galeni superioris maxillæ descriptionem euolueris, permulta iam occurrerunt, in quibus ab illius placitis declinem. quæ etsi omnia in præsentia (tuæ fidens industriæ) non commemorauero, nonnulla tamen subijciam, è quibus meæ diligentiæ specimen aliquod animaduertere queas. Galenus itaque in libro de Ossibus, futuras maxillæ peculiares descripturus, earum seriem à i malæ infima & extima sede aggreditur, quam ego asperam inæqualemque esse recensui, quòd a masseter musculus sui principij ualidissimam nerueamque admodum portionem illinc educat. Hic igitur Galenus futuram describit, primum maxillæ os à quarto dirimentem: ac primam appellat eius futuræ partem, quæ b in cauo temporis est conspicua. c Secundam uerò numerat, huius futuræ partem in anteriori maxillæ sede occurrentem, quæ ab illa malæ asperitate sursum ad medium inferioris ambitus sedis oculi pertingit. Hanc postmodum tripartitò ait discindi, ac d primam huius secundæ futuræ partem prope magnum seu internum oculi sedis angulum exteriori in parte ad mediũ superciliorum, & communem frontis & maxillæ futuram inquit procedere. Hac futuræ parte homines destituuntur, uerùm in canibus caudatisque simijs est manifestissima. e quamuis interim non exactè ad superciliorum feratur medium, sed ad eam tantum sedem, in qua quartum maxillæ os à secundo dirimitur. Vt itaque Galenum assequaris, hanc partem ex canis petes caluaria. Porrò secundam partem secundæ futuræ, inquit Galenus, f per concauum sedis oculi sub magno angulo ad communem capiti & maxillæ futuram pertinere, hancque eundem angulum comprehendere. Hæc pars ea esset futura, quam secundum & tertium maxillæ ossa in inferiori ipsorum sede, à quarto dirimere docuimus. Verùm hęc in homine nequaquam secundæ Galeni futurę committitur: multoque minus primam partem secundæ futurę contingit, quum hæc in canibus tantum & simijs, non autem hominibus cernatur. Porrò g foramen, quod huic secundę parti Galenus subijci scribit, id esse opinor, quod in oculi sede oblongum, admodumque patulum

Quintum maxillæ os.

Sextum maxillæ os.

Vniuersa superioris maxillæ ossa esse duodecim.

Non omnia præsenti Capite hactenus tradita Galeni placitis respondere. quorũ quædam ad Capitis usque finẽ recensentur.

i 1 *fi. a in homine, in cane* k.

a 4 *musc. tab.* Δ.

b 4 *fig.* 6 *ca. f in temporis cauo.*

c 1 *fi. ab a ad b in homine, in cane a k ad l.*

d 1 *fig. in cane ab l ad m.*

e 1 *fi. ad* X, *non ad* Z.

f *finge in* 1 *fi. a b per c et d ad* T *cõtinuam duci futuram, vt in cane cõspicuum.*

g 2 *fi.* D.

est,inter quartum maxillę os & cuneiforme conspicuum. h Tertiam partem secundę futurę Galenus appellat portionem futuræ primum os a quarto diuidentis,quę in oculi sede spectatur, unà cum illa quę cuneiforme os à primo maxillæ osse disiungit,atque in oculi sede etiam spectatur. Galeni enim est sententia, sub dictis duabus futuris (quę duę primę partes sunt ipsius secundę futurę) tertiam eiusdem partem inferiorem in sede oculi ambitum inscendentem,interius ad imum contendere,ibique communi futurę capiti & maxillę superiori iungi. His futuris Galenus tria maxillę superioris ossa circumscribi, postea subiecit, quibus hęc capiti committitur. i Primum esset,quod ego primum maxillę statui. k secundum, ea quę mihi secundum & tertium numerabantur:duo enim illa unius ossis loco ex Galeni placito recenserentur. l Tertium,pars esset nostri quarti ossis,quicquid scilicet ipsius in oculi sede consistit, ea nimirum pars, in qua m foramen incipit,ab oculi sede in anteriorem maxillę regionem pertinens. Quòd uerò Galenus peculiaria constituat ossa,quibus incisorij dentes infiguntur,hinc accidit,quòd suis nimium fauens simijs, eas homini similes esse,plus satis sibi persuadebat. In canibus enim & simijs,porcisque, ac alijs animalibus, quibus canini dentes ualidi exertique obtigerunt, n duę (uti prius dixi) occurrunt futurę, aut harmonię potius,admodum conspicuę,quibus homo destituitur. A futura enim quintum caninę maxillę os à quarto distinguente,alia prodit futura,obliquè deorsum inter caninum & incisorium canino proximum delata,& cum illa communis euadens,quę in palati extremo iuxta incisorios dentes transuersim in illis animalibus fertur. Hęc futura citra omnem cartilaginis interuentum adeò insignis est, ut quartum à me enumeratum maxillę os,canes in duo diuisum commonstrent. Verùm non arbitrandum est, futuram hanc, inter dentium pręsepiola in canibus aut simijs ductam,à superciliorum medio deorsum continuo progressu (etsi Galenus ita doceat) ferri:quum,uti iam admonuimus,ex medio ferè ductu illius futurę incipiat, quę extremum quinti ossis latus terminat. Quod ubi in cane simiave inspexeris,accuratè expendito, quàm impossibile sit,hanc futuram porrigi inter dentes hominis,maxillam adepti breuissimam, & dentibus caninis prorsus exiguis donati. Insuper animaduertito,quid in libris de Partium usu Galenus sibi uoluerit, quum duodecim superioris maxillę esse ossa obiter scripsit:uti & Introductorij seu Medici autor, duodecim tantum maxillę ossa,è Veterum indubiè placito,enumerat: aut quum Galenus hęc ossa prolixius commemorans, nouem tantum recensет,nullumque os priuatim incisorijs dentibus tribuit, in eo etiam numero cuneiforme os haud complectens.

h 1 fig. a b secundum D per Q ad S.

i 1 fig. Γ.
k 1 fig. Δ. & Θ.
l 1 fi. Λ in oculi sede positum, atq; id Galeni os quodammodo illic circumscribere tur. b, C. c. d, H, D.
m 1 fig. A i oculi sede.
n Canina caluaria n.

Lib. 11.

DE MAXILLA INFERIORI.
Caput X.

PRIOR FIGVRA.





POSTERIOR.

VTRARVMQVE DECIMI CAPITIS FIGVrarum,& earundem characterum Index.

PRIOR, seu dextra huius Capitis figura,inferiorem maxillam unà cum suis dentibus anteriori facie exprimit. Posterior figura,inferiorem maxillam simul cum humiliori dentium serie,posteriori sede delineatam exhibet. Figura autem tertio huius libri Capiti præposita,& C insignita,maxillam à latere delineatam ostendit.

A 1,2 *Alterum maxillæ inferioris cæpitulum,quo illa temporis ossi dearticulatur.*
B 1,2, *Ceruix,seu collum capitis A insigniti.*
C 1,2 *Alterius lateris acutus processus,cui temporalis musculus inseritur.*
D 2 *De in umbra latitat,sinistræ figuræ amplum indicans sinum,cui tertius maxillam mouentium inseritur musculus.*
E 1,2 *Asperitas ad posteriorem inferioremque maxillæ sedem conspicua,ad quam manssorius inseritur.*
F 2 *Foramen,tertij paris neruorum cerebri sobolem admittens.*
G 1 *Foramen,quo dicti nuper nerui surculus in humilius labrum procidit.*
H 2 *In hæc tubercula maxillam detrahentes musculi implantantur, & quidam linguæ subseruientes ab ipsis oriuntur.*

Homini breuissimã obtigisse inferiorẽ maxillam.

ANIMALIVM omnium homo inferiorem maxillam,pro totius corporis mole, breuissimam adipiscitur. Huic enim facies obtigit rotunda,non autem longa,ut reliquis animalibus,quæ cibum assumptura inclinantur. Duram uerò hominibus maxillam fieri decuit, quòd sola mobilis sit,& uarios atque fortissimos motus in mordendo mandendoque sustineat. Cæterùm ne sic dura solidaque nimio pondere ipsam mouentibus musculis incommodo foret,sinus & cauitates notatu dignas,medullaque infarctas ostendit, interim appendicis undique expers. Sinus hi non adeò in posteriori maxillæ parte homini ac quadrupedibus excul puntur,sed antrorsum magis,uersus menti regionem,& ad maxillæ latera. Plurimis animaliũ maxilla duobus constat ossibus in summo mento,per unionem connexis. Homini autem, unico conformatur osse, ac in summo mento lata & crassa,non uerò,ut in cæteris animalibus,acuta cernitur. Nulla enim parte maxil-

Maxillam homini ferè unico osse extrui.

6 musculorum tabulæ maxillam p medium secłam proponit.

la difficilius quàm hic diſcinditur,& coctione,aut carie in terra illam diſſolui, nondum animaduerti. Canum uerò,boumque & aſinorum maxillæ,etiam citra coctionis beneficium, inuicem paruo conatu interdum diuelluntur. Quamuis interim Galenus,& alij plerique poſt Hippocratem diſſectionum periti,maxillam non unicum eſſe os aſſeruerint,ſed coctum in ſumma menti extremitate laxari, ob idque ipſum coaluiſſe,manifeſtum indicium eſſe. Vtcunque ſit,hactenus mihi nulla gemino cõſtructa oſſe occurrit. Et licet fortè inter tot hominum myriades,in canino aliquo homuncione,aut puerulo,talem quampiam maxillam aliquando obſeruarem,non tamen ideo mox aſſeram,hominis maxillam duplici oſſe conſtare: quin Celſo potius,aut illi Græco autori,ex quo Celſus,quicquid de oſsibus prodidit, mutuatus eſt, accedam, qui cum Galeno canes (nam de ſimijs tandem alia ipſi fuit in libro quarto de Adminiſtrandis ſectionibus ſententia) parum curans,maxillam ſimplici oſſe componi docuit. Et quamuis hæc in pueris duobus oſsibus per unionem commiſsis efformaretur,non ideo tamen ſimpliciter duplici oſſe maxillam conſtare,rectè diceremus,niſi etiam occipitij os,uertebras,& oſſa quæ ſacri oſsis lateribus coarctantur, pluribus effingi oſsibus donaremus,ſiquidem hæc in pueris compluribus oſsibus mutuò per unionem coeuntibus extrui,nemo negauerit. Inferior maxilla utrinque in duos deſinit proceſſus,quorum [a] alter in mucronem productus, muſculi temporalis inſertionem excipit,totus ab illius tendine complexus. [b] Alter, qui poſterior eſt, in capitulum tranſuerſim oblongum finit,ſibi correſpondenti [c] ſinui inarticulatum, qui ad iugalis oſsis radicem & anteriorem auditus organi ſedem temporis oſsi inſculpitur. Huic ſinui,ut & maxillæ capitulo,cartilago cruſtæ modo obducitur. uerùm præter hanc cartilaginem omnibus articulis pariter communem,inter ſinum capitulumque alia reponitur cartilago læuis,tenuis, & mollis,ligamentique naturæ,quod ad ſubſtantiam ſpectat,nonnihil compos. Hæc ligamentis articulum in orbem continentibus,non autem oſsibus,connata,durorum præſentis articuli oſsium impetus exoluit,& quo minus mutuo affrictu in ualidis aſsiduisque maxillæ motibus oſſa rumpantur,ſcitè unà cum cartilaginibus ſinui & capitulo obnatis præſtat. Dein maxilla duobus utrinque donatur foraminibus,quorum [d] alterum in interiori ipſius regione, non procul à nunc commemoratis proceſsibus, [e] alterum uerò in exteriori ſede ad labri inferioris radicem latusq; cernitur. Interius,quod & amplius & inæquale,ſeu aſperum eſt, uiam præbet [f] portioni nerui tertij paris neruorum cerebri ad dentium radices diſperſæ,unà cum uenula & arteria,quæ dentibus & maxillæ nutriendis hoc foramen ſubeunt. Exterius uerò,eius nerui [g] ſobolem ex maxilla in humilius labrum ſinit procidere, eſtque longè minus interiori. Porrò ſi ſetam exiccatæ maxillæ interno foramini indideris, eam ab hoc foramine ad externum uſque leui opera protrudes. & ſi maxillam effregeris,continuum iter ab uno foramine in alterum canalis modo cælatum obſeruabis. Præter hæc foramina,in maxillæ externa ſuperficie,alia prorſus nulla reperias: niſi fortè & alueolos præſepiolaque illis annumerare lubeat, quibus dentes inſtar clauorum infigi,mox trademus. Quòd uerò horum quoque ſinuum alueorumque gratia,inferior maxilla etiam craſsior euaſerit,hinc potiſsimùm conſtat,quòd in uetulis,illisque quibus dentes eruti ſunt, ac in quibus ipſi dentium alueoli ſuccreuerunt,maxilla ab imo ſurſum multo tenuior & anguſtior efficiatur. Maxilla,ubi dentes ipſi non infiguntur,eaque ſede,qua commemoratos nuper educit proceſſus,latiſsima,& ſi latera ſpectes,tenuiſsima, [h] intusque ac [i] exterius quaſi amplo & in ſuperficie tantum cauato ſinu inſculpta uiſitur,quò aptius muſculi maxillam,præter temporalem muſculum attollentes,infertionem molirentur, [k] isque qui illorum in ore deliteſcit, minus ſua craſsitie ac mole faucium anguſtiam infarciret: adeò,ut intus magis quàm foris,maxilla meritò inſinuetur. Quinetiam huic latiori maxillæ ſedi id ſe paratim accidit,quòd aſpera inæqualisque cernitur,idque potiſsimum iuxta ſedis illius [l] inferiorem poſterioremque regionem. quod etiam muſculorum infertionis occaſione rerum Opifex machinatur, non ignorans aſperis inæqualibusque locis promptius aliquid adhærere,& adnaſci,quàm planis & glabris. Pari etiam ratione interior maxillæ ſedes ad mentum [m] aliquot tuberculis aſperitatibusve extuberat, ut [n] muſculi (quorum ope ipſa deorſum trahitur) ſuam inſertionem ualidius conficerent, ac denique [o] nonnulli linguæ peculiares muſculi hinc aptius enaſcerentur. Tale quid etiam uſuuenit in externa inferioris maxillæ ſede,ad ſummi menti regionem, [p] ut nimirum labri humilioris muſculi commodius illinc pronaſceretur.

Duo utrinque maxillæ proceſſus.

Peculiaris in maxillarum articulo cartilaginis effigies.



Maxillæ foramina.

Dentium alueoli.

Maxillæ in poſteriori ſede amplitudo, tenuitas,ſinus,aſperitates.

a 1,2 *fi.C. & 6 muſc. tabul. A,B.*
b 1, 2 *fig. A. B.*
c 5 *fig. 6 cap. b.*
d 2 *fig. F.*
e 1 *fig. G.*
f 2 *fi. earũque 2 ca. 4 libr. præponuntur T.*
g *dictæ figuræ V & b muſculorum tab. G,*
h 2 *fig. D,*
i 1,2 *fi. E.*
k 6 *muſc, tabula D.*
l 1,2 *fi. E,*
m 2 *fi. H.*
n 5 *muſc, tab. H, I.*
o 1,2 *fi. 19 ca. lib. 2 H.*
p 4 *muſc. tab. N.*


DE DENTIBVS, Caput XI.

VNDEGIMI CAPITIS FIGVRAE, ipſiusque partium & characterum Index.

HAC figura tam ſuperioris maxillæ,quàm inferioris dentes,in altero tantum latere, quum ſcilicet utriuſque lateris eadem ſit ratio,exprimuntur. Si uerò dentes maxillis adhuc infixos contemplari uiſum ſit, ſuperioris Capitis figuræ inferiorem commonſtrant ſeriem,quemadmodũ tertia & quinta ſexti Capitis figuræ ſuperiorẽ. ubi & quarta eius Capitis figura alueolos promptè oſtendit, quibus dentes inibi euulſi infiguntur.

A A Dextri lateris octo ſuperiores dentes.
B B Dextri lateris dentes octo inferiores.
1,2 Duo dextri lateris inciſorij.

VNDECIMI CAPITIS FIGVRA, aliquot conſtans partibus.



Dens

3, *Dens caninus dexter.*
4,5,678 *Quinque molares dextri. Porrò numerum hũc tam inferiori quàm superiori dentium classi accommodare integrũ est.*
C *Basis notatur molaris dentis.*
D *Acie dentis incisorij.*
E *Media molaris dentis pars hic delineatur, sinum in dentibus conspicuum ostensiræ.*

Dentes sentire. Libro quinto de Medicamentorum compositione secundum locos.

OSSIVM solos dentes sentiendi uim obtinere, Galenus non perfunctoriè attestatur, asserens se dentium dolore uexatum, diligenter expendisse, num dentes ipsi doleant: sensiseque manifestò, dentem non modò dolere, uerùm etiam pulsare, carnibus inflammatione obsessis non dissimiliter. Applantantur enim dentium radicibus [a] molles quidam neruuli, à tertio neruorum cerebri coniugio propagati, quorum gratia dentes duntaxat euidenti inter ossa sentiendi facultate donatos credimus. Nouerat namque rerum Opifex, hos ci ebrò occursuros ijs quæ secant, uel frangunt, uel rodunt, uel ualidè excalefaciunt, aut refrigerant, uel alia quauis occasione alterant: quibus omnibus dentes multo aliter, quàm reliqua ossa, nudi exponuntur. Verùm hi non solum sensu, & quia nudi sunt, ab alijs ossibus distinguuntur: at etiam quia illos plus cæteris ossibus enutriri, & longiori uitæ tempore incrementum accipere, ideo præcipuè arbitramur, quòd dẽtes illis quos exemimus oppositi, subinde in eruti dẽtis locum extra reliquam dentium seriem succrescant: ob hoc uidelicet, quòd contrarijs dentibus non amplius atterantur. Reliqui enim dentes tantum augentur quantum læuigandis cibis comminuuntur. Sunt autem dentes plurimùm numero triginta duo, una serie in utraque maxilla sedecim, instar iustissimæ choreæ siti. [b] Quatuor priores, aduersiue, quia secant, incisorij uocantur: sunt enim lati & acuti, quò oblatum ipsis cibum mordendo cultri modo promptè abscindãt, diuidantque. Deinceps [c] canini utrinque singuli constituuntur, ampli quidem sua basi gingiuis proxima: ipsorum autem fine à gingiuis remoto, acuti: ut si quid propter duritiem ab incisorijs non præscinderetur, hoc illi confringerent. Porrò ipsis id nomen inditum est, quòd exertis canum (qui hos habent multos, & hac ferè sede insignes) dentibus correspondent. Post hos, [d] maxillares seu molares quini ab utroque latere habentur, asperi, ampli, duri, & magni, quò incisa ab incisorijs, effractaque à caninis in læuorem exactum terere possint. Si enim prorsus læues crearentur, idonei ad proprium munus minimè existerent: siquidem ab inæqualibus asperisque omnia melius terantur. quare & molas, quibus fruges moliuntur, temporis processu, diuque minuendo læuigatas, rursus incidi atque exasperari uidemus. Neque si asperi quidem essent, non autem omnium ossium durissimi, plus commodi ex ijs esset, ut qui prius contererentur, quàm cibos in læuorem comminuerent. Quinetiam, si asperi & duri facti, non essent unà & ampli, neque tales plus illis concredito accommodarent muneri, si modò quæ leuissimè atteri debeant, in amplis firmari basibus oporteat. Incisorijs enim & caninis nisi longissima mora quicquam, propter ipsorum strictam & angustam aciem, comminuitur. Dentes ad unum omnes in maxillarum sinibus clauorum ritu infiguntur, qui propter imaginem, quam cum brutorum præsepibus habent, Græcis φάτναι Latinis autem præsepiola nũcupantur. quemadmodum & à foucarum specie βόθρια, ac ueluti alueoli & fossulæ quibusdam uidentur appellati, ita sanè dentes ipsis insertos, adamussim stringentes continentesque, ut non promptè uel tantillum hi commoueantur. Cæterùm dentes omnes non paribus radicibus, dictis iam insiguntur sinibus. quandoquidem paruis una radix, duæ uerò maioribus, tres autem & quatuor maximis obtigerunt. Incisorij enim singulis immittuntur radicibus. Canini quoque radices habent singulas, quæ incisoriorum radicibus multo altius inseruntur: tantoque maiores sunt, quantum caninorum robur excedit. unde & inter incisorios duo medij altioribus hærent radicibus, quàm duo laterales, caninis proximi: nimirum quòd medij latiores grandioresque sint. Molares radicibus inter se uariant. nam qui maxillæ inferiori sunt infixi, binis radicibus: qui superiori, ternis subinde infiguntur. Differunt tamen & hi interdum. qui namque suprà sunt, quaternis: qui infrà, ternis radicibus immitti aliquando deprehenduntur, præsertim duo denti intimo proximi. Dein frequentissimè duos molares superiores, canino denti succedentes, duobus tantum immitti radicibus spectabis, tres reliquos ternis: sic & duos inferiores canino proximos, una radice, tres reliquos duabus. Præterea obseruabis quoque omnium intimos minoribus infigi radicibus, quàm illis attiguos. Incisoriorum & caninorum numerus, rarò in hominibus, ut molarium, mutatur. Interdum enim in utroque latere quinque molares occurrunt, interdum quatuor: nonnunquam quatuor à sinistris, quinque uerò à dextris: uel contrà in sinistris quinque, ex dextris quatuor: uel infrà quatuor, suprà autem quinque. quam differentiam potissimum pariunt postremi dentes, quos plerique gemuinos uocant, etiamsi Cicero ita molares uocauerit. Sunt autem illi, qui primùm post pubertatem, uenerisque usum, hominibns cum maximis subinde cruciatibus prodeunt: id quod medici parum obseruantes, aut alios dentes euellunt, aut humorum uitio eos infestari sibi persuadentes, ægros catapotijs atque id genus pharmacis obruunt: quum dolore affectis nullum leui gingiuarum ad postremum dentem scarificatione, ac interdum ossis pertusione, præsentius remedium adferri possit. id quod ipse etiam modò experior, cui hæc scribenti trigesimus secundus dens ætatis meæ uigesimo sexto anno succrescit. Atque id etiam arguunt permultæ caluariæ in cœmiterijs occurrentes, in quibus posteriores illi dentes ueluti in cauea quapiam adhuc reponuntur ac latitant, quibusdam suæ basis apicibus os tenuissimum perforantes. Cuiusmodi caluariam nuper mihi exhibuit humanæ fabricæ quàm studiosissimus ac ualde peritus iuuenis, Ioannes Paulus Guiducius Vrbinas, mihi amicissimus. Cæterùm Aristoteles, alijque complures, uiris copiosiores dentes quàm mulieribus asscribunt. quod cuiuis, num ueritati consentiat, non minus promptum est experiri, quàm mihi falsum id esse dicere, quum nulli non dentes

Dentium à cæteris ossibus differẽtia.

Dentium numerus. Incisorij. Canini.

Molares.

Qui dentes maxillis infiguntur.

Dentium radices.

Dentium numerus aliquando uariare.

Geminidẽtes.

[a] 2 2 fi. 2 ca. libr. 4 5 & 6 x x.

[b] 1, 2 D.

[c] charact. 3.

[d] 4, 5, 6, 7, 8.

Dens molaris C insignitur.

In ca. initio eam quæ sæpius occurrit radicum seriem expressimus.

numerare

numerare liceat: ex quorum frequentia plerique etiam uitæ longitudinem breuitatemque arguunt. Dentes non solum dictos nunc præstant usus, uerùm etiam ad uocis modulationem iuuant, quum dura lapidea que conformentur substantia. [e] exiguas, sed notatu dignas cauitates intus obtinente: quæ ut dentes leuiores sint, commodiusque enutriantur, occasionem præbent. Huius cauitatis causa, si quando dentibus foramina ex humorum acrium erodentiumque influxu oboriantur, quæ ad eam cauitatem usque pertingant, ocyssimè dentes ad radicis usque extrema eroduntur. Deinde puerorum dentes imperfectis & mollibus, quasi medullosis constare radicibus, non prætereundum est: quemadmodum & pueris dentium partem extra gingiuas conspicuam, dentis radici appendicis quasi modo committi. Atque id quidem uel septennes pueri didicimus, quum uacillantes nobis socijsque dentes, & præcipuè incisorios, unguibus, aut filo denti circundato, eximere consueuimus. Quin & in mulis quoque, ac multis canibus, dentium reseruatis radicibus, ipsorum appendices procidere indies obseruamus. Atque id sanè accuratissimè expendendum est, ne pueris reliquam effracti alicuius ex casu dẽtis portionem unquam eruamus, sed duntaxat appendicem, in cuius locum alia (modò radix seruetur) promptè succrescet. Dein plurimum id quoque in pueris animaduertisse conducit, quibus mox ab ineunte ætate molares dentes erodi uitiariique solent. In his namque operæprecium est, molarium dentium appendices (quæ non ita ut incisoriorum procidere in ipsis solent) augresſu firmabitur, appendix nunquam decidet. quinimò uel pubertatis tempore aliquot dentes cum radici bus, ob erosionis uitium, plerunque eruendi uenient.

[e] *dens E insiguitur.*

Dentium cauitas.

Dentium appendices.


DE OSSIVM CAPITIS ET MAXILLAE SVPERIORIS FORAMINIBVS, & multis in interna caluariæ sede occurrentibus ossium sinibus. Caput XII.

QVANDOQVIDEM in uenarum, neruorum & arteriarum descriptionibus, foraminum caluariæ ignorantia non modicum obscuritatis adferret, quumque in illis enarrandis (quum cognitu sint difficillima) Anatomicorum præcipui multum aberrarunt, operæprecium fore duxerim, hoc Caput omnibus illis foraminibus dedicare. Vt uerò id fiat compendiosius, quatuor figuras præsenti negotio famulantes, huc reponam, unumquodque foramen cum ipsi præfixo charactere seorsum ita enarraturus, ut sermo characterum simul Indicis & Capitis contextus uices opportunè suppleat. Inde, si casu, aut industria aliquis sinus uel processus eorum quæ hactenus descripta sunt ossium, fuerit omissus, illum etiam nunc describam.

Cur foraminum descriptio instituatur.


PRIMA DVODECIMI CAPITIS FIGVRA, anteriorem caluariæ sedem exprimens, ac proinde omnia etiam foramina in oculi sede, maxillaque superiori, in hac superficie apparentia, ostendens. Caninum autem caput humanæ caluariæ subiectum, iam prius maxille superioris ossibus futurisque indicandis unicè, perinde ac tota hæc figura, iuuit.

SECVNDA DVODECIMI CAPITIS figura, exteriorem caluariæ basis faciem, quà palatum respicit, proponens.




TERTIA

TERTIA DVODECIMI CAPITIS figura, internam caluariæ basis sedem commonstrans.



QVARTA DVODECIMI CAPITIS figura, superiorem internæ caluariæ sedis partem spectandam offerens.



A 1 Age igitur characterum indicem aggrediamur, singulis characteribus eius figuræ, cuius sunt peculiares, numerum subijcientes. Atque ita A in prima figura foramen, frontis ossi proprium notatur, ad medium supercilij incisum, quo [a] ramus minoris tertij paris neruorum cerebri radicis ex oculi sede ad frontis musculosam cutem dispergitur. Hoc in utroque latere non semper perfectum orbicularéque existit foramen, sed subinde sinus duntaxat semicirculi ritu exculptus apparet. Aliquando in uno quidem latere foramen, in altero autem semicircularis tantum sinus, perinde atque hic, cernitur.

[a] 2 *fi.* 2 *ca. lib.* 4 N. & 4 *musculorum tab.* H

B 1 Foramen, quo dictæ minoris tertij paris neruorum cerebri radicis [b] soboles, ex oculorum sede in genas ad superioris labri & alarum nasi musculos procidit. Præsens foramen instar oblongi meatus in quarto superioris maxillæ osse sculpitur: & in anteriori maxillæ sede, ubi in prima figura B ponitur, foraminis huius ductus penitius in osse cælatur. per oculi uerò sedem, ubi Λ in ipsa occurrit, tenui tantum ac squamæ simillimo osse tegitur.

[b] 2 *fi.* 2 *ca. lib.* 4. O. & 4 *musculorum tab.* L

C 1 Foramen nunc commemorato amplius, quod ex magno internove oculi angulo in narium cauitatem rectà deorsum pertinet, secundo superioris maxillæ ossi & quarto pariter commune. Istud [c] portiunculæ minoris tertij paris neruorum cerebri radicis uiam præbet, & nonnihil pituitæ ex cerebro ad oculi sedē con fluentis ad nares transmittit. Cæterùm præter id foramen, aliud quoque grandius pituitæ ex oculi sede in narium amplitudinem, hincque magis ad fauces quàm nasum defluxui præparatur. Quod quũ profundius latitet, neque ullo pacto præpositis iam figuris indicari possit, quartam sexti Capitis specta figuram, à qua iugale os (quo cauum temporis exactius oculis subijceretur) execuimus, illi figuræ Φ ascribentes, ut saltem foraminis huius in cuneiformi osse incisi sedes indicaretur. Quo autem id magis in caluarijs conspectum fugit, eo minus quoque mirandum est, hoc quacunque etiam dignum sit animaduersione, hactenus dissectionum peritos latuisse.

Præcipuum excolãdæ in nares pituitæ paratum foramen.

Φ

[c] 2 *fi.* 2 *ca. lib.* 5. P.

D 1,2 Præsens foramen cuneiformi ossi & quarto maxillæ superioris ossi commune, omnium quæ in oculi sede conspiciuntur, facilè maximum est, ac instar patentis rimæ oblongum, commemoratæ iam sæpius minoris tertij paris neruorum cerebri radicis [a] ramulo uiam dat in [b] temporalem musculum, & [c] mansorium ex oculi sede digesto. Dein [d] neruulo cuidam paratur, quem iuxta quinti paris neruorum cerebri radicem exoriri nos primò reperimus. Simulatque enim neruulus ille proprio ductus [e] foramine, ex caluariæ amplitudine in oculi sedem procidit, foramine nunc D indicato in nuper dictos exporrigitur musculos, & [f] illum qui in ore delitescens, maxillam inferiorem mouentium tertius numerabitur. Quinetiam foramen, hoc præterquam quòd externo suo latere musculi temporalis hinc quoque educti initio commodam unde id prodeat sedem offert, pulchrè unà quoque iter præbet pituitæ hac defluenti ad insigne in narium cauitatem pertinens foramen, quod in quarta sexti Capitis figura Φ notauimus.

[a] 2 *fig. ca.* 2 *lib.* 4 Q.
[b] 4 *musc. tab.* Γ.
[c] 4 *musc. tab.* Δ.
[d] 1, 2 *fig. cap.* 2 *lib.* 4 *d iuxta a.*
[e] *paulo post in sua sede notabitur* H.
[f] 6 *musc. tab.* D.
[g] 1 & *fi.* 11 7 N, O.

E 1,3 E in tertia figura posito, & E in utrisque oculorum sedibus primæ figuræ obuio, foramen indicatur, in sedis oculi radice seu uertice elatissimum, & in cuneiformi osse incisum, quod foris, quà oculi sedem spectat, prorsus orbiculare cernitur, [g] neruo uisorio (cuius gratia exculptum est) amplitudine respondens. Verùm interius, ubi cerebro propius accedit, iuxta externum ipsius latus, exiguum eundemque acutum obtinet angulum, qui uenulæ cum uisorio neruo hac excidente paratur. Angulum hunc γ notat. Is namque inter E & γ in tertia huius Capitis figura consistit.


γ

Huic

F 3 Huic ſinui cuneiformi oſsi hac in ſede inciſo,uiſoriorum neruorum [h] coitus innititur.

G 1,3 G in primæ figuræ ſiniſtra oculi ſede occurrit:in tertia autem figura,G dextrum eius figuræ latus ideo occupat,quòd in ſiniſtro latere foramen G indicatum,nuſquam obuium ſit,eo quòd huius figuræ caluaria in latus uel iſtius foraminis aliquo modo uidendi cauſa inflexerimus. Inſculpitur autem cuneiformi oſsi, ac humiliore ſui parte paulo minus toto orbiculare eſt,elatiore uerò in acutum longumque & anguſtum deſinit angulum.Foramen hoc,etiamſi Galeno ſecus uiſum ſit, nerui uiſorij foramen amplitudine uincit.& ſi ſimiliter atque illud prorſus orbiculare eſſet,facilè triplo aut quadruplo efficeretur amplius.Verùm interim humilior ipſius pars (quam paulo minus toto orbicularem eſſe diximus) uiſorij neruis his foraminis amplitudinem adhuc longè ſuperat. Præſens foramen cælatur [i] ſecundi paris neruorum cerebri, in oculi ſedem progredientis gratia:dein [k] minoris etiam tertij paris neruorum cerebri radicis,quæ frontis & totius ferè faciei cuti, & occurrentibus ſub illa muſculis,ac inſuper ad nares & muſculos inferiorem maxillam attollentes digeritur. Hæc quidem per humiliorem foraminis ſedem procidunt,unà cum [l] inſigni ſoporalis arteriæ ramo, ex interna caluariæ amplitudine elabente. Verùm per elatiorem foraminis ſedem, [m] uena ex oculi ſede, duræ cerebri membranæ hic diſtribuitur,& ſuæ diſtributioni in caluariæ baſi ſinus exculptos habet, uenularum tuberibus congruentes,& in ca caluariæ ſede conſpicuos,cui in tertia figura ζ inſcribitur.Neq; profectò nerζ uis hic duntaxat, & uenæ, & nuper dictæ inſigni arteriæ,amplum id foramen excauatur: uerùm etiam pituitæ ex cerebro in oculi ſedem,& hinc in narium amplitudinem promananti.adeò ut non iniuria foraminis huius inſignis amplitudo,uenæ & arteriæ & neruis ipſam tranſeuntibus impar conſpiciatur.

Quoniam præſens foramen obſcurè in huius Capitis figuris cernitur, hic foraminis dextri lateris effigiem delineaui, atque humiliorem ipſius partem ε ſuperiorem uerò,ſeu eiuſdem foraminis angulum ε inſigniui. Quanquam utriuſque lateris foramen etiam pulchrè in octaua ſexti Capitis figura in conſpicuo ſit.



Lib.9 de Vſu partiũ.

H 1,3 Foramen iſtud adamuſsim orbiculare,multo quàm duo proximè commemorata arctius eſt, ac in cuneiformi oſſe,cui etiam inſculpitur,longius procedit, [a] neruulum tranſmittens,quem quum haud procul à quinto pari neruorum cerebri oriatur,minorem eius paris radicem uocabimus, unaque cum quinto pari deſcribemus.Quia uerò foramen hoc nonnunquam amplius, & ueluti oblongius ſeſe offert, & ſimul cum dicto neruulo [b] graciliorem tertij paris neruorum cerebri radicem, cum [c] ſecundo aliàs pari excidentem complectitur, ipſum in ſiniſtro tertiæ figuræ latere ſub G, aliter quàm in dextro expreſſum conſpicis.

Hac ſede in octauo capitis oſſe [a] multa,ſed exigua ſpectantur foramina,odorum & aeris in inſpiratio nibus ad cerebrum ingreſſus nomine inciſa.Hæc non ut hactenus dicta,ipſo ductu inceſſuve recta ſunt,& utrinque peruia,ſed obliqua,& anfractuoſa,ſpongiarumque foraminibus ſimilia.Inter reliqua tamen utrinque unum eſt rectum,& grande ſatis,quod primum quodammodo eſt,& anteriori frontis oſsis ſedi proximum, [b] uenam ad duram cerebri membranam ex narium amplitudine exporrectam tranſmittit. Verùm cætera interim huius ſedis foramina,etiam recta & utrinque pertuſa uiderentur, ſi modò interiora narium oſsicula in ipſorum ſummo non pari ſemper numero repoſita, & inſigniter fungoſa, & nonnihil membranea cartilagineaque eximerentur. Num uerò hæc foraminula pituitæ cerebri expurgandæ ſecundariò efformentur,ſeptimo libro pertractabimus.In præſentia tamen addendum duxi, his nunquam niſi oppleto, ac præter naturam affecto cerebro,pituitam excolari,& leuiſsima pituitæ copia hac defluente, ea foramina obturari,aliaque grauedinis ſymptomata induci.Inſuper admonendus es, in omnibus caluarijs non æquè frequentia hic apparere foramina:quemadmodum & [c] ſedes,quibus [d] olfactus reponuntur organa,non pariter amplæ in ſingulis conſpiciuntur.Cæterùm canis animal minimè pituitoſum, at exactiſsimo odoratu præditum,ut has ſedes habet ampliſsimas,ita quoque permulta, admodumque patentia in illis cernuntur foramina,antrorſum,non autem ut homini deorſum,ſpectantia.

K 3,4 Cauitas inter duas frontis os conſtituentes ſquamas,ad ſuperciliorum regionem in fronte & in ſuperiori parte ſedium oculorum repoſita,& quibuſdam reconditis foraminibus in narium amplitudinem pertinens,quam nonnulli olfactus organum eſſe aſſerunt,propter aerem in illa concluſum, quem odoratui miri ficè neceſſarium eſſe non ambigimus. Quàm uerò hæc cauitas ad frontis oſsis leuitatem in neceſſaria ipſius hic oculorum gratia craſsitiæ,& forma,plurimum conferens capax ſit, & qui oſſeis ueluti fibris ſquamulisq; interſtinguitur, promptè obſeruabis,ſi frontis os in ſuperciliorum regione fregeris: eſt enim ampliſsima,& molliuſculum corpus membranula obductum complectitur, quod medullæ quodammodo reſponder:uniuerſum tamen eiuſmodi eſt,ut nullum ſimile in toto corpore reperias, præterquàm in [e] cauernis antrisve in cuneiformi oſſe conſpicuis.Præterea quibus Gallico morbo anterior frontis oſsis ſquama eroditur,aut uulnere perfringitur,tanto impetu in expiratione aerem ex cauitate illa propelli cernimus,ut is etiam candelæ lumen promptiſsimè exufflet.

L 3 Foramen,aut rima potius,talis formæ,qualem unguis apice quis ceræ imprimeret, quæ [f] duræ cerebri membranæ hic firmandæ extruitur.Neceſſum quippe erat,non hic ſolum, ubi ea membrana multis foraminibus eſt peruia,uerùm alijs compluribus locis caluariæ alligari, & duram membranam fibras uinculaque per caluariam tranſmittere.quamuis etiam rimas has aeri in cerebrum ducendo aliquid auxiliari intuebere ris,ſi illas intruſa ſeta,in nuperrimè dictam frontis oſsis cauitatem,nariumque amplitudinem deſinere expenderis,ac denique in oſsis cuneum imitantis antra pertinere animaduerteris.

M 3 Sinus in cuneiformis oſsis medio inciſus,ac glandulam continens,cui pituita ex cerebro defluens inſtillatur.Ab hoc ſinu,qui læuis eſt,ac planus,& quodammodo quadratus,utrinque duo deriuantur ductus, ſi- *Meatus pur*

h 13 *ſi. li.* 7 M.

i 14 *fig.* 7 *lib.* G.

k *eadem figura* H.

l *ſi. ca.* 14 *lib.* 3 X.

m *eadẽ ſi.* G. *&* 13 *ſi. lib.* 7 H.

a 1, 2 *fig. cap.* 2 *lib.* 4 *d iuxta a.*

b 1, 2 *fig. cap.* 2 *lib.* 4 L *iuxta* M.

c *eiuſdem fig.* K.

a 12 *ſi. li.* 7 E.

b 13 *ſi. li.* 7 G. *& fig. cap.* 14 *li.* 3 H.

c 12 *ſi.* 7 *lib.* E.

d *eadem figura* D.

e 8 *figu.* 6 *cap.* C, D.

f *ſub* D 13 *fig.* 7 *libri.*

ganda cerebri pituitæ parati.

Quoniam hæc septimo libro peculiaris figura, quantumuis rudis, præsenti loco accuratius intelligendo non inutilis est, hic illam adieci, A *glandulam indicans, cui pituita influit.* B *pelnim, ex tenui membrana cerebri extructam.* C, D, E, F, *quatuor ueluti ductus, à glande aut sinu potius, quo continetur, pituitam deducentes.*



N O.P.

nuum modo exculpti: quorum prior ad secundum foramen nobis in oculi sedis radice enarratum, ac G insignitum tendit, & pituitam in oculi sedem, & hinc per foramina, quæ prius C & Φ expressimus, defert. Posterior sinus ad asperum inæqualeque foramen, seu rimam potius deorsum porrigitur, qua pituita ori palatove potissimum influit, & aer quoque inter spirandum caluariam petit. Rimam hanc temporis ossi & cuneiformi ossi communem, N notauimus in sinistro latere secundæ figuræ, & in dextro tertiæ. Ductus uerò & sinus non adeò commodè (quum non admodum caui uideantur) in tertia figura spectandos offerunt. quanquam interim priorem sinum O, posteriorem uerò P in eadem figura indicauerimus: ut his adiutus characteribus, sinuum sedem in ueris caluarijs ocyus adinuenias. Processibus, qui orbiculatim circa sinum M insignitum apparent, ac inferiori mensæ aut lecticæ sedi ueteribus comparantur, [a] dura cerebri membrana firmissimè adnascitur, ac ueluti ea sede sustinetur, qua hic à caluariæ basi abscedit, insignioresque soporalium arteriarum ramos sibi subditos habet, qui commemoratis nuper pituitam deducentibus uijs seu sinibus perinde innituntur, ac si illorum potissimum nomine essent excudratus ille sinus M notatus consistit, simul cum sinibus ramos soporalium arteriarum continentibus, non esse extima sua superficie cauernosam, & spongiæ modo foraminibus obsitam, multoque minus pituitam ipsi influentem tanquam per spongiam longiori mora (uti Galeni est sententia) colare, in sexto Capite cum totius cuneiformis ossis historia comprehendimus.

a 15 *fig. 7 lib.*

Lib. 9 potissimum, de Partiū usu.

Q 2,3 Ad latus inæqualis asperæque rimæ seu foraminis N notati, uersus anteriora magis, aliud occurrit foramen, in cuneiformi osse incisum, quod læue est, & non ad amussim orbiculare, sed circulo respondet utrinque modicè in longum compresso. Hac enim effigie foramen insinuari decuit, quod duo teretia corpora inuicem membranis connexa, simul erat transmissurum. [b] Tertij namque paris neruorum cerebri crassiori, præcipuæque radici simul cum [c] quarto pari uiam præbet.

b,c 14 *fi. lib.* 7 I, K. *& 2 figu. 2 cap. 4 libr.* M.Z.

R 2,3 Rursus ad externum foraminis Q indicati latus, aliud multo minus illo, & exactè orbiculatum, in cuneiformi osse cernitur, quo internæ iugularis uenæ [d] portio à soporali abscedens arteria, caluariam subintrat. Aliquando exiguum foramen ad internum latus foraminis, duo nuper commemorata neruorum paria transmittentis, obseruatur, eiusdem uenæ ramulo paratum. Verùm id in uno caluariæ latere rarò uisitur, atque adhuc multo rarius in utroque. Nos tamen id foramen sinistro lateri hic quoque appinximus, ac

d *fi. ca.* 14 *lib.* 3 F.

S. S in secunda & tertia figuris insigniuimus, quod una caluaria cæteris quas unquam uidi elegantior, uirique mediæ ætatis longè formosissimi, id foramen proponat.

T, T 3,4 Sinus à foramine R indicato, per interiora caluariæ uenarum quasi serie ascendentes, & conuexo diminodo ductos premat, constringatque.

[d] sinus in dura cerebri membrana uenarum

d 1 *fig. 7 lib.* D, D.

V 2 Foramen hoc in externa tantum infernaque caluariæ basis sede (idque non admodum promptè) est obuium: hinc enim obliquè uersus exteriora protensum, [a] in auditorij organi cauitatem temporis ossi insculptam definit. Quare etiam id paulo pòst cum aliquot eius cauitatis foraminibus delineatum, rursus subijciam. Efformatur autem, ut uiam porrigat quintæ coniugationis neruorum cerebri [b] ramulo, ab auditus organi cauitate hàc ad musculos inferiorem maxillam attollentes excurrenti. Insuper hoc etiam foramine iugularis internæ [c] soboles auditus organum petit: ac aer etiam in temporis ossis antrum auditus organo proprium, per id foramen fertur. Id quod facilè perceperis, si attracto in os aere, illum quasi per aures propellere conaberis, in auribus sonum percepturus uentorum, aut aquæ turbinum sonis parum absimilem.

a *Præcipua pars figura* 8 *capitis.*

b 2 *figu. 2 cap. lib. 4 b.*

c *fi. ca.* 14 *lib.* 3 *u.*

X 2,3 Insigne foramen, maiori soporalis arteriæ [a] ramo caluariam ingredienti excauatum, quod non rectà insculpitur. Ossis pars hoc foramine peruia, ubi deorsum ad fauces spectat, ac in secunda figura œ notatur, instar pumicis aspera inæqualisque uisitur. Cæterùm huius foraminis progressum commonstrant X in secunda & tertia figuris positum, & deinde hæc quam modò adijcimus figura in qua utraque X, ut & in maioribus figuris, situ inuicem minimè respondent. Hunc uerò obliquum, & in osse longo tramite procedentem ductum, Natura fortassis effinxit longioris obliquioris que arteriæ soporalis incessus gratia: nimirum ut uitalis spiritus hoc errabundo ductus itinere, cerebro exquisitius præpararetur. Quare etiam Galenum in primis admiror, quem cum plerisq; alijs foraminibus grande hoc foramen latuit: & qui per foramen tertij & quarti paris neruorum cerebri Q indicatum, soporales arterias caluariam ingredi, in suo de neruorū dissectione libro scriptum reliquit. Et quemadmodum de hoc foramine, neque canes, neque simias hic etiam intuitus, falsa posteris tradidit: ita non mirum est, ipsum mirabilem illum reticularem plexum sua imaginatione in hominibus quoque confinxisse, ac uasorum cerebri seriem non undiquaque

a *fi. ca.* 14 *lib.* 3 L.

œ

Præsens figura foraminibus X *&* Y *notatis, promptius ostendendis iuuat. Complectitur enim utriusq; lateris foraminū ductus, ea serie positos, quæ illi in caluariam immisit setis, aut ex plumbo filis ferri cernuntur. Vtrunque igitur* X *sinistrū foramen notat, maximo sinistræ soporalis arteriæ ramo paratum. Vtrunque uerò* Y *foramen indicat, soporalis arteriæ ramulum in narium amplitudinem excurrentem transmittens.*



ueram

ueram posteris prodidisse.

Y 3 E regione foraminis nunc dicti, ac X insigniti finis, qui caluariæ cauitatem respicit, aliud foramen cuneiformi ossi proprium inchoatur, rectà antrorsum in narium usque amplitudinem, meatus oblongi modo
a *fi. ca. 14 lib. 3 ſ.t.* protensum, & arteriæ [a] ramo uiam exhibens, qui à soporalis arteriæ maiori portione caluariam ingrediẽ te, ad nasum usque exporrigitur, inibi cum alijs cò porrectis arteriæ furculis pulsum edens sensibilem.

a 2,3 Meatus [a] quinto neruorum cerebri pari adaptatus, auditoriusve porus, cuius principiũ interiùs in cal-
a 2 *fig. ca. 2 lib. 4 a.* uariæ amplitudine occurrens, a notatur in tertia figura posito. Exteriorem autem ipsius partem, quæ ab aure excipitur, ac auriculæ quodammodo imagine respondet, aspera que uisitur, & scaphus nonnullis est nuncupata, secundæ figuræ a indicat. Meatus iste, etsi intus admodum amplus cauusque sit, adeò tamen tortuosus & anfractuosus, ac impense uarius inuenitur, ut non nisi rarissimè, magnoque casu, impulsam transmittat setam. licet quo minus seta trasmittatur, non ipsius meatus gyri anfractusve in causa tantũ sint, uerùm etiam quòd is ad aurem, & dein quà cerebrum respicit, arctior euaserit, quàm in [b] medio, ubi admodum amplus latusque, & impense uarius occurrit. Verùm interim haudquaquam audiendus est Aristoteles, quum ab aure ad cerebrum nullum asserit pendere meatum. at in oris palatum usque semitam pertingere, & uenam de cerebro eòdem descendere inquit. In caluariæ enim amplitudinem auditorius meatus pertinet, & [c] uenam quoque admittit: non quidem illam à cerebro assumens, uerùm ab interna iugulari caluariam ingrediente, à qua auditus organo ramus exporrigitur, per foramẽ iam antea V expressum, & quinti quoque paris neruorum cerebri furculo uiam præbens. Præterea si setam auditus meatui exterius indideris, hancque modicè in anteriora introrsumque obliquè protruseris, in foramen V notatum, illã multo facilius quàm in caluariæ amplitudinem ferri conspicies.

b *fig. 8 ca. lib. 1.* *Hanc rudem figuram in hoc appoſui, ut foraminum ductus in conſpectu eſſet, quæ V & a & b notamus. Significet igitur rudi Minerua, utrunque a auditoriũ meatu. V foramen, ſuperius V notatum b autem, id quod mox ſub litera b explicabitur.*



c *fi. ca. 14 lib. 3 n.*

Lib. 1 Hiſtor. anim. cap. 11.

b 2 Foramen ex auditus organi cauitatis in temporis osse incisæ medio, retrorsum ad hanc externæ caluariæ
a 3,4,5 *fi. cap. 6. k.* sedis iuxta [a] mammillarem processum regionem pertingens, inque internam caluariæ sedem nusquam pertinens. Hoc quia anfractuum & sui incessus labyrinthorum occasione impulsam ipsi setam, aut plumbeum filum, non promptè ad auditus usque organi cauitatem transmittit, τυφλὸν Græcè, & cæcum Latinè
b 2 *fi. ca. 2 lib. 4 c.* nuncupatur, [b] ramulo nerui quinti paris neruorum cerebri præparatum: quem quum Natura indurescere uoluit, admodum callidè per durissimi ficcissimique ossis anfractuosum foramen illum deduxit.

Foramen cæcum.

c 2,3 Foramen occipitis ossi & temporis ossi commune, ac [a] sexto pari neruorum cerebri, & [b] maiori in-
a 9 *figu. 7 lib. N.* ternæ iugularis uenæ ramo, [c] minorique soporalis arteriæ soboli paratum. Istud, quia hàc transeuntia organa crassa sunt, amplum uisitur, transeuntium corporum formæ respondens. Non enim examussim circulare est, sed quodammodo geminum intortumq;, & ipsius una pars (quæ interior est) neruo ex caluaria antrorsum quodãmodo elabenti paratur: altera uerò (quæ exterior est) uenæ & arteriæ caluariam ad posteriora ingredientibus subseruit.

b *fi. ca. 14 lib. 3 C.* c *eiuſdem fig. 1.* *Hic ſeorſim quod modò deſcribitur foramen expreſſimus interiori quidem ipſius parti θ exteriori autem ι aſcribentes.*

Foramen in occipitij osse gratia [a] nerui septimi paris neruorum cerebri incisum, quod quidem orbiculare est, sed ductu oblongum, obliquumq;. Ex posterioribus enim, internaque caluariæ sede antrorsum descendit, quò citius septimi paris neruus hoc ductus foramine, sexto pari committeretur: amboque simul cohærentes, tutius aliquousq; proreperent.

d 2,3 a 9 *fi. lib. 7 O. & 2 figu. cap. 2 lib. 4 r.*

e 2,3 Foramen unicum, cæterisque omnibus facilè maximum, quod occipitis ossis medio [b] dorsalis medul
b 9 *fi. li. 7 H. f 2* læ gratia insinuatur.

c 5 *figu. 6 cap. l.* Non insigniter amplum foramen, quod ab externa caluariæ sede, ex posteriori nimirum sede [c] capitis occipitij ossis, quod primæ ceruicis uertebræ articulatur, incipiens, in internam caluariæ sedem longo ductu per os fertur, in elatiori sede foraminis, quod septimum transmittit par, & d notatur, cessans. Hoc
d *fi. ca. 14 lib. 3 D & K.* [d] uenæ & [d] arteriæ gratia cælatur, per transuersos uertebrarum ceruicis processus sursum conscendentium. Cæterum in quibusdam caluarijs id foramen in altero latere aliquando deesse reperies, interdum etiam in utroque: uerùm tunc huius foraminis uices gerit septimi paris neruorum cerebri foramen, quod tunc non adamussim orbiculare cernitur, sed oblongum, & neruo simul cum uena arteriaque transmittendo idoneum.

g 2,3 Foramen id ad posteriorem regionem processus mammillaris, iuxta futuræ Λ referentis [a] latus, in tem
a 3,4,5 *fi. 6 cap. C.* poris osse cælatur, & transuersim caluariam ingrediens, uiam externæ iugularis uenæ [b] ramo hàc caluariam petenti offert. Animaduerti quoque interdum id foramen, modò in altero latere, modò in utroque defuisse.

b *fi. ca. 14 lib. 3 E.*

c *Vide hic præter figuras ca. 14 li. 3 M N O, P. etiam 7 fi. libr. 7 P, Q, R, S. dein 9 fig. S, T. inſuper 1 fi. C. 2 fi. B.* [c] In tertia figura, non oscitanter sinus in interna caluariæ amplitudine, qua cerebrum continetur, animaduertendus uenit, in quem tria foramina e & f & g insignita, & uenis arterijsque transmittendis parata subeunt. A foramine enim e notato, & interna parte foraminis f insigniti, in dextra siniſtraque caluariæ sede sinus incipit, quem in siniſtro latere h,h & h indicauimus, in dextro autem tribus i. Sinus isti obliquè instar quartæ circuli partis sursum in posteriora tantisper conscendunt, dum dexter siniſtro inibi committatur, ubi K reposuimus. Huius enim coitus sedes in media regione occipitis ossis uisitur, quæ inter elatissimam futuræ Λ exprimentis [d] regionem, & posteriorem foraminis dorsalem medullam transmittentis, ac e insigniti regionem, media consistit, & K inscribitur, ubi occipitis os crassissimum densissimumque esse,

Caluariæ ſinus duræ mẽbranæ uaſis cædentes. h,h,h. i,i,i. K.

in eius oſsis hiſtoria retulimus. Ex hoc duorum ſinuum congreſſu, alius rectà ſurſum fertur, ſub eminentiſſima parte futuræ ∧ ſimilis, & ſub tota ſagittali futura, & frontis oſſe, uſque ad olfactus organorum ſedium
11 ſeptum, » quodammodo in tertia figura inſignitum. Hunc ſinum quarta figura aliquot l notatum gerit: ter-
m tia autem in frontis oſſe, litera m eundem indicat. Cæterùm ſinus hi exculpuntur duræ cerebri membranæ gratia: cuius uaſis ipſos, ne illa caluariæ oſsibus premerentur, cedere tunc audies, quando cerebri uaſorum non minus elegantem, quàm parum ab alijs diſſectionis profeſſoribus animaduerſam ſeriem, in tertio libro exequar.

n,o 2 Animum accommoda ſecundæ figuræ palato, in quo his characteribus ampla narium foramina ſepto
x. quodam inſigni X notato, ab inuicem interſtincta, & in faucium amplitudinem à naſo tendentia, n ac o indicantur. quæ etſi homini ad plurima conducant, præcipuè tamen naturali inſpirationi uociq́ue cenſentur idonea.

p 2 Foramen hoc iuxta poſteriorem dentium inciſoriorum ſedem ex palato in narium amplitudinem deſinit, quartisq́ue maxillæ ſuperioris oſsibus commune habetur. Deinde hominibus unicum adeſt, equis uerò & canibus geminum. Paratur autem gratia connexus, conſenſusq́ue [e] tunicæ palatum ſuccingentis, cum illa [f] quæ narium amplitudini obducitur. Portiuncula enim illius tunicæ ſimul cum uenula, & item arteriola, id pertranſit.

e 2 figu. 2 cap bi. 4 in ferius Z

f eiuſdem figuræ humilius P.

q 2 Ad palati finem, iuxta maxillæ ſuperioris ſexta oſſa, utrinque duo uiſuntur foramina: unum quidem alte
λ. ro prius, & amplius. prius enim anteriuſve, ac λ inſignitum, notatu dignæ eſt amplitudinis, ex palato ſurſum in poſteriora ad oculi ſedis uerticem radicemve properans. Inibi enim deſinit, ubi foramen occurrit, quod alterum pituitam in nares expurgantium eſſe retulimus, & ſub litera Φ iam antea deſcripſimus. Poſterius
x. autem, χ notatur, eſtq́ue exiguum omnino. & ſurſum aſcendens, aliquando in idem foramen cum anteriori λ inſignito terminatur: interdum uerò peculiarem terminum, in futura cuneiformi oſsi & quarto ſuperioris maxillæ communi adipiſcitur. Præter foramina hactenus commemorata, ſi caluariam in manus ſumpſeris, alia quamplurima (ſed exilia) obſeruabis, uenis tranſmittendis & membranarum nexibus exculpta. Vi ſuntur uerò huius generis aliqua è directo maioris interioriſve anguli ſedis oculi, iuxta futuram ſecundo & tertio maxillæ ſuperioris oſsi & frontis oſsi communem. Hæc in cauitatem pertingunt, inter frontis oſsis ſquamas comprehenſam, & K prius indicatam. Horum quoque ſedes in prima præſentis Capitis figura, T & V indicatur: quibus characteribus nuper dictam futuram ſuo loco expreſsimus. Deinde in frontis quoque naſi oſſe, quod quintum ſuperioris maxillæ recenſuimus. Inſuper in primo maxillæ oſſe, quod externum oculi ſedis angulum conſtituit, unum aut alterum huius generis foramen inuenitur. Præterea oſsis cuneum referentis latera, quæ temporum caua cum alijs oſsibus conſtituunt, tali quoque foramine donantur. Ad hæc, in lateribus ſagittalis futuræ in uerticis oſsibus, & potiſsimùm iuxta futuram ∧ ſimilem, talia
ſ,ſ. etiam apparent, quorum ſedes in quarta figura aliquot ſ in umbra latitantibus indicantur. Verùm præter commemorata, unum notatu dignæ magnitudinis habetur interiùs in frontis oſſe, quà octaui capitis oſsis anterior pars ipſi committitur, & anterior ſepti olfactus organorum ſinuum pars cernitur, nimirum inter
m,ν. tertiæ figuræ m & ν conſpicuum. Pertingit autem hoc foramen in frontis oſsis cauitatem, ſuperius K indicatam. In quarto quoque ſuperioris maxillæ oſſe, iuxta magnum interioremve oculi ſedis angulum, dicti iam ordinis foramen etiam ſe offert. In baſi uerò oſsis cuneum imitantis, extrinſecus, quà id ſepto narium
μ,ν,ξ. committitur, ſubinde quina numero uiſuntur, ac tria quidem μ,ν,ξ inſignita poſteriùs conſiſtunt, utrinque nimirum unum, & in horum medio tertium, quæ antrorſum inſtar arctiſsimorum meatum producta, in narium amplitudinem deſinunt. quamuis interim medij foraminis ν indicati ſinis, ſetam rarius admittat. Alia
π,ω. autem duo, quæ π & ω inſigniuimus, anteriùs incipiunt, & recto tramite antrorſum quoque conſcendentia, in oculi ſedis uerticem radicemq́ue terminantur. Cæterùm horum foraminum termini hic commodè delineari nequeunt. quare etiam eo uehementius hortor, ut ex hominum caluarijs potius, quàm ex nudis oſsiũ picturis, hæc diſcas, foraminis cuiuſque ſedis coniecturam hinc à characteribus ſumens, & conſideratè, an me aliquod foramen notatu dignum præterierit, expendens. Superſunt adhuc in tertia figura & quarta Greci maiuſculi characteres, quibus in futuris caluariæ indicandis, iampridem uſi ſumus: adeò ut nullus præter Ω in quarta occurrens, ueniat enarrandus. Illo enim ſinus quidam in uertice notantur, quibus [a] duram cerebri membranam innaſci audies. Atque horum ſinuum non eadem ſemper eſt ſeries: quippe modò nulli, modò pauci, modò plures, atque hi uarij, cernuntur: profectò (ſi quis me audit) illis animaduertendi, qui nimis promptè hanc uerticis ſedem urunt, aut in oſsium fracturis nimium intrepidè ac confidenter terebrãt. Huc quoque referrem [b] ſinus duos cuneiformis oſsis, in ipſius medio antrorum modo repoſitos, niſi iam antè in eius oſsis hiſtoria ipſos deſcripſiſſem, perinde ac amplas cauitates in quartis maxillæ ſuperioris oſsibus ad narium amplitudinis latera repoſitas.

a 1 ſi. lib. 7 K.

b 8 fig. ca. 6 C, D.

DE OSSE υ LITERAE IMAGINI comparato. Caput XIII.

DECIMITERTII CAPITIS FIGVRARVM, earundemq́ue characterum Index.

PRIMA figura anteriorem faciem exprimit oßis υ imaginem referentis, unà cum minoribus elatioribusve ip

ſius

PRIMA DECITERTII
Capitis figura.



A, B,

✲

D 2

E, F 1, 2

SECVNDA FIGVRA.



milem repræsentant.

G 1, 2 Connexus humilioris lateris, cum latiusculo grandiorique ossis υ referentis ossiculo.

H 1, 2 Humilioris lateris apex, qui laryngis cartilaginis scutum exprimentis processui alligatur.

I, K 1, 2 Superiora ossis υ referentis latera, humilioribus longè tenuiora, magisque teretia.

L, M, N 1 Tria ossicula, superioribus lateribus utrinque ut plurimùm commissa. Cæterùm ad ossis υ referentis inspectionem etiam faciunt, præter quinta musculorum tabulam ad characterem L, priores aliquot figuræ duodecimi Capitis libri secundi ad A, B, C, D.



MINENTISSIMAE laryngis parti os unitatis nomine comprehensum, sed uarijs multiplicibusque osiculis extructum, præponitur, quod nonnulli à literæ υ figura ὑοειδὲς alij succinctius, ὑοειδὲς appellant: qua uoce dissectionum rudes delusi, in Galeno os suem referens uerterunt. Alijs rursus id os à Λ imagine λαμβδοειδὲς nuncupatur: quo etiam nomine interpretes decepti, [a] futuram capitis Λ literæ similem uertere consueuerunt. ciusmodi tamen mendas pro nostra uirili nuper ex Galeno, in Italia & Germania latinè edito, subduximus. Herophylus quoq; id os παρασάτλω appellasse dicitur, fortè quòd linguæ, aut laryngi, aut faucibus apponatur, uel adstet: quemadmodum ipsi in organis generationi famulantibus quædam [b] παρασάτης κυρσοειδὴς, & [c] παρασάτης ἐδδενοειδὴς uocantur. Nó desunt etiam, qui quũ in faucibus consistat, id φαρύγγεξον nuncupauere. Nos uerò passim, os υ referens, aut uoce contractiore, hyoides nominare instituimus. Homo igitur hoc os longè aliter quàm quadrupeda, quæ hactenus aggressi sumus, extructum obtinet, ac maximum [d] ossis υ referentis ossiculum est latiusculum, & foris gibbum, priuatoque tubere prominens: intus autem, seu posteriori sede, cauum in anteriori etiam sede superiùs quasi in oblongum sinum deprimitur, pro figura nimirum ipsi idoneæ, & musculorum ligamentorumque illi commissorum ratione. Superiori enim sinui implantantur [e] tertius & quartus huius ossis peculiares musculi: ad tuberis uerò in hac sede conspicui latera, quæ quodammodo in gibba sede sinuantur, insertionem tentant [f] duo primi huic ossi peculiares musculi. Ex posterioris autem sedis cauo, musculi [g] duo priores linguam mouentes, præcipuè enascuntur. Præterquàm quòd gibba extrorsum, caua uerò introrsum, atque ab iniurijs extrinsecus occurrentibus remotius opportunè collocentur. Grandius id ossiculum paulo supra laryngem consistens, tangentibus occurrit, ipsius interim lateribus penitius ferè latitantibus. Huic enim latiori ossiculo utrinque [h] alia duo uniuntur, quæ ossis υ referentis latera cum Auicenna in Capite de Gutture appellamus: quorum alterum humilius est, alterum superius. Humilius ossiculum nonnihil breuius latiusque superiori est, nullique alteri ossi committitur, [i] quàm lateri medij ac latiusculi ossis υ referentis ossiculi, ad quod cartilaginis ligamentique cartilaginei interuentu ualidè, & notatu digna amplitudine nectitur. Verùm [k] finis ipsius superiori sui lateris processui cartilaginis laryngis, quæ scuti imaginem exprimit, colligatur. Humiliora hęc ossis υ referentis latera, musculis aliquot admittendis educendisque apta, simul cum medio grandiorive ossiculo, υ imaginem pulchrè exprimunt. Porrò superiori ossiculo seu lateri, quod magis teres uisitur, & elatiori sedi lateris medij ossis υ referentis ossiculi, tanquam ex puncto committitur, [m] alia rursus oblonga teretiaque ossicula tantisper continua serie uniuntur, quousque ipsorum finis, temporis ossis compingatur [n] processui, scriptorij styli imaginem proponenti. Ossicula hæc non pari semper obseruantur numero, ut plurimùm tamen terna quaternave utrinque cernuntur. quanquam etiam interdum, idque maximè in mulieribus, illa uiderimus simul cum superioribus ossis υ referentis lateribus omnino deesse, & ipsorum uicem teres quoddam, ualidum & oblongum ligamentum gerere, quod ab ossis υ referentis medio ossiculo ad stylum imitantem usque processum pertinebat. Os itaque υ referens, rarò liberum, neque nulli contiguum esse ossi, indicant superiora ossis latera, temporum ossibus cõnexa: & inferiora, cartilaginis scuto similis processibus commissa. Cartilagines enim laryngis, ut & costarum cartilagines, ossium præbẽt usum: & quod ad contiguitatem spectat, in ossium quoque classem recensentur. At quum os υ referens non adeò firma, atque reliqua ossa, nititur basi, proprijs id musculis in omnem positionis differentiam ita trahi, in secundo libro narrabimus, ut neque in latera, neque sursum aut deorsum, neque prorsum aut retrorsum, secus quàm homini ex usu est, sua sede dimoueri queat, maximos sanè plurimosque usus, etsi minimum sit, præstans:

Ossis υ referentis situs et nomina.

a 3, 4 fig. 6 ca. C, D. & 3 integrarum B.
b 22, 23 fi. lib. 5 à δ ad ι, & etiã ξ.
c eisdẽ figuris ξ. & 4 figu. cap. 49 lib. 2 R.
d 1 fi. A, B, ✲, C. 2 fi. D
e 4 muscu. tabula R.
f 4 muscu. tab. S, T. & alij eius ossis musculi Q, V.
g 1, 2 fig. cap. 19 lib. 2 D, D.
h Vnũ 1, 2 fig. E, F. Alterum I, K.
i 1, 2 fi. G.
k 1, 2 fi. H.
l 3, 4 fig. ca 38. A, B.
m 1 fi. L, M, N.
n 3, 4 fig. 6 cap. i.

Medium ossis υ referentis ossiculi.

Latera ossis υ referẽtis humiliora.

Superiora latera et cõmissa ipsis ossicula.

Qui hyoides os firmetur.

Ipsius usus.

quos tunc recenſebimus, quum ac tutiſsimæ baſis modo ſubijci, & o aliquot linguæ muſculos ab ipſo enaſci, illudque linguæ, fundamenti, P muſculorum laryngis quædam principia porrigere oſtendemus.

o 1, 2 *fig.* 19 *cap li.* 2 D, D & E.
P 1, 2 *fig.* *cap.* 21 *lib.* 2 F. *deinde* 2, 3 *fig.* K.

DE DORSO. CAPVT XIIII.

DECIMIQVARTI CAPITIS FIGVRAE, Ac ipſius characterum Index.

DECIMIQVARTI Capitis figura.



HAC figura uniuerſi dorſi oſſa ex latere expreßimus, ut primùm integer illorum cernatur contextus, ac poſtmodum ſingulæ dorſi partes priuatis Capitibus delineentur.

A,B *Collum ſeptem conſtans uertebris, quæ numeris internæ ipſarum ſedi appoſitis ſigillatim notantur.*

C,D *Dorſi pars, thoracem conſtituens, & duodecim formata uertebris.*

E,F *Dorſi pars, quinque complectens lumborum uertebras.*

G,H *Os ſacrum, ſex oſsibus ſeu uertebris efformatum.*

I,K *Os coccyx, quatuor extructum oßiculis.*

L,L *Aliquot uertebras L inſigniuimus, nimirum in tota dorſicompage ſecundam, nonam, decimamoctauam, & uigeſimamquartam: ita indicaturi uertebrarum partem, ſeu ſedem, quam ipſarum corpus nuncupamus.*

M,M *In ijſdem uertebris M uiſitur, in quibus L occurrit, uertebrarum proceſſus notans in latera exporrectos, atque ideo tranſuerſos, aut laterales nobis appellatos.*

N,N *In octaua totius dorſi fabricæ uertebra N obſeruabis, dein in decimaſeptima, & uigeſimatertia. Notantur autem N quidam uertebrarum proceßus deorſum nutantes, quibus ſuperiores ſeu incumbentes uertebræ ſubditis articulantur uertebris. Hos proceſſus ab ipſorum ductu, deſcendentes nominabimus.*

O,O *In uertebris quæ poſtremò commemoratis ſubijciuntur, O uiſitur, indicans uertebrarum proceſſus ſurſum ſpectantes, quibus ſuperpoſitæ ſubiacentibus articulantur, quoſque aſcendentes proceſſus rectè nuncupabimus.*

P,P *Illis uertebris P inſcribitur, quas prius L, M & O inſigniuimus. Notantur autem uertebrarum proceſſus in corporis poſteriora exerti, & aculeo ac ſpinæ comparati.*

Q,Q *Prope eaſdem uertebras Q reperis, quibus poſtremò enarratos characteres inſcripſimus. Ac Q nullam uertebræ notat partem, ſed foramen in uertebrarum conſtitens lateribus, & neruos à dorſali medulla pronatos tranſmittens.*

R,R *Cartilagineum ligamentum, uertebrarum corpora interueniens. Cæterùm quum tres figuræ, & earum præcipuè tertia, ad præſentis libri calcem poſitæ, dorſum pariter commonſtrent, non abs re illas etiam obiter hic intueberis, unà cum tertij libri figuris, neruorum à dorſali medulla originem ducentium ſeriem exprimentibus, & ad undecimi eius libri Capitis initium repoſitis.*

Dorſum, ut commodè cõmuni oſsiũ uſu ſuſtineat, extructum.

RERVM parens Natura homini dorſum, quod Græcis ῥᾰχὶς & νώτον dicitur, carinæ cuiuſdam inſtar, & fulcri, machinata eſt. Illius enim ope recti ambulamus, & erecti cõſiſtimus. Verùm Natura in hoc duntaxat dorſum non fabrefecit, ſed perinde atque aliàs ſubinde membrum aliquod ad uarios ſimul uſus aptum reddit, ita nec hic quoque induſtriæ ſuæ eſt oblita. Dorſi enim oſsibus, ne tantum ſuſtinerent, corpusq; communi oſsium uſu ſolum ſtabilirent, magnum inſculpſit [a] foramẽ, quo idoneũ [b] dorſali medullæ per dorſum deſcenſuræ iter, ac ueluti ſacra quædam fiſtula, Græcis ἱερὰ σύριγξ nuncupata, adaptaretur. Atque hoc foramen ſic eſt cælatum, ut eius gratia diſſectionum periti à uerticulorum quibus fuſi aggrauantur imagine, oſſa dorſi uertebras appellauerint. Dein Natura non ex uno ſimpliciq́ue oſſe dorſum conſtituit, et ſi ita ad ſtabilitatem, & magis à luxationibus diſtortionibusq́ue tutam dorſalis medullæ ſedem, fuiſſet commodum: at uariorum motuum, quibus hominem neceſſariò agi oportuit, occaſione, pluribus oſsibus dorſum extruxit, utcunque etiam ſic luxationibus magis reddatur expoſitum. Quamobrem uerò id nõ ex duo & tibiæ os cum ſibula, ſed quatuor ferè & triginta efformetur [c] oſsibus (quorum ſeptem ad ceruicem, duodecim ad thoracem, quinque ad lumbos, ſex ad ſacrum os, & quatuor ad coccyx os referimus) ipſa potiſsimum dorſalis medulla in cauſa eſt: quam, quum [d] triginta parium neruorum debebat eſſe origo, quumq́ue inſtar cerebri, partibus ſub capite locatis, erat futura, ab omni ſanè compreſsione ac diſtortione muniri ſeruariq́ue decuit liberam, ne omnes mox partes eiuſmodi cuipiam dorſalis meduliæ uitio inferiores, ſenſu careant, motuq́ue deſtituantur uoluntario. Quàm promptè autem dorſalis medulla contunderetur

Dorſi oſsiũ copiæ cauſa.

Vt dorſali medullæ aptum pareatur iter.

a *In quatuor ſubſequentiũ Capitum figuris id eſt obuium.*

b *Tres fig. capiti* 11 *libri* 4 *propoſitæ.*

c *Seriatim in figura huius Capitis occurrũt numeri inſignita.*

d *Speclanda ſunt in tribus figu. cap.* 11 *li* 4

tur,alias've grauiſsimis noxis eſſet expoſita,ſi dorſum duobus aut tribus tantum oſsibus conſtaret, ex angulari cubiti genuque flexione,& cuiuſuis articuli magno laxoque motu præditi oſsium tranſpoſitione diſcimus.adeò,ut neceſſum fuerit,dorſum tot paruis oſsibus conſtrui,quæ inuicem ſuccedentia, ſenſimque ſimul ad motum aliquid conferentia,dorſum moueri permitterent, & interim nullum prorſus in acutum angulum conficerent motum,dorſali medullæ ob compreſsionem non leuiter noxium. Hinc itaque ſolers Natura in omnibus animalibus,tam auibus,quàm piſcibus,& reptilibus,& quadrupedibus, tantam eiuſmodi paruorum oſsium ſemper inſtituit ſeriem,quanta colli & totius reliqui corporis eſt pars, quæ dorſalem complectens medullam,moueri debuit.Oſsium namque illa parcit multitudini, & magis adhuc laxæ ipſorum compoſitioni,quum medulla ſede quapiam continetur,quam moueri non erat neceſſe: quemadmodū teſtudines pulchrè oſtendunt,quæ in collo tantum & circa caudæ initium uertebras obtinentes,in immobili ipſarum teſta uiam nanciſcuntur longam,quæ dorſalem amplectens medullam,nullis cōſtat uertebris. Dein aues quoque idipſum,ne quid de hominis ſacro dicam oſſe,atteſtantur,quum illis thorax,ſecus ac collum,paucis conſtet uertebris:tantaque oſsis ſacri appareat in illis longitudo, ſimplici ferè unico've oſſe fabricata.Mirum namque eſt,quàm affabrè Natura omnibus animalibus,ut ipſis ex uſu erat,dorſi oſſa conſtituerit.quod uel in coordinatione magnitudineque oſsium inſuper diſcimus, quum natantium animalium & ſerpentium oſſa mox à capite ueluti à baſi ſenſim diminui cernimus: & greſsilium animalium oſſa ad eā corporis trunci ſedem,quæ femoribus firmatur,ipſisve aliàs proxima eſt, maximum ipſorum os habere expendimus:à quo,tanquam à baſi,ampliſsimaque qua ueluti ſuffulciuntur ſede, reliqua oſſa ad caput conſcendentia,paulatim redduntur minora,perinde ac illa etiam,quæ à baſi ea,maximoque illo oſſe, à quo ueluti dependent,deorſum uerſus caudam,aut aliquid caudæ proportionatum,pertingunt, redduntur arctiora.Sic itaque in homine,maximum dorſi oſsium, [e] ſacrum eſt os,quod ſuis lateribus illis committitur oſſibus,quæ unà cum ipſo corpus concinnè firmant, & femorum ad coxendicem articulationes ſuſcipiunt. Neque ſanè ſacrum os ideo duntaxat,quòd ſex ueluti peculiaribus oſsibus ſeu uertebris extruitur, & perinde ac ſi ſimplex unum've os tantum eſſet,nominatur,magnum eſſe dicimus:uerùm etiam quòd ſex ipſius oſſium ſupremum,& dein illi ſubditum,ſingula dorſi oſſa ſeorſum magnitudine uincunt, ipſumque ſupremū ueluti baſis etiam in mole eſt ſtatuendum.Viginti autem quatuor uertebrarum ipſi incumbentium, [f] ea occurrit maxima,quæ ſacro oſsi proximè coarticulatur.& reliquæ dein,quantum poſitu ab illo diſcedunt, tanto etiam ſpectantur minores.Hæcque diminutio uſque ad ipſum perficitur caput, præterquàm ſi quando uertebra interueniat paulo maior ſubiecta.quod ſanè non abſque magna occaſione fieri, primæ ceruicis uertebræ oſtendet hiſtoria,quæ illam reliquis ceruicis uertebris latiorem eſſe docebit, gratia commodæ [g] quinti & [h] ſexti caput mouentium muſculorum inſertionis,& [i] ſecundi ſcapulam attollentium muſculi exortus.Quemadmodum & [k] ſecunda ceruicis uertebra,articulationum cauſa,aliquot ſibi ſubditis ualidior craſsiorque eſſe docebitur.Oſſa uerò ſex,quibus ſacrum os compingitur, & quatuor oſsicula, quibus coccyx os conſtituitur,ita in magnitudine ſe habent,ut continua ſerie ueluti in mucronem à lata baſi,adeoque primo ſecundoque ſacri oſsis oſsibus [l] imminuantur. Cæterùm etſi dorſi oſsium moles tam ſit inæqualis,neque illa à capite ſenſim minora reddantur, nihilominus foramen dorſalis medullæ cauſa exculptum,non oſsium magnitudini,ſed dorſalis medullæ proportioni reſpondet.quū enim illa gignendis neruis ſenſim [m] attenuatur,iure in ſuperioribus oſsibus ampliora foramina, quàm in demiſsioribus ſe offerunt.Præterea ab hac dorſalis medullę in dorſi oſsibus uia,oībus neruis ab illa pronaſcētibus iter patet per [n] foramina inter ipſa oſſa ſic inſculpta,ut duo ſemper oſſa ad unius foraminis conſtitutionē aliquid conferant,quāuis interim non in ijſdē undique ſedibus.Nā etſi quamplurima oſſa in ſuis lateribus hæc obtineāt foramina,in [o] oſſe tamen ſacro,& [p] ſupremis ceruicis uertebris,illa anteriùs & poſteriùs conſiſtunt.idq; potiſsimum (uti ſuo dicemus loco) oſsium dorſi tum inter ſe,tum ad alia contermina ipſis oſſa contextus occaſione.quem Natura,totius dorſi roboris,& motuum ipſius pariter rationem habens,aduodum profectò ſtudioſe molitur.Ampliſsimis namque oſsium [q] ſedibus,quæ uertebrarum appellamus corpora,tanquam latis baſibus illa inuicem,ac ſi unum ſimul eſſent os,unaque ſeries,commiſit, non quidem læuibus & lubricis [r] ſuperficiebus,uti aliàs ferè ſemper in articulis fieri cernimus:uerùm baſes illas,amplas've ſedes exaſperans, [s] cartilagineum ipſis interiecit ligamentum,quod illis ſedibus connatum,uertebrarum corpora ualidiſsimè connectit.& quum impenſe craſſum ſit,molliorisque cartilaginis temperiem ſibi uendicet,hacque ratione comprimi & attenuari à prementibus,& muſculorum ui aliquo allectis oſsibus queat, & quum rurſus non compreſſum,in priſtinam craſsitiem promptè exurgat,in cauſa ſanè eſt, ut uertebrarum corpora eius interuentu conſtricta,illis quibus indigent motibus agi poſsint:qui leues ſunt,& circulares potius,admodumque obliqui,quàm quouis tandem pacto in rectum angulum inclinati. Porrò præter rarum hunc,& nullis ferè quam dorſi oſsibus communem contextum, qui ad anteriorem foraminis dorſalem tranſmittentis ſedem,adeoque ad totius corporis interiora [t] conſiſtit, iuxta poſteriorem foraminis eius ſedem,Natura utrinque unum extruxit [u] articulum,qui lubricis & læuibus cæterorum corporis uniuerſi articulorum modo fit ſuperficiebus.Ex elatiori enim uertebrarum ſede,hic duo ſurſum, educuntur [x] proceſſus,quos ideo aſcendentes nuncupamus:& ex humiliori ſede [y] alij totidem deorſum exeruntur,deſcendentes proceſſus iccirco appellati.Hisque proceſsibus uertebræ poſteriori hac ſede articulantur, uerùm non undique paribus ſinibus & tuberibus,eodemque,ut ſequentibus iam docebitur Capitibus, ingreſſu.ubi etiam audies,[z] primā ceruicis uertebram,quam ſupra ſecundam peculiari motu circumagi oportuit,tribus his contextibus à cæteris uertebris uariare.& quia ſacri oſsis oſſa non debebant reliquarum uertebrarum modo moueri,ideo ipſa ſimul undique [a] connata coalita've eſſe intelliges. [b] Oſsiculorum au-

Dorſi oſsiū non par magnitudo.

Dorſalis medullæ uia proportio.

Foramina neruos tranſmittentia in dorſi oſsibus etiam celari.

Vertebrarum corpora, & quis eorundem contextus. Cartilagineum ligamentum, corpora uertebrarum intercedēs.

Articuli aſcendentibus & deſcendentibus proceſsibus parati.

e G. H. & 1 fig. ca. 18 A, B, C, D, E, F. & integrāſi fig. M. cui committitur ⊙, & illi rurſus A.
f F aut char. 24. g 14 muſ. tab l, H.
h eiuſdem tab. k, L.
i 13 muſ. tab. Q.
k Confer in figuræ huius Capitis ſecundā uertebram tum ſubditis, aut id ſpecta in 10 & 11 figur. cap. 15.
l G, H, I, K. & tota 1, 2 fig. ca. 18.
m 2 fi. ca. 11 lib. 4.
n Q, Q. o 1, 2 fig. c. 18. char. 2, 3, 4, 5, 6.
p 11 fi. ca. 15 X, m, r. aut ſpecta 2 et 3 fi. c. 11; lib. 4.
q L, L, L. r figurarū cap. 16 & 17 A.
s R, R, R. & figura capiti 40 libri 2 inſerta char. 3.
t uti ſpectas in 5 muſcul tab.
u N cū O.
x O, O, O. & 8 fi. ca. 15 char. 3, 4. & 1 fig. cap. 16 T, V. & 2 fig. X, Y, & 2 fig. cap. 17 I, K.
y N, N, N. & 8 fi. cap. 15 char. 5, 6. et 2, 3 fi. ca. 16 a, b. et 3 fig. ca. 17 N, O.
z Specta 10, 11 fig. cap. 15.
a Specta 1, 2 fi. ca. 18.

tem ossis coccygis contextum (qui simplex & unicus est) illi respondere scribam, quo uertebrarum corpora ligamenti cartilaginei interuentu attexuntur. Porrò quemadmodum Natura dorsi ossium motibus, quo ad fieri potuit, ualidis, luxationiq́ue minus obnoxijs contextibus (ne quid de reliqua ligamentorum adferam serie) prouidit: ita quoque dorsalis medullæ inter hos contextus descendentis gratia, quo scilicet ab extrinsecus occursantibus melius muniretur, alij adhuc dictis nuper insigniores processus, ab ossibus illam continentibus educuntur. Ex posteriori enim illorum sede, longi enascuntur in posteriora [c] processus, quos spinas appellamus, ab illis etiam totius dorsi compagem, spinam uocitantes. Præterea ex transuersis lateralibusq́ue sedibus alius utrinque promitur [d] processus, quem transuersum nuncupamus, in suo mucrone perinde ac posteriores processus cartilagine eo usu donatum, quo ossium extremis alteri ossi non attextis, cartilagines obnasci scimus. Cæterùm hi processus, non tantum ut dorsali medullæ & subditis partibus instar propugnaculi sint, creantur: uerùm insuper educendis frequentium musculorum exortibus, & admittendis eorũdem insertionibus unicè conducunt, & transuersi præterea thoracis uertebrarum [e] processus, costarum articulationibus sunt accommodi. quemadmodum sacri ossis transuersi processus conextui famulantur, quem id os cum ossibus ex latere ipsi commissis [f] molitur. Quamobrem uerò prima cer uicis uertebra priuatim spina [g] destituatur, & cur [h] spinæ ceruicis uertebrarum, ut & earundem transuersi [i] processus, spectentur bifidi, & cur thoracis uertebræ (in primis uerò superiores) longissimas educant [k] spinas: contrà autem, quæ in [l] lumbis sunt, & ossis sacri [m] ossa, & [n] demum quàm processus hi omnes ductu formaq́ue uarient, & quibus priuatim appendices obtigerunt, & quæ corporum uertebrarum in singulis sit forma, & quæ appendices suprà infraq́ue peculiariter obtinent, quatuor sequentibus Capitibus enitar persequi, unum Caput singulis maioribus dorsi sedibus tribuens. Breui namque & succincto sermone complecti nequit, quàm multa, rara, peculiariaq́ue Natura in dorsi ossium constructione moliatur.

Dorsi ossiũ spinæ seu posteriores processus. Transuersi processus.


b 3 *fig. ca.* 18 G,H,I, K.
c P, P, P.
d M,M,M.
e 1,2 *fi. ca.* 16 H,I.
f 2 *fig. ca.* 18 L,M,N, O, P *cõmittuntur cum* 3 *figura ca.* 29 A,B,C, D,E,F.
g 3 *fig. ca.* 15 X.
h 8 *fig. ca.* 15 ϖ,ξ.
i *eiusdem fig char.* 8, 7 & 9,10.
k 1, 2 *fig. cap.* 16 N, O,P.
l 2 *fig. ca.* 17 C,D,E, F,G.
m 2 *fi. ca.* 18 d,d, d.
n *Si lubet has speculare differentias, confer quatuor subsequentium Cap. figuras inter se.*

DE COLLI VERTEBRIS. CAPVT XV.

PRIMA XV. CAP. FIGVRA.



SECVNDA.



TERTIA



QVARTA.



QVINTA.



SEXTA.



SEPTIMA



OCTAVA

NONA



VNDECIM CAPITIS DECIMIQVINTI
figurarum & earundem characterum Index.

PRIMA figura, occipitij ossis partem ab alijs ossibus liberam, & in externa caluariæ basis sede conspicuam, proponit.

Secunda, primam colli ceruicisve uertebram anteriori superiorique facie expressam continet.

Tertia, primæ ceruicis uertebræ superiorem posterioremque faciem oculis subijcit.

Quarta, primam ceruicis uertebram inferiori posteriorique facie delineatam exhibet.

Quinta, secundæ ceruicis uertebræ anteriorem commonstrat faciem.

Sexta, secundæ ceruicis uertebræ posteriorem faciem designat.

Septima, secundam ceruicis uertebram inferiori facie spectandam offert.

Octaua, tertiæ ceruicis uertebræ anteriorem superioremque faciem ostendit.

Nona, tertiæ ceruicis uertebræ posterior superiorque facies delineatur. Quoniam uero huius ceruicis uertebræ inferior sedes secundæ uertebræ inferiori sedi respondet, illam hic non apponimus, ne fortè præsenti Capiti nimius tabularum aceruus præponatur. Atque hac etiam ratione, cæteras ceruicis uertebras tertiæ subiectas singulatim non depinximus, præcipuè quum illarum descriptio ex trium superiorum uertebrarum figuris promptè desumi queat.

Decima, trium primarum ceruicis uertebrarum compago anteriori parte depicta cernitur.

Vndecima, trium primarum ceruicis uertebrarum contextus posteriori facie exprimitur.

A in 1 Foramen in occipitis osse, dorsalis medullæ gratia excisum.

B 1 Dextrum occipitis ossis capitulum, quod primæ coarticulatur ceruicis uertebræ. Sinistrum uerò capitulum, C, D, E

C, D & F insignitur. Siquidem C & D capituli notant longitudinem, seu ductum, quo longitudinem in horum capitulo-

E, F 1 rum descriptione metimur. Dein E insinuat internum latus capituli, quod magis deorsum, quàm externum F insignitum protuberat.

G 1 Anterior foraminis dorsalem transmittentis sedes, quæ ob teretis cuiusdam ligamenti insertionem aspera & inæqualis est.

H 1 Sinus in posteriori sede utrorumque capitulorum occipitis ossis incisus, ac uiam primo dorsalis medullæ neruorum pari porrigens.

I 2,3,4 Foramen transmittendæ dorsali medullæ in prima ceruicis uertebra exculptum.

K 2,3 Hic primæ uertebræ corpus exculpitur, secundæ uertebræ dentem, qui Y notabitur, susceperum.

L 3,4,10 Sinus in posteriori sede corporis primæ uertebræ incisus, ac cartilagine incrustatus.

M 2 Processus & tuberculum, in anteriori corporis primæ ceruicis uertebræ sede prominens.

N 2 3 10 11 Dextræ primæ uertebtæ sinus, quo dextrum occipitis ossis capitulum excipitur. Sinistrum sinum in secunda &

O, P, Q, decima figuris O, P, Q, R Notaui: O quidem & P, eius sinus longitudinem indicaturus: Q uerò, internum latus, lon

R. gè ipso exteriori R insignito, decliuius.

S 2, 3, 4, 10, 11 Transuersus primæ ceruicis uertebræ processus dexter, cui sinister respondet.

T 2, 11 Foramen transuerso primæ uertebræ processui insculptum.

V 3, 11 In dextro tantum latere sinus primæ uertebræ indicatur, qui cum occipitij ossis sinu H notato communem efficit ductum, quo primum dorsalis medullæ neruorum par elabitur.

X 3, 4, 11 Hac aspera sede prima ceruicis uertebra posteriori destituitur processu.

Y 4 Dexter primæ ceruicis uertebræ sinus, dextrum secundæ uertebræ tuber c signandum excipiens.

a, b. Sinistrum autem sinum a & b notauimus: a quidem internum ipsius latus, b autem externum indicantes.

c 5, 6 Dextrum secundæ uertebræ tuber, seu insigniter depressum capitulum, commemoratum iam prius primæ uertebræ

d, e, f. sinum Y insignitum subingrediens. d, e, f, sinistrum ostendunt capitulum. uerùm d priuatim latus ipsius notat internum, elatiusque e uerò externum, & depressius. f autem eam capituli partem, quæ ad posteriora ueluti extra circuli circumferentiam educitur.

I 7, 10, 11 Secundæ ceruicis uertebræ processus, quem à dentis imagine dentem uocabimus, quique etiam in quinta figura &

g. sexta conspicuus, pluribus notatur characteribus, priuatim aliquid significantibus. g enim in quinta, tuberculum

h. ipsius notat cartilagine obductum. h in sexta, notat posteriorem dentis sedem, quæ crassior est, magisque quàm dentis

i. radix in posteriora extuberat. i sinum indicat, ad quem transuersim ligamentum aduoluitur, quod eundem in prima

k, l. uertebra constringit ac continet. k & l utrinque sinus insignitur, ad dentis principij radicisve latera incisus, atq; an-

m. terioris secundi neruorum dorsalis medullæ paris propagines admodum exiguas transmittens. Cæterùm foramen, bo c

n. sinu & primæ uertebræ sinu efformatum, in undecima figura m signatur. Postremò n in quinta figura dentis notat mucronem.

O 3, 11 Sedes dextri lateris notatur aspera, inter primæ uertebræ superiorem sinum N indicatum, & inferorem Y indicatum consistens, ubi foramen non peruium conspicitur.

p 6 Sinus ad posteriorem secundæ uertebræ tuberis c insigniti sedem exculptus, & cum sinu mox q notando commune foramen constituens, quo secundum neruorum dorsalis medullæ coniugium in posteriora prosilit.

q 4 Primæ uertebræ sinus, quo dicti iam foraminis pars efformatur.

r 10, 11 Via, seu foramen, dextram portionem secundi coniugij in posteriora transmittens.

S 5, 6, 7 Posterior processus, seu spina secundæ ceruicis uertebræ.

t 9 Tertiæ ceruicis uertebræ spina.

u 5, 6, 7 Dextri lateris transuersus secundæ ceruicis uertebræ processus, cui sinister correspondet.

x 5, 6, 7 Foramen transuersi secundæ ceruicis uertebræ processus.

γ,ζ 9,10 *Transuersus sinistri lateris processus, tertiæ ceruicis uertebræ. Verùm γ internam partem, ζ autem externam notant.*
α 8, 9 *Foramen transuersi tertiæ ceruicis uertebræ processus.*
β 6,7,11 *Dexter descendens secundæ uertebræ processus, cuius sinus formam septima figura indicat.*
γ 9,11 *Dexter descendens tertiæ ceruicis uertebræ processus. uerùm γ in nona & undecima posteriorem ipsius indicat sedem. Inferior autem ipsius sedes, seu sinus, imagine sinui respondet in septima β insignito.*
δ 9, 11 *Dexter ascendens tertiæ ceruicis uertebræ processus, ac nona quidem figura ipsius tuber ostendit.*
ε 5,6,7,10 *Sedes, qua secundæ uertebræ corpus deorsum porrigitur.*
ζ 9 *Sedes, qua tertiæ ceruicis uertebræ corpus decliuius fertur.*
η,θ,κ,9 *Superior tertiæ uertebræ corporis sedes sinuata. & η quidem sinum indicat θ uerò & κ utrinque prominentem ipsius processum.*
λ,μ,ν,10 *Anterior secundæ uertebræ corporis sedes, in qua λ prominens indicat tuber, μ uerò & ν utrinque depressa tuberis latera.*
ξ,π 8 *Duo apices spinæ tertiæ ceruicis uertebræ.*
ρ 8 *Inferior corporis tertiæ ceruicis uertebræ sedes. superior autem numeris 1,2 insignitur.*
ς 8,9 *Sinus inferiorem partem constituens foraminis, quo tertium dorsi neruorum par exilit.*
τ,τ 7 *Sinus superiorem dicti iam foraminis partem efformans.*
1,2,3 &c. *Hi characteres in octaua figura, processuum tertiæ ceruicis uertebræ numerum indicant. Quandoquidem 1,2 notantur duæ eminentes partes superioris sedis coporis uertebræ. 3,4 duo ascendentes processus. 5,6 duo descendentes processus. 7,8,9,10 transuersi processus. 11 spina.*

Homo pulmonis occasione collo donatur.

PVLMONIS, qui in thoracis cauitate reponitur, occasione, homini collum dari, hinc potissimum constat, quòd hoc perpetuò cum illo deperditur. Quum enim [a] asperam arteriam, qua inspirantes, aerem attrahimus, & expirantes, eundem rursus efflamus, ab ore in pulmonem ferri oportuit, necessariò quoque spacium aliquod inter hunc & fauces intercedere debuit. siquidem homo opportuna per longum canalem, seu fistulam potius, efflatione (quæ uocis est materia) donandus fuerat: qui tantam colli nanciscitur longitudinem, quanta asperæ arteriæ ad uocis generationem ex usu est. Præterea quum partes scapulis conterminas, & brachia, & septum denique transuersum, [b] neruos à dorsali medulla collum perreptante adipisci oportebat, illorum quoque propagationis causa, necessum fuit, in spacio inter caput & thoracem medio uertebras reponi, quibus collum ceruix'ue hominis texeretur. Non enim hic auium quadrupedumque, quibus longa obtigerunt crura, colli usum recensere propositum est: quamuis interim collectu promptum sit, Naturam illis, quòd manibus carent, colli maxillarumque longitudine ad cibum assumendum prospexisse, haeque ratione illis pluribus uertebris quàm homini collum extrui. Constat autem humana ceruix [c] uertebris septem: in quarum historia eam quoque occipitis ossis [d] partem complectar, quæ primæ articulatur uertebræ, quæque ad ambo [e] foraminis sui, quo dorsalis medulla in dorsum procidit, latera, unum obtinet [f] capitulum, magis ad [g] anteriorem foraminis sedem, quàm posteriorem uergens. Capitula hæc, si [h] priorem [i] posterioremque ipsorum sedem spectes, oblonga sunt, & arcta, sicque prorsus extructa, ac si rotundum aliquod ossis caput (quale femoris est coxendicis ossi [k] articulatum) in duas partes discinderes, ac utrinque ad foraminis in occipitis osse cælati latera, unam illius capitis partem reponeres. Si enim utraque occipitis ossis capitula internis lateribus iuncta fingeres, ex ambobus rotundum quodammodo caput tibi consurgeret, adeò ut constet utrunque capitulum esse oblongum, [l] interioriq; latere magis quã [m] exteriori ad eum modum protuberans, quo rotundi alicuius capitis in tota ipsius superficie media, magisque prominens pars, proceriùs, quàm partes in orbiculo positæ, exeritur. Hęc capitula, uti mox dicemus, [n] primæ articulantur uertebræ, quæ reliquis omnibus dorsi ossibus undique solidior est, & densior, formaque à cæteris omnibus plurimùm differt. [o] Foramen namque ipsi, dorsalis medullæ gratia incisum, obtinet amplissimum, quòd hæc etiam inibi reperiatur crassissima. Deinde ipsius corpus posteriori sua sede, qua dorsalis incedit medulla, admodum [p] excauatur, ut insignis secundæ uertebræ [q] processus, quẽ dentem appellabimus, axis alicuius modo in primæ uertebrę reponatur corpore, hæcque (uti postea docebimus apertius) unà cum capite ad illum circumuertatur. Quod ut fieret commodius, anterior excauatæ in primæ uertebræ corpore regionis sedes [r] sinum obtinet leuiter incisum, & chartilagine incrustatum, cui [s] anteriorem dentis illius sedem extuberantem, chartilagineque oblitam, conguere audies. Cæterùm ne prima uertebra in suo corpore sic excauata, & corpore propemodum hac occasione destituta, plus æquo imbecillis inualidaque redderetur, [t] processu quodam & tuberculo in anteriori sede augetur, cuius beneficio illa extra reliquam anteriorem uertebrarum sedem crassescit, robustiorq; efficitur: præterquàm quod ipsum etiam accommodum sit suscipiendæ insertioni, [u] primi dorsum mouentium musculorum paris. Galenus uerò in quarto de administrandis dissectionibus, tuberculum id in hoc exertum docet, ut nimium capitis flexum prohiberet, caputque in flexione sustineret: aut in causa esset, ut flexum caput, alacriùs denuò in posteriora sursum reflecteretur. quum interim nulla ratione caput in ullo ipsius motu tam laxè inclinari possit, ut tuberculum illud contingat: tantum abest, ut tuberculum ipsi à Galeno ascriptum usum præstet. Quãquam etiam quousque is capitis motus sit assecutus, ad Capitis finem non leuibus occasionibus subijciam, reliquo totõ capite orationis contextum dissentientibus mihi Galeni placitis alioquin non interturbaturus. Prima itaque uertebra ad latera [x] cauitatis, quà secundæ dentem admittit, est ualidissima, & pro sua proportione crassissima, & utrobique [y] unum ostendit sinum, quo sui lateris occipitij ossis capitulum excipitur.

Ceruicis uertebræ septem.

Occipitis ossis capitula, quæ primæ articulatur uertebræ.

Primæ uertebræ foramen, dorsalem transmittens medullam.

Qui ipsius corpus excauatur, ut secundæ uertebræ dentem excipiat.

Corporis ipsius sinus.

Tuberculum.

Sinus, quibus occipitis os inarticulatur.

a *Hãc ostẽdit fig. 1 ca. 38. Vasa autem per collum repentia, & pulmones, figcalci 2 libr. apposita, ut & illa quæ 4 lib. sinã in fuitur.*
b *2,3 fi. capiti 11 præpositæ π, ρ, ς, τ, φ, *, x, deinn.*
c *fi. ca. 14 A, B. & in tribus intergris ab I ad K.*
d *tota 1 fi.*
e *1 fig. A.*
f *dextrum 1 fi. B ostenditur.*
g *uersus G 1 fig.*
h *1 fig. C.*
i *1 fig. D.*
k *1, 2 fig. cap. 30 A.*
l *1 fig. •*
m *1 fig. •*
n *tota 2, 3, 4 figura.*
o *2,3,4 figur. I.*
p *2,3 fi. K.*
q *7, 10, 11 fig. Γ.*
r *3,4 fi. L.*
s *5 fig g.*
t *2. 10 fi. M.*
u *8 musc. tab. A, B.*
x *3 fi. K.*
y *2,3,10 fi. dextrum notant O.*

cipitur. Vt uerò ſinus capitulis exquiſitè reſponderent, ipſi (ſi [z] priora [a] poſteriora q́ue ſpectes) oblongi ſunt, & [b] exterioribus lateribus aſſurgunt, [c] interioribus uerò cauantur, nõ ſecus profectò, quàm ſi am bo ſinus ex uno rotundo profundoq́ue ſinu eſſent diſciſi. Si enim coxendicis oſsis [d] ſinum diuideres, & utrinque in prima ceruicis uertebra unam ipſius partem collocares, iſti primæ uertebræ ſinus tibi conſtituerentur, in quibus occipitis oſsis capitula flectuntur & extenduntur, ſeu antrorſum retrorſumq́ue rectiſſimo, nulloq́ue pacto in latus inclinante motu aguntur. Ad exteriora horum ſinuum latera, prima ceruicis uertebra [e] tranſuerſos ſuos educit proceſſus: quorum unus utrinque eſt, multo proceriùs, quàm cæteri trãſuerſi uertebrarum ceruicis proceſſus, exertus, & craſsiuſculus: non tamen æquè in hominibus, ac in canibus caudatisq́ue ſimijs inſtar alæ cuiuſdam amplus. Educuntur autem traſuerſi primæ uertebræ proceſſus inſigniùs, ut ex abundanti, & præter reliquos ceruicis tranſuerſos proceſſus, commodam duorum muſculorum inſertionem ſinguli acciperent. Illis enim priuatim [f] quinta & [g] ſexta muſculorum caput mouentium paria inſeruntur. & non leuis portio [h] muſculorum ab ipſis enaſcitur, qui ſcapulas attolentium ſecundi numerabuntur. Proceſſus iſti magno perforantur [i] foramine, per quod [k] arteria & uena hàc caluariam pe tentes feruntur. Ad poſteriorem quoque ſinuum, quibus caput inarticulatur, ſedem, [l] ſinus utrinque in prima uertebra exculpitur, cui [m] alius in occipitis oſſe correſpondet, ad poſteriorem utriuſque capituli ſedem cælatus, & unà cum primæ uertebræ ſinu uiam præbens [n] primo neruorum dorſalis medullæ pari. Canibus uerò in prima ceruicis uertebra non ſinus tanto neruo cedens, ſed integrum foramen utrinque in ciditur, quòd illis prima uertebra, quum inſigniter ampla altaq́ue ſit, commodè perforari queat. Quamuis interim in homine maior uiæ neruum tranſmittẽtis portio in uertebra, quàm occipitis oſſe exculpitur. Hęc uiæ portio in uertebra occurrens, etiam ad poſteriorem [o] foraminis ſedem pertinet, quo tranſuerſus proceſſus eſt peruius: ut is non neruo duntaxat, ſed [p] uenæ etiam & arteriæ iter porrigat caluariam ſubeuntibus, per [q] foramen ad radicem capituli occipitis oſsis, poſteriori in ſede exculptum. Prima ceruicis uertebra, poſteriori proceſſu ob hoc inter reliquas uertebras ſola [r] deſtituitur, quòd is, quum nullius muſculi occaſione procul educi debuit, [s] tertium muſculorum caput mouentium par aculei modo uulneraſſet, & aptum quo id duceretur iter, ac ſedem occupaſſet. Ea tamen parte, qua aliæ uertebræ in poſteriorem proceſſum ſpinam`ve deſinunt, hæc [t] aſpera eſt, & ueluti acuta linea extuberat, quo facilius [u] quartum caput mouentium muſculorum par hinc principium ſumeret. In inferiori primæ ceruicis uertebræ regione, ſub duobus, quibus caput excipitur, ſinibus [x] alij totidem inſculpuntur, leuiter ac in ſuperficie tantum cauí, ob idq́ue etiam γλυφιδῆες appellati. Horum circumferentia orbicularis eſt, [y] in medio uix aliquid, quod dijudicari poſsit, caui obtinens, ſed [z] exteriora ſinuum ſupercilia longè inferius quàm [a] interiora deſcendunt. His ſinibus cartilagine obcruſtatis, [b] duo ſecundæ ceruicis uertebræ excipiuntur capitula, quæ ad latus corporis eius uertebræ habentur minimùm prominentia. Horum circumferentia ſinuum quo que modo orbicularis eſt, quamuis interim nonnihil [c] poſteriori parte extra circuli conuexum deduci uideatur. Ad hæc, [d] internum latus capitulorum elatiùs [e] exteriori latere aſſurgit. Verùm hæc laterum altitudo depreſsioq́ue non adeò inſignis eſt, atque ſuperciliorum primæ ceruicis uertebræ ſinuum. Deinde capitula in medio ſeu centro non æquè prominent, ac primæ uertebræ ſinus inter ſupercilia cauantur: non ſecus ſanè, quàm ſi capitulorum latera procerius quàm ipſorum medium exurgerent. Vnde etiam fit, in nudis oſsibus inuicem adaptatis, ſinus non adamuſsim capitulis reſpondere, & in illorum ſinuum medio ſpacium non prorſus oppletum dehiſcere. quod hominibus priuatim accidit: canibus autem & equis, alijsq́ue animantibus plurimùm caput circumducentibus, unum continuum amborum ſecundæ uertebræ laterum eſt caput, & ſinus quoque in prima ceruicis uertebra continuus apparet, capiti illi concinnè reſpondens. Hanc in hominibus inæqualitatẽ Natura ſubindę peculiari chartilagine corrigit, quæ præter chartilagines oſsibus cruſtæ modo obnatas, ſinũ & capitulum intercedit, ac ligamẽtis in orbem articulum continentibus duntaxat adnaſcitur, & ſuperius inferius q́ue admodum uiſcoſo humore, tanquam ſmegmate, oblinitur. In medio duorum ſecũdæ uertebræ capitulorum, ex ſuperiori corporis ſui regione, [f] proceſſus quidam inſignis & altus, admodumq́; ſolidus enaſcitur, quem quòd denti, ac potiſsimum hominis canino aſsimiletur, ὀδόντοειδῆ & ὀδόντα Græci uocarunt: quo etiam nomine Hippocrates ſecundam uertebram nuncupauit, non autem (ut Iulius Pollux, & Cœlius, diſſectionum prorſum imperiti malè recenſent) primam. Verùm alij hunc proceſſum à turbinis, ſeu nucis pinei imagine, κωνοειδῆ: alij, quòd cuſpidis pyramidis`ve, aut etiam oliuæ nuclei modo extuberat, πύρινον & πυρηνοειδῆ appellarunt. Proceſſus hic primæ uertebræ [g] cauitatem ſubit, quam illic haberi ſcripſimus, ubi primæ uertebræ corpus deberet conſiſtere, & ubi [h] ſinum illi inſculpi ſcripſimus, qui cartilagine oblitus, anteriorem dentis partem læui & lubrico [i] tubere capitulo`ve prominulam excipit. Poſterior dẽtis pars, è regione eius capituli [k] poſita, magis extuberat, craſsiorq́ue eſt, quàm ubi primùm is à ſecunda uertebra producitur. Hic enim utrinque ad latera ſingulos [l] ſinus, & [m] tertium in poſteriori ſede obtinet. Qui in dentis lateribus conſiſtunt, unà cum primæ ceruicis uertebræ ſinibus, qui ipſis reſpondent, [n] foramen utrinque parant, [o] neruulo tranſmittendo aptum, quem interdum hàc in [p] muſculos collum flectentes procidere uidimus, ſecundiq́ue paris neruorum dorſalis medullæ ſurculum cenſemus. Sinus uerò in poſteriori dentis ſede conſpicuus, in hoc exculpitur, ut ligamẽtum inſigniter ualidum ipſi firmius obuoluatur, quod ab uno primæ uertebræ latere, in [q] interna ipſius ſede, ad aliud tranſuerſim procedit, dentem accuratè in cauitate primæ uertebræ continens: & cauens præterea, ne is ſua ſede aberrans, dorſalẽ medullam hic comprimat. Cæterùm ut ligamentum aptius enaſceretur, prima uertebra [r] ea ſede, qua id

Hic peculiarẽ utriuſque lateris cartilaginẽ nonunquam à nobis ob ſeruatam depinximus.

Transuerſi primæ uertebræ proceſſus.

Via primi paris neruorum dorſalis medullæ.

Prima uertebra ſpinæ caret.


Sinus primæ uertebræ, capitula ſecundæ excipiẽtes.

Capitula ſecundæ.

Secũdæ uertebræ dens. Libro de Articulis.

Dentis cum prima uertebra contextus.

z 2 *fig.* O.
a 2 *fig.* P.
b 2 *fig.* R.
c 2 *fig.* Q.
d 1, 2 *fig. ca.* 29. *e, f, g.*
e 2, 3, 4, 10 *fig.* S.
f 14 *muſc. tab.* H, I.
g *eiuſdem tab.* K, L.
h 13 *muſ. tab.* Q.
i 2 *fig.* T. *k ultimæ fi. lib.* 3. *ſ.*
l 3, 10 *fig.* V.
m 1 *fi.* H.
n 3 *fig. ca.* 11. *lib.* 4 F, *dein* G.
o 2 *fig.* T.
p *ultimæ fig. lib.* 3 *ſ.*
q 2 *fig. ca.* 12 *f.*
r *ubi* X *occurrit in* 3, 4, 11 *fig.*
s 14 *muſc. tab.* A, B.
t 3, 4, 11 *fig.* X.
u 14 *muſ. tab.* G, F.
x 4 *fig. dexter* Y. *ſiniſter a, b notatur.*
y 4 *fig. inter a & b,*
z 4 *fi. b.*
a 4 *fig. a.*
b 5, 6 *fig. c dextrũ, ſiniſtr d, e, f.*
c 5, 6 *fi. f.*
d 5, 6 *fi. d.*
e 5, 6 *fi. e.*
f 5 *fi. g, n. & 6 fig. h, i, k, l, n. &* 10, 11 *fi.* I
g 3 *fig.* K.
h 3 *fig.* L.
i 5 *fig. g.*
k 6 *fig. h.*
l 5, 6 *figu. k, l.*
m 6 *fig. i.*
n 11 *fi. m.*
o 2 *fi. ca.* 11 *li.* 4 N.
p 8 *muſcu. tab.* A, n.
q 3 *fi.* K.
r 3, 11 *fig.* o, p.



Quamuis præsens figura priuatim secundo libro sit propria, illã tamẽ huc reposui, quod ijs quæ hic tradũtur ꝛ telligẽdis nõ medio criter iuuet. Significetur itaque ebi ter A, B, C, prima cernicis uertebra. D & D secundæ uertebra. G secunda corpus. H secundæ uertebræ dens. I teres ligamentũ à dente occipitis ossi insertum. K transuersum ligamentum, dentem in primæ uertebræ ſtringens.

id originem ducit, siue inseritur, aspera inæqualisque est, & foramen quoque non altè penetrans ostendit. [s] Superior dentis pars, seu ipsius apex, in mucronem testudinis capitis modo exacuitur, ut [t] altiùs extra primam uertebram prominens, robustum teresque educeret ligamentum, quod occipitis ossi ad [u] eam sedem inseritur, quæ in anteriori parte foraminis dorsalem medullam transmittentis, aspera leuiterque extuberans cernitur, modiceque insertionis finem admittit [x] primi dorsum mouentium musculorum paris. Eiusmodi itaque primæ uertebræ cum secunda contextus perficitur, qui uniuersus capitis subseruit motui, quo id ueluti ad axem unà cum affirmata tunc ipsi prima uertebra, supra secundam circumagimus. quæ in posteriori præcipuorum capitulorum, quibus primæ uertebræ articulatur, sede leuiter [y] exculpitur, ut commune cum prima uertebra [z] foramen utrinque constituat, quo [a] secundum dorsalis medullæ neruorum par primaria sua portione in posteriora labitur. Verùm maiorem huius foraminis partem prima efformat uertebra, insigniter satis ad posteriorem sedem sinuum, quibus secundæ articulatur uertebræ, [b] insinuata. Reliqua in secunda cerui uertebra commemoranda, cæteris etiam quinque inferioribus uertebris magna ex parte sunt communia. [c] Hæc enim similiter atque ✻ illæ, spinam obtinet: quæ hoc priuatim in ceruicis uertebris sibi uendicat, quòd suo mucrone [d] bipartitur, ac præcipuè secundæ uertebræ, triumque ipsi subiacentium spinæ. Sexta enim uertebra admodum obscuræ suæ spinæ diuisionem ostendit, atque adhuc multo minus septima. quæ priuatim hoc cum sexta sortitur, quòd ipsius spina plerunque donetur appendice, ac procerius educatur, quodammodoque ad superiorum thoracis uertebrarum [e] spinarum imaginem suo mucrone accedat. Superiorum uerò ceruicis uertebrarum spinæ appendicibus carent, & latæ, inæquales, asperæ, & (ut ita dicam) ramosæ, & inferiùs cauæ, & superiùs gibbæ cernuntur. In superiori dein sede secundum spinæ longitudinẽ longa extuberat linea, quemadmodum & sede inferiori, ut ambæ educendo admittendoque seruiant ligamento, quod spinarum occupat interualla, dextrosque spinis commissos musculos à sinistris dirimit. Cæterùm diuisionis in processulos potissima occasio, musculi censentur, in posteriori ceruicis sede repositi. ut enim hi promptius principium ducerent, & ualidius quoque in uertebrarum spinas insertionem molirentur, spinæ etiam in processulos dirimuntur. Atque id Natura in his colli uertebris peculiariter machinatur, quòd non adeò longas spinas à paruis illis uertebris, atque à thoracis lumborumque uertebris produce re tutum fuerat. Deinde maior musculorum copia, eaq; admodum uaria, in ceruicis posteriori sede, quàm in alijs dorsi partibus collocatur: quemadmodum ubi musculos, scapulas, thoracem, caput & dorsum mouentes persequar, auditurus es fusissimè. Porrò musculorum etiam gratia, secundæ uertebræ spina proceriùs, quàm aliquot ipsi succedentes spinæ, exeritur, cæterisque latior & crassior uisitur, quòd scilicet hæc primatim [f] tertio musculorum caput mouentium pari, & [g] sexto quoque principium præbeat. Ne tamen Natura iniustè ex gracili uertebra prolixiorem latioremque educeret spinam, ipsa secundam aliquot sibi subditis grandiorem effecit. quanquam id non tam spinæ producendæ gratia, quàm ut secunda articulatio ram semel ac iterum superiorem uertebram inferiore maiorem crearet. Secunda enim crassior, & maior uarem esse, suprà docuimus. Cæterùm transuersi processus in reliquis colli uertebris non admodum exporriguntur, [h] & in primis secundæ uertebræ, cui breuis & simplex utrinque transuersus obtigit processus. Videtur autem is in secunda uertebra minus quàm in alijs prominere, breuioréque esse, propter huius uertebræ capitulorum, quæ primæ sinus subeunt, amplitudinem, crassitiemque. Insuper ea capitulorum amplitudo in causa etiam est, [i] foramen quo transuersus secundæ uertebræ processus perforatur, non rectà, sed obliquè exculptum uideri, secus atque in prima ceruicis uertebra, [k] & quinque secundæ subiectis, quarum transuersus processus recto amploque foramine peruius est, quo solæ ceruicis ornantur uertebræ, ut [l] uenam arteriamque sursum ducant, quæ dorsali medullæ, ac tandem ipsi cerebro sanguinem spiritumque deriuant. Præterea quatuor uertebræ, quæ statim secundam sequuntur, hoc etiam peculiariter sibi uendicant, quòd illorum [m] transuersi processus ampli & bifidi sunt: non tamen, ut earundem spinæ, asperi & inæquales. Transuersi enim processus, forma inuicem respondent, & interior ipsorum pars semper latior est, elatiusque ipsa posteriori effertur. Spinæ autem partium impar in omnibus quasi uertebris est forma, & illæ perpetuò uarijs modis protuberant & exasperantur. Quamuis interim hæc transuersorum processuum amplitudo ac bipartitio eadem ratione accidat, qua spinas bifidas esse, prius relatum est, nimirum musculorum in primis ortus insertionisque gratia. Vt enim alios huius sedis præteream musculos, utrinq; transuersis uertebrarum processibus priuatim [n] duos committi, in secundo libro scribemus, quorum beneficio collum, & postea secundario motu caput in latera ducuntur. Hi musculi in utroque latere ita collocantur, ut unus anteriori transuersorum processuum sedi, alter uerò posteriori ascribatur. Septima interim ceruicis uertebra transuersos processus (qui canibus & simijs rarò perforantur) latos quidem obtinet, at admodum obscurè bipartitos. Quum enim ampli procerique sint, nulla incumbit necessitas, eosdem quoque bifidos fieri, præcipuè quando musculi collum in latus ducentes, non adeò ualidè septimæ ac cæteris committantur: quòd hæc obscurè, non secus quàm thoracis uertebræ, in latus moueatur. [o] Ascendentes [p] descenden-

Foramen, secundũ par dorsalis medullæ neruorum in posteriora trãsmittens.

Spina sex humiliorũ ceruicis uertebrarum.

Secundam uertebrã aliquot sibi subditis maiorem esse.

Transuersorum ceruicis uertebrarum processuum natura.

Foramen transuersorum processuum.

Ascendentium & descẽdentium processuum natura.

s 5, 6 fi. n.
t 10, 11 fi. T
u 1 fig. G.
x 8 musc. tab A, B.
y 6 fig. P.
z fi. 11 r.
a 3 fig. ca. 11 lib. 4 l.
b 4 fig. q.
c 5, 6, 7 figuris s.
* 9 fig. t. & 8 fi. characterе 11. d 8 fi ξ. π. e 1 fi. cap. 16 N, O, P.

Hæc erunt obuia, si 7 fig. spinam cum spinis cæterarũ figurarum cõtuleris. aut N, O, P. obserues 1, 2 figuræ capitis 16.

f 14 musc. tab. A, B.
g eadem tabula, K, L.
h 5, 6, 7 figuris u.
i 5, 7, 11 fig. x.
k 8 fig. a.
l ultima 3 lib. fig. s.
m 8, 10 fi. y, Z & 9 figuræ numeri 7, 8, 9, 10.
n 8 musc. tab. alter C notatur. 14 autem tab. alter N.
o 9, 11 fi. δ & numeri 8 fi. 3, 4.
p 6, 7, 9, 11 fig. γ.

ſcendentesque proceſſus,quibus uertebræ mutuò articulantur,in omnibus ceruicis uertebris ſecundæ ſubiectis ſibi ſimiles ſunt:& ſecunda quoque deſcendentes proceſſus obtinet,aliarum proceſsibus non diſſimiles.Qui itaque deorſum ſpectant,& ſubditam admittunt uertebram, orbiculari ſinu anteriori ſede inſigniter obliquè deorſum in poſteriora ducto,& nihil minus quàm altè cælato inciſo've,ornantur. Aſcendentes uerò proceſſus, qui incumbenti immittuntur uertebræ,capitulum orbiculare habent,quod adeò leuiter ſuperficietenusq; extuberat, ut ignores ſinuum'ne id,an capitum numero aſcribere debeas.Hoc capitulum aſcendentium proceſſuum ſinui cõgruit:& cartilagine perinde ac ſinus incruſtatum, ab anteriori ſede deorſum in poſteriora admodum etiam obliquè fertur.id quod non obiter cõſiderandum eſt. Nam obliquus ille ductus in ceruicis uertebris,quæ thoraci propiores ſunt, minor ſemper ac ſecundùm corporis longitudinem rectior euadit,quòd illæ uertebræ non adeò laxè ac ſuperiores moueri,atque ob id etiam non tam laxè articulari debeant. Verùm Natura non ſolum his uertebris laxiores communicauit articulos,ſed ut collum promptiùs omnino quàm reliquæ dorſi partes, inſigni uſu moueri poſsit,ipſa aliud inſuper colli uertebris priuatim elargitur. Quum enim uertebrarum thoracis & lumborum corpora inuicem planis minimeq; extuberantibus committantur ſuperficiebus, ad eum modum, quo duo ampli aſſeres mutuò incumbunt, Natura q inferiorem ceruicis uertebrarum corporis partem oblongam,capitisque alicuius articuli ad motum euidentem facti ritu,extuberare uoluit, ac r ſuperiorem corporis uertebrarum partem amplo ſinu ita excauauit,ut oblongum ſuperioris uertebræ corpus in hunc ſubditæ uertebræ ſinum ingrediatur,uertebrarumque compago ad motum,potiſsimùm uerò lateralem,& qui uerſus humeros ſit,promptior conſurgat. Atque hæc compago,quæ etiam,ut in thorace & lumbis, ſ carti laginei,& impenſe craſsi,pulchreque uiciſsim cedentis & aſſurgentis ligamenti perficitur interuentu, in ſecundæ uertebræ cum tertia,& deinde in aliquot ſubiacentium uertebrarum corporibus magis eſt conſpicua.Colli autem ſeptima,primæ thoracis quaſi omnino plana innititur ſuperficie, ac etiam ipſius corpus elatiori ſede non adeò atque ſuperiorum uertebrarum excauatur:idque præcipuè accidit, quòd ſuperiores laxius inferioribus moueri,ex uſu ſit.Quòd uerò ſecundæ uertebræ corpus in s anteriori ſede non planum reliquorum ceruicis uertebrarum corporum modo uiſitur, at tubere ſecundum longitudinem ducto, amplioris lineæ forma eminet,& utrinque ad eius tuberis latus deprimitur, t muſculi illi in cauſa cenſendi ſunt,qui collum flectentes,& hac ſede coeuntes,in iſtam uertebræ corporis formam ualidius inferuntur.Verùm quum tertia ceruicis uertebra ſecundæ ſubiaceat,& utriuſque lateris collum flectens muſculus ſupra hanc etiam inferatur,non mirum eſt,anteriorem corporis tertiæ uertebræ faciem ſecundæ uertebræ nonnihil eſſe conſimilem:imò dictorum muſculorum occaſione anteriorem omnium ceruicis uertebrarũ ſedem ueluti compreſſam,non autem ut thoracis lumborumque uertebrarum, ſemicirculi, aut potius noſtri C inſtar,protuberantem uideri.Quæ quum ita ſe habeant, neminem latet, omnibus ceruicis uertebris non eundem proceſſuum obtigiſſe numerum.Ne autem aliquid hic prætermiſiſſe uidear, neceſſum fuerit uel Galeni nomine,alicuius uertebræ ceruicis proceſſus ita recenſere,ut undecim numero in illis proceſſus adinuenias:totidem namque his uertebris à Galeno aſcribuntur.Aſſumito itaq; tertiam, aut quartam, aut quintam,aut ſextam colli uertebram,ac primùm duos numerato proceſſus in ſuperiori corporis ſede, utrinque uidelicet unum ad latus cauitatis,cui incumbentis uertebræ oblongum corpus inſidet. tertium autem & quartum recenſe duos aſcendentes proceſſus, qui incumbentem ſubeunt uertebram. quintum uerò & ſextum,duos deſcendentes,quibus ſubditæ uertebræ aſcendentes proceſſus excipiuntur. Porrò ſeptimum, octauum,nonum & decimum,numerabis tranſuerſos proceſſus:qui quum utrinque ſint ſinguli, ac illi rurſus gemini bifidique cernantur,quatuor conſtituunt proceſſus. undecimus erit ipſa ſpina. Verùm quum uertebræ,quibus geminus utrinque tranſuerſus accidit proceſſus, ſpinam quoque u bipartitam gerant, nihil obſtiterit,cur minus hic duodecimum quoque fingas,Galeni numerum aucturus. Item quia x oblongum uertebræ corpus inferiori ſede proceſſus modo quoque educitur,quid prohibebit, & id pariter de cimitertij proceſſus loco,cæteris adijcere?Quòd autem in prima ceruicis uertebra,& ſecunda,ſeptimaque, alius proceſſuum obſeruetur numerus,isque adhuc uarius,citra negotium ex his quæ hactenus ſcripſimus, promptè colligitur. y Foramina in uertebrarum lateribus,neruis à dorſali medulla tranſmittendis, & uenis quoque ac arterijs ad illam admittendis parata,eadem ſerie ſub ſecunda ceruicis uertebra ad ſacrum uſque os conſtituuntur.Inter latus enim poſterioris ſedis corporis uertebræ, & aſcendentes deſcendentesq; proceſſus,ſinus quidam z ſuprà a infraque in ambobus lateribus exculpitur, qui cum proximæ uertebrę ſinu commune foramen efformat,quo neruus proſilit.Verùm ſinus iſti in omnibus uertebris non pari ſe habent modo: in ceruicis enim uertebris ſemicirculus in ſuperiore uertebra,& ſemicirculus in inferiore exculpitur, utraque uertebra parem operam ad foraminis conſtitutionem præſtante. Aut ſi quis adamuſsim ſingula excutiat,inferior uertebra in ceruice paulo maiorem portionem foraminis conſtituit,ipſa ſuperiore. b Sinus enim in ſuperiore uertebræ parte, c inter proceſſum aſcendentem, & proceſſum quem elatior corporis uertebræ pars producit, exculptus, profundior eſt d ſinu qui e inter deſcendentem proceſſum & corpus uertebræ celatur. In lumborum uertebris contraria eſt ratio: ſuperior enim uertebra ſuperiorem foraminis ſedem lateraque efformat, inferiore interim uertebrã duntaxat inferiorem foraminis partem, ſeu ueluti tertiam ſolum circuli portionem, conſtituente. Sinus enim in illis uertebris inter corpus ac deſcendentem proceſſum exculptus,multis numeris eius cauitatem ſuperat, qui in ſuperiore uertebræ parte inter corpus ipſius & aſcendentem proceſſum occurrit. Thoracis autem uertebræ medio ſe habent modo:quæ enim ex illis collo propius accedunt, colli uertebris hoc neruorum foramine

Hic confer ceruicis uertebras, thoracis & lũbarum uertebris figu. cap.14. q 9 fig. ζ. & 8 fig. ρ. r 9 fig. ν, θ, ξ. Nonæ autẽ figuræ numeri 1,2 s fi.ca.14 R.R. s 5,10 fi. λ,ν,ν. t 8 muſcu. ſub.A, B.

Corporum ceruicis uertebrarũ contextus.

Obſeruato hic 8 figuram, cuius numeri proceſſus ſeriatim denotãt

Proceſſuum numerus.

Lib.13.de Vſu partiũ.

u 8 fi.ξ,π. x 8 fig. ρ, & 9 fig. ζ.

y fi.ca.14 Q.Q.

z 8,9 fi.s. a 7 fig. τ.

b 8,9 fi.s. c 9 fig. inter δ & θ. d 7 fig. τ. e 7 fig. inter β & ε.

Foraminũ neruos in latera tranſmittentium natura.

In colli uertebris.

In lumboriũ uertebris.

In thoracis uertebris.

respondent:quæ iuxta lumborum uertebras consistunt,lumborum etiam uertebris in foraminis forma assi
milantur.Quamobrem uerò Natura,in alia sede neruorum foramina f inter occipitis os & primam uer-
tebram,ac rursus g inter hanc & secundam cælauerit,quàm in reliquis uertebris,cuiuis obuium esse arbi-
tror,qui primæ uertebræ cum capite,& eiusdem uertebrę cum secunda, articulorum compagem sedesque
intellexerit.Hæ namque liquidò commonstrant in lateribus articulo occupatis, uertebras illas insculpi
neutiquam potuisse,nisi prorsus infirmum inualidumque Natura hic fecisset contextum, & mutuo ossium
in assiduis motibus affrictu,neruos rumpi uitiariique cupiuisset.Qua uerò prouidentia hæc foramina h in
sacro osse exculpsit,in eius ossis historia percurram.Cæterùm quod ad præsens Caput adhuc spectat, colli
Vertebrarũ appendices. uertebræ aliud nihil sibi priuatim asciscunt.Nam etsi illarum uertebrarum secundam sequentium corpo-
ra superius inferiusque,& ipsius etiam secundæ corpus infrà appendices in minoribus natu ostendant, id
Vertebram i pueris pluribus constare ossibus. quoque omnibus thoracis & lumborum uertebris commune est. Quemadmodum & uertebras non uno
osse in puerulis efformari,omnibus commune est uertebris.Prima enim ceruicis duobus constat ossibus,
inuicem appendicum more commissis,ubi primæ i anterior pars consistit, & k quà aliæ in spinam exa
cuuntur. l Reliquæ autem ceruicis & thoracis & lumborum uertebræ,preter appendices,tribus extruun-
tur partibus.Vna enim linea cartilagine oppleta,à foramine dorsali medullæ parato ad spinæ usque apicẽ
pertinet.Aliæ autem duæ ab eodem foramine productæ,corpus uertebrę à duobus transuersis processibus
reliquisque uertebrę posterioribus partibus dirimunt.Cæterùm in ętate paulo prouectioribus, hec ossium
Vertebrarũ in senibus nexus. frequentia aboletur:appendices tamen etiam uigoris tempore aliquando non ita difficulter distinguun-
tur.In senibus autem non solum appendicum connexus obliteratur, uerùm uertebrarum corpora aliàs ma
gno interuallo ob m cartilaginei ligamenti interuentum dissita,adeò coalescunt, ut modò tres, modò
quatuor uertebras in illis ita concreuisse,ac simul in cœmiterijs effodi uideas,ut inuicem diuelli nequeant.
Coalitus iste quorundam tempore pronascentium processuum fit interuentu, quos corpus unius uertebræ
ab externa ipsius superficie in aliud producit.Cæterùm coalitum hunc in causa esse,cur minus dorsum mo
ueant senes,& quòd nequaquam dorsum extendant,ipsique magis incuruentur, neminem ambigere reor,
præcipuè si quis aliquando gibbosi uertebras inspexerit,hasque incuruatas,quodammodoque luxatas,suis-
que corporibus pertinacissimè unitas.Quanquam ad hæc,difficilem in senibus motum augent ossium su-
perciliorum mira asperitas,& ossium tubercula,quæ capita in suis sinibus moueri prohibent. Postremò &
Quæ hoc Capite Galeni scriptis parum conueniunt. Lib. 12. de Vsu partiũ. 4 de Admin st.dissect. l 6.de Ossibus, cap. 8. insignis ligamentorum durities prompto uertebrarum motui obstat. Huic Capiti modò finem imponerẽ,
si in ceruicis uertebrarum historia mihi prorsus cum Galeni scriptis conueniisset.nam ut pleraque taceam,
quibus Galenum ex primæ uertebræ transuersorum processuum amplitudine, ex uijs ramos primi paris &
secundi dorsalis medullæ neruorum transmittentibus,ex septimæ uertebræ transuersi processus perforatio
ne,eiusmodique non paucis,simias potius & canes,quàm hominem in illis uertebris descripsisse, leui nego
tio ostenderem,neutiquam prætereundum est,Galenum de Capitis supra primam uertebram,& primę uer
tebræ supra secundam,& dein reliquarum ceruicis uertebrarum motibus,longè secus ac ego sentire.Quin
imò id tanto diligentius uenit expendendum, quanto maiori studio Galenus, diligentem & eruditum so
lertemque & industrium requirit auditorem,qui ea capere possit,quæ in duodecimo de Partium usu libro,
de capitis motibus pertractat.Quid multa? tam paucos quæ inibi docentur assequuturos contendit, ac ue
lut rei difficultate lectorem,eumq; in primis qui in Mathematis & demonstrandi methodo parum est exer
citatus,ita deterret,ut nemo non conari debeat ipsius sensa eruere,ac denique num ex merito ab illis tan
Galeni de capitis motibus sententia. topere declinem,hunc in modum mecum obseruare.Galenus capiti duos motus ascribens, unum in an-
nuendo renuendoque,alterum in latera fieri docet.ac prioris quidem loco eum habet, quo caput antror-
sus flectimus,inclinamus,annuimusq;,ac deinde quo caput retrorsum reflectimus,& reclinamus, ea pror-
sus functione,qua Thraces & Cretensium plerique hac etiam ætate abnuunt.Illi enim abnuentes,in poste
riora caput rectà remouent,subleuant'ue:non autem ut nos,id circumagunt,seu circumducunt. Cæterùm
altero motu Galenus illum subaudit,quo caput in latus inclinamus,ac ueluti humeris seu scapulis admoue-
mus.Quòd autem hæc de laterali motu,atque adeò de renuendo annuendoque ipsius sit sententia, ex quar
to de Administrandis sectionibus libro doceberis,si modò accuratè expendas,quo situ Galenus occipitis
ossis capitula,quæ primæ uertebrę inarticulantur,locari,assurgere,innitique asserit,quum in hoc illud've la
tus caput agitur,& quum ex Galeni placito renuimus annuimusve: qui priorem motum, qui annuendo re-
nuendoque fit,secundæ ceruicis uertebræ beneficio,aut supra secundam perfici affirmat: posteriorem ue-
rò,quo caput in latera ducitur,supra primam ceruicis uertebram fieri ait:quemadmodum cùm ex pluribus
ipsius locis,tum præcipuè ex quarto de Administrandis sectionibus libro colligere promptissimum est. Vt
enim illos libros omnium postremos scripsit, ita quoque suam sententiam & breuius & apertius in illis,
quàm aliàs,explicuit.Num uerò hoc eius placitum ueritati sit consonum,ipse nunc mecum inquirito: ali-
Alia quàm Galeni de capitis motibus sententia ter multo quàm Galenus,capitis motus constituens.Caput itaque aut primario motu quiescente collo mo
uemus,aut secundario,quum scilicet caput colli motum sequitur,etiamsi id in aliam partem, quàm collum
mouetur,ducere coneris.Proprij capitis motus duo sunt.priore id antrorsum flectimus, retrorsumque in-
clinamus,extendimusve: quem motum conficis aut rigido immotoque collo,aut collo etiam simul moto,
siue id pari motu cum capite agas,siue contrario.Quamuis enim in anteriora collum ducas, caputque ne-
cessariò collum insequatur,nihilominus tamen caput proprio motu in posteriora possis reflectere, & unà
promptè obseruare,collum & caput seorsum proprios & priuatos in flexu reflexuque motus obtinere. Al-
ter proprius capitis motus,is censendus est,quo caput ita quodammodo circumducimus, in gyrumve agi-
mus,ac rota ad axem reuoluitur,quemque etiam quiescente collo obibis,si modò dextra, modò siniſtra ui-

cissim

f 2 *fig. u.* 11 *li.* 4 R. & 3 *fig.* I.
g 2 *fig. a.* 11 *li.* 4 R. & 3 *fig.* L.
h 2 *fi. a.* 11 *li.* 4 *de structur.* 25. *ad* 30 *usq;.&* 3 *fig.* E. *ad* 56.
i 2 *fig.* M. 3. 4 *fig.* L.
k 3. 4 *fi.* X.
l *prima linea,in 7 fi. à foramine illo per s de ceretur. secũda autem & tertia à foramine p* T *&* 7.
m *fig. a.* 14 R.

ciſsim intueri ſtudueris,caputve circumuerteris.Præſens motus capiti omnino eſt proprius, & collum illo deſtituitur.unde etiam quocunque modo collum moueris, hic capitis circumactus commodè perficitur. Flexo enim collo,capiteq; cum illo inclinato,id facilè in gyrum ducis.ſic etiam, ſi collum fuerit extenſum aut in latus humero admotum,caput promptè circumagis.Cæterùm ut caput uno motu, qui circumactu fit,priuatim donatur:ita collum quoque peculiarem motum,quo in latus ueluti ad humeros ducitur,ſibi uẽ dicat.Caput enim nullum propriũ obtinet motum,quo in latus inclinatur,ſed colli tantum beneficio, motuque ſecundario illuc fertur.Nobisque denegatum eſt,caput huic illive ſcapulæ uel minimum, niſi collo illuc ducto,admouere.Duobus itaque proprijs motibus caput donatur:quorum priorem, qui flexione ac reflexione perficitur,capitis cum prima ceruicis uertebra,articulorum beneficio,celebrari diximus: uti poſteriorem motum,quo caput in gyrum agitur,ſupra ſecundam ceruicis uertebram,uelut ad axem confici, relatum eſt.Mea itaque ſententia duplicibus capitis cum prima uertebra articulis caput flectitur & extenditur,ſeu antrorſum retrorſumque rectiſsimo motu ducitur.Nulla autem ratione illorum articulorum ope in latera fertur,quamuis id Galeno tot locis ſit proditum.Immoto namque collo, caput ne tantillum quidem in latera mouere poſſumus.Et,ſi caput ſupra primam uertebram in latus ageretur,quis ambigit, in eo motu primam uertebram debere immotam ſeruari?ſi modò in motu alterum articuli os oportere quieſcere,Ariſtoteles in libro de Communi animalium greſſu,rectè demonſtrauerit.Præterea, quum primæ uertebræ cum capite articulationes ſint eiuſmodi,ut ne minimo quidem temporis momento paruam exarticulationem ac luxationem ſuſtineant,quin homo mox reſpirationis expers, mutus, & abſque motu & ſenſu,tanquam affecta neruorum radice,reddatur,qui poterimus cum Galeno Naturæ tantam imponere oſcitantiam,ut fateamur eam in digniſsimis totius corporis articulis ita dormitaſſe,ut neceſſum ſit,oſsis quod mouetur caput,ex ſinu,cui aliàs inarticulatur,ita debere ſubleuari,ut ſinum non amplius contingat, ipſiq; non aliqua ex parte ita firmetur & inſiſtat,ut reliqua omnia ὀſſa penitus ex ſuo ſinu neutiquam in concreditis ipſis motibus abſcedere dehiſcereve nouimus? Galenus namque caput ſupra primam uertebram in latus duci arbitratus, in quarto de Adminiſtrandis diſſectionibus aſſerere coactus eſt, capite in dextrum latus ducto,dextrum tunc occipitij oſsis capitulum in dextrum primæ uertebræ ſinum ſtringi, ſiniſtrum uerò capitulum ex ſiniſtro ſinu aſſurgere:& contrà,ſi quando caput in ſiniſtrum latus inclinatur. Non igitur huic gemino capitis cum prima uertebra articulo motum in latus,ſed ſimplicem flexum & reflexum tribuamus:& in Galeni excuſationem haudquaquam ſtudeamus hic comminiſci, ab illo motum in latera intellectum,quem ego in gyrum & circumactu fieri dico:neque etiam illum motum ſupra primam uertebram fieri,cum Iulio Polluce concedamus.Præter id enim quòd Galenus illum motum minimè lateralis motus loco habuit,quis adeò ſtupidus eſt,ut duo oblonga occipitis oſsis capitula mutuò diſtantia, & duos primæ uertebræ ſinus altos,ſeu profundos,& ſimiliter oblongos,ac ab inuicem lato interuallo diductos ſubeuntia,circumagi poſſe autumet? Quis enim unquam circinum utriſque cruribus aſſeri infixum, circumduci animaduertit? Neque eſt quod quis Galeno patrocinaturus,occipitis capitula ſibi depreſſa planaque confingat,hacque ratione caput ſupra primam uertebram circumagi poſſe contendat. quum Galenus inter reliqua oſsium capita,κορώνης nomine uix ulla unquam dignatus ſit, præter hæc occipitis oſsis capitula, quæ paſsim κορώνας (ſed non rectè admodum) uocat,eo nomine raros,qui in canibus potius quàm hominibus occurrunt,oſsis occipitis capitulorum mucrones inſinuans.Quod uerò ad primæ uertebræ cum ſecunda contextum attinet,neutiquam cum Galeno annuere poſſum,caput quouis tandem pacto illius auxilio flecti, & in poſteriora reclinari.Quandoquidem ſi ſingula in horum oſsium fabrica perquiſiueris, ſecunda ceruicis uertebra tibi trabem referet,cui terræ infoſſo axem infigimus.Ipſe autem dens,axis erit:prima uerò uertebra (cui caput in hoc circumactus motu,ac ſi cum illa unum idemque eſſet corpus,iungitur) trabi aſsimilabitur ad axem reuoluto.Dein ligamentum denti tranſuerſim obductum, abundè commonſtrat primam uertebram nequaquam ſuper ſecundam flecti.ſi modò quieto dente,prima uertebra antrorſum retrorſumque in flexu mouenda eſſet.Quis enim ambigit,ligamentum id dentem in primæ uertebræ cauitate continere? & illi non tantam laxitatem (etſi Galenus ipſi eam tribuat) aſcribi poſſe, ut primam uertebrã adeò à dentis contactu in anteriora ferri ſinat,ut caput iuſtum experiatur flexum? Porrò iam duo apud Iulium Pollucem nomina mihi ſuccurrunt,quorum unum primæ accommodat uertebræ,alterum ſecundæ. ac prima quidem ἐπιστροφεὺς ſecunda uerò ἄξων ipſi nuncupatur.Hæc nomina proculdubiò à ueteribus manarunt, qui pueros in Anatome exercebant,hoc quidem nomine uertebram uolentes innuere, ad quam uelut ad axem alia circumuertitur:illo autem uertebram,quæ tanquam ad axem circumuoluitur.Quòd uerò à ueteribus ante Galenum hæc nomina uſurpata exiſtimem,præter poetas,Celſus mihi autor eſt, qui, tametſi ipſius codex,ubi ceruicis explicat uertebras,uitiatus ſit,ipſeque minimè à ſe intellecta uerterit,attamen à ueterum quopiam eam ſententiam aſſumpſiſſe uidetur,quæ meæ ac ipſi denique ueritati eſt proxima. Quòd autem Natura flexum tantum & reflexum,non uerò inſuper alios duos motus, quorum alter in latera, alter in gyrum circumactuque fit,ſupra primam uertebram perfici uoluerit (quemadmodum brachium & femur triplici motuum differentia aguntur) hinc potiſsimùm factum ducito,quòd primam uertebram magis ampliusque quàm reliquas omnes,dorſalis medullæ cauſa,perforari operæ precium fuerit, quodq; ob id unus duntaxat rotundus amplusque ſinus in illa efformari nequiuerit,neque etiam occipitis os foraminis ſui occaſione in unum tantum grande caput extuberare potuerit.quod in illo primæ uertebræ ſinu, perinde ac femur in coxendicis oſsis ſinu,omni motus ſpecie ageretur.Quum itaque duplici articulo, dextro nimirum & ſiniſtro,caput iungendum erat,omnisque propemodum duplex articulus ſimplici ſolum motui (quum ille inſignis eſt) famuletur,meritò Natura caput ſupra primam uertebram flecti ac reflecti uoluit. Nam ſu-

Caput ſupra primã uertebram flecti, & reflecti non autem in latera, aut aliter duci.

Non ſemel in lib.de Oſſib. & 4 de Admin. diſſect.

Supra ſecũdam uertebram caput cum prima uertebra circumagi, neutiquam uero flecti & reflecti.

Lib.12.de Vſu partiũ.

Non potuiſſe caput ſupra primã uertebrã in latus duci, neque etiã circumagi.

pra hanc in latus moueri haud potuit: nisi Natura hic sui oblita, unum occipitis ossis capitulum in uno uer tebræ sinu stringi, aliud uerò capitulum egregiè attolli, ac à prima uertebra prorsus disiungi cupiuisset: quę aliàs semper studet, ut articuli ossa mutuò sint contigua, neque ab inuicem abscedant, & nescio quam ua-

Libr. 4. de Administr. dissect.

cuam à Galeno confictam sedem statuant. Præterea minus adhuc caput in gyrum supra primam uertebrā moueri potuit, nisi Natura acutum processum in capitis amplitudinem, qua cerebrum continetur, à prima uertebra produxisset, ad quem caput perinde ac ad axem uolueretur, ac deinceps alia quàmplurima nunc concinnè efformata, uitiare proposuisset. Super secundam itaque uertebram caput summo artificio in gy-

Non potuisse caput super secundā uertebrā flecti & reflecti, neq; etiam in latus inclinari.


rum mouetur. si enim flecteretur, dens dorsalem frangeret medullam. Quum enim quiescente dente, prima uertebra deorsum duceretur, posteriori sede sursum eleuata: tunc dorsalis medulla in primæ uertebræ foramine prorsus coarctata, compressaque abrumperetur. Dein prima uertebra supra secundam retrorsum nullo modo reflecti posset, nisi prima in anteriori sede, qua dentem continet, prorsus exculperetur: primaque tunc uertebra à dente non præpedita, retrorsum liberè duceretur. Addè, caput neutiquam in latus supra secundam moueri potuisse: eadem ratione qua probauimus, lateralem motum supra primam nequiuisse fieri. Aliàs enim necessum esset, primam uertebram in altero latere à secunda plurimùm attolli, quod pe-

Quibus uertebris motus lateralis committatur.

riculum nunc in circumactu non impendet. Lateralem itaque motum Natura non uulgari industria omnibus ceruicis commisit uertebris, quę singulę seorsum in latus moueri nequeunt: uerùm simul omnes succedentibus motibus illuc adeò concinnè inclinantur, ut caput secundario motu in latus citra omnem noxam ipsarum auxilio commodè feratur.

DE THORACIS VERTEBRIS.
Caput XVI.

PRIMA XVI. capitis figura



SECVNDA.

TERTIA.



QVARTA.



QVATVOR DECIMISEXTI CAPITIS FIGVRARVM, & earundem characterum Index.

DVODECIM thoracis uertebrarum eas hic delineauimus, quas ostendendæ illarum descriptioni sufficere duximus. Prima enim figura unā ex medijs thoracis uertebris anteriori parte delineatam ostendit, cui decem superiores thoracis uertebræ ferè correspondent.

Secunda, eandem uertebram, quæ prima explicatur figura, posteriori facie spectandam offert.

Tertia figura, thoracis undecima uertebra posteriori facie ostenditur.

Quarta, duodecimam thoracis uertebram posteriori facie expressam continet.

A 1,2,3 4 *In omnibus figuris A obseruatur, superiorem corporis uertebræ partem notans, cui inferior imagine correspon-*

Φ. *det. Φ uerò in tertia figura positum, appendicem notat superiorem corporis uertebræ, quæ adhuc post ossium coctionē & emundationem ferè relinquitur, & in humiliori corporis sede aliam habet sibi simulem.*

B 1 *Medium eius sinus, quem duobus uertebrarum corporibus communem esse dicemus, cuiq; costæ radix inarticulatur.*

C 1 *Eiusmodi sinus pars in inferiori uertebræ corporis sede sculpitur, quæ tanto minor est superiori parte B insignita, quanto communis sinus costæ articulandæ paratus, ad subiacentem uertebram magis quàm ad superpositam pertinet.*

D 3 *Sinus undecimæ uertebræ, cui undecima dextri lateris costa inarticulatur.*

E 4 *Sinus duodecimæ uertebræ, cui duodecima dextri lateris costa coarctatur.*

F 4 *Sinus asper & profundus, ex quo ligamentum prodit, duodecimam costam suæ connectens uertebræ.*

G 2, 3,4 *Asperum foramen, posteriori uertebræ corporis sedi, quæ dorsalem medullam respicit, incisum.*

H et I 1, 2,3,4 *Transuersi processus uertebrarum thoracis.*

K 1 *Sinus in apice transuersi processus, cui costa articulatur, conspicuus.*

L 1 *Sedes transuersi processus, quam gibbam esse dicemus.*

M 1 *Sedes transuersi processus caua.*

N, O, P 1 2 *Spina, seu posterior processus. ac in secunda quidem figura superior spinæ exprimitur sedes, in qua N & O & P tres lineas notant, triangularem figuram simul constituentes. & interuallum inter N ac O una est superficies superior, & aliud interuallum inter N & P altera est superficies superior. Verùm prima figura tertiam spinæ superficiem*

ciem notat, quæ inferior est, ac inter O & P consistit. Quod autem iuxta N in prima figura non umbratum cernitur, alterius superiorum superficierum est portio.

Q 1 Linea in tertia superficie extuberans, quæ aspera & inæqualis est.

R 3 Spina undecimæ thoracis uertebræ.

S 4 Spina duodecimæ thoracis uertebræ.

T, V 1 Vertebrarum thoracis, quæ supra duodecimam consistunt, ascendentium processuum anterior sedes.

X, Y 2, 3 Ascendentium thoracis uertebrarum processuum posterior sedes, quaeilli processus extuberant, & cartilagine incrustantur.

a, b 2, 3 Descendentium thoracis uertebrarum processuum exterior sedes.

c 1 Hic uidetur dextri descendentis processus anterior sedes, quæ cartilagine obducta sinuatur.

e, f 4 Ascendentes duodecimæ thoracis uertebræ processus, undecimam subeuntes uertebram.

g, h 4 Descendentes duodecimæ thoracis uertebræ processus, qui ascendentium primæ lumborum uertebræ processuum sinibus inarticulantur.

2 fig. cap. 14 C, D. in tegra fi. K. ad L. Dein totus uertebrarum cõtextus 1, 2 fig. cap. 19. b c Hanc molis differentiã ostẽdit 1 fig. integrarum, ac fi. ca. 14 d 9 fig. ca. 15 n, x, θ. e 1, 2, 3 fi. A. f 8 fig. ca. 15 ρ. & 9 fig. ζ.

THORACIS uertebræ numerantur [a] duodecim, præterquàm quòd aliquando, tametsi rarò, aliquibus uel deest una, uel supersit. Sed deesse rarius, quàm supersse, inuenitur. Non semel namque tredecim thoracis uertebræ mihi occurrerunt, quum interim hactenus undecim tantum nunquam uiderim. Neque etiam lumborum ceruicisque uertebrarum numerus tam crebrò, atque thoracis, excedit, quæ etiam omnibus suis partibus inuicem minimè correspondent. Primùm enim ipsarum corpora tantum magnitudine inter se [b] discrepant, quantum una, alia collo est uicinior. atque ita primæ thoracis uertebræ corpus magnitudine admodũ duodecimæ corpori cedit. [c] Deinde corpus primę, superiori sua sede, qua septimæ ceruicis connectitur, non omnino planum est, sed modicè utrinque ad latus extuberat, ceruicisq; uertebrarũ [d] corpora obscurè imitatur. Inferior autem sui corporis pars, plana constat superficie, [e] uti & inferior superiorque omnium thoracis uertebrarum corporum superficies. Nullum enim thoracis uertebrarum corpus inferiori parte, uel leuissimè deorsum exeritur, inque subsequentis uertebræ corporis sinum ([f] ceruicis uertebrarũ ritu) desinit. Vtcunq; etiam aliter Galenus atteste tur, parem quasi articulationem thoracis uertebris tribuens, quã præcedente Capite ceruicis uertebrarum corpora moliri docuimus. Ad hæc, primæ secundę que thoracis uertebræ corpus non adeò anteriori parte orbiculatim prominet, ac reliquarum thoracis uertebrarum corpora, quæ multo magis quàm supremarum corpora ad semicirculi, seu potius literæ C conuexi imaginem accedunt, proceriusque in thoracis cauitatem protuberant. Videntur enim duæ superiores thoracis uertebræ ceruicis uertebrarum modo, in anteriori corporis sui sede depressæ, multoque magis conuexum semiparenthesis (, quàm C exprimere. Quod ipsis priuatim cùm articulationis laxo motui aptæ gratia, tum [g] musculorum collum flectẽtium occasione euenit: qui ita primarum thoracis, omniũq; ceruicis uertebrarum corporibus utrinque insternuntur, ut liquidò ea corpora ab illis in planum comprimi constet. Præterea omnibus thoracis uertebrarum corporibus hoc commune accidit, quòd utrinque sinus habeant, costarum capitibus inarticulãdis aptos. Verùm ut hęc in illo articulo uariant, ita etiam ijsdem omnino sinibus non omnes uertebræ decorantur. Vbi enim prima thoracis uertebra secundæ committitur, & secunda tertiæ, atque ita deinceps ad nonæ usque cum decima connexum, [h] sinus quidam in ambobus lateribus iuxta [i] foramina neruos transmittentia insculpitur, utrarumque inuicem colligatarum uertebrarum corporibus communis, ac partim in superioris uertebræ corpus, partim in inferioris excisus. quanquam interim grandior ipsius portio ad inferiorem potissimùm pertineat uertebram. Sinus iste cartilagine incrustatus, obtusi anguli penè forma cælatur, quemadmodum & costarum [k] capitulum sinum subiens, anguli obtusioris modo extuberat. Cæterùm prima thoracis uertebra cum undecima & duodecima hoc habet proprium, quòd utrinque peculiarem offerat sinum, proximis ipsi uertebris non communem, in ipsiusq; duntaxat corpore incisum. Ad superiorem enim sedem corporis primæ thoracis uertebræ, sinus utrobique exculpitur rotundus, & satis insigniter cauus, ac denique cartilagine oblitus, cui primæ thoracis costæ radix rotundo capitulo inarticulatur. Deinde ad inferiorem huius sinus sedem alius insigniter profundus conspicitur, asper, & foraminibus quibusdam inæqualis, nullaq; cartilagine inunctus: à quo ualidissimum prodit ligamentum, costam in suo sinu robustissimè stringens. Pari ratione rotundus sinus in duodecima tantum uertebra, duodecimæ costæ gratia insculptus, ad inferiorem ipsius sedem, alium quoq; aspe rum, sed minus inæquali primæ uertebræ sinu, profundum adipiscitur, ligamenti duodecimam costam firmius uertebræ adnectentis nomine cęlatum. Postremò thoracis uertebrarum corporibus etiam substantię ratione quædam accedit differentia. quanto enim cuiusque uertebrę corpus grandius maiusq; est, tanto etiam minus apparet solidum, sed fungosum, & multis inæqualibus uarijsq; foraminibus incerta serie punctum, in quę uenę arterięq; corpus uertebrarum enutriturę subintrant. Nisi enim uasorum furculi crassorũ ossium substantię insinuarentur, impossibile esset, mediam intimamq;, & à superficie remotissimam ossis sedem, sibi nutrimentum (quandoquidem ita à uasis ossa perreptantibus distat) allicere. Inter cętera huius generis foramina, nullibi insigniora se offerunt, [l] quàm in posteriori corporis uertebrarum regione, dorsalem medullam respiciente. in qua plurimis uertebris unum peculiare cernitur foramen, pro uertebrę mole magnum, & asperum, & in multa cęca desinens foraminula. Et quamuis Galenus hęc priuatim lumborũ uertebris uideatur ascribere, si tamen quis singula studiose rimabitur, conspiciet primam lumborum & thoracis duodecimam, & undecimam, aliquotq; uertebras ipsis superpositas, ea foramina pro illarum ma-

Plurimum duodeci thoracis eẽ uertebras.

Qui earum se habẽt corpora.

Lib. de Ossib. cap. 9.

g 8 musc. tab. A, B.

Sinus, quibus costæ ad uertebrarũ articulãtur corpora.

h 1 fig. B, C. Sed manifestius 3 fig. cap. 19 X. d.

i 1 fig. ca. 14 Q, Q.

k 4 fi. 19 cap. L.

Hæc petes ex 4 fig. E, B.

Cæca foramina in uertebrarũ corporibus.

l 2, 3, 4 fi. 6.

Libro de Ossibus, ca. 10

gnitudine insigniora, plura & altiora nanciſci, harumq; uertebrarum corpus illorum foraminum occaſione fungoſius quàm cæterarum omnium eſſe: quòd ſcilicet magnę ſint uertebrę, & cauę uenę [m] caudicē promptuarij cuiuſdam modo ſibi innitentem non ſortiantur, ac duntaxat [n] uenæ pari carentis propagini bus hic ferè exhauſtis & ceſſantibus implicentur. Omnibus thoracis uertebris [o] tranſuerſi obtigerunt proceſſus, qui in nouem ſuperioribus uertebris uix quicquam magnitudine differunt, coſtarum quæ ipſis articulantur, ſubſeruientes contextui. Decimæ uerò uertebræ proceſſus minus quàm ſuperiorum uertebrarū extuberant: ut etiam decimæ coſtæ, quæ ipſis articulantur, admodum paruæ ſunt, & ſpuriæ. Vndecimæ autē uertebræ tranſuerſi proceſſus, minores ſunt decimæ proceſsibus: & duodecimæ proceſſus, undecimæ cedūt proceſsibus. quòd ſcilicet undecimæ & duodecimæ thoracis coſtæ uertebrarum duntaxat articulentur coporibus. Ad [p] apices itaque tranſuerſorum proceſſuum, nouem ſuperiorum thoracis uertebrarum ſinus cartilagine incruſtati occurrunt, quibus quoddam coſtarum articulatur [q] capitulum. In tranſuerſis autē decimæ uertebræ proceſsibus eiuſmodi ſinus aut nulli, aut interdum obſcuri conſpiciuntur: in duarum uerò infimarum proceſsibus nulli penitus occurrunt. Præterea ſinus in tranſuerſorum proceſſuum apicibus ſculpti, omnes quidem anteriore proceſſuum ſede habentur: uerùm alij eius ſedis medium magis occupāt, alij regionem ipſius ſuperiorem, alij inferiorem. Primæ enim uertebræ tranſuerſorum proceſſuum ſinus deorſum ſpectant, nonæ uerò ſurſum, mediæ autem medio ſe habent modo. Quod Galenus quidem parum animaduertiſſe uidetur, quum coſtarum nexus explicans, huiuſmodi ſinus omnes deorſum ſpectare, ac' inferiori apicis tranſuerſorum proceſſuum ſedi inſculpi arbitratur. qui decimam thoracis uertebram, & duas huic ſubiectas nequaquam tranſuerſis proceſsibus in 13. de Partium uſu, ob id debebat priuare, quòd illi tius dorſi in latus motum eſſent præpedituri. Si enim motus illius ratione Natura tranſuerſos proceſſus illis uertebris abeſſe uoluiſſet, non magis uertebras decimæ (quam Galenus aſcendentibus ſuis ac deſcendentibus proceſsibus, ut paulo pòſt dicemus apertius, à proximis ipſi uertebris excipi tradidit) ſubditas, quàm ſuperpoſitas, debuiſſet illis proceſsibus priuare. Nam ſi inferiorum uertebrarum tranſuerſi proceſſus motui laterali obſtaculo erant futuri, profectò ſuperiores non minus illi motui, quàm inferiores obſtitiſſent. Quemadmodum enim dorſi pars, quæ uertebræ ſuprà infraq; excepta ſubijcitur, ſurſum in illo motu ducitur: ita etiam ſuperiacentem partem deorſum ferri neceſſum eſt, ſi modò ueluti in ſemicirculum dorſum in latus duci debeat, cuius ſemicirculi circumferentiæ medium punctum uertebra illa meritò cenſetur, quæ ſuprà infraque (quæcunque ea tandem ſit) ſuſcipitur. At quid opus eſt huic ſermoni, adhuc propter uertebrā utrinque ſuſceptam intellectu difficili, immorari? quum decima, & duæ ipſi ſuccumbentes thoracis uertebræ, tam inſignes tranſuerſos proceſſus habeant, quàm illorum uſui in muſculorum exortu inſertioneq; expedit. Quinetiam Galenus ſui neſcio quàm memor, paſsim omnes coſtas duobus internodijs articulari prodidit, uno ſcilicet uertebræ corpori, altero aūt tranſuerſo proceſſui. quod ſi eſſet (uti ſanè nō eſt) nunquid & decima thoracis uertebra, & duæ ipſi ſubditæ, neceſſariò tranſuerſis donarentur proceſsibus? Quo autē ductu illi aut ſurſum aut deorſum porrigantur, tunc dicemus, quum thoracis uertebrarum ſpinas ſermoni quoque addiderimus. Natura enim omnibus thoracis uertebris ſpinam toto inceſſu ſimplicem, minimeq; [r] bifidam largitur, etſi interim in omnibus uertebris non ſibi forma ſimilem. Superiores namque nouem uertebræ [s] longiſsimas educunt ſpinas, non admodum amplas, attamen ex ampla baſi in mucronem ſenſim deſinentes, triangulique; imaginem ita referentes, ac ſi triangulari conſtarent pyramide. Superiori enim ſede [t] rectam acutamq; oſtendunt lineam, ſecundum ipſarum longitudinem exporrectam, & deinde utrinque ad [u] latera iuxta inferiorem ipſarum ſedem, conſimilem etiam obtinent lineam. adeò ut ſpinę unius, tres longæ acutæq; lineæ, ternas ſuperficies efforment: quarum [x] duæ ſuperiorem ſpinæ ſedem conſtituunt, [y] tertia autem inferiorem. Tres iſtæ eiuſdem ſpinæ ſuperficies, in nouem ſuperioribus uertebris ut plurimùm pares & æquè amplæ cernuntur, & duæ ſuperficies exactè leues ſunt: tertia autem & inferior aſpera eſt, & ueluti [z] linea ſecundum ipſius longitudinem ducta interdiuiditur. Ab hac tertiæ ſuperficiei linea ligamentum prodit, quod lineæ duabus reliquis ſuperficiebus communi inſeritur, quodq; inuicem ſpinas colligans, interuallumq; earundem opplens, dextros ſpinæ muſculos à ſiniſtris dirimit, illi reſpondens ligamento, quod [a] inter ulnam & radium, [b] ac inter tibiæ os & fibulam conſiſtere dicam. Interdum ſuperiores ſuperficies inferiori ampliores apparent, ipſæq; ſpinæ à lateribus magis (quemadmodum in quadrupedibus occurrit) ſunt depreſſæ. Decima thoracis uertebra non ita prominentem, atque ſuperiores uertebræ, ſpinam exerit, neque hæc triangularem illam imaginem adeò ſcitè commonſtrat. Duæ enim ſuperiores ſuperficies amplæ admodum ſunt: tertia autem inferiorve anguſta cernitur, eaq; non depreſſa, minimeq; æqualis. Præterea ſpinæ huius mucro obtuſus amplusq; eſt, non, ut ſuperiorum uertebrarum ſpinæ, acutus & ſtrictus. Vndecimæ uertebræ [c] ſpina adhuc minus quàm decimæ exporrigitur, & utrinque magis deprimitur, ampliorq; (ſi latera inſpexeris) efficitur. Deinde inferior ipſius ſuperficies in lineam inſigniter extuberat, arctaq; & aſpera uiſitur, huiusq; ſpinæ mucro admodum obtuſus eſt, ac ſpiſſus. Duodecimæ [d] ſpina adhuc magis à ſuperiorum uertebrarum ſpinis uariat, ad lumborum uertebrarum [e] ſpinæ imaginem magna ex parte accedens, quæ utrinque admodum depreſſa eſt, & lata & ampla. Cæterùm ut omnibus uertebris non eadem ſpinarum forma accidit, ſic etiam ſpinæ inuicem ductu diſcrepant. Nouem namque ſuperiorum thoracis uertebrarum ſpinæ, ut & ceruicis, inſigniter decliues ferūtur, ſeu à ſummo ad imū tendunt. Decimæ autem thoracis uertebræ ſpina minus quàm ſuperiorum ſpinæ deorſum conniuet, magisq; rectà retrorſum fertur. Vndecimę ſpina adhuc rectius erigitur, & huius rectitudinem duodecimæ ſpina uincit. Verùm interim harum nulla adeò rectà fertur, quin ipſius mucro ſemper magis deorſum quàm ſurſum uergat. quod etiam omnium in lumbis uertebrarum ſpinis accidit, deorſum magis quàm ſurſum ſpectan-

Trænſuerſi proceſſus cuiuſmodi.

Libro de Oſſibus, & octauo de Administ. diſſect.

In lib. de Oſſibus.

Tum alibi ſæpius, tum maximè octauo de Administ. diſſect.

Thoracis uertebrarū ſpinæ.

Spinarum ductus.

m *ſi 6 ca. lib. 3 præpoſita* ζ *uerſus a.*
n *eiuſd. ſi. F, dein G.*
o *1, 2, 3, 4 ſig. H, I.*
p *1 ſig. K. & 3 ſi. ca. 19 c, b.*
q *4 ſig. ca. 19 M.*
r *8 ſig. 15 cap. ξ, ϖ.*
s *1, 2 ſig. N, O, P.*
t *2 ſig. N.*
u *1, 2 ſig. O, P.*
x *2 ſi. una ab O ad N, altera ab N ad P.*
y *1 ſig inter O & P.*
z *1 ſig. Q.*
a *7 muſcu. tab. S, T, V.*
b *1 ſig. ca. 1 lib. 2 a inter E & I.*
c *1 ſi. R.*
d *4 ſi. S.*
e *2 ſi. cap. 17 C, D, E, F, G. Obſeruato ſig. ca. 14. et 2 & 3 ſigu. integrarum.*

ſpectantibus. Atque hæc in hominis dorſo ſubaudienda ſunt. Canibus enim, ſimijs, leporibus, & alijs ferè quadrupedibus prorſus contraria eſt ratio, Galeni dogmatibus pulchrè quadrans. His enim decimæ thoracis uertebræ ſpina neque deorſum neque ſurſum uergit: & duæ deinceps, quę ſtatim decimę ſubijciuntur, ſpinam habent obſcurę ſuperiora ſuo mucrone ſpectantem. Reliquę uerò has adhuc ſubſequentes, ſpinas obtinent ab imo ſurſum porrectas. Tranſuerſi colli uertebrarum proceſſus, quemadmodum & nouem ſuperiorum thoracis, ex Galeni ſententia, decliues, ſeu à ſummo ad imum deberent porrigi: uerùm id adeò obſcurè leuiterq; fit, ut uix mentione dignum uideatur. Quandoquidem ſi tranſuerſos colli uertebrarum proceſſus non perfunctoriè conſideraueris, illos dices [f] externo ſeu poſteriori eorum latere deorſum reſpicere: [g] interuo autem, ſeu anteriori latere, quod poſteriori latius eſt, ſurſum tendere. Tranſuerſi autẽ nouem ſuperiorum thoracis uertebrarum proceſſus, toto ipſorũ corpore retrorſum ſurſumq; magis, quàm deorſum feruntur. Verùm [h] ſuperior eorundem pars gibba uiſitur, [i] inferior caua, & nonnihil ſinuata, quaſi hac ratione deſcenſus ad inferiora ſpeciem proceſſus illi referrent. Tranſuerſi autem duodecimæ thoracis uertebræ proceſſus non ſolum ſurſum conniuent, uerùm etiam egregiè retrorſum ducuntur, quemadmodum & undecimæ & decimæ proceſſus nonnihil ſurſum ſpectant. [k] Tranſuerſi uertebrarum in lumbis conſiſtentium proceſſus admodum obſcurè ſurſum ducuntur: quanquam uertebra ſacro oſsi commiſſa, paulo manifeſtius cęteris, ſuos proceſſus ſurſum efferre cernitnr. Porrò in paulo antè commemoratis animalibus, tranſuerſi proceſſus colli uertebrarum perquàm conſpicuè & manifeſtò deorſum tendunt. Thoracis autem uertebrarum proceſſus, aut non deorſum feruntur, aut admodum leuiter. Lumborum uerò uertebrarum proceſſus inſigniter in altum obliquè porriguntur, & Galeni deſcriptionibus adamuſsim conueniunt. Quòd uerò ſpinarum & tranſuerſorum proceſſuum ductu ea animalia tantopere ab homine diſcrepent, muſculi dorſum mouentes in cauſa ſunt, ſecus longè in hoc quàm illis occurrentes, uti quoque admodum impar in utriſque dorſi motuum ſpectatur ratio. Quandoquidem uerò muſculorum hiſtoria in ſecundum uſque librum nobis eſt differenda, qui aſcendentes deſcendentesq; thoracis uertebrarum ſe habeant proceſſus, modò non inopportunè aggrediemur. Vertebrarum omnium quæ ſupra ſacrum os habentur, articulationũ, quæ iſtis conſtant proceſsibus, ea eſt ratio, ut ſuccũbens uertebra ſupra iacentẽ ſubintret, & ab illa ſuſcipiatur, aut ſuccũbens ſuperiorẽ in ſuos ſinus ita excipiat, ut uniuerſæ, duabus tantum dẽptis, una parte ſuſcipiant altera ſuſcipiãtur. Prima .n. ceruicis uertebra, & ſuperiori & inferiori ſede ſuſcipit. [l] ſuperiori quidem occipitis oſsis capitula, [m] inferiori autem ſecundam ceruicis uertebram. etſi interim id ad primam pertinentes uertebram articuli, aſcendentibus deſcendentibusq; nobis uocatis proceſsibus (quum nimirum hæc illis deſtituatur) non ſint aſcribendi. [n] Duodecima uerò thoracis (niſi alia quæpiam interdũ eius uices ſubeat) utrinque, ſeu ſuprà infraq; ſuſcipitur, nullam interim admittens. Omnium itaque hac uertebra ſuperiorum, ad primam uſque ceruicis, elatior, inferiorem ac ſubſtratam excipit, ut decima thoracis undecimam, & nona decimam. Quæ autem ſub utrinque ſuſcepta locantur, ſuperiori quidem ſui parte ſuperiacentem excipiunt, inferiori uerò ſubiacentem ingrediuntur. atque ita prima lumborum uertebra à ſecunda, & hæc à tertia ſuſcipitur. Thoracis uertebræ ſupra utrinque ſuſceptam repoſitæ, eandem in aſcendentibus deſcendentibusq; proceſsibus ſpeciem cum [o] colli uertebris obtinen. Sunt porrò hæ thoracis uertebræ, ſecundum Galeni ſententiam in libro de Oſsibus, nouem ſuperiores: aut alicubi in libris de Vſu partium, decem. Is enim hic undecimam, illic uerò decimam thoracis utrinque ſuſcipi tradidit, uti in ſimijs & canibus cernebat. Mihi autem nunquam in homine decima utrinque excipi uiſa eſt, ſed plurimùm duodecima. Aliquando enim cum ſacrum os quinque tantum oſsibus efformatum reperi, undecima mihi utrinque ſuſcepta occurrit. Verùm Bononiæ Galli cuiuſdam ſacerdotis oſſa contexuimus, in quibus prima lumborum utrinque ſuſcipitur, & illa tranſuerſos ſuos proceſſus perinde ſibi articulatos gerit, ut duodecima thoracis uertebra duodecimas coſtas. Quum igitur frequentiſsimè duodecima thoracis utrinque ſuſcipi appareat, ab hac ſequentem modò orationem inſtituemus. Vndecim thoracis uertebrarum aſcendentes [p] proceſſus ſurſum extuberant, & in [q] exteriori poſteriorive ſede, notatu digna orbicularíq; circumferentia cartilagine incruſtantur. quæ adeò leuiter ac plana ſuperficie eminet, ut num ſinus, num capitulum cenſenda ſit, uix internoſcas. Deſcendentes autem proceſſus [r] interna anteriorive ipſorum ſede, qua foramen dorſalis medullæ gratia cælatum reſpiciunt, ſinum adipiſcuntur quodammodo orbicularem, & leuiter ac ſuperficietenus tantum exculptum, & cartilagine incruſtatum, nuperq; dicto capitulo adamuſsim correſpondentem. Hi ſinus & capitula, à colli uertebrarum proceſſuum ſinibus capitulisq; in ductu ſolum uariãt. Colli enim uertebrarum ſinus & capitula obliquè ab anterioribus ſurſum porriguntur, aut contrà obliquè deorſum tendunt. Nihil enim refert, ſiue ſurſum, ſiue deorſum porrigi dixeris, modò obliquitatem illorum intelligas, & cum thoracis uertebrarum ſinuum capitulorumq; ductu eam cõferas: qui quadantenus recto perficitur tramite, quo firmior, minusq; ad motum ſequax thoracis uertebrarum eſſet contextus. Quum igitur thoracis uertebrarum, ut & colli, aſcendentes proceſſus poſteriori ſua ſede protuberent, deſcendentes uerò interna ſede cęlentur, meritò aſcendentes inferioris uertebræ proceſſus, ſubintrant deſcendentes ſuperioris uertebræ proceſſus, inferiorq; uertebra à ſuperiori excipitur. Cæterùm lumborum uertebræ alia ratione coordinantur. [s] Aſcendentes enim illarum proceſſus interno latere, quo ſe inuicem illi reſpiciunt, ſinum habent oblongum, & ampliter ſatis cauum & rectum. [t] Deſcendentes autem proceſſus, latere ſuo externo (modicè interim uerſus anteriora) oblongo & ueluti recto protuberant capitulo, quod in inferioris uertebræ aſcendentis proceſſus ſinu aptè excipitur.

Tranſuerſorum proceſſuũ ductus.

Tum alibi, tum in lib. de Oſsib.

Differentia ab aſcendentibus & deſcendẽtibus proceſsibus, eorũdemq; articulationis ratio.

Quo modo lumborum uertebræ mutuò deartículentur.

f 8, 10 *ſi. cap.* 15 *x.*
g *eadem fig.* x,
h 1,2 *ſi.* L.
i 1 *fig.* M.
k 1,2,3 *ſi. cap.* 17 H.
l 2 *fig.* 15 *cap.* N *ſuſcipit* 1 *fig.* B.
m 4 *ſi.* 15 *cap.* Y *ſuſcipit* 5 *fig.* c.
n *ſi. ca.* 14 E & 3 *integrarii ad* 12 *coſtam.*
o 7 *ſi.* 15 *cap.* ß. *dein* 9 *fig.* δ. & 11 *ſi.* ß, δ.
p 1 *ſi.* T, V.
q 2, 3 *fig.* X, Y.
r 1 *fig.* c.

A b a ad b colli uertebrarum proceſſuum ductus metitur. à c uerò ad d thoracis.

s 2 *fig. ca.* 17 K, L, M.
t 2, 3 *fig. cap.* 17 O.

Adeò,ut in lumborum uertebris inferior uertebra suis sinibus superioris admittat capitula: secus quàm in ceruice & thorace,ubi superior suis sinibus inferioris uertebræ capitula excipit. Duodecima autem thoracis uertebra [u] ascendentes processus similes gerit ascendentibus superiorum illi thoracis uertebrarum processibus,quos posteriori sua sede extuberare diximus. Atque ideo duodecima illis processibus undecimæ thoracis uertebræ descendentes subit,ipsaq; ab undecima excipitur. [x] Descendentes etiam duodecimæ processus extuberant,non quidem ipsius ascendentium processuum modo,uerùm ut descendentes uertebrarum in lumbis occurrentium processus. Quum igitur hi, ascendentium primæ lumborum uertebræ processuum sinus subintrent,quid promptius colligi possit, quàm suprà infraq; duodecimam suscipi? Verùm interim non ita multum refert,an hæc,an undecima,an alia quæpiam utrinque suscipiatur: modò nos singularis Naturæ hic non lateat industria,quæ in dorsi medio uertebram effinxit stabilem, & utrinque ita susceptam,ut in cameratis & arcualibus ædificijs architectos inter utriusque lateris lapides unum locare cernimus,qui utrinque suscipitur,ipso interim nullum suscipiente: quemadmodum cæteri omnes unum lapidem suscipiunt,& ab alio excipiuntur,sustinenturq;. Vt enim dorsum sibi dicatis ageretur motibus,hanc uertebram utrinque susceptam quiescere,quodammodoq; firmari necessum fuit,reliquis interim omnibus ab hac & à se inuicē leuiter secedentibus. Illa enim quiescēte,quum dorsum flectimus, superiores deorsum ducimus,inferiores autem aliquo pacto sursum incuruamus. In tensione uerò rursus oppositio motu uertebras agimus: si quidem hi dorsi motus,& alij quos antea commemorauimus laterales, circulari,non autem prorsus angulari figura celebrentur. Quàm parum uerò hæc cum Galeni in decimotertio de Partium usu, placitis conueniant,si mutuò loca contuleris,promptè animaduertes. Hic autem in thoracis uertebris, ad radicem ascendentium descendentiumq; processuum,adeoq; ad posterioris earundem processus seu spinæ exortum,insignes adhuc [y] obseruandę sunt asperitates,inæqualiterq; extuberantes processuli,in hoc parati,ut ualida hinc pronascerentur ligamenta,tanto robustius firmiusq; thoracis uertebras inuicem colligantia,quanto obscuriori motu thoracis uertebras,quàm ceruicis moueri,ex usu fuit. Quæ quum ita sint, omnes thoracis uertebræ septem donantur processibus. [z] duobus nimirum transuersis, [a] duobus ascendentibus, [b] & totidem descendentibus, [c] unoq; posteriori,seu spina. Qui autem foramina neruos trāsmittentia, in thoracis se habeant uertebris,superiori Capite expressimus.

Quamobrē unam uertebrā in dorsi medio utrinque suscipi oportuerit.

Figura huius Operis fronti adhibita, uarios arcus ostendit.

Thoracis uertebrarū processuum numerus.

u 4 fi. e,f.

x 4 fi. g,h.

y 23 fig. 7 circa G.

z 1,2,3,4 fig. H,I.

a 1 fig. T, V. 2, 3 fig. X,Y.

b 2, 3 fig. a,b.

c 1,2 fig. N,O, P.

DE LVMBORVM VERTEBRIS. Caput XVII.

PRIMA XVII. CAPITIS figura.



SECVNDA.



TERTIA.



TRIVM DECIMI SEPTIMI CAPITIS FIGVRARVM, & earundem characterum Index.

QVONIAM *omnes lumborum uertebræ eadem forma constant, unam duntaxat ipsarum triplici facie hic expressimus: Prima quidem figura anteriorem uertebræ faciem, Secunda latus, Tertia posteriorem faciem ponentes.*

A 1,2 *Appendix superior corporis uertebræ.*

B 1,2 *Appendix inferior corporis uertebræ.*

C, D E,F,G *His characteribus non in eadem figuræ obuijs,spina simul notatur,ac singuli priuatim in spina aliquid hunc in modum indicant.*

C 1,2,3 *Indicatur spinæ lumborum uertebræ superior pars,seu lata asperaque ipsius linea:*

D 2 *D latitat in umbra,sub spina secundæ figuræ,notans lineam inferiorem spinæ.*

E 2 *E non procul à D distat,notans alterius lateris sinum,ad latus lineæ D insignitæ consistentem.*

F, G 2,3 *Appendix spinæ,triangulum referens,qui in basi G notatur,in acuto autem angulo F insignitur.*

H 1,2,3 *Alterius lateris transuersus processus.*

I 1,2,3 *Ascendens alterius lateris processus. Verùm K, L & M in secunda figura & tertia expressiùs alterius lateris ascē*

K. L. *dens notatur processus. K enim sinus insignitur. L uerò anterius eiusdem sinus labrum, seu supercilium. M autem po*

M. *sterius supercilium indicatur.*

O 2,3 *Descendens alterius lateris processus. O in tertia figura positum,eius processus caput notat.*

QVAR-

QVARTA DECIMISEPTIMI CAPITIS FIGVRA.

QVO leuiori opera processuum hoc Capite priuatim describendorum sedem formãq; assequaris, præsenti figura caudatæ simiæ lumborum uertebram dextra facie expressimus. in qua A & A uertebræ illius notant corpus. B transuersum processum hic manifesto sursum spectantem. C spinam, quæ etiam sursum uergit. D & E duos indicant ascendentes processus. F uerò & G duos descendentes processus insinuant. Postremò H indicatur processus, quo humanæ lumborum uertebræ priuantur.





a *fig. cap.* 14 E, F. *tres integræ* L *ad* M.

HERE omnia quæ ad lumborùm uertebras spectant, antea recensuimus: ac proinde illarum descriptioni modò prolixius non immorantes, obiter prius commemorata resumemus: de in ea quæ hoc Caput priuatim sibi uendicabit, subiecturi. Sunt itaque lumborum [a] uertebræ numero quinque, omnium quas hactenus descripsimus maximæ & crassissimæ: ob quod etiam ipsarum corpora multis foraminibus opplentur, quæ non peruia sunt, at duntaxat uasorum nutrimentum afferentium occasione parata. Foramen uerò dorsali medullæ in his exculptum, tanto minus est incumbentium uertebrarum foraminibus, quãto iam toto progressu dorsalis medulla gignendis neruis [b] tenuior graciliorq; euasit. [c] Foramen emittendo neruo & admittendæ uenæ arteriæq; in ambobus uertebrarum lateribus cælatum, ferè uniuersum ad superiorem refertur uertebram, quæ eius foraminis superiorem sedem ac latera constituit, quum interim subiecta inferior ve uertebra duntaxat humiliorem foraminis sedem efformet. [d] Transuersi harum processus utrinque singuli, longè tenuiores sunt thoracis uertebrarum [e] transuersis processibus. At interim admodum procerè educuntur, quasi costarum usum in lumbis nonnihil præstarent. ac proinde etiam prima & quinta lumborum uertebræ breuioribus transuersis [f] donantur processibus, quàm mediæ, non secus quàm si superiùs infimæ thoracis costæ, & inferiùs ilium [g] ossa eos processus longius exeri prohibuissent, neque eosdem inibi costarum uices adeò obire necessum fuisset. Præterea nullius uertebræ transuersi processus sursum manifestò assurgunt, præter quintæ uertebræ processus, quibus quo minus transuersim aliorum modo porrigantur, ilium quoque ossa obstant, illius uertebræ corpori uicinius accedentia, quàm mediarum in lumbis uertebrarum transuersorum processuum est longitudo. [h] Spina his est ualida & crassa, at pro ipsarum mole nõ admodum procera aut longa. Si dextrum sinistrumq; in spina spectes, ipsa tenuis est: [i] si autem superiora inferioraq; consideres, latissima. [k] superius quidem acuta, & in asperam desinens lineam: [l] inferius uerò crassior, & quasi duobus donata finibus. in quorum medio linea educitur, à qua ligamentum ad superiorem spinæ inferioris uertebræ lineam pronascitur, quod spinarum interuallum opplens, dextros musculos à sinistris dirimit. Spinæ [m] mucro appendice, ut & thoracis uertebrarum spinæ, constat: & ualde obtusus, ac quodammodo triangularis uisitur. si modò utrinque ad latera unam trianguli costam, & tertiam (quæ alijs longè breuior est) in spinæ appendicis basi constituas. [n] Ascendentes processus interno latere, quo se inuicem èregione spectant, [o] sinum adipiscuntur profundum, & si animum superiori & inferiori sinus partibus accommodaueris, rectum & oblongum. [p] Descendentes processus insigniter decliues feruntur, & externo ipsorum latere in [q] oblongum rectumq; capitulum desinunt, quod magis uertebræ anteriora quàm posteriora respicit. Capitula hæc in subiectæ uertebræ ascendentes subeunt processus, quemadmodum etiam antea fusius exequutus sum. Constat itaque lumborum uertebras septem duntaxat exerere processus, unum scilicet posteriorem, seu spinam, duos transuersos, & totidem ascendentes & descendentes. adeò ut huic Capiti hactenus, quod priùs non recensui, nihil ferè adiectum sit. Neque etiam aliud subnecterem, nisi Galenus lumborum uertebris ex abundanti unum utrinque tribueret [r] processum, quem ad inferiora uergentem, iuxta foramen situm scribit, quò neruus à dorsali medulla principium ducens prolabitur. Ego hunc processum in humanis uertebris nunquam reperi. unde etiam in hoc obseruando eadem uia & ratione mihi utendum duxi, qua ea indagare soleo, quæ à Galeno descripta, in homine haud quaquam mihi occurrerent, quæ ue secus quàm ipse tradidit, habere cernerem. Consuecui enim hæc omnia mox in brutis animantibus examinare, quæ Galeni descriptionem persæpe mihi ostenderunt: aut ueluti manu ducentia, quid sibi uoluerit, edocuerunt. Hic itaque processus me tantisper latuit, donec omnium partium dissectionem Bononiæ in simia illa aggrederer, cuius ossa præter humanum sceleton, Ioanni Andreæ Albio, Hippocraticæ medicinæ apud Bononienses professori clarissimo, compegi: quum is, ut uir est splendidissimus, omni humanitate, admodumq; liberaliter in ipsius ædibus me Bononiam Anatomes docendæ gratia uocatum, secundò excepisset. In simiæ igitur lumborum uertebris ad radicem [s] transuersi processus in inferiori ipsius sede, [t] acutus conspicitur processus, rectà deorsum protensus, & sinus qui nerui nomine illic incisus est, externum latus quodammodo constituens, ac ueluti interuallum cum descendente processu efformans, in quod ascendens inferioris uertebræ processus subintrat. Quanquam is præcipuus huius processus non sit usus, ut neque etiam in hoc potissimùm creatur, quo hàc procidentem neruum ab iniuria uindicet, illiq; instar propugnaculi existat. Peculiari enim cuidam extruitur [u] musculo, quem simiæ cum canibus communem obtinent, & quo homines inferiorem dorsi partem non æquè ac illa animalia in circulum flectentes, non minus destituuntur, quàm omni præsentis processus signo. Enascitur uerò hic musculus neruco & utcunque lato principio ex coxendicis ossis sede, qua primarij femur flectentes musculi deorsum conuoluuntur. Hinc obliquè ascendens, & in lumborum regione primùm carneus euadens, omnib. sui lateris acutis, uertebrarum inseritur processibus, superioriq; insertionis suæ extremo in uertebram-

Cuiusmodi sint lumborum uertebrarum corpora.

Foramina.

Transuersi processus.

Spina.

Ascendentes processus.

Descendentes processus

Processus, quem Galenus ex abũdanti lumborum uertebris ascribit lib. 13. de Vsu partium, & li. de Ossibus. cap. 10.

b 1 *fig. ca.* 11 *lib.* 4 E, F.

c *fig. cap.* 14 Q

d 1, 2, 3 *fig.* H.

e 1, 2 *fig. ca* 16 H. I.

f *Ostendit id* 1 *fig. integrarum.*

g 1 *fi. integrarũ* Θ o.

h 2 *fig* C, D, E, F, G.

i 2 *fig à* C *ad* D.

k 1, 2, 3 *fi.* C.

l 2 *fig.* D *lineã*, E *autem alterũ suũ notat.*

m 2, 3 *fig.* F, G.

n 1, 2, 3 *fi.* I, K.

o 2, 3 *fig.* K.

p 2, 3 *fig.* N, O.

q 3 *fi.* O.

r 4 *fig.* H.

s 4 *fig.* G.

t 4 *fig.* H.

u *Petes hũc ex simia aut canis sectione.*

ceſſat,illi quæ utrinque ſuſcipitur,mox ſubditam. Inferiori extremo non pariter in canibus ac ſimijs deſcē dit,quum in plures lumborum uertebras his,quàm illis inſeratur.uti etiam ſimiarū plures lumborum uer- tebræ hunc obtinent proceſſum: qui tanto ſemper eſt manifeſtior,longiusq; è uertebris exeritur,quo hę il- li quæ utrinque ſuſcipitur uertebræ ſunt uiciniores,muſculusq; iſte ualidiorem in illas molitur inſertionē. Adeò ut thoracis etiam uertebræ inferius quàm utrinque ſuſcepta, quæ illis animalibus plurimùm eſt de- cima,collocatæ,hunc proceſſum ſibi perinde uendicent,ac lumborum uertebræ ſuperiores.nam ſacro oſ- ſi proximæ,& muſculi huius inſertionem non plenè excipientes,proceſſu illo priuantur. Quod à Galeno uenerat obſeruandum,quum ſibi primùm hunc proceſſum innotuiſſe ſcribit, & quum alibi muſculos in lumbis poſitos,dorſiq; motibus inibi famulantes,parum rectè ueteribus cognitos fuiſſe iactitat, ſuas undi que proponens nobis ſimias,ubi accuratius,ac ueluti ſtudio quidpiam perſequitur. Verùm interim omnes à me hactenus diſſectæ ſimiæ,quæ potiſsimùm fuerunt caudatæ,non ſecus quàm canes,in lūbis plures quin que obtinuerunt uertebras:neque ſat ſcio,num aliqua ſimiarum genera breuiori corporis trunco, quàm no ſtræ hæ donata,caſu reperiantur,quibus tantum quinque in lumbis,quemadmodum hominibus, conſiſtūt uertebræ.quum Galenus quinque tantum paſsim enumeret,reliquum nihilominus ſuum ſermonem ſimijs (uti iam oſtendimus) potius,quàm homini accommodans.niſi etiam fortè poſito hic à ueteribus ſimul om nibus numero,ita acquieuerit,ut pauciores uertebras,quàm ipſi in ſimijs offerebantur, poſteris tradiderit: forſan in humanis ipſi ruri oblatis,at ſanè,ut ueriſimile eſt,domum non allatis ſceletis, quinarium obſer- uans numerum:& in reliqua interim fabrica,plenioriq; oſsium hiſtoria,hominis uertebras ſimiarum uer- tebris ſimiles paresq; eſſe,citra diligentius examen,ſibi (quemadmodum aliàs ſæpe) perſuadens.

Libr. 13. de Vſu partiū. Libr. 5. de Adminiſt. diſſect. Simijs & ca nibus plures in lumbis eſſe uertebras

DE OSSE SACRO, ET OSSE COCCYGE. Caput XVIII.

PRIMA XVIII. CAPITIS figura.

SECVNDA.



TERTIA.

TRIVM DECIMIOCTAVI CAPITIS FIGVRARVM, & earundem characterum Index.

PRAESENTES figuræ uniuerſum dorſi oſsium, quæ lumborum uertebris ſubijciuntur, contextum expri- munt. ac prima quidem figura,quæ dextrum latus occupat, anteriorem horum oſsium faciem ſpectandam proponit. Secunda uerò in ſiniſtro conſiſtens latere,poſteriorem oſtendit faciem,modicè in latus delineatam,ſinus commonſtran di gratia, cui dextrum ilium os coarctatur. Tertia autem figura in dictarum medio repoſita, integrum coccyx os ea forma magnitudineque oculis ſubijcit,qua id in uegetæ ætatis hominibus plurimum obſeruatur.

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K Hi characteres in prima figura decem denotant oſsa,quintam lumborum uertebram ſubſequētia: quorum ſex ſuperiora,ſacri oſsis loco in homine habiturus ſum:quatuor uerò inferiora(quæ etiam G,H,I,K in tertia figura inſinuātur)mihi coccyx,ſeu(uti interdum loquimur)coccygis os appellabuntur.

L, L, R In prima figura notantur tranſuerſi oſsium ſacrum os conſtituentium proceſſus. uerum hic L & L priuatim indicant amplitudinem proceſſus ſecundi oſsis. R autem,& in hac,& in ſecunda figura, oſtendit proceſſus tranſuerſi quinti oſ ſis tuberculum,cui nonnulla implantantur ligamenta.In ſecunda itaque figura L, M, L & R tranſuerſos proceſſus oſſis ſacri oſsium inſinuant.

N, N, deinde O, O, poſtremò P, Q, & Φ in ſecunda figura oſſis ſacri dextrum ſinum notant,cui dextrum ilium os connectitur,

&

& qui postmodum in plures sinus & tubera subdiuiditur. N enim & N notatur ipsius oblongus sinus, & anterior. O uerò & O tuberculum indicant, instar amplæ cuiusdam lineæ prominens, ac anteriorem sinum N & N notatum, à posteriori P, Φ & Q insignito dirimens. P enim superiorem sinus posterioris sinum notat, Q autem inferiorem. Φ uerò tuberculum designat, superiorem sinum ab inferiori interdiuidens.

S *In prima & secunda figura, primi ossis dexter ascendens notatur processus.*

T, V, X *Hi characteres in secunda figura tantum apparent. ac T quidem notat sinum ascendentis processus, cui capitulum descendentis dextri processus quintæ lumborum uertebræ inarticulatur. V uerò & X, sinus huius anterius posteriusq; notant supercilium. quanquam interius etiam supercilium in secundæ figuræ ascendente sinistri lateris processu, X insigniuimus.*

T *In secunda figura connexus frequenter apparens significatur, quo primi sacri ossis descendentes processus, ascendentibus secũdi ossis ad eum modum committũtur, quo hac sede lumborum uertebras articulari, iam multo antea didicisti.*

Z *In prima secundaq; figuris connexus notatur transuersi processus primi ossis, cum transuerso secundi ossis processu.*

a *In prima figura & secunda, indicatur inferior extuberansq; sexti ossis pars, quæ primo coccygis ossis ossi coarticulatur.*

b, b *In tribus figuris insinuatur cartilaginosum ligamentum, coccygis ossis commissuras intercedens.*

c *In secunda & tertia insignitur cartilago, mucroni coccygis ossis adnata.*


d, d *In secunda, sacri ossis ossium spinæ, posteriores ve processus ostenduntur.*

e, f, g, *h, i, k Hi characteres in secunda figura admodum latitant, notantes dorsalis medullæ in osse sacro iter, foraminaq; hic inter spinarum interualla subinde conspicua.*

1, 2, 3, 4, 5, 6 *His numeris in prima & secunda, inscribuntur foramina, neruorum à dorsali medulla in sacro osse complexa originem ducentium, quæ sex constituunt paria, quorum quinque inferiora in anteriori ac posteriori sacri ossis sede excidunt.*

QVARTAE ET QVINTAE DECIMIOCTAui Capitis figurarum, & earundem characterum Index.

QVARTA XVIII. capitis figura. *QVINTA.*



QVONIAM in præsentis Capitis contextu, Galeni gratia, simiarum & canum sacri ossis & coccygis mentio incidet, non abreduximus, & hic quoque ea ossa, uti in simijs obseruantur, exprimere: quarta quidem anteriorem sedem sacri ossis & dein coccygis explicantes, quinta uerò eorundem ossium posteriorem sedem proponẽ
1, 2, 3, 4, 5, 6 *tes. Numerus igitur ille 1, 2, 3, 4, 5, 6 indicat ossa, quorum sexto cartilago priuatim subnascitur.*

a *figu. cap. 14 E, F.*
b *fig. tap. 14 G, H. et I, K. dein integrarũ fig. M, N. & huius Capitis figurarũ tota 1, & 2.*
c *fig. cap. 14 charact. 25, 26, 27, 28, 29, 30. et huius Capitis figu. 1 A, B, C, D, E, F.*
d *latissimæ portiones figurarũ ca. 29. integr. fig. o.*
e *integr. figu. Λ.*
f *integ. fi. Φ.*
g *fi. ca. 14 characteres 31, 32, 33, 34. & 1, 3 fi. huius ca. G, H, I, K.*
h *in medio A, B, C, D, E, F fig. 1.*
i *fi. ca. 14 R.*

SVB lumborum [a] uertebris [b] decem reponuntur ossa, quibus reliqua dorsi pars, à lumbis ad anum usque pertinens, constituitur, horumq; [c] sex superiora inuicem ita coalescunt, ut instar unius ferè ossis ex sepulchris simul omnia effodi soleãt, quod πλατὺ Græcis, latum uerò & amplum Latinis ideo uidetur appellatum, quòd eius latitudo, idq; potissimum in homine, cui illud ad proportionem præ cæteris animalibus, non secus quàm uniuersum aliàs dorsum, obtigit latissimum, facilè reliquarum uertebrarum amplitudinem elatiori sua sede superat, ijs basis tutissimiq; fulcri modo subiectum. Non enim arbitror ueteres id amplitudine omnibus corporis contulisse ossibus, quum ilium [d] ossa ipso longè sint ampliora. Vnde uerò id etiam ἱερὸν, seu sacrum uocarint, non satis mihi constat, nisi à rara quadam effigie formaq; id acciderit, aut quòd adeò egregij, & cuiuis (qui uel obiter illud suæ basi innitens spectat) uarijs modis obuij propugnaculi imaginem referat: aut quòd diuinitus, citra musculorum auxilium, in partu illius cum ilium ossibus connexus reserari, dehiscereq;, ac denuò committi plerisque (at falso interim) persuasum sit: aut fortè quòd grande magnumq; uisitur. quemadmodum apud Poetas Ilium, mare, famem, & alia quædam, sacra nuncupari credimus. Verùm & tunc (uti de amplitudine dictum est) sacrum os uertebris duntaxat esset conferendum, quum ossa ipsi utrinque coarctata, & [e] femora, & interna tibiarum [f] ossa, illo grandiora existant, & tamen unico tantum osse efformentur, sacro ex senis interim compacto. Alij huius nominis rationem solicitè indagantes, nescio quid de ueterum sacrificijs comminiscuntur. præterquàm quòd nonnulli alia insuper ipsi indant nomina, cum omnibus cæterorum ossium nomenclaturis ad huius libri calcem ideo subijcienda, ne hic aut alibi etiam ineptis barbarisq; uocibus orationis cõtextũ plus æquo interturbemus. [g] Quatuor itaque ossicula sacro ossi succedentia, à quadam coccygis, seu cuculi auis rostri figura, ac ueluti colore non secus quàm si unum aliquod etiam essent os, Græcis uti & Latinis, κόκκυξ præcipuè appellantur, quemadmodum nunc in uniuersa decem horum ossium historia constabit apertius. Sex igitur superiora ossa, sacrum os efformantia, inuicem ita construuntur, ut anterioris suæ sedis medio talem ostendant [h] connexum, qualem uertebrarum proponerent corpora, si eousque coaluissent, ut nihil amplius cartilaginei [i] ligamenti inter ipsa conspiceretur. quamuis interim pueris, quibus hæc ossa nondum plenè, aut æquè ualidè, ac in prouectæ ætatis hominibus, coaluerunt, non secus quàm in illorum appendicum nexu, cartilago quædam in hac unione occurrat. In lateribus uerò anterioris sedis, ubi transuersi sex horum ossium uocati processus (qui non minus quàm ossium corpora lati sunt) mutuò compinguntur, lõgè adhuc obscurior, quàm

Decem ossa adhuc ĩ dorso enarranda. Quid sacrũ, seu amplum os.

Quid os coccyx. Sacri ossis descriptio. Ipsius ossiũ inter se connexus.

in

in medio,connexus apparet ſpecies. [k] In poſteriori autem ſede unio prorſus aboletur, unumq́; ueluti os ex illis ſex efformatum cernitur. Nulla enim hic unionis ſe offert linea,niſi interdum in primi oſsis cum ſecundò coalitu. Primum namque os nonnunquam ſecundo,poſteriori ſede ea articuli forma [l] committitur,qua aſcendentes deſcendenteſq́; in lumbis uertebrarum [m] proceſſus mutuò ſolét articulari. Verùm etſi illi ſacri oſsis proceſſus ita iungantur,tranſuerſi tamen primi oſsis proceſſus omni ex parte ſecundi oſſis [n] coaleſcunt proceſsibus:& omnes iſti connexus adeò ſunt ualidi, ut primum os ne tantillum quidem ad ſecundum moueri queat. Memini tamen,ſacrum os non ſemel in cœmiterijs mihi obuium fuiſſe, cui primum os abruptum erat,quodq́; ac ſi lumborum penè eſſet [o] uertebra, ſeorſum inueniebatur. & niſi primum illud os craſsis & amplis donatum fuiſſet proceſsibus,à lumborum uertebris forma uix diſcerni potuiſſet. Porrò in pueris,ſex horum oſsium coalitus,etiam in poſteriori ſede eſt conſpicuus,quemadmodum in ijs anteriori quoque parte illum inſigniter manifeſtum eſſe diximus. Præterea ut nullis hominibus in anterioris ſedis medio,coalitus ſpecies locusve omnino penitusq́; obliteratur,ita etiam perpetuò in poſterio ri ſacri oſsis ſede,coalitus imago ſe offert,qui oſsium corporibus perficitur. Si enim [p] foramini dorſali medullæ in omnibus ſimul ſacri oſsis oſsibus inciſo,animum accommodaueris, per foraminis progreſſum oſsium corpora ita liquidò inibi committi cernes,atque in anteriori ſede. Vniuerſa ſex horum oſsium [q] ſeries ex ampla baſi deorſum in mucronem ducta,eſt eiuſmodi,ut ſingula oſſa tanto reddantur minora,quãto humiliorem in ſacro oſſe,ipſaq́; adeò ſerie,locum ſibi uendicant. Quanquam nihilominus [r] ſecundũ os,inter reliqua oſsis ſacri oſſa,priuatim amplioribus,craſsioribusq́;,& antrorſum retrorſumq́; magis prominentibus tranſuerſis extruatur [s] proceſsibus. Primi ſeu eminentiſsimi oſsis ſuperior [t] pars, ſuperiori cuiuſuis lumborum uertebræ [u] ſedi forma correſpondet. In ſui enim medio orbiculari protuberat [x] corpore,appendice donato,& inferiori quintæ lumborum uertebræ corporis ſedi in amplitudine congruente. Hoc enim illi perinde [y] committitur,ac uertebrarum corpora in lumbis mutuò [z] craſsi ligamenti cartilaginei interuentu connecti cernimus. Dein poſterior primi oſsis ſedes duos aſcendentes educit [a] proceſſus,pari modo exculptos,quo aſcendentes uertebrarum in lumbis proceſſus [b] excauantur. Hiq́; ſacri oſsis proceſſus admittunt deſcendentes quintæ lumborum uertebræ proceſſus, eadem penitus ratione, qua lumborum uertebræ inuicem eiuſmodi proceſsibus coarctantur. Sexti uerò oſsis humilior [c] pars ad modum gracilis (uti & ipſum os exiguum occurrit) nullos deſcendentes adipiſcitur proceſſus, quibus ſibi ſubdito oſsi coarticularetur: uerùm duntaxat in orbiculare,ſed paulo latius deſinit tuberculum, aut corpus quod primo oſsis coccygis [d] oſsiculo non aliter committitur, quàm uertebrarum corpora inter ſe ampli cartilagineiq́; ligamenti medio conſtringuntur. Tranſuerſis oſsis ſacri oſsium proceſsibus in externo latere, parumper uerſus poſteriora, [e] ſinus exculpitur,cui alterius lateris ilium [f] os ualidiſsimè coarctatur. Eſt autem hic ſinus admodum aſper & inæqualis,ac primùm quidem per ipſius longitudinem in medio extuberantem habet [g] lineam,aut amplioris lineæ inſtar prominens tuberculum. quod ſinum ipſum ruſus ueluti in unum [h] anteriorem ſinum,& alterum [i] poſteriorem dirimit. Anterior utcunque ſimplex eſt,aſper tamen,& inæqualiter admodum inciſus cernitur. Poſterior altius cauatur: at in medio [k] proceſſum oſtendit tranſuerſim extuberantem,qui ſinum hunc poſteriorem denuò in unum [l] ſuperiorem & alterum [m] inferiorem interdiuidit. His ſinibus tuberibusq́; conueniunt ilium oſſa, [n] mutuis tuberibus ſinibusq́; donata. Verùm interim ſinus iſti & tubera,leui lubricaq́; cartilagine aliorum ſinuum capitumq́; ad articulationem fabricatarum modo haud obducuntur: quum nihil præter cartilaginea educant ligamenta,ſacrum os robuſtiſsimè ilium oſsibus citra lubricum planumq́; contextum ita ferè adnectentia,ut appendices ſuis compinguntur oſsibus. Sinus iſti tranſuerſis ſacri oſsis proceſsibus inſculpti,& poſteriori ſede nõ peruijs foraminulis ligamentorum educendorum gratia exaſperati, ad tria potiſsimùm ſuperiora ſacri oſſis referuntur oſſa. quippe inferiora proceſſus habent tenues,at amplos tamen,& mutuò continuos, ex quibus [o] muſculus pronaſcitur,quem femur mouentium quartum ſtatuemus. Verùm tranſuerſus quinti oſſis proceſſus ea parte,qua tranſuerſo ſexti oſsis unitur proceſſui, [p] tuberculum utcunque craſſum & prominens in hoc educit,ut opportunè duo [q] ligamenta hic ſacro oſsi implantarentur: quorũm alterum ab acuto coxendicis oſsis [r] proceſſu enaſci docebitur,alterum ab elatiori poſterioriq́; [s] ſede appendicis, qua coxendicis os donari audies. Cæterùm [t] ſpinæ,poſteriores ve proceſſus,etiam oſsis ſacri oſsibus obtigerunt,tanto in ſingulis oſsibus proceriores,quanto os ipſum,unde prodeunt,grandius ſuperiusq́; eſt. Sextum tamen os,& quintum ferè,ea [u] ſede,qua ſpinam alia educunt,quaq́; dorſalis medullæ porrigitur terminus,dehiſcunt,uarieq́;,& non omnibus pari ſemper modo,aperta ſunt, & ſpinis denique deſtituuntur. Vtcunque uerò ſit,nulla ſacri oſsis ſpina,ſi modò quid rectè aſſequor,ne minimum quidem ſurſum connituet,at deorſum omnes potius ſpectant. & non aliter quàm in cæteris uertebris, cum tranſuerſis proceſsibus interuallum quoddam & ſedem conſtituunt,in quam nonnulli dorſum mouentes [x] muſculi aptè reponuntur,& à qua illi iuſtiſsimè cum [y] alijs hinc initium ducentibus muſculis enaſcuntur. Vnde etiam poſterior hæc ſacri oſsis ſedes inſigniter aſpera,ac ueluti carioſa eſt,ut muſculorum ſcilicet principia commodius ab illa cum ligamentis educantur. Tota dein gibba & curua ſpectatur,quo ita tutius propugnaculi ritu ijs quas ſacrum os continet partibus præeſſet. Anteriori uerò ſede id leue ac latius eſt, non autem aſperũ ſed ſimum cauumq́;,quo aptiorem illis organis,quæ cum alijs ipſi commiſsis [z] oſsibus inſtar peluis eiuſdam complectitur,ſedem efformet. ac infimam dorſi regionem, ueluti ſemicircularem, non autem rectam cum ſubdito ipſi coccyge oſſe conſtituat. Interdum,neque id infrequenter, os ſacrum quinque tantũ extruitur oſsibus,in tota ferè ipſius fabrica nihil aliàs peculiare oſtendens, quàm in foraminum neruos ipſius tranſmittentium,uti paulo pòſt dicam,ſerie. A dorſalis enim medullæ [a] parte in ſacro oſſe repoſita, ſex

Foramen dorſali medulla paratum.

Superior ſacri oſsis ſedes cuiuſmodi.

Inferior cuiuſmodi.

Latera cuiuſmodi.

Poſterior ſedes cuiuſmodi.

Foramina neruis emittendis parata.

k *in 2 fig.*
l *2 figu. Y.*
m *infimũ N & O fi. cap. 14.*
n *2 fig. Z.*
o *figura ca. 17. X*
p *2 fi. e,f, g,h,i,k.*
q *hãc proponit 1,2 fi.*
r *1 fig. B.*
s *1,2 fig. L,L.*
t *ſuprema ſedes 1,2 fi.*
u *ſuperior ſedes 1,2 figu. cap. 17.*
x *ſupra A fig 1.*
y *fi. ca. 14 F committitur G.*
z *fi. ca. 14 R proximũ L.*
a *1, 2 fig. S, dein T, V, X.*
b *2, 3 fig. cap. 17 K.*
c *1,2 fi. a.*
d *1,2,3 figu. G.*
e *2 fig. N, N, O, O, P, Q, Φ.*
f *quod eſt ſupra S, N, e fig. 3. cap. 29.*
g *2 fig. O, O.*
h *2 fi. N, N.*
i *2 fig. P, Φ, Q.*
k *2 fig. Φ.*
l *2 fig. P.*
m *2 fi. Q.*
n *3 fi. ca. 29 A, B, C, C. D, D, E, F, G.*
o *11 muſ. tab. Φ.*
p *1. 2 fi. R.*
q *10 muſ. tab. γ et δ.*
r *2 fi. cap. 29. d.*
s *eiuſdem fig. l.*
t *2 fi. d, d, d.*
u *2 fig. i, k.*
x *15 muſ. tab. Γ et 14 tab. T.*
y *10 muſ. tab. T muſculi Θ 12 tab. K. muſculi Δ.*
z *integrarũ fi. Θ comittitur M.*
a *1 fi. ca. 11 li. 4 F, G et char. 24, 30.*

sex plerunque neruorum pullulant paria,eorumq́; [b] primum inter quintam lumborum uertebram,& primum sacri ossis os perinde egreditur,ac nerui in lumbis & thorace è uertebrarum prosiliunt lateribus. A tergo namque corporis primi ossis,& ante priorem ascendentis eiusdem ossis processus sedem, [c] sinus utrinque cauatur,qui cum quintæ lumborum uertebræ sinu commune foramen cõstituit, quo sui lateris neruus elabitur,& uena arteriaq́; dorsalem medullam hic petentes ingrediuntur. Porrò reliquis neruorum paribus,foramina non parantur in sacri ossis lateribus superiùs ilium ossium connexu occupatis, & inferiùs ita per transuersum tenuibus,ut in latera nimis longo ductu perforari nequiuerint.adeò,ut quando sacrum os sex efformatur [d] ossibus,in anteriori & posteriori ipsius sedibus, decem orbicularia spectentur foramina,in utroque nimirum earum sedium latere [e] quina,quæ inter ossa,quà inuicem illa coalescunt, exculpta,tanto arctiora redduntur,quo humiliorem in sacro osse sedem obtinent.uti & [f] nerui, quibus uiã præbent,non pari mole inferiùs & superiùs constant.Pari etiam occasione,foramina in posteriori sede cælata,illis sunt minora,quæ in anteriori spectantur:quòd hac sede crassiores nerui,quàm illa elabũtur, quod que plures insignioresq; uenæ & arteriæ per anteriora foramina,quàm posteriora, sacrum os subeunt. Foraminibus itaque hunc in modum se habentibus,secundum sacri ossis neruorum par duos antrorsum, & totidem retrorsum educit ramos,per quatuor inter primum os & secundum apparata illis foramina. Dein alia insuper paria eum in modum prosiliunt,ut excidens par ad subditum os,quemadmodum & in uertebris,numero referatur.Præter hæc autem foramina,neruorum occasione incisa, in posteriori sacri ossis sede, [g] alia subinde occurrunt,inter ossium spinas,in uiam,qua dorsalis medulla ducitur,pertinentia, & ligamentis perinde oppleta,ac interualla foramina ve inter spinas reliquarum uertebrarum conspicua. Cæterùm si quando sacrum os quinis tantum constat ossibus,tũc in anteriori ipsius sede duo desunt foramina, sextoq́; pari in posteriori tantum sede (at uersus latera magis) iter exculpitur,alia tunc etiam obuia inferioris sedis sacri ossis cum coccyge osse articuli specie.Supremum enim coccygis ossis osiculum,tum sinu elatiori suæ sedi exculpto,quinti ossis sacri corpus non tantum excipit,uerùm duos etiã insuper exerit processulos, qui sursum educti,quinti ossis sacri ossis processulis deorsum spectantibus coalescunt: & exigua admodum ligamenti cartilaginei portio,reliquo nexui interuenit,propemodum ossis sacri ossium mutuæ structuræ respondenti.quum interim,quando sex sacri ossis sese offerunt ossa,coccygis ossis [h] elatissimum osiculũ processulos nullos posteriori in sede extollat,& laxè sexti ossis sacri ossis [i] corpori duntaxat, idq́; cartilaginei [k] ligamenti medio,committatur.Osiculum hoc ad sinus sui latera utrinque transuersim sursumq́; extuberat,& hinc sensim uersus inferiora angustum redditur,& secundo coccygis ossis [l] osiculo perinde ut sexto ossis sacri ossi [m] firmatur.Secundo osiculo dein tertium & quartum succedunt, eodem penitus modo inuicem commissa,tantoq́; arctiora breuioraq́;,quanto unumquodq́; in ipsa serie humiliorem locum obtinet.Quartum [n] osiculum suo mucrone,quo recti intestini posticam,infimamq́; [o] sedem contingit, in [p] cartilaginem terminatur, eiusdem usus gratia, qua uertebrarum spinis, reliquorumq́; ossium extremis cartilagines obnasci retulimus. Præterea his quatuor osiculis nullum inciditur foramen, quo dorsalis medulla incedat,aut ex quo ulli exiliant nerui.Horum dein osiculorum substantia, appendicum substantiæ correspondet.fungosa namque est,& rara,& in pueris admodum cartilaginea. Ipsorum insuper uniuersus contextus ex ampliori basi in mucronem desinit,introrsumq́; insigniter obliquo flexu incuruatur:& laxi nexus occasione,in partu,ac interdum in magna ani apertione,est mobilis.Quum itaque is quatuor illorum osiculorum cõtextus ueluti ex basi quadam sensim in arctum cesset, incurueturq́;, & quodammodo pectoris ossis modo,priusquam exaresçit,obscurè rubeat,uerisimile est, ueteres, qui pueros artem resecandi corpora docebant,hunc ad cuculi rostri cõtuliſſe speciem:hincq́; κόκκυγα præcipuè,uti prius diximus,appellasse,ut & ὀρροπύγιον quòd contextus ille,mobilius in auium cauda osiculis, non uerò quadrupedum caudæ initio,magna ex parte conueniat.Quàm uerò nostra hæc sacri ossis & coccygis ossis historia,Galeni congruat descriptionibus,promptè expendes,si illas (quum nimirum sibi undique haud respondeant) primùm mutuò,& dein cum nostris contuleris.In libris namque de Partium usu, sacri ossis nõ semel incidit mentio:idq́; inibi quatuor ossibus extrui docetur,nullo interim uerbulo de coccyge osse ascripto.Et præterquàm quòd coccygis ossis Galenus ijs libris non meminerit,haud ambigendum est, hoc ipsi illos libros scribenti,& iustum neruorum numerum neutiquam tradẽti,fuisse incognitum. Quatuor enim ossis sacri ossa esse docens,talem illorum extremo cartilaginem adnasci subiungit,qualem nos coccygis ossis mucroni obtingere diximus,& in quam ossium fines alteri ossi non commissi,perpetuò ferè degenerãt. Præterea in duodecimo de Partium usu,transuersos sacri ossis processus tenues & subtiles esse asserit:quum in libro de Ossib.eos (uti mehercule sunt) crassos & amplos esse doceat. Dein hoc libro, sacrum os tantũ tribus efformari ossibus percensẽt,ijs alia tria subijci scribens,quæ coccygis nomine donauit.In libris quoque de Administrandis sectionibus,sacri ossis & coccygis subinde meminit, quemadmodum nonnunquã in Commentarijs in Hippocratis librum de Articulis:uerùm ea prorsus (quoad ipsius sententiam assequor) ratione,qua in libro de Ossibus plenius quàm alibi illa describuntur.Vt autem accuratiùs modò indices, num illic simiæ potius,quàm hominis ossium tradatur constructio,lubens nunc enarrabo,qui ossa sub lumborum uertebris reposita,in simijs & canibus occurrant.quod uel ideo faciendum est diligentius, ut illorũ modis omnibus execranda constet impudentia,qui quum Galenum homines magis quàm simias describere contendunt,ipsius libros ita indies turpissimè deprauant,& nescio quid non tandem librarijs scribis que imponentes,magis magisq́; præstant,ut illi tandem Chimeræ cuiusdam modo,neq; simijs, illis ve quæ Galenus potissimùm secuit brutis,neque hominibus accommodari possint.In simia itaque & cane,sub infima lumborum uertebra, [q] os quoddam reponitur,tribus efformatum ossibus, ita inuicem iunctis, ut in

Quid euniat, osse sacro tantum quinque ossibus extructo.

Coccygis ossis descriptio.

Qui Galenus sacrum os & coccygis descripserit. Lib.12.13. 15. & alibi.

Cap.11.e 12. Lib.2,6.potissimum. Lib.3.Commentariorũ

Os tribus insimia & cane efformatum ossibus, quod sacrum nocamus.

b 2 *fig.ca.* 11 *li.4.charact.* 25.
c 1,2 *fig. charact.* 1.
d *ut in omnib. nostris figuris.*
e 1,2 *fig. charact.* 2, 3,4,5,6.
f *Specta eos in* 2, 3 *fig.cap.* 11 *lib.*4.
g 2 *fi f.g.*
h.
h 1,2,3 *fi g.* G.
i 1,2 *fi.a.*
k 1,2 *fi.b.*
l 1,2,3 *fi.* H.
m 3 *fig.b.*
n 3 *fig.*K.
o 1 *tab.fi. cap.*49 *lib.* 2 M.
p 3 *fig.c.*
q 4 *fi. charact.*1,2,3. *& figura* 5 *posteriorem ostendit sedem.*

anteriori ſede,iuxta eorum medium,talem connexus oſtendant ſpeciem,qualem uertebrarum corpora mutuò compacta exhiberent,ſi quando ſic coaluiſſent,ut ne tantillum quidem moueri poſſent, & in ipſorum medio omnis cartilago temporis ſucceſſu iam euanuiſſet.quanquam & in catulis,trium illorum oſsium unio,cartilagine etiam aliqua,perinde ac appendicum cõnexus,repleatur.In lateribus anterioris dictæ nũc ſedis,hæc oſſa in ætate prouectis uix aliquam coalitus exprimunt imaginem, quemadmodum & poſterior ipſorum ſedes,omnino (niſi fortè in admodum catulis) continua conſpicitur. Primum os ſuperiori ſua ſede,non ſecus ac quæpiam lumborum uertebra,orbiculare obtinet corpus, infimæ lumborum uertebræ ita commiſſum,ut lumborum uertebræ mutuò compinguntur.Dein primum id os aſcendentes proceſſus exerit inſinuatos,quibus infimæ lumborum uertebræ deſcendentes excipiuntur proceſſus. Inferior tertij oſsis ſedes inferiori cuiuſuis lumborũ uertebræ ſedi in hoc reſpondet,ꝙ orbiculari corpore & deſcendentibus proceſsibus,quemadmodum & illa,donetur,quibus ſubdito ſibi cuidam [r] oſsiculo haud aliter coarticulatur,ac uertebræ in lumbis inuicem componuntur. Trium iſtorum oſsium latera, quæ tranſuerſis ipſorum conſtant proceſsibus admodum amplis & latis,ſibiq; inuicem continuis, ſinum quoque uerſus poſteriorẽ eorundem ſedem habent inſculptum,qui aſper & inæqualis,ſui lateris ilium oſsis ad hæc oſſa nexui famulatur.Sinus iſte ad proportionem tanto humani oſsis ſacri ſinu breuior eſt,quanto ilium os in homine multo latius quàm in quadrupedibus cernitur.Deinde tranſuerſi proceſſus ſecundi oſsis in his magnitudine non excedunt primi oſsis proceſſus,ſecundumq; os modis omnibus minus eſt primo,ut & tertium ſecundo. Tribus his oſsibus continuum etiam inſculpitur foramen,quo dorſalis medulla prorepat, & poſteriori ſua ſedi ſingula ſpinam poſteriorem ve proceſſum educunt,ſurſum potius,quàm deorſum, etſi tamen non inſigniter,ſpectantem:& tanto minorem,quanto os à quo exoritur,in ſerie minus exiſtit.In ſpinarum interualis nulla occurrunt foramina,neque oſſa quicquam inibi dehiſcunt, imò ſpinæ inſtar unius lineæ inuicem continuæ ſimul plerunque protuberant.Foramina tamen neruis emittendis parata, in anteriori ſede & poſteriori,quatuor ſe exhibent,utrinque nimirum bina,quibus ſecundi & tertij parium neruorum,qui ad hęc oſſa referuntur,ramis antrorſum retrorſumq; iter præbetur.Primo autẽ pari foramen eo pacto, quo in lumborum uertebris,paratur,ad tergum uidelicet corporis primi oſsis,& humillimæ lumborum uertebræ.Dorſalis medulla his animalibus neutiquam in tertij oſsis extremo finitur, ſed deorſum per alia inſuper [s] oſſicula incedit,uiam neruis,lumborum uertebrarum modo offerentia,ad poſteriorem nimirum ſuorum corporum ſedem,non uerò etiam anteriùs,quo ſecundum & tertium oſsis ſacri oſsium paria præcipuos ipſorũ educunt ramos.Nerui itaque ſub tertio oſſe exilientes,ac primum dorſalis medullæ in ſubditis illi oſsiculis contentæ neruorum par conſtituentes,foramina [t] inter tertium os & primum id oſsiculum perinde obtinent,ac nerui è lumborum uertebris egredientes,à tergo nimirum corporum uertebrarum. Sub tertio igitur oſsis ſacri oſſe, [u] alia tria,interdumq; in caudatis ſimijs & quibuſdam canibus plura ſuccedunt oſſicula,lumborum uertebris conformatione ſimillima.In nullo namq; ab illis imagine diſcrepãt, niſi quòd tranſuerſos proceſſus latiores,quàm lumborum uertebræ,obtinent,& eoſdem magis deorſum, quàm ſurſum conniuentes: dein quòd ſpinam aut nullam, aut perquàm puſillam à ſe porrigunt. Corporum enim forma penitus illis reſpõdet uertebris,niſi fortè pro oſsiculorum mole,hæc aliquis, minima quæque expendens, ampliora eſſe aſtrueret. In aſcendentibus uerò & deſcendentibus proceſsibus ne minimum quidem uariant:pariq; articulatione contextu ve illorum ſupremum cum infima ſacri oſsis parte, & ipſa dein inuicem committuntur,quo lumborum uertebræ inter ſe.adeò,ut in horum oſsiculorum quoque corporum nexu,cartilaginis,aut potius cartilaginei ligamenti notatu digna occurrat portio. Præterea haud ſecus quàm in lumborum uertebris,uia dorſali medulla in his oſsiculis paratur, illaq; tribus neruorum paribus iter perinde ac lumborum uertebræ accommodant,poſt tergum nimirum (uti & prius diximus)ſuorum corporũ, & ante aſcendentes deſcendentesq; eorum proceſſus.Infimum [x] oſsiculum,è quo dorſalis medulla quodammodo inconiugata ſimplexque proſilit,non caudatis ſimijs aliorum oſsium extremis ſimiliter, in cartilaginem fortè ceſſat.Canibus uerò & caudatis ſimijs,quibus hæc oſsicula ſunt impenſe laxa & mobilia, infimo oſsiculo alia permulta continuo ordine adnectuntur oſsicula,dorſalis medullæ gratia non perforata, ſed ſolida & oblonga,& ſuperiùs inferiusq;,quà inuicem cartilaginei ligamenti beneficio,quemadmodum uertebrarum corpora compinguntur,craſsiuſcula:in medio autem tenuia,caudamq;, ut ſemel dicam,conſtituentia.Quandoquidem igitur in ſimia & cane, mox ſub lumborum uertebris unum occurrit os, ex tribus [y] oſsibus,tanquam è uertebris quibuſdam ſic coalitum, ut ipſorum nexus à uertebrarum commiſſura potiſsimùm differat,quòd in illo nullum cartilaginoſum ligamentum,perinde ac [z] inter uertebrarum corpora reponatur:& quum os iſtud ſpinas ſurſum magis quàm deorſum uergentes profert,quumq; ſecundo & tertio ſuorum neruorum paribus(ut hic Galeno aliquid concedamus)foramina anteriùs & poſteriùs exculpta habet,arbitror inquam,illi id os in libro de Oſsibus ſacri oſsis loco deſcriptum. Item quia in ſimijs & canibus ſub iſto tria ut minimum ſuccedunt [a] oſſa,quæ dorſalem medullam quoque tranſmittentia,in corporum ſuorum nexu, ligamentum cartilagineum ſecus quàm tria eorum animalium oſsis ſacri oſſa,adipiſcuntur: & quum ideo citra multam longam ve decoctionem, aut magnam aliàs uim, haud aliter quàm lumborum uertebræ inuicem promptè diuellantur, quumq; hæc oſſa neruos duntaxat à tergo ſuorũ corporum,non uerò antrorſum quoque,emittant,mihi perſuadeo,Galenum illa coccygis oſsis nomine donaſſe. exiſtimoq; ipſum inter ſacri ſui oſsis cum coccyge oſſe, in nexu & neruorum eductione ac foraminibus,præcipuas ſtatuiſſe differentias.Quippe cum oſsis coccygis oſsibus plus cartilaginis,quàm ſacro oſsi tribuit,eam ſubaudiendam duco [b] cartilaginem,quam ueteres præcipuum corporum uertebrarum eſſe uiculum, ſecus atque Galenus, affirmabant,quamq; ego ſubinde cartilaginoſum (uti reuera eſt) appello ligamentum

Cuiuſmodi oſsicula in ſimia & cane ſub ſacro oſſe occurrant, adeoq; ipſorum coccygis oſsis deſcriptio.

Galeno ſacrum os & coccygis os ut in ſimia ſe habent deſcripta.

In fine capitis 11. ubi etiam primo pari uidetur eundem egreſſum cum 2 et 3 parum exquiſitè pbere.

Cap. 8. lib. de Oſsibus.

r 4 ſi. charact. 4.

s 4 ſi. charact. 4,5,6. *Spectantur tamen et in 5 fig*

t 4 ſi inter char. 3 et 5

u 4 ſi. charact. 4,5,6.

x 4 ſi charact. 6.

y 4 ſi. charact. 1,2,3

z ſi ca. 14 R.R.

a 4 ſi. charact. 4, 5,6 *quos conferes cũ eiuſdem figuræ char. 1,2,3*

b ſi ca. 14 R.R. *& figuræ capitis 4 o li. 2 inſertæ charactere 3.*


gamentum. Nequaquam enim cum nonnullis ſibi admodum peritis Galeni librorum corruptoribus exiſti
mo, illum hic de ea loqui cartilagine, quæ oſsium adnaſceretur lateribus. quum plus eius cartilaginis, ac car
c 2 *fig.* N, N, O, O, P, Q. zilaginei etiã ligamenti, iliũ oſſa excipientibus c finibus, idq; potiſsimùm poſteriori ipſorũ ſede, qua iliũ
oſſa nonnihil à ſacro oſſe dehiſcunt, obtingat, quàm oſsibus quę mox ilium oſsium cum ſacro cõnexui, ſiue
d 4 *ſi. cha racł.* 4, 5, 6. in d ſimia, ſiue in e homine ſubſunt. Quòd uerò corruptores illi, ne Galenus f ſena humanorũ oſsium
e 1 *fig.* D, E; F. præterijſſe aut ignoraſſe uideretur foramina, in Capite ipſius de coccyge oſſe adijciunt, neruos illius oſsis
f 1 *fig. notantur foramina alterius lateris, cha.* 4, 5, 6. & anteriùs quoque educi, hoc à librarijs omiſſum, intrepidè contendentes, ideo uenit improbandum, quòd
uti antea in oſsium nexu coalitu ve, ſic modò in neruorum ductu egreſſuq; omnem ſecludant differentiam,
qua Galenus coccygis ſui oſſa à ſacri oſsibus peritè admodumq; anatomicè ex ſimiarum canumque fabri-
ca diſtinxit, cui poſthac Galeni deſcriptiones neutiquam accommodari poterunt. Cæterùm qui uel ſic etiã
adaucta, aut deprauatæ potius, uitiataq;, ad hominis decem oſſa lumborũ uertebris ſuccumbentia referan-
tur, nequeo ſatis colligere. Vt enim ſex primorum oſsium, quæ ſacri oſsis loco mihi deſcribuntur, inter ſe
coalitum, & in una ſerie ex ampla baſi quodammodo in mucronẽceſſantẽ contextum, & neruorum parem
antrorſum retrorſumq; productionem, & ſpinas haud ſurſum eminere, taceam, neſcio quamobrem qua-
g 1, 2 *fig.* G, H, I, K. tuor g oſſa, quæ coccygis oſsis loco à me ſunt pertractata, nullamq; dorſali medullæ uiam præbent, Ga-
lenus neglexiſſet, quum duo horum ſuperiora tam ſint inſignia, & illa conſtent fabrica, tantumq; cum re-
liquis ſuppeditent uſum, ut ab humanum corpus ſecante non debeant facilè præteriri. Verùm illi librorum
Galeni euerſores aiunt, noſtrum coccyx os ab ipſo dedita opera præteritum, quòd è monumentis cum ſa-
cro oſſe non effodiatur. aut quòd Galenus id perinde ac os ν referens, & cordis os, & oſsicula ſeſamo ſemi-
ni comparata, tyronibus non uoluerit in libro de Oſsibus proponere. aut quòd omnia quatuor eius oſſa,
unius cartilaginis loco habuerit. Poſtremumq; iſtud in primis approbant, ne in libris de Vſu partium Ga-
lenus alijs ſuis ſcriptis minus coaptari poſsit. ut ſcilicet tria ſui oſsis ſacri oſſa trium loco, & tria oſſa ſui coc
cygis oſsis unius tantum uice enumerarentur: & noſtrum coccyx os cartilago ea eſſet, quam quarti oſsis, ſa-
cri oſsis extremo adnaſci, in ijs libris prodidit. Hæc quum referuntur, ac meæ ſententiæ obijci ſentio, illos
mihi audire uideor, qui Galenum & Auicennam, aut neſcio quos tandem medicos & philoſophos, aut pu-
gnantia eiuſdem autoris ſcripta, inter ſe non diſſentire, conantur admodum ridiculè magnoq; ſupercilio
oſtendere: eaq; autoribus ipſis imponunt, quæ ne per ſomnium quidem cogitarunt, quæq; ab illorum ſen-
tentia ſunt prorſus aliena. Si enim Galenus noſtrum coccyx os in Capite libri de Oſsibus undecimo & duo
decimo, idcirco omiſiſſet, quòd illius tractatio ad eos qui introducuntur, haud pertineret: indubiè in libri
de Oſsibus fine, noſtri coccygis perinde meminiſſet, ac aliorum oſsiculorum, quæ alibi plenius deſcripſit.
quum tamen in nullis Galeni libris, iſtius noſtri coccygis incidat mentio. Quod autem id è monumentis
aut ſepulchris à ſacro oſſe diſſolutum occurrit, ipſiusq; oſsicula uertebrarum modo diſiuncta ſpectantur,
argumento eſt, Galenum ueterum deſcriptiones ſuis ſimijs accommodaſſe, quòd nimirum oſſa ipſarum ſa
cro oſsi ſuccedentia inuicem, marceſcentibus ligamentis diſſoluantur, ſeçus quàm tria noſtri ſacri oſsis hu
miliora. Neceſſum namque eſt cum his hominib. de nullo ſacro hominis oſſe, quàm quod ſenis extructum
ſit oſsibus, ſermonem inſtituere. Nam quum quinque aut quatuor tantum in homine reperiuntur oſſa, no-
ſtrum ſacrum os conſtituentia, tunc illa nullo penitus modo Galeni ſex oſsibus accommodari queunt,
quum ne numerus quidem oſsium reſpondeat, dorſali medullæ uiam offerentium. Dein ſi diſſolutorum ab
inuicem in cœmiterijs oſsium habenda eſſet ratio, quid de uertebris, coſtis, manus, pedis, pectoris, & om-
nium ferè partium cenſendum eſſet oſsibus? quum hæc ſecus quàm noſtri ſacri oſsis oſſa ſeſe offerant di-
rempta & diducta? Porrò quum fingunt Galenum coccyx noſtrum os meritò cartilaginis loco habuiſſe,
quòd ipſius oſſa in pueris mollia & cartilaginea ſpectentur, &, ut ipſi aiunt, quatuor tantum cartilagines eſ-
ſe appareant, eſt eiuſmodi, ac ſi Galenus puerorum potius, quàm mediæ ætatis hominum, aut brutorum hi-
ſtoriam texuiſſet. At hi nimis obiter expendunt, hanc in multorum oſsium ſubſtantia, in tota appendicum
ratione, & numero in primis, in coſtarum cartilaginibus, & alibi ferè centies, ſimijs & canibus, utpote ſic-
ciſsimis, maximeq; oſſeis, ut ſic dicam, animalibus, elegantius congruere, quàm homini, præ cæteris ferè hu
midiſsimo & molli. At per me integrum eſt, quiduis ab illis hominibus comminiſci, ac cum Galeni ab ip-
ſis deprauata ſententia ſuis auditoribus imponere, modò pro mea uirili ueram hominis exhibeam ſtudio-
ſis fabricam. qui tunc maximè Galeni libros, tanquam ſacroſancta, non duxerim emutandos, quum in ma-
gno infinitoq; hominis cum ſimijs & ijs brutis, quæ Galenus potiſsimùm aggreſſus eſt, diſcrimine, Galeni
hiſtoria illis quàm homini eſt conformior: præcipuè ſi quando diſcrimen illud, quantumuis inſigne, à Ga-
leno non uideatur fuiſſe animaduerſum, uel alioquin expreſſum. Quinimò ipſe audiendus eſt initio tertij li
bri Commentariorum in Hippocratis librum de Articulis, quum ait ſe de Oſsibus librum conſcripſiſſe, cũ
ſigillatim quale unumquodque os eſſet, præcipuè quidem in ipſis hominum aridis cadaueribus, ſin minus,
in ſimijs certè, diligenter inſpexiſſet: ita pulchrè indicans, ſe omni ſtudio ſaltem ſimias enarraſſe, hasq; ho-
mini in oſsium conſtructione eſſe ſimillimas. Vnde etiam nullus omnium Anatomicorum Galeni librorũ
mihi magis, quàm hic de Oſsibus illi uidetur aſcribendus: iſq; ſanè eſt, quem toties prædicat, grauiterq; di-
gnum cenſet, qui ſubinde legatur, totusq;, quum ita ſuccinctus ſit, memoriæ commendetur. Et quamuis il
le exactiùs ſimijs quàm hominibus reſpondeat, paucioribus tamen falſis ſcatet deſcriptionibus, & mendis
profectò, quàm cæteri omnes: uti in ſcholis apertè, & ſanè (ita mea ſecundent Superi) citra omnem pror-
ſus affectum, candidè ſolitus ſum in rerum præſentia oſtendere. utcunque interim qnorundam ſenum ma-
leferiatorum, & inuidia (quòd hæc nimirum ipſos lateant) tabeſcentium calumnias, falſiſsimasq; obtre-
ctationes nequeam ſubterfugere.

Talis eſt Galeni liber, cum Syluij editus commentarijs.


Præcteris Anatomicis Galeni libris, librum de Oſsibus ipſi tribuendum.

DE THORACIS OSSIBVS. Caput XIX.

PRIMA DECIMINONI CAPITIS figura, qua thoracis ossium integra compago anteriori facie exprimitur, duodecim nimirum thoracis uertebræ, et duodecim utrinque costæ, unà cum pectoris osse pluribus efformato ossibus.



SECVNDA DECIMINONI CAPITIS figura, posteriorem integræ thoracis ossium compagis faciem proponens.



TERTIA FIGVRA EX MEDIIS uertebrarum thoracis, tres continet uertebras, dextro latere expressas, unà cum media eiusdem lateris costa. Atque huius figuræ beneficio, costarum ad uertebras articulatio, de in & costarum quoque ductus ostenditur.



QVARTA FIGVRA EXPRIMITVR COSTAE posterior & uertebris proxima portio, ut capitula exactè in conspectum uenirent, quibus nouem superiores costæ uertebris articulantur. Præterea huius costæ partem effregimus, ut ossea costarum interiori in sede ostenderetur substantia, Φ indicata.



QVINTA FIGVRA portionem exhibet duodecimæ costæ posteriori facie, et qua duodecimæ thoracis uertebræ co arctatur, depictam. Hanc quoque, ubi Φ positum cernis, à reliqua sua portione effregimus, osseam costæ substantiam ostensuri.



E, E1, 3 *Cartilagineæ costarum substantiæ principium. Linea enim B & A intercedens, eius substantiæ cum ossea coalitum notat.*

C 1 *Primæ costæ cartilaginis cum pectoris osse coalitus.*

D 1 *Secundæ costæ cartilaginis cum pectoris osse articulatio, à qua etiam promptè subsequentium quinque costarum articuli species colligitur.*

E 3 *Cartilaginis capitulum, quo secunda costa ac quinque subsequentes, pectoris ossi inarticulantur.*

F, F 1 *Terminus cartilaginis illegitimarũ costarũ, qui acutus spectatur.*

G 1 *Sedes, qua undecimæ costæ cartilago à decimæ cartilagine frequenter debiscit.*

H 1 *Sedes, qua duodecimæ costæ cartilago ab undecimæ perpetuò dirimitur.*

I, I 1 *His sedibus costarum cartilagines inæqualiter protuberant, sua interualla plerumque opplentes.*

K, K 1 4 *Hac regione internæ mediarum costarum sedi sinus oblongus exculpitur, cui uena, arteria & neruus insident.*

SEXTA FIGVRA, anteriorem pectoris ossis à cartilaginibus costarum liberi partem proponens.

SEPTIMA PECtoris ossis cartilaginibus costarum liberi posteriorem commonstrans faciem.



Capitulum

L 4 *Capitulum, quo costæ uertebrarum corporibus articulantur.*
M 4 *Capitulum, quo costæ transuersorum processuum apicibus articulantur.*
N 5 *Species capituli, quo undecima & duodecima costæ uertebris articulantur.*
O 4,5 *Tuberculum, in costarum posteriori sede iuxta apicem transuersi uertebræ, cui costa articulatur, processus consistens, ad quod undecimus dorsum mouentium musculus coimplantatur.*
Q 4 *Interuallum, inter L & M apparens, quod asperum ligamenti producendi gratia efficitur.*
R 4 *Hæc quoque sedes, insertionis musculi thoracem mouentium quarti gratia potissimum exasperatur.*
S,T,V 3 *Tres simul contextæ uertebræ.*
X 3 *Sinus duobus uertebrarum corporibus communis, cui costæ capitulum inarticulatur.*
a 3 *Costæ ad uertebræ corpus articulus.*
b 3 *Sinus in transuerso uertebræ exculptus processu, cui costa etiam articulatur.*
c 3 *Costæ ad transuersum processum articulus.*
d 3 *In suprema uertebra S insignita, etiam d talis sinus indicatur, qualem inter mediam & infimam uertebram X expressimus.*
e 3 *Sinus articulandæ costæ in transuerso processu cælatus, uertebræ S insignitæ.*
f 3 *Costæ regio in posteriora maximè exporrecta. Ab a igitur & c ad f costa à uertebris deorsum obliquè in posteriora fertur: ab A uerò & B ad E, sursum in anteriora circulatim reflectitur.*
g,h.i.k 1 *His characteribus in prima figura pectoris os notatur. ac g quidem ad h, primum pectoris indicatur os. h uerò ad i usque, secundum. i ad k usque, tertium. k autem mucronatam pectoris ossis notat cartilaginem. Verùm iam exactius pectoris os in sexta & septima aggrediemur.*
l 6 *In anteriori primi ossis sede protuberans instar trianguli pars, quæ t, q, & r posset circumscribi.*
m,n 6 *Sedes utrinque ad partem eam protuberantem depressa.*
o 7 *Posterior primi ossis sedes, quæ utcunque caua cernitur.*
p 6,7 *Sedes primi ossis, cui primæ costæ cartilago innascitur.*
q, r 6 *Sinus primi ossis, quibus clauicularum capitula articulantur: ac r etiam in septima figura dextrum indicat sinum.*
s 6,7 *Sedes inter duos clauicularum nomine insculptos sinus consistens, quæ lunæ modo excauatur.*
t 6,7 *Hac sede primum os secundo committitur.*
u 6,7 *Communis primi & secundi ossis sinus, cui secundæ costæ cartilago coarctatur.*
x, y, z, α,ε 6,7 *Sinus secundi ossis, quib. cartilagines tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ & septimæ costarum inarticulantur.*
ϛ,σ,ε 6,7 *His sedibus interdum in pueris secundi ossis distinctiones apparent, perinde ac si id ex pluribus efformaretur ossibus, per unionem mutuò coalescentibus.*
ζ 6,7 n. *Hoc tertium pectoris ossis os censetur, quod in cartilaginem ensis mucroni non absimilem, ac u in sexta & septima notatam, finitur. Foramina, quibus interna pectoris ossis sedes abundat, etsi notis non indicentur, sese facilè demonstrãt. Inuerit modò, tres quoque figuras obiter inspicere, quibus ad præsentis libri calcem totus ossium contextus triplici facie proponitur. Deinde non mediocriter iuuerit, octauæ musculorum tabulæ, & decimæquartæ tabulæ thoracem hic contueri: quòd illæ ueriorem thoracis formam, costarumq; ductum ostendant, quam ex illis ossibus delineari queunt. quæ nostra industria rursus compinguntur, & non satis obliquum costarum ductum commonstrant. unde etiam manus quàm deceat interuallum, inter humillimæ costæ apicem & ilium ossis spinam referunt.*

Omnium thoracis ossium structũ 1 & 2 fig. ostendunt.
a integræ figur. ab O ad s.
b 1 fig. g, h, i.
Hæc ostendunt 7 et 8 musc. tab.

THORACEM opportunè uocabimus, quicquid costis interceptum circumscriptumq; est: non autem cum Aristotele, [a] uniuersum corporis truncum, quem à iugulo ad pubẽ usque metimur. Anteriorem uerò thoracis sedem, Pectus: & [b] latum in ea sede consistens os, cui costæ coarticulantur, Pectoris os ritè nominabimus. quò minus tres Græcorum, & in primis Galeni uoces, θώραξ, στῆθος, & στέρνον, oscitanter uideamur confundere. Pectoris itaque os, & costæ, itemq; duodecim dorsi uertebræ, quas thoraci hactenus ascripsi, thoracis sunt ossa. Est autem admirabilis summi rerum Opificis industria, qua totus thorax neque osseus, neque carnosus efficitur, uerùm os cum musculis uicissim alternatimq; commutatur. quanquam interim caluaria quidem uniuersa ossea, abdomen uerò musculosum magna ex parte extruatur. Cæterùm decet hæc accuratè, præcipuoq; studio expendere. quum enim tria sint principia hominem dispensantia, os quidem immobile, ac nullis interstinctum musculis, primo principio circundatur, musculi uerò tertio: at secundo ex ossibus musculisq; medium quid circumtexitur. Cerebrum namque in nullos usus musculis eguit, quum nulla caluariæ pars aut dilatatione, aut compressione indigeat. Quare etiam meritò caluaria, uelut galea & murus immobilis ipsi circumponitur. Porrò si organis iecori famulantibus, uentriculo scilicet, & intestinis, & uesicæ, ac demum ipsi utero, non minimo sanè generationis instrumento, aliquod tale septum circumponeretur, ubi cibum & potum uentriculus susciperet? quorsum utero gestantium tumor eminueret? quà educerentur excrementa, aut quomodo partus felici conatu propelleretur? nullo hic opem ferente musculo? Thoracis autem motus, quem maximè ad aeris inspirationem requirimus, omnino aboleretur, si solis duntaxat ossibus thorax constaret. Si uerò is solis musculis motuum opificibus conformaretur, ij pulmoni & cordi, nullã etiam re externa eos urgente, inciderent. Vt igitur aliqua thoracis capacitas intus fiat, ac thorax etiam motu agatur uoluntario, musculi [c] alternatim ossibus sunt interpositi. Mox autem & hoc ad securitatem non parum cordi pulmoniq; conducit: magis enim nunc muniuntur, quàm si solis musculis thorax fabricatus esset. Quinetiam ossea thoracis moles firmandis sustinendisq; scapulis (quibus dein brachia coarctantur) mirificè confert. has enim solis inniti costis, & clauiculas nullo osse, quàm

Quid thorax. Lib. 1. Histor. anim. cap. 7.
Pectus.
Pectoris os.
Opificis rerum in thorace creãdo industria.

Hæc commonstrant priores 5. li. figurã.

c 6 musc. tab. S, T, V, X. & 11. tab. T, T, V.
Hæc integræ figuræ Q. R. S. T, V. Z. Γ. Δ.

scapulis & pectoris osse firmari,docebimus. Præterea si nullis osibus thorax constaret, nullus esset locus, unde scapulis & brachijs & abdomini,ac alijs quibusdam membris musculi pronascerẽtur:neque ullis fundamentis musculi hærerent,aut consisterent. Atque hãc sanè essei thoracis necessitatem, si quid aliud,profectò testudines pulcherrimè edocent:quæ etsi tam tuto sepiantur domicilio, tamen in pectoris & thoracis laterum sedibus elegantissimum & iucundissimum spectatu osium demonstrant textum, in hoc duntaxat incredibili artificio creatum,ut illi priora crura innitantur: utq; musculi testudinis humerum mouentes, commodè originem sumant. Quum igitur neque respiratio,neque uox absque thorace fieri possit:quumq; cor,insuperq; cum ipso pulmo,thorace muniri debeant,ad quatuor uelut scopos rerum Opificem in thoracis fabrica potissimum attendere oportuit:uocem nimirum,respirationem, cordis & pulmonis magnitudinem. Thorax enim,qui quodammodo ouali constat figura,tam amplus est, [d] quantam pulmonis molem esse oportuit. At pulmo interim thoracis sequitur formam,non autem thorax pulmonis. In pulmonis enim historia ipsum disces nulla peculiari eguisse forma,ut neque iecur,neque lienem, neque quodammodo cerebrum. Porrò iam tempestiuum erit, thoracis ossa seriatim describere: & cum duodecim eiusdem uertebras prius [e] enarrauerimus,à costis sermonem auspicari, quæ uiris & mulieribus ab utroque latere [f] duodeno constant numero:à quo si quando uariant, tredecim sæpius quàm undecim solum sese offerunt:quemadmodum tredecim quoque thoracis uertebras sæpius quàm undecim tantum occurrere, suprà retulimus. Singulis enim thoracis uertebris,singulæ in ambobus lateribus articulantur costæ. Quòd autem uiros costa quapiam in altero latere destitutos,ac uiros unius costæ numero à muliere superari, uulgus opinatur,ridiculum planè est:etiamsi Euam ex Adæ costa à Deo procreatam,Moyses prodiderit. Quamuis enim forsitan Adæ ossa,si quis ea in sceleton compegisset,ex altero latere una caruissent costa: non ob id tamen omnibus quoque uiris unam deficere necesse est. Aristoteles homini octo costas tantum tribuit:concessurus etiam,quosdam gentis Turdulorum septenis costis creari,si modò id alicuius idonei autoris testimonio ipsi constitisset. Verùm ut hic Aristoteles aliorum duntaxat suffragijs suum dogma firmaret,ita quoque non dissimile uero est,illic octo costas homini ex aliorum relatu eundem ascripsisse, hacq; ratione rẽ ipsi non uisam parum rectè nobis tradidisse. Quanquam interim dum memoratum iam Aristotelis locum aliquando Patauij enarrarem,à summæ (propter singularem literarum ac Iuris ciuilis cognitionem) spei adolescentibus,Iacobo Nigro,& Ioanne Centurione,patricijs Genuensibus accepi, generosissimos Ligures in ueterum monumentis ἐπταπλεύρους fuisse appellatos: quum tamen is populus, ut est nauali terrestriq; pugna strenuus,optima quoque membrorum symmetria ac numero sit spectatissimus. Sunt itaque plurimùm utrinque duodecim costæ:ac septem superiores pectoris ossi & uertebris, ut postea dicemus, articulãtur:quinque autem humiliores solis compinguntur uertebris,& ad pectoris usque os non pertingunt,sed in thoracis desinentes lateribus,suarum cartilaginum finibus [g] inuicem committuntur: duodecima duntaxat excepta,quæ ab undecima penitus [h] dehiscit,neque aliqua ex parte ipsam contingit. id quod & undecimæ non rarò usuuenit,decimæ cartilaginem tunc non [i] attingenti. Quinque istæ humiliores, quòd pectoris ossi non articulantur, νόθαι quasi dicas spuriæ & illegitimæ,Græcis appellantur. Omnibus costis commune est,quòd [k] ossea simul [l] cartilaginosaq; constent substantia, quodq; [m] appendicem ea sede sibi uendicent,qua uertebrarum connectuntur corporibus. Ossea costarum substantia non omni ex parte sibi similis est. ubi enim costæ uertebris coarticulantur, & ubi dorsum constituunt, solidiores multo durioresq; sunt,quàm in thoracis lateribus,& iuxta pectoris regionem, ubi magis fungosa extruuntur substantia,quæ tenui squama,seu lamina obducitur:hæcq; illic demum tenuissima est, ubi in cartilaginem degenerat. Cartilago etiam non parem undique ostendit speciem:inferiorum enim costarum cartilago mollior est. unde etiam fortassis nonnulli illegitimas costas priuatim χόνδρους quasi cartilagines dicas,uocari tradũt. Superiorum uerò costarum cartilago durior est,solidiorq;,ac in ualde senibus intus ossea efficitur: quemadmodum in ouibus & bobus,alijsq; ferè omnibus eius generis animantibus mediocris etiam ætatis fieri cernimus,quorum cartilago intus friabili constat osse,exterius tantum cartilagine ueluti membrana quapiam obuoluto. Atque id etiam in simijs & canibus,utpote sicciori temperie quàm homines constantibus, adeò est manifestum,ut haud mirum sit;Galenum illorum præcipuè animalium fabricam docentem,uerarum costarum cartilagines,osseas:spuriarum autem cartilagines,exquisitas esse cartilagines scripsisse. Huius cartilaginis moles in omnibus costis non eadem est,ut etiam omnium costarum non par est longitudo. prima namque & duodecima breuissimæ sunt,mox secunda & undecima, quæ omnes breuibus donantur cartilaginibus. Sexta uerò,septima & octaua,longissimæ sunt,ac longissimas etiam obtinent cartilagines. Primæ costæ cartilago amplissima est,quemadmodum & prima costa cæteras quoque amplitudine superat:mox hanc secunda,& deinde tertia in amplitudine subsequuntur. duodecima uerò & undecima omnium sunt tenuissimæ,& in tenuissimas quoque terminantur cartilagines. Mediæ autem medio se habent modo:quamuis harum quandoque cartilagines in progressu,ossea suarum costarum substantia efficiantur latiores. Quum enim sex superiorum costarum cartilagines dehiscentia efforment interualla, totoq; ductu ab inuicem æquè distent:sextæ tamen,septimæ,octauæ, & interdum nonæ costarum cartilagines uariè in progressu latescunt,inuicemq; continuatæ interualla ipsarum suamet substantia [n] implent. Ad hæc,quinque spuriarum costarum cartilagines in acutum [o] mucronem desinunt,uerarum autem cartilagines non item. Primæ enim costæ cartilago, [p] suo fine qui pectoris ossi ualidè connascitur, amplior fit, quàm qua primùm ab ossea costæ educitur substantia. Secundæ ac tertiæ,triumq; subsequentium costarum cartilagines modicè in progressu arctantur,& singulæ in [q] capitulum finiunt,quo has pectoris ossi coarticulari postea docebimus. Costis non omni ex parte eadem adest læuitas. interna enim sede, qua membranam ipsas simul

d 12,13 fi. lib. 6.

e fi. ca. 14 C,D. & figuræ capitis 17.

f 1,2 fig. charact. 1, 2 usque ad 12.

g 1 fig. F.

h 1 fig. H.

i 1 fig. G.

k 3 fi. ab a per f ad A.

l eadẽ fig. à B ad E. aut 1 figu. A,B.

m 4 figur. L,M.

4,5 fi. fractam ostendunt costã ad Q.

n 1 fi. I, I.

o 1 fi. F.

p 1 fi. C.

q 1 fig. D. dein 3 fi. E.

Costarum numerus.

Viris ac mulieribus idẽ costarũ numerus.

In 2. cap. Genes.

Lib. 1 Histor. animal. cap. 15.

Corporum in Liguribus symmetria.

Costarum substantia & appendix.

Ossea substantia.

Cartilaginea substãtia.

Libr. 8. de Administ. sect. & partim in libr. de Ossib. ca. 13.

Costis omnibus non par longitudo.

Nõ par amplitudo.

Costarum læuitas & asperitas.

simul omnes succingentem spectant,uniuersæ læues minimeq́; asperæ apparent.tertia tamen, & quæ illam *Costarum sinus.*
r 11,4 fi.K. ad decimam usque subsequuntur,in interna ipsarum sede uersus humiliora [r] sinum ostendunt, ipsis secũ
dum earum longitudinem exculptum,non quidem per uniuersam costæ longitudinem conspicuum, sed
maximè ea sede,qua primùm à uertebris abscedunt,& in thoracis latera ferri incipiunt. Sinus iste paratur
s fig. 6 ca. lib. 3 G, G. [s] ramo,quem uena coniuge carens,costæ exporrigit:deinde etiam illò uehitur arteriæ magnæ [t] sobo-
t fi. ca. 11 lib. 3 k, k. les,& [u] neruus à dorsali medulla pronatus. Verùm quia hæc uasa in medijs costis grãdia sunt,ac pari sem
u 2 fig. ca. 11, libri 4. per incedunt serie,in tribus autem superioribus minima,eademq́; sparsim ducta occurrunt:non mirum est,
præcipui ra mi costarũ ductum ser uantes. medias costas his sinibus magis quàm superiores ornari.Porrò tres costæ humiliores,etiamsi magna illis at
tendantur uasa,quum tamen tenues & interna sede depressæ cernantur, etiam citra magnam huiusmodi si
nuum operam,illis uasis tutum iter præbent.Sinus iste uasis deducendis cælatus, inferiorem costæ partem
acutiorem tenuioremq́; efficit,quàm sit superior,quæ obtusior magisq́; teres cernitur. Externa, eademq́;
gibba costarum sedes,non omni ex parte læuis est.ea enim [x] parte,qua costæ uertebris alligantur, præter
x 4 fig. L, M, sed præcipuè Q. quàm quòd capitula efformant,quibus uertebrarum inarticulantur sinibus, etiam asperæ inæqualesq́; sese
offerunt,quo aptius hinc ligementa educantur,costas uertebrarum corporibus & transuersis earundem pro
cessibus colligantia.Præterea in hac externa costarum sede,simulatq; à transuersis uertebrarum abscedũt *Costarum*
y 4, 5 fi. O. z 13 mus. tab. Γ. processibus, [y] tuberculum quoddam asperum inæqualeq́; uisitur, tendinibus [z] undecimi dorsum mo- *asperum tu berculum.*
uentis musculi excipiendis paratum:qui partim in apices transuersorum processuum, & partim in hæc co-
starum inserunrur tubercula.Deinde,quà costæ adhuc magis à transuersis uertebrarum recedunt processi-
bus,in hac posteriori externaq́; ipsarum sede, [*] asperæ inæqualesq́; sunt, ac etiam ueluti tubere quodam
* 4 fig. R. a 12 mus. tab. Δ. modicè prominenti donantur,ut in illas apta insertionis sedes eius [a] musculi efficeretur,quem in homi-
ni idonea est,imò etiam [b] externi intercostales musculi hinc enasci docebuntur,qui hac iuxta uertebras
b 11 musc. tab. V. regione non solum ab inferiori sede superioris costæ in elatiorem humilioris costæ partem pertinent, ue-
rùm etiam ab externa unius costæ sede ad externam alterius hic exporriguntur. Reliqua uerò regione co-
stæ leues æqualesq́; sunt,nisi fortè quispiam eas modicè asperas in superiori & inferiori sede esse contende
ret,à qua intercostalium musculorum pendet origo,in quamq́; eorundem etiam insertio perficitur. Prima
tamen costa superiori sede,qua latissima est,priuatim aspera inæqualisq́; cernitur, ut [c] musculus dorsum *Costarum*
c 8 musc. tab. C. mouentium quartus hinc principium opportunè sumat.Costis omnibus non par ad uertebras obtigit arti- *ad uerte-- bras articu latio.*
d 3 fi. a, c. culatio.nouem enim superiores [d] duplici coarctantur articulo,undecima autem & duodecima simplici,
quemadmodum & decima quoque rarissimè duobus articulis suæ committitur uertebræ: utcunque etiam
secus Galeno usum fuerit,qui singulas costas duplici articulo uertebris coarctari docuit. Cæterùm costæ
e 4 fi. unũ L, alterum M. duobus nodis articulatæ [e] duo ostendunt capitula:unum quidem,quo [f] sinui uertebrarum corporibus *Tum aliàs sæpius tum maxime 8. de Admini- str. sect.*
f 3 fi. X, d. g 3 fig. b, c, inciso inarticulantur:alterum autem,quo [g] internæ sedi apicis transuersi processus firmantur. Atque hæc
capitula sinibus illis respondent,quos uertebris,quum earum recensseretur constructio, insculptos retuli-
mus. Prima igitur costa rotundo capitulo primæ thoracis uertebræ corpori inarticulatur: ac deinde trans-
uersum eiusdem uertebræ processum tantisper ascendit,quousque ipsius apici alio capitulo inarticuletur.
Secunda uerò costa,& septem subsequentes,communi semper duarum uertebrarum corporum sinui, non
rotundo,sed instar obtusi anguli protuberante capitulo inarticulantur:transuersis autem processibus perin
de ac prima coarctantur costa.quanquam & hic quædam in articulis,propter sinus nõ eadem sede in trans
uersis processibus exculptos, consurgat differentia. Superiorum enim uertebrarum transuersi processus,
suos sinus in humiliori parte internæ illarum sedis incisos gerunt,inferiorum autem (uti suprà etiam con-
tra Galeni suffragium admonuimus) in superiori parte: mediarum uerò uertebrarum sinus medio se ha-
bent modo.Cæterùm quòd costarum articulatio,quæ ad uertebræ corpus efficitur,tanto elatior sit illa quã
costæ ad transuersos processus moliuntur,quanto apex transuersi processus demissior est,sinu uertebræ cor
pori exculpto,hic etiam non uenit negligendum.Porrò trium inferiorum costarum articulatio, quæ ad uer
tebrarum duntaxat corpus perficitur,sinibus quoque non admodum altè cauatis, neque ualde protuberan
h 5 fig. N. tibus [h] capitulis perficitur.Atque hac ratione costæ uertebris committuntur. quam autem articuli spe-
ciem cum pectoris osse moliantur,& quo ductu à uertebris antrorsum contendant, tunc primùm opportu-
nè explicabimus,quum pectoris ossis constructionem sermoni addiderimus: quæ profectò enarratu esset *Quadrupe- dum pecto- ris ossis de- scriptio.*
facilis,si humanum os,simiarum & canum & uitulorum, eiusq́; generis animantium ossi respõderet. In his
namque animalibus (ut etiam inter edendum uidere est) pectoris os septem constat ossibus, non admo-
dum inter se forma differentibus.In canibus enim,porcis,& ouibus,inuicem conueniunt: in simijs uerò,&
sciuris,propter clauicularum articulationem,primum supremumq́; os aliquantulo cæteris amplius uide-
tur.Septem hæc ossa latiora,quàm profunda crassaue sunt:& qua inuicem committuntur, latiora nonnihil,
quàm in ipsorum medio existunt.Horum connexus cartilaginis interuentu interdum tam laxè perficitur,
i fi. ca. 14 R, R. ut à uertebrarum quam corporibus suis proponunt, [i] compage modicum differat:est tamen is connexus
ad symphysin seu unionem ita referendus,ut appendicum cum suis ossibus connexus.nisi quòd hunc con-
nexum etiam in admodum decrepitis bobus est cernere. Vnde etiam Galenum in libro de Ossib. miror,
qui pectoris ossa synarthrosi scripserit committi:quum tamen neque harmonia,neque sutura, multoq́; ad-
huc minus gomphosi componantur,quas compositionis species in eius libri initio sub synarthrosi comple
ctitur.In harum commissurarum lateribus sinus utrinque exculpitur,cui cartilaginis alicuius, in quam co-
stæ degenerant,capitulum inarticulatur.Ad primi enim ossis cum secundo contextum,secundæ utriusque
lateris costæ cartilago immittitur.Ad secundi ossis cum tertio commissuram, tertiæ utriusque lateris co-

ſtæ cartilago (ut & reliquæ ſuccedentes quatuor utrinque cartilagines ſua ſerie ſuorum oſsium commiſſuris) coarctatur. Verùm primi oſsis lateribus, primæ coſtæ cartilago non articulatur, ſed prorſus adnaſcitur. Septimum os, quod reliquis gracilius, magisq; teres eſt, in cartilaginem exacuitur, ipſo oſſe latiorem, enſisq; mucroni quàm ſimilimam. Huiuſmodi ſanè pectoris oſsis in canibus & ſimijs eſt ratio. quam Galenum ſpectaſſe annues, quum ipſius de pectoris oſſe hiſtoriam, his quæ modò prælibauimus, conferis. [k] Verùm ſi humanum pectoris os (quod, ut generatim dicam, amplum, & ſi cum aliorum animalium oſsibus conferatur, longè breuiſsimum eſt) intuitus fueris, multo aliter id habere animaduertes: uti etiam homini pectus meritò obtigit breuiſsimum, & ſimul latiſsimum. Nunquam enim, quod certò affirmare poſſim, in humano pectoris oſſe mihi ſeptena occurrerunt oſſa, neque etiam hæc in homine eodem ſemper numero cernuntur. In adultis enim tria ferè conſpiciuntur, prorſus inter ſe uaria. ac [l] primum quidem inſigniter amplum eſt, & nonnihil etiam craſſum: ita tamen, ut ipſius craſsities ab amplitudine plurimum uincatur. Os id [m] poſteriori ſede, qua thoracis reſpicit cauitatem, modicè cauum eſt: in anteriori autem gibbum, & in medio ſecundùm ipſius longitudinem longè craſsius, quàm in lateribus. uidetur enim in anterioris ſedis [n] lateribus depreſſum, atque ut aptè primæ coſtæ cartilaginis craſsitiei [o] reſponderet, extenuatum. In medio autem, roboris gratia, [p] triāguli modo protuberat. [q] Superior etiam oſsis pars multo craſsior ampliorq; eſt [r] inferiore, & utrinque unum [s] ſinum longum, ac uerſus poſteriora inciſum, & cartilagine incruſtatum obtinet, cui clauiculæ [t] caput inarticulatur. In horum ſinuum medio, propter extuberantia illorum interiora latera, primum iſtud os in ſuperiori hac ſede [u] lunatum cernitur, & ueluti foueam oſtendit, quam στόμιον & iugulum uocamus. [x] Inferior oſsis pars utcunque aſpera eſt: & ſecūdo, quod iam deſcribam, oſsi cartilaginei ligamenti interuentu adeò laxè committitur, ut nunquam horum oſsium lateat connexus, imò & ipſius quoque motus in magnis reſpirationibus interdum animaduertitur. [y] Secundum os multo amplius eſt, quàm craſſum: [z] ſuperiori ſede, qua primo connectitur oſsi, ſtrictius eſt, [a] quàm prope inferiorem. At nullibi interim æquè amplum cernitur, ac elatior primi oſsis ſedes. Quà ſecundum os primo cōmittitur, in utroque cōnexus latere [b] ſinus inſtar obtuſi anguli inſculpitur, ambobus oſsibus cōmunis, & cartilagine incruſtatus, cui ſecundę coſtę [c] cartilago inſtar obtuſioris trianguli uerticis protuberās inarticulatur. Pręter hunc ſinū pręſens os utrinq; [d] alios multos ſibi uēdicat, inſtar obtuſioris anguli cauos, & parib. interuallis ab inuicē nequaquā diſtātes. Primus enim in altero latere huic oſſi propriùs ſinus, qui tertię coſtę cartilagini paratur, à ſinu ſecūdæ coſtæ gratia inciſo lōgius diſtat, quàm ſecundus huius oſsis peculiaris ſinus, quartæ coſtæ gratia cælatus, à ſinu remouetur tertiæ coſtæ cartilaginem ſuſcipiente. Rurſus, plus interualli conſiſtit inter ſecundum ſinum & tertium, quàm inter tertium & quartum: adeò ut ſinus ſextæ & ſeptimæ coſtarum nomine in hoc oſſe ſculpti, ſe inuicem contingant, & non tā altè, atque ſuperiores, excauentur. Suſcipit itaque hoc os priuatim tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ & ſeptimæ coſtarum cartilagines, ſecundæ coſtæ cartilaginis [e] modo protuberantes. Secundum os in pueris ex [f] plurimis efformatur oſsibus, inuicem unione per cartilaginis interuentum contextis. Verùm hæc unio, neutiquam canis aut ſimiæ oſsium compagi uenit conferenda, quum longè magis lateat, inferioraq; oſſa multo breuiora ſuperioribus cernantur. Et in cœmiterijs ſecundum os integrum, & à primo diſiunctum ferè ſemper effoditur, quemadmodum uertebræ mutuò diremptæ eximuntur. & ſi fortuitò in ſecundo oſſe aliquam compaginis ſpeciem, ac ſi ex pluribus id conſtaret, obſeruabis, ea potiſsimum apparebit, [g] ubi tertiæ coſtæ cartilago oſsi articulatur, & deinceps [h] ubi quartarum coſtarum cartilagines pectoris oſsi iunguntur. [i] Tertium uerò os exiguum eſt, & inferiori ſecundi oſsis ſedi interna ex parte eadem ratione cōmittitur, qua primum ſecundo iungi relatum eſt: illicq; ſecundo oſsi nectitur, qua ſeptimarum coſtarum cartilagines infimæ ſecundi oſsis ſedi articulantur. Hoc os modicè amplum eſt, aç tenue, humiliorią; ſede in mucronatam cartilaginem degenerat. Verùm id non infrequenter, & potiſsimum in minoribus natu, deeſſe reperies, & [k] mucronatam cartilaginem inde enaſci conſpicies, ubi ſeptimarum coſtarum cartilagines mutuò ferè coeunt, ſecundoq; oſsi pectoris oſsis articulantur. Tria hæc pectoris oſſa ſimul iuncta, manubrij alicuius gladij imagiuem referunt. primi namque oſsis ſuperior, admodumq; lata ſedes, illi manubrij parti reſpondet, quæ ſub paruo digito in apprehenſione conſiſtit. Secundum autem os, illi parti congruit, quam manus tota intus complectitur, in qua ſinus coſtarum cartilaginibus parati, eum præſtant uſum, quem in gladijs ex manubrij aſperitate quærimus, quoties intortis nodoſisq; funiculis, aut ſcabra piſcis cute, illud obduci curamus. Tertium os, unà cum cartilagine, (niſi hæc nonnunquam ſuo mucrone bifida geminaq; occurrat) reliquæ gladij parti aſsimilatur. adeò ut nonnulli uniuerſam hanc oſsium ſtruem ξιφοειδῆ, ab enſis imagine uocarint. alij, qui canes potius ac ſimias, quam homines ſpectarunt, mucronatam cartilaginem duntaxat illo nomine dignantur: quòd hæc ſcilicet gladij mucronis formæ accedat: ipſumq; canum pectoris os, enſis imagini non ita aptè, ac humanum os conferri poſsit. Hæc imaginum collatio atteſtatur, ueteribus illis hominum cadauera, Galeno autem ſimiarum, diſſectioni fuiſſe adhibita. cui ſententiæ Celſi quoque oratio, qua ille pectoris os utrinque lunatum eſſe, ex ueterum quopiam tranſcripſit, ſuffragatur. id enim de ſimijs & canibus falſo protuliſſet, quum tale quid in illis nihil appareat. in homine uerò primum pectoris os ſuperius, & ſecundum inferiùs, multo latiora ſunt, quàm ubi hæc inuicem committuntur. Pectoris oſsis ſubſtantia admodum fungoſa molliſq; eſt, & anteriori ſede magis continua ſquama, quàm poſteriori obducitur. Poſterioris enim ſedis ſquama multis inæqualibusq; donatur foraminibus, quæ haud peruia ſunt, ſed [l] uaſis ſolùm uiam præbent, id os enutrientibus. Hæcq; foramina in primo oſſe tanto magis ſunt conſpicua, quanto huius oſsis craſsities ſecundi oſsis craſsitiem excedit. Quòd itaque pectoris os, illis coſtis quæ orbiculatim thoracis amplitudinem efformant, ſtabiliendis procreatum ſit, neminem latere arbitror:

Humani pectoris oſsis deſcriptio.

Pectoris oſsis ad enſem comparatio

Pectoris os utrinque lunatum.

Pectoris oſsis ſubſtātia

Pectoris oſsis uſus.

k *tota 6,7 figur.*
l 1 *fig. ag ad h, 6 autem fi. et 7 abſ ad t.*
m *fig. 7 o.*
n *6 fi. m, n.*
o *6, 7 fi. p.*
p *6 fig. q, r, l.*
q *6, 7 fig. q, r, ſ.*
r *6, 7 fi. t, u.*
s *6, 7 fig. q, r.*
t 1 *fi. cap. 22 A.*
u *6, 7 fi. ſ.*
x *6, 7 fi. t.*
y 1 *fig. ab h ad i.*
z *6, 7 fi. t.*
a *6 figur. iuxta z.*
b *6, 7 fi. u.*
c 1 *fig. D.*
d *6, 7 fi. x, y, z, a, β.*
e 3 *fig. E.*
f *6 fi. γ, δ, ε*
g *6 fig. γ.*
h *6 fig. δ.*
i 1 *fig. ab i ad k. 6, 7 fig. ζ.*
k 1 *fi. k. 6, 7 fi. n.*
l *ſecundum A. A fi. 2 li. 6.*

arbitror: quemadmodum neque, quod propugnaculi etiam uicem ſecundariò gerat, eosq; uſus homini præſtet, quos generatim thoracis oſſa præbere, in huius Capitis initio retulimus. Cartilago, in quam pectoris os exacuitur, ſubditarum quoque illi partium eſt propugnaculum, & malum granatum uulgò appellatur, ꝙ (ut arbitror) unius balauſtij apicis imagini illa accedat. A qua etiam forma, uulgus ipſam epiglottalem appellat cartilaginem, ab imagine uidelicet laryngis [m] operculi, pectoris oſsis cartilagini ſpecie non admodum abſimilis. Verùm huiuſmodi nominum copiam ad præſentis libri calcem unà cum cæterorum oſsium nominibus ſubijciemus. modò autem nihil in thoracis oſsium hiſtoria addendum ſupereſt, niſi fortè coſtarum ductus, qui longè in coſtarum oſsibus, quàm in cartilaginibus eſt alius. Coſtarum enim oſſa [n] quũ primùm à uertebris abſcedunt, egregiè in poſteriora deorſum obliquantur, & [o] hinc ad thoracis latera deorſum ſemper obliquè uerſus anteriora declinant, [p] quouſque in cartilaginem deſinunt, obliquè ac circulatim ſurſum in anteriora conſcendentem: adeò ut coſtæ, ubi cartilaginem primùm educunt, arcuatim & in angulum quodammodo ſurſum reflectantur. [q] Iſtæ coſtarum ductus non in illis ſolum, quæ pectoris oſsi committuntur, euidens eſt: uerùm & in reliquis omnibus, ſi fortè duodecimam exceperis, cuius cartilago admodum obſcurè ſurſum ſpectat, quanquam etiam hic inflexus potiſsimum in medijs, quinta nimirum, ſexta, ſeptima, octaua & nona uiſitur.

Mucronatæ cartilaginis uſus.

Coſtarum ductus.

m 12, 13 *fig. cap.* 38.


n 3 *fi. ab a per c ad f.*

o 3 *fi. ab f ad A.*

p *eadem fi. a B ad E.*

q *Hæc integra & potiſsimùm ſecũda.*

DE CARTILAGINEA QVAE CORDIS BASI ASCRIBITVR ſubſtantia, ſeu cordis oſſe. Caput XX.



HAEC figura magnæ arteriæ & arterialis uenæ radices perfunctoriè exprimit, ab omnibus connatis corporibus partibus ve diuiſas, & duobus circulis ſimilimas. Ac A quidem arteriæ magnæ radicem notat, B uerò arterialis uenæ radicem. C autem cõnexum, quo uaſa ea inuicem in ipſo exortu connaſcuntur. Verùm conduxerit hæc ex ſexti libri figuris, potiſsimum autem octaua & decima, petere: quas huic Capiti præponerem, ſi non ijſdem figuris paginas occupare uererer.

NE forſitan hoc libro os aliquod prætermiſiſſe uideamur, iam oſſeæ cordis ſubſtãtiæ faciendа eſt mentio. Galenus namque ab elephantis corde, à quopiam ſuorum familiarium os eximiæ magnitudinis exectum prodidit: & grandium quidem animalium cordibus os, minorum uerò cartilaginem aſcribit. Ego autem hactenus, uti in nullo corde, ita neq; in humano (quod humida admodum, ſi reliquis animalibus conferatur, eſt conſtitutione) exquiſitum os reperi: eaque ſede, qua Galenus cordis os conſtituit, ſubſtantiam obſerno cartilagineam, quæ mea quidem ſententia nihil eſt aliud, quàm [a] magnæ arteriæ & [b] uenæ arterialis radices, à corde principium ducentes. Quippe radices hæ, in quibus membranarum baſes conſiſtunt, quæ materierum è duobus illis uaſis in cor refluxui præficiũtur, multo duriores ſunt, quàm reliqua illorum uaſorum ſubſtantia, adeò ut radices cartilaginis natura participare nonnihil uideantur: quæ in bobus, & magis adhuc in ceruis, ſicciſsima oſſeaq; temperie donatis, ita tempore indureſcit, ut quadrupedum coſtarum cartilagines in album & friabile os, extrinſecus cartilagine tanquam membrana obductum, degenerare ſcripſimus. Hæ itaque uaſorum radices [c] perinde ad ſe mutuò ſunt conterminæ, ac ſi [d] duos circulos in puncto inuicem committeres, continuaresq;, ita ut dexter circulus uenæ arterialis eſſet radix, ſiniſter uerò (qui amplior exiſteret) magnæ arteriæ. Vbi autem circuli mutuò committerẽtur, is locus eſſet, quo hæc uaſa ſuis orbibus ſimul connaſcuntur, uniunturq;, ac ubi præcipua oſſeæ cartilaginis conſiſteret portio, quæ oblonga & ueluti teres eſſet: tota nimirum ſede, qua illæ radices inuicem committuntur, & reliquæ interim circulorum portiones eſſent reſectæ. Ac proinde per me licebit radices has, pro animalis in quo incides temperamento, & magis adhuc ætate, aut cordis cartilaginem, aut os uocare, modò accuratè ipſarum naturam quis intueatur, neque unà cum Galeni ſectatoribus, ipſius ſenſa admodum oſcitanter eruentibus, tam ſtolidus ſit, ut cordis os inſtar [A] aut [v] efformatum ſibi perſuadeat. Qui enim poſt Galenum humani corporis hiſtoriam ſcribere aggreſsi ſunt, in humani cordis baſi os quoddam extructum recenſent, quod laryngi [e] præpoſito, & ab [v] imagine ὑοειδὲς nuncupato oſsi aſsimilant. Neque ſat fuit illis hominibus, ad hunc modum os in humani cordis baſi conſingere: quin imò ſermoni adiecere, cordis baſim, atque ideo etiam uniuerſum cor, ab ipſo non ſecus firmari, quàm linguæ radix illo oſſe quod laryngi præponitur. Arbitrantur namque, cor ciuſmodi oſſe firmatum, moueri: non expendentes, cor etiam tali oſſe donatum, ipſo non minus ſufficiri poſſe, quàm ferreus palus lectum in aere ſuſtineret, quando is lecto alligatus, ſimul cum ipſo deorſum ex alto proijceretur. Quamuis interim quatuor cordis uaſorum ad conterminas ſedes connexum nonnihil cor ſuſtinere, haud inficiari poſſumus. uti etiam ex uniuerſa Galeni de cordis oſſe hiſtoria, in qua ueteres, ſuiq; temporis medicos, qui id in homine reperiri negabant, præter meritum arguit: nobis quoq; fatendum eſt, Galenum id quod pertractat os, in humano corde, præceteris, uti monuimus, humido & molli, nunquam eſſe aggreſſum,

Li. 8 de Administ. sect.

Humanum cor uero oſſe deſtitui.

Cartilaginea cordis ſubſtantia.

Anatomicorum lapſus.

Potiſsimum 8. de Administ. diſſect.

a 10 *fi. li. 6 ſub* B, C, D.

b 8 *fig. li. 6 ſub* E, F, G. *quibus charact. mẽbranæ notãtur.*


c C.

d A, B.

e 1, 2 *fig. 13. cap.*

DE SCAPVLIS. Caput XXI.

PRIMA FIGVRA XXI. CAP. *SECVNDA.* *TERTIA.*



TRIVM VIGESIMI PRIMI CAPITIS FIGVRARVM, earundemq; characterum Index.

PRIMA figura internam, seu anteriorem scapulæ dextræ sedem exprimit.
Secunda, dextræ scapulæ externam posteriorem ve sedem ostendit.
Tertia, scapulam dextri lateris in latus depictam continet, ut sinum gibbæ exteriorisq; scapulæ sedis proponeret, qui inter elatiorem scapulæ costam, & scapulæ spinam consistit.

A, B 1,2 *Scapulæ sinus, cui humeri caput articulatur.*
C, D 1,2 *Ceruix seu collum scapulæ.*
E, f, *F in prima figura, & E F in secunda, interiorem insinuant processum scapulæ, in quo F protuberantem notat partem, cui clauicula alligatur, & penè innititur. E uerò, processus huius appendicem. f autem, asperam commonstrat partem, à qua ligamentum pronascitur, hinc in superiorem scapulæ processum pertinens.*
G, H 2 *Radix spinæ scapulæ, seu ipsa scapulæ spina, quæ in homine superiorem scapulæ educit processum, in quo K & L in prima figura & tertia, & L in secunda quoque, occurrunt, priuatim aliquid indicantia.*
I 2,3 *Scapulæ spinæ pars crassior, interdum appendice decorata.*
K 1,2,3 *Vbi K in prima & tertia consistit, coalitus incedit appendicis processus superioris scapulæ, cuius mediæ sedi K secundæ figuræ insistit.*
L 2,3 *Sinus superioris processus scapulæ, leuiter cælatus, & articulandæ clauiculæ accommodus.*
M, M, M 1 *Instar obliquarum linearum tubercula, quæ sinus perinde in scapulæ cauo constituunt, ac si illi à costarum connexis essent impressi.*
N, O 1 *Sedes in interna scapulæ regione magis cauæ, quæ secundæ figuræ literis G & H respondent.*
P 1 *Protuberans crassiorq; inferioris costæ pars, quæ in internam scapulæ sedem prominet.*
p 1 *Hac sede inferior scapulæ costa latus ve efficitur acutius, ideoq; magis prominet, ut tertius brachium mouentium musculus hinc promptius exoriretur.*
Q 1 *Scapulæ inferioris costæ asper sinus, unde interior cubitum extendentium pronascitur musculus.*
S 2 *Ad scapulæ externam sedem protuberans inferioris costæ pars.*
T 2 *Impressio & amplitudo inferioris costæ, unde tertius brachium mouentium musculus nascitur.*
V, V 2 *Hic externa scapulæ sedes propter crassitiem inferioris costæ insigniter cana cernitur.*
X 1,2,3 *Appendix basis scapulæ, ad principium ipsius spinæ coalita.*
Y 1,2,3 *Appendix inferioris anguli basis scapulæ.*
Φ 1 *Superioris anguli sedes, internam scapulæ regionem modice protuberans.*
Z 1,2,3 *Superior basis scapulæ angulus.*
a 1,3 *Semicirculare foramen, seu sinus, in superiore costa scapulæ conspicuus.*
b, c 3 *Sedes in externa scapulæ regione, inter spinam & elatiorem scapulæ costam consistens. Verùm b priuatim scapulæ sedem hic notat tenuissimam, & quodammodo pellucidam. c autem foraminulum indicat hic frequenter apparens, & uenulæ inibi scapulam nutritu ræ uiam præbens.*

Præsenti figura externam seu posteriorem canis scapulæ sedem in hoc delineauimus, ut promptè expenderetur hominis scapulæ ad canis, aut ouis differentia, quam in summo humero, aut superiori scapulæ processu notauimus. Significet igitur A & B scapulæ gibbum, seu dorsum. ac A quidem ipsius inferiorem sedem, B autem superiorem, & animantis collo capiti ve propinquiorem. C & D spinam scapulæ notent, super scapulæ cer uicem non excedentem. E scapulæ ceruicem.

QVARTA VIGESIMI primi capitis figura.



Scapularum

SCAPVLARVM, utrinque una, posteriori thoracis regioni uersus superiora [a] innititur: & occipitis ossi, ceruicis thoracisq; uertebris, costis ac ossi ν referenti, musculorū duntaxat interuentu copulatur. Occipitis quidem ossi, beneficio [b] secundi scapulam mouentium, qui etiam hanc plurimarum ceruicis & thoracis uertebrarum spinis committit, quemadmodum & [c] tertius illam transuersis uertebrarum ceruicis nectit processibus, & [d] quartus ipsam aliquot thoracis & ceruicis uertebrarum spinis firmat. Costis uerò scapulam nectunt [e] primus illam mouentium musculus, & thoracem mouentium [f] secundus. Ossi autem ν referenti scapula [g] septimi eius ossis peculiarium musculorum ope hæret. In hominibus præterea, & simijs, & sciuris, & si quæ alia clauiculis donantur, scapula ligamentorum auxilio clauiculæ [h] contexitur, illiq; est contermina. In omnibus uerò animalibus brachij os seu humerus scapulæ [i] inarticulatur. Ac proinde si hominem scapula destitutum finxeris, nusquam uocatum humeri articulum opportunè constitues. Ad eius namque fabricam, necessum est, humeri caput alicuius ossis sinum subire, ac ut moueatur, in aliquo osse ueluti in basi quapiam stabiliri: adeò ut hunc scapulæ usum censeri oporteat præcipuum. cui alius mox subsequitur, non sanè pœnitendus, partium nimirum thorace contentarum custodia. Posteriori enim thoracis sedi Natura scapulas tanquam duos clypeos & scuta obiecit. hinc rursus alium usum homini accessurum minimè ignorans, quo [k] complures musculi motuum brachij ac thoracis & cubiti autores, sedem qua sustulciantur, & à qua originem ducant, commodè adipiscuntur. Magnæ igitur ingularisq; industriæ est, scapulas tam uarijs prorsusq; necessarijs usibus adaptare, & undequaque non secus eas extruere, quàm si priuatim ad singulos usus, uti nunc describemus, configerentur. Scapula enim inæqualis est admodum, omniq; ex parte sibi dissimilis. præter uarios namque ipsius processus, sinus, tubera, appendices, eiusq; generis reliqua, è quibus ossium discrimina petimus, scapula trianguli differentibus costis lateribus ve effórmati imaginem quodammodo exprimit. [l] Primum enim ipsius latus, quod scapulæ basim perpetuò uocabimus, ea scapulæ sedes est, quæ secundum dorsi longitudinem, thoracis uertebrarum spinis proximè exporrigitur, obliquaq; cōstat linea, superiùs & inferiùs ad exteriora corporis ve latus obliquè tanquam in circuli conuexum inclinata, in medio autem paululum lunata & caua. Verùm interim scapulæ basis nonnunquam continuo ductu, hunc ferè in modum, (homini, perinde ac cæteris quasi animantibus, gibba est. Deinde basis hæc admodum tenuis spectatur: quamuis inferiore tamen parte & superiore nonnihil quàm in medio crassior appareat, inferiorisq; partis crassities, partis superioris crassitiem adhuc uincat. Huic basi plerunque [m] duæ adnascuntur appendices: una quidem, quę grandior crassiorq; & longior est, ad basis inferiorem consistit angulum, insigniter obtusum, ac ueluti orbicularem: altera autem appendix aliquantulum sub superiore habetur angulo, illiq; basis sedi coalescit, à qua uocatam nobis scapulæ [n] spinam principium ducere audies. Præter has appendices, basi insuper mollis quædam adnascitur cartilago, eius cartilaginum generis, quo ossium extrema nulli commissa ossi, augeri solent. Verùm in hominibus hæc cartilago longè breuior minorq; est, quàm in ouibus & bobus, alijsq; quadrupedibus, quorum scapulæ thoracis potius incumbunt lateribus, quàm, ut in homine, posteriori thoracis sedi uertebris proximæ. Atque ita primum scapulæ latus se habet: duo autem reliqua inter se uariant. [o] Inferius enim, ab humiliore basis sede admodum obliquè sursum in exteriora ducitur: [p] superius uerò (quod tanto breuius est inferiore, quanto inferius est ipsa basi breuius) nonnihil deorsum in exteriora fertur, quodammodo transuersim procedens. Duo hæc latera in [q] angulum coeuntia, latiusculam scapulæ partem suis externis finibus complectuntur, quam scapulæ ceruicem dicimus, cuiq; sinus insculpitur articulando humero apparatus. Cæterùm duo hæc latera suis finibus tertium eum scapulæ angulum constituentia, non solum ductu & breuitate inter se discrepant, uerùm etiam crassitie. Inferius enim latus, quo altiùs à basi sursum conscendit, eo [r] crassius & multo spissius efficitur. non aliter quàm si Natura huius lateris beneficio, scapulæ alioquin tenui & infirmæ magnum robur additum uoluisset, ac deinde secundariò quibusdam musculis commodi exortus locum præparasset. Præter id enim, quòd musculorum quorundam gratia (ut mox subijciam) huius lateris crassities internam scapulæ sedem [s] cauiorem reddit, & in externa sede seu gibbo, ueluti [t] sinum efformat, ipsum quoque in sua externa sede prope inferiorem basis scapulæ angulum [u] compressionem obtinet, deorsumq; quadantenus educitur, ut [x] musculus illinc principium sumeret, cuius ope brachium ueluti à pectore retrorsum flectimus. Quinetiam interna huius lateris sede, iuxta elatiorem ipsius partem, qua scapulæ ceruicem terminat, oblongus quoque spectatur [y] sinus, aliquantulum asper & inæqualis, [z] musculoq; principium porrigens, quem cubiti extensionis autorem statuemus. Porrò superius latus, tenue minimeq; crassum est, ad eam usque sedem, qua scapulæ ceruicis [a] superior pars consistit. illic enim impensè crassescit, ipsiq; priuatim iuxta interioris scapulæ, quem hinc enasci audies, [b] processus radicem, [c] sinus quidam seu medium foramen instar semicirculi insculpitur, uiam porrigens quinti paris neruorum dorsalis medullæ [d] surculo, hàc unà cum uenula arteriaque posteriorem scapulæ sedem adeunti. Scapulæ [e] ceruix crassa est, ipsaq; scapula ex ampla tenuiq; basi ad hanc coarctata, & secundum latitudinem incrassata cernitur. Ceruicis tamen [f] longitudo seu interuallum, quod à superiori corporis parte ad inferiorem metior, admodum ceruicis crassitiem superat, quæ ab anteriori parte in posteriorem pertinet. Ceruix hinc magis adhuc extrorsum ducta, dilatatur: & ut ipsa oblonga est, ita etiam oblongum efformat [g] sinum, inferiori quidem parte circulari circumferentia terminatum, superiori autem parte in acutum quodammodo exporrectum. Atque id propter [h] impressionem accidit, hic internæ ceruicis sedi factam, tendinis eius [i] musculi ducendi gratia, qui intrò antrorsumq; brachium circumuertit. Præterea sinus ceruicisq; scapulæ [k] superior pars, in hoc proceriùs extuberat, quò

Scapularū situs & nexus.

Scapularū usus.

Scapulæ forma triangularis.

Basis scapulæ.

Basis appendices.

Basis cartilago.

Superioris inferiorisq; laterum differentiæ. Tres scapulæ anguli, ac laterum plenior descriptio.

Ceruix scapulæ.

Sinus humero excipiendo paratus.

a *trium in tegrarū* R.
b 9 *musc. tab.* T, Δ.
c 12 *mus. tab.* G.
d 10 *ta.* T.
e 5 *tab.* T.
f 7 *tab.* L.
g 5 *ta.* R, S.
h *integrarū* Q *ad* λ.
i *integrarum figu.* S *ad* R.
k 4 *musc. ta.* Ξ. 7 *ta.* M, & L, & l. 11 *tab.* L & Γ & G. 7 *tab.* L. 6 *ta.* Θ, *m, n.* 11 *ta.* Θ, *f,* 5 *tab.* R, S.
l 1, 2, 3 *fig.* à Z *per* X *ad* Y.
m 1, 2, 3 *fi.* una Y. *altera* X.
n 2 *fig.* G. H. 3 *fig.* G.
o 1, 2 *fig.* à B *ad* Y.
p 1, 2 *fig.* à Z *per* F *ad* A.
q 1, 2 *fig. inter* A, B.
r *ad primæ fig.* P *ad* 2 *fig.* S.
s *inter* 1 *fi.* N, O, P, *p.*
t *inter* 2 *fi.* G, H, S, T.
u 2 *fig.* T.
x 8 *musc. tab.* K. & *tab.* 13 S.
y 1 *fig.* Q.
z 12 *mus. tab.* T.
a 2 *fig.* C.
b 1, 2 *fi.* F.
c 1 *fig.* a.
d 3 *fi. cap.* 11. *lib.* 4 *i.*
e 1, 2 *fig.* C, D.
f 1, 2 *fi.* à C *ad* D.
g 1, 2 *fig.* A, B.
h 1 *fig.* C.
i 7 *muscu. tab.* Γ & 8 *tab.* H.
k 1 *fig.* a.

quò aptius hinc [l] duo ualidiſsima huius articuli pronaſcerentur ligamenta, & [m] externum quoque caput eius muſculi commodè hinc principium duceret, qui cubitum flectentium eſt anterior. Hic ſcapulæ ſinus cartilagine reliquorum articuli ſinuum modo incruſtatus, non admodum altè cælatur. neque etiam ipſius longitudo & amplitudo reſpondent, humeri [n] capitis quod ipſi inarticulatur, longitudini & amplitudini, propter uarios eosq; admodum laxos motus, quibus humerus ad hunc ſinum agi debuit. Quanquam interim Natura, quum ſcapulæ ſinum ita leuiter non ſine maxima occaſione exculpſiſſet, illumq; non ualde amplum longumq; creaſſet (præter peculiaria huius articuli ligamenta, quæ in ſecundo libro unà cum muſculis proſequemur: & quoſdam ſcapulæ proceſſus, paulo infrà explicandos) cartilaginem quandam ligamenti ſubſtantiæ compotem, in hoc ſinu crebrò effingit, qua ipſum auget, profundioremq; efficit, nimiamq; luxandi promptitudinem impenſe corrigit. In huius enim ſinus ambitu ea cartilago ponitur, ſcapulæ interim, neque etiam humero connata, ſed tantum ligamentis articulum in orbem amplexantibus adnexa, illisq; [o] cartilaginibus proximè reſpondens, quæ inſtar creſcentis lunæ in genu articulo ſemper occurrunt. Huius itaque cartilaginis externa ſedes craſſa eſt, ſenſimq; ad ſinus centrum ducta gracileſcit, ac multo ante centrum deſinit: quaſi quis ſinum in ambitu anulo augeret, cuius corpus inſtar trianguli eſſet contuſum: & iſtius trianguli externum latus, exteriorem articuli ambitum reſpiceret: inferius uerò latus ſinui incumberet: ſuperius autem, humeri caput ſpectaret. adeò ut iſtius cartilaginis beneficio, quotieſcunque reperitur, ſinus ſcapulæ profundior euadat, & interim cartilago impetui cõpreſsioniq; oſsium facilè cedens, laxum huius articuli motum minimè cohibeat. Proceſſus uerò, quibus præſenti articulo Natura etiam proſpexit, duo cenſentur: quorum alter [p] ſuperior eſt, paulo pòſt latius deſcribendus: [q] alter uerò interior & minor, qui [r] ampla radice ex ſuperiori ſede ceruicis ſcapulæ principium ducit, & hinc utcunque latus antrorſum fertur, anteriori articuli parti, at magis uerſus ſuperiora, [s] oppoſitus. Inferior huius proceſſus pars, inſtar antiquæ Græcorum literæ C, noſtro C non admodum abſimilis, caua eſt: unde etiam is σημοειδὴς appellatur. Alij uerò à quadam imagine, quam cum altera obtinet anchoræ parte, quæ terræ infigitur, ἀγκυροειδῆ ipſum uocarunt. Nonnullis quoque à corniculæ roſtri ſpecie, κορακοειδὴς dicitur, inferna ſede cauus, & inſigniter læuis, ne munus inſertionemq; [t] muſculi impediat, brachium in anteriora circumuertentis. Superiori parte proceſſus iſte aſper & inæqualis occurrit. in elatiſsima namque ſui principij ſede, craſsior quàm reliquo inceſſu cernitur, & inæquali prominet [u] tubere, cui clauicula ferè innititur, ualideq; alligatur. In [x] apice uerò, ubi appendicem ſibi uendicat, & interno ſuo latere, etiam aſper eſt, ut aptius internum anterioris cubitum flectentium muſculi [y] caput ab ipſo exoriretur, & [z] ligamentum, quod peculiarium humeri articuli ligamentorum primum recenſebimus, hinc principium obtineret. [*] Inter apicem quoque ſuum, & tuberculum, ſuperior ipſius ſedes exaſperatur, ut [a] ligamentum hinc promptius educeretur, ab interiori proceſſu in ſuperiorem ſcapulæ proceſſum pertinens, utq; in totam ipſius longitudinem commoda foret inſertio [b] muſculi ſcapulam ad pectus mouentis, cuius ſanè potiſsimum gratia (ſi accuratè ſingula expenderimus) proceſſum hunc à Natura homini datum eſſe fatebimur. Cæterùm nunc tempeſtiuum erit, ſuperiorem ſcapulæ proceſſum aggredi, & cum ipſius hiſtoria anteriorem poſterioremq; ſcapulæ ſedes perſequi. Scapula itaque [c] anteriori ſede ſima & caua eſt, ut commodè coſtarum conuexis reſpondeat, ac ſuper ipſas ſtabilita, debitè moueatur. Deinde etiam, ut opportuna hic ſedes adaptaretur muſculo, qui totam anteriorem ſcapulæ ſedem implens, intrò antrorſumq; brachium circumuertit. Caua hæc ſcapulæ ſedes læuis quidem eſt, ſed non omni ex parte æqualis. nam iuxta inferiorem ipſius ſedem [d] tubercula quædam obtinet, modicè inſtar obliquioris lineæ extuberantia, quæ quodammodo ſinus conſtituunt, ac ſi thoracis coſtæ, quibus ſcapula hac ſede incumbit, temporis ſucceſſu in ſcapulam comprimerentur, ipſaq; ſcapula illarum effigiem cedendo aſſumeret. Hi enim ſinus tuberaq; in ſenibus apparent magis, quàm in iuuenibus, quibus omnia minus adhuc conſpicuè excreſcunt. Ad hæc, ſcapulæ anterior ſedes [e] ad radicem elatioris anguli baſis ſcapulæ nonnihil protuberat, aptamq; regionem efficit, cui [f] alter ſcapulam attollentium muſculorum ualidè inſertatur. g Præterea ſcapulæ anterior ſedes, quà proceſſui, quem ex poſteriori ſcapulæ ſede educi, illiq; ſedi inſtar ſpinæ cuiuſdam eſſe audies, correſpondet, inſignius quàm alibi excauatur: non ſecus quàm ſi Natura, quum proceſſum illum fingeret, anteriorem ſcapulæ partem in poſteriora extraxiſſet, ſicq; ipſius cauitatem dictorum iam uſuum gratia adauxiſſet. Inter reliquas tamen anterioris ſcapulæ ſedis regiones, ea maximè cauam ſe exhibet, quæ ipſius ceruici eſt proxima. præter id enim, quod in poſteriora inibi uidetur extracta, ſcapulæ etiam ceruix hic impenſe craſſa, antrorſumq; protuberans, hanc cauitatem non leuiter auget: quemadmodum & [i] inferius ſcapulæ latus, quod quum craſſum ſit, illam quoque profundiorem reddit. [k] Poſterior ſcapulę ſedes, gibba eſt, quòd hanc figuram iniurijs citra noxam ferendis accommodâtiorem eſſe, Natura haud ignorauerit. Verùm ſi preſsius hanc ſedem contemplamur, duæ in ipſa occurrunt cauitates, muſculis ſuſcipiendis aptiſsimæ, & [l] proceſſu quodam inſigni, qui inſtar ſpinæ ex hac ſede educitur, diremptæ. [m] Vna enim ſub eo proceſſu inter inferiorem ipſius ſedem, & extuberantiorem craſsioremq; inferioris ſcapulę lateris partem conſiſtit. [n] Altera uerò inter ſuperiorem proceſſus ſedem, & ſuperius ſcapulæ latus habetur. Atque hanc quidem [o] muſculus occupat, quem brachium circumuertentium primum ſtatuemus: illã autem, [p] qui eiuſdem muneris opificum tertius numeratur. Porrò etſi hæc externa poſterior ve ſcapulæ ſedes, cùm illius ſcapulæ proceſſus, tum ſuorum laterum gratia, duas has quaſi cauitates oſtendit, nihilominus uniuerſa (quoniam extũberare cernitur) ſcapulæ dorſum à ueteribus fuit appellata, ſimilitudinem à uerò hominis dorſo ſumentibus. Proceſſum autem, qui ab hoc ſcapulæ dorſo enaſcitur, ſuperioriſq; ſcapulæ proceſſus

Cartilago ſcapulæ ſinũ frequenter angens.

Hæc figura cartilagine ſcapulæ ſinum adaugentem utcunque expreſſimus.

Duo ſcapulæ proceſſus. Interior proceſſus.

Anterior ſeu coſtis proxima ſcapulæ ſedes.

Poſterior ſcapulæ ſedes, ſeu dorſum.

l 5 *muſc. tab. unu e, 13 tab. alterũ V notat.*
m 6 *muſ. tab. m.*
n 1, 2 *fig. 23 cap. A, B, C.*
o *tota 6 figur. cap 31.*
p 1, 2, 3 *figur. K.*
q 1, 2 *fig. E, F.*
r 1, 2 *fi. F.*
s *integrarum fig. µ.*
t 7 *muſcu. tab. T. 8 ta. H.*
u 1, 2 *fi. F.*
x 1, 2 *fi E.*
y 6 *muſc. tab. n, o. muſculi Θ.*
z 5 *muſc. tab. d.*
* 1 *fig. f.*
a 5 *muſc. tab. c.*
b 5 *muſc. tab. Γ.*
c 1 *figur.*
d 1 *fig. M, M, M.*
e 1 *fig. Φ.*
f 12 *muſc. tab. G.*
g *Confer hic N, O fi. primæ cum H et G fi. 2*
h 1 *fig. C, D.*
i 1 *fig. P.*
k 2 *figur.*
l 2 *fig. G, H, I.*
m 2 *fig. inter G, H, D, S, T, Y.*
n 3 *fig. inter Z, a, I, G. & præcipuè b, c.*
o 6 *muſc. tab. k. 11. tab. C.*
p 11 *muſ. tab. Γ.*

proceſſus

Processus radix exiſtit, ſpinam uocarunt, ad poſteriorum uertebrarum proceſſuum ſpinarum ue imaginẽ. Summus humerus uerò nobis dicitur, quod illis ἀκρώμιον nuncupabatur: quanquam non adeò promptum ſit diuinare, quid quiſque hac uoce intellexerit. Neque etiam uel Hippocratis cauſa nomen id negligendum, aut de ipſo obiter ſtatuendum eſt, ſi modò diuina illius de oſsium fracturis & luxationibus, idq; genus malis oracula, ad nos quoque pertinere duxerimus. Quare etiam non ab re fuerit, ſcapulæ ſpinam, ſummumq; humerum, uti uiſum erit, deſcribere, atque tunc demum Hippocratis & Galeni ſententiam ſermoni adijce re. Ex tota igitur propemodum latitudine dorſi ſcapulæ [q] ualidus craſſusq; enaſcitur proceſſus, non quidem è dorſi [r] longitudinis medio, uerùm non procul à ſuperiori ipſius ſede. Proceſſus iſte (qui ſcapulę ſpina eſt) ſenſim magis magisq; augetur, ac [s] tandem iuxta ſcapulæ ceruicem à ſcapulæ dorſo abſcedens, teresq; quodammodo apparens, modicè antrorſum fertur, inſigniter ſupra ſcapulæ cum humero articulum [t] lateſcens, & ampla donatus appendice, quæ in pueris [u] pluribus oſsiculis conformatur, cartilaginis interuentu coaleſcẽtibus. Huius proceſſus pars omnis anterior, & poſterior, & humilior, læuis minimeq; aſpera cernitur: ſuperior autem ipſius ſedes neutiquam læuis eſt, ſed rudis, & foraminulis quibuſdam non peruijs decorata. idq; potiſsimum in ſuperiori ſui appendicis ſede, & [x] ubi non procul à ſcapulæ baſi proceſſus iſte craſsior apparet, ac ſubinde appendicem quoque nanciſcitur. Neque has ſanè aſperitates fruſtra, machinatur Natura, quum [y] maximus ſcapulam ſurſum ducens muſculus illis implantetur, & principium præbeant [z] digniſsimo brachium mouenti muſculo: quem, quòd brachij cum ſcapula articulum elegan-ter integit, ἐπωμίδα (quemadmodum & hunc ipſum aliquando proceſſum) diſſectionum periti uocarunt. In anteriori proceſſus ſede, iuxta ipſius extremum, [a] ſinus adeò leuiter & ſuperficietenus inſculpitur, ut num capitulum, num ſinus ſit, ægrè dijudices. Huic modicè prominens clauiculæ [b] capitulum articulatur ualidiſsimisq; ligamentis conſtringitur. interueniente hic peculiari cartilagine, illi prorſus ſimili, quam in maxillæ inferioris cum capite articulis obſeruari retulimus, quæ ſcilicet utrinque quà oſſa ſpectat, læuis & lubrica eſt, ligamentisq; articulum amplectentibus duntaxat continuatur. Dicti itaque modò proceſſus pars, [c] quæ ſcapulæ dorſo proxima eſt, Spina, uti iam ſcripſi, opportunè nominatur: quæ etiam in [d] canibus, ouibus & equis cernitur. proceſſus uerò [e] partem, quæ à ſcapula antrorſum uerſus exteriora abſcedit, ac ſenſim dilateſcit, inque ſolis hominibus, & animalibus clauicula donatis, obſeruari poteſt, ſummum humerum appellamus: id nomen à Græcis mutuantes, qui proculdubio brachij oſsis cum ſcapulis articulum, ὦμον nuncuparunt. ac proinde ἀκρώμιον hanc proceſſus partem uocarunt, quòd articuli ſuperiorem extremamq; eó ſtituat ſedem, ac ueluti illius tutiſsimum habeatur propugnaculum. Atque ita ſanè ab Hippocrate perpetuò accipitur, cùm aliàs ſæpius, tum præcipuè quando in libro de Articulis humerum (quem ipſe βραχίονα uocat) nequaquam ad ſuperiora (impediente nimirum ſummo humero) luxari docet, & quum de effracto ſummo humero pertractat, librosq; de Oſsium natura eundem è ſcapula (uti ſanè eſt ueriſsimũ) cnaſci docet. Quanquam & hic Galenus etiam libro de Oſsibus audiendus eſt, qui compaginem [f] præſentis proceſſus cum clauicula ἀκρώμιον nonnullis diſſectionum profeſſoribus uocari aſſerit. Vbi etiam ſubiungit, hic quoſdam tertium os præter proceſſum hunc & clauiculam in ſolis hominibus ponere, idq; acromion & κατακλεῖδα uocare. Tertium hoc os Galenus decimotertio de Partium uſu, in hominibus recenſet, & ſimias illo priuat: quemadmodum & in libris de Adminiſtrandis ſectionibus, & in ſuis in Hippocratis de Articulis librum commentarijs. Scribit enim, præter hunc ſcapulæ ſuperiorem proceſſum, & clauiculam, tertium quoddam os eſſe cartilagineum, quod clauiculæ ad illum ſcapulę proceſſum contextui inſternitur, & à quo membranæ ligamentaq; pronaſcuntur, quorum beneficio contextus iſte ualidius committitur. Galenus in quinto de Adminiſtrandis conſectionibus libro, huiuſmodi os Hippocrati ἀκρώμιον uocari ait, ipſeq; eo nomine ibidẽ id appellat: quẽadmodum in libro de Oſsibus teſtabatur, quoſdam hic tertiũ quod dam os collocare, idq; ab illis ἀκρώμιον nuncupari. quum interim Galenus ſubinde in libris de Partium uſu, & in libris de Adminiſtrandis ſectionibus, ac ferè in omnibus in Hippocratem commentarijs, hunc ſcapulæ proceſſum, aut ſaltem huius ſcapulæ proceſſus cum clauicula compagem, ἀκρώμιον uocitauerit. adeò, ut non parum Galeni inconſtantiam hic admirer, multoq; magis tantiſper admiraturus ſim, dum in homine tertium id cartilaginoſum os mihi occurrat. Neutiquam enim arbitror, Galenum peculiarem ſuperiùs cõmemoratam huius articuli cartilaginem oſsis loco habere, quum eius generis cartilagines ad ligamenti naturam à uera cartilagine plurimum recedant, multoq; minus oſſeæ ullo pacto ſint: prẽterquam quòd hæc in ſimia perinde ac in homine reperiatur. Et ſi forte oſsis loco habenda eſſet, præterquam quòd Galenus alter huius meminiſſet, & articulum interuenire, non autem ipſi inſterni ſcripſiſſet: etiam reprehenſione non careret, quod peculiare os in clauiculæ cum pectoris oſſe [g] articulo, & rurſus in inferioris maxillæ ad tem porum oſſa [h] articulis, & [i] in genu non ſtatuiſſet, quum interim illic huius generis cartilagines manifeſtius quàm hic in ſummo humero appareãt, etiamſi illæ Galeno prorſus incognitæ & prætermiſſiſſæ uideantur. Hactenus itaque mihi hic nunquam, quantumuis diligenter ſecanti, tertium os animaduertere licuit. Satisq; perſpectum habeo, Galenum id nunquam etiam uidiſſe: & ſi auſim eouſque in ipſum impietatis progredi, affirmarem illum huiuſmodi os confinxiſſe à quadam cum [k] oſsium quæ ſeſami ſemen referunt, ſimilitudine, quæ quibuſdam muſcurorum capitibus uel tendinibus firmata, aliorum oſsium articulis contextibusq; præponi audies. Dein nullum unquam animal, præter hominem, ſimiam, & ſciurum, & ſi rectè memini, glirem, mihi occurrit, ſuperiorem hunc ſcapulæ obtinens proceſſum: adeò ut uix ambigem, eum qui primus hominem duntaxat ἀκρωμίου donari ſcripſit, intellexiſſe ſolum hominem hunc proceſſum obtinere: quando illum in canibus, ouibus, capris, leporibus (qui etiam interiorem ſcapulæ proceſſum ſeparatim

Superior proceſſus, ſeu ſummus humerus, cuius iam diligẽs inſtituitur deſcriptio.

Peculiaris cartilago clauiculæ cũ ſuperiori ſcapulæ proceſſu articuli.

Tertium os à Galeno in ſuperioris ſcapulæ proceſſus cum clauicula nexu recenſeri.

Quibus tantum animalibus ſuperior ſcapulæ proceſſus obtigerit.

q 2 *fig.* G, H.
r Nõ *in medio* Z & Y *ſi.* 2, *ſed magis ad* Z.
s *ab* H *uerſus* K *ſi.* 2.
t 1,2,3 *figur.* K.
u *fig. ca.* 3 Q, R.
x 2,3 *ſi.* I.
y 9 *muſc. tab.* Γ, Δ.
z 10 *muſc. tab.* Δ.
a 1,2 *ſi.* L.
b 3 *ſi. cap.* 22. Q
c 2 *fig.* G, H.
d 4 *fig.* C, D.
e *ab* H *uerſus* K *ſi.* 2.
f *integrarũ* Q *ad* λ.
g Grãdior *pars* 4 *figuræ cap.* 22.
h *fig. marginis ca.* 10
i 8 *fig. ca.* 31.
k 1 *ſi. cap.* 25 V, V. & 2 *fig. ca.* 33 ϕ, ω. & *ipſa patella* k *inſignita in* 8 *muſ. tab.*

nanciſcuntur) & alijs quæ menſæ apponi ſolent quadrupedibus, nullum ſuperiorem ſcapulæ proceſſum (at duntaxat ſpinam) ſpectaret, parum de ſiuijs cum Galeno ſolicitus. Porrò cuius uſus gratia is homini & alijs animalibus clauiculas nanciſcẽtibus detur, tum demum melius explicabimns, ubi clauicularum hiſtoriam aggrediemur. Præter hoc enim, quòd humeri ad ſuperiora luxationem is proceſſus prohibeat, & tutiſsimũ humeri articulo propugnaculum ſit, & quòd muſculorum inſertioni & exortui eleganter famuletur, in hoc potiſsimum iuuat, [l] ut accedente clauicula, humeri articulum à thoracis lateribus & coſtis quàm longiſsimæ remoueat, illumq; in eo ſitu reſeruet, quo maximè ad ſuos motus indiget. Cæterùm Galenus etiamſi paſsim interiorem ſcapulæ proceſſum ἀγκυροειδῆ appellet, in decimotertio tamen de Vſu partium, ſuperiorem proceſſum eo nomine donauit: quemadmodum & is κορακοειδὴς ab illo quoque nonnunquam eſt perinde appellatus, ac ſibi undique Galenum conſtare cernimus. At iam opportunum fuerit, ſcapularum ſermoni modum imponere: præcipuè quum nihil narrandum ſuperſit, quàm baſim ſcapulæ, quà appendicibus decoratur, utcunque fungoſam fiſtuloſamq; uideri, & nonnulla foraminula in ſcapulæ ſpinam porrigi, quæ ipſi (quum craſſa ſit) uenas deducunt, nutrimentum illi ſuppeditaturas. Cernitur autem [m] unum ſubinde in illa amplitudine, quam ſuperior ſcapulæ coſta cum ipſius ſpina efformat: ac etiam in interna ſcapulæ fede, qua hæc impenſius cauatur. Deinde & in ceruicis [n] ambitu, eiuſdem uſus, producendorumq; ligamentorum gratia, huius quoque generis occurrunt foraminula.

Summi humeri uſus.

l *integrarũ figur.* Q & λ.

m 3 *fig c.*

n 1, 2 *fig. iuxta* C, D.

DE CLAVICVLIS. Caput XXII.

TRIVM VIGESIMI SECVNdi Capitis figurarum, & earundem characterum Index.

PRIMA præſentis capitis figura, dextri lateris clauiculam anteriori externa ve & ſuperiori ſede expreſſam habet.

Secunda, poſteriorem interiorem ve clauiculæ faciem, una cum ſuperiori ipſius ſede oſtẽdit.

Tertia, inferiorem clauiculæ ſedem commonſtrat.

A 1,2 3 *Clauiculæ capitulum, quod pectoris oſſi articulatur.*

B 1 *Capituli huius primus angulus.*

C 1, 2, 3 *Secundus capituli angulus.*

D 1, 2, 3 *Capituli nuper commemorati tertius angulus. In prima tamen figura, uniuerſa triangularis capituli circumſcriptio eſt conſpicua literis B, C & D, perinde ac in figura, manifeſtioris doctrinæ gratia, indici characteris D hic ſuperpoſita.*

E 1, 2 *In anteriori clauiculæ ſede protuberans notatur linea, è directo primi anguli B inſigniti conſiſtens.*

F 2, 3 *F & G in tertia figura, protuberans linea inferioris ſedis clauiculæ indicatur, quam F & G in ſecunda figura utcunq; etiam oſtendunt.*

G 2, 3 *G priuatim indicatur aſperitas, ad lineæ F inſignitæ poſteriora apparens.*

H 1, 2 *Clauiculæ longitudinis medium, quod teres eſſet, niſi linea F inſignita, inferiori ex parte protuberaret.*

I 1, 2 *Hac ſede clauicula ad ſuperiorem ſcapulæ tendens proceſſum, dilateſcit, ſuperioriq; ſede (quæ etiam I ad K uſque notatur) gibba eſt.*

K 1 *Aſperitas in ea clauiculæ ſede conſpicua, ubi hæc anteriori ſui parte maximè caua cernitur.*

L, M 3 *Latiuſculæ ſedis clauiculæ inferior pars, leuiter ſinuata, & aſpera, non autem ſuperioris partis modo gibba.*

N 3 *Hac ſede clauicula etiam aſpera eſt, perinde ac iuxta M, ex qua ligamentum ad internum ſcapulæ proceſſum fertur.*

O 2, 3 *Clauiculæ ſedes maximè retrorſum introrſum ve protuberans, & huius ſedis peculiare tuber.*

P 3 *Locus inſigniter aſper, in inferiori clauiculæ ſede conſpicuus, qua ſuperiori ſcapulæ proceſſui coarticulatur.*

Q 1, 2, 3 *In tertia figura Q capitulum inſignitur, quo clauicula ſuperiori ſcapulæ proceſſui committitur. In prima uerò figura & ſecunda, Q ſedes indicatur, qua id capitulum conſiſtit.*



PRIMA VIGESIMI ſecundi Capitis figura.



SECVNDA.



TERTIA.



QVARTA XXII. CAPITIS FIGVRA.

HANC figuram integrùm erit præſentis Capitis quartam conſtituere, in qua pars R inſignita, cartilaginem exprimit articulo clauiculæ cum ſuperiori ſcapulæ proceſſu peculiarem. R  *Altera autem pars, S indicata, cartilago eſt peculiaris clauiculæ cum pectoris oſſe articulo.* S

Clauicularum numerus.

Earundem ad pectoris os articulatio.

IN VTRISQVE lateribus clauiculæ [a] (quæ Græcis κλεῖδες nominantur) ſingulæ conſiſtunt, pectoris oſsi & ſeperiori ſcapulæ proceſſui coarctatæ. Pectoris oſsi in illis articulantur [b] ſinibus, quos in primi ipſius oſsis ſummæ ſedis lateribus exculptos diximus. ac quemadmodum ſinus illi oblongi ſunt, ab anterioribusq; partibus deorſum in poſteriora ducti, & antica ſede quàm poſtica latiores, internoq; latere altiores quàm externo cernuntur: ita quoque ſe habent clauicularum [c] capita, pectoris oſsi connexa. Hæc enim

a *integrarum* Q *ad* O & λ.

b 7 *fig. ca.* 19.

c 1, 2, 3 *fi.* A.

enim sinuum (in quibus deorsum & sursum præcipuè uoluuntur) modo oblonga sunt, ac depressa:& si quis accuratius eorum circumscriptionem animaduerteret,illam quodammodo triangulã iudicaret. [d] Vnus enim angulus in anteriori capitis parte ad humiliora consistit, utcunque obtusus. [e] Secundus etiam obtusus est, in superiori capitis parte nonnihil uersus posteriora conspicuus. [f] Tertius acutior longiorq; est,in posteriori sede repositus,deorsumq; declinans.Porrò ut præsentes anguli obtusi sunt, ita etiam trianguli lineæ inæquales,extrorsumq; obliquatæ occurrunt. [g] Quæ enim à primo angulo ad secundum ducitur,breuissima est:à secundo autem angulo ad tertium [h] procedens, illa multo longior uisitur. [i] quæ uerò à primo ad tertium fertur,omnium longissima,maximeq; curua est.Caput hoc clauiculæ multa cartilagine incrustatur,læueq; est:cartilagine tamen unà cum tenuissima appendice effracta, caput asperum ac inæquale cernitur.Verùm etsi clauicula hic cartilagine non minus quàm & pectoris ossis sinus abundet,nihilominus tamen Natura huic articulo [k] cartilaginem interiecit, illi similem, quam priuatim in inferioris maxillæ ad temporum ossa articulis reponi commemorauimus.Inter pectoris enim ossis sinum,clauiculæq; caput,cartilago quædam adeò ampla interuenit,atq; capitis & sinus est amplitudo. Hæcq; tenuis undecunque est,ac æqua omni ex parte constat crassitie:& quà sinum & caput articuli respicit, admodum læuis est,& unctuoso humore perfusa,& pectoris ossi & clauiculæ nusquam connata, sed tantùm ligamentis, articulum in orbem amplexantibus.Clauicula hinc non recto tramite,ad [l] alterum ipsius porrigitur articuli,quo scapulæ superiori processui connectitur,uixq; manifestum motum experitur. [m] A pectoris enim osse procedens,extrorsum sensim curuatur,& anteriori parte gibba,posteriori uerò concaua efficitur. [n] Verùm ilico post medium ipsius longitudinis,contrario ductu procedit. introrsum namque curuatur,& gibba fit,anteriori autem sede concaua uisitur:in anteriora rursus insigniter prominens, ubi superiori scapulæ processui proxima est:adeò ut bis gibba,bisq; caua reddatur.Pars enim ipsius pectoris ossi contermina,& παραφαγὶς à iuguli uicinio dicta,retrorsum,seu ad thoracis interiora magis pertinet.quæ autẽ superiori scapulæ articulatur processui,ac quia humeri articulo insternitur,ἔπωμὶς quibusdam nuncupatur,antrorsum uergit,& ab interna thoracis sede extrorsum remouetur, clauicula interim in medio ductu etiam obliquata.Iuxta ipsius igitur cum pectoris osse articulum,anteriori parte gibba est,posteriori autem caua. non procul uerò à superiori scapulæ processu,anteriori parte insigniter breuiq; flexu caua cernitur: posteriori autem,gibba & conuexa.Atque ut res sedulò propter crebras clauicularum luxationes fracturasq; expendenda breuiter dicatur,clauiculæ ductus huic nostro *f* respondet, præcipuè si id in medio ductu paulo magis maiusculi S ritu in hunc modum *S* obliquari fingeremus.Neque horum ullum temerè & frustra à rerum Opifice factum est.ubi enim clauicula iugulum spectat,meritò posteriori seu interiori parte caua est, quum hàc præter uenas & arterias quàmplurimas,aspera arteria,stomachus,sextum par neruorum cerebri, & in primis insignium neruorum series à dorsali medulla axillam petens,ferri debebant: quibus potissimũ neruis clauicula uiam exporrigit,& propugnaculi etiam loco præfigitur. Quia uerò à iugulo, aut potius à suæ longitudinis medio clauicula in posteriora porrigitur,neque alicuius usus gratia hic in anteriori sede gibba esse debuit,necessariò rursus iuxta superiorem scapulæ processum antrorsum uergit, quousque processus illius [o] partem contingat,cui aptè coarticulari posset. Tantùm autem inibi antrorsum fertur,quantùm retrorsum ante hunc inflexum [p] abscesserat.Si enim clauicula à suæ longitudinis medio ad colli latera prorepens,duntaxat in posteriora tenderet,neque elatiori scapulæ processus apici articularetur, nihil profectò inhiberet,totam scapulam,clauiculæ beneficio non firmatam,super thoracem cadere, thoracisq; lateri proximè applicari, [q] articulumq; humeri costis uicinissimum fieri,hacq; occasione quàmplurimos brachij motus aboleri.Brachium namque ob id potissimùm in homine & simia,& alijs quæ clauiculis donantur animalibus,tam uarijs differentibusq; motibus duci potest,quòd ipsius cum scapula articulus à thoracis latere plurimùm distet.Si enim articulus ille thoracis costas contingeret, uel quauis ratione ipsis proximè,quemadmodum in alijs quadrupedibus,locaretur,ipsas manuum circulationes & iactationes ad pectus,dorsum,collum,& ilia,nequaquam moliremur:perinde ac euenire nouimus,quum luxatus humerus in costas procidit,uel scapula instar alæ ob effractam clauiculam dependet.Ne igitur adeò necessarijs destitueremur munijs,Natura humeri articulum à thorace plurimùm seiunxit,id præstans superiori scapulę processu, qui ita educitur,ut clauiculæ beneficio à pectore detrusus,sustentetur ac stabiliatur, ipseq; articulus hac occasione procul à thorace abscedat.Articulatur uerò clauicula huic processui minimùm extuberanti [r] capitulo,eoq; latiore,quàm longo:talisq; hic cõsurgit articulatio,ut quod nam os suscipiat, suscipiatur-ve,dijudicare uix queas:interueniente hic etiam peculiari cartilagine, quam superiori Capite propter eos descripsimus,qui huic articulo tertium quoddam os,præter superiorem scapulæ processum & clauiculam, parum rectè ascribunt.Clauiculæ [s] pars,quæ superiori scapulæ processui connectitur, latiuscula est,quẽadmodum & processus quoque latus amplusq; cernitur. Præterea hæc clauiculæ pars, ut & illa quæ pectoris ossi committitur, intus fistulosa, magisq; rara est, quàm reliqua clauiculæ portio, quæ in suæ longitudinis [t] medio solidissima est,quòd etiam sit tenuissima, quodammodoque teres. non enim prorsus teres est, quum in humiliori ipsius parte ueluti in [u] lineam protuberet, quæ non procul incipit à clauiculæ capite, pectori articulato, iuxta medium scilicet posterioris & anterioris eius capitis angulorum.Pertingit autem hæc linea paululum ultra clauiculæ longitudinis medium,in hoc parata,ut [x] musculus thoracem mouentium primus ab ipsa principium duceret.Iuxta huius lineæ principium, propter caput clauiculæ, [y] asperitas sinuosa conspicitur,unde ualidum pronascitur ligamentum, clauiculam pectoris ossi illic colligans, [z] qua ipsi primæ thoracis costæ cartilago connascitur. Quinetiam ad aliud huius lineæ extremum,altera occurrit [a] asperitas,& ueluti asper quidam sinus, quo clauicula [b] tuberculo radiciq;

Peculiaris cartilago articulationis clauiculæ cũ pectoris osse.

Mira clauiculæ curuitas.

Curuitatis usus.

Humeri articulus cur à costis remoueatur, & clauiculæ superioris scapulæ processus usus.

Clauiculæ ad superiorem scapulæ processũ nexus.

Clauiculæ substantia, tubera,asperitates,lauitates, & foramina.

Hæc organa ferè simul ostendit ultima fi.lib.3.de in ultima quarti.

d 1 *fig.* B.
e 1,2,3 *fi.* C.
f 1,2,3 *fi.* D.
g 1 *figu. à* B *ad* C.
h 1,2,3 *fi.* à C *ad* D.
i 1 *fig. à* B *ad* D.
k 4 *fig.* S.
l *ad* Q 1, 2,3 *fig.*
m 1,2 *fi. ab* A *uersus* H.
n 1,2 *fig. ab* H *uersus* Q.
o 1 *fi.cap.* 21 L.
p 2,3 *fig.* O.
q *Hæc petes ab integris fig.ubi articulus ex* R *cum* S *cõpactus, à costis remouetur, propter nexum* Q *ad* λ.
r 3 *fig.* Q.
s 1, 2 *fig. ab* I *ad* Q.
t 1,2,3 *fi.* H.
u 2,3 *fig.* F, G.
x 4 *musc. tab.d.*
y 2, 3 *fig.* G.
z 1 *fi.cap.* 19 C.
a 3 *fig.*N.
b 1, 2 *fig. cap.*21 F.

radiciq́; interioris ſcapulæ proceſſus penè incumbit,ac à quo ligamentum promitur, clauiculam illi tuberculo pertinaciter colligans. Porrò inferior hæc clauiculæ ſedes,ubi linea illa deſinit, clauiculaq́; [c] ampla uiſitur,ſinuoſa fit,& aſpera,idq́; potiſsimùm iuxta connexum clauiculæ ad ſuperiorem ſcapulæ proceſſum, ubi ligamenta articulum hunc continentia,ualidiora quàm ſuperiori ſede enaſcuntur. Superior totius clauiculæ regio læuis omnino eſt,præterquàm iuxta ipſius articulos,ubi ligamentorum producendorum occaſione,quemadmodum & muſculorum gratia,nonnihil exaſperatur. A clauiculæ enim ſuperiori parte, iuxta pectoris os, [d] muſculus ille enaſcitur,qui etiam à pectoris oſſe pronatus, in [e] mamillarem capitis proceſſum implantatur,caputq́; mouentium muſculorum ſeptimi paris alter numerabitur. Superiori uerò clauiculæ parti,ſcapulæ ſuperiori commiſſæ proceſſui, [f] muſculus ille inſeritur, qui ſcapulam ſurſum ducentium primus recenſebitur. In anteriori etiam clauiculæ parte,ad radicem primi ſui capitis anguli, g linea quoque protuberat,ante medium longitudinis clauiculæ deſinens,à qua non minima pars [h] muſculi brachium pectori adducentis principium ducit. Ad hæc,in anteriori clauiculæ ſede, ubi retrorſum inflectitur, & ubi non procul ab ipſius cum ſuperiori ſcapulæ proceſſu articulatione caua uiſitur, etiam [i] aſperitas notatu digna conſiſtit, [k] muſculo brachium attollenti parata,cuius principij magna pars hinc pronaſcitur. In poſteriori clauiculæ ſede,nihil quod non dictum ſit,inæquale occurrit, præter quoddam [l] tuberculum,hic protuberans,ubi clauicula inibi maximè gibba eſt:idq́; tuberculum ueluti illius gibbæ ſedis angulum conſtituit,ligamentumq́; ad interiorem ſcapulæ proceſſum educit. Præterea, in maximè ſolida clauiculæ parte,idq́; potiſsimùm in poſteriori ipſius regione,duo, & interdum tria non peruia ſpectantur foramina,in hoc cælata,ut uenulas admittant,clauiculam enutrientes.

c 3 *fig. ab L per M ad Q oracipuè autem P.*

d 4 *muſc. tab.* Θ.

e 3,4,5 *fi. cap.6* k.

f 9 *muſcu. tab.* Γ,Δ. *de in 4 tab. b.*

g 1,3 *fi.* E.

h 3 *muſc. tab.* Δ. *dein à* K *ad* L.

i *ad 1 fig.* K.

k 4 *muſc. tab. ab e ad f iuxta* Ξ.


l 1,2,3 *figur.* O.

DE HVMERO, SEV BRACHII OSSE. Caput XXIII.

CHARACTERVM DVARVM VIGESIMI tertij Capitis figurarum Index.

PRIMA VIgeſimi tertij Capitis figura, dextri humeri anteriorẽ faciem referens.

SECVNDA huius Capitis figura, dextri humeri poſteriorem faciem proponẽs.



A, B, C, D, E, F, G, H *Horum characterum alij in prima figura, alij uerò in ſecunda obuij ſunt, indicantes humeri appendicem, uti modò ſubijciam,ualde uariam.*

A,B,C *In ambabus figuris rotundum humeri caput circumſcribitur, quod ſcapulæ inarticulatur.*

D,E *His characteribus in prima figura externum aſperumq́; humeri appendicis caput notatur,cui ligamenta articuli inſeruntur. Verùm Deorſus externi huius capitis anterius caput tuberoſum indicat. E uerò poſterius,quod in ſecunda figura magis quàm in prima eſt conſpicuum.*

F,G *Duo iſti characteres in prima,& G tantum in ſecunda,ſinum indicant patulum, qui interius humeri appendicis caput ab exteriori dirimit.*

H,I 1 *Sinus externum caput in duo diuidens, ac externo capiti anterioris muſculi cubitum flectentium paratus. Ac H quidem ipſius ſedem in humeri appendice notat, I uerò eam quæ in humeri ceruice conſiſtit.*

K, L, M 1,2 *Humeri rotula,ad quam ulna flectitur & extenditur. ac K quidem ſinum rotulæ notat, L uerò internũ ſinus latus, M autem externũ.*

N 1 *Sinus ad ſuperiorem rotulæ partem in humeri anteriori ſede inciſus.*

O 2 *Sinus ad ſuperiorẽ rotulæ partem in humeri poſteriori ſede admodum altè excauatus.*

P 1,2 *Humeri caput,cui radius articulatur, cuiq́; exterioris humeri tuberis nomen tribuimus.*

Q 1,2 *Hac ſede humerus ad magnum uſque ſuæ longitudinis interuallum plurium muſculorum exortus occaſione,inſtar acutæ lineæ protuberat.*

R 2 *Sinus in exteriori humeri tubere, quarti manum petentium nerui gratia exculptus.*

S 1,2 *Interius nobis appellatum humeri tuber,quod muſculorum educendorum nomine potiſſimum eminet.*

T 1 *Interioris tuberis ſinus,tertio neruo manum adeuntium paratus.*

V 2 *Sinus interioris tuberis,quo quintus brachium petens neruus uehitur.*

X,Y, Z 2 *Poſterior humeri ſecundum ſuam longitudinem ſedes. ac X quidem notat partem ſuperiorẽ,quæ ſinuata eſt: Z uerò inferiorem,quæ gibba cernitur. Y impreßionem indicat,ad quam quartus neruus brachium accedens reuoluitur.*

a,b,c,d 1 *Anterior ſedes humeri,in qua b inſinuat prominentem eius partem: a uerò & c locum,qui utrinque ad illam partem deprimitur. Deinde tres iſti characteres ſimul notant inferiorem anterioris humeri ſedis partem ſinuatam: d uerò ſuperiorem,quæ gibba uiſitur.*

e 1,2 *Aſperitas paulo ſupra medium longitudinis humeri conſpicua, & præcipuam portionem educens muſculi cubitum flectentium anterioris.*

Aſperitas

f 1 *Asperitas in anteriori humeri sede, potissimum uerò ad latus ipsius externum apparens, cui brachium attollens musculus præcipuè inseritur.*

a *integratũ S ad R, & ad T, V.*

Confer hic integrarum S cũ Λ dein cũ Φ & Ϟ. insuper cum Θ.

HVMERVS Celso, atque alijs compluribus, [a] id os uocatur, quod scapulæ & cubito articulatum, Græcis (uti & Latinorum non paucis) βραχίων nuncupatur. Vt uerò totam ossis & musculorum molem, cum neruis, uenis, arterijs, cute & alijs quæ brachij constructionem fortè ingrediuntur, ab ipso osse in sermonis contextu distinguamus, quum solius ossis mentio incidet, id Humerus, aut interdum Brachij os appellabitur: quum autem reliquas membri partes unà cum osse indicabimus, Brachij uoce, (quam Celsus interim appellato nobis cubito tribuit) clarioris doctrinæ studio, utemur. Humerus itaque, Galeni in libro de Ossibus sententia, omnium totius corporis ossium, femore tantum excepto, maximum est: licet tamen in homine fibula & tibiæ os, humerum longitudine insigniter uincant. dein tibiæ os crassitie ac grauitate, perinde atque ossa sacri ossis lateribus coarticulata, pondere, humerum longè superant: adeò ut pleraque nobis præter femur occurrant ossa, quibus humerus magnitudine cedit. Verùm id cum alijs permultis Galeni concedemus autoritati, quum quorundam uenia nobis non liceat ipsius placitis contraire, & neutiquam uel hic innuere, quæ homini cum simia in femoris, tibiæ, humeri & cubiti longitudine spectetur differentia. Humeri igitur summa pars, qua is scapulæ articulatur, admodum magna [b] constat appendice, quæ in duo diri-
b 1 *fig.* A, B, F, H. mitur capita. quippe hæc interna ipsius sede [c] amplum, & in ambitu orbiculare, & paulo minus quàm me-
c 1, 2 *fig.* A, B, C. dij globi modo protuberans efformat caput, quod læue, æqualeq́;, & cartilagine incrustatum, scapulæ [d] si-
d 2 *fi.* ta. 21 A, B. nui articulatur. Hoc caput, appendicis internum latus constituens, superioris etiã appendicis sedis aliquantulo plus quàm mediam regionem occupat. Cæterùm appendicis externum latus, in [e] aliud asperum &
e 1 *fig.* D. 1, 2 *fig.* E. inæquale protuberat caput, non quidem articulationi cuipiam erectum, sed duntaxat collis modo prominens, in quem ualida multaq́; ligamenta, humerum scapulæ nectentia, opportunè implantentur. Ad externum interioris capitis latus, quod in eminentiori & summa appendicis sede habetur, & deinde in anteriori
f 1 *fig.* G, F. 2 *fig.* G. posterioriq́; huius capitis sedibus [f] amplus quidam patulusq́; sinus orbiculatim ducitur, interius caput ab exteriori dirimens, & idoneam quoque ligamentorum insertioni sedem parans. In hunc namque sinum in anteriori humeri sede magis quàm in posteriori patulum, seu amplum, profundumq́;, tanquam in uallẽ, ligamenta inseruntur, perinde ac illa in exterius caput, ueluti in collem & promontorium aliquod implantari dicebam. Et quemadmodum omnium ossium sedes, in quibus aliquid inseritur, aut principium ducit, asperæ inæqualesq́; sunt: sic quoque & præsens sinus, unà cum exteriore capite, asper meritò inæqualisq́; cernitur. Porrò præterquam quòd exterius caput inæqualiter prominet, uariumq́; est, alio quodam [g] sinu ue-
g 1 *fi.* H. I. h 1 *fi.* D. i 1, 2 *fi.* E. luti in duo rursus capita diuiditur, in [h] anterius nimirum, & [i] posterius, quod anteriori multo est grandius. Sinus enim iste paululum uersus exteriora in anteriori appendicis sede cælatus, insigniter profundus, longus, & secundùm cauitatem seu concauum ad amussim teres perinde uisitur, ac corpus secundùm connexum teres est, cuius gratia insculpitur, quod [k] externum caput est musculi cubitum flectentium anterioris. Cæterùm hic sinus non tantum ad appendicem pertinet, uerùm etiam per eam humeri ossis [l] sedem protenditur, cui appendix coalescit, & quæ humeri ceruicem perquàm breuem & impense crassam constituit. Inferior humeri pars, quæ [m] duobus in cubito existentibus ossibus, ulnæ nimirum & radio articulatur, & obscura appendice in pueris quibusdam constat, longè magis adhuc uaria est, tum sinuum, tum capitum ac tuberum copia & imagine. In medio enim inferioris humeri sedis, [n] sinus primùm cum suis tuberibus talis prorsus conspicitur, qualem in trochleæ rotula est cernere; ad quam funes uoluuntur. Nam ut rotula hæc rotunda orbicularisq́; in ambitu est, in lateribus autem plana & lata: sic etiam in ista humeri sede orbicularis rotundaq́; conspicitur pars, quam nullæ imagini propius quàm rotulæ assimilaueris. Dein, quemadmodum rotula in ambitu, cui chorda aduoluitur, sinu quodam (ut sic dicam) tereti & læui, ac lubrico exculpitur, & sinus huius latera utrobique protuberant, funemq́; in se, quo minus aberret, æquè amplexãtur: ita etiã hęc humeri pars in medio sinuata est, & utrinq; protuberat. In hoc tamẽ ab exquisitæ rotulę tuberib. differt, quòd rotulę sinus latera æqualiter ferè exporrigũtur: hęc uerò humeri pars [o] interno quidẽ latere admodũ insigniter prominet, & ad amussim rotulę respondet: [p] externo autẽ latere, multo minus educitur. idq́; [q] capitis humeri occasione, cui radiũ articulari audies, quodq́; ad externum humeri orbitæ latus positũ, citra eminentẽ ualde sui productionẽ, eleganter unà cũ radio obstat, quo minus ulna extrorsum promptè luxetur. Cæterùm in superiori orbitæ seu rotulæ huius sede, Natura duos insignes exculpsit sinus: [r] unum quidem anteriori in parte, [s] alterum uerò in posteriori, qui
r 1 *fig.* N. s 2 *fig.* O. t 1, 5 *figu.* 24 *cap.* C, D. multo amplior, profundior, & quouis modo insignior est anteriori. Sinus hi quasi squama duntaxat dirempti, [t] processus ulnæ in superiori ipsius parte conspicuos excipiunt. Atque horum anteriorem, quum cubitus flectitur, anterior sinus admittit: quum uerò cubitus extenditur, posterior sinus posteriorem ulnæ processum recipit. Sunt enim hi sinus extremæ flexionis extensionisq́; termini, tanta prouidentia facti, ut cubitum in acutissimum angulum flecti sinant, & uix ultra rectam lineam eundem extendi permittant: quòd scilicet nulla prorsus in angulum extensione, sicuti sanè flexione, indigeamus, præcipuè quum humerus ad
u *primæ figuræ cap.* 4 *inseriæ* A. scapulam admodum laxè circumuerti, & in posteriora insigniter duci queat. Quia uerò præsentes sinus in cubiti motibus ueluti bases & obstacula sunt, quæ ulnam non ultro ferri sinunt, Hippocrates eos καμπὰς nuncupauit, cui etiam humeri orbita à quadam [u] cardinum imagine γιγγλυμοειδὴς appellatur. Ad externũ
x 1 *fig.* P. y 9 *fi. cap.* 24 O. humeri orbitæ latus, uti iam prius obiter monuimus, [x] rotundum & oblongum quodammodo habetur caput, quod similiter atque orbita, cartilagine incrustatum & læue, superiorem radij [y] sinum subintrat, radiusq́;

Humeri.

Brachium.

Humerum post femur non esse omnium ossiũ Maximum.

Superioris humeri partis descriptio.

Inferioris humeri partis descriptio.

Humeri orbita, cui ulna articulatur.

Externum humeri tuber, cui radius articulatur.

radiusq; (ut aliàs fusius exequar) ad id caput in pronum supinumq; agitur. Deinde capitis longitudo, quam à superiori ipsius parte ad inferiorem secundùm humeri longitudinem metior, in causa etiam est, quòd in cubiti flexione ac tensione, caput id à radij sinu (qui rotundus, non autem oblongus est) haud elabatur, aberret ve. Atque hac etiam occasione, tota capitis pars cartilagine obducta, anteriorem tantum humeri spectat sedem, quòd scilicet in nulla cubiti extensione radius posteriorem humeri sedem adeat. Veruntamen ad externum huius capitis latus, humerus insigniter protuberat, montis rupis ve imaginem ostendens, in hoc paratæ, ut quamplurimi musculi hinc opportunè principium ducant. z Ab hac enim humeri sede (quam in musculorum, uenarum, arteriarum & neruorum historia externum humeri tuber appellabimus) & acuta linea, ab illa sursum aliquousq; per externum humeri latus conscendente, sex enascuntur musculi, quorum a primus & altissimus, cæteris latior est, & inter radium mouentes facilè longissimus, illum in supinum ducit. b Secundus sub primo exoritur, bicorni tendine brachiale extendens. c Tertius is est, cuius ope index, medius & anularis extenduntur. d Quartus, quem præcipuum parui digiti extensionis authorem ponemus. e Quintus, qui ulnæ exporrectus, extensionis quoque brachialis opifex est. f Sextus, radium in supinum agẽtium alter numerabitur: qui etiam ab infima externi huius humeri tuberis sede, magna ex parte initium sumit. Posterior autem tuberis regio * musculis cubitum extendentibus intecta, g sinum quendam obtinet, illi iuxta h externum latus orbitæ humeri insculptum, quo i quartus brachiũ adeuntium neruus uehitur. Quemadmodum uerò externum humeri latus inferiore ipsius sede protuberat, ita quoque ab interno orbitæ humeri k latere, musculorum neruorumq; ratione insignis acutusq; exoritur l processus, internum humeri tuber meritò nobis appellandus, quod nullius articulationis gratia, perinde ac m externum, radio inarticulatum, prominet. Ab ipsius itaque apice, nonnihil ampla, n musculus enascitur, qui lato tendine internam manus cutem adit: deinde o duo flexus brachialis authores. Ex infima uerò tuberis huius sede, portio eius p musculi exoritur, qui radium in pronum mouentium superior habetur, cum obscura quorundam digitos flectentium q musculorum principij parte. Cæterùm neruorum occasione, quibus tuber istud commodam ipsorum incessus sedem exporrigit, ac ueluti propugnaculum ijsdem efficitur, in anteriori sua sede, iuxta humeri orbitam, r sinum leuiter exculptum ostendit, quo s tertius brachium petentium neruus dirigitur. In posteriori autẽ ipsius sede, t alio sinu, u quintum brachij neruum deducit. x Porrò utcunque internum humeri tuber grande sit, & in uiuentibus tactu promptè deprehendatur, non tamen ob id Galeno credendum est, qui id externo grandius esse prodidit, quum externum multo maius interiore sit. nam quòd tactui non ita atque internum sese offert, non ipsius quantitas in causa est, uerùm radius, cui id articulatur, quiq; quo minus tactu ipsum dijudicari possit, prohibet. Nihilominus, si simiarum, & magis adhuc canum, & insuper quadrupedum (quibus crassus insigniter obtigit radius, ad tenuissimam ulnam non mobilis) humerum expendes, Galeni sententiam illi aptius multo, quàm hominis humero coaptabis. Cæterùm humerus, ut & medias ipsius sedes unà describamus, per lõgitudinem teres quodammodo est: uerùm posteriori sede amplior, magisq; depressus, quàm anteriori. Huius namque sedis y medium, utcunque secundum longitudinem tereti forma extuberat, quæ dein in z latcribus nonnihil comprimitur. Latera autem humeri magis, ut & anterioris sedis medium, extuberare, quàm deprimi conspiciuntur. Hæcq; accumbentium musculorum ratione accidunt, qui, quum ipsorum fabricam rationemq; habueris perspectam, suo uoto eleganter os compressisse tibi uidebuntur. Ex abundanti autem, in posteriori humeri sede, iuxta suæ longitudinis medium, * quædam apparet compressio, ad quam a neruus brachium adeuntium quartus, ab interno brachij latere in externum latus obliquè deorsum repit. Qui uerò anteriores quidem & exteriores humeri sedes gibbæ, posteriores autem & interiores simæ Galeno in libro de Ossibus uisæ fuerint: & cur in secundo libro de Partium usu, humerum exteriùs gibbum esse, interiùs autem simum prodiderit, non satis assequor. Nam nisi humerum statuerimus rectum esse, gibbus profectò censebitur b anteriori superioriq; parte, simus uerò c posteriori ac superiori: rursus d anteriori inferioriq; simus, e posteriori & inferiori gibbus. Deinde, ni fallor, interiùs, & potissimum ad inferiora, gibbus, exteriùs uerò simus. Atque hanc formam musculi potissimum inducunt, cubiti flexionis & extensionis opifices: quamuis interim minor humeri sit obliquitas, quàm quæ in dissensionem uocari debeat. f Asperitas autem, quæ in anteriori humeri sede, supra medium suæ longitudinis, uersus exteriora consistit, in hoc paratur, ut ualidior musculorum brachium mouentium hic succedat insertio, & g posterior cubitum flectentium musculus hinc idoneum educat principium. Hæcq; asperitas tanta est, ut in admodum senibus hinc insignis processus enasci conspiciatur, in primis ad h musculi brachium attollentis insertionem paratus. Præter hanc asperitatem, i alia occurrit iuxta sinum, quo externum musculi caput uehitur, qui cubitum flectentium anterior est: cuius interioris capitis k carnosa pars, huic asperitati connascitur. Foramina notatu digna in humero nulla occurrunt, præter pauca iuxta sinuum & capitum supercilia, in hoc incisa, ut hinc ligamenta ualidius educerentur, aut eadem hic implantarentur. Sunt etiam nonnulla, sed rara foramina, secundum humeri longitudinem conspicua, & uenis admittendis potissimum in interno ipsius latere (quà maxima scilicet uasorum fertur series) cælata, & in amplũ l sinum medullæ asseruãdæ gratia, & humeri læuitatis occasione paratum pertinentia.

Internum tuber inferioris sedis humeri.

Tum alibi, tum etiam libro de Ossib. cap. 16.

Mediarum humeri partium descriptio.

z 2 *fig.* P. *uersus* 1 & 2 *si.* Q. *quo linea notatur.*
a 12 *mus. tab.* Θ.
b 11 *ta.* Λ.
c 9 *tab.* Z.
d 9 *tab.* Θ.
e 9 *tab.* Λ.
f 11 *ta. m.*
* 13 *mus. tab. b, c, d.*
g 2 *fig.* R.
h 2 *fig.* M.
i 2,3 *figu. cap.* 11. *lib.* 4 Φ.
k 1,2 *si.* L.
l 1,2 *fig.* S.
m 1,2 *si.* P.
n 3 *musc. tab.* 11 *educens l.*
o 3 *musc. tab.* Λ, *m.*
p 7 *tab.* Q.
q 5 *ta.* Θ, *dein* 6 *tab.* Z.
r 1 *fig.* T.
s 2 *si. cap.* 11 *lib.* 4 T.
t 2 *fig.* V.
u 2 *si. cap.* 11 *lib.* 4 *.
x *Obserua te hic integrarum si. cubiti articulum.*
y 1 *figu. b.*
z 1 *si. a, c.*
* 2 *fig.* Y.
a 2, 3 *fig. cap.* 11 *lib.* 4 Φ.
b 1 *fig. d.*
c 2 *fig* X.
d 1 *fig. b.*
e 2 *fig.* Z.
f 1,2 *fig. e.*
g 8 *musc. tab.* Γ, *dein* L.
h 10 *musc. tab.* Δ. *dein* 11 *tab.* P.
i 1 *fig. f.*
k 6 *musc. tabu.* o. *ubi musculus* Θ *notatur.*
l *figuræ* 1 *capiti insertæ.*


DE CVBITI OSSIBVS, VLNA, ET RADIO. Caput XXIIII.

PRIMA VIGESIMI quarti capitis figura, siniſtri cubiti duo exprimens oſſa, anteriori facie delineata. Quò uerò in hac, uti & in ſubſequentibus ferè huius Capitis omnibus figuris, ſiniſtri lateris oſſa ſint obuia, quum tamen alioquin quodammodo ſemper dextra potiùs, quàm ſiniſtra explanentur, fortuitò & caſu hinc accidit, quòd in lignis ſeu formis, pro ſiniſtris dextra hic depinxerimus. quānis interim in oſſibus, dextrum ne an ſiniſtrum proponatur, nihil interſit.

PRIMA.



SECVNDA. TERTIA. QVARTA. QVINTA. SEXTA.



SEPTIMA. OCTAVA. NONA. DECIMA. VNDECIMA.



QVID DECEM FIGVRAE, QVAS SERIATIM primæ huius Capitis figuræ ſubiecimus, denotent, ac omnium characterum quæ undecim figuris inſcribuntur, Index.

SECVNDA uigeſimiquarti Capitis figura, utrumque ſiniſtri cubiti os, radius nimirum & ulna, exteriori facie proponitur. Tertia, ſolus radius interna ſede: quarta autem, radius externa ſede delineatur. Quinta internam ulnæ ſedem, ſexta uerò externam exprimit. Septima ſiniſtri radij inferiorem oſtendit portionem, cui brachiale inarticulatur: atque hāc partem ueluti ex inferiori, ſeu aliàs ulnam ſpectante facie, ita delineauimus, ut ſinus in conſpicuo ſit, quo ulnæ capitulum hic iuxta brachiale excipitur. Octaua figura, ad dextrum cubitum, perinde ac tres ipſam ſequentes, pertinens, inferiorem radij portionem exteriori facie ſic delineatam conti net, ut ſinus pateat, cui brachiale inarticulatur. Nona ſuperiorem radij portiunculam indicat, in qua ſinus obſeruatur, quem humeri caput ſubintrat. Decima inferiorem ulnæ portiunculam exhibet, partem quæ brachiale ſpectat oſtendens. Vndecima ſuperiorem ulnæ partem expreſſam offert, in qua ſinus tuberaq; & proceſſus occurrunt, quibus humeri orbita ſeu rotula adaptatur.

A,B 1, 2 *Interuallum his characteribus incluſum, Cubitus uocatur. ac A ſuperiorem ipſius notat partem, quæ humero coarctatur: B uerò inferiorem, quæ brachiale ſpectat.*

C 1,5,11 *Anterior proceſſus ulnæ, humeri ſinum ſubiens, in elatioris humeri rotulæ ſedis anteriori parte cælatum. Et C quidem quidem in prima figura internam proceſſus notat ſedem, cartilagine incruſtatam: in quinta uerò & undecima externam ſedem indicat, aſperam & inæqualem.*

D 1,2,5, 11 *Poſterior ulnæ proceſſus, ſinum intrans, in humeri poſteriori ſede ad elatiorem ipſius rotulæ regionem exculptum. Ac D in prima quidem, & ſecunda, & quinta, internam proceſſus ſedem indicat: in undecima autem externam, ſeu poſteriorem.*

E 1,2,5. F,F. G,G. H,H. I,k. *Vlnæ ſinus, humeri rotulam excipiens. Hunc ſinum undecima figura exactiùs, ut modò ſubijciam, notat. F & F tuber, quod ſecundum ſinus huius longitudinem fertur. G & G, latus tuberis internum. H & H, latus tuberis, ſeu, ſi mauis, ſinus ulnæ, externum. I & k, ſinus huius ſedes, qua in ſuis lateribus infima ipſius parte à læui circumferentia nonnihil internittitur, ligamentorumq; producendorum gratia aliquantulum aſper & modicè foratuscernitur.*

L 1,5,11 *Proceſſuli, ſeu magna aſperitas in radice anterioris ulnæ proceſſus C inſigniti conſpicua, & quorundam muſculorum*

exortui & insertioni aptam sedem parans.

M 1,2,3, 4,9 Cervix seu collum radij.

N 1,2,3, 4,9 Radij capitulum, cui sinus insculpitur, quē humeri caput ingreditur. Sinum hunc O in nona figura indicat. O.

P 1,2,5, 6,10 Vlnæ cervix.

Q 1,2,5, 6,10 Vlnæ appendix notatur.

R 1,2,5, 6,10 Vlnæ appendicis processus, quem stylo scriptorio comparamus.

S 10 Sinus appendicis ulnæ, cui cartilago iam T notanda adnectitur, seu potius innascitur.

T 1,2,3, 4,7,8 Cartilago quæ ulnæ appendicis maximam portionem à brachiali dirimit. ac T quidem in prima & octaua, cartilaginis sedem indicat, qua primum à radij appendicis sinu, x, y & z indicando, pronascitur. In secunda uerò sedem notat, qua cartilago radij appendici adnascitur. In tertia, cartilaginis sedes indicatur, brachiale respiciens. In quarta, cartilaginis sedes, ulnæ incumbens, occurrit.

V 2,6 Sinus in ulnæ appendice, & ossis ulnæ, cui appendix adnáscitur, sede, in hoc paratus, ut alterius brachiale extendentium musculi tendinem deducat.

X,Y,Z Hi tres characteres in sexta, & X ac Z in secunda, triangulum circumscribunt, qui in ulna excarnis gibbusq; est. Verùm Z priuatim trianguli notat uerticem.

a,a 1,2,6 Prima protuberans ulnæ linea.

b,b 1,2,5 Secunda protuberans ulnæ linea. Verùm β priuatim in prima & quinta figuris, huius lineæ sedem indicat. obliquè secundùm cervicem ulnæ ductam.

c,c 1,2,5 Tertia protuberans ulnæ linea.

d 1, 6 Vlnæ latus, prima linea & secunda circumscriptum.

e 2,6 Vlnæ latus, prima & tertia linea circumscriptum.

f 1,5 Latus ulnæ, inter secundam lineam & tertiam consistens.

g,g 2,6 Linea illi ulnæ lateri peculiaris, quod prima linea tertiaq; continetur.

h,i 1 Duo hi characteres sedem utranque notant, qua radius ulnæ coarctatur. ac h quidem sedes indicatur superior, & humero proxima. i uerò inferior, & brachiali contermina.

k,k 1 Tota hac sede (eo quòd radius arcuatim obliquatur) duo cubiti ossa inuicem debiscunt.

l 5,11 Sinus ulnæ incisus, in quo radij capitulum uoluitur.

m 3, 4,9 Radij capituli sedes, quæ ulnæ sinui, l insignito insidet.

n 1, 3 Inferioris radij appendicis interior sedes notatur: in reliquis autem figuris, secunda nimirum, quarta, septima & octaua, exterior sedes extenditur, alijs characteribus ornata.

o 7 Sinus in radij exculptus appendice, in quo ulnæ appendix excipitur.

p 5,10 Protuberans ulnæ appendicis pars, radij sinum o indicatum ingrediens.

q 1,2,3,4, 9 Amplus abruptusq; radij processus, cui tendo musculi cubitum flectentium anterioris inseritur.

r,r 1,2,3,4 Acuta radij linea, ipsius inferna sede, qua secundùm cubiti longitudinem ulnam respicit, extuberans.

s,s 1,3 Internum lineæ r prius insignitæ latus.

t, t 2,4 Externum lineæ r indicatæ latus.

u 2,4 Hac sede radius asper est, ut duo ex quatuor ipsi peculiaribus musculis, hic ualidius insererentur.

x,y,z 1,8 Sinus in radij appendice, articulando brachiali incisus. Et z quidem notat sinus tuberculum nonnihil prominens, & sinum ipsum ueluti geminum constituens, cuius partes x & y indicari possunt.

α 1, 3, 4, 6,7,8 Radij appendicis maximè eminens portio, quæ sinum cui brachiale articulatur, interiori sede adauget.

γ,δ,ε,ζ,η His characteribus in secunda & quarta figuris gibba externaq; inferioris radij appendicis regio, cum ipsa ossis cui appendix coalescit sede, notatur. & singuli characteres aliquem huius sedis sinum priuatim indicant: γ quidem primum sinum, δ secundum, ε & ζ tertium, η quartum. In secunda autem figura θ sinum indicat, radio ulnæq; communem. Sinus isti uehendis seruiunt tendinibus.

θ.



a 1,2 fi. A, B. integrarū fi. T, V.

b tota fi. 5 & 6 aut 2 fig. integra rum Y.

c tota 3, 4 fig aut 2 fi. integrarum X.

d 1, 2 fig. cap. 23 K, L, M.

e 1,2,5,11 fig. C anterior, D posterior.

f 1 fig. ca. 23 N.

g 2 fi. cap. 23 O.

NIVERSA [a] pars inter brachium & brachiale posita, Græcis πῆχυς, Latinis uerò Cubitus appellatur. Hæc duobus constat ossibus, inuicem incumbentibus & dearticulatis: quorum [b] inferius, quod & longius est, πῆχυς quoque ac Cubitus uocatur. Ne autem homonymia sermoni aliquid obscuritatis pariat, quoties integræ duobus illis ossibus extructæ partis mentio incidet, Cubiti uoce utendum duximus, inferius quidem os ulnam, [c] superius uerò, quod κερκὶς Græcis dicitur, Radium nuncupantes. Duo hæc ossa, longa sunt & omni propemodum ex parte inter se uaria. Vlna enim ad humeri [d] orbitam, rotulam ve, apto in hoc exculpta sinu, & idoneis donata processibus articulatur. In superiori namque ipsius sede, admodum crassa & solida, [e] duos insignes adipiscitur processus: quorum quum unus altero prior anterior ve est, hunc quidem anteriorem, illum uerò posteriorem haud inopportunè uocabimus. Anterior itaque [f] sinum in prioris humeri sede ad elatiorem rotulæ ipsius regionem exculptum respicit, suisq; tuberibus illi sinui ad amussim coaptatur, respondetq;. amplus enim est, & obtuso angulo similis, & perquàm durus, ac solidus. Posterior autem processus, anteriori forma quodammodo correspondens, [g] sinum subintrat, qui in posteriodior ampliorq; existit, processus etiam posterior anteriore crassior ampliorq; meritò euasit, & anguli magis adhuc obtusi speciem referet. Processum hunc Athenienses quidem ὠλέκρανον, Dores autem κύβιτον, Hippocrates uerò ἀγκῶνα, Galenus porrò iam ὠλέκρανον, iam ἀγκῶνα appellarunt. Quæ uoces magno eorum qui Latina legunt incommodo, ab interpretibus confunduntur, non has solum unico cubiti nomine crebrò uerten-

Cubitus.

Vlna. Radius.

Vlnæ ad humerum articulatio, et ipsius hic processum & sinus descriptio.

uertentibus,ſed & ulnam,& totam partem inter brachium ac brachiale ſitam,& humeri cum ulna ac radio articulum,& internam eiuſdem articuli ſedem,ipſiuſq; flexum. Cæterùm [h] in horum ulnæ proceſſuum medio,quà ſe inuicem è regione ſpectant,grandius exculpitur ſinus, humeri rotulam excipiens, illiq; omnino reſpondēs. Primùm enim inſtar ſemicirculi,aut paulo et iam profundius quàm ſemicirculus, cælatur: noſtriq; C,ac Græcorum *C* imagini accedit. unde etiam ab eius characteris forma, Veteres hunc ſinum σιγμοειδῆ appellarunt. Deinde ſinus iſte non tantum obiter ad C, eiusq; potiſsimùm, cui introrſum curuati eductiq; apices in hunc modum C reſecarentur,imaginem exculpitur: uerùm ut ad amuſsim humeri rotulæ congrueret,in ipſius medio, [i] tubere obtuſo amploq; protuberat, quod ſecundum ſinus illius longitudinem fertur,& utrinque ad [k] latera ita comprimitur,ſinuaturq;, ut funi chordæ ve ad trochleæ rotulam conuolutæ,poſsit conferri. Quemadmodum enim teres chorda,rotulæ ſinui pariter ſecundùm concauum tereti inuoluitur,ita quoque hoc ulnæ ſinus tuber ſinui rotulæ conuenit: & depreſſa ſinuataq; rurſus tuberis latera,rotulæ ſinus extuberantibus æquantur lateribus. Quod ut fiat exactius, internum ulnæ ſinus latus altiùs ipſo externo cauatur:quum internum rotulæ latus multo proceriùs externo promineat, extubereq;. Vniuerſus hic ulnæ ſinus læuis eſt,& cartilagine incruſtatus, & unà cum ſuis proceſsibus rotulæ humeri,ut ſemel dicam,ſic coaptatus,ut eius beneficio cubitus duntaxat, citra luxationis periculum, flectatur & extendatur. ad quod non ſolum ſpectatu iucundiſsimus ille,qui mutuo ingreſſu perficitur, oſsium cō textus opitulatur,uerùm etiam ligamentorum articulum ſtringentium robur. Vt enim ualida articulum ambirent ligamenta,proceſſuum [l] ſedes ſinum non reſpicientes, aſperæ inæqualesq; ſunt. Quanquam denuò non ligamentorum tantum,ſed & muſculorum nomine proceſſus aſperi cernantur. Poſterior enim poſterioris proceſſus ſedes,quæ interdum in puerulis appendice conſtare uiſa eſt, ac gibbi & gibberi nomen apud nonnullos meretur,admodum inæqualiter protuberat,quodammodoq; ſinuata conſpicitur, ut cubitum extendentium [m] muſculorum inſertionem fortius exciperet. Ita & anterior prioris cubiti proceſſus pars,in hoc aſpera exiſtit,ut ualidior [n] muſculi cubitum flectentium poſterioris inſertio efficeretur,& muſculi [o] ſecundos ac [p] tertios digitorum articulos flectentes, hinc promptius originem ducerent. Neque ſolum hæc anterior prioris proceſſus regio exaſperatur,uerùm & iuxta eius proceſſus radicem, eorum muſculorum nomine aſperis [q] quibuſdam tuberculis Natura ulnam decorauit. Ad hæc, ut ualidioribus ligamentis hic articulus amplexaretur,in infima ulnæ ſinus C literam referentis ſede, [r] utrinq; ad latera ſinulus inſtar anguli cuiuſdam imprimi cernitur, & ipſe ſinus C ſimilis à ſua circumferentia inibi deſinit,aſperq; redditur:non alia ſanè occaſione,quàm ut ex hac ulnæ parte foraminulis non peruijs obſita, ligamentorum fortium penderet exortus. Atque in hunc modum ulna humero articulatur: radius autem, quà humero iungitur,utcunque tenuis eſt,& ex [s] oblonga tenuiq; ceruice, quodammodo in amplum orbiculatumq; porrigitur [t] capitulum,quod ea parte,qua humerum ſpectat, [u] ſinum obtinet rotundum, & non impensè cauum,quem humeri [x] caput,ad externum orbitæ ſuæ latus exertum, ſubintrat. Ad hoc caput radius,quieſcente ad humerum ulna,in pronum ſupinumq; agitur:& interim,quo minus cubitus flectatur,extendaturq;,radij cum humero articulus,nequaquam obſtat. Tanta enim eſt humeri capitis longitudo,tantaq; id ſede læui & lubrica cartilagine incruſtatur,ut radij ſinus in illo quoque motu ab ipſo non abſcedat,ulla ve ex parte dehiſcat. Cæterùm ulna à ſuo cum humero articulo deorſum [y] recta penè uerſus brachiale fertur,ſenſim gracileſcens,tenuiorq; tantiſper facta,dum ad brachiale uſque pertingat. illic enim ex [z] tenui longaq; ceruice,rurſus nonnihil aucta, [a] appendice donatur inſtar capituli cuiuſdam rotunda,ſed interim uaria. Hæc namque inferiori ipſius parte [b] proceſſum obtinet, quem, quia in acutum procedit,Græci diſſectores à ſcriptorij ſtyli imagine γραφοειδῆ & συλοειδῆ appellant: in hoc formatum, ut ſinum adaugeat,quo brachiale ad cubitum articulari docebimus, utq; ab ipſo [c] ligamen articulum hic cō tinens pronaſcatur. Verùm huius proceſſus uſum paulo pòſt,uel Galeni nimium illi tribuentis nomine,explicatius aggrediar. Inferior hæc ulnæ appendicis ſedes brachiale reſpiciens, ad internum latus acuti iſtius proceſſus inæqualem nanciſcitur [d] ſinum,in quem [e] cartilago firmatur, quam à radio pronatam, magna ex parte ita inter brachiale & ulnam reponi audies,ut neque brachiali, neque ulnæ adnaſcatur, eiusq; generis cartilago ſit, [f] quam priuatim in maxillæ inferioris ad temporum oſſa articulis, [g] & in clauicularum cum conterminis oſsibus nexu,contineri dudum retulimus. Porrò ſi hunc appendicis ulnæ ſinum & acutum ipſius proceſſum exceperis,tota illius ſedes brachiale ſpectans, obtuſi depreſsiq; capitis ſuperficiē refert,ad eumq; modum cartilagine incruſtatur,quo ſinus capitaq; articulorum obduci læuigariq; ſolent. Ad hæc,ulnæ appendix in externa ipſius ſede [h] ſinum quoque ſibi inſculptum gerit,qui oblongus, & ſecundum cauum teres eſt,tendini paratus eius [i] muſculi,qui poſtbrachiali ante paruū digitum inſertus, brachialis extenſionis autor habetur. Cæterùm prēter hanc appendicem,ulnæ per ipſius longitudinem forma & impreſsiones quædam,& ipſius inſtar linearum tubera,adhuc obſeruanda ueniunt. Humilior enim ulnę ſedes ad poſterioris ipſius iuxta humerum proceſſus radicem, quà cubito innitimur, aliquouſque [k] gibba eſt,ſua amplitudine triangulum referens,qui excarnis,& muſculis non intectus, mox adempta cute conſpicitur,duntaxat neruoſam tenuitatem [l] muſculorum excipiens,quorum beneficio cubitus extenditur. Huius trianguli [m] uertex deorſum exporrigitur,& lineæ modo ob hoc maximè ultra medium longitudinis ulnæ protuberat,quòd huius lineæ latera à muſculis duobus comprimantur,ipſa ve ulna muſculis illis cedat,quorum [n] alter exteriori lineæ lateri exporrigitur,poſtbrachiali ante paruum digitum inſertus, ac brachiale extendens. [o] Alter,qui interno lineæ lateri exporrigitur,& cui ulnæ os impenſius cedit, brachiali ante paruum digitum inſeritur,idq; flectit. Præter hanc lineam,aliæ adhuc duæ cernuntur, cum nuper dicta ſic ulnam conſtituentes,ut ipſa ab humero uerſus brachiale procedens,non teres, ſed triangularis

Radij ad humerum articulatio.

Vlnæ ad brachiale eductus,& inferioris ipſius ſedis hiſtoria.

Qui ulna ſecundum ipſius longitudinem ſe lxt beat.

h 1,2,5 *fi.* C, D. *dein* E.

i 11 *fi.* F, F.

k *eadē fig.* G, G. *dein* H, H. *quæ conferes cū* K, L, M 1,2 *fig. cap.* 23.

l 11 *fi.* C, D

m 13 *muſ. tab. b,e,d.*

n 8 *muſc. tab.* Γ.

o 5 *muſc. tab.* Θ.

p 6 *muſc. tab.* Ξ.

q 5, 11 *fi.* L.

r 11 *fi.* I. K.

s 3,4,9 *figur.* M.

t *eiſdem figur.* N.

u 9 *fig.* O.

x 1 *fig. ca.* 23 P.

y 1,2 *fi. ab* A *uerſus* B.

z 1,2,5,6, 10 *fig* P.

a *eiſdem figur* Q.

b *eiſdem figur.* R.

c 12 *muſ. tab. i.*

d 9 *fig.* S.

e 1,2,3,4, 7,8 *fig.* T.

f *In margine cap.* 10.

g 4 *fi. cap.* 22 R, S.

h 2,10 *figur.* V.

i 9 *muſcu. tab.* Λ.

k 6 *fig.* X, Y, Z. *&* 9 *muſ. tab.* V.

l *eadē tab.* S, T.

m 26 *fig.* à Z *per a, a. uti & prima fi. a, a.*

n 9 *muſc. tab.* Λ.

o *eadē ta.* Z.

ris quodammodo uideatur. p Secunda igitur protuberans linea,ab interiori latere radicis anterioris processus ulnæ rectà deducitur,& commune q latus cum prima linea constituit,quod ab illo musculo impressum est,quem modò brachiale flectere diximus. r Aliud autem ulnæ latus cum secunda linea, s tertia efformat linea,quæ trium linearum acutissima asperrimaq; est,& ab externo latere radicis anterioris ulnæ processus longissimè procedit:inq; hoc educitur, prominet ve, ut ab ipsa ualidum pronascceretur t ligamentum,quod radium ulnæ secundùm cubiti longitudinem robustioris membranæ instar connectit. u Latus hoc inter secundam lineam & tertiam repositum,musculorum gratia comprimitur, qui internam cubiti sedem occupant, quibusq; hic ab ulna & radio apta paratur sedes.Horum autē præcipuus est, x quē tertium quatuor digitorum articulum flectere audies.Verùm quia musculi secundum istud latus occupantes,in ipsorum per ulnam progressu,etiam sui exortus portionem ab illa assumunt, ipsum magis asperum occurrit,quàm latus inter secundam lineam & primam conspicuum:à quo nullus pronascitur musculus, nisi iuxta ulnæ cum humero articulum,ubi y is principium ducit, qui radium in pronum ducentium superior est.Latus tertia & prima lineis circumscriptum,reliquis duobus minùs est compressum, & priuatim z lineam obtusam,sed longam,& modicè prominentem,ac uiciniùs tertiæ lineę,quàm primæ deductam, adiscitur.Hanc Natura a trium musculorum gratia produxit, qui ab ipsa triplici principio originem ducunt.Ac primum quidem eius musculi est,qui radium in supinum ducentium breuior habebitur. secundū autem & tertium pollicis ac indicis famulari motibus,in secundo libro docebimus: quem eo leuiori negocio intelliges,quo consideratius ea quæ modò narramus,in ossibus spectaueris. Sunt enim hæc non minus usu cognituq; iucunda, quàm cerebri & aliarum,quas hodie solum miramur,partium sectio. ut interim de summo in artis nostræ operibus usu nihil dicam,dum ad has lineas scopum figentes, fractum ac luxatum os ritè nos reposuisse,certissimò cognoscimus.Ad hunc itaque modum ulna multum etiam ultra medium ipsius longitudinis se habet.Vbi uerò brachiali propinquiùs accedit,teres omnino esset, nisi secunda linea insigniùs inibi b protuberaret,ac obliquè deorsum protensa,sedem adaptaret c quadrangulari musculo,qui radij in pronum motus opifex,hinc principium sumere docebitur. Porrò si quid de ulna adhuc dicendum'supersit,id iam unà cum radij historia persequar, qui obliquus est,quatenus ulna recta.Radius nāque d suprà e infraq; ulnæ committitur:in f medio autem, ac per reliquam longitudinem ita arcuatim obliquatur,ut admodū ab ulna dehiscat.quod partim fit,ut radius obliquo ductu ulna suffultus, in pronum supinumq; promptè ageretur:partim,quò apta sedes musculis constitueretur, quos necessariò internam externamq; cubiti regiones occupare oportuit. Quanquam magis obliqui sui motus occasione,quàm musculorum gratia radium obliquari,plurimumq; in medio ductu duo cubiti ossa inuicem abscedere, illa nos doceant animalia,quibus neq; radius,neq; radij beneficio manus in pronum supinumq; ducitur.Equus namq;,ouis,eiusq; generis animalia,solidis aut bisulcis donata unguibus, tota cubiti longititudine radium ulnæ adeò connatum astabilitumq; obtinent,ut ne tantillum quidem citra ulnam radius moueatur. In canibus uerò,& felibus,& ijs animalibus quibus pedes in digitos dirimuntur, radius mouetur quidem, sed tanto obscurius ac difficilius,quanto nos manuum motus perfectiores obimus.Distat igitur in his quoque animalibus radius ab ulna,uerùm longè minus quàm in homine:& non adeò laxam articulationis speciem in illis,atque in homine cernimus.unde etiam haud miror, Galenum non accuratius radij ad ulnam explicuisse articulos,inter se admodum uarios:suprà enim ulna radium excipit, infrà uerò hæc à radio excipitur.Ad externum namque latus anterioris ulnæ iuxta humerū processus, g sinus quidam instar quartæ circuli partis transuersim exculpitur,læuis,& cartilagine incrustatus. Huic sinui h internum latus capitis radij,cui sinus insculpitur,humeri externum caput excipiens,appositè cōgruit,ac læue & orbiculatum hic factum,in illo ulnæ sinu uoluitur.Infrà autem iuxta brachiale,ubi radius crassescit,dilataturq;, & insigni i appendice donatur,huius appendicis humillimæ sedi k sinus insculpitur, illi non absimilis, quem paulo antè in ulnam incisum retulimus.In hunc sinum cartilagine incrustatum, superior appendicis ulnæ l sedes,capituli modo protuberans,cartilagineq; obducta,reuoluitur: hacq; ratione radius utriusque arti culi beneficio tantummodo in pronum supinumq; agitur. Non procul à superiori articulo, ubi radij m ceruix cōsistit, radius n asperum abruptumq; educit processum,qui internam cubiti sedem respicit,& insertioni anterioris cubitum flectentium o musculi aptam sedem parat.Rursus reliquo ab humero uersus brachiale ductu,radius non omnino teres & læuis est: uerùm per ipsius longitudinem humiliori sua sede p acutam & insigniter extuberantem producit lineam,quæ tertiam ulnæ lineam respiciens, q ligamentum admittit,membranæ ualidissimæ ritu ambo cubiti ossa, quà inuicem dehiscunt, colligans. r Externum huius lineæ latus,perinde ac s internum quoque,compressum sinuatumq; est: ut hoc internam cubiti sedem occupantibus musculis,illud uerò ijs qui in externa habentur, cedat. Porrò internum latus externo asperius est,quòd t musculus tertium pollicis os flectens, non infimam sui exortus portionem ab illo latere priuatim obtineat.Superior radij sedes è directo dictæ nuper lineæ consistens, penè teres est, & iuxta medium suæ longitudinis aliquousque u aspera occurrit,ut in hanc duo musculi ualidiorem molirentur insertionem:quorum x alter radium in supinum agentium breuior est, y alter uerò radium in pronum ducentium superior,cuius potissimum occasione asperitas illa cælatur, quòd ipse neruea potius quàm carnea insertionem efficiat,longiusq; in osse producatur.In radij z sede, brachiali contermina, pleraq; examussim inquirenda ueniunt.Primùm enim hanc partem augeri,ac dilatari, incrassariq; oportuit,ut apta constitueretur sedes,cui a brachiale articulari queat.necessum etenim erat, brachialis cum cubito articulum,in hominibus paulo minus toto ad radium referri:si modò quiescēte ad humerum ulna, manus radij beneficio,& uelut secundario,in pronum supinumq; agi debuit.Si namque sinus brachiale excipientis

Radij obliquitas.

Radij ad ulnam articulatio.

Radij per ipsius longitudinem læuitas & asperitas.

Inferioris radij partis historia.

p 1,2,5 *fi. b,b.*
q 1,6 *fi. d.*
r 2,6 *fi. e.*
s 1,2,5 *fi. c,c.*
t 7 *musc. tab V.*
u 1,5 *fi. f.*
x 6 *musc. tab. Ξ.*
y 7 *musc. tab.Q.*
z 2, 6 *fig. g,g.*
a 10 *musc. ta. Λ,Ξ,Π.*
b 1,5 *fi. β.*
c 7 *musc. tab.X.*
d 1 *fig. h.*
e 1 *fig. i.*
f 1 *fi. inter* k & k.
g 5,11 *fi. l.*
h 3,4,9 *fi gu. m.*
i 1,3 *fi. n.*
Verùm in alijs figuris radij illa appendix quo que est obscura.
k 7 *fig. o.*
l 5,10 *fi. p.*
m 1,2,3,4, 9 *fig. M.*
n *eisdem figuris q.*
o 6 *musc. tab.Θ.*
p 1,2,3,4 *fig. r, r.*
q 7 *musc. ta. T,V, S.*
r 1, 3 *fig. s,s.*
s 3, 4 *fi t,t.*
t 6 *muscu. tab. u.*
u 2,3, 4 *fi gu u.*
x 12 *musc. tabu. Λ. & dein d, e.*
y 7 *musc. tab.Q.*
z *tota 7 et 8 fig.*
a 5 *primæ rum fi. cap.* 25 *charac.* 1,2, 3.

cipientis par portio,in ulna & radio exculperetur,& ipſe interim ſinus ſuperiorem brachialis ſedem imitãs, neceſſariò tranſuerſim oblongus eſſe deberet, prorſus foret impoſsibile, radium & manum ſimul in pronũ ſupinum ve ferri,ulna ad humerum quieſcente,ac ueluti huius motus baſi ac fulcimento. Pars enim brachialis,quæ tunc ulnæ ſinui inarticularetur, claui modo obſtaret,quo minus uel tantillum radius, immota ulna,moueri poſset.Operæpretium igitur fuit, inferiorem radij partem ſinus cui brachiale inarticularetur occaſione,admodum craſſeſcere. Verùm quia tenue os nimium augeri,nequaquam expediebat, Natura etiam brachialis portionem ab ulna ſuſtineri uoluit:at ita,ut ulua ex puncto,ſuoq; adeò acuto [b] proceſſu, brachiale uix contingeret. Ne enim ulna,reliqua ſui appendicis ſede,brachiali citra alterius corporis interuentum committeretur, Natura ab inferiori ſede [c] ſinus in radij appendice brachialis gratia exculpti [d] cartilaginem deduxit:quæ ulnæ appendicem aſcendens, illam à brachiali dirimit, itaq; articulum hunc aptat,ut ulna brachiale quidem ſuſtineat,uerùm proximè non contingat,totusq; ſinus(uti ſanè oportuit)ad radium ſpectet. Atque hæc ſanè tanto uelim inquiri diligentius, quò magis cum Galeni dogmatibus pugnant.non enim lubet in hoc negocio,alioqui ſatis prolixo,paſsim Galeni loca, à quibus prudens diſſentio,ſubnectere,rationemq; cur aliter ſentiam ſubijcere,quum diligens lector etiam non admonitus, hæc abundè animaduerſurus ſit.Verùm ne nimium ipſius interim placita,eaq; potiſsimùm quæ à ſtudioſis in publicis ſectionibus,ut expendantur,requirere ſoleo,iam præterijſſe uidear,in radij ulnæque Galeni hiſtoria,portionem & particulam modò aſſumam,prolixius ſæpiusq; ab ipſo inculcatam.eſt autem hæc,acutus ulnæ proceſſus,quem ſtylo comparamus. Vt itaque præteream,quòd magnam,&(quantum ex ipſius ſcriptis aſſequor)dimidiam ſinus cui brachiale inarticulatur portionem,ulnæ aſcribit,acuto huic proceſſui priuatum ad brachiale contexum inibi tribuit,ubi ulnam radiumque in libro de Oſsibus pertractat.Vbi autem paulo pòſt brachialis oſſa recenſet,contextus illius ſpeciem exprimit, quando ſcilicet [e] tertium ſuperioris brachialis oſsium ordinis os,quod paruum digitum ſpectat,ſinuatum eſſe, atque in illud acutum ulnæ proceſſum ingredi commemorat, ac ueluti duos brachialis cum ulna & radio articulos proponit: quorum unum quidem ad radium & ulnam ſimul refert,altero uerò ad acutum ulnæ proceſſum.atque ad hunc quidem articulum pertinere aſſerit, brachiale in obliquum ducere:ad illum uerò, in rectum, cuius opera manum extendimus,inflectimusq;.Arbitror autem Galenum per obliquum motum,illum intelligere,quo manus in utrunque latus ducitur,pari nimirum motu,quo digitos inuicem adducimus & reducimus: ita enim obliquum lateralem ve motum aliàs ferè ſemper Galenus intelligit.Quod ſi eſt,quid dici poſſet abſurdius,quàm hunc motũ acuti illius proceſſus munere celebrari?quũ is,ſi brachiale altiùs ſubingrederetur, eũ motum haud ſecus impediret, quàm longus aliquis baculus ſecundum ulnam ad cubitum ligatus,& ad externum uſque poſtbrachialis latus ſuo apice pertingens,pulchrè obſtaret,quo minus in externum latus manus abduci poſſet.Porrò ſi Galeni locum in ſecundo de Partium uſu excutere uolueris,inibi illum quoque duplicem articulum recenſere,ac eum qui acuto fit proceſſu,in hoc factum dicere, animaduerſurus es, ut manus illius ope in pronum ſupinumq;,& deinde etiam in latus duceretur. Hãc ſententiam,re ad amuſsim perpenſa,non minus quàm priorem ueritati repugnare fateberis.idq; tunc potiſsimùm, quando omnem ferè brachialis articulationem,ad radium ob hoc præcipuè referri diſces,ut radij motum,qui in ſupinũ & pronum fit,manus ſecundariò ſequeretur:& inſuper colliges,illos motus debere impediri, ſi acutus ille proceſſus,ex Galeni ſententia,brachiali articularetur.quod oues,bouesq; liquidò oſtendunt. nam ipſorum brachialis ad cubitum articulatio,Galeni deſcriptionibus,quantum ad acutum ſpectat proceſſum, reſpondẽs, neque in latera,neque in pronum,neque ſupinum aptè moueri poteſt.Illis namque animalibus acutus ulnę appendicis proceſſus oblongus eſt, & ſinum priuatim in brachialis oſsibus ſibi uendicat, nullaq; cartilago peculiaris ulnam ac brachiale interuenit,præter eam quæ oſsibus cruſtæ modo obducitur. cuiuſmodi tamẽ cartilago in homine ſpectatur,in quo etiam proceſſus ille non tantum cartilaginis illius altitudinem excedit,quantum [f] ſuperior illius qui in radij appendice ſculpitur ſinus pars porrigi educiq; cernitur. Eminet autem illa radij pars eadem cum acuto illo proceſſu ratione, ut ſcilicet ſinũ efformaret brachiali aptum, [g] hincq; ualidiora articulum continentia producerentur ligamenta.Quum uerò huic radij ſinui non unicum tantum brachialis articuletur os, uerùm inter tria brachialis oſſa,quæ radium ulnamque ſpectare docebimus, [h] duo ad ſolum radij ſinum referantur,& [i] tertium cartilaginem illam à radio peculiariter pronatam,& acutum ulnæ appendicis proceſſum reſpiciat,radij ſinus [k] geminus eſſe apparet,eo quòd ſinus modicè [l] inibi protuberat,ubi ſecundum brachialis os primo committi, Capite quod ſubſequitur dicturi ſumus.Nunc uerò inſuper conſiderandum uenit,radij partem,cui appendix ſua hic coaleſcit,ipſamq; appendicem [m] interna parte ſinuatam & leuiter cauam uideri,cùm ut [n] muſculo cederent radium in pronum ducentium inferiori,tum ut exactum iter [o] tendinum ſeriei adaptaretur,qui cubito exporrecti,digitorum flexui famulantur.Externa autem huius radij ſedis pars,quemadmodum & externa brachialis regio, gibba eſt,quòd ita(quum extrà ponatur)iniurijs ferendis pertinacior reddatur.Ne tamen muſculorum tendines, manum hàc petentes,& gibba illa ſede deducti,hinc inde aberrarent, ſinus multi huic ſedi iuſculpuntur, quibus tendines [p] tranſuerſis obducti ligamentis,tanquam per anulos traijci, in ſecundo libro deſcribemus.Sunt autem huiuſmodi ſinus numero quatuor. ac [q] primus quidem amplus eſt, [r] tendinibus paratus, qui indicem, medium & anularem extendunt. [s] Secundus [t] tendinem tranſmittit,indicem & medium à pollice in latus abducentem. [u] Tertius quodammodo geminus eſt, [x] bicornem tranſmittens tẽdinem alterius muſculi brachiale extendentium,unà cum tendine [y] muſculi pollicem uerſus indicẽ euertentis,extendentis ve. [z] Quartus ſinus leuiter admodum exculptus eſt, uixq; ſinus nomen meretur, aſper tamen locus eſt, qui ligamentum tranſuerſum [a] tribus tendinibus obuolutum educit: quorum unus brachialis

Cartilago brachiale ab ulna diuimens.

Lib. de Oſſib. Primo de Adminiſtr. diſſect. Secundo de Vſu part.

ſinus radij, deducendis locandiſq; muſculis & ipſorum tendinibus apti.

b 1,2 *fi.R.*
c 8 *fig.* x, y, z
d 1,2,3,4, 7, 8 *figura rum* T.
e 1,2,4,5 *fig. cap.* 25. *charact.* 3.
f 1,3,4,5 *fig.* a.
g 12 *muſ. tab.* k. & i.
h 1,2,4,5 *fig. cap.* 25. *charac.* 1,2.
i *earũdem figur. charact.* 3.
k 8 *fi.* x,y.
l 8 *fig.* Z,
m 1,3 *fi.* n.
n 7 *muſc. tab.* X.
o *in manu* 5 & 6 *muſcul. tab.*
p 1,2 *muſ. tabulæ numeri hac ſe de poſiti.*
q 2,4 *fi.* y.
r 9 *muſcu. tab.* Z.
s 2,4 *fi.* δ.
t 10 *muſ. tab.* p.
u 2,4 *fig.* ε, ζ.
x 11 *muſ. tab.* Λ.
y 10 *muſ. tab.* o.
z 2,4 *fi.* π.
a 10 *muſ. tab.* k,m,n. & 2 *tab.* b, c.


chialis osi pollicem sustinenti inferitur, secundus primo pollicis osi, tertius autem secundo & tertio pollicis ossibus. Verùm quarti sinus sedes, ligamenti illius gratia, non duntaxat aspera est, protuberatq;, uerùm etiam ut [b] tendo illi ualidius implantetur musculi radium in supinum agentium longissimi. Præter hos sinus, etiam in externa articuli, quo radij appendix iuxta brachiale appendici ulnæ articulatur sede, [c] sinus etiam consistit, qui ulnæ & radio pariter communis, tendinem uehit [d] musculi, cui potissimum beneficio paruus digitus extenditur. Notatu digna foraminula, præter ea quæ neruorum & musculorum exortibus subseruiunt, neque ulnæ, neque radio obtigerunt: & undique, præterquàm ubi appẽdices sibi uendicant, solida impensęq; dura constant substantia. quamuis interim [e] sinum, perinde ac humerus, femur & tibiæ ossa, secundum ipsorum longitudinem intus exculptum obtineant, medullæ reponendæ paratum, & ossium leuitati accommodum.

b 12 *mus. tab.* ⊖, *b.*
c 2 *fig.* θ.
d 9 *musc. tab.* ⊖.
e *qualis apparet in figura capitis* 1 *inserta.*

DE BRACHIALI. Caput XXV.

PRIMA VIGESIMI QVINTI SECVNDA.

Capitis figura.



SEX VIGESIMI QVINTI CAPITIS FIGVRARVM,
& earundem characterum Index.

DVAE priores figuræ non præsenti tantum seruiunt Capiti, uerùm etiam tribus ordine iam subsequentibus, quibus manus partes quoq; explicantur. Prima enim figura internam manus ossium sedem proponit. Secunda uerò, eorundem ossium externam ostendit faciem. Quatuor autem figuræ, has seriatim subsequentes, huic Capiti sunt propriæ, ac duntaxat octo brachialis ossa uaria facie exprimunt. Illa namq; quæ tertia inscribitur, octo brachialis ossium simul in sua sede commissorum internam faciẽ commonstrat. Quarta, eadem ossa externa facie delineat complectitur. Quinta superiorem brachialis ossium partem continet, qua cubito articulantur. Sexta, brachialis ossium infernam ostendit sedem, cui primum pollicis os, quatuorq; postbrachialis ossa coarctantur. Characterum uerò index erit huiusmodi.

1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 *Octo his numeri characteribus, octo brachialis ossa in omnibus sex figuris insigniuntur, si modo in illa superficie, in qua brachiale se offert, omnia in conspectum ueniant.*

In prima

I,II, III. IIII *In prima & secunda figura notantur quatuor postbrachilis ossa.*
A,B,C 1, 2 *Tria pollicis ossa.*
D,E,F 1, 2 *Tria indicis ossa. atq; eadem ratio in cæteris est digitis.*
G 3,6 *Quinti brachialis ossis sinus, sedesq;, cui primum pollicis os articulatur. Sinus huius longitudinem transuersim in sex*
a,b. *ta figura ab a ad b metimur. Internam uerò sedem c, externam autem d notat. ac d quidem in quarta figura etiam est*
c,d. *conspicuum.*
H 3, 4,6 *Sedes sexti brachialis ossis, cui postbrachialis os indicem suffulciens coarctatur. h uerò in quinto osse sedem indicat,*
h. *quam idem quoq; postbrachialis os contingit.*
K 3, 4, 6 *Sedes septimi brachialis ossis, cui postbrachialis os, medium digitum sustinens, coarctatur. k uerò in eisdem figuris*
k. *sedes indicatur, qua idem postbrachialis os, sextum brachialis os contingit.*
L 3, 4, 6 *Sedes octaui brachialis ossis, cui postbrachialis os, anulari præpositum, coarctatur.*
M 3, 4,6 *Sedes octaui brchialis ossis, cui postbrachialis os, paruum digitum sustinens, coarticulatur.*
N 1, 2 *Ossiculum subinde accumbens externo lateri articulationis octaui brachialis ossis, ad postbrachiale os, quo paruus digitus sustinetur.*
O 2, 3, 6 *Processus octaui brachialis ossis, in internam brachialis sedem protuberans.*
P 2, 3,6 *Processus quinti brachialis ossis, ex quo transuersum pronascitur ligamentum, quod in octaui ossis processum O notatum insertionem tentans, tendinibus obducitur, ex cubito internam manus sedem adeuntibus.*
Q 2 *Appendix postbrachialis ossis indicem sustinentis superior, quæ brachiali coarctatur.*
R 2 *Appendix postbrachialis ossis indici præpositi inferior, quæ capitulum constituit, primi indicis ossis sinum subiens, quæq; longè manifestior est superiori.*
S 1, 2 *Interuallum occurrens inter postbrachialis os indici præpositum, & id quod medium sustinet. In cæteris autem postbrachialis ossibus eadem appendicum interuallorumq; est ratio.*
T 1,2 *In prima figura, ex duobus sesaminis ossibus internæ secundi pollicis articuli sedi præpositis, internum os notatur: in secunda uerò figura, externum.*
V,V 1 *Duo sesamina ossicula, primo indicis articulo præposita.*
X,X 1 *Inferiori X ossiculum notatur sesaminum secundo indicis articulo præpositum. Superiori uerò, ossiculum tertio indicis articulo attributum. In cæteris digitis eadem quæ in indice hoc ossiculorum est ratio.*

HIPPOCRATI, quemadmodum & Galeno subinde, manus (aut χεὶρ potius) uocabatur, [a] quod uulgò brachium appellamus, quum hominem cruribus & brachijs donari dicimus, id scilicet uniuersum, quod à scapula ad extremum usque digitorum, unguiumq; terminos pertinet. [b] quod uerò Latinis ferè omnibus manus nuncupatur, & ab infima cubiti [c] sede, laxoq; illo manum cubito iungente articulo, ad digitorum usque summum metimur, Hippocrati ἀκρόχειρ, ac si extremam summam ve manum diceres, appellabatur. quæ distinctio, etsi Græcis fortè sit commoda, latinè tamen scribentibus non undique potest esse usui. Manum itaque in brachiale tantum, & postbrachiale, & digitos diuidentes, singulis ipsius partibus sua tribuemus Capita, præsente eam [d] partem descripturi, quæ cubito articulatur, & à Græcis κάρπος, à nobis uerò Celsum imitantibus, brachiale uocatur, octoq; ossibus duplici ordine distinctis construitur: quæ in natu grandioribus dura sunt, & paruula, intusq; parum fungosa, modicaq; medulla appendicum modo oppleta: non autem prorsus medullæ, uti quibusdam uisum est, expertia, & potissimùm quæ horum occurrunt maiora. Haud parem enim omnia sortiuntur magnitudinem, ut nec formam, nec situm: quum ex omnibus nullum sit, quod alteri omnino respondeat, & singula priuatim aliquid adipiscentur, quo ab inuicem discerni queant. Porrò utcunque sint uaria, nihilominus mutuò tam concinnè adaptantur, ad tantamq; compositionis accedunt harmoniam, ut eorum numerus non admodum inuentu facilis sit. [e] Nisi enim ualidissima cartilagineaq; ligamenta, quibus obducuntur, simul cum membranis resecueris, & accuratè abraseris, unum esse tibi omnia uidebuntur, aut cum Celso ipsa incerto constare numero, & inter se connata esse opinaberis. [f] Cæterùm cũcta nerueis his cartilaginosisq; nexibus simul constricta, duas integras superficies unà efformant, exteriori quidem regione, quantum manui ex usu est, gibbam, interiori autem sinuatam, quantumq; & hoc manui expedit, concauam. Hæ tantum superficies ligamentis obuinciuntur. [g] superiùs enim, quà ossa cubito committuntur, læuia sunt, & cartilagine incrustata: quemadmodum & [h] inferius, quà postbrachialis ossibus, & primo pollicis ossi coarctantur. Quin etiam ubi ossa se inuicem contingunt, læuibus & lubrica cartilagine incrustatis donantur sinibus & capitulis, quibus inuicẽ coarticulantur. In mutuo enim nullorum brachialis ossium contactu, ligamenta membranæ ve interueniunt, nisi in inferioris ordinis ossium inter se connexu, ubi nonnihil, sed uix animaduersione dignum, ligamenti cartilaginei ueluti in puncto intercedit: uti inferiora etiam ossa non adeò conterminè inuicem, atque superiora, constringuntur. Quod etiam meritò Natura molitur, in hoc potissimum duos brachialis ossium ordines confingens, quòd [i] superior cubito, [k] inferior autem alia prorsus ratione postbrachiali & primo pollicis ossi debuerit committi. His namque ut distinctis diremptisq; coarticulatur ossibus, cubito autem unius ossis instar. adeò ut hoc articulationis discrimen, potissima insuper censenda sit ratio copiæ brachialis ossium. cui dissectionum periti secundariò addunt patiendi difficultatem, existimantes brachiale iniurijs ferendis pertinacius fieri, quia multis componitur ossibus, occursantium uim articulorum causa cedendo exoluentibus, eo modo, quo hastam sagittam ve difficilius laxa quàm tensa penetrare conspicimus. Quanquam rursus & ad innumeras manus motuum differentias, hanc ossium uim & copiam à

a *tota 2 figura cap. 2 lib. 3.*
b *tota 1 et 2 fig.*
c *integratum fig. V. cui inguntur Z,Z. de in Γ, Γ, & Δ,Δ.*
d *integratum Z,Z. et omnium huius cap. figurarum charact. 1,2,3, 4,5,6,7,8.*
e *8 musc. tabu. Δ. & 12 tab. l.*
f *Confer 1 figuram 2. dein tertiã quartæ.*
g *5 figur.*
h *6 figur.*

Brachiale octo ossibus construi, inter se forma differentibus.

Brachialis ossa quibus sedibus, ligamentis et quibus cartilagine obducantur.

i *omnium ferè figur. charact. 1, 2,3,4.*
k *omnium fi. charact. 5,6,7,8.*

Cur duo brachialis ossium ordines.

Brachialis ossium nomina.

Natura non postremo loco extructam esse animaduertimus. Quatuor in superiori brachialis ordine, qui cubitum spectat, repositis ossibus, ex ipsorum qua ordinantur serie, nomina non ab re imponemus: [l] primum perpetuò uocantes, quod superioris ordinis internum constituit latus: [m] secundum uerò, quod huic subsequitur, atque magis ab interno abscedit latere: [n] tertium, quod secundo ad externum latus proximum est: [o] quartum uerò, quod externum latus iam omnino occupat. Quatuor pariter inferioris ordinis [p] ossa, quintum, sextum, septimum & octauum nuncupabimus, atque in hunc modum singulorum historiam aggrediemur. Primum itaque secundum & tertium, inuicem ualidissimè proximeq; committuntur, & uno ordine iuncta, superiorem brachialis sedem ita efformant, ut instar unius alicuius ossis lati, & transuersim oblongi capitis, in radij sinum concinnè articulentur. Ac primum quidem & secundum, in [q] sinu radij appendici insculpto reponuntur: tertium uerò [r] cartilagini innititur, quam à radio pronatam magna ex parte ulnam à brachiali dirimere scripsimus. Quanquam externum tertij ossis latus etiam [s] acutum appendicis ulnæ processum tunc contingit, quum in externum latus manum inclinamus. Verùm interim tertium id os, sinum cartilagine oblitum, qui uisu dignosci queat, in homine nequaquam adipiscitur, quem processus ille sibi proprium haberet, quum etiam processus ipse nisi secundùm sinus, quo brachiale arctatur, latus perinde extuberet, ac reliquorum sinuum supercilia, ipseq; radij appẽdicis in interiori sinus latere [t] apex. Atque id uel tactu leuiter dijudicatur, si manu in latus internum ducta inter brachiale & ulnam, alterius manus pollicis apicem inferere quis fuerit adnisus.

Brachialis ad cubitum articulus.

Quæ quartum os sibi peculiaria uendicet.

[u] Quartum brachialis os ulnam haudquaquam contingit: at superiori sua sede eam huius articuli ligamenti portionem admittit, quæ ab acuto ulnæ appendicis processu enascitur. Dein superiori quarti ossis sedi [x] tendo musculi inseritur, qui brachiale flectentium est inferior. Ex humiliori autem ipsius sede [y] musculus pronascitur, cuius beneficio paruum digitum à reliquis abducimus. Præterea & [z] musculus suæ originis portionem hinc assumit, qui duorum primum parui digiti os flectentium habetur exterior. adeò ut quartum hoc os neque inferiori, neque superiori ipsius sede, neque etiam externo ipsius latere, alteri ossi committatur: sed tantum interno ipsius latere, depresso admodum capitulo, tertij ossis externo lateri (magis tamen ad manus uolam) in eum modum coarticulatur, quo ossa per planas omnino superficies, cartilagine interim lubrica oblitas, cõstrui diximus. Hoc itaque quartum brachialis os, id peculiare sibi uendicat, quòd uni tantum brachialis ossi iungatur, quodq; omnium brachialis ossium minimum sit, reliquisq; minus protuberet, sinueturq;. Est enim quodammodo sphæricum, sed paulo lõgius quàm crassum: quia scilicet inferiùs musculos educit, superiùs autem ualidissimi tendinis insertionem, uti diximus, excipit, eaq; ratione sursum deorsumq; magis quàm in latera protuberare debuit. Vnde etiam ueteres dissectionum professores, id (uti conijcio) Rectum appellarunt, ambigentes quem in ordinem ipsum referrent. nos autem superiori ordini ascripsimus, quòd tertio huius ordinis ossi coarticuletur, ac reuera in eo ordine consistat. Nuncuparunt etiam Anatomici præsens os, cartilaginosum: nõ secus quàm Marinus [a] os genu articulo præpositum, eo nomine donauit, quod mo lam patellamq; uocamus. Non sanè (quantum reor) quòd id os molle, omninoq; cartilagineum esse arbitrati sint, quum omnium brachialis ossium facilè durissimum & solidissimum sit: at quòd coctum exteriùs cartilagine obductum uisatur, propter musculorum principia, tendinumq; fines, qui post elixationem cartilaginis molliusculæ speciem referunt. Galenus hoc os, octauum brachialis os uidetur recensuisse, id proprium ipsi tribuens, quòd propugnaculum nerui cuiusdam sit, qui ab interna manus sede ad externam secundùm id brachialis os reflectitur. Hic neruus me non latet, uerùm ad hoc ossiculum in hominibus non reuoluitur. est enim [b] ille neruus, quem à quinto brachium petentium, paulo pòst cubiti longitudinis medium, ab interna cubiti sede in posteriorem porrigi, atque duos furculos paruo digito, totidemq; anulari, unum autem medio deriuare, in quarto libro audies. Porrò præter quartum brachialis os, nullum penitus occurrit, non pluribus adnexum contiguumq; ossibus. Primum enim, præterquàm quòd radio articulatur, etiam secundo brachialis iungitur ossi, amplo utcunque capitulo in secundi ossis sinum subiens. Deinde alio capite multo ampliore, & ab inferiore ipsius sede educto, communem sinum ingreditur, quem quintum brachialis os cum sexto efformat. Verùm Natura præcauens, ne primum os undique aliorum ossium sinus ingrederetur, & ipsum interim tyranni more nullum susciperet, insignem in ipso cælauit sinum, quo unà cum secundo brachialis osse (cui is sinus quoque communis est) septimi ossis omnium facilè maximi grande rotundumq; admitteret caput. atque ita primum os radio, & secundo brachialis ossi, & quintio) connectitur primo ossi, & septimo, uti iam diximus. tertio autem, amplo connexu planis superficiebus constringitur: adeò ut secundum os radio, & tribus brachialis committatur ossibus, primo uidelicet, septimo, & tertio: neque etiam multum ab octauo remouetur. Tertium os, cui quartum articulari, iam prius diximus, modicè protuberante, sed amplo capitulo sinum subit octaui ossis: hincq; facilè constat, id os & ulnæ, magisq; adhuc [c] peculiari huius articuli cartilagini, dein & secundo ossi brachialis, & quarto & octauo conterminum esse: Quintum brachialis os, quod inferioris ordinis primum recensuimus, superiori sua sede in sinum sibi exculptum primi brachialis ossis capitulum excipit, & externo latere etiam sinuatum, sexti ossis capitulum admittit. Verùm præterea id [d] primum quoque pollicis os sustinet. inferiori namque sua sede [e] sinum adipiscitur patulum & [f] oblongum, ac in [g] interna [h] externaq; regione magis quàm in lateribus ac medio exculptum, cui primi pollicis ossis capitulum ea articulationis specie committitur, quæ motũ edit omnibus manifestum: aliter multo quàm brachialis ossium inter se connexus, cuius motus ita latet, ut uix dijudicari queat. Atque hac etiam articuli specie, obscurissimo motu prædita, quatuor [i] postbrachialis ossa, quatuor inferioris ordinis ossibus adnectuntur. Primum enim postbrachialis os indici præpositum,

Cui ossi cõmittatur.

Cui ordini adscribendum uenias

Lib. 2. de Vsu part.

Primum os quot ossibus conterminũ sit.

Quot secundum.

Quot tertium.

Quot quintum.

Primi pollicis ossis, & postbrachialis ossiũ ad brachiale contextus.

l *quinque primarum fi. charact.* 1.
m *earundem figur. charact.* 2.
n *earundẽ fi. charact.* 3.
o *earundẽ fi. charact.* 4.
p *seriatim in omnibus fi. charact.* 5,6,7,8.
q 1, 8 *fig. ca.* 24 x, y.
r 1,2, 3,8 *fig cap.* 24 T.
s 1,2,5,10 *fi. ca.* 24 R.
t 1,2,7 *fi. cap.* 24 α.
u *Non est quòd posthac ossa in margine ad notam, quũ numeri characteres in omnibus fere cap. figuris sint obuij.*
x 4 *musc. tab.* δ.
y 3 *musc. tab.* r.
z 4 *tab.* ζ.
a 1, 2 *fig. cap.* 32. & *integrarum* Ξ.
b 2 *fi. cap.* 11 *li.* 4 *charact.* 46. *Si uisum fuerit, hic figuras cõspicies, quot ossibus quodq; os committatur examinaturus.*
c 1, 2 *fig. cap.* 24 T.
d 1,2 *fi.* A.
e 3,6 *fi.* G.
f 6 *fi.* a,b.
g 6 *fig.* c.
h 6 *fig.* d.
i 1, 2 *fi.* I, II, III, IIII *cũ charact.* 5,6,7,8.

fitum,

k 3,4,6 figur.H. l 3,4,6 fi. li. m 3,4,6 figur.K. n *eaṝdē fig.k.* o 3,4,6 fi. L.*dein* M.

situm,magna ex parte [k] sexto brachialis ossi coarticulatur, [l] portionem quoque quinti ossis attingens. Vbi enim quintum os sexto coarctatur,communis sinus utrique ossi exculpitur, cui capitis primi postbrachialis ossis pars articulatur.adeò ut quintum brachialis os,præter primum sextumq́; brachialis ossa,etiam primum pollicis os,unà cum primo postbrachialis osse contingat.Porrò secundum postbrachialis os, medium suffulciens digitum,depresso,sed obliquo,capite [m] septimi ossis brachialis sinui leuissimè, at obliquè interim,exculpto articulatur,acutiore sui parte,latereq́; interno, [n] sextum brachialis os modicè etiã contingens.Duo autem reliqua postbrachialis ossa,ea scilicet quæ anularem & paruum sustinent, duntaxat octauo brachialis ossi [o] læuibus,ac in superficie tantum excauatis sinibus coarctantur. Sextum itaque brachialis os duobus committitur postbrachialis ossibus,illi nimirum quod indici præponitur, & obscurè illi quod medio subijcitur digito.brachialis autem tribus committitur ossibus:primum enim os suo sinu excipit,& suo capite in quinti ossis sinum subintrat. dein septimo ossi leuissimè protuberante capitulo, aut potius plana superficie articulatur:estq́; inferioris ordinis minimum, quemadmodum septimum maximum.quintum autem & octauum medio se habent modo,quanquam octauum quinto paulo grandius cernatur.Septimum os suo capite rotundo,ac impensiùs protuberante, in communem primi secundiq́; ossis sinum subit,hacq́; ratione duobus illis ossibus committitur.ab interno autem latere sexto ossi articulatur: ab externo uerò articulatur octauo ossi,ampla admodum articulatione,quæ depresso fit capite, sinuq́; in superficie tantum cælato.Hanc articulationem aliqua ex parte cartilaginei ligamenti interuenit portio: quæ etsi septimum os ualidè octauo ossi committat, attamẽ id omnium brachialis ossiũ creberrimè uersus interiora luxatur:tum ꝙ grandius sit, neq; ita facilè,ac contermina, occurrentiũ impetum sustineat: tum etiam,ꝙ ligamentum interna sede hoc os uicinis colligans, non æquè crassum sit,atq; in reliqua brachialis regione.Atque id hinc potissimũ accidit,quòd Natura ligamenti mole crassitieq́;, [p] tendinibus iter prępedire noluerit,qui frequenti multitudine,hàc digitos flectendos ab interna cubiti sede prorepunt. Vtcũque uerò sit,septimum os quatuor brachialis connectitur ossibus,primo nimirum, secundo,sexto,octauo, & postbrachialis ossi,medium digitum sustinenti.Octauum os,cunei quodammodo ritu septimum & tertium subintrat,illisq́; duobus committitur:septimo quidem,ut paulo antè retulimus. tertium autem, in sinum sibi exculptum admittit:dein duobus etiam postbrachialis coarctatur ossibus, quæ anulari & paruo præponuntur:adeò ut quintum os quatuor ossibus conterminum sit. quibus subinde paruulum accedit [q] ossiculum,ex illorum numero, [r] quæ sesami seminis imagini assimilantur.Ad externum enim latus coarticulationis postbrachialis ossis paruum sustinentis cum octauo brachialis osse, eius generis reponitur ossiculum,sedem quasi oppleturum.quæ ideo hic quodammodo uacua relinquitur, quòd hoc postbrachialis os sua superiori parte totum octauo brachialis ossi inniti nequeat,atque in externum latus paululum abscedat.Videtur itaque id ossiculum hanc articulationem firmare,ac postbrachialis os,paruum sustinens digitum,nonnihil suffulcire.nisi etiam communi ferè sesaminorum munere ac usu, [s] tendini subseruiat, qui huic postbrachialis ossi insertus,à musculo brachiale mouentium tertio educitur. Quotiescunque igitur ossiculum istud se offert,octauum brachialis os ex abundanti illi quoque,quemadmodum & prius commemoratis ossibus,contiguum uisitur.Quinetiam & hoc adhuc octauum os sibi proprium uendicat, quòd ipsius interna sede,qua manus uolam spectat,notatu dignum educit [t] processum,ab externo latere uersus internum latus inclinantem,& interno suo latere C modo exculptum, ut aptam constitueret sedem, qua tendines musculorum digitos flectentium (qui ex cubito procedunt) opportunè uehi continériq́; possent.Vt uerò tanti tendinum moli sedes hæc aptior redderetur,etiam quintum brachialis os interna sua sede [u] processum educit,uersus externum latus uergentem,& in externo latere pariter exculptum, eiusdẽ omnino usus,quo octaui ossis processus gratia,nimirum ut tendinibus illis uia exhiberetur,ac postmodum ex processuum illorum apicibus ualidissimum [x] ligamentum enasceretur, quod transuersim tendinibus circundatum,ipsos,ne à sua sede [y] aberrent,exurgant ve,contineret,amplecteturq́;. Hæc sedes tendinum nomine excauata,& ligamentis obducta,utcunque læuis est:quemadmodum & reliquos quoque sinus,quibus tendines tanquam in anulis uehuntur,læues & lubricos esse nouimus. Quum tamen ligamenta ex hoc sinu prorsus euellimus,ossaq́; illis omnino libera spectantur,is quoq; subasper educendorum ligamentorum occasione existit:quemadmodum & reliqua brachialis ossium pars,extra hunc sinum, easq́; sedes,quibus ossa articulantur,inæqualis,& insigniter satis aspera est,ut fortiora educat ligamenta,eademq́; ualidius excipiat,quibus ossa obuinciri,ac inuicem colligari,iam antea retulimus.

Quot ossibus sextum os contermi num sit.

Quot septimum.

Quot octauum.

Ossiculum ad nexum quarti post brachialis ossis cũ brachiali repositum.

Octaui ossis processus

Quĩti ossis processus.

p 5 *muscu. tab.*Θ.*&* 6 *tab.*Ξ. q 1,2 *fig.* N. r 1 *fig.* V, V,X. s 9 *muscu. tab.d musculi.* Λ. t 2,3,6 *figur.*O. u 2,3,6 *fi.* P. x 4 *muscu. tab.*β. y *fig.capiti* 1 *lib.*2 *inserta.*

DE POSTBRACHIALI. CAPVT XXVI.

POSTBRACHIALIS delineatio sumenda est ex duabus prioribus figuris iam præcedentis Capitis, quibus quatuor postbrachialis ossa I,I I,I I I,I I I I inscribuntur.Verùm subsequentis Capitis prima figura ad A postbrachialis os indicem sustinens exprimit,omni osse liberum.

a 1,2 *fig. ca.*25 I, II, III,IIII.*& integrarum* I.

PARS manus,à brachiali ad radicem usque digitorum [a] pertinens,Græcisq́; μετακάρπιον appellata,Celso,& alijs Græcorum interpretibus permultis,palma dicitur:quibusdam autem pectus & pecten (uti & Græcorum nonnullis στῆθος, & κτείς, ac κτενίον) nuncupatur. Quandoquidem uerò in palma plerique etiam brachiale complectuntur, ac alijs rursus palma idem quod uola denotat,quumq́; pedis pedio, pectinis & pectoris nomen etiam accommodatur,ego μετακάρπιον modò, uti & hactenus feci, postbrachiale appellabo.

Postbrachialis uocabulum.

Quibusdam postbrachialis ossa quatuor, quibusdam quinq; enumerari.

quod Galeno quatuor conformatur ossibus: Eudemo autem, Celso & Aristoteli, quinque: prout nimirum pollicis [b] os, quinto brachialis ossi articulatum, hi quidem postbrachiali, Galenus uerò digitorum ossib. adnumerant. Porrò nonnulli id postbrachiali adscribunt, quòd non ut prima reliquorum digitorum [c] os sa nudum exeratur, sed quodammodo postbrachialis ossium ritu lateat, uulgusq; ob id pollicem duobus tantum donari [d] ossibus existimet: quodq; primum pollicis os tota ipsius forma postbrachialis ossibus multo magis, quàm primis aliorum digitorum ossibus respondeat. Galenus autem id os inter digitorum ossa recenset, quòd suprà infraq; per διάρθρωσιν, hoc est, laxam, & quæ manifestum motum edit, articuli speciem articuletur: suprà quidem brachiali, infrà uerò secundo pollicis ossi: quum interim quatuor postbrachialis ossa, infrà tantum, quà digitis committuntur, ea articuli specie coniungantur. Suprà enim, uel Galeni suffragio, brachiali per συναρθρωσιν coarticulantur: hoc est, differentia articuli, qui perquàm obscurum, & quem sentire uix queas, motum ostendit. Ita namque arbitror Galenum synarthroseos nomine in Capite libri de Ossibus decimonono usum. Haudquaquam enim existimãdum est, ipsum adeò perfunctoriè postbrachialis ossa uel simia, uel cane intuitum esse, ut aut futura, aut claui ritu, aut harmonia, hæc brachiali co arctari uoluerit. quamuis ea Galeni esset sententia, si illum sui dogmatis non oblitum hic dixerimus, quo in libro de Ossibus synarthroseos species diffusè exequitur. Vtut uerò sit, quò rectiùs nos ipsius placito accommodemus, quatuor quidem postbrachialis, quindecim autem digitorum ossa, semper enumerabimus.

In initio libri.

Quatuor postbrachialis ossa cuiusmodi sint.

Sunt itaque postbrachialis ossa reliquis digitorum ossibus longiora, & magna ex parte teretia. Longissimum & crassissimum indici præponitur, atque ita sensim fiunt breuiora & tenuiora, ut omnium facilè breuissimum tenuissimumq; paruo præponatur digito. At quia os indicem sustinens, magis [e] superius brachiali articulatur, suo ve inibi nexu ad cubitum uicinius accedit, quàm os medio præpositum digito, hoc illo in manu adhuc integra meritò longius esse apparet, & deorsum, adeoq; ad digitos magis deducitur. Cæterùm omnia postbrachialis ossa, digitorum quos stabiliunt numero pulchrè correspondentia, & longo in tus sinu, quo medulla in ipsis reponatur, quemadmodum brachij os, donata, [f] superiùs & [g] inferiùs appendices obtinent: quorum superiores, quæ ipsorum ad reliquum os coalitum in pueris nonnunquam ægrè ostendunt, brachialis ossibus, uti antea diximus, coarctantur: ipsaq; ossa hic externa sede nonnihil latiora quàm interna occurrunt, ut postbrachiale unà cum brachiali superficiem exteriùs gibbam, intus uerò cauam, aptius hic constitueret. Quin etiam appendices hæ lateribus se inuicem contingunt, & cartilaginei ligamenti interuentu inuicem alligantur. Inferiores appendices conspicuo nexu ossibus coalescunt, grandesq; sunt admodum, & in rotundum, ac ab externa manus sede in internam oblongum caput desinunt: quod cartilagine obductum, primi digitorum ossis sinum subintrat. Hæ etiam lateribus se contingunt, sed non adeò uicinè, ac superiores. nihilominus tamen quà inuicem respiciunt, sinuatæ sunt, ligamentaq; cartilaginea educunt, quorum opera ualidè mutuò connectuntur. In medio autem ductu, & secundùm postbrachialis longitudinem, quoniam ossa inibi multo quàm suprà infraq; tenuiora sint, ipsa ab inuicem diriguntur, & digno notatu [h] interuallo dehiscunt, idq; magni cuiusdam usus gratia. in quolibet enim trium interuallorum, quæ quatuor postbrachialis ossa constituunt, [i] duo reponuntur musculi illorum octo, qui prima quatuor digitorum ossa flectunt: quorum etiam unum ad internum latus ossis postbrachialis indicem sustinentis habetur, & externo lateri ossis paruo digito præpositi unus quoque exporrigitur. Verùm quum hi musculi uix postbrachialis ossibus sint longiores, ossiumq; interualla non tantum hient, diducantur ve, ut sufficiens musculorum moles in ipsis collocari queat: postbrachialis ossa meritò, quà uolam constituunt, omnia simul caua apparent, dictisq; iam musculis aptam exporrigunt sedem, qua præcipua ipsorum reponatur portio. In externam uerò ossium sedem musculi nihil prominent: & parem inibi cum ossibus superficiem constituentes, illorum gibbum, quod depressum magis, ac planum, quàm teres cernitur, ne minimum quidem excedunt. adeò, ut quemadmodum ulnam & radium attensis ipsis cedere ostendimus musculis, sic quoq; postbrachialis ossa secundùm longitudinem angulosa, & lineis quibusdam pulchrè extuberãtia spectentur, pro musculorum uidelicet, qui ipsis exporriguntur, ratione. uti etiam postbrachialis os, indicem sustinens, in internam manus sedem, quà brachiali articulatur, notatu dignum educit [k] processum, cui [l] musculus brachiale mouentium secundus inseritur. Dein postbrachialis os, paruo præpositum digito, quà brachiali committitur, externo suo latere, ueluti à brachiali [m] protuberat, ut commodè tendinis insertionem admitteret [n] musculi brachiale mouentium tertij. Insuper ossa indicem & medium digitos suffulcientia, ipsorum externa sede ad brachiale [o] ampla quoque & aspera sunt, ut bifidum excipiant tendinem [p] musculi brachiale mouentium quarti, qui ideo potissimum uidetur bipartiri, & dein latescere, quòd simplex & teres uni alicui pcocessui parum aptè insereretur, qui extra brachialis & postbrachialis exteriorem gibbamq; sedem extuberasset.

In mutuo nexu.

Postbrachialis ossium interualla.

Qui postbrachialis ossa musculis cedant & adaptentur.

e *Expende hanc diuersam articulorum sedẽ & ossiu productionẽ in 1 2 fi. cap. 25 ad characteres 5, 6, 7. 1, 11.*

f *2 fi. cap. 25 Q.*

g *eadem fi. R. atq; ita reli qua deinceps illinc pete, primã figuram secunde comparans.*

h *1, 2 fig. cap. 25 S.*

i *Intuere 8 mus. tabulã sub Δ. & 12 tab. m.*

k *1 fi. cap. 25 supra charact. 6, & 7.*

l *3 muscu. tab. Λ.*

m *1, 2 fig. ca. 25 supra N.*

n *9 muscu. tab. Ξ.*

o *2 fi. ca. 25 supra charact. 5, 6, 7.*

p *11 mus. tab. Λ.*

DE OSSIBVS DIGITORVM MANVS. Caput XXVII.

TRIVM TABELLARVM HVIVS CAPITIS FIGVRAE, & carundem characterum Index.

OSSIVM digitorũ seriem duæ priores figuræ ad initium uigesimiquinti Capitis repositæ, commonstrant: quemadmodum & tres integrum ossium contextum exprimentes figuræ, ad huius libri calcem locandæ. Figura autem hic

A. occurrens, ac in tres ueluti tabellas digesta, digitorum articulos oculis subijcit. Harum enim prima, duo exprimit os-

B. sa: quorum alterum A insignitum, estq; postbrachialis os, indicem sustinens. alterum B indicatur, estq; primum indicis os ab

os ab externa ſede, quemadmodum et illud poſtbrachialis os, delineatum.

C. *Præſenti itaque tabella, primi digitorum articuli effigies propo-*
D. *nitur. C enim caput rotundum notat poſtbrachialis oſſis. D uerò ſinum primi oßis, quo caput C inſignitum excipitur.*

E.F. *Secunda tabella primum indicis quoque os notat, E notatum, & ſecundum pariter F inſignitum: ut horum oſſium delineatio ſe*
G. H, *cundi quatuor digitorum articuli ſpeciem proponeret. G itaque*
I, K. *& H duo indicant capitula primi indicis oſſis. I uerò & K ſinus*
L. *ſecundi oßis, quos duo primi oſſis capitula ſubintrant. L autem ſi num ſignificat, in medio capitulorum primi oßis conſiſtentem, ac in quem tuberculũ ſecundi oſſis inter duos ſinus I & K nota-*
M. *tos prominens, et M inſignitum ſubingreditur.*

N. O. *Tertia tabella ſecundum indicis os N inſignitum, & tertium O notatum proponit, tertij cuiuſque digiti articuli ſpeciem oſtenſura, quam quia penitus ſecundo quatuor digitorum articulo re ſpondet, alijs characteribus non obliteraũimus. Verùm iſtas arti culorum imagines etiam ex duabus primis uigeſimiquinti Capitis figuris petere, integrum eſt. Varias autem digitorum appellationes, cum cæteris oſſium nominibus ad huius libri calcem reperies.*

FIGVRA VIGESIMI SEPTIMI Capitis, tres continens tabellas.



PRIMA tabella. *SECVNDA.* *TERTIA.*

OMNES manus digitos [a] ternis conſtare oſsibus, inſtar [b] aciei cuiuſdam & agminis, optima ſerie poſitis, ſuperiori Capite recenſuimus. Quòd uerò neque pluribus, neque paucioribus extrui debuerint, uel hinc promptè colligitur, quod oſſa ſi illum excederent numerum, perfectam ualidamq; extenſionem, qua manu ueluti unico tantum compoſita oſſe, utimur, uitiarent, hanc minus firmam, quàm nũc ſit, efficientia: quodq;, ſi paucioribus oſsibus digiti efformarentur, in tam uarias pugnantesq; figuras illos agere nequiremus. Quia autem prælocatum os poſtpoſito, aut uehens uecto, maius fieri operæprecium eſt: Natura quoque primum cuiuſque digiti os grandius ſecundo, & id rurſus maius tertio, iurè fabrefecit, inferiora oſſa non ſolũ longitudine, ſed & craſsitie & latitudine minuens, hacq; potiſsimum ratione digitos ex ampliori baſi ſenſim in mucronem coarctans. Ipſa enim non leuiorem digitorum oſsium numeri, magnitudinisq; rationẽ habuit, quàm integrorum digitorum, quos meritò quinos ex ijs quibus funguntur munijs extrui uidemus: horumq; quatuor uno ordine collocatis, unum magnum quodammodo opponi, & inſtar pollicis quidam (unde etiam ἀντίχειρ Græcis, ut nobis à pollendo pollex, uocatur) illis exiſtere. Sic pariter digitos adeò mole ac robore inuicem differre cernimus, atque illorum officia mutuò uariant. uti quamobrem longitudine inæquales ſint, ſpectamus, quoties rotundum aliquod corpus amplectimur, aut commiſsis inter ſe digitis, in manu aquam, uel eiuſmodi quid continemus, aut coniunctos ſimulq; extenſos digitos aliquò ui inſerimus. Cæterùm quo diligentius manuum uſus unà cum diſſectione expenderimus, eo etiam magis conſtabit, non eandem penitus formam digitorum oſsibus, & integris obtigiſſe digitis, adhuc cute & unguib. obtectis, adipemq; habentibus duriuſculam, qui neruis oppletus, in digitorum lateribus, & maiori inſuper copia, in internis eorundem ſedibus, cuti ſubijcitur. [c] Integri enim digiti paulo minus toto teretes efformantur, quòd eiuſmodi figura, nullis eminentijs uariè protuberans, iniurijs minus ſit obnoxia. Non ita autem accuratè adamuſsimq; interna ipſorum ſede, atque externa teretes occurrunt, quòd in hac duntaxat propellendarum iniuriarum habenda fuerat ratio: illa uerò digiti molliunt, ſubigunt, terunt & apprehendunt: quæ omnia deterius præſtarẽt, ſi hic redderentur teretes. Ad hæc, quum digiti in lateribus minus ſint noxis expoſiti, quumq; inuicem adducti, uarijs occaſionibus conſtringi, in ipſorumq; medio nullam ſedem uacuam relinquere debeant, illos in lateribus teretes fieri, haudquaquam ex uſu erat. unde etiam pollex ambo latera, ſed internum magis, teretia adipiſcitur: paruus autem externum duntaxat, index uerò contrà internum, teres obtinet: quòd his ſedibus illi digiti alios non contingant, exrernæq; propemodum digitorũ ſedi, quantum ad abigendas pertinet iniurias, reſpondeant. Cæterùm nullum digitorum os ſe offert, quod non ſuprà infraq; craſsius & amplius ſit, quàm ſecundùm ipſius longitudinem: id quod omnibus ferè etiã longis oſsibus commune cernitur, ad articulationem perpetuò craſſeſcentibus, auctisq;. Si enim undique pari atque in articulis conſtarent craſsitie, homini pondere moleq; admodum incommodarent. & ipſi articuli, niſi amplioribus concinnè adaptarentur baſibus, & non magis quàm reliqua aliàs oſsium longitudo augerentur, penitus eſſent infirmi. Hac igitur ratione, etſi digitorum oſſa dura ſint, & denſa, non tamen, ut Galenus arbitratur, medullæ prorſus ſunt [d] expertia. Præter id enim, quòd ſuprà infraq; appendicum ferè modo nonnihil fungoſa exiſtunt, etiam ſingulis ſinus contigit grandior, medullæ aſſeruandæ gratia, ut & in poſtbrachialis oſsibus, paratus. Porrò quibus nam articulorum formis digitorum oſſa articulẽtur, modò enitar perſequi, ſuo dein loco quam hæc per ipſorum longitudinem referant imaginem, explicaturus. [e] Quinti itaque brachialis oſsis [f] ſedes, quæ primi pollicis articuli gratia, læui & lubrica cartilagine incruſtatur, tranſuerſim oblongo amploq; prominet [g] tubere, & [h] anterius [i] poſteriusq; (ſed longè magis anterius) inſinuatur. [k] Primùm uerò pollicis os ſuprà tranſuerſim, ſeu ab interno latere ad externũ, oblongo amploq; ſinu inſculpitur, & anteriùs poſteriùsq; (at magis anterius) extuberat, dictę quinti brachialis oſsis ſedi, mutuo ingreſſu congruens. quamuis tamen non adeò inſigni, ut hic articulus unico

Singulos digitos tribus oßibus meritò efformari.

Decens illorum moles.

Quæ integrorum digitorum ſit forma.

Qui digitorum oſſa ſupra & infrà ab integris digitis forma nanrient, & cuiuſmodi oſſium ſit ſubſtantia.

Libr. 1 de Vſu part. Articulorũ, quibus digitorum oſſa inuicem & conterminis oßibus committuntur, ratio.

Primi pollicis oßis ad brachiale cõtextus.

a 1, 2 *fig. cap. 25 pollicis oſſa A, B, C. indicis uerò D, E, F. indicãtur. qualis ratio etiam reliquorum eſt.*

b *Hanc ſpectas, quum ſimul omnia oſſa in ſua ſerie occurrunt.*

c *Hoſ ſana & obeſula proponit manu.*

d *Hæc pete exuariè fractis oßibus.*

e *figurarũ cap. 25 charact. 5.*

f 3, 6 *fig. cap. 25 G.*

g 6 *fi. cap. 25. ab a ad b.*

h *eiuſdem fig. c.*

i *eiuſdẽ fi. d.*

k 1, 2 *fig. cap. 25 A.*

tantum agatur motu,reliquorum ferè articulorum eo ingreſſu nexorum ritu. Is namque, etſi potiſsimum laterali polleat motu,quo pollicem indici admouemus,& ab eodem rurſus abducimus, ipſeq; articulus ad hunc præcipuè motum extructus uideatur:nihilominus tamen aliquantulum flectitur & extenditur, tantoq; magis flectitur,quàm extenditur,quanto articulus ipſe in anteriorem manus ſedem,ſeu uolam,magis quàm in poſteriorem externam ve ſedem producitur.Primum pollicis os ſecundo ueluti [l] inarticulatur: inferior enim ipſius pars in unicum definit caput,unicum ſimplicemq; ſecundi oſsis ſinum ſubiẽs. Verùm id caput non adamuſsim rotundum eſt,nec pariter in orbem undique deprimitur.In poſteriori namq; ipſius ſede,& magis adhuc in lateribus non minus ferè,quàm mediæ ipſius ſedis uertice extuberat, & ad interiorem tantum ſedem eductum,inibi deprimitur,itaque cartilagine obductum adaptatur, ut ſecundum pollicis os,ſupra id caput magis flectimus,quàm extendimus,ac in latera ducimus. Tertius pollicis [m] articulus,& à primo & à ſecundo conſtructionis ſpecie admodum uariat: quippe inferior ſecundi oſsis pars in duo oblonga bipartitur [n] capitula,ab externa ſede in internam procedentia, & in hanc priuatim educta & orbiculata.Hæc [o] ſinu quodam oblongo dirimuntur,non minus quàm ipſa capitula cartilagine incruſtato,& in internam ſedem magis quàm in externam pertinente.Superior uerò tertij oſsis ſedes, duos obtinet [p] ſinus, [q] tubere quodam oblongo diſiunctos,& duo ſecundi oſsis capitula excipientes. ipſum autem tertij oſsis tuber ſinum ſubingreditur,in ſecundi oſsis capitulorum medio cauatum. Hac igitur ratione,ſecundum os in tertium ſubit,& uiciſsim tertium excipit,amboq; oſſa mutuo ingreſſu tam ſcitè coarctantur,ut tertium os duntaxat extendi flectiq; queat:nequaquam autem, uel minimum etiam in latus ducatur.Quandoquidem uerò ſecundi oſsis capitula cum eorundem ſinu in internam ſedem adeò atque diximus pertingunt,conſiſtunt ve,tertium os in angulum flectitur,& interim uelut à flexione tantum erectum,non ultra rectam lineam bene articulatis uiris extenditur.Pari prorſus articulationis ſpecie, reliquorum digitorum [r] ſecundi [s] tertijq; compinguntur articuli,ſolamq; acutam flexionem, & rectam tantũ extenſionem,citra omnem in latera motum,experiuntur. Cæterùm primus quatuor digitorum [t] articulus,unico perficitur [u] capite,& unico item [x] ſinu.Poſtbrachialis enim oſſa in unum ſingula definunt caput,ab externa oſsis ſede in internam multo longius,quàm ab uno latere ad aliud, tranſuerſim ve latum & amplum.Dein caput hoc in internam manus ſedem longè magis,quàm in externam pertinet, longioriq; inibi interuallo cartilagine incruſtatur.Sinus tamen in ſuperiori ſede primi quatuor digitorum oſsis cælatus,utcunque orbicularis eſt,primumq; os ſupra caput illud flectitur & extenditur, ac in latera utrinque agitur:non uerò,capitis formæ,quam ita oblongam eſſe diximus,occaſione,etiam circumuertitur.Præterea huius articuli extenſio,& laterales motus,non æquè ac flexio ſunt inſignes, aut in acutos pariter celebrantur angulos, quòd caput poſtbrachialis oſsium adeò modicè exteriùs & in lateribus deprimitur. Quanto tamen id caput magis exteriùs, quàm ſecundi & tertij articulorum capita, cartilagine obducitur, tanto etiam magis extra rectam lineam primi articuli, quàm ſecundi & tertij extenduntur. perinde ac index in internum latus, & paruus digitus in externum latus magis quàm cæteri digiti inclinantur:quòd primi ipſorum articuli capita in ea latera exporrigũtur,& ueluti in orbem dilatentur. adeò ſanè, ut undecunque ſingularis occurrat Naturæ induſtria,tam ſolicitè partium robori conſulentis, ut primos articulos circumuerti noluerit,quum manus radij ve in pronum & ſupinum motus, abundè digitorum circumductui accommodent.Quemadmodum inſuper motus illi, ſimul cum humeri ad ſcapulam circumactu,præſtant,quo minus æque digitorum extenſione ac flexione indigeamus:ſic quum primos digitorum articulos in latera agere poſsimus,nihil opus eſt ſecundos & tertios tam laxè componi, ut eodem quoque pollerent motu.Atque ita,quo diligentiùs hæc,unum profectò Naturæ artificium ex alio mox proponentia,expendo,eo etiam magis Galenum miror in libris de Partium uſu,omnes digitorum articulos ad mutuum ferè ingreſſum comparaſſe:& in libro de Oſsibus eandem articuli ſpeciem omnibus oſsibus tribuere,quum ait,ſuperioris oſsis caput in ſubſequentis ſinum ingredi,non ſecus quàm ſi inarticulatione omnes ſimul articulos committi arbitratus fuiſſet.Deinde in libris de Adminiſt.ſect. ita muſculorum undiq; contrà ueterum placita inſtituit hiſtoriam,ut tendines digitos in latera ducentes non minus ſecundis & tertijs,quàm primis digitorum tribuat oſsibus.Vtcunque uerò ſit,uel articulorum ratione digitorum oſſa ab integrorum digitorum imagine plurimum uariant.& inſuper tertium os inferiori ſua [y] ſede, qua nulli coarctatur oſsi,etiam protuberat,aſperumq; capitulum duobus quaſi exiguis uncis donatum obtinet, ut toti internæ huius oſsis ſedi [z] tendo,qui ipſum flectit,adnaſcatur,ac demum ſuo fine, ueluti in oſsis apicem, qui nonnihil ſuo extremo cartilaginoſus euadit,ualidiſsimè inſeratur. [a] Atque huius etiam tendinis occaſione tertium os tota interna ſua ſede,qua modicè protuberat,aſperum inæqualeq; occurrit. Cæterùm interna primi pollicis oſsis ſedes ſecundum ipſius longitudinem internæ reſpondet ſedi oſsium poſtbrachialis,quæ paulo acutiùs quàm teres forma,extuberat.quum tamen prima quatuor digitorum oſſa, uti & eorum ſecunda,& ſecundum quoque pollicis tota regione inter articulos ipſorum conſpicua deprimantur,& potius in plana ſuperficie ſinuentur,quàm extuberent:idq; tendinum qui ipſis exporriguntur cauſa, qui quum teretes ſint,tereti etiam corpori nequiuiſſent inniti. Quinimò non tantum eiuſmodi tendines oſsibus illis exporriguntur,at ligamenta etiam ab oſsibus educuntur, in quibus tendines ueluti in anulis repunt,quibusq; ad depreſſam oſsium ſedem continentur,ab illaq; exurgere haud permittuntur.Conſiſtit autem in ſecundo pollicis oſſe [b] tendo,tertium ipſius os flectens.in primis uerò quatuor digitorum oſsibus,duo ſe offerunt tendines,quorum [c] unus ſecundum ſui digiti flectit os, [d] alter tertium, qui etiam ſecundo deducitur oſſe,quum interim primo pollicis oſsi nullus eiuſmodi alligetur tendo, quod ſimiliter ac poſtbrachialis oſſa externa ſede latum depreſſumq; magis eſt,quàm gibbum: quantumuis tamen reliquorum

Qui primũ pollicis os ſecundo articuletur.

Qui ſecundum tertio.

Qui ſecundi et tertij quatuor digitorum articuli.

Qui illorum primus.

Naturæ in digitorũ articulis ſcopi.

Libro 1.

Tertij digitorum oſsis extremum & apex cuiuſmodi.

Interna oſſium ſedes cuiuſmodi ſecundum lõgitudinem.

l *Hic articulus non nihil reſpondet 1 tabellæ ad C & D.*

m *hic prorſus reſpondet ſecundæ tabellæ.*

n 2 *tab.G, H.*

o 2 *tab.L.*

p 2 *ta.I,K.*

q 2 *ta. M.*

r *ut ſecunde ta. G & H in I et K. ac M in L.*

s *ut 3 habet tabella.*

t 1 *tab. A cum B.*

u 1 *tab C.*

x 1 *tab.D.*

y *apices 1 2 fi.ca.25. 2 6 muſcu. tab. θ. muſculi η. & γ muſculi Ξ.*

a *Coſer hic undique primam fi. ca. 25 ſecundæ, et oſſa inter ſe.*

b 6 *muſc. tab. θ. muſculi η.*

c 5 *muſc. tabu o muſculi Θ. & 6 muſc. tab. ſ muſcul. e.*

d 6 *muſcu. tab. γ muſculi Ξ. & 6 tab. f muſculi e.*

quorum

quorum oſsium digitorum externa ſedes ſit prorſus gibba,& teres,hisq; ſedibus inſtar membranarum expanſi dilatatiq; inſerantur [e] tendines,neque ulli teretes ipſis uehantur.At tertia interim digitorum oſſa, etſi externa ſede teretia ſint,ab articulatione tamen,quo ſecundis committuntur oſsibus,ad ipſorum extremum ducta,non æquè ac reliqua eminent:ſed unguibus cedentia,tanto minus protuberant,quantam ſedē ungues occupant,ne ſcilicet integer digitus in tertio oſſe proceriùs quàm in reliquis oſsibus exurgat. Latera primi pollicis oſsis,uti & tertiorum oſsim latera,ſunt quodammodo teretia.Primorum uerò oſsium,qui in quatuor ſunt digitis & ſecundorum oſsium quinque digitorum latera dimidiæ partis lateri reſpondent, quæ à tereti corpore per medium eſſet reſecta:quòd nimirum ea oſſa ſede interna debuerint eſſe plana,& externa gibba.neque hic quicquam pollicis,& indicis,& parui digiti oſsium latera, priuatim (ut integri aliàs digiti) ſibi uendicant:adeò ut Galenus parem integrorum digitorum, & eorundem oſsium formam, minus rectè uideatur proponere.


Latera cuiuſmodi.

e *9 muſc. tab. tendines muſculorū Z,Θ,f.*

DE OSSICVLIS, QVAE SESAMO SEMINI comparantur. Caput XXVIII.

HVIC Capiti præcipuè famulatur prima figura,uigeſimoquinto Capiti præpoſita, & internam manus ſedem unà cum oſsiculis hoc Capite deſcribendis commonſtrans:ad characteres nimirum N,T,V,V,X & X.quorum etiam N & T,in ſecunda eius Capitis figura cernuntur.Item huc impensè facit ſecunda figura,trigeſimotertio Capiti prælocanda,ad characteres μ,↓,ω & ϰ. Quin etiam figuræ integram oſsium compagem referentes, & ad primi libri calcem poſitæ,hæc oſsicula k *notata proponunt.*

Cæterùm priuatim hac tabella duo delineātur oſsicula, primo pollicis in pede internodio ſubiecta,ac in ſecunda trigeſimitertij Capitis figura ω & ↓ inſignita.ac A quidem hic notat interioris oſsiculi inferiorem ſedem,terræ innitentem: B eiuſdem oſsiculi ſuperiorem ſedem, quæ caput ſpectat pedij oſsis pollicem ſuſtinentis. C exterioris minorisq; oſsiculi ſuperiorem ſedem indicat: D uerò humiliorem.



PRAETER oſſa tribus iam proximè præcedentibus Capitibus explicata, [a] alia quædam exigua in manu occurrunt,ſeſamo ſemini à diſſectionum peritis comparata. Cuiuſmodi tamen ea ſint,& quibus ſedibus,quoque numero in homine,aut etiam ſimia reponantur,neminem obſeruaſſe deſcripſiſſe ve ſcio.atq; adhuc minus illorum oſsiculorum uſus à quoquam exactè uereq; eſt pertractatus.Opportunè igitur quot huius generis oſſicula diligenti muſculorum tendinumq; examine hactenus inuenerim, hic perſequar. Muſculorum namque magis quàm oſsium inſpectione,præſentium oſsiculorum non pœnitendum numerum,tam in pede,quàm in manu comperi:quum ſcilicet maxima ex parte,ac tota ferè,tendinibus innaſcātur,unaq; tantum ſuperficie,læui & lubrica cartilagine incruſtata,alterius cuiuſdam oſsis lubricam læuemque ſedem contingant,peculiaribus ligamentis illi oſsi nuſquam commiſſa.perinde ſanè ac [b] os genu articulo præpoſitum,ac patella nobis appellatum,tendinibus quibuſdam tibiam extēdentibus innatum cernimus.Imò non aliunde ſeſaminorum oſsium conſtitutionem promptius, quàm ex patellæ fabrica petas. uidentur namque hæc oſsicula tendinibus immerſa, innataq;,ut ſua duricie in quibuſdam motibus impetum oſsis ſuſtineant,excipiantq;,cui tendo eiuſmodi adauctus munitusq; oſsiculo, prætenditur.Atq; quū impetum illum oſsis reprimunt,unà quoque in hoc ipſa conferre quis haud immeritò putauerit, ne cui prę ponuntur os,facilè ex ſua articulatione proſiliat:adeò ut patella,utpote os ſeſaminis longè grandius, horū naturam ſcitè oſtendat.Spectantur autem hæc tanto inſigniora,ac quodammodo plura,quo ſenioris, magisq; oſſuoſi hominis corpus ſectioni adhibes.In pueris namque adhuc ſunt cartilaginea, & non admodū in ſuis,quibus continentur,tendinibus conſpicua,unde etiam in canibus & ſimijs, & alijs ferè quadrupedibus,magis quàm in homine,animali uidelicet humidiore,minusq; duris oſsibus prædito,ſeſe offerunt.Homo itaque,qui iuſtum attigit incrementum, [c] bina in anteriori ſede ſecundi pollicis manus articuli habet oſsicula,capiti primi pollicis oſsis,quod ſecundi pollicis oſsis ſinum ſubit, præpoſita, tendinibusq; [d] muſculorum innata,qui principium ex uola ducentes,ſecundum pollicis flectunt articulum. Conſiſtunt uerò hæc oſsicula,fœnugræci ſeminis molem uix excedentia,ad anterioris articuli ſedis latera, [e] tendinemq; per ipſorum medium conſcendere ſinunt,qui tertij pollicis articuli flexionis autor habebitur. Ac quemadmodum hæc oſsicula ad ſecundum pollicis cernuntur articulum:ita quoque ad primos quatuor digitorum articulos, [f] alia duo ſpectantur,dictis nuper minora, ſed pari interim cum illis modo breuibus [g] muſculorum tendinibus innexa:qui à poſtbrachialis oſsibus pronati,primos quatuor digitorum flectūt articulos.Inſuper in anteriore tertij pollicis articuli ſede unicum inuenitur oſsiculum,articuli medio præpoſitum,ac læui ſua ſuperficie ſinui congruens,qui inter duo ſecundi pollicis oſsis cernitur capitula, tertij oſsi ſinus ad articulationem ſubeuntia.Innaſcitur autem id oſsiculum tendini tertium pollicis os flectenti,hicq; ad articulum lateſcenti.Hoc oſsiculo [h] aliud minus multo,& quaſi prorſus cartilagineum, in ſecundo & tertio quatuor digitorum articulis occurrit,ſitu cum pollicis oſsiculo reſpondens, & tendini innatum,cuius beneficio articulus ad quem oſsiculum refertur,flexionem obtinet.Cæterùm oſsiculis ad media articulorum ſedem occurrentibus adhuc minora ſpectantur,quæ in duris externeq; ſeneſcentibus uiris ad externam digitorum ſedem nonnunquam reperimus,tendinibus dignos extendentibus ad omnes ferè articulos calli in modum innata,aut tendinibus ibidem lōgo attactu ita indureſcentibus ut oſſei cuaſiſſe

Cuiuſmodi ſeſamina ſint oſsicula.

Patellæ fabricam ſeſaminorū naturam docere.

Quot in manu occurrāt ſeſamina.

a *1 fig. ca. 25 T, V, X, X.*

b *figura capit. 32 deinſpecta 6 muſcu. tab. *, & 8 muſcu. tab. k.*

c *unum 1 fig. cap. 25 T. alterū 2 fi. ca. 25 T.*

d *7 muſcu. tab. 1,2,3.*

e *6 muſcu. tub. θ muſculi n.*

f *1 fig. ca. 25 V,V.*

g *8 muſcu. tab. Δ.*

h *1 fig. ca. 25 X, X.*

Quot in pede obseruantur sesamina.

fisse uideantur. In pede [i] omnia cum manu sunt paria, præterquàm quòd in quatuor pedis digitis hæc ossicula tanto sunt minora, minusq; conspicua, quanto magis manus digiti pedis digitos magnitudine superant. Vt autem pedis pollex amplioribus quàm manus pollex efformatur ossibus, ita quoque multo grandiora ipsi, quàm manus pollici obtigerunt ossicula. Ac [k] duo satis insignia primo subijciuntur pollicis articulo, capiti apposita pedij ossis, quod primo pollicis ossi inarticulatur. Horum interius dimidio ferè maius est exteriori, ac indici pedis uiciniori, adeò ut dimidiam maiusculæ pisæ iam cortice emundatæ molem quodammodo æquet, uti etiam forma illi non admodum est dissimile. Innascuntur autem hæc duo pollicis ossicula neruea [l] musculorum iuxta insertionem parti, qui primum pollicis os flectunt. [m] Ossiculum uerò, secundo pollicis subditum articulo, innectitur [n] tendini secundum pollicis os flectenti: multoq; etiã minus est exteriori eorum quæ ad primum pollicis referuntur articulum. Ossiculorum quæ hoc Capite tractamus classi, quis fortè adnumerabit [o] ossiculum, quod subinde in manu conspicimus, iuxta connexum poſtbrachialis ossis, paruum digitum sustinentis, ad octauum brachialis os, quod ad [p] tendinem ferè spectat, hic poſtbrachialis inferto, & brachialis extensionis opifici. Deinde bina recensebit in poplite occurrentia ossicula, quæ duorum primorum pedem mouentium musculorum innascuntur [q] capitibus, mox in illorum ex femoris osse principio. Ossicula enim hæc læui sua & lubrica superficie, qua extra musculorum substantiam prominent, elatiorem spectant sedem posterioris regionis inferiorum femoris [r] capitum, quorum impetum illa soluunt & sustinent, hoc priuatim sibi uendicantia, quòd musculorum exortibus, nõ forsan adijcietur ossea pars, in senum tendine occurrẽs, qui ad os [s] tesseram referens, singulari Naturæ industria reflexus, septimi pedem mouentium musculi tendo existit. Insuper his accedit [t] ossiculum, non semel repertum ad externum latus articulationis pedij ossis paruum digitum sustinentis, cum pedio, ad insertionem nimirum [u] tendinis octaui pedem mouentium musculi. Horum tamen omnium nullum æquè magnum durumq; est, ac interius ossiculum duorum quæ ad primum pollicis pedis spectantur articulum. unde etiam suspicor magos & occultæ philosophiæ sectatores huius ossis meminisse, quum in homine durum quoddam, & nulli corruptioni obnoxium, & ciceri imagine respondens ossiculum esse tradunt: id post mortem in terra reconditum, instar seminis, hominem extremi iudicij die producturũ affirmantes. Illud enim pedis ossiculum in infima hominis sede collocatur, insigniter durum: quamuis tamen dentibus duritia cedat, neque minus ipsis dentibus corruptioni obnoxium sit: ipsumq; etiam [x] octauum brachialis os ciceris imaginem melius, quàm hoc pedis ossiculum exprimat. Num tamen Arabes, & uerè occulti illi tenebricosiq; philosophi, ex hoc ossiculo, ipsis Albadaran nuncupato, hominem rursus propagandum rectè sentiant, Theologis disceptandũ relinquo, qui liberam sibi de resurrectione, animarumq; immortalitate ac euentu disputationem & sententiam uendicant.

Cuiusmodi ossicula sesaminis adnumerari possunt.

Albadaran ossiculum.

i *Ostenditur 2 fi. ca. 33.*

k *2 fi. cap. 33 ſ. ω. & figura præsenti capiti præposita.*

l *14 musc. tab. β.*

m *2 fi. ca. 25 *.*

n *14 musc. ta. δ, δ musculi Λ.*

o *1, 2 fig. cap. 25 N.*

p *9 musc. tabu. p musculi Λ.*

q *12 musc. tab. ϖ, ρ, ϖ, ρ musculorũ Φ, Ψ.*

r *1 fi. cap. 30 E, F.*

s *15 musc. tab. X musculi V.*


t *ad n figura 2 capitis 33.*

u *15 musc. tabu. b musculi a.*

x *1, 2 fig. cap. 25 N.*

DE OSSIBVS, SACRI OSSIS LATERIBVS commissis. Caput XXIX.

PRIMA XXIX. Capitis figura. *SECVNDA.* *TERTIA.*



TRIVM VIGESIMI NONI CAPITIS FIGVRARVM, & earundem characterum Index.

HIS tribus figuris os delineatur, dextro sacri ossis lateri commissum. ac prima quidem anteriorem ossis sedem eo situ exprimit, quo id in sceleto ab anteriori regione inspecto se offerret. Secunda figura, huius ossis sedem undecunque exprimit, quæ externa est, corporisq; interiora non spectat, eo nimirũ situ, quo id integram ossium compagem ex dextro

tro latere intuenti occurreret. Tertia figura oppoſito ſitu internam huius oſſis ſedem appoſitiſſimè oſtendit. Cæterùm etſi omnes harum figurarum notæ priuatim aliquid, ut mox perſequar, indicent, ipſis tamen obiter integrum quod hic delineatur os, in ilium os, & coxendicis, pubisq;, tanquam in peculiares ipſius ſedes, ſubdiuidere licebit. ut nimirum in ſecunda figura à c, per b, ad S: ac rurſus in tertia, ab S, per N, ad c lineam duci fingeres, ilium os à coxendicis oſſe quo dammodo terminantem. Quid enim ſupra hos habetur characteres, ilium os nuncupabitur. Quod autem inter hos characteres, & in ſecunda figura inter V, per ſ, & h, ad Φ: & in tertia inter V per O, & ſ, ad Φ intercluditur, coxendicis oſſis loco nobis erit. Reliqua uerò totius oſſis ſedes, pubis os appellabitur: quæ ſcilicet in ſecunda figura ad ſiniſtrum latus characterum V, ſ, h, & Φ conſiſtit: in tertia autem ad dextrum latus V, O, ſ, & Φ.

A, B, C, C, D, D, E, F, G in 3 Sedes ilium oſſis notatur, quæ ſacri oſſis tranſuerſis nectitur proceſſus. ac A quidem & B priuatim indicantur ſinus, quos anterior trium ſuperiorum oſſis ſacri oſſium tranſuerſorum proceſſuum protuberans pars ſubit. Et B rurſus oſſis ilium pars indicatur, inſtar cultri acuta, tenuisq;. C & C oblongum tuber ilium oſſis, proceſſuum ſacri oſſis oblongo ſinui congruens. D & D longus ilium oſſis ſinus, qui ſacri oſſis tuber dorſi ſpinæ modo protuberans admittit. E & F & G ſedes ilium oſſis, non ad amuſſim ſacri oſſis ſinibus tuberibusq; reſpondens. quanquam E & F duo ueluti tubera indicentur, ſinus ſacri oſſis obſcurè ingredientia. G autem ſinus notatur, qui oſſis ſacri tuber admitteret, tranſuerſim duos illos ſacri oſſis ſinus intercedens.

H, I 2, 3 Quicquid ad dextrum H & I in ſecunda figura habetur, & in tertia ad ſiniſtrum, portionem ilium oſſis indicat, poſterius quàm tranſuerſorum ſacri oſſis proceſſum amplitudo eductam.

L, R, R, P in prima: Q uerò, H, R, R, P in ſecunda: & P, L, H, Q in tertia, appendix ilium oſſis indicatur. Ceterùm L internum appendicis latus priuatim notatur. R uerò & R externum appendicis latus, interno minus compreſſum. P anterius appendicis extremum, Q poſterius appendicis extremum.

K, K 3 Sedes ad horum characterum ſiniſtrum latus, in ilium oſſis interna regione conſiſtens, nono dorſum mouentium muſculo principium præbet.

M, N O 3 Tuber, à quo principium decimi femur mouentis muſculi pendet. Amplitudo autem, quæ P, L, K, K, M, N, S in tertia figura circumſcribitur, principium offert ſeptimo femur mouenti muſculo.

T 1, 2, 3 Sinus in elatiori coxendicis oſſis ſede cælatus, & ſexto ac ſeptimo femur mouentibus muſculis, imà cum primo crus petente neruo, uiam præbens.

S 1, 2, 3 Tuber externum latus dicti nunc ſinus conſtituens, iliumq; oſſi & coxendicis pariter commune.

X 1, 2, 3 Tuber internum dicti nuper ſinus latus efformans.

Z, Y 2 Prima in ilium oſſis dorſo admodum obſcurè apparens linea.

a, b 2 Secunda dorſi ilium oſſis linea.

c, f, g 1, 2 Sinus, acetabulum ve coxendicis oſſis, cui femur inarticulatur. Porrò g ſeparatim huius ſinus ſedem notat, l. cui cartilagine non incruſtatam, altiusq; quàm reliqua ſinus ſuperficies inſculptam.

i, i 1, 2 Supercilia acetabuli in coxendicis oſſe cælati.

b 1, 2 Sedes ubi ſupercilia intercidunt, ac ueluti ſinu quodam inſigni donantur.

c 2, 3 Sedes, qua neruus cæterorum corporis maximus, atque ex pluribus neruis conflatus porrigitur.

d 2, 3 Proceſſus coxendicis oſſis, à quo ligamentum ad ſacrum os enaſcitur.

k 1, 2, 3 Sinus coxendicis oſſis, ad quem decimus femur mouentium muſculus, ueluti ad rotulam reflectitur.

l, m, n. o, p, q in ſecunda figura, l autem duntaxat in prima, coxendicis oſſis appendix notatur. ac l quidem poſterior appendicis terminus inſignitur, q uerò anterior: m autem prima appendicis impreßio, o ſecunda, n tertia, p ad q uſque quarta. quæ ſingulæ peculiarium muſculorum parantur initijs.

u 1, 2 Sedes, qua dextrum pubis os, cartilaginis interuentu ſiniſtro coaleſcit. Sed u in prima figura priuatim notat oſſis aſperitatem, à qua cartilago abſceßit: in ſecunda uerò, externa eius oſſis ſedes uiſitur, quæ muſculorum educendorum occaſione aſpera eſt.

r 1, 2, 3 Pubis oſſis foramen, omnium oſſium foraminum patentiſſimum.

V 1, 2, 3 Sinus ſuperiori pubis oſſi ſedi inciſus, quo maxima crus petens uena & arteria, ac in uiris ſeminaria uaſa deducuntur.

ſ 1, 2, 3 Sinus in elatiori foraminis pubis oſſis ſede inſculptus, ac uenæ cuidam & arteriæ, tertioq; crus petenti neruo, uiam porrigens.

t 1, 2, 3 Hac ſede pubis os nonnihil, ne nimium extenuetur, craſſeſcit, & in uiris ſecundum penis muſculum, & alterum ipſius corpus, educit.

TRANSVERSIS trium ſuperiorum oſſis ſacri oſſium [a] proceſſibus, utrinque unum connectitur [b] os, cui integro nullum nomen Galenus inditum affirmat: unde & ἀνώνυμον ac ſi dicas innominatum, quidam id appellarunt. Verùm lata ipſius, & ſuperior, ac poſterior, ſacroq; oſſi commiſſa pars, Ilium os uocatur: anterior autem oſſis pars, qua in pubis regione cum alterius lateris oſſe [c] committitur, ampliterq; perforatum eſt, Pubis os: media uerò eiuſdem ſedes, ad femoris ingreſſum poſita, Coxendicis os appellatur. adeò ut unius lateris os ſibi continuum, non ſecus denominetur, quàm ſi tribus propria circumſcriptione terminatis extrueretur oſſibus: poſteriori ſcilicet, anteriori, & medio: ſeu ilium oſſe, pubis oſſe, & oſſe coxendicis. Cæterùm Celſo uniuerſum os, coxæ os: autori uerò Introductorij, ſeu Medici, quemadmodum & Hippocrati, nonnunquã ἰσχίον (quod eſt coxendix) dicitur. quamuis interim & latiorem poſterioremq; huius oſſis partem, ilium: anteriorem uerò, pubis os uterq;, aliorum diſſectionis profeſſorum modo nuncupet. His oſſibus non parua in uſu cum ſcapulis, eſt affinitas. ut enim ſcapulæ potiſsimum articulandis humeris formantur, ita ſanè hæc oſſa in hoc præcipuè ſunt accommoda, [d] ut femora ipſis articulentur, horumq; ope homo

Lib. de Oſſib. cap. 20. Ilium os. Pubis.

Coxendicis. In lib. de Articulis.

Oßium ſacri oßis lateribus commiſſorũ uſus.

a 2 *ſi. cap. 18 à ſuperiori L per M ad L. Sinus aũt tuberaq; pceſſuũ, N, O, P, Q, Φ indicãtur.*

b *tota 1, 2, 3 fig. Integrarũ uerò figurar. Θ. Qũo autem horum oßiũ ſedes circũ-*

homo erigatur & sedeat. Dein, ut scapulæ cernuntur amplæ, uarijsq; processibus donatæ, quo musculis plu ribus educendis aptiores essent: sic hæc ossa omnem ferè constructionis rationem in eum modum fabrica tam ostendunt, ut ab ipsis omnes propemodum femur mouentes musculi pronascantur: præter alios, qui ab illis principium ducentes, tibiarum & thoracis & dorsi motibus famulantur, & peni in uiris peculiares existunt. At qui nam musculi & ligamenta, penisq; corpora ab his ossibus enascantur, orationis series, ossium partes enarrans, sensim edocebit. Nunc autem minimè prætereundus est ipsorum usus nequaquam infimus, quo multis corporis partibus instar fulcrorum subijciuntur, & plerasque continent & amplexantur. [e] Duo enim hæc ossa simul cum sacro osse ueluti peluim quandam efformant, [f] quæ intestina connè sustinet, & uesicam, & in fœminis uterum elegantissimè comprehendit, ac demum eas quas amplectitur partes tutò munit. Ilium itaque ossis [g] sedes, sacro ossi commissa, egregiè uaria est: quemadmodū sacri ossis transuersos processus ea sede, qua illi ossi connectuntur, admodum uarios multiplicesq; esse retulimus. Singulis namque illorum processuum sinibus, ilium ossis tubera, & eorundem processuum tuberibus, ilium ossis sinus ita correspondent, ut multis partibus mutuo ingressu ilium os sacro committatur: nō quidem connexu ad motum constructo arbitrarium, aut sinibus tuberibusq; læuibus, & cartilagine lubricaincrustatis: uerùm connexu ualidissimo, & in symphysis seu unionis classem quasi referendo: quæ cartilaginosi ligamenti, aut potiùs puræ cartilaginis interuentu perficitur. Ilium ossis sinuum, & tuberum, quibus id sacro ossi committitur, forma, ex sacri ossis descriptione læui negocio petitur. Vt enim transuersos sacri ossis processus primùm oblongo sinu donari dictum est, ita etiam ilium os, [h] oblongum tuber sinui congruens obtinet. & quia processuum sinus anterior pars, sinus ve supercilia, satis insigniter extuberant, porriguntur q;, ilium etiam ossi ad anteriorem oblongi sui tuberis sedem [i] sinus insculpuntur, quos extuberantes illæ processuum partes subeunt. Vbi autem humillima eorum [k] sinuum sedes conspicitur, ilium os quasi in cultri aciem exacuitur, ut eandem cum quarti ossis sacri ossis [l] transuerso processu constituat superficiem. Rursus oblongo sacri ossis tuberi, quod instar latioris lineæ in processuum sinibus eminere relatum est, [m] oblongus etiam ilium ossis sinus conuenit, tuber id ad amussim suscipiens. Porrò duobus processuum sinibus ad posteriorem dicti nunc tuberis sedem consistentibus, & tuberi transuersim in illorum sinuum medio prominenti, ilium os non æquè accuratè [n] respondet, quum sacrum os ilium ossi non admodum hac sede sit conterminum: sed plurima cartilago ligamenti natura participans, hæc ossa intercedat, totam amplitudinem, qua inuicem ossa inibi dehiscunt, infarciens. Vniuersa igitur ilium ossis sedes sacro commissa, aspera est, ac inæqualis, & insignirer crassa: quemadmodum & reliqua ossa illis sedibus, quibus inuicem compinguntur, amplā crassamq; ideo esse nouimus, ut ualidiorem amplioremq; connexum efficerent. Atque hæc crassa ilium ossis pars [o] in posteriora longè magis quàm transuersorum sacri ossis processuum amplitudo, porrigitur, prominetq;: tum quòd ilium os ampliſsimum latissimumq; scapulæ modo esse oportuit, ut femur mouentes, & alios plerosque musculos, paulo pòst enarrandos, à se pronasci sinat: tū ut ad posteriorem sacri ossis sedem aptum constitueret locum, à quo [p] quartus hominis thoracem mouētium musculus principium duceret: unà cum dorsum mouentium [q] undecimo, qui simul cum illo thoracis musculo, ab interno latere ossis ilium (qua id in posteriora ferri diximus) & ab ossis sacri posteriori sede, originem nancisciturſimiliter ac [r] musculus dorsum mouentium decimustertius, ab hac etiam ossis sacri, & ilium ossis sede, initium sumit. Tota ilium ossis amplitudo planæ semicirculari figuræ non admodum absimilis, superiori sua sede secundùm totam semicirculi circumferentiam, [s] appendicem obtinet, quæ ueteribus Spina ilium ossis dicebatur. Ipsi namque dorsum ilium ossis uocarunt, externam suæ amplitudinis sedem: quia hæc ampla est, & si, cum interna conferatur, quodammodo gibba. Appendicis autem sedes extrorsum prominet, ac ueluti illius dorsi censetur spina. Verùm etsi ueteres hæc nomina rectè instituerint, & Galenus etiam eorum nominum, ut & ossis sedium quoque differentiam, apud illos fuisse animaduerterit: nihilominus is subinde Dorsum cum Spina in tibiam & femur mouentium musculorum descriptione confudit. quod nos, quoad licebit, cuitantes, Dorsum ossis ilium suæ amplitudinis externam regionem appellabimus: Spinam uerò, semicircularem ipsius appendicem, quæ aspera, inæqualisq;, & [t] interno [u] externoq; latere superius compressa uisitur. Comprimitur quidem interna sede, ut inibi amplior reddita, carnosam [x] transuersi abdominis musculi partem, illinc aptius educat. Externo autem latere appendix comprimitur, ampliorq; fit, ut potissima obliquè [y] ascendentis abdominis musculi carnea pars hinc principium sumat, & obliquè [z] descendens abdominis musculus illic inseratur. His enim tribus musculis uniuersa superior appendicis sedes occupatur. atque ut illi ampliores carnosioresq; in ilium laterib. quàm iuxta dorsum, aut in abdominis anteriori sede sunt: ita quoque appendicis [a] pars, quæ abdominis latera respicit, anteriorq; est, unà cum ilium ossis sede, cui appēdix committitur, crassior est, quàm [b] pars uertebris & dorso proxima. [c] Anterius uerò appendicis extremum, anterior ve spinæ ilium ossis pars ideo est crassissima, ac ueluti antrorsum educitur, quòd præter abdominis musculos ipsi commissos, duobus musculis principium porrigat: quorum [d] alter tibiæ motorum primus, [e] alter autem sextus censebitur. Cæterùm ab ilium ossis dorso [f] tres potissimum enascuntur musculi, suis principijs id uniuersum occupantes. Quantam uerò ipsius sedem singuli oppleant, [g] duæ admodum obscurè in hoc dorso utcunque aspero eminentes indicant lineæ, quæ instar semicirculi ductæ, totius dorsi amplitudinem in tres sedes disterminant: quarum primam, quæ extra posteriorem lineam in posteriori potissimum dorsi regione consistit, musculus sibi uendicat femur mouentium primus. Secundam uerò sedem, inter duas lineas conspicuā, musculus obtinet femur mouentium secundus. Ex tertia sede, à priori breuioriq; linea, ad coxendicis usq; articulum pertingente, principium porrigitur musculo femur agentium tertio. Ab interna autem ilium ossis

Ilium ossis sedes sacro ossi commissa qualis.

Ilium ossis pars retrorsum magis quam sacri ossis transuersi processus exporrecta.

Ilium ossis appendix. Spina. Dorsum. Lib. 2 de Admin. dissec.

Quibus musculis appendix occupetur.

Ilium ossis dorsi lineæ, et quibus id occupatur musculis.

Quibus interna ilium ossis amplitudo.

scribēdæ sint ex characterum indice petendū est.
c integrar. fig. 5.
d integrarum figu. Λ in Θ.
e 1, 3 integ. fi. Θ. cū M.
f Petūtur hæc ex 5 li. figuris præcipuè autem 22, 24, 25.
g 3 fig. A, B, C, D, E, F, G.
h 3 fi C, C. & dein seriatim conferc cū 2 fig. cap. 18.
i 3 fi. A, A.
k 3 fig. B.
l 2 fi ca. 18 humilius L.
m 3 fi. D, D.
n 3 fig. E, F, dein G.
o 2, 3 fig. H, I.
p 12 musc. tab. Δ.
q 13 musc. tab. Γ.
r 14 musc. tab. T, V.
s 1 fig. L, R, R. 2 fig. H, R, R, P. 3 fig. P, L, H, Q.
t 1, 3 fi. L.
u 1, 2 fig. R, R.
x 6 musc. tab. Δ.
y 4 muscu. tab Π.
z 3 muscu. tab. Θ.
a 2 fig. ab R per R ad P.
b 2 fig ab R per H ad Q.
c 1, 2, 3 figur. P.
d 3 musc. tab. Σ. dein f.
e eiusdem ta. Φ dein x.
f primus 9 musc. tab. P. secūdus 10 tab. Σ. tertius 11 tab. Σ.
g 2 fig. Z, Y linea posterior. anterior autē ab a ad b eiusdem fig.

ribus (uti neque quadrupedibus) hæ ossa inuicem non disiunguntur: uerùm id mulieres in hoc ossium coalitu peculiare sibi uendicant, quòd ipsis non tam longa linea, atque in uiris, committuntur. Deinde coxendicum ossium infimæ partes (dextram dico & sinistram) in mulieribus mutuò longè magis distant, quàm uiris. Præterea infimæ pubis ossium partes mutuò sub ipsorum connexu diremptæ, multo etiam magis mulieribus quàm uiris seiunguntur, ac ueluti sinuatæ, tenuesq; redditæ, inuicem distant. adeò ut in mulierum ossibus uacua sedes inter coccyx os & internas regiones infimarum partium coxendicum ossium, multo amplior quàm in uiris occurrat. Hæcq; differentia tam est insignis, ut uel ipsa abundè doceret, pubis ossa in partu non recludi: etiamsi tactus inter pariendum, idem non leui opera atteſtaretur. Hac itaque ratione (ne id quod de [s] coccyge osse suo loco proditum est, adijciam) Natura fœtui excludendo prospexit. Quo autem minori negocio leuiusq; mulieres uterum gererent, ilium ossa illis multo ampliora sunt, ipsorumq; [r] spina in latera longè magis quàm in uiris educitur, & etiam illa ossa extrorsum insignius cauantur: & ut semel dicam, hæc commodam gestando fœtui sedem efformant. Quòd autem nuper natis puellis, partus facilioris gratia, apud nullas gentes pubis ossa aut comprimantur, aut disiungantur, neminem dissectionis studiosum latere arbitror: quantumuis id pertinaciter uulgus nunc de his, nunc illis nationibus affirmet.

Cur pubis os maximo foramine peruium, et dein ipsius sinus & tubera.

Quamobrem uerò pubis os maximo totius corporis ossium [u] foramine (quod etiam propter magnitudinem, ab ostij imagine θυρεοειδὲς nuncupatur) peruium sit, illi demum cognoscunt, qui ad amussim inter secandum didicere, qui nam musculi a coxendicis & pubis ossibus pronascantur: illi enim arguunt, pubis os amplam & aptam educẽdis musculis sedem necessariò oportuisse fieri. Ne uerò interim frustra animal grauaret, sed ut leue esset, eo quo diximus foramine donatur. Neque est quod hàc aliquis [x] uasa seminaria, aut maximas crurum [y] uenas & [z] arterias, aut etiam [a] neruos deduci arbitretur: quemadmodum nemo non credit, qui Anatomes rudis, nudam ossium compagem intuetur. Illa enim organa aliam nanciscuntur uiam: quippe maxima crus petens uena, arteriaq;, simul cum [b] secundo crus adeunte neruo, proprium [c] sinum obtinent, in superiori pubis ossis sede insinuatum, è regione elatioris sedis nuper dicti [d] foraminis. Porrò seminarijs uasis etiam elatiùs quàm pubis os prominet, in abdomine iter paratum esse audies. Deinde ingens illud pubis ossis foramen ualida [e] membrana oppletur, quæ [f] musculum internæ foraminis sedi proximum ab illo dirimit, [g] qui externam foraminis sedem occupat. Neque profectò aliquid, foramen hoc transit, præter [h] uenam, & [i] arteriam, [k] neruumq;, non ad genu usque ramorum serie digestos. Præterea hæc uasa non per foraminis medium feruntur: sed in elatiori foraminis sede [l] sinus cælatur, illis uasis deducendis paratus. Cæterùm superior pubis ossium [m] pars, qua inuicem committuntur, idcirco exasperatur, quòd [n] rectos abdominis musculos hinc enasci, Naturæ uisum fuerit. Deinde anterior quoque ossium sedes inibi aspera est, ut neruosum caput [o] secundi tibiam mouentium musculi hinc ritè pronasceretur. Ad hæc, in anteriori pubis sede, [p] à coxendicis ossis acetabuli interno latere, ad pubis ossium usque commissuram, tuber, & quædam ueluti prominentia conspicitur, à qua [q] octauus femur mouentium musculus principium ducit. Quemadmodum uerò hæc anterior pubis ossis sedes protuberat, ita quoque posterior [r] acutam ostendit lineam, à qua musculus femur mouentium decimus sui etiam exortus [s] portionem assumit. His omnibus accedit pubis ossis [t] crassities, iuxta infimam pubis ossium connexus sedem, & magni illius foraminis internum latus, ubi pubis os quodammodo teres crassumq; ob hoc in uiris uisitur, ut ipsius ossis robur adaugeatur: utq; hinc præter quosdam penis [u] musculos, alterum corpus [x] eorum quæ penem constituunt, originem duceret. Atque in hunc modum ossa se habent, sacri ossis lateribus connexa, quorum utrunque in nuper natis pueris, tribus constat ossibus, quæ ternis lineis cartilagine oppletis distinguuntur. Hæ lineæ à coxendicis acetabuli centro, ubi inuicem sunt conterminæ, porriguntur: una quidem ad superiorem acetabuli sedem, secunda ad externum acetabuli latus: tertia autem ad latus internum, quæ etiam per pubis os procedit, ubi id quodammodo teres est. adeò ut lineæ alterius lateris os neutiquam in eas sedes intersecent, quas ilium os, & coxendix os, & pubis os nuncupabimus.

Ossa sacri ossis lateribus commissa, in pueris tribus effformari ossibus.

DE FEMORE. Caput XXX.

CHARACTERVM, QVI DVABVS TRIGESIMI CAPITIS figuris adhibentur, Index.

A 1,2 *Caput femoris, acetabulum ossis coxendicis subiens.*
B 1 *Sinus, femoris capiti insculptus, & teretis ligamenti insertionem à coxendicis osse excipiens.*
C 1,2 *Appendicis, rotundum femoris caput effformantis, cum reliqua femoris portione coalitus.*
D 1,2 *Ceruix femoris.*
E, F 1,2 *Inferiora femoris capita ac E quidem internum, F uerò externum notat.*
G 1,2 *Hæc linea coalitum indicat appendicis, duo inferiora femoris capita constituentis.*
H 2 *Sinus, qui utrisque capitibus E & F insignitis esi communis, ac quem patella subit.*
I 1 *Sinus ac interuallum, duo inferiora femoris capita inuicem dirimens.*
K 1 *Ab hac sede interioris capitis primus pedem mouentium musculus initium ducit.*
L 1 *Hinc secundus & tertium pariter pedem mouens musculi exoriuntur.*
M 1 *Huic interni capitis sedi, quinti femur mouentium musculi tendo inseritur.*
N 1,2 *Sinus in externo inferiorum femoris capitum exculptus latere, quo quartus tibiam mouentium musculus uehitur.*
O 1 *Hac sede internum latus interioris femoris capitis compressum est, ut hac tendines primi, secundi, tertij & quinti tibiam*

11 *tab. μ, deinæ.*
p 11 *ta. Ψ.*
q 11 *tab. charact. & ac* 12 *tabu. Ξ.*
r *integrarum fig. s.*
s 1,3 *fi. ca.* 18 G, H, I, K.
t 1,3 *fi. L. & 1, 2 fi. R. R.*
u 1,2, 3 *figur. r.*
x 20 *fi. li.* 5 *e, & i uersus u. aut* 21 *fig. y ad ζ.*
y *fi. cap. 6 lib. 3 s.*
z *fi. ca.* 12 *lib. 3 φ.*
a 2 *fi. cap.* 11 *libr.* 4 *charac.* 71.
b *eiusdẽ fi. charac.* 60.
c 1,2,3 *fi. V.*
d 1,2,3 *figur. r.*
e 2 *fi. cap.* 49 *li.* 2 O, O.
f 16 *muſ. tab.* F, G.
g 8 *muſc. tab.* Ψ.
h 1 *fi. cap. 6 libr. 3 et.*
i *fi. ca.* 12 *lib.* 3 ς.
k 2 *fi. cap.* 4 *li.* 4 *charact.* 66.
l 1,2,3 *fi. ſ.*
m *ad dextrũ latus u ſecundæ fi.*
n 5 *muſc. tab.* Λ.
o 16 *muſ. tab.* Δ.
p *ab h* 2 *figuræ ad u.*
q 7 *muſc. tab. a.*
r 3 *fig.* O.
s 16 *muſc. tab.* G.
t 1,2,3 *fi. t.*
u 1, 2 *fig. cap.* 49. *lib.* 2 L, K.
x *eorundẽ fig.* A, B.

biam mouentium musculorum aptius porrigerentur.

P 1 Hac regione idem interioris capitis latus insigniter protuberat, & dictorum iam tendinum reflexui est accommodum.

Q,R,S, V,X,Y Exterior femoris processus. uerùm singuli characteres non in utraque figura simul obuij, aliquid priuatim, ut modò subijciam, indicãt. Q quidem in prima & secunda coalitum appendicis huius processus ad reliquum os. R autem in prima, sinum internæ præsentis processus sedi cæ latum. S uerò in prima figura, primam exterioris processus impressionẽ.

T, T. Cæterùm T, T in prima, insignitur aspera linea, deorsum a prima impressione ducta: V autem in secunda, exterioris processus secunda impressio: X uerò, tertia impressio. At Y in ambabus figuris quarta indicatur impressio.

a,b 1,2 Interior femoris processus. Verùm b priuatim in secunda, hic appendicis indicat coalitum.

c,c 1 Linea aspera, à radice interioris processus deorsum obliquè gratia octaui femur mouentium musculi procedens.


d,d 1 Linea secundùm femoris longitudinem protuberans, & quiuti femur mouentis musculi insertione admittens.

e 2 Hac sede femur amplum, ac ueluti compressum est, quum interim reliqua ferè longitudine teres sit.

f 2 Aspera sedes, à qua octauus tibiam mouentium musculus sui exortus initium ducit.

PRIMA TRIgesimi Capitis figura, dextri femoris os posteriori facie delineatum referẽs.

SECVNDA figura, femoris dextri anteriorem faciem ostendens.



Femoris superius caput.

Duo inferiora femoris capita, et eorunde sinus.

a tota 1, 2 fig. & integrum A, superiùs cũ ϖ, inferiùs cum Φ articulatum.

b 1, 2 fig. supra C, infrà G.

c 1, 2. fi. A.

d 1, 2 fi. D.

e 1, 2 fi. ca. 29 e, f, g.

f 1 fig. B.

g 1 fig. ca. 49 lib. 2 P.

h 1, 2 fig. E, F.

i Iunge E, F, 1 1, 2 fi. ad G, F, 1 7 fig. cap. 31.

k 2 fi. H.

l 2 fig. ca. 32 A, B, C, D.

m 1 fig. I.

n 7 fig. ca. 31 l.

o fig. ca. 1 lib. 2 X.

p 10 musc. tab. ζ. dein n, θ.

q ultima figur. li. 3 r, u.

r 1 fig. K.

s 12 musc. tab. Φ.

FEMORIS [a] os, quod μηρὸν Græci uocant, magnitudine cunctis humanæ fabricæ ossibus præstat: in auibus autem & omnibus ferè quadrupedibus, tibiæ ossi & fibulæ, longitudine cedit, suprà quidem coxendicis ossi, infrà autem tibiæ ossi, diuersa articuli ratione, omnibus pariter coarctatum. Superiori enim parte, qua similiter atque inferiori [b] appendice donatur, rotundissimum [c] caput obtinet, prolixæ [d] ceruici ad interiora inclinatæ adnatum, coxendicisq; ossis [e] acetabulo exquisitè congruens. Vniuersum hoc caput, cuius gratia femur flecti & extendi, & in latera duci, & denique circumuerti potest, læue, cartilagineq; incrustatum uisitur: at nonnihil inferiùs, quàm ipsius uerticis medium consistit, angustum, profundumq;, & inæqualem obtinet [f] sinum, cui teres [g] ligamentum, à coxendicis ossis acetabulo enatum, robustissimè implatatur. Inferiori autem sede femur insigniter crassum est, & in duo oblonga [h] capita, omnium totius corporis ossium capitum maxima, dirimitur, quæ in posteriorem femoris sedem longè magis quàm in anteriorem porriguntur, & in lateribus non minus ferè quàm ipsorum medio extuberant, lateribus ve uix deprimuntur, quemadmodum etiam ipsorum cum tibiæ osse articulo ex usu fuerat. [i] Hæc namque ossi tibiæ mutuo ingressu ad eum modum articulantur, ut tibia duntaxat flecti extendiq; possit: nequaquam uerò in latus, uel tantillum quidem, duci. utcunque etiam id Galeno uisum fuerit, qui in tibiæ motuũ examine, femoris ad coxendicis os motu deludebatur. Cæterùm ista femoris capita retrorsum ideo producuntur, quòd tibiam in angulum flecti, & nõ extra rectam lineam extendi, aut antrorsum erigi satius erat: adeò ut motus illius ratione, femoris capita in anteriori femoris sede nequaquam promineant. Et quamuis hęc, in anteriori eorundem sede, [k] sinum ostendant utrisque capitibus communem, & impense patulum, læuiq; cartilagine cinctum, is tamen aliquo tibiæ ossis tubere excipiendo non paratur: uerùm os orbiculare, & breui scuto non absimile, apto [l] tubere sinum illum subire, altero ab hoc Capite audies. In posteriori femoris sede capita hæc magno [m] interuallo inuicem dirimuntur, atque in ipsorum medio amplum profundumq; sinum, utcunque asperum, & cartilagine nequaquam obductum habent, qui asperum inæqualeq; tibiæ ossis [n] tuber excipit, quod in tibiæ ossis sinuum medio protuberat, [o] ligamentumq; educit, quod ualidissimè illi sinui inseritur, unà cum alio admodum robusto ligamento, à posteriori tibiæ ossis sede pronato. Iuuat etiam sinus iste, deducendo totius corporis maximo [p] neruo, hàc simul cum [q] uena & arteria in tibiam contendenti. Humiliora enim femoris capita, quum tibiæ flexus gratia adeò in posteriora ducantur, etiam id præstant, ut in illorum medio neruum illum simul cum uasis tutissimò deorsum repere sinant: atque etiam processuum modo, aliquot musculorum pedem mouentium principia porrigant. In posteriori enim femoris regione, ab elatiore interni capitis [r] sede primus pedem mouentium [s] enascitur musculus, cuius capiti haud procul ab exortu sesaminum innectitur ossiculum, quod læui sua & lubrica superficie, qua ex musculi substantia prominet, læuem interni femoris capitis regionem spectat, durumq; ipsius contactum excipit, & citra musculi noxam, communi sesaminorum usu, illius impetum dissoluit. Ab

Lib. 3 de Vsu part. et 2 de Administ. diss.

externi autem capitis superiori [t] sede, secundus pedem agentium educitur [u] musculus, cui perinde ac primo sesaminum obtingit ossiculum. adeò ut bina ad poplitem eius generis referenda ueniant ossicula, in ceruis, canibus & leporibus, utpote siccis animalibus, admodum, ut & in senio confectis hominibus, conspicua. Insuper ab externo femoris capite is quoque [x] musculus prodit, quem tertium pedis motibus præfectorum statuimus. Præterea si [y] musculus in poplite latitans, ab osse aliquam sui exortus portionem sumit, hanc sanè ab externo hoc femoris capite mutuatur. præcipua enim ipsius origo ex [z] ligamento pendere docebitur, dictum nunc femoris caput tibiæ potissimùm colligante. Deinde in elatiorem capitis interni [a] regionem modicè uersus eius capitis internum latus [b] tendo inseritur, quinti femur mouentis musculi, cuius etiam insertionis occasione hoc femoris caput inibi compressam ostendit [c] sedem, tendini excipiendo aptam. Atque ita anterior & inferior, posteriorq; horum capitum sedes se habent: latera uerò eorundem, nulla cartilagine incrustata, multis cæcis foraminulis opplentur, ut ualidissima genu articulum continentia ligamenta hinc aptè pronascantur. Porrò externum exterioris capitis latus, priuatim [d] sinum nanciscitur, obliquè ipsi iuxta posteriorem eius lateris regionem insculptum, ac [e] quarti tibiam mouentium musculi tendini paratum. Quo minus enim tendo ille hac obliquè reflexus, à suo ductu aberret, Natura ipsi hunc sinum, lubrico & læui ligamento obductum, præparauit. Internum uerò latus interioris capitis femoris, etiamsi ad ipsum plures conuoluantur reflectantur ve [f] tendines, nullum tamen eiusmodi manifestum adipiscitur sinum. At osse ligamentis emundato, iuxta posteriorem eius lateris sedem lata, sed admodum interim profunda, apparet [g] cõpressio, qua tutò tendines deferri queãt, à sua sede tuberis beneficio non reclinantes, quod in medio dicti nunc lateris latè [h] protuberat, atque secundùm ipsius posteriorem sedem tendines opportunè deferri sinit. Tendines autem hàc deducti, trium primorum & quinti tibiam mouentium musculorum censebũtur. Ad femoris ossis ceruicem, cui superius femoris caput adnascitur, duo conspiciuntur processus: quorum [i] alter externum femoris latus occupat, omniumq; corporis processuum, nulli alteri ossi commissorum, facilè maximus est, [k] insigni etiam donatus appendice. [l] Alter minor est, & quod ad magnitudinem spectat, priori neutiquam comparandus, multoq; inferiùs in interno femoris latere nonnihil uersus posteriora conspicuus, & [m] appendice similiter adauctus. Græci ambos προχαντῆρας, quasi rotatores dicas, nuncupant: hunc interiorem, illum uerò exteriorem appellantes. quum tamen simpliciter προχαντῆρα dicunt, perpetuò externum subaudiunt: quem etiam propter amplitudinem, & quandam cum nate imaginem, γλουτὸν uocarunt. Horum processuum idem usus cum reliquis ferè ossium processibus est: in hoc enim parantur, ut collis ritu musculorum insertionem probè admittant, alijsq; musculis eleganter principij sui sedem præbeant. Interior namque femoris processus, qui modicè oblongus, neque admodum inæqualis est, in hoc prominet, ut illi [n] sexti & septimi femur mouentium musculorum tendines inserantur. Ad huius processus radicem in posteriori femoris sede, aspera quædam ducitur [o] linea, obliquè deorsum in posteriora aliquousque ducta, & octaui femur mouentis [p] musculi aptata. Exterior femoris processus, interna sede, qua femoris caput respicit, asperum inæqualemque commonstrat [q] sinum, cui [r] nonus & [s] decimus femur mouentes musculi inseruntur. Externa autem sedes gibba est, in osseisq; hominibus & ætate prouectis quatuor impressiones sedesq; proponit, [t] quatuor musculorum insertionibus excipiendis paratas. Ac [u] prima quidem ampla est, & gibba in posteriori processus sede apparens, cui primus femur mouentium musculus lata insertione implantatur. Ab huius compressionis radice, aspera quædam [x] linea deorsum per femoris posteriora nonnihil obliquè deducitur, cui primus ille femur mouens musculus ualidissimè etiam inseritur. [y] Secunda compressio in anteriori processus consistit latere, magis quàm prima inæqualis & aspera, & utcunque sinuata, ac demum secundi femoris motuum autoris musculi seruiens insertioni. [z] Tertia ad superiorem processus regionem uisitur, inter primæ & secundæ elatiores consistens sedes. Hæc gibba est, & insertionem tertij femur mouentis musculi admittit. [a] Quarta, in apice processus se offert, reliquis tribus longè arctior, & quarti femur mouentis musculi tendinem excipiens. Horum sanè musculorum insertionem exterior processus assumit: ab ipsius uerò radice in anteriori externaq; ipsius sede [b] musculo principium præbet, qui tibiæ motorum septimus recensebitur. [c] Quod uerò ad reliquam femoris formam spectat, uniuersum femur anteriori ipsius sede, & in lateribus teres & utcunque læue est, undique ab [d] octauo tibiam mouentium musculo circundatum: cuius gratia anterior femoris sedes iuxta ipsius ceruicis radicem nonnihil ampla est, & [e] aspera, quo ualidiùs & ampliori principio musculus ille enasceretur. In posteriori autem sede femur in acutum quodammodo fertur, & [f] lineam insigniter protuberantem, & asperam inæqualemq; ostendit, quæ à femoris processuum radice aliquousque ultra medium longitudinis femoris prorepit. Huic lineæ [g] quintus femur mouens musculus pertinaciter inseritur: [h] ipsaq; duntaxat ex reliqua femoris amplitudine, ab octauo tibiam mouente musculo non circundatur. Porrò ad inferiorem huius lineæ [i] sedem, ac iuxta inferiorum femoris capitum radicem, femur amplum depressumq;, non autem teres cernitur, quo tutius hàc maxima tibiam petens uena, cum arteria & neruo feratur: ac ne, si femur hic gibbum esset, à femore errabunda declinet. Quamuis & leuitatis occasione, Natura hanc femoris partem, quæ necessariò in latera, inferiorum ipsius capitum educendorum gratia, latescere debuit, non uoluerit posteriori in sede esse teretem & prominentem, quum scilicet nullorum musculorum productioni aut insertioni ibidem subseruiat, & in iurijs non sit exposita, inferioribusq; femoris capitibus in posteriora ductis, quodammodo sepiatur. adeò sanè, ut spectatu iucundissimum sit, qui Natura præter partium functionem, præcipuumq; usum, roboris simul & leuitatis rationem undique habuerit, quæ etiam femori secundùm illius longitudinem [k] sinũ communicauit longum & amplum, qui medulla oppletus, maximum istud corporis os pro sua mole admodum leue

Duo femoris processus seu rotatores.

Femoris secundum ipsius longitudinem forma.

t 1 *fig.* L.
u 12 *musc. tab.* Ψ.
x 13 *tab.* Φ.
y 14 *tab.* Γ.
z *fig.* ca. 1 *lib.* 2 T.
a 1 *fig.* M.
b 12 *musc. tab.* Ξ. *dein* n, Ζ.
c 1 *fig.* K.
d 1, 2 *fi.* N.
e 10 *musc. tab.* Ψ.
f 16 *musc. tab. tendines musculorum* L, Δ, R, V, V. *aut* 2 *tab.* q, γ, β, δ, δ.
g 1 *fig.* O.
h 1 *fig.* P.
i 1, 2 *figu.* Q, Y.
k *Femora figura* ca. 3. *hic autẽ* Q.
l 1, 2 *fi.* a.
m 2 *fig.* b.
n 8 *musc. tab.* Venus ⊙, *alter* Λ. *In* 14 *autẽ tab.* c, d.
o 1 *fi.* c, c.
p 7 *musc. tab.* a.
q 1 *fig.* R.
r 13 *musc. tab.* a. 8 *tab.* Ψ.
s 13 *musc. tab.* r, x, ȝ, Ζ.
t *primus* 9 *muscu. tab.* Π. *secundus* 10 *tab.* Σ. *tert.* 11 *tab.* Σ. *quart.* 11 *tab.* Φ.
u 1 *fig.* S.
x 1 *fi.* T, T.
y 2 *fig.* V.
z 2 *fi.* X.
a 1, 2 *fi.* Y.
b 5 *musc. tabu.* Λ. 10 *tab.* μ.
c *ab f ad* G *figuræ* 2. *& ac ad* G *figuræ* 3.
d 7 *musc. tab.* γ. *et* 13 *tab.* δ, δ.
e 2 *fig.* f.
f 1 *fig.* d. d.
g 12 *musc. tab.* Σ, Ξ.
h 13 *musc. tab.* ε, ε.
i 1 *fig.* e.
k *Pete illũ ex fracto aliquo femore.*


l *progressus est ab A per D, c, c, d, d ad 1 figuræ I. aut per D, f ad H figuræ 2. Aut expende integrarum fig. A.*

l cuę efficit. Præterea femoris l ductus, non recto tramite à coxendicis ossis acetabulo deorsum tenditur: sed femoris ceruix à capite ipsius ualde extrorsum obliquè, & quasi transuersim fertur, & hinc femur rursus reliquo ipsius corpore obliquè uersus interiora ad genu descendens procedit. Quam sanè figuram non ob iter Natura excogitauit: quum omnes quibus à prima conformatione femur rectius quàm homini ex usu est, contigit, uari & claudi in genu reddantur. Hoc autem quàm non modò ad cursum, sed ambulationem, firmamq; stationem noxium sit, quotidie uidentes discimus. Dein si utriusque femoris ceruix non statim à coxendicis articulo, uti diximus, foràs porrigeretur, quæ nam sedes internis femur amplexantibus musculis reliqua esset? quæ rursus neruis, uenis, ac arterijs in uniuersum crus distributis? quæ item glandulis, horum uasorum propagationi præfectis? Non enim per externas cruris regiones hæc descendere decebat, quum ita omnibus foris occursantibus, leui quaque occasione lædenda, exponerentur. Cæterùm posterior femoris pars, sima cauaq; uisitur: anterior autem gibba, quòd ad sessiones is femoris ductus admodum sit idoneus: uti etiam ad multa quæ sedentes obimus munia, quando scilicet unum femur alteri inijcimus, ut modò taceam, quàm eleganter femur musculis cedat, posteriorem ipsius sedem occupantibus.

DE DVOBVS IN TIBIA REPOSITIS OSSIBVS. Caput XXXI.

PRIMA CAP. *SECVNDA.* *TERTIA.* *QVARTA.*

xxxi. figura.



TRIGESIMIPRIMI CAPITIS FIGVRARVM, ET earundem characterum Index.

VNDECIM huius Capitis figuræ ad dextram spectant tibiam, ac prima utrunque in tibia locatum os anterio ri facie exprimit, crassius nimirum, interiusq;, quod tibiæ os uocabimus: & gracilius, quod exterius positum, fibula no bis potius quàm sura nuncupabitur. Secunda figura, tibiæ os simul cum fibula posteriori facie appositissimè delinea- tur. Tertia, solius tibiæ ossis anterior sedes commonstratur. Quarta, tibiæ ossis posterior facies oculis subijcitur. Quinta, fibulam anteriori facie exprimit. Sexta, fibulam posteriori sede delineatam exhibet. Septima, tibiæ ossis su periorem ostendit sedem, cui femur articulatur. Octaua, duas continet cartilagines, quæ sinus adaugent, quibus fe- moris capita in tibiæ ossis sinibus excipiuntur. Nona, imam tibiæ ossis & fibulæ sedem anteriori parte proponit, ut cauitas in conspectum ueniret, tali cum tibia articulationi parata. Decima, solam tibiæ ossis infimam sedem poste riori ex parte delineatam offert, qua talus excipitur. Vndecima, internum latus inferioris fibulæ sedis common- strat, quod talo articulatur. Characterum autem index erit huiusmodi.

A, B *His duobus characteribus in prima figura, superior tibiæ ossis appendix notatur. In tertia uerò & secunda, indicatur linea coalitum commonstrans appendicis cum reliqua ossis portione.*


C *Appendix superior fibulæ in prima figura indicatur, in quinta autem coalitus appendicis cum reliquo osse insignitur.*

D *In prima appendix tibiæ inferior, in tertia appendicis illius coalitus indicatur.*









QVINTA. SEXTA. SEPTIMA. OCTAVA.

NONA. DECIMA. XI.

E In prima appẽdix fibulæ inferior, in quinta coalitus appendicis ad os notatur.

F,G 2,4, 7 Sinus tibiæ ossis, quibus inferiora femoris capita articulantur.

H, I, K 7 Tibiæ ossis tuber, sinus, quibus femoris capita excipiuntur, dirimens. ac H quidem ipsius anterior sedes indicatur, I uerò media, & impensiùs prominens. K autem posterior. Atque hi characteres in eius tuberis sedibus, quæ sinuantur, obuij sunt. & horum K & I in secunda figura, tertia & quarta, idem quod in septima, indicant.

L 8 Cartilago, externũ tibiæ ossis sinum adaugens, quo externum femoris caput excipitur.

M 8 Cartilago, internum tibiæ ossis sinum augens, cui internũ femoris caput articulatur.

N 8 Hac sede cartilagines, tibiæ ossis sinus augentes, uidentur crassissimæ.

O 8 Hac sede nuper dictæ cartilagines sunt tenuissimæ, ac ante sinuum centrum deficiunt.

P, P 8 His sedibus illæ cartilagines in apices terminantur.

Q 5 Fibulæ sinus leuiter cælatus, cui tibiæ ossis capitulum iam R indicandum coarticulatur.

R 4 Tibiæ ossis capitulum, quod fibulæ superiùs coarctatur.

S 4,10 Sinus tibiæ ossis, quo id inferiorem fibulæ sedem excipit.

T 5,6, 11 Internum fibulæ latus, quod tibiæ ossi inferius committitur.

V 2 Contextus superior fibulæ ad tibiæ os.

X 2 Contextus inferior fibulæ ad tibiæ os.

Y 2 Interuallum, quo fibula à tibiæ osse inter suos articulos debiscit.

Z 1,2 Hac sede fibula non rectà ducitur, sed introrsum nonnihil obliquatur, exterioriq; latere sima fit.

a, b 1,3, 7 Anterior tibiæ ossis sedes, in quam musculi tibiam extendentes inseruntur.

c 5,6 Superioris fibulæ appendicis processus, cui tendo quarti tibiam mouentis musculi inseritur.

d, e, f, g, b 9 Sedes, cui superior tali pars lateraq; articulantur. ac d quidem, & e, & f superiorem huius sedis regionem in nona & decima figuris commonstrant. Deinde rursus d notat eius regionis tuber. e uerò & f partem huius regionis utrinque ad tuberis d notati latus altiùs quàm ipsum tuber insinuatam. Porrò g sedis huius internum latus indicat, quod ab externo latere constituitur processus inferioris appendicis tibiæ ossis, quem Φ in prima figura indicat. Cæterùm h in nona & undecima externum huius sedis, quæ talo aptatur, latus ostendit, ab interno constitutum latere appendicis inferioris fibulæ, in prima figura E notatæ.

Φ, i In prima figura Φ, processus indicatur inferioris appendicis tibiæ ossis, qui exterior est malleolus. Ceterùm i in secũda, tertia, nona & decima, eundem appendicis processum notat.

k 4,10 Sinus interioris malleoli, ex quo caritilagineum ligamentum talo inseritur.

l 1,3,9 Sinus asper & inæqualis in anteriori sede inferioris appendicis tibiæ ossis conspicuus, à quo ligamentum cartilagineum ad tali ceruicem pronascitur.

m 2,4, 10 Hac sede sinus spectantur, qui tres tendines ad pedis inferiora protensos deducunt.

n 2,5, 6,9 In prima figura E externum notat malleolum. is namque aliud nihil est, quàm inferior fibulæ appendix, qui in pleriſque figuris n indicatur.

o, p 1,5 Vmbrata hæc fibulæ sedes, ab o ad p usque pertinens, ea fibulæ pars est, quæ nuda, nullisq; musculis tecta, ante sectionem se offert.

q, q 2,6 Hac sinuata fibulæ sede, septimi & octaui musculorum pedem mouentium tendines reflectuntur.

r 2,6,11 Sinus inferioris fibulæ appendicis, à quo ligamentum in talum fertur.

s, s 1,5 Prima fibulæ linea, seu primus eiusdem angulus.

t, t 1,2, 5,6 Secunda fibulæ linea.

u, u 1,2, 5,6 Tertia fibulæ linea.

x, x 1,5 Primum fibulæ latus. Verùm x & x priuatim huius lateris lineam indicant, inibi gratia musculi pollicem extentis modicè prominentem.

α,α 1,5 *Secundum fibulæ latus.*
γ,γ 1,3 *Prima tibiæ ossis linea.*
ε,ε 1,2, 3,4 *Tertia tibiæ ossis linea.*
π 1,3 *Secundum tibiæ ossis latus.*
χ 2,4 *Aspera tertij tibiæ ossis lateris linea, cui musculus in poplite latitans inseritur.*
ρ,ρ 2,6 *Tertium fibulæ latus.*
δ,δ 1,2,3,4 *Secunda tibiæ ossis linea.*
ζ 1,3 *Primum tibiæ ossis latus.*
θ 2,4 *Tertium tibiæ ossis latus.*

IN TIBIA, perinde ac in cubito, bina reponuntur [a] ossa, quæ Hippocrates perpetuò tibiæ ossa appellat. ac horum [b] alterum interius est, & crassius, quod totius membri nomine κνήμη & tibia nuncupatur: [c] alterum uerò exteriùs locatur, & interiori admodum crassitie cedit, Græcis quidem περόνη. Latinis autem sura & fibula uocatum. Ego euidentioris doctrinæ studio, crassius os, tibiæ os appellabo: id à tibia, hoc est, toto membro distinguens, quod his ossibus, musculis, uenis, arterijs, neruis, & cute hæc omnia ambiente formatur. Gracilius autem os, fibula opportunè dicetur: ne, si id suram uocaremus, eam quis subaudiat musculorum posteriorem tibiæ sedem occupantium crassitiem & pulpam, quæ etiam sura nobis appellatur, quamq; Græci, quia ueluti tibiæ uenter est, γαστροκνημίαν nuncupant. Tibiæ itaque ossi, & fibulæ, quibus longus sinus, asseruandæ medullæ paratus, ad ossiumq; leuitatem accommodus, secundùm ipsorum longitudinẽ insculpitur, suprà infraq; appẽdix coalescit: ac superior quidẽ tibię ossis [d] appẽdix admodũ crassa lataq; est, & anteriori sede magis quã posteriori † deorsũ ducitur. Huic * duo oblõgi insculpũtur sinus, inuicẽ [e] aspero inæqualiq; tubere distincti, & lubrica cartilagine incrustati, quib. inferiora femoris [f] capita excipiũtur. Tuber autẽ sinus distinguẽs, grandẽ [g] sinũ subit, femoris capita inferiori ac posteriori in sede dirimẽtẽ. Dein tuber ex superiori [h] mediaq; ipsius sede, quæ aspera & sinuata, neq; ulla cartilagine inũcta uisitur, ualidissimũ emittit [i] ligamentũ, nuper dicto femoris capitũ interuallo sinui ve, in posteriori potissimũ ipsius sede, insertũ. adeò sanè, ut media huius tuberis sedes in hoc aspera sinuataq; sit, quò fœlicius ligamenta in femur porrigat, hæc è maximè protuberante sua sede, ac deinde ex [k] posteriori ipsius regione educens. Ab [l] anteriori namque tuberis regione, quæ minimum prominet, etiamsi illa similiter aspera sit, ac latè sinuata, nullum tamen ligamentum femori inseritur: sed ligamenta inibi producuntur, quæ [m] cartilagines anteriori huius tuberis sedi colligant, quas nunc tibiæ ossis sinus augere dicam. Quum enim duo tibiæ ossis sinus, femoris capita admittentes, quodammodo superficietenus duntaxat insculpantur, neque ad amussim femoris capitum gibbis (etiamsi Galeno secus uisum fuerit) suis cauis respondeãt, Natura mirabili artificio sinuum profunditatem adauxit. quippe præter lubricas cartilagines tibiæ ossis sinibus & femoris capitibus crustæ modo obductas, utrique sinui unam adhibuit cartilaginem, neque femori, neque tibiæ ossi aliter quàm ligamentorum beneficio connexam. Hæc namque orbiculatim ligamentis genu articulum amplexantibus solum connascitur, & præterea ligamenti interuentu, anteriori posterioriq; sedi tuberis connectitur, quod tibiæ ossis sinus, femoris capita excipientes, dirimit. Istæ cartilagines, exactè simplici cartilagine molliores sunt, & quasi ligamenti naturæ participes. Dein quà ossibus applicantur, impensè æquales, lubricæ, læues, ac denique unctuoso humore oblitæ spectantur. Ad hæc, in articuli ambitu [n] crassæ sunt, & multo ante sinuum centrum [o] extenuatæ desinunt. Harum siquidem figura lunaris est, quemadmodum interioris sinus internum latus, & exterioris sinus externum. Præterea nullibi crassiores, quàm ad lateris sui medium cernuntur. [p] quà enim anteriori posterioriq; tuberis tibiæ ossis sinus distinguentis sedibus appropinquant, tenuissimæ sunt, & in acutos apices finiunt: quorum qui anteriori eius tuberis sedi committuntur, inuicem proximi sunt, dextraq; cartilago sinistræ ibidem alligatur. Apices uerò posteriorem tuberis sedem accedentes, magis mutuò distant, neque inuicem, ut anteriores, committuntur. Ligamentum enim crassissimum, ex tubere in femur insertum, posteriores cartilaginum apices distinguit. Quæ quum ita sint, leui negocio colligitur, quàm concinnè harum cartilaginum auxilio, ossis tibiæ sinuum cauitas adaugeatur, non solum quidem in hominibus, uerùm in omnibus quæ hactenus uidi quadrupedibus & auibus. His namque in genu articulo eiusmodi quoque cartilagines reponuntur. unde etiam in mensa cuiuis harum naturam contueri promptissimum est, si modò exactè genu articulum quis inspexerit: neque passim cum Aristotele, & Galeno in tertio de Partium usu, quadrupedum genu illic esse existimauerit, ubi tibiæ inferior pars illorum talo coarctatur. Atque hoc sanè modo tibiæ os femori articulatur. Fibula autem non adeò altè conscendit, ut femur contingat: uerùm superior ipsius appendix interno [q] suo latere [q] sinum gerit amplum, & leuiter admodum insinuatum, cui minimum protuberans tibiæ ossis appendicis [r] caput coarticulatur, quod ad externum tibiæ ossis latus uersus posteriora consistens, cartilagine, similiter atque sinus fibulæ, incrustatur. Porrò [s] ima sede fibula tibiæ ossi diuersa articuli ratione, quàm [t] suprà coarctatur. externum enim tibiæ ossis latus, oblongum ostendit [u] sinum, cui protuberans internum fibulæ [x] latus immittitur, quod asperum nonnihil est: quemadmodum & tibiæ ossis sinus asper quoque, & læui cartilagine neutiquam incrustatus cernitur. Sinus enim ille fibulam lubrico contactu non excipit: uerùm quà hæc ossa inuicem committuntur, ualidum intercedit ligamentum, non quidem duntaxat in circuitu ipsa connectens, at etiam ubi mutuò se contingunt. Per reliquam tibiæ longitudinem, fibula à tibiæ osse [y] plurimùm dehiscit. non quidem quòd hæc radij [z] modo obliquè ducatur, ac ueluti à tibiæ osse foràs obliquetur: sed quòd tibiæ os suprà infraq; adeò crassum sit, & in reliqua ipsius longitudine gracile, ut fibula illis tibiæ ossis sedibus, quibus crassum cernitur, commissa, facilè à tota graciliori tibiæ sede multùm distet. quamuis tanto adhuc minus fibula à tibia dehiscat, quanto minus recta conspicitur. Fibula enim [a] paulo sub medio longitudinis tibiæ, introrsum ac uersus tibiæ os nõnihil curuatur, externoq; ipsius

Tibia. *Fibula.* *Tibiæ os.* *Tibiæ ossis & fibulæ appendices.* *Sedes cui femur adtibiam articulatur.* *Cartilagines quibus tibiæ ossis sinus augentur.* *Lib. 3. de Vsu part. et in commentarijs in Hippoc. librum de Fracturis.* *Lib. de Cõmuni animaliũ gressu.* *Fibula ad tibiæ os nexus.* *Vbi fibula à tibiæ osse dehiscat.*

a tota 1 et 2. fig. integrarum Φ & Ψ ad Λ & Ω.
b tota 3,4 figuræ,
c tota 5,6 figuræ.
d tibiæ ossis appendices primum A, B 1,3 fi. dein D 1,3 fi. fibulæ autem C 1,5 fig. insuper E & 5 figur.
† 1,3 fi. B.
* 2,4 7 figur. F, G.
e 7 fig. H, I, K.
f 1,2 fi. 30 cap. E, F.
g 1 fi. 30 cap. I.
h 2,3,4,7 fig. I.
i fig. ca. 1 lib. 2 X.
k 2,4,7 figur. K.
l 7 fig. H.
m tota 8 figura, ubi dextra L, sinistra autem M insignitur.
n 8 fi. N.
o 8 fi. O.
p 8 fig. P, P.
q 5 fi. Q.
r 4 fi. R.
s 2 fig. X.
t 2 fig. V.
u 4,10 figur. S.
x 5,6,11 fig. T.
y 2 fig. Y. inter V & X cõsistens.
z 1 fi. 24
a 1,2 fi. Z.

ipsius latere sima, seu concaua redditur. Cæterùm tibiæ ossis fibulæq; ductum, & per ipsorum longitudinem extuberantes lineas, impressionesq;, tum demum opportuniùs describam, ubi supernas infernasq; illorum partes, quibus alijs coarctantur ossibus, plenè expressero. Superior itaque tibiæ ossis appendix, ad eũ quem dixi modum femori fibulæq; coarctatur. ac [b] anterior proceraq; eiusdem sedes, unà cum tibiæ ossis anteriori sede, appendici proxima, & à plerisque Græcorum σφυρὸν ἥμισυ uocata, utcunque aspera & foraminulenta cernitur, ut ualidissimos [c] musculorum tibiam mouentium exciperet tendines: quorum etiam tendinum gratia, superior fibulæ appendix insigniter externo ipsius latere & superiori parte [d] protuberat, robustissimum [e] quarti tibiam mouentis musculi tendinem exceptura: præterquàm quòd hæc fibulæ sedes caput educat [f] septimi pedem mouentis musculi. Inferiores tibiæ ossis & fibulæ appendices, simul [g] sinum sedemq; efformant, cui [h] talus mutuo quasi ingressu articulatur. In infima enim appendicis tibiæ ossis sede, sinus insculpitur amplus, & quodammodo [i] geminus. media namque sua sede, amplo, sed modicè prominente [k] tubere interstinguitur, liquidoq; altiùs ad tuberis eius latera excauatur. Ad internum huius sinus latus, inferior tibiæ ossis appendix, ualido magnoq; [l] processu deorsum fertur, qui externo ipsius [m] latere, quo sinum respicit, cauus, & similiter ac sinus ipse, læuis & cartilagine incrustatus est: interno autem [n] latere, alterum crus respiciente, gibbus est. ac quum [o] excarnis sit, nullisq; musculorum partibus obtectus, in nobis tactu facilè percipitur, estq; interior malleolus. Processus hic in infima ipsius sede uersus posteriora [p] sinum obtinet asperum, ex quo [q] ligamentum prodit cartilagineum, tibiæ os talo colligans. Atque eiusmodi etiam ligamenti producendi gratia, anterior appendicis inferioris tibiæ ossis [r] sedes, in humillima ipsius parte, etiam sinum proponit transuersim oblongum, & asperum, & inæqualẽ: à quo ligamentum prodit, tibiæ ossi [s] ceruicem tali nectens. Posterior etiam huius appendicis sedes, ubi primùm internum educit malleolum, [t] depressa est, sinusq; ostendit, qui transuersis obducti ligamentis, musculorum tendines hàc pedem adeuntes, tutò, ne suis finibus aberrent, ferri sinunt. Sunt autem illi numero tres, [u] quintus scilicet pedem mouentium, & duo pedis digitorum flexui famulantes. Porrò externum inferioris appendicis tibiæ ossis latus, nullum educit processum interno malleolo respondentem: uerùm [x] appendix fibulæ externo tibiæ ossis lateri adnexa, impensè hic crassecit, deorsumq; magis quàm interior malleolus fertur. ac in causa est, ut rarius in externum pedis latus, quàm in internum, talus luxetur. Tanto enim fibula hic decliuiùs ipso tibiæ osse descendit, quanto altius tibiæ os ad femur suprà porrigitur: adeò ut fibula ne minimum quidem longitudine à tibiæ osse uincatur. Inferior hæc fibulæ appendix, externum [y] latus sinus constituit, talum excipientis. Verùm appendix interno ipsius latere adeò protuberat, & cartilagine incrustatur, ut eam à [z] talo ueriùs suscipi, quàm eundem excipere, meritò quis dixerit. etiamsi externum tali latus appositè tegat, atque in eum modum unà cum interno malleolo talum comprehendat, ut nusquam in integris hominibus talus contingi queat. [a] Tibiæ enim ossis appendix superiorem ipsius integit sedẽ, & internũ quoq; ipsius latus. fibula autẽ inferiori sua appẽdice externũ tali latus occupat: anterior tali sedes, quæ in nuda ossiũ cõpage oculis subijcitur, tendinib. occultatur, per pedis superiora ad digitos deductis. ita etiã posterior ipsius sedes, quæ non minus in nudis sceletis est cõspicua, tendinib. obtegitur in calcẽ insertis, & quibusdã hàc pedis inferiora subeũtib. Ima hæc fibulæ pars, talo cõmissa, externoq; suo latere gibba, & nulla prorsus musculi parte [b] obtecta, exteriorẽ constituit malleolũ, quẽ simul cũ interiori malleolo à quibusdam talum perperàm appellatum fuisse, Galenus testatur. Atqui is error ad nos usque manauit. Nam, ut cæteros taceam, Erasmus noster Roterodamus in suo de talorum lusu Dialogo, malleolos in hominibus talos simul cum Plinio uocari innuit. quod nonnullis Galeni interpretibus adeò arrisit, ut σφυρὰ, hoc est malleolos, subinde talos reddiderint. Posterior itaq; exterioris malleoli sedes amplum ostendit [c] sinum, qui transuerso obductus [d] ligamento, sexti & septimi pedem mouentium musculorum tendines deducit, illos, quo minus à sua sede reclinent, continens. Internum eiusdem malleoli latus in infima ipsius sede uersus posteriora, profundum asperumq; ostendit [e] sinum, ex quo [f] ligamẽtum prodit cartilagineum, hic fibulam talo ualidissimè connectens. Cæterùm ex uniuersa fibulæ amplitudine, nulla ipsius pars nuda excarnis ve est, præter infimæ ipsius partis externum [g] latus, quod etiam aliquousque supra appẽdicem fibulæ inferiorem excarne cernitur. quum interim reliqua ipsius amplitudo musculis obtegatur, ita fibulam amplexantibus, ut hæc passim ipsis cedere, ab illisq; ueluti in angulos comprimi uideatur. Si enim fibulam examinaueris, eam secundum ipsius longitudinem triangulam esse conspicies, atque id potissimum iuxta suæ longitudinis medium. In anteriori enim fibulæ sede, acuta & insigniter protuberans apparet [h] linea, primum fibulæ angulum constituens. In posteriori autem sede, fibula deprimitur, planaq; est, ac utrinque unam egregiè extuberantem obtinet [l] lineam: quarum interna secundum fibulæ angulum, externa autem tertium constituit: hisq; tribus angulis, lineis ve, tria fibulæ continentur [k] latera. ac unum quidem inter primam & secundam consistit, quod simul cum tibiæ ossis externo [l] latere aptam sedem præbet illis musculis, qui à tibiæ anteriori sede in pedis superiora feruntur. Sunt autem illi, pedem mouentium [m] sextus, deinde quatuor pedis digitos [n] extendens, simul cum [o] nono pedem mouentium, & illo qui pollicem [p] extendit, ac priuatim in primo hoc fibulæ latere [q] lineam quandam sibi uendicat, modicè protuberantem, à qua illi musculo principium offertur. Secundum latus, prima linea & tertia terminatur: & amplũ, egregieq; sinuatum, [r] septimo ac [s] octauo pedẽ mouentibus musculis locum præbet. Quin etiam latus hoc utcunque asperum cernitur, ut octauus ille musculus hinc uniuersum ipsius principium pul-

Tibiæ ossis sinus, & tubera quibus talo articulatur.

Interior malleolus.

Fibulæ cũ talo articulatio.

Talum ante sectionẽ tactui non occurrere.

Exterior malleolus. Lib. de Ossib. cap. 22.

Excarnis fibulæ pars.

Fibulæ secundum ipsius longitudinem triangula.

b 1 fi. A, B. dein 1, 3, 7 fig. a, b.
c 6 musc. tab. charact. 5. 6. dein 8 tab. Ω. g, h, i, &c.
d 5, 6 fi. c.
e 10 musc. tab. Ψ. 2 tab. α.
f 2 musc. tab. χ et 6 tab. Φ.
g 9 fig. d, e, f, g, h.
h tota 3, 4 5, 6 figur. cap. 33.
i 9, 10 fi. e, f.
k 9, 10 figur. d.
l 1 fi. Φ. et 2, 3. 9, 10 figur i.
m 9 fi. g.
n 2, 3, 9 10 fig. i.
o 2 musc. tab κ.
p 4, 10 figur. K.
q fi. cap. 1 lib. 2 f.
r 1, 2, 9 figur. l.
s fi. 3 cap. 33 N.
t 2, 4, 10 figur. m & 15 musc. tab. charact. 1, 2, 3.
u eiusdẽ tabul, D, E primus notatur, secundus O, tertius P.
x 1 fig. E. dein 2. 5, 6 9 fig. n.
y 9, 11 fi. h.
z 6 fi. ca. 33 H.
a Conferfiguras integram ossiũ compagem exprimentes, musc. tabulis ĩ pede.
b 1 musc. tab. ε. 2. tab. Ξ. & integrarum figur. Φ.
c 2, 6 fi. q.
d 2 musc. tab. Σ. ligamentũ. musculi autem u, u.

tẽ χ & ϕ. e 2, 6, 11 figur. r. f fi. cap. 1 lib. 2 g. g 1, 5 fig. o, p. h 1, 5 fi. ſ, ſ. i 1, 2, 5, 6. fig. secunda linea, t, t notatur. tertia k primum latus 1, 5 fig. x, secundũ 1, 5 fig. α. tertiũ 2, 6 fig. β. l 1, 2 fi. ζ. m 3 musc. tab. Ψ. n 4 musc. tab. Υ o 4 tab. Ω. p 5 tab. Φ. q 1, 5 fig. x, x. r 6 musc. tab. Φ. s 6 tab. Ψ.

t 14 ta. A. u *fig.* ca. 1 *lib.* 2 a. x 1,2 *fig.* δ,δ. y 13 *fi.* γ. γ. z 1,2,3,4 *fig.* δ,δ. a *eaundē fig.* ε,ε. b 2,4 *fi.* β. c 1,3 *fi.* ζ. d 1,5 *fi.* χ. e 1,3 *fi* η. & 1 *muſc. tab.* κ,γ. 2 *tab.* θ,π. f 2,4 *fi.* ℓ. g 14 *muſ. tab.* Ξ. h 15 *muſ. tab.* D,E. i 2,4 *fi.* ιι. k 14 *muſ. tab.* Γ.

pulchrè educat. Tertium latus, ſecunda & tertia lineis circumſcriptum, à muſculis comprimitur poſteriorem tibiæ ſedem occupantibus, & potiſsimum ab eo [t] qui pollicis ſecundum os flectit, ab hocq́; fibulæ latere carneus enaſcitur. Secunda linea priuatim [u] ligamentum educit, fibulam tibiæ oſsi tota illa ſede, qua hæc oſſa inuicem dehiſcunt, colligans, & in [x] ſecundam tibiæ oſsis lineam inſertum. Tibiæ enim os, ſimiliter ac fibula, ſecundùm longitudinem quadantenus triangulare eſt. ac prima ipſius [y] linea in anteriori oſsis ſede conſiſtit, inſigniterq́; prominet. unde etiam Spina Anatomes profeſſoribus appellatur. Hæcq́; adeò acutè porrigitur, ut nuſquam potius concertantes pueros pedibus inuicem petere uideamus, quàm ad anteriorem tibiæ ſedem, ubi linea proximè cuti ſubiecta, hanc cultri modo ſcindit, quoties ipſa impetu ad tibiæ os colliditur. [z] Secunda & [a] tertia tibiæ oſsis lineæ, poſterioris ſui [b] ſedis angulos conſtituunt. ac tertia quidem eius ſedis internum efformans angulum, non admodum acutè producitur: ſed obtuſa, propemodumq́; teres eſt. Secunda autem externum poſterioris ſedis tibię oſsis angulum educens, paulo eſt acutior, ligamentumq́; admittit, fibulam tibię oſsi, quà hæc inuicē diſtant, colligans. His tribus lineis, tria tibiæ oſsis conficiuntur latera. ac [c] primum quidem prima ſecundaq́; linea terminatur, ſinuatumq́; eſt, ac planum: eorundemq́; muſculorum occaſione cauatar, quibus primum fibulæ [d] latus cedere dictum eſt. [e] ſecundum uerò tibiæ oſsis latus prima tertiaq́; linea terminatur, & inſigniter gibbum eſt, nulloq́; prorſus obtectum muſculo: Græcis κρέα, & frequentius adhuc αὐτικνήμιον nuncupatur. [f] Tertium tibiæ oſsis latus, ſecunda & tertia circumſcriptum lineis, non ualde depreſſum eſt, ac muſculis occupatur, poſterioriem tibiæ ſedem ſibi uendicantibus: præcipuè uerò [g] illo qui quatuor digitorum tertij oſsis flexus autor habebitur, & [h] illo quem pedis motorum quintum ſtatuemus. Ad hæc, tertium latus in ſuperiori ipſius ſede aſperam oſtendit [i] lineam, oblique exporrectam, cui [k] muſculus inſeritur, quem in poplite latitantem uocamus. Huiuſmodi ſanè fibulæ tibiæq́; oſsis lineæ & latera leui negocio arguūt, quàm ſuffulciēdis, educēdisq́;, & admittendis muſculis hæc oſſa conueniant. Articuli uerò oſtendunt quàm affabrè motibus, quos cruribus molimur, obeundis, Natura hæc extruxerit: qui tanto ſanè opportunius ſui rationes offerunt, quo omnes ſimul cruris articuli, in coxendice nimirum, in genu, & tali cum conterminis oſsibus nexu, magis expenduntur: quum unus ſcilicet alteri præſtet, ut non æquè multis omnes ſubſeruire debeant motibus. unde etiam fit, articulos quoſdam extrui potuiſſe ualidiores, & luxationi minus expoſitos.

Tibiæ oſsis ſecundum ipſius longitudinem figura.

DE PATELLA. CAPVT XXXII.

CHARACTERVM SECVNDAE figuræ Index.

A,B *Dextri cruris patellæ tuber, ſinum inferiorum femoris capitum ſubiens.*
C *Sinus, qui interno femoris capiti adaptatur.*
D *Sinus patellæ, gibbo externi femoris capitis congruens.*
E *Hac parte patella inferiori ſua ſede tibiæ os ſpectat, & ueluti proceſſum educit, qui ſimiliter atque tota anterior ipſius ſedes, tendinibus tibiam extendentibus innaſcitur, quemadmodum pulchrè oſtendit octaua muſculorum tabula, charactere K, qui innaſcitur characteribus g,h,i. Foraminula uerò hac parte, ut & in patellæ anteriori ſede conſpicua, etiam citra characterum operam promptè obſeruantur.*

PRIMA TRIgeſimiſecūdi capitis figura, anteriorem patellæ faciem oſtendens.

SECVNDA figura, poſteriorem patellæ ſedem proponens.





a *tota* 1,2 *fi integrarum uerò figur.* Ξ. b 2 *fi. cap.* 30 H. c 2 *fi.* A,B. d 2 *fi.* C, D. e *tota* 1 *figura.* f 2 *fig.* E. g 8 *muſc. tab.* K.

ANTERIORI genu ſedi [a] os quoddam præponitur orbiculare, & breui ſcuto non abſimile, quod à molaris lapidis rotunditate Græcis μύλη, & ab ipſius ſede ἐπιφυατὶς: Latinis autem mola, & à patellæ imagine, patella potiſsimum uocatur. Hoc poſteriori ſua ſede, qua femur ſpectat, lęui lubricaq́; cartilagine, magna ex parte obductum uiſitur, apto tubere ſinibusq́; [b] anteriori inferiorum femoris capitum ſedi eleganter congruens. Secundùm ipſius enim longitudinem [c] tubere amplo & mediocriter prominenti extuberat, quod patulum femoris capitum ſinum in anteriori illorum ſede exculptum ſubit. [d] Vtrinq; ad tuberis huius latera, unus habetur ſinus, prominentes & cartilagine incruſtatas femoris capitum ſedes excipiens. Verùm ut exterius femoris caput antrorsū magis, quàm interius caput, porrigitur, & ampliori ſede lęui cartilagine obducitur: ita ſanè exterior patellæ ſinus, ad tuberis ſui externum latus conſiſtens, longè amplior latioráq; interiori ſinu occurrit. Patella igitur illa parte, qua femoris os contingit, lævis & lubrica, perinde ac illud, cernitur. [e] Anteriori autem ipſius ſede, & in lateribus aſpera, & cæcis quibuſdam foraminulis obſita ſpectatur. quemadmodum & in poſteriori ipſius ſede, [f] ubi infima ſui parte, tanquam acuto quodam proceſſu deorſum ducitur, elatioremq́; tibiæ oſsis ſedem reſpicit: aſpera etiam, & foraminulis illis ornata eſt, quò aptiùs firmiusq́; tendinibus tibiam extendentibus innaſcatur. [g] Vniuerſa enim patella, tota ipſius amplitudine ſedeq́;, ubi lubrica cartilagine non obducitur, tendinibus illis innaſcitur, neque femori, neque tibiæ aliter quàm tendinum beneficio commiſſa. Hoc enim priuatim patella ſibi uendicat, quòd alteri oſsi ligamentorum ope non alligetur, ſed tendinibus illis genu articulum tranſcendētibus innata, & unica tantum ſuperficie ex ipſis quodammodo eminens, ad femoris os ualidiſsimè conſtringatur. Patellæ ſubſtantia in natu grandioribus impenſe dura & ſolida eſt, utcunque etiam Galenus eam extrinſecus cartilaginoſam eſſe aſſerat: ac Marinus quoque, cum alijs Anatomicorum præcipuis, eam ſeparatim cartilaginoſum

Patellæ ſitus & forma.

Qui patella femoris oſsi conne ctatur.

Patellæ ſubſtantia.

tilaginoſum os uocauerit, & ſuum quod patellis dedicauit Caput, de Cartilaginoſis oſsibus inſcripſerit. Atque iſti fortaſsis animum adhibuere tendinum cui patella innaſcitur ſubſtantiæ, quę elixa, molliuſculæ cartilaginis ſpeciem obtinet, earum partium modo, ex quibus neruoſa muſculorum capita, aut ligamenta, principium ducunt, aut in quæ eadem inſeruntur. Verùm quando patella debitè à tendinibus emundatur, aut ſola in cœmiterijs occurrit, nequaquam cartilaginea, ſed perquàm ſolida fortisq; cernitur, non quidē in hominibus tantum, ſed in bobus etiam, ouibus, & cæteris quadrupedibus: quorum etiam genu articulo rerum Opifex patellam præpoſuit, multo quàm in hominibus longiorem & anguſtiorem: quemadmodum in pleriſque auibus, inferiorum femoris capitum occaſione, latiorem & breuiorem. Creatur autem patella, quo minus promptè femur in tibiæ genu ve flexu, in anteriora luxetur. Verùm hunc patellæ uſum, quem ip ſi ſolum diſſectionum periti uidentur tribuiſſe, quis meritò ſecundarium indicabit, ſi haud ſegniter expen dat, qui hæc ualidiſsimi tendinis, cui inſeritur, robori conſulat, quoties genu impenſe flectitur, ipſeq; ideo tendo à prominente antrorſum femore premendus foret, ſi patella duritie ſua femoris impetum, durumq; contactum non ſuſciperet, innoxieq; pari uſu admitteret, quo [h] permulta ſeſamo ſemini comparata oſsi- [h] 1, 2 *fig. cap.* 25 T, V, X. & 2 *fig. cap.* 33 Ψ, Ω.

Patellæ uſus.

cula, rerum Opificem extruxiſſe innuimus.

DE PEDIS OSSIBVS. Caput XXXIII.

TREDECIM PRAESENTIS CAPITIS FIGVRARVM, & earundem characterum Index.


PRIMA figura integram dextri pedis oſſium ſtruem ſuperiori facie exprimit. Secunda, dextri quoque pedis oſſium compagem ea ſede delineatam proponit, cui ſtantes innitimur. Tertia, dextri pedis talus anteriori facie ita oculis ſubijcitur, ut ipſius ſuperior pars in conſpectum ueniat. Quarta, eiuſdem tali inferior ſedes ab anteriori facie exprimitur. Quinta, talus ab interno latere ſpectatur. Sexta, talum conſpiciendum offert, externo latere deſignatum. Septima, dextri pedis calcis os anteriori ſede ita exprimitur, ut externum ipſius latus magis quàm internum appareat. Octaua, calcis os ab interno latere oſtenditur. Nona, calcis oſſis externum latus commonſtrat, & perinde ac duæ præcedentes, ſuperiorem calcis ſedem depictam exhibet. Decima, pedis os cymbam referens anteriori facie, qua tarſi oſsibus committitur, delineatum cernitur. Vndecima, eiuſdem oſsis poſteriorem refert ſedem. Duodecima, quatuor tarſi oſsium ſimul nexorum anterior facies conſpicitur, cui pedij oſſa coarctantur. Decimatertia, quatuor tarſi oſsium poſterior facies ſpectatur, quæ calci & oſsi naui formi eſt contermina.

Γ 1, 2 *Talus.*
Δ 1, 2 *Calx.*
Θ 1, 2 *Cymbam referens os.*
1, 2, 3, 4 *His numeri characteribus in prima figura, ſecunda, duodecima & decimatertia, quatuor tarſi indicantur oſſa.*
I, II, III, IIII, V *Quinque pedij oſſa in prima figura notantur, quæ in ſecunda etiam citra characterum appoſitionem ſim t conſpicua.*
A, Z, 1, 2 *Digitorum pedis oſſa.*
A, B, C, D 3, 5, 6 *Tali tuber inferiori tibiæ oſsis appendici articulatum. ac A quidem ad B, primum huius tuberis latus indicat: C uerò ad D, ſecundum: & A ad C, tertium: B autem ad D, quartum.*
E, E 3 *Sinus dicti iam tuberis tali, ſecundum ipſius longitudinem inſculptus.*

PRIMA XXXIII. SECVNDA. capitis figura.



TERTIA. QVARTA. QVINTA. SEXTA.



SEPTIMA. OCTAVA. NONA.

Duæ

F,F 3. *Duæ tali tuberis partes, elatius quàm sinus E indicatus promi-nentes.*

G 5 *Internum tali tuberis latus, quod cartilagine incrustatum, interno malleolo committitur.*

H 6 *Tali tuberis sinus, externo ipsius lateri insinuatus, qui cartilagine similiter obductus, externum malleolum excipit.*

I 5 *Sinus tali asper, cui ligamentum cartilagineum ab interno procedens malleolo inseritur.*

K 6 *Tali sinus, cui ligamentum cartilagineum ab externo malleolo pronatum innascitur.*

L,M,5,6 *Duo sinus, quos posterior tali regio uersus internũ latus spectandos exhibet, qui deducendis reflectẽ disq; musculorum tendinibus parantur, hàc pedis inferiora subeuntibus.*

N,3,4,5,6 *Tali ceruix.*

O 3,4,5,6 *Tali caput, ossis cymbam referentis sinum subiens.*

P 7,8,9 *Calcis ossis caput, cartilagine obuolutum, & in tali sinum Q notandum ingrediens.*

Q 4 *Tali amplus sinus, calcis caput P iam indicatum admittens.*

R 7,8,9 *Calcis ossis sinus, cui inferior tali capitis sedes S iam indicanda articulatur.*

S 4 *Inferior tali capitis, quod ossi cymbam referenti articulatur, sedes, calcis sinum subiens.*

T,T 4 *Asper tali sinus, ex quo cartilaginea ligamenta calci inseruntur.*

V,V 7,8 9 *Asper calcis sinus, cui cartilaginea ligamenta ex nuper dicto tali sinu immittuntur.*

X,Y,Z 2 *Calcis ossis sedes, quæ pede in terram firmato, deorsum spectat. Verùm Y & Z in secunda, & Y in octaua, & Z in nona, priuatim huius sedis processum notant, musculis quibusdam educendis aptum, & propinquius reliqua calcis sede terræ innitentem.*

a,b 7,8,9 *Ab a ad b, superioris calcis sedis interuallum notatur, à posteriori tali regione ad posticam calcis deductum.*

c 2,8,9 *Postica calcis sedes.*

d, e 2,8 *Internum calcis latus. Verùm e priuatim sedem notat, qua tendines quidam hàc reflectuntur, pedisq; inferiora petũt.*

f,g 1,7,9 *Externum calcis latus. Verùm g separatim huius lateris regionem insinuat, cui septimi & octaui pedem mouentium musculorum tendines exporriguntur.*

h,i 7 *In septima figura, anterior calcis sedes est conspicua. & h quidem eius sedem indicat, quæ talo committitur. i uerò eã notat, quæ ossi cubum imitanti articulatur.*

k 11 *Admodum cauus ossis cymbam referentis sinus, tali caput O signatum suscipiens.*

l,m,n 10 *Anterior ossis cymbæ assimilati sedes, tres perquàm leuiter prominentes commonstrans superficies, quibus tria interiora tarsi ossa coarticulantur.*

o,p 11, et o in 10 *Superior ossis cymbam referentis sedes, qua pedis superiora spectat.*

q, r 10, & q in 11 *Inferior ossis cymbam referentis sedes, terram intuens. Verùm q priuatim huius sedis sinum indicat, quò sextus pedem mouentium musculus deducitur.*

s,t,u 13 *Tres planæ trium interiorum tarsi ossium superficies, quæ nauiculari coarticulantur ossi.*

x 13 *Ossis cubum referentis sinus, in superficie leuiterq; cælatus, quo calci id articulatur.*

α,β 12 *Ossis cubum referentis sedes, cui pedij os, anularem suffulciens digitum, & illud quod minimo præponitur, planis superficiebus coarctantur.*

γ,12,13 *Ossis cubo assimilati sedes, quæ tertio tarsi coarctatur ossi.*

δ,12,13 *Ossis cubo assimilati sedes, externum pedis spectans latus.*

ε 12,13 *Ossis cubo assimilati superficies, in pedis superiori consistens sede.*

ζ 2,13 *Ossis cubo assimilati sedes, terræ innitens.*

η 2 *Sinus ossis cubo assimilati, ad quem septimi pedem mouentium nusculi tendo reflectitur.*

θ 13 *Processus tertij tarsi ossium, cui quintus pedem mouentium musculus inseritur.*

ι 12 *Sedes intimi tarsi ossium, cui pedij os pollici præpositum articulatur.*

κ 12 *Huic secundi tarsi ossis sedi, pedij os indicem sustinens coarctatur.*

λ 12 *Huic tertij ossium tarsi sedi, os pedij articulatur, cui medius innititur.*

μ 1,2 *Ossiculum ad externum articulationis latus obuium, quo pedij os, paruo præpositum digito, ossi cubum exprimenti committitur.*

ν,ν 1,2 *Interualla, sedesq;, quibus pedij ossa inuicem debiscunt.*

ξ,ξ 1,2 *Capitula pedij ossium, sinus primorum digitorum ossium subeuntia.*

π 2 *Processus pedij ossis pollicem suffulciens, cui septimi pedem mouentis musculi tendo implantatur.*

ρ 2 *Processus pedij ossis, minimo præpositi, cui octaui pedem mouentis musculi tendo implantatur.*

σ,τ,υ 1,2 *Tria indicis ossa. Eadem ratio medij, anularis, minimiq; est.*

φ,χ 1,2 *Duo pollicis ossa.*

ψ,ω 2 *Duo ossicula, pedij ossi pollicem sustinenti suppositа, ac in sesaminorum numerum relata.*

* 2 *Ossiculum secundo pollicis internodio præpositum. Reliqua autem pedis sesamina ossicula, nullis notis insigniuimus.*

DECIMA.



VNDECIMA.



DVODECIMA.



DECIMATERTIA.



QVEM-

Quadrupedum cum hominis cruribus ac pedibus ſimilitudo.

QVEMADMODVM canes, muſtelæ, feles, cuniculi, lepores, urſi, ſimiæ, ſciuri, omniaque quadrupeda, quibus pedes in digitos finduntur, eandem cum hominibus, femoris ad coxendicis os, & femoris ad tibiam articuli ſpeciem obtinent: ita ſanè, par quoque in poſteriorum pedum oſsibus illis, & huic cernitur contextus. Quippe ſi illorum animalium pollicis conſtructionem à noſtro differre, & magis minusq; ad illum accedere, ac plures interdum pauciores ve digitos illis animalibus obtingere ſubaudias, nullo prorſus oſſe humanum pedem (cui talum, calcis os, nauiculare os, quatuor tarſi, quinque pedij, & quatuordecim digitorũ oſſa, præter non pauca ſeſamina oſsicula, [a] aſcribimus) donari ſpectabis, cui penitus ſimile, cum ſitu, tum articulatione, tum mouendi ratione, in dictis animalibus non reperias: quibus pes illic incipit, ubi Ariſtoteles proportionalem noſtro genu articulum in omnibus quadrupedibus ſtatuit. Vnde etiam liquet, quàm hoc meum de quadrupedum oſsibus paradoxum, Ariſtotelis, omniumq; (quod ſciam) philoſophorum, & inter Anatomicos facilè principis Galeni de communi animalium greſſu, in crurum flexione, extenſione, ſeſsione, ac femorum cum dorſo ductu, & corporis erectione, dogmata perturbet. Cæterùm ab hac oſsium in illis animalibus cum homine ſimilitudine, pedis oſsium ſermonem aggreſſus ſum, quò minus aliquis hic mox initiò à me requireret, quæ tot chartis in tertio de Partium uſu Galenus perſequitur. quando hominis pedem (qui alioquin breuiſsimus eſt) quadrupedum pede longiorem eſſe ſcribit, adeoq; diffuſe hominem in oſsium compoſitione ab alijs animalibus diſtinguit: ac demum tam ſolicitè, cur homo erigatur, ſedeatque, ratiocinatur, in Pindaro irridendo magis, quàm ſpectandis oſsibus occupatus. Arbitror itaque, ſtudioſos poſthac hominum & quadrupedum, & auium quoque oſſa inuicem collaturos, ac quo nam pacto nos quatuor ueluti cruribus innixi progrediamur, quaq; ratione felis aut canis (ne quid de ſimijs & ſciuris & currentibus leporibus dicam) ſedeat, aut erectus parieti innitatur, ac denique ſingula ſeorſim, in quo conueniant aut diſcrepent, indagaturos: ut deinceps placita tantorum uirorum adeò latè pertractata, rectiùs euoluant: tandemq; admoniti agnoſcant, quàm manifeſtò huiuſmodi oſsium ſimilitudo illa redarguat.

Lib. de Communi animaliũ greſſu.

Libr. 3. de Vſu part.

Tali ſitus, ac ipſius cum tibiæ oſſe et fibula articulationis ratio.

Hominis itaque [b] talus (qui forma canum, urſorum, ſimiliumq; animalium, quibus pedes in digitos diuiduntur: & dein ſolipedum fere, non autem biſulcorum talo reſpondet, & ἀστράγαλος & ἄρθρος Græcis appellatur) ſub tibiæ oſſe & fibula continetur, magna ſui ſede ab illorum oſsium appendicibus, ut ſuprà retuli, comprehenſus. Elatior enim tali pars, quæ ſurſum, quoties totus pes terræ innititur, ſpectat, inſigni admodum prominet [c] tubere, lubrica cartilagine incruſtato, ac denique inuerſæ in baliſta, ut uocamus, nuci, aut quartæ rotulæ cuiuſdam parti non abſimili. Eſt namque hoc tali tuber rotulæ illius partis modo orbiculare ac læue, & quatuor lateribus ſeu coſtis terminatum. ac [d] prima quidem & [e] ſecunda ad tuberis latera ſecundùm ipſius longitudinem ueluti in orbem ducuntur: [f] tertia ſecundùm anteriorem tuberis terminum, [g] quarta autem ſecundùm poſteriorem feruntur. adeò ut hoc tali tuber quadrangulare quodam modo ſit, ob idq; etiam Græcis τέτρωρον, Latinis autem quatrio appelletur. Neque uerò coſtis illis duntaxat præſens tuber quartæ illi rotulæ parti correſpondet: ſed rotulæ etiam, ad quam funis reflectitur, modo, [h] ſinu quodam in ipſius medio donatur, qui leuiter admodum cælatus, ad latera [i] utrinque magis protuberat, illi [k] ſedi exactiſsimè conueniens, quam in ima tibiæ oſsis appendicis ſede talo excipiendo paratã ſcripſimus. Cæterùm hoc tali tuber, non ſuperiori ſua tantùm ſede, illi rotulæ parti aſsimilatur, uerùm uti rotulæ latera, quibus ipſa ueluti in furcula, aut ut alijs placet, in trochlea, ſuffulcitur, detrita & læuia, unctaq; uiſuntur: ita quoq; tali tuber ad latera, quibus malleolos contingit, cõprimitur, læuiq; cartilagine incruſtatum cernitur, quamuis non pari modo utrinque. In interno ſiquidem latere, [l] parua amplitudine & ſuperficietenus tantum comprimitur, quòd ſcilicet inferioris tibiæ oſsis appẽdicis proceſſus, interiorem malleolum conſtituens, & hoc tali latus comprehendens, non admodum amplo [m] ſpacio, læui cartilagine incruſtetur. Externum uerò tali tuberis latus [n] ampliter ſinuatum, & maiori interuallo cartilagine incruſtatum apparet, ut aptam ſedem conſtituat, cui [o] internum exterioris malleoli latus concinnè congruat, [p] qui magis deorſum, quàm interior malleolus, exporrigitur. Vniuerſo itaque hoc tali cum tibiæ oſſe & fibula articulo, & mutuo ueluti ingreſſu, talus flectitur & extenditur, abſque omni ferè in latera motu: quo etiã canes tanto magis deſtituuntur, quanto illorum tali tuber profundiore quàm in homine ſecundum ipſius longitudinem exculpitur ſinu, magisq; mutuo ingreſſu tibiæ coarctatur. Quemadmodum uerò externum interioris malleoli latus aſperum [q] ſinum obtinere diximus, ex quo [r] ligamentum cartilagineum, talum tibiæ oſsi colligans, pronaſcitur: ita quoque eius ligamenti recipiendi gratia internum tali latus aſpero [s] ſinu inſculpitur, perinde ac externum quoque tali latus [t] cælatur, ut [u] ligamentum admittat, ab interno exterioris malleoli latere eductum. Huiuſmodi quoque ligamentorum ratione, poſterior tali ſedes, ad deſcripti iam tuberis [x] radicem conſiſtens, aſpera eſt, ut inibi ligaměta exciperet, à tibia principium ducentia, & rurſus alia in calcem porrigeret. At præter eiuſmodi aſperitatem, poſterior quoq; tali ſedes, [y] ſinus oſtendit, muſculorum tendinibus, qui hàc pedis inferiora ſubeunt, uehendis parati. [z] Deſcendunt autem hàc tendo quinti pedem mouentium muſculi, & muſculi ſecundum pollicis os flectentis, & illius tendo, qui tertia quatuor digitorum oſſa inflectit. Ab anteriore tali ſede, idq; magis ab interno huius ſedis latere, oblonga producitur [a] ceruix, quæ aliquouſque progreſſa, in [b] caput rotundum, lubricaq; cartilagine incruſtatum deſinit, quod nauicularis oſsis alto [c] ſinui inarticulatur, contextum efformans, cuius beneficio pedem modicè obſcuroq; motu in latera agi circumduciq; arbitramur. Inferior tali pars, duplici articulo calcis oſsi articulatur, illiq; totus inſternitur. ac unus quidem in poſteriori conſiſtit regione, ubi calcis os amplo latoq; prominet [d] capite, amplum profundumq; tali [e] ſinum ingrediente. Alter uerò anterior eſt, ac uerſus internum pedis latus uergens, ſecus quàm poſterior ſe habet. Calcis enim os hic oblongo [f] ſinu exculpitur,

Sinus tali, quibus à tibiæ oſſe et fibula ligamẽta aſſumit.

Sinus, quibus tendines deducit.

Tali cum oſſe cymbam referente articulus.

Tali ad calcem contextus.

a *quicquid 1 & 2 fig. continent.*

b *1, 2 fig. Γ. et totæ 3, 4, 5, 6 figuræ, ac integrarũ Ω. ad Φ & Ψ. dein ad a et b.*
c *3, 5, 6 fi. A, B, C, D.*
d *3, 5, 6 fi. ab A ad B.*
e *3, 5, 6 fi. à C ad D.*
f *earũdem fig. ab A ad C.*
g *earũdem fi. à B ad D.*
h *3 fi. E, E.*
i *3 fi. F, F.*
k *9, 10 fi. ca. 31 d, e, f.*
l *5 fig. G.*
m *9 fi. ca. 31 g.*
n *6 fig. H.*
o *9, 11 fi. cap. 31 h.*
p *Confer 1 figuræ cap. 31 E cũ Φ.*
q *4, 10 fi. cap. 31 k.*
r *fig. cap. 1 lib. 2 f.*
s *5 fig. I.*
t *6 fig. K.*
u *fig. ca. 1 lib. 2 g.*
x *poſt B, D fig. 5.*
y *5, 6 fi L, M. aut 15 muſc. tabu. charact. 1, 2, 3.*
z *eiuſdem tab. D, E. O, P muſculos notant.*
a *3, 4, 5, 6 fig. N.*
b *earũdem fig. O.*
c *11 fig. k.*
d *7, 8, 9 figur. P.*
e *4 fig. Q.*
f *7, 8, 9 figur. R.*

exculpitur,qui cartilagine incruſtatus, g humiliorem & tranſuerſim oblongo læuiq́; tubere gibboſam ta li h capitis ſedem excipit,quod nauiculari oſsi inarticulatur.In horum articulorum medio, i talus & k calx pariter exaſperantur,profundosq́; obtinent ſinus,ex quibus cartilaginea pronaſcuntur ligamenta,talum calci ualidiſsimè connectentia.Atque iſti aſperi horum oſsium ſinus adeò altè cælantur, ut in emundatis oſsibus,& poſtmodum inuicem commiſsis,magnum inter talum calcemq́; inibi pateat interuallum, in uiuentibus cartilaginoſis illis ligamentis oppletum:quæ adeò pertinaciter talum calci colligant, ut uix tantillum is ſupra calcem moueatur,ſuaq́; inferiori ſede tam ſit immobilis, ut ſuperiori, qua tibiæ articulatur,occurrit uerſatilis.Talus,quum pari undique propemodum indigeat robore, neque muſculorum inſertionem excipiat,neque ijſdem principium offerat,nulla donatur appendice : quemadmodum & ſi magnum ſit os,nec ſinu quopiam amplo,quo medullam aſſeruet.adeò ut in tanto ſuæ imaginis formæ ve diſcrimine,intus duntaxat rarus fungoſusq́; ſpectetur,inibiq́; ſolidiſsimus denſiſsimusq́; euadat, ubi proceſſus conſtituendis articulis aptos exerit.

Sinus inter tali cum calce commiſſuras apparẽs.

l Calcis os,Græcis πόρνα nuncupatum, omnium pedis oſsium facilè maximum eſt, ac ſimili ferè cum talo conſtat ſubſtantia, m eaq́; parte, qua ingredimur,non omnino teres ſpectatur:uerùm tutæ baſis, ſtabilitatisq́; gratia,nonnihil latiuſculum,& quorundam muſculorum occaſione aſperum & inæquale.Primùm enim in inferiori ipſius ſede tranſuerſim iuxta poſteriora deorſum prominet, ac aſperum educit n proceſſum, à cuius anteriori ſede o muſculus principium ducit, qui quatuor pedis digitorum ſecundum os flectit.Dein illic p muſculoſa ſubſtantia enaſcitur,quaternas producens particulas, quibus quatuor digitos pollici adducimus. Horum enim muſculorum educendi gratia,hæc inferior calcis ſedes, latior & inæqualis eſt,& proceſſus ille ob hoc prominet,terræq́; propinquiùs quàm reliquum calcis corpus accedit,quo minus ſcilicet illorum muſculorum capita inter calcandum comprimantur.Superior calcis ſedes, q à poſteriori tali parte ad poſticam uſque ipſius calcis regionem pertinẽs,teretis corporis ſpeciem refert, priuatim nihil præter exiguam aſperitatem, in quam tibiæ oſsis & tali ligamenta inſeruntur,commonſtrans, & à muſculorum exortu & inſertione & articulatione libera.Poſterior autem hæc calcis regio,extra tibiæ oſsis rectitudinem admodum,in hoc retrorſum educitur,ut tibia opportunè inſtar perpendicularis lineæ in pede, tanquam in alia linea tranſuerſim ducta,ſuffulciatur,utq́; totius corporis robuſtiſsimus r tendo s poſteriori calcis parti inſeratur.Huic enim depreſſæ,& utcunque aſperæ parti (quę in pueris appendice conſtat) tendo implantatur,ex primo,ſecundo & quarto pedem mouentibus muſculis conflatus.In quadrupedibus autem,ut canibus,ouibus,& equis,poſterior hęc calcis oſsis pars ex abundanti ſinum quendam oblongum ſibi uendicat,quo tendo is tutò uehitur,qui in illis ſecus ac in homine latum tendinem plantę cuti ſubnatum procreat.Cęterùm calcis laterum,quę ampliter ſunt depreſſa,lataq́;, t internum latus læue, & inſigniter ſinuatum conſpicitur,ut aptam conſtituat ſedem muſculorum tendinibus, hàc pedis inferiora petentibus,tutiſsimoq́; reflexis.Deducuntur uerò ad internum hoc latus, præter præcipuam pedis inferiora petentem u uenam,& x arteriam,& y neruum, z tendo quinti pedem mouentis muſculi, & a tendines duorum muſculorum,qui ultimos pedis digitorum flectunt articulos.Hi tendines potiſsimum ad poſteriorem proceſſus calcis ſedem conuoluuntur,cui Natura b ſinum inſculpſit, tali caput excipientem,& anteriorem tali cum calce articulum conſtituentem.adeò ut is proceſſus,in internum pedis latus protuberans,internum calcis latus impenſe cauum efficiat,unà hic opem ferente c interno poſterioris calcis ſedis latere:quod ideo inſignius ad pedis interiora prominet,ut d muſculus ab illo enaſcatur, cuius beneficio pollicem introrſum à cæteris digitis abducimus.Externum autem calcis e latus non ſinuatur,ſed aſperum & inæquale,ac excarne eſt,ſi modò humiliorem ipſius f ſedem exceperis,quæ g muſculum educit, paruum digitum à cæteris digitis in externum latus abducentem. Deinde anterior huius lateris h ſedes, aliqua ex parte læuis,modiceq́; admodum in ſuperficie ſinuata cernitur,tendinibus cedens ſeptimi & octaui i muſculorum pedem mouentium, qui ad poſteriorem k externi malleoli ſedem reflexi, ſecundum hanc calcis regionem porriguntur.Cæterùm calcis anteriorum partium, l ea quæ è regione magni digiti habetur,& proceſſus modo in internum calcis latus excedit,talo,quemadmodum antea diximus, articulatur,nulli interim alteri oſsi contigua.At m pars minimo digito ſitu reſpondens, in anteriori ſua facie læuis eſt,& lubrica cartilagine incruſtatur,depreſſo amploq́; prominens capite, quod oſsis teſſeram imitantis n ſinui coarticulatur:qui ſimiliter lubrica obductus cartilagine,ſuperficietenus duntaxat inſculpitur,ea articuli ſpecie calci commiſſus,quam planis ueluti ſuperficiebus fieri dicimus.

CALCIS *oſsis ſedes terram ſpectans.*

Superior calcis ſedes, extra tibiæ rectitudinem retrorſum ducta.

Internum calcis latus quale.

Externum latus.

Anterior calcis pars.

o Nauiculare os,poſteriori ſede admodum p profundo,& tranſuerſim oblongo, q caputq́; tali (uti ſuprà diximus) excipiente,donatur ſinu:inde etiam à cymbæ,ſeu ſcaphæ imagine,σκαφοειδὲς nũcupatum. Anterior ipſius ſedes,lubrica quoque cartilagine incruſtatur,& tres admodum leuiter prominentes commonſtrat r ſuperficies,tribus tarſi s oſsibus,quæ ipſi articulantur,paratas,adeoq́; modicè protuberantes, ut num ſinus,num capita ſint,penè dijudciare nequeas.Harum ſuperficierum intima, & interno pedis lateri proxima,reliquis duabus amplior eſt:& inſigniùs quàm illæ ideo prominet, quòd tarſi os ipſi coarticulatum,maius & amplius ſit,& profundiùs quoque ſinuetur alijs duobus tarſi oſsibus, quæ reliquis duabus ſuperficiebus committuntur.Læues has,adeoq́; obſcurè protuberantes ſuperficies,diſſectionum periti, à planarum cubi teſſeræ ve ſuperficierum imagine,cubos uocant,quum tria tarſi oſſa cubis eius oſsis quod cymbam refert,coarctari docent.Superior huius oſsis t ſedes,gibba,& quodammodo rotulæ modo ſecũdùm tranſuerſum orbicularis eſt,eam obtinens figuram,quæ pedi hac in ſede fuit optima,iniurijsq́; ferendis pertinacior.Atque hæc ſedes uniuerſa nonnihil aſpera eſt,quò fœlicius ligamenta educat, id os talo & tarſi oſsibus connectentia.Inferior oſsis cymbę ſimilis u ſedes utcunque ſima & anguſta uiſitur, ut hac parte cauitatem

OSSIS *cymbam referentis ſimus.*

Anterior oſsis ſedes, & tres ipſius planæ ſuperficies.

Superior ſedes.

Inferior.

g 4 *fig.* S.
h 4 *fig.* O.
i 4 *fi.* T,T.
k 7,8,9 *fi.* V, V.
l 1,2 *fi.* Δ. *et tota* 7,8, 9 *fi. integrarum autem* 2,3 *fig. a.*
m 2 *fi.* X, Y, Z.
n 2 *fig.* Y, Z. *& 8 fig.* Y. 9 *autem figura* Z.
o 14 *muſ. tab.* Θ.
p 14 *muſ. tab.* λ,μ. *et* 15 *tab.* N.
q 7,8,9 *fi. ab a ad b.*
r 13 *muſc. tabu.* λ. *aut* 14 *tab. tendo ex n, o,* q *cõflatus.*
s 2,8,9 *fi.* c.
t 2, 8 *fi. d, e. ac e ſinuatam indicat ſedem.*
u *ultimæ libri* 3 *fi.* δ.
x *ultimæ libri* 4 *fig.* ω.
y 14 *muſ. tab.* η.
z 14 *tab.* ε,π.
a 7,8,9 *fi.* R.
b 2,8 *fi.* Y.
c 6 *muſc. tab.* χ.
d 1,7,9 *fi.* f,g.
e 2,9 *fi.* Z.
f 2 *muſ. tab.* Π. *et* 14 *tab.* ſ.
g 1,7,9 *fi.* g.
h 6 *muſ. tab.* Φ. *dein* Ψ.
i 6 *tab.* ω.
k 7 *fig.* h.
l 7,9 *fi.* i.
m 13 *fi.* x.
n 1,2 *fi.* Θ. *& tota* 10 *& tota* 11 *fi. integrarũ autem b cũ* Ω, *& d, e, f.*
o 11 *fi.* k.
p 3,4 *fi.* O.
q 10 *fig.* l, m, μ.
r 1, 2, 12, 13 *fi. character.* 1, 2, 3.
s 11 *fi.* o, p. *& tota* 10 *fi.* o.
t 10 *fi.* q, r. *& tota* 11 *fi.* q.
u 10 *fi.* q, r. *& tota* 11 *fi.* q.

uitatem pedi magnopere necessariam adaugeat. Verùm hæc ossis pars, superiori parte asperior ac inæqualior cernitur: quòd hinc ualidiora ligamenta, quàm ex superiori enasci debuerint. Præterea inferior hæc sedes iuxta internum ipsius latus, [x] sinum obtinet, ad quem sexti pedem mouentis [y] musculi tendo apposititiè reflectitur. Nauiculari itaque ossi, ut neque etiam calci, neque talo, in manu nullum proportionale os consistit. quæ autem adhuc in pede recensenda supersunt, manus partibus aliqua ex parte correspondent: cuiusmodi tarsi sunt ossa, brachialis ossibus conferenda.

Quibus pedis ossibus ī manu nullum respondeat.

TARSVS. Vocatur autem Græcis ταρσός, quatuor pedis [z] ossium series: quorum tria nauiculari coarctantur, quartum uerò calci. quamuis interim Græci subinde tarsi nomen, quo etiam remorum in nauibus seriem, & palpebrarum cartilagines exprimunt, non his solum ossibus accommodent, uerùm uniuersam pedis superiorem partem eo nomine plerunque intelligant: uti Galenus in libris de Administrandis sectionibus perpetuò facit, tendines, & uenas, & arterias, neruosq; secundùm tarsum ferri scribens, quæ per pedis superiora exporriguntur, digitosq; accedunt. Latinorum quamplurimi hanc ossium structuram, plantam nuncupant: uerùm quando plantæ nomen latiùs patet, non ineptè tarsi nomine, dum aptius sese offerat, mihi utendum duxi. Tarsi igitur ad [a] brachiale constructionis proportio non est obscura: ex quatuor enim ossibus tarsus, ex duplicatis autem brachiale constituitur. Ex pluribus namq; & minoribus particulis apprehendēdi organum componi debuit: ex grandioribus uerò, paucioribusq;, ambulandi instrumentum. Tria tarsi ossium interiora, planis quodammodo [b] superficiebus nauiculari ossi coarctata, proprio carent nomine: at nonnullis simul omnia χαλκοειδῆ appellantur. Quartum autem, extrinsecus situm, à cubi seu tesseræ forma (quum quasi sex habeat latera) κυβοειδὲς uocatum est. Atque unum ipsius [c] latus posterius est, quod [d] calci committitur: [e] secundum anterius, quo continua superficie duobus pedij [f] ossibus coarctari docebitur. g tertium interius est, quo ipsi proximo tarsi ossi coarticulatur. [h] quartum pedis exterius respicit latus, uixque lateris nomen meretur, quum admodum obscurè planum sit. [i] quintum superius est, nulli etiam nexum ossi, sed pedis superiora spectans. [k] sextum terram respicit, nulli similiter ossi commissum, cæterisq; lateribus longè inæqualius, & priuatim oblongo quodam [l] sinu donatum, ad quem maxima Naturæ solertia, septimi pedem mouentis [m] musculi tendo reuoluitur. Quia uerò aliquot huius ossis latera ad eum modum obscura & inæqualia sunt, quodq; os non ad amussim tesserę imagini accedit, Arabes ab inæquali effigie, & quadam grandinis imagine, id grandinosum appellarunt. Alij rursus à multiplici forma illi idē nomen cum cuneum referente capitis [n] osse indiderunt, id πολύμορφον uocantes. Hoc tarsi os (uti & antea monuimus) calci coarticulatur, terræq; innititur: reliqua autem tria simul cum nauiculari sursum à terra subleuantur, ut pedem hac sede cauum altumq; constituant. [o] Tarsi ossa quantitate & figura inter se discrepant, nec superiori nec inferiori parte æqualiter porriguntur. Os enim cubum referens, & primum os, quod interius pedis latus occupat, duobus quæ in medio habentur, multo maiora sunt. atque illorum duorum rursus grandius est, quod cubum referenti nectitur: quemadmodum & cubum referens, intimo ossi grandius cernitur. Quinetiam os cubum referens, posteriùs, ad calcem scilicet, uergit: intimum uerò os antrorsum uersus pollicem multo magis, quàm cætera, eminet. Ex medijs, quod intimo ossi proximum est, breue occurrit, non adeò antrorsum, atque id quod cubum referenti committitur, productum. Omnia simul iuncta, superiorem eorum superficiem gibbam arcuatamq; efformant, inferiorem uerò cauam, simam ue: quemadmodum & pedi ex usu esse, nemo non nouit. Duo media cunei accedunt imagini. quà enim pedis superiora spectant, lata arcuataq; nonnihil sunt: quà uerò plantam constituunt, non secus acuta uisuntur, quàm si cuneorum ritu inter intimum & extimum tarsi ossa ipsa inijcerentur. Deinde tarsi os, ossi cubo simili coarctatum, priuatim acutius & demissius in pedis inferiora porrigitur, quàm secundum tarsi os, intimo commissum, quòd ipsius huc deducto [p] processui tendo quinti pedem mouentis [q] musculi ualidissimè inseratur. Tarsi ossa, ubi lateribus inuicem committuntur, tota connexus amplitudine, læui lubricaq; cartilagine non obducuntur, sed duntaxat in posteriori laterum sede, ossi cymbam referenti proxima: quippe in reliqua parte nonnihil mutuò distant, cartilaginosorum ligamentorum interuentu inuicem copulata. Hæc omnia appendicibus destituuntur, & perinde ac nauiculare quoque os, substantia tali extruuntur.

Tria tarsi ossa interiora.

Quartum & extimū ea.

Tarsi ossiū formam & quantitatē uariam esse

PEDII *historia.* Tarsum subsequitur pedis [r] pars, quam Hippocrates à costarum in pectore fortassis serie σῆθος, alij uerò Græci μέσον, Latini plantam, & nonnulli pecten, uestigiumq; appellant. Cæterùm quum illæ Latinorum uoces in musculorum narratione, & in uasorum neruorumq; descriptionibus plurimum obscuritatis (si modò illis uteremur) adferrent: conduxerit profectò, hic quoq; à Græcis nomen mutuare. est enim & planum (quo nomine alij μέσον uertunt) in hac significatione, qua pedis partem significat, penè inauditum.

Pediū quinque ossibus constare.

Pedien igitur, manus [s] postbrachiali respondet: uerùm quinq; ossibus, nō autem quatuor, ut postbrachiale, conformatur. In manu namq; pollicem reliquis digitis opponi decebat, atq; hac ratione primum ipsius os brachiali, articulo laxiore, quàm quatuor postbrachialis ossa, alligatur. quare etiam primum pollicis os digitis, non autem postbrachiali, Galenum secuti, ascripsimus, pollici perinde ac cæteris digitis tria ossa tribuentes. Quinq; uerò pedij ossa, quæ tota substantia & sinu longo medullam complectente, postbrachialis ossibus respondent, [t] tarsi ossibus planis, ijsq; læuibus superficiebus una serie cōmittuntur. Pes enim, quum ambulandi sit organū, stabilitatis securitas illi maximè conuenit, quę in uno ordine locatis indiget, non solum quidem pedij, uerùm etiam & digitorum ossibus. Pedij itaq; os, pollici præpositum, intimo tarsi committitur ossi: quod indicem suffulcit, secundo: quod medium sustinet, tertio ossi coarticulatur. duo autem reliqua, ossi cubum referenti attexuntur: [u] perinde ac octauo brachialis ossi ea postbrachialis ossa committi proditum est, quibus anularis & medius innituntur. Et quemadmodum articuli, quo postbrachialis os, minimum digitum sustinens, brachiali nectitur, externo lateri [x] ossiculum quoddam apponi diximus:

Pedij ad tarsum coarticulatio.

x 10, 11 *fig. q. y 5 musc. tab. Ψ.*

z 1, 2, 12, 13 *fi. charac. 1, 2, 3, 4. integrarum fi. d, e, f, g ad b, c. & b, h.*

a *figurarū 25 cap. ī charac. 1 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.*

b 13 *fi. s, t, u.*

c 13 *fi. x.*

d 7 *fig. i.*

e 12 *fi. α, β*

f 1 *figur. IIII, V.*

g 12, 13 *fi. γ.*

h 12, 13 *fi. δ.*

i 12, 13 *fi. ε.*

k 2 *fi. ζ, η.*

l 13 *fig. ζ.*

m 13 *musc. tab. V, X.*

n 8 *fi. cap. 6.*

o *Confer inuicem tarsi ossa prime fi. cū 2. & rursus duodecimæ cum 13 figuræ ossib.*

p 3 *fig. θ.*

q 15 *musc. tabu. D, E. deinde c, d.*

r 1 *fig. I, II, III, IIII, V. integrarū uerò fig. h, h ad d, e, f, g, ac i, i.*

s 1, 2 *fig. ca. 25 I, II, III, IIII.*

t *Sedes in tarso seriatim notantur ι, κ, λ, α, β.*

u 2 *fi. cap. 25 charac. III, IIII, ad 8.*

x 1, 2 *fig. cap. 25 N.*

y 1,2 *fi. μ.* mus:ita etiam non rarò in pede [y] oſsiculum uiſitur,ad externum latus articuli poſitum,quo quintum pedij os cubiformi oſsi articulatur. Porrò quemadmodum tarſi oſſa non eadem linea anteriori parte finiunt, ſic etiam pedij oſsium aliud alio magis in poſteriora porrigitur. Pedij oſſa illic, ubi tarſo commituntur, lateribus ſibi proxima craſſaq; ſunt, & aliqua ex parte planis læuibusq; ſuperficiebus inuicem coarctantur.

z 1,2 *fig. γ,γ.* Quà autem à tarſo ad digitos abſcedunt,tenuiora fiunt,atq; in illorum medio [z] interualla efformant, qui

Pedij oſſiũ interualla.

a 15 *muſ. tab. L.* bus [a] muſculoſa reponitur ſubſtantia, cuius auxilio primi digitorum articuli flectuntur. Atque ut pedij oſſa illi ſubſtantię aptiorem ſedem porrigant, non adeò acuta tenuiaq; ſuperiori parte, atq; ea quæ ter-

b 1 *ſi. cap.* 27 C. *dein* D. *ac inſuper illinc digitorum reliquam pe- te articulationem.* ram ſpectant,uiſuntur. Vbi autem digitis articulantur, omni ex parte poſtbrachialis [b] oſsibus reſpondent, & appendice donata, in unicum [c] caput deſinunt, ſinum primi digitorum oſsis ſubiens. Pedij os, pollici præpoſitum,quod cæterorum omnium craſsiſsimum eſt,& caput magis quàm reliqua orbiculatum(ut pollex in latera magis quàm reliqui digiti moueretur) poſsidet, ea parte qua tarſo articulatur, in inferiori ipſius ſede terræ contermina, [d] proceſſum exerit, cui ſeptimus pedem mouentium [e] muſculus inſeritur. Et ſimili etiam occaſione pedij os,minimum ſuffulciens digitum,quà tarſo articulatur,inſignem commonſtrat [f] proceſſum, in externum pedis latus excedentem, in quem octaui pedem mouentium [g] maſculi tendo inſeritur.

Pedij ad digitos articulatio.

c 1,2 *ſi. ξ. ξ.*

d 2 *ſi. ϖ.*

e 15 *muſ. tab. V,X. dein Y.*

f 2 *ſi. p.*

g 15 *muſ. tab. a, dein b.*

Pedij oſſa, [h] digiti ſubſequuntur,qui externis [i] oſsibus omnes ad eorum quæ in manu ſunt,ſimilitudinem extructis conſtant: pollice tantum excepto, qui inter alios duplici tantum [k] oſſe extruitur, ut anterior cauitatis pedis ſedes firmius terræ innitatur. Cuiuſmodi uerò pedis digitorum articulis, [l] oſsicula ſeſamo ſemini comparata adiocentur, ſimul cum manus oſsiculis iam antea recenſuimus, quòd eadem propemodum in iſtis pedum manuumq; ſit ratio. Cæterùm illis ſecluſis oſsiculis,pedem à manu uno oſſe uinci ſuperari ve manifeſtum eſt. hæc enim uigintiſeptem efformatur oſsibus:octo nimirum brachialis,quatuor poſtbrachialis, & quindecim digitorum. Pes autem uigintiſex tantum donatur oſsibus: calce nimirũ, talo, nauiculari oſſe,quatuor tarſi oſsibus,quinq; pedij, & quatuordecim digitorum. Atq; id Galeni nomine hic addendum duxi, qui in ſecundo libro Commentariorum in Hippocratis librum de Fracturis(ubi is inquit, hominis pedem multis ac paruis oſsibus non ſecus ac manum efformari) ſcribit, pedi non aliter quàm manui uigintiſeptem adeſſe oſſa:parum mehercule perpendẽs, ſe bis cubum imitans os enumerare:aut præter id os, alia quatuor tarſi recenſere. quemadmodum ſanè facit eodem in libro, quum quatuor tarſi oſſa cubum referenti oſsi, & illi quod cymbæ aſsimilatur,articulari (ſed parum profectò anatomicè) tradit. Cæterùm nunc tempeſtiuum erit,ungues, & quæ adhuc reliquæ ſunt, cartilagines recenſere: ſi modò omnia quæ corpus firmant,ſuſtinentq;, hoc libro, uti inſtitutum fuit, abſoluenda ueniunt.

PEDIS *digiti.*

Pedem à manu uno oſſe. contra Galeni placitum, ſuperari.

h 1,2 *ſi. Λ, Ξ. integrarum autem i,i ad b,b.*

i 1,2 *ſi. ς, τ,υ.*

k 1,2 *fig. φ,χ.*

l 2 *ſi. ψ,ω, ϡ, ſub ς,& iuxta ξ.*

DE VNGVIBVS. CAPVT XXXIIII.



HIS duabus figuris unguem ita expreſsimus, quemadmodum conſpici ſolet, quum à manu ad ſceleti præparationem cocta,aut pede,diuellitur. Ac dextra quidem figura,internam unguis regionem,ſeu cauum ipſius denotat, altera interim unguis gibbum oſtendente. Cæterùm A hic unguis ſedes indicatur, ante conſectionem apparens. B uerò ſedes inſignitur, quæ mollis eſt,nullibiq; detegitur, ac ueluti radix unguis cenſenda uenit.

MANVVM pedumq; digiti unguibus decorantur, ut ipſis firmamenti uice ſint. Digiti enim ſuis partibus carneis,quibus in extremo donantur, mollia duntaxat corpora apprehendunt. Dura autem,& propter hoc carnis naturam pellentia,uiolenterq; à ſe cogentia, digiti ſine unguium adminiculo nequeunt amplecti. Ipſorum enim caro, quam poſtea ueluti duriuſculam quandam adipem cuti ſubſtratam eſſe docebimus, tunc reflectitur, ſubuertiturq;, ob id firmamento indigens. Quinetiam pleraq; dein commoda ex unguibus homini accedunt,ſi quando radere quid,aut ſcalpere, aut uellicare, aut excoriare, aut euellere oporteat. Summus rerum Opifex iuſtiſsimè unguium (qui & munimenta & propugnacula digitorum cẽſentur) duritiem effinxit. Si enim duriores quàm nunc ſunt, inſtar oſsis cuiuſdam procrearentur, ita quidem ad apprehendendum magis eſſent idonei, ut qui ne minimum reflecti reclinariq; poſſent: at rumperentur promptiſsimè, non ſecus quàm alia, quæ dura fragiliq; conſtant temperie. Itaque ſecuritati ſimul & robori prouidens, illos mediocriter duros extruxit: ut neque uſui, cuius gratia creati ſunt, quicquam incommodaret: neque ipſi (quòd ſua mollitie extrinſecus incidentium uim, cartilaginum ritu, exoluere poſſunt)leui quaq; occaſione afficiantur. Ob eandem hanc cauſam gibba conſtant ſuperficie, quòd hac figura iniurijs reſiſtendis melius comparentur. Quò minus uerò ſuſpenſi uacillent,ligamento quodam extremi digitorum oſsi iuxta ſuum articulum radici, eorum ſuperiori termino colligantur. Quoniam autem carni cutiq; illos connaſci operæprecium fuit, hæc extrinſecus uniuerſæ unguium radici circundatur, illa interius uſquequaq; ipſis ſubnaſcitur. In unguiũ radicem, nõ modò arteriam, uenamq;, ſed etiam neruum porrigi,Galenus atteſtatur:ipſosq; ex his ſenſum,uitã & alimentum,aliarum partium modo,aſſumere ſcribit. Scio quidem,non ſolum duos [a] neruulos ad unguium uſque radicem ferri, ſed eoſdem cum [b] uenis ſub unguibus quoq; ad digiti ſummum repere. ungues autem ſenſus omnis interim expertes eſſe arbitror. Ac proinde non leuiter illorum,qui ungues ex oſsis,nerui,cutis (quidam & carnis addunt)concretione gigni cenſent, ſententiæ accedo. Quòd uerò uenæ, arteriæ & nerui, quemadmodum in hortis alueoli, in unguibus non diſpenſentur, uel hinc conſtat, quòd pilorum modo ab radice procedentes augeantur.

Cur digiti unguibus donati.

Vnguium naturam eſſe iuſtam.

Vnguium nexus.

Libr. 2. de Admi. diſſ.

a *manus 2 figuræ cap. 11 lib. 4.*

b *manus figuræ cap. 6 lib. 3.*

Satius enim erat,& hos pilorum ritu semper renouari,atque quum indies atterantur, nunquam non incrementum admittere, quod potius in longum, quàm latum & profundum assumunt.

DE PALPEBRARVM CARTILAGINIBVS. Caput XXXV.

HAC figura superioris inferiorisq; palpebræ cartilaginem à reliquis partibus liberam delineauimus.



VTRIQVE palpebræ,tam inferiori,quàm superiori,una contigit cartilago,utcunq; mollis & longa: in palpebrarumq; extremo, quà illæ inuicem conniuent, inter cutem & membranulam palpebras intus succingentem, reposita. Huic cartilagini, palpebrarum pili (quos cilia uocãt)infiguntur,in illaq;,tanquam in durius quoddam solum,inserti erigũtur.Ideo enim cartilagines hæ (quas ab illa pilorum serie,remorumq; in longis nauibus, seu galeris,similitudine,ταρσοὺς uocamus)potissimum creantur,ut pilos illos erectos,neque cæterorum pilorum modo flaccidos dependentesq; contineãt. Dein superior etiam creatur,ut [a] musculorum suam palpebram mouentium implantationi, & opportuno palpebræ motui subseruiat: quemadmodum in secundo libro,eorum musculorum naturam explicantes,non obiter docebimus.

a *fi.ca.10 lib.2 A, b, c, D, e. & 3 musc. tab. c, D.*

DE AVRIS CARTILAGINE. Caput XXXVI.


QVONIAM auris cartilago à cute,qua obducitur, exquisitè libera, auris totius formam (ablata interim eius pinnula) exprimit, illam hic non delineauimus.

VIS potissimum auris in excipiendis aeris conuolutionibus gyrisq; usus censeatur, quibusq; nominibus auris sedes donentur,in auditus organi constructionis sermone, libro septimo exequendum est. Hic autem obiter auris recensenda uenit cartilago, quæ auris formam referens,in hoc formatur, ut cute uestita, auris corpus instar uanni constituat, idemq; commodè sustineat,& erectum seruet. Est autem hæc cartilago mollis & tenuis, tanto semper à capitis osse uersus auris extrema euadens mollior, quanto auris orbiculo propius accedit, & quo minus sustinere aliquid debet.Ac proinde etiam in auris pinnula, huius cartilaginis nulla exporrigitur portio,quod scilicet hanc propendentem,neq; erigi neq; suffulciri oporteat.Ad temporis igitur os hæc cartilago durior sentitur,& ut firmiori radice hæreat,crassior. enascitur enim in orbiculo [a] foraminis auditus meatui in temporis osse cælati: cuius circumferentia ideo exasperatur,ut promptius auris cartilaginem educat.Quamobrem uerò Natura ex huiusmodi cartilagine aurem constituerit, non uerò osseam aliquam substantiam ipsi indiderit, in secundo Capite executus sum: quum Naturam tanta prouidentia cartilaginis temperiem finxisse dicerem,ut hæc ossis modo nonnulla sustineat commodè: & interim adeò mollis sit,ut occursantium impetu non rumpatur,sed cedendo leuiter eum exoluat: atq; ita extremas partes iniurijs minus expositas,quàm si osseæ essent,reddat.

a 2 *fi.cap 12 a.*

DE NASI CARTILAGINIBVS. Caput XXXVII.

QVANQVAM nasi cartilagines tactu propemodum ante sectionem debitè dignoscantur, nihilominus tamen quartæ musculorum tabulæ nasus has literis K & L insignitas,utcunq; proponit.



TERVM Opificem,nasi terminum extremumq; cartilaginibus eadem ratione extruxisse, qua auris cartilaginem paulo antè procreatam diximus, quadrupedum nasi extremum ferè comprobat:quod ideo minori amplitudine, quàm hominis nasi terminus cartilagineũ existit,ꝙ non æquè ac hominis nasus ex reliqua faciei superficie extuberat. Ab inferiori itaq; nasi ossiũ [a] sede,qua hæc aspera & latiora,quàm superiori [b] sede existũt,duæ enascũtur cartilagines,quę deorsum in anteriora exporrectæ,inuicéq; coniunctę,sensim molliores euadunt:ac in nasi extremo,ueluti in cartilagineum ligamentum degenerantes, totam anteriorem nasi regionem constituunt, quæ à nasi ossium inferiori sede ad nasi terminum apicemq; pertinet. Ab osseo autem [c] septo,narium foramina dirimente, quod octaui Capitis [d] ossis partem esse, suprà commemorauimus, alia enascitur cartilago, quæ à tota anteriori septi illius sede antrorsum procedens, internæ duarum primarum cartilaginum regioni secundum ipsarum longitudinem adnascitur, tanto magis ligamenti naturæ compos mollisq;, quo nasi extremo fit uicinior.Hæc pari ratione in ea nasi parte,quę ueluti ex faciei planicie porrigitur, nasi foramina interdiuidit, qua osseum illud septum ipsa [e] foramina ibidem disjungit, ubi super palati regionem, à naso ad fauces usq; ducuntur.His tribus nasi cartilaginibus,aliæ duæ, utrinque nimirum singulę accedunt,quæ magis adhuc alijs cartilaginibis ligamentorum natura participant, & orbiculatim singulæ unum nasi foramen constituunt. Cartilagines hæ internis suis lateribus inuicem colligantur,& aliarum nasi cartilaginum extrema integunt,solæq; motu pollent uoluntario,cuius ope sursum deorsumq;,& introrsum extrorsumq; uelluntur, proprijs in hoc donatæ [f] musculis. Harum cartilaginum latiores molliores q; partes in nasi lateribus, uersus posteriora, consistunt, ac nasi alę nuncupantur: quòd


a 1 *fi.ca.9 ad f ad e.*
b *eadẽ fig. à Z ad Y.*
c *einsdem fig. O.*
d 8 *fig.ca. 6 A,B,A.*
e 2 *fi.cap. 12 e,e.*
f 3 *muſc. ta. F 4 tab. K.*


quòd quaſi alarum modo nares occludant, referentq;,homini ita inter reſpirandum haud uulga rem uſum præbentes.

DE ASPERAE ARTERIAE CARTILAGINIBVS. Caput XXXVIII.

PRIMÀ TRIGESIMI *eſtaui Capitis figura, totius aſperæ arteriæ, ab omnibus partibus libera, anteriorem faciem exprimens.*

SECVNDA FIGVRA *aſpĕræ arteriæ caudicis tantum, poſterior facies delineatur. ab re enim fuiſſet, huic etiam figuræ, ramorũ in pulmonis ſubſtantiam pertinentium ſeriem appingere, quũ illam prima figura abundè oculis ſubijciat.*





TERTIAE ET RELIQVARVM DVODECIM hic ſeriatim poſitarum figurarum,& earundem characterum Index.

HARVM figurarum prima, quæ tertia inſcribitur, primam laryngis cartilaginem ex dextro latere expreſſam oſtendit. Figura, aũt quæ quarta ordine eſt, eiuſdem cartilaginis internam ſeu poſteriorem faciem proponit. Quinta, eadem cartilago externa ſeu anteriori facie delineatur. Sexta ſecundæ laryngis cartilaginis anteriorem commonſtrat faciem. Septima, ſecundam laryngis cartilaginem ex dextro latere expreſſam continet. Octaua, ſecundam laryngis cartilaginem poſteriori ex facie depictam offert. Nona, laryngis tertia cartilago ex dextro latere delineatur. Decima, tertiæ cartilaginis anterior ſedes occurrit. Vndecima, eandem cartilaginem poſteriori facie oculis ſubijcit. Duodecima, inferiorem laryngis operculi ſedem oſtendit, qua id laryngis cauitatem ſpectat. Decimatertia, ſuperiorem laryngis operculi ſedem continet, quæ palatum reſpicit. Decimaquarta, unam aſperæ arteriæ trunci cartilaginem, C modo extructam, anteriori externa ve facie uidendam obijcit. Decimaquinta, eandem cartilaginem poſteriori facie proponit, quæ internam aſperæ arteriæ amplitudinem ſpectat.

A,B 3, 4,5 *Duo elatiores primæ cartilaginis proceſſus.*
C, D 3, 4,5 *Duo humiliores primæ cartilaginis proceſſus.*
E,F in 8,in 7 *uerò duntaxat E. Secundæ cartilaginis ſedes, quibus inferiores primæ cartilaginis proceſſus coaleſcunt.*
G, H 3, 4,5 *Hac ſede prima cartilago arctiſſima breuiſſimaq; uiſitur, ſubinde lineam oſtendens, quæ dextram cartilaginis partem à ſiniſtra inſtar duarum cartilaginum dirimit.*
I 6,7 *His ſedibus ſecundæ cartilaginis regio ſpectatur, laryngis internam amplitudinem reſpiciens. Reliquis autem ſedibus, quæ his tribus figuris conſpiciuntur, ſecunda cartilago exteriorem laryngis regionem ſeu amplitudinem conſtituit.*
K,L 6, 7 *Inferior ſecundæ cartilaginis ſedes, perfectum efformans circulum. ac K quidem huius partis anteriorem notat regionem. L uerò poſteriorem inferioris huius ſedis regionem indicat, deorſum proceſſus inſtar eductam, ac in octaua etiam figura L inſignitam.*
M 7,8 *Linea, ſpinæ modo in poſteriori ſecundæ cartilaginis ſede protuberans.*
N, O 8 *Sinus in poſteriori ſecundæ cartilaginis ſede, ad lineæ illius M notatæ latera inciſi.*
P,Q 6, 7,8 *Duo ſecundæ cartilaginis tubercula, ſeu capita, ſinus tertiæ cartilaginis ſubeuntia.*
R, S 9, 10,11 *Duæ tertiæ cartilaginis partes.*
T 9, 10, 11 *Hæc tertiæ cartilaginis regio uacua eſt, ac duntaxat membraneis ligamentis occupatur.*
V,X 9, 10,11 *Tertiæ cartilaginis ſedes, quibus ſecundæ cartilagim articulatur.*
Y,Y 9, 10 *Tertiæ cartilaginis proceſſus, qui lingulam laryngis efformant.*
Z 9, 10,11 *Tertiæ cartilaginis regio, uaſorum parti aſſimilata, qua manus lauaturis aquam affundimus.*
a 12,13 *Laryngis operculi baſis, quæ primæ laryngis cartilagini continuatur.*
b 12,13 *Apex, ſeu in poſteriora antrorſumq; uerſus dorſum eminens laryngis operculi regio. Præter quindecim figuras modò explicatas, huc cum primis faciunt figuræ Capiti uigeſimoprimo lib. ſecundi præponendæ, quibus laryngis muſculi explicabuntur. inter cæteras autem, illas opportunè non minus quàm ſi hic locarentur, inſpicies, quæ illarum figurarũ tres poſtremæ habebuntur, quib. laryngis lingulæ ſeu rimæ imago, quàm fieri potuit accuratiſſimè, delineatur.*

Vbi asperæ arteriæ natura pertractabitur.

LICET sextus liber, cordi respirationisq; organis dedicandus, [a] asperæ arteriæ naturã diffuse pertractabit, in præsentia tamen ipsius cartilagines explicandæ ueniunt, ne quicquam osseum cartilagineumq; hic non expressum, in musculorum enarratione nos remoretur. In sexto igitur libro docebimus, asperam arteriam à faucibus in thoracis cauitatẽ deduci, & multiplici ramorum sobole in pulmonem diffundi, ut aerem illi reddat, & eundem rursus ab ipso educat. Neque solum hanc respirationis instrumentum ponemus, uerum etiam principalissimum ipsam uocis esse organum attestabimur, exactè tum suæ substantiæ rationẽ pertracturi. Constat enim partim cartilaginibus, partim membraneis uinculis, seu tunicis, ac demum musculis ipsius capiti peculiaribus. Ac caput quidem hoc asperæ arteriæ (quod laryngem potius quàm guttur mihi appellandum putauerim) primùm tribus constituitur cartilaginibus:

PRIMA Laryngis cartilago.

quarum [b] prima, maxima amplissimaq; & anterior est, foris quidem gibba, intus autem caua, scuto quodammodo simili, non rotundo, sed prælongo, quali ueteres in prælijs usos, & Turcarum aliquot adhuc, in nauibus præsertim, uti cernimus. Atque hanc ob causam dissectionum periti eam θυρεοειδῆ (quasi scutiformem, aut scuto similem diceremus) uocarunt. Hæc in homine superiori sede amplior, quàm inferiori conspicitur: quod tamen ad imaginis spectat speciem, ipsa ambabus sedibus sibi respondet. [c] Suprà enim [d] infraq; binos educit processus, utrinque in lateribus singulos. ac horum quidem duo superiores proceriùs inferioribus educti, membraneis uinculis, ossis [e] referentis humilioribus [f] lateribus alligantur. Inferiores autem, [g] lateribus secundæ cartilaginis uersus posteriorem ipsius sedem uniuntur. Scutiformis hæc cartilago, quæ uiris antrorsum magis quàm mulieribus prominet, tactuiq; magis exponitur, subinde gemina, idq; potissimum in uiris obseruatur. In ipsius enim [h] medio, ubi breuissima est, maximeq; antrorsum extuberat, secundùm suam longitudinem crebrò linea ducitur, quæ ad amussim à membranulis repurgata, duas cartilaginis partes mutuò commissas etiam ante sectionem fuisse arguit. Atque id sanè hominibus peculiare obtigit. boum enim cartilago simplex est, & plurimum ab hominis cartilagine forma uariat: quam sedulò ab architectis spectari uelim. mirum namque est, quàm scitè boum scutiformis cartilago propugnaculi formæ accedat, quamq; affabrè id speculatoribus in ipsius elatiori sede (ob priuatos ipsi incisos sinus) accommodum sit, & quàm aptè bombardarum ictibus retorquendis comparetur: haud secus profectò, quàm si machina quædam esset portatilis, quæ duobus processibus suis humilioribus, tanquam duobus palis terræ infigi, ac exercitui præponi possit. [i]

SECVNda Laryngis cartilago.

Secunda cartilago minor est prima, & maior tertia, maximaq; sui portione in posterioribus laryngis sedibus reponitur, quà [k] stomachus deorsum à fauci bus fertur. Quantum enim scutiformis cartilago à perfecta circuli figura deficit, hoc ipsa superiori posteriorique eius parte supplet. Ima autem ipsius [l] sede perfectum conficit circulum, cuius anteriorem partem sub scutiformis cartilaginis radice, tactu in antica laryngis regione percipimus. Interna huius cartilaginis [m] amplitudo exactè leuis est: posterior autem ipsius sedes, stomachum spectans, longa extuberat [n] linea, secundum cartilaginis longitudinem, spinæ quasi modo exporrecta. Hæc duos præsentis cartilaginis [o] sinus dirimit, magnaq; ex parte constituit, in quibus duo finguntur [p] musculi, recto ductu à secunda cartilagine in tertiam inserti. Superior huius cartilaginis sedes, qua posteriorem laryngis regionem efformat, in duo desinit [q] tubercula oblonga, & utrinque singula, quæ tertiæ cartilaginis [r] sinibus inarticulari mox audies. Secunda cartilago primæ eo modo committitur, quem suprà exposui, quum humiliores primæ cartilaginis processus ipsi uniri dicebam. Vt uerò firmior eorum processuum fieret connexus, secunda cartilago inibi, qua processus ipsi coalescunt, modicè [s] extuberat, crassiorq; est: & in hac utrinque protuberante sede, sinus uisitur, sui lateris processum ualidissimè excipiens. [t] Inferior cartilaginis secũdæ pars, ubi laryngis posteriora constituit, nonnihil tenuis cernitur, deorsum magis, quàm reliqua ipsius inferioris partis sedes, porrecta: idq;, ut [u] musculi ex remotiori sede initium ducerent, qui rectà per cartilaginis secundæ longitudinem expansi, tertiæ cartilagini inseruntur. Huic cartilagini nullum nomen est inditum: ac ideireo peculiari quodammodo nomine, Innominata uocari potest. Si quis tamen sedulò eius effigiem inspexerit, atque alicuius rei formæ illam conferre, tandemq; hinc nomen indere uoluerit, uix aliam ipsi conformiorem adinueniet, illo Turcarum anulo, quem sagittantes dextro imponunt pollici, ut eius anuli beneficio arcus neruum robustiùs trahant. Is enim anulus illa parte, qua pollicis interiora respicit, anterio ri secundæ cartilaginis sedi similis uisitur: qua uerò externam pollicis sedem tegit, posteriori secundæ cartilaginis regioni utcunque conuenit. [x]

Anuli, quo Turcæ sagittantes utuntur effigies.



TERTIA laryngis cartilago.

Tertiam laryngis cartilaginem Græci ἀρύταιναν & ἀρυταινοειδῆ uocarunt, quòd quum integra adhuc est, & membrana asperam arteriam intus succingente adhuc obducitur, illi ollarum parti simillima sit, qua aquam manus lauaturis affundimus, quamq; Græci ἀρύταιναν, & Latinorum aliqui gutturnium appellarunt. Illi namque ollarum oris sedi aptius congruit, quàm ligneis illis & lontis uasculis Græci hanc cartilaginem contulisse uidentur, non quidem toti uasculo, sed ipsius mucroni. Vtcunque sit, tertiam laryngis cartilaginem unicam simplicemq; omnes descripsere: quum interim membranæ duntaxat beneficio, inuicem admodum laxè commissis. Ac harum una quidem dextro secundæ cartilaginis [z] lateri, altera uerò sinistro innititur, [a] sinum læuem & altè satis cælatum obtinens, quo secundæ cartilaginis tuberculum excipit: itaq; articulatur, ut ad internam laryngis amplitudinem, ac rursus extra illam moueri possit, hæcq; cæteris laryngis cartilaginibus maximè mobilis existat. Vtriusque cartilaginis basis ampla est, & anteriori sede in longum [b] processum finit, in interiora laryngis exporrectum. Superiores uerò harum cartilaginum [c] partes sensim à basi inuicem [d] dehiscentes, ac dein tenuiores, molliores q;

a *tota 1 et 2 fig. cap. 9 lib. 4 H. I, K, L, M, M.*

b *tota 3, 4, 5 fi. & figurarum cap. 21 lib. 2 g & h.*

c *3, 4, 5 fi. A, B.*

d *eorũdem fi. C, D.*

e *1, 2 fi. ca. 13 E, F.*

f *2, 3 fi. ca. 21 li. 2 C.*

g *8 fi. E, F. & 7 fig. E.*

h *1, 2, 3 figur. G, H.*

i *tota 6, 7, 8 fi. & figurarum cap. 21 lib. 2 i, dein k.*

k *2, 3, 5 fi. cap. 21 lib. 2 H. et 14, 15 fig. li. 5 A, B, C, D.*

l *6, 7 fig. K, L.*

m *6 fig. I.*

n *8 fig. L, M. 7 fig. M.*

o *8 fig. N, O.*

p *6, 7 fig. cap. 21 lib. 2 P.*

q *6, 7. 8 figur. P, Q.*

r *10 fi. V, X.*

s *8 fi. E, F.*

t *6, 7, 8 fi. L.*

u *6 fi. cap. 21 lib. 2 P.*

x *tota 9, 10, 11 fi. et figurarum ca. 21 li. 2 l.*

y *9, 10, 11 fig. R, S.*

z *6, 7, 8 fi. Q, P.*

a *10, 11 figur. V, X.*

b *9, 10 fi. Y.*

c *9, 10, 11 fig. Z.*

d *10, 11 figur. T.*

mollioresq;,& adiposæ redditæ,mutuò uniuntur:& dextræ cartilaginis superior pars, sinistræ cartilaginis parti coniuncta,eam laryngis [e] sedem extruit,quæ illi uasorum parti congruit, qua aquam manibus affundi,paulo antè commemorauimus.Hæc laryngis sedes adeò mollis flexilisq; est, ut uomentibus in internã laryngis amplitudinem antrorsum reclinetur,asperamq; arteriam adeò exquisitè integat, ut ne minimum quidem ex uomitu arteriæ ipsi illabatur.Cæterùm etsi tertia hęc cartilago gemina sit,duabusq; meritò sui officij causa extruatur cartilaginibus,ob id tamen eam duarum cartilaginum loco nõ enumerabimus: sed unius tantum,aliorum Anatomicorum more,nobis habebitur,quo minus illorum placita (etsi cartilagines interim numerauerint potius,quàm descripserint) plus æquo turbare uidear. His tribus laryngis cartilaginibus, [f] alia quædam accedit,quæ laryngis perelegans efficitur operculum, accuratè prohibens, ne quid cibi aut potus in illam defluat.Enascitur autem hoc laryngis operculum ampla & antrorsum curuata [g] basi,ab interiori scutiformis cartilaginis regione,iuxta partem ipsius elatiorem.Hinc introrsum [h] procedens,trianguli,aut ut Hippocrates pulchrè docuit,hederæ folij imaginem exprimit: cuius basim operculi à scutiformi cartilagine exortus,ipsius ve cum ea cartilagine connexus efformat. Verticem uerò ea pars constituit,quæ introrsum ueluti ad stomachi regionem producitur.Corpus hoc, quà palatum respicit, gibbum est,ac mollius:quà autem laryngi innititur,cauum,simumq;,ac multo quàm superiori parte durius.In extremo autem ipsius,quo stomachum spectat,insigniter molle est:pinguiq; obductum membrana, ligamenti quodammodo naturam refert,superioriq; tertiæ cartilaginis sedi substantia conuenit. quà uerò scutiformi committitur cartilagini,etiam multa abundat adipe:neque inibi adeò durum,atque in suo medio, cernitur.Plerique corpus hoc,præcipuum uocis organum esse putauerunt, id temerè γλωττίδα,& ἐπιγλωττίδα uocitantes:quum tamen hæc nomina penitus pugnantes, diuersasq; prorsus partes ueteribus significent. Γλωττὶς enim laryngis [i] rimam indicat,quam duo tertiæ cartilaginis [k] processus, in media laryngis cauitate pingui membrana obducti,constituunt,& quam præcipuum uocis esse organum, suo loco demonstrabimus.Veteres namque eiusmodi rimam γλωττίδα,seu lingulam uocarunt, ab ea lingularum similitudine, quas ex duabus arundinum laminis compactas,tibijs accommodamus. [l] Ἐπιγλωττὶς autem nuncupatur laryngis operculum,dictæ iam laryngis lingulæ impositum,& ne quid inter edendum in eam decidat,cauẽs. Quòd uerò hæc nostri seculi medicos lateant,non ipsi tantum in causa sunt, nihil præter autorum sensa,citra omnem dissectionis usum,sectantes:uerùm & Celsus etiam ista perperàm (uti sanè quæ ad Anatomen spectant permulta) intelligens,laryngis operculum,lingulam appellauit,non expendens,id Græcis ἐπιγλωττίδα fuisse appellatum, quod laryngis rimæ,quam lingulæ fistularum assimilamus, incumbat. Quinetiam Celsi (qui forsan laryngis operculum,humanæ linguæ imagini contulit) errore Theodorus Gaza delusus, in Aristotele ἐπιγλωττίδα lingulam uertit,quum interim Aristoteles laryngis intelligat operculũ. Vt modò prætream,quoties apud Galenum,tum interpretum,tum etiam græci exemplaris scriptorum uitio, γλωττὶς pro ἐπιγλωττὶς, ac rursus diuerso ordine,legatur. Verùm hæc latius suo loco exequar. hic namque tantum de laryngis cartilaginibus sermonem instituisse sat est,quanto ad musculorum in secundo libro tractationem indigemus.Ac proinde etiam [m] cartilagines,quæ Cnostri formæ magna ex parte conueniunt, & mox sub larynge per uniuersum asperæ arteriæ caudicem,& omnes ipsius in pulmonis substantia digestos ramos,seriatim occurrunt,unà cum cæteris ad asperæ arteriæ historiam pertinentibus, in sexto libro pertractabuntur.

e 3, 9, 10 11 *fig. cap.* 21 *li.* 2 *l.*

f *tota* 12, 13 *fi.* & 3, 4, 5, 6, 11 *fig. cap.* 21 *lib.* 2 L.

g 12, 13 *figur. a.*

h *eadem fig. b.*

i 11 *fi. ca.* 21 *lib.* 2 *c. dein* 12, 13 *fig. d.*

k 9, 10 *fi.* Y, Y.

l Cõfer Laum c figu. 11 cap. 21 lib. 2.

m *tota* 14, 15 *fi. et sub larynge in asperæ arteriæ caudice & ramis* 1 & 2 *figu.*

LARYNgis operculum.

Libr. 4. de Morbis.

Laryngis lingula, seu rima, et præcipuum uocis organũ.

Libr 2. de Partibus animalium. cap. 3. Præcipuè in 8 lib. de Vsu part. Reliquæ cartilagines asperæ arteriæ, & similes.

DE OSSIVM CARTILAGINVMQVE NVMERO Caput XXXIX.

Ossium numerus.

QVANDOQVIDEM parum dubito,plerosque absoluta nunc singulorum ossium & cartilaginum historia,hic alicubi illorum numerum,perinde ac in nostris scholis studiosi solent,à me desideraturos:modò ossa & cartilagines obiter sic recensebo, ut qui nam certo comprehendi queant numero,quisque promptè percipiat.In prouectæ igitur ætatis homine,cui appendices iam suis ossibus plenè coaluerunt, licebit ossa hunc ferè in modum numerare.Caluariæ uiginti sunt ossa,octo nimirum capitis uocata,& maxillæ superioris duodecim:ita tamen,ut frontis os unicum hic duntaxat statuamus, & dein iugalia & lapidea priuatim non enumeremus,quum quorundam illorum uiginti ossium partes sedes ve tantum sint, propriaq; circumscriptione destituãtur.Auditus organi ossicula quatuor sunt,duo scilicet ad singulas aures. Dentes utplurimum censentur triginta duo.Maxillæ inferioris os unicum.Ossis [v] referentis ossicula, sunt ferè undecim,ceruicis uertebræ septem,thoracis duodecim,lumborum quinque,ossa sacri ossis sex, ossicula coccygis ossis quatuor:costæ uigintiquatuor.Pectoris ossis tria enumerauimus ossa, alijs autem septena recensentur.sed agè,hoc catalogo tria tantum sint:& aliàs,quotquot ex tuo arbitratu usum fuerit. Scapulæ duę, totidem clauiculæ,humeri duo,ulnæ duæ,radij duo:brachialium ossa sedecim, utriusque scilicet manus octo:postbrachialium item ossa octo,in utraque nimirum manu quatuor.digitorum ossa triginta, utriusque scilicet manus quindecim.Sesamina ossicula in singulis manibus ut minimum occurrunt duodecim. ac proinde iam uigintiquatuor illa in manibus statuamus.Ossa sacri ossis lateribus commissa, duo, utrinque nimirum unum.femora duo.in utroque poplite duo sesamina ossicula. duo tibiarum ossa. fibulæ duæ,patellæ duæ,calces duæ,tali duo,nauicularia ossa duo:tarsi ossa in utroque pede quatuor, pedij ossa in utroq; pede quinque,digitorum ossa in utroque pede quatuordecim: pedis unius sesamina ossicula uel minimo numero sunt duodecim. Ac proinde si hæc ossa in unum numerum reijcies, uniuersa erunt (si rectè addo) trecenta & septem:quibus si pectoris ossa quatuor adhuc adijci uelles,& duo maxillæ inferioris ossa statue-

res,& cordis denique cartilagineam substantiam in ossium classe unius ossis loco haberes, trecenta & tredecim consurgerent. Porrò si priuatim omnes insuper appendices, eo quòd ossa sint, propria omnino in pueris saltem circunscriptione terminata, enumerare lubebit, facilè dictum nuper numerum semel, ac rursus dimidio duplicabis. quod uel hinc colliges, si uertebras, scapulas, femora, tibiæ ossa, & alia, quæ multis appendicibus donantur, in memoriam reuocaueris: ac dein etiam recorderis, unam subinde appendicem pluribus quoque efformatam esse partibus: uti in illa euenit, quæ superiori scapulæ obtigit processui. Rursus, si ossa, ut in pueris uisuntur, subduxeris, Dij boni, quantum ossium aceruum cum ulabis? quum occipitis os ferè tribus, & multæ uertebræ, non habita appendicum ratione, duobus, plurimæ autem tribus constent ossibus: quumq; pectoris os in illis quoque pluribus, quàm in ijs qui iustum attigere incrementum, ossibus compingatur: & ossa, quæ sacro coarctantur, etiam singula tribus fabricentur ossibus. adeò ut cuique suo uoto numerum ossium confingere sit integrum. Quanquam in certo cartilaginum numero diffiniendo, plus adhuc sit operæ, quum tam reperiantur uariæ, ac non in omnibus ætatibus eædem. Nihilominus, ut num quauis tandem ratione in numerum redigi possint, expendas, eæ primùm recenseantur, quæ ossibus sunt prorsus continuæ: ut utriusque auris cartilago, ex temporis osse pronata: duæ nasi, à duobus nasi ossibus exortæ: ea quæ à narium septo pronascens, ad nasum quoque refertur: uigintiquatuor costarum cartilagines: eæ in quas totius dorsi ossium spinæ, & multi eorundem transuersi processus finiunt: ea in quam pectoris os exacuitur: basis utriusque scapulæ cartilago: ea quæ ossis coccygis mucroni obtigit: exiguæ, quæ ultimis digitorum manus & pedis obtigerunt ossibus. Dein omnes læues & lubricæ cartilagines, quibus ossa ad articulorum fabricam incrustantur, quæq; non secus quàm articulorum superficies, sunt quàmplurimę, ac trecentorum & quinque ossium numerum longè excedunt. Insuper quæ in appendicum cum suis ossibus connexu spectantur, quæ etiam dictum ossium numerum superant, præter eas quæ ossium quorundam partes mutuò in pueris priuatim committunt. Adduntur his, quæ in sacri ossis ossium mutuo contextu interueniunt, ea quæ pubis ossa inuicem nectit. Item illæ, quæ ligamenti natura participantes, etiam ossibus sunt continuæ: at eæ quibus ossis υ referentis ossicula compinguntur, eæ quæ uertebrarum interueniunt, corpora, eæ quæ sunt inter tria pectoris ossa: eæ quæ occurrunt inter sacrum os, & ossa ipsi commissa: eę quę ossicula coccygis ossis mutuò iungunt. Cæterùm earum quæ ossibus non sunt continuæ, utriusque oculi statuuntur duæ: quarum una in superiori, altera in humiliori consistit ipsius palpebra. alarum nasi duæ. in larynge tres præcipuæ: quarum prima subinde, tertia autem perpetuò reperitur gemina. laryngis operculum: cartilagines C imaginem exprimentes, quæ in asperæ arteriæ caudice, & ipsius in pulmonem digestis ramis sunt innumeræ: cartilaginea cordis basis substantia. Postremò, quæ in articulis sunt liberæ, ac ossib. non prorsus continuæ: quales nonnunquam in duobus humilioribus primæ uertebræ ad secundam nexibus duæ occurrunt, & aliquando in utriusque lateris humeri ad scapulam articulo una. semper autem in articulis maxillæ inferioris ad temporum ossa, duæ: in clauicularum cum pectoris osse, & dein cum superioribus scapularum processibus, quatuor: in utroque genu duæ. quæ uerò inter ulnam & brachiale quodammodo spectatur libera, radio est continua. Quum itaque cartilaginum tam multiplex sit ratio, ossiculorumq; series comparatorum cum hæc adhuc prorsus sunt cartilaginea & induratæ quodammodo callosæq; tendinum sedes haud exiguus aceruus referri huc queat, non facilè ex cuiusque sententia ipsarum numerum diffinire possem. ac proinde iam tempestiuum erit, modum subijcere, quo ossa & cartilagines ad disciplinam parentur, aut per Anatomen discantur: ad eam uidelicet methodum, qua semper post partium descriptionem, illarum secandi artificium (prout id suo loco aptius fieri posse putauero) subijciam.

'Cartilaginum numerus.

QVO ARTIFICIO HVMANI CORPORIS OSSA & cartilagines inspectioni apparentur. Caput XL.

Ossium in calce macerandorũ, ac dein in flumine emundandorum ratio.

CONSVEVERVNT medici, Hippocraticę arti dignè incumbentes, non mediocri labore ossa, quę ad disciplinam seruantur, apparare, siue ea inuicem iuncta, siue singula seperatim essent inspecturi. Solent enim suspensum, uel aliàs mortuum cadauer, magna ex parte primùm carnibus liberare: & uiscera, nullo soluto corporis articulo, exsecare. postea oblongæ arcæ ita dissectum corpus immittebant, hanc calce opplentes, ac nonnihil aquę dein aspergentes. Deinceps ubi arcam ad hunc modum octiduo obseruassent, eam undiq; angustis foraminibus perforatã, rapido illigabant fluuio, ut calx unà cum marcescentibus iam carniũ reliquijs, tẽporis successu deflueret, ac undiq; ab ossibus abscederet. Post dies aliquot, excẽptum cadauer passim cultrorum beneficio emundabatur, mente adhibita, ne aliquis ossiũ connexus in eo opere dissoluerentur, ligamentaq; ossa colligantia (quorum scilicet interuentu in posterum adhuc hærerent) integra custodirentur: ac demum omnia, præter ossium articulos, niterent. Emundatum cadauer, eo situ, quo id aut sedens, aut erectum, hacq; aut illa forma compositum spectari uolebant, soli exponebatur: ut ligamenta solis æstu reticcata, ossium articulos in eo positu continerent. Verùm hæc præparandi ratio, præterquàm quòd molesta, sordida, ac difficilis est, nullos ferè ossium ostendit processus, appendices, capita, sinus, & eius generis reliqua, in ossibus præcipuo sanè studio spectanda: quod scilicet hęc omnia insigniter nigricantibus ligamentis adhuc obducantur. adeò, ut hic ossiũ mundandi repurgandi ve modus, ad doctrinam penè nihil accõmodet. Quemadmodum neq; ridicula musculorũ, tendinum, ligamentorum, neruorum, uenarũ & arteriarum uidendi ratio, qua hactenus Medicinæ candidatis nostræ artis professores imposuerunt, quicquam commodi adfert: sed duntaxat studiosorum animos cohibet, nę eorum quæ iam dicebam organorum demonstra-

monſtrationem à Rabinis illis expetant'. Hi namq; aſſerebant, illa ſolum è corporibus in aquarum gurgitibus (ſi Dijs placet) emaciatis, non autem è nuper mortuis diſcenda eſſe. quaſi uerò quicquam eruditione dignum, in corporibus ad eum modum coaptatis, prorſus ve hac ratione corruptis, diſci poſsit. Cęterùm quonam pacto aliæ corporis particulæ ſint aggrediendæ, ſuis locis affatim proſequar. Oſſa autem, ut modò ſubijciam, leui negocio concinnabis, ſi diſcendi ſaltem cupidus, & quod in diſſectionum ſtudioſo Galenus in primis requirit, laborum patiens, ac induſtrius fueris. Alicunde itaq; nactus cadauer, qualecunq; id ſit (quamuis tamen morbo emaciatum, longè aptius cenſebis) uas unum, carnibus & uiſceribus & cuti reponendis, & ſanguini denique admittendo, ad manum eſſe curabis, unà cum magno grandiq; lebete, aut cacabo, cuiuſmod illi ſunt, quibus lixiuium mulieres igni adhibent. is namq; coquendis oſsibus eſt aptiſsimus, illiq; oſſa opportunè inijcies. Prętera & ampla papyrus charta ve in aſſere quopiam diſtendetur, ut huic cartilagines non elixandæ applicari, ſeriatimq; imponi poſsint. Mox acutiori cultro orbiculatim per frontem & tempora & occipitium, ſectionem tentabis, ad caluariam uſque penetrantem. Ad huius deinceps ſectionis orbiculum, ſerra caluariam diuides, parum ſolicitus, etiamſi cerebrum ui ties, aut paulo humilius elatius ve caluariam diuidas: quandoquidem nunc duntaxat oſſa ac cartilagnes intueri, ſeruareq; propoſitum eſt. [a] Diſſecta igitur caluaria, cerebrum ſolis manibus ex ipſa euulſum, uaſi inijciendũ eſt: ac caluariæ pars, à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamen prius ab illa uerticis cute. Iam utranq; aurem proximè à temporum oſſe abſectam, ſeorſum in chartã, cui cartilagines adhibentur, collocato, unà cum palpebris, & naſi extremo, quod cartilaginibus conſtat, quæ uiciniſsimè ab illis quibus commituntur oſsibus, ſimul cum cute ſunt reſecandæ. Deinceps maxillam inferiorem à ſuo cum capitis oſsibus connexu liberabis: ac cartilagines, quas priuatim in ipſius cum capite articulis haberi diximus, cultello à ligamentis articulum continentibus diſſecabis: eas chartæ illi, cui promptè hærebunt, ſeriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis, ſi uoles, muſculorum applantationibus) liberas, ac tandem in cacabum reijcis, integram quoq; laryngem, cum oſſe *v* referente, & lingua, & ſtomachi aſperæq; arteriæ portione, è faucibus auferes, ac chartæ illi non aliter emundatam impones. Iã à pectoris oſsis mucrone ad pubem uſq; ſectionem molieris, ad omentum uſq; penetrantem. cui deinceps aliam ſectionem, quæ tranſuerſim à dextro ilio ad ſiniſtrum pertingant, adiunges, & abſq; delectu omnia quæ peritonæo continentur, laniorum more euelles, eaq; uaſi inijcies. Abdominis cutem unà cum ipſius muſculis obiter ab oſsibus diſſecabis: & ſanguinem ſpongijs excipiens, eum in uas exprimes. Dein à iugulo ad pectoris oſsis uſq; mucronem, adeò profundam duces ſectionem, ut illa ad pectoris uſq; os penetrante, ſimul cũ cute muſculos thoraci inſtratos à coſtarũ oſsibus, earundemq; cartilaginibus, adimere poſsis, & clauiculæ ſimul nudæ, carnibusq; liberæ appareãt. Quippe hæ acutiori cultello à pectoris oſſe ueniunt libe rãdæ, & cartilagines his articulis propriæ (quẽadmodum inferioris maxillæ cartilagines aggreſſus es) accuratè ſunt adimendæ, & dein chartæ ſeriatim adhibendæ. Pectoris os, unà cum coſtarum cartilaginibus, ſtudioſe à coſtarum oſsibus liberabitur, ſectionibus acutiori & non admodum craſſo cultro per cartilagines inibi ductis, ubi coſtarum oſſa in has degenerant. Atque id promptè obitur, ſi modò memoria non exciderit, primæ coſtæ cartilaginem à pectoris oſsis medio magis in latus, quàm ſecundæ coſtæ ferri. Neque tantum cartilagines pectoris oſsi coarctatæ, à coſtis ſunt dirimendæ: uerùm etiam omnes ſpuriarum coſtarum cartilagines, quæ uel intercoſtalium muſculorum interuentu ſuperioribus cartilaginibus hærebunt. Diſiunctis hunc in modum cartilaginibus, pectoris os à iugulo attolles, & id uenis & arterijs à iugulo ad ipſum porrectis, & membranis quoque liberabis, quæ thoracis cauitatem interſepiunt. Poſtremò cartilagines à ſepto tranſuerſo reſecabis, & ipſas ſimul cum pectoris oſſe non aliter mundatas, in chartã repones. Dein alterius lateris ſcapulam unà cum clauicula à thorace diſſecaturus, longam ſectionem à ſummo humero per brachium & cubitum ad pollicem uſq; duces, & ſcapulam, humerum, cubitum, & manum cute carnibusq; nudabis, non admodum anxius, etiamſi aliqua tendinum carnisq; portio oſsibus adhuc appenſa relinquatur. adeò, ut etiam ſuffecerit, relicta manus cute, illam aliquot ſectionibus hic atque illic ſcindere, quo poſtea leuiori negocio manus elixetur. Modò clauicula à ſuperiori ſcapulæ proceſſu ſecabitur, mente adhibita, num præter illum proceſſum, quem ſummum humerum appellamus, & clauiculam, inibi aliud tertium os occurrat. Hoc ubi præſtiteris, ac peculiarem eius articuli cartilaginem chartæ adhibueris, clauiculam in cacabum conijcies, ſcapulamq; ab humero, & deinde humerum à cubiti oſsibus ſeparabis: & cubitum cum manu connexum relinquens, ſimul omnia in cacabũ quoque locabis. Priuſquam tamen ſcapula cacabo indetur, opportunè feceris, ſi cartilaginem ſcapulæ ſinum, quo humeri caput excipitur, aliquando augentem, à ſcapula diremeris, chartæq; cum cæteris cartilaginibus applicueris. Iſtud ſimiliter in altero latere eſt præſtandum, ac ilico ad thoracem denuò accedendum, ex quo primùm pulmonem cum corde & ſepto tranſuerſo execabis: & priuſquam cor in uas conijcias, cordis baſim per tranſuerſum à reliquo cordis corpore diuides: & deinde baſim rurſus à uaſis, quæ ab ipſa prodeunt, ſic auferes, ut uenæ arterialis & magnæ arteriæ orificia illæſa habeas, ac poſtmodum (ſi uiſum fuerit) in cartilaginum numero illa ſeruaturus, chartæ applices: aut etiam, num mutua illorum duorum uaſorum radix os quoque in homine ſit, expendas. Vbi igitur reliqua quæ in thorace inueniuntur, in uas reiceris, cadauer in pronum uertes: & utcunque licebit, ceruicem, reliquumq; dorſum, unà cum tota thoracis amplitudine, carnibus emundabis: ſtudioſe cauens, ne coſtam aliquam (utpote fragilem) rumpas: aut nimium uicinè carnem diſſecans, proceſſum aliquem uities. Atque id adhuc magis cauendum eſt, quum iam ſingulas coſtas ſeorſum à uertebris thoracis es liberaturus. Etenim reſupinato cadauere, cultello acutiore coſtæ cuiuſque capitulum à uertebræ corporis ſinu uenit ſeparandum: & deinde ligamentis ſenſim diuiſis,

Oſſium percoctionẽ parandi modus.

a *Ita diuides, ut ſeptima ſi. ca. 6 à ſexta figura liberata cernitur. Verùm nõ eſt ut tibi modò in eſtib. cartilaginibuſq; probè iſtituto, hoc Capite aliquid admonem, poſtiſſimum quum ſingulis ferè dictionibus aliquin clara eſſe non ſint adhibenda.*

à tranſuerſis quoque uertebrarum proceſsibus coſtæ ſunt adimendæ,obiterq́; repurgatæ, in cacabum mittendæ.Crura ad eũ modum,quo brachia & manus aggreſſus es, attrectabis,femur uniuerſum carnibus emundans,mox & tibiam,& pedem.Quum tamen genu nudas,& ad poſteriorem radicis inferiorum femoris capitum ſedem,num inibi ſeſamina quæpiam conſiſtant oſsicula,expendis, ex tendinibus anteriorem genu ſedem occupantibus,patellam execabis,& in cacabum non ſecus ac femur conijcies ilico, atque id à coxendicis oſſe tibiaq́; liberaueris,& cartilagines reſecueris,quæ tibiæ oſsis ſinus,femoris capita excipientes,adaugent.quippe & illas non inopportunè chartæ agglutinabis: ac deinceps tibiæ os, unà cum fibula & pede,cacabo indes.Id ubi in utroque crure præſtitum erit,& oſſa ſacri oſsis lateribus coarctata, aliquantulum repurgata fuerint,cartilaginea ligamenta,uertebrarum corpora intercedentia, ad amuſsim uenium execanda,& chartæ ſeriatim accommodanda.Ligamentis igitur, quæ uertebrarum corporibus in ſuperficie obducuntur,acutiori cultro ademptis,inter oſsis ſacri ſummum & cartilagineum ligamentum, os ſacrum ac infimam lumborum uertebram interueniens,ſectionem tentabis,quæ ligamentum id ab oſſe ſacro diuidat. Rurſus inter infimæ lumborum uertebræ corpus, & elatiorem dicti nunc cartilaginei ligamenti regionem, ſimilem duces ſectionem, hacq́ue ratione integrum auferes ligamentum. quod ubi chartæ impoſueris,ſequentia tantiſper excindes,dum ad ſecundam uſq; ceruicis uertebam deueneris. Quum igitur uigintitria ligamenta cartilaginea ad hunc modum chartæ erunt adhibita, dorſum in tres quatuor ve partes cautè & leniter diſiungendum uenit, ne impetu id tentans, caſu aliquem uertebræ proceſſum confringas. Quare etiam cauendum eſt, ne primam uertebram à capite negligentius liberare ſtudeas.Licebit enim cum capite ceruicis uertebras cacabo imponere,ut & thoracis uertebras cum lumborum uertebris: modò illas à ſacro oſſe prius diſiunxeris. Os ſacrum aũt,unà cum oſsibus ipſi utrinq; commiſsis,quæ ilium,coxendicis & pubis oſſa conſtituunt, & dein cum coccyge oſſe, nihil prohibet cacabo indere:quum ſcilicet ilium oſſa adhuc cruda,à ſacro difficulter & arduè ſeparentur,& pubis oſsium cartilagines etiam tunc uitietur:quam aliàs integram aſſeruabis, ſi pubis oſſa non dirempta,cacabo inieceris. Oſsibus ad hunc modum cacabo immiſsis, aqua is uniuerſus implebitur, ut oſsibus altè in aquam ſubſidentibus,nulla oſsis pars emineat.Hoc enim in primis toto coctionis tempore obſeruandum eſt, ne os aliquod aqua non tegatur:multoq́; magis,ne id ex cacabo prominens,fumum excipiat,cuius etiam occaſione grandem cacabum eſſe conuenit. Vniuerſæ coctioni nullum peculiare adhibetur artificium: ſed ut in cæteris elixationibus, ſpuma ſedulò auferenda eſt,quo ius clarius reddas, ipſaq́; oſſa minus ſordida extrahas.Pari etiam ratione pinguedo omnis (quæ plurima nonnunquam ijs qui morbis non fuerunt emaciati, ſupernatare ſolet) eſt haurienda,ac in uas aliquod uel uulgi nomine reponenda, quod illi in obliterandis cicatricibus,& neruis tendinibusq́; producendis multum tribuit.Coctioni nullum tempus præfinitur,quum id ex ætatum ratione plurimum uariet.Duabus enim aut tribus horis pluſquam ſatis ſit,puerulorum oſſa coquuntur:quum ſcilicet in illis ſtudendum ſit,ne quum oſſa mundas,appendices decidant: quarum interim coalitus in prouectioris ætatis hominibus uix unquam,quantumuis coxeris,diſſoluitur. Is itaque coctionis ſcopus eſt,ut oſſa cultrorum beneficio,uti inter edendum fit,aptè mundari queant. ut autem id facias opportunius,pedetentim nonnulla oſſa inter elixãdum forcipe eximes,eaq́; ſolus repurgabis: niſi fortaſſe ſtudioſus adſit ſodalis,qui unà manus operi adhibeat.Summopere enim cauendum eſt, ne imperitior aliquis oſsium ſupercilia,proceſſus,capita & ſinus radendo uitiet,aut alicunde cartilaginem læuem, & cruſtæ modo oſsibus obductam imprudens auferat.hæc namque,quum carnem,ligamenta, tendines & membranas oſſa ambientes adimis,accuratiſsimè ſeruanda uenit.Neque uerò officium id hac duntaxat ratione inepto alicui,& Anatomes parum ſtudioſo,minus committi uelim:at ut unumquodque os priuatim purgans, ſinus ipſius & capita,& potiſsimum ligamentorum naturam,& tẽdinum inſertionem, muſculorumq́; exortus ſis.Quando igitur hunc in modum ſeriatim oſſa ex bulliente iure extrahis, ac mundata terræ aut ſportulæ alicui imponis,non admodum anxiè expendito,quod nam os prius tibi occurrat. Manum tamẽ cum cubiti oſsibus extrahens,obſeruabis,ne uiolentius brachiale à cubiti oſsibus ſeiungas: ſed cultro articuli ligamenta ſenſim diuidens,brachiale à cubiti oſsibus accuratè liberabis, uti & in poſtbrachialis oſsium à brachiale ſeparatione.Caueri enim cuperem,ne brachialis oſſa inuicem dirimantur. unde etiam ilico atq; id integrum à cubito,& pollicis primo oſſe,& poſtbrachiale diſiunxeris,obiter duntaxat tendines ligamentaq́; ipſi obnata diuelles:id ſtudens,ne oſſa in interna externaq́; ipſorũ ſuperficie penitus ligamentis emundentur,ſed ut ligamentorum beneficio adhuc inuicem hæreãt.Brachiale enim ita igni adhibito, ligamenta inde ſenſim reſiccata,ipſius oſſa firmiter continent,leuioriq́; negocio in oſsium connexu illud cubiti & poſtbrachialis oſsibus committitur:niſi fortè iungendis oſsibus peritior, brachialis oſſa mutuò dirimere, ac ligamentis emundare,poſtmodumq́; ęneis filis inuicem committere audeas, aut etiam diſiuncta aſſeruare uelis.Mox ubi brachiale in eum modum igni appoſueris,chartam quamuis aſſumes, cui poſtbrachialis & digitorum oſſa,non prętermiſsis undique ſeſaminis oſsiculis,exactè emundata imponas: quo minus hęc illi chartę inuoluta,neque alterius manus oſsibus confuſa, in committendis oſsibus negotium augeant.Conduxerit igitur,manuum pedumq́; oſſa ſeparatim in quatuor chartas recludere. Priuſquam tamen huius illius ve manus aut pedis oſſa chartæ implicas,antea ſemper indagandum eſt, num aliquod os non mundatum ſuperſit:ne quum putamina & ius abijciendum curas, unà aliquot oſſa oſcitanter auferendo porrigas.Si fortè unguem quoque aſſeruare uiſum ſit,illum, dum pedis manusq́; digitorum oſſa expurgas,auelles.Non minus enim humanos ungues, quàm auium & quadrupedum ungues,elixatione,aut calentis aquæ ui,abſcedere conſpicimus.Porrò quum ulnam & radium emundas, cartilago non negligetur,


quæ

quæ à radio profecta,magna ex parte ulnam à brachiale dirimit.Hæc namque ab ulna liberatur, ut radio adhuc connata,in ossium connexu,rursus ulnam & brachiale intercedat. Quinetiam quum caput purgas, accuratissimè caueto,ne membranam,quæ auditus organi foramen succingit,euellens, ossicula illa negligenter eximas,quæ eius organi constructionem subintrant: quippe illa stylo quopiam in foramen misso, sunt studiosè euellenda,& pariter excutienda.Hæc ossicula ad reliquam ossium colligationem, aliquò recondes,& uertebras omnium postremo è iure eximes,quemadmodum & sacrum os:nisi fortè post aliquantulam elixationem,coccyx os à sacro liberare lubeat:quòd scilicet huius ossicula,ob cartilaginea ligamenta,quæ ipsa connectunt,si diutius coquantur,ab inuicem seiungi soleant. Si tamen coccygis ossis præscindendi gratia,os sacrum prius exemeris,id denuò cacabo est immittendum, coccyxq́; os priuatim in chartam aut sportulam conijciendum,in quam minuta locabis ossicula: cuiusmodi dentes sunt, si fortè ipsorũ aliquis exciderit,aut aliqua ossis portio oscitanter effracta fuerit.Verùm ut pubis ossium cartilaginem serues,priusquam ilium ossa à sacro liberas,pubis ossa anteriori posteriorią; sede leuiter sunt à ligamentis ac ambientibus membranis emundanda,ac dein inuicem solis manibus seiungenda, ut ipsa intercedens cartilago,ab altero osse abscedat,uniq́; duntaxat commissa maneat, leui negotio postmodum in ossium connexu,cum altero pubis osse iungenda.Ossa hac ratione purgata, denuò numerabis, non quidem manuum & pedum ossa,quæ iam seorsum chartis prius inuoluisti: uerùm recensebis caluariæ partem, quam serra à reliquo capite ademisti: in qua considerabis, num portiunculæ temporum ossium, quæ instar squamæ uerticis ossibus applicantur, atque serra à cætera temporum portione auferri solent, ex elixatione deciderint,ne fortè illas cum ossium spolijs aut iure dones reijciendas. Deinde, num dens aliquis ex superiori inferiori ve maxilla exciderit, perpendes: & uigintiquatuor uertebras, totidemq́; costas enumerabis,duas clauiculas, duas scapulas,duos humeros, duas ulnas, & radios duos: sacrum os:à quo iam antea coccyx os ademptum est:duo grandia ossa,sacri ossis lateribus nexa:femora duo, tibiæ ossa duo, & fibulas duas,item patellas similiter duas. Vbi omnia enumeraueris,magnopere conduxerit,ossa denuò mundæ & bullienti aquæ indere: ac mox exempta,seorsum aspero rudiq́; linteo abstergere: & si quę ligamentorum, aut membranarũ, aut musculorum insertionis exortus ve sint reliquiæ, eas defricare ac abstergere: studio interim adhibito,ne lubrica,& crustæ modo ossibus adhibita cartilago simul auferatur. Interea uerò dum hæc in orbẽ igni apposita leuiter desiccantur,aurium cartilagines cute detegentur,chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idem quoque in palpebrarum & nasi cartilaginibus moliendum est: ac deinceps acutis cultellis os ꝟ refens,à musculis ipsi commissis,quàm licebit exactissimè,crudum emundabis. Purgato illo osse, laryngis cartilagines similiter crudas accuratè carnibus membranisq́; liberabis, simul cum una atq; altera asperæ arteriæ trunci cartilagine,C imagini comparata.Iam pectoris os,ipsiq́; connexas cartilagines,sedulò emundabis: quod eo minus promptè perfeceris, quo id pluribus obducitur membranis,pingueq́; est,& interim coquendum neutiquam uenit,uixq́; calente aqua aspergendum.Quum uerò cartilagines carne spolias,cauendum est,ne membranam cartilaginibus proximè obductam, illiq́; correspondentem auferas,quam circumossalem dicimus. Quippe hac membrana à cartilaginibus discerpta, illæ infirmiùs pectoris ossi committuntur,& contractæ,breues & intortæ euadunt. Insuper quo minus cartilagines hæ contrahantur,pectoris os ad ignem non est exiccandum:sed alicubi tantisper, dum ossa nectere propo sueris,in loco non nimis humido reponendum,ne rursus cartilagines plus æquo flaccescant, ac postea deformem thoracis ossium fabricam constituant.Nihil enim æquè elegantem sceleti struem uitiat,atque pectoris os cum cartilaginibus,si modò illæ negligentius obseruentur, & non iam compactis ossibus potius quàm antea exiccari permittantur.Reliquas autem cartilagines,chartæ adhibitas,licebit igni nonnihil admouere:at ita,ne nimium conuellantur:quum satius sit,& has quoque post compactionem siccari. Iam integrum tibi est,ossa & cartilagines ad eum quem mox dicam modum contexere, aut dissoluta asseruare: quod longè etiam præstiterit,si modò aut connexis,aut dissolutis carendum esset. Ossa namque disiuncta, & in oblongam arcam seriatim posita,quouis tempore seorsum conspici, ac omnia quæ ad ossium cognitionem spectant,edocere possunt.quæ autem erecta,simulq́; commissa sunt, sinus capitaq́; ossium non admodum accuratè commonstrant:sed ut uerè dicam,ad ostentationem potius quàm ad disciplinam conducunt.Quanquam rursus ad hanc illa ossa accommodatissima sint,quæ ex Italicis subducuntur monumentis,penus modo (ut hic ferè omnia) extructis,& sub impluuio aliquo,aut alioquin aeri ita expositis, ut hæc pluuialem aquam quandoque excipiant.Præter id namque,quòd monumenta eiusmodi humida sunt,etiã aqua subinde accedit,cuius beneficio omnia quæ ossibus adnascuntur,promptissimè marcescunt: adeò ut illa ossa post aliquod tempus exempta,& dein abluta,sint integerrima, nihilq́; non in ossibus spectandum commonstrent,modò in arcam seriatim citra connexum reponantur.ad coniungendum enim propter deperditas costarum totiusq́; corporis cartilagines,prorsus quodammodo sunt inutilia. si namq; illarum fortè aliquæ reperiuntur,ob putredinem sunt friabiles,& undique ab ossibus liberæ. Rursus ossa ad hũc usum sunt inepta,quæ è terra apud alias nationes effodiuntur, & cumulatim in cœmiterijs asseruantur. Præter hoc enim,quòd illa carie ob terræ siccitatem afficiuntur,omnia eiusdem hominis ossa nunquam, uelut in dictis nuper monumentis reperias,uel Parisijs etiam in Innocentum cœmiterio: ubi,si usquam modò mehercule,quamplurimos ossium quæ è terra fodiuntur,habes aceruos:qui mihi primùm cognoscendis ossibus uacanti,adeò uberem suppeditarunt copiam,ut longo indefessoq́; spectandi usu edoctus, etiam obuiis oculis cum sodalibus interdum deponere ausus fuerim,unius mediæ horæ spacio nullũ os ex tot aceruis porrigi posse,quod,cuiusmodi esset,tactu non dijudicarem.Atq; id eo faciendum erat studiosius, quo discendi cupidus,magis præceptorum opera,in hac medicinæ parte (quod uerè dixerim) destituebar. Porrò

Quæ ossa ad disciplinam utilissima.

Emundata ossa quomodo iungenda.

rò quod ad coctorum ossium connexum erectionemq́; attinet, ea mox post emundationem (ne nimium in durescant) committenda sunt. nam statim à coctione, ossa solis subulis, quibus suppinguntur calcei, citra negotium perforantur, æneisq́; filis mutuò alligantur: quod quisque, prout manum nactus est industriam, & ad ea quæ hactenus toto libro descripsimus, minus obaudiuit, suo marte perficiet. Verùm interim si quãdo ossa alicui aridiora durioraq́; obtingent, quàm ut illorum qui coria subulis perforant ritu, illa ex uoto terebrare posset, haudquaquam abs re erit, id instrumentum operi adhibere, quod aliquando in hunc usũ, quum in durissima quædam ossa, spectatu ob siccam hominis mediæ ætatis temperiem iucundissima, incidissem, ossibus perforandis paraui: sumptis uidelicet duobus stipitibus, trium ferè palmarum longitudine, & crassitie trium propemodum digitorum: qui deinde altera parte, non procul ab extremo orbiculari, & quod pollicem admitteret, foramine, perforabantur, ut axis in illis uolui posset, quæ longa erat palmas ferè tres, & suis extremis crassitie pollicis, in medio autem duplicata crassitie, teres, ut scilicet extrema, stipitum foraminibus conuenirent, ac in illis commodè uoluerentur: & media crassitudo axem ita cohiberet, ut stipitibus secundùm eius crassitiei longitudinem ualidè alicuius mensæ uel scamni angulo intrusus, & cum axe illis indita firmatis, ipsa duntaxat in stipitibus circumduci posset, non autem antrorsum aut retrorsum ageretur. Atque ita unum axis extremum, ad trium ferè digitorum latitudinem, pollicis modo teres erat: ad quatuor autem, uel quinque digitorum latitudinem, duplo crassius. & reliquum axis, pollicis crassitiem ita æquabat, ut extra alterum stipitem, & ultra mensæ scamni ve amplitudinem aliquousque promineret, illiq́; ferrum immitteretur, quo ossa perforabam: modò tenuius, modò crassius, pro rei usu, illorum ratione assumens, qui sphærulas, orationibus Dominicis, & ad diuam Virginem salutationibus sanctè enumerandis aptas, indies præparant. Cæterùm media illa axis crassities, inter firmatos consistens stipites, exactissimè fuit teres, ut tenue lorum ipsi aptius circumuolueretur, quod semel axi circumductum, oblongi baculi extremis tanquam arcui nectebatur: ut baculo sursum & deorsum sinistra manu, tanquam lyra ludente, uicissim ducto, axis cum ferro ipsi indito, in stipitibus circumageretur, ac os, quod dextra manu adhibebam, perforaret. Hoc itaque instrumento, aut solarum subularum ope, ossa perforabũtur. & ad manum erit æneum filum, partim crassius, partim tenuius: quod postmodum, quo magis sequax reddatur, & quo rariùs, quantumuis intortum, frangatur, erit igni, ut aliquandiu candescat, imponendum. His aderunt duæ tenaculæ, seu forcipes: unus quidem, quo filum intorquebitur: alter autem, quo iam intortum absecabitur. Inchoabis autem ossium colligationem à pedibus, ac primùm calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbam referens talo, & tria interiora tarsi ossa cymbam referenti: deinde his commettes pedij ossa, hisq́; seriatim digitorum ossa, cum osiculis sesamo comparatis. quæ ideo cautius & tenuiori subula perforabis, quòd duriora solidioraq́; sunt, & ex subulæ impetu promptius diuisa disiliunt. Vbi utrunque pedem iunxeris, tibiæ ossis tuber, quod sinus femoris capita excipientes dirimit, tanto foramine in tibiæ usque cauitatem, qua ipsius medulla reponitur, terebrandum est, quantum excipiendo duriori baculo sufficiat: qui femori etiam intrusus, claui ritu ita tibiam femori committat, uti fundi uasis asseres absque glutine necti cernimus. Est enim in femoris inferiori sede aliud foramen moliendum, illi è directo consistens, quod in tibia fieri uolebam, ut idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiusq́; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamen, femur tibiæ ossi utrinque crassiori filo committendum, est, non prætermissis cartilaginibus, tibiæ ossis sinus augentibus. quæ quum hæc ossa iungentur, simul cum illis constricta, in articulo genu seruabuntur. Mox fibula tibiæ ossi suprà infraq́; alligabitur, & patella simul femori ac tibiæ ossi firmabitur. Hoc ubi in utroque crure præstitum erit, sacri ossis lateribus ilium ossa crassiori filo sunt nectenda: ac deinde pubis ossa, interueniente etiam illorum cartilagine, iungenda. Iam ad manum erit orbicularis asser, in quem ossa erigentur. conuenit autem, huius asseris orbem tantum esse, ut pedes illi eo situ, quo ossa erigenda ducis, aptè firmari queant. In huius asseris medio foramen paratur, ut quum ossa in erectam arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat, quæ foramini illi indita, orbẽ cõuolui sinat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circunferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod instar teli, aut hastæ, aut falcis (utcunque uisum erit) paratum, sceleti manus suffulciet. Extructo in hunc modum orbi pedes impones, & astantis alicuius ope super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis: ac deinde femorum capita in coxendicum ossium acetabulis indes, ut rectè filo aut uirgula interuallum metiaris, quod ab orbe ad humiliorem sedem foraminis pertinet, in sacro osse dorsalis medullæ gratia incisi. Hoc etenim interuallum edocebit, qua mensura ferrum fabricandum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarumq́; uertebrarum foramini dorsalem medullam transmittenti inditum, uniuersa ossa pulchrè sustinebit. Ferrum namque ita aptandum est, ut ualidè orbis medio clauis affigatur, & ab orbe ad infimam usque nuper dicti foraminis sedem, teres aut quadratum sit. ab illa autem sede sursum latius quàm crassius esse conuenit, ut postmodum ad dorsi inflexum obliquari queat, uertebræq́; ipsi ita latioribus quoque adhibitis intrusisq́; bacillis adaptentur, ut immotæ maneant, neque ad ferrum circumuertantur. Atq; ideo ferrum inibi primùm tenuius fiet, ubi sacrum os, ne deorsum subsideat, suffulciendum uenit. Nisi enim hoc os firmetur, sustinaturq́;, unà cum ipso reliquæ uertebræ sensim descendent, temporisq́; successu sceleti crura turpiter obliquabuntur. Verùm quia os sacrum (quantumuis foramen dorsalis medullæ gra-



Hac figura instrumentum id expressimus, quo duriora ossa leui negotio perforantur. Significent itaque A & B duos stipites, qui mensæ aut scamni alicuius angulo possint infigi. C, C axim. D axis partem, cui ferrum, subulæ in modum inditur. E uerò arculum, quo axis circumuoluitur.


tia

tia in illo cælatum, cultri ope rectum agas, ut ferrum per ipsum transmittas) in hac quam modò paramus ossium strue, non satis in posteriora obliquatur, neque ad pubis os collatum satis sursum spectat: so-
a *Quasi à B primæ figur. cap. 18 foramen duceres supra e secundæ figu. eiusdem cap.* leo interdum ex [a] medio corporis secundi ossis sacri ossis foramen rectà sursum in debito sacri ossis situ, in foramen usque dorsalis medullæ exculpere, ubi id in altissima sede primi ossis sacri ossis consistit. Ac curatè igitur ab orbe ad sacri ossis foraminis, siue id sit finis eius quod dorsali paratum est medullæ, siue nouum prorsus ipsi ossi, uti iam dicebam, insculpseris, præparandi ferri longitudo metienda uenit. De reliqua autem ferri longitudine non adeò curandum est: quum hæc, si fortè longior sit, post ossium compactionem facilè præscindatur. Et etiamsi ossa arcæ imponenda duxeris, magnopere iuuerit, ferrum plus minus duabus palmis longius quàm uniuersum sit sceleton, fieri: ut ipsius portio extra uerticem eminens, superioris arcæ fundi foramini possit indi, in ipsoq; conuolui. Cæterùm osse sacro, cum ipsi utrinque nexis ilium ossibus, uti iam diximus, ad ferrum orbi fixum suffulto, crassiori filo femoris capita coxendicum acetabulis innectes: diligenter perpendens, quantum hæc aut extrorsum aut introrsum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta cõmittas: aut patellę, interiora potius crurũ, quàm anteriora respiciant. quod sanè futurum est, nisi ad amussim secundum totius cruris situm, femoris capita suis finibus iunxeris. Vtcunque tamen feceris, in hoc connexu filum prorsus intorquendum non est, priusquam pedes orbi & tibijs eo situ commiseris, in hoc connexu filum prorsus intorquendum non est, priusquam pedes orbi & tibijs eo situ commiseris, qui tibi apparebit elegantior. Hunc à baculi, quo manus stabilientur, forma, potissimum petes: alium quippe situm messoria falx, & alium hasta, aut Neptuni tridens, aut aliud quoduis iustrumentum expetit. Modò uertebræ omnes seriatim accommodandæ sunt, quo cuiusque situm ordinemq; inuentu non arduũ obserues. hunc namque uertebrarum forma, & articulationis ratio promptè ostendunt. Quum primùm ita que ordinatim omnes in mensam reposueris, quinque lumborum uertebras inuicem committes duobus nexibus, in corporum lateribus factis, qui unà cartilagineum ligamentum contineant, quod uertebrarum corpora interuenit. Huiusmodi ligamenta seriatim à charta, cui illa applicasti, sunt assumenda: eo semper relicto, quod eas intercedit uertebas, quas inuicem nunc non alligas. quemadmodum in præsentia est ligamentum, seu cartilago, sacrum os & infimam lumborum intercedẽs uertebram, idq; quod supremam lumborum & infimam thoracis uertebras interuenit. Iunctis enim lumborum uertebris, sex inferiores thoracis inuicem, & postmodum sex superiores unà cum ceruicis humiliori connectentur. Reliquæ autem ceruicis mutuò non sunt colligandæ: sed eas interueniens cartilagineum ligamentum, corpori inferioris uertebræ duntaxat est glutinandum. quandoquidem ceruicis uertebræ, ferro tantum inditæ, suam seruant sedẽ, neque thoracis uertebrarum modo costas sustinere debent. Ilico igitur atque uertebras ad eam quam prę cepi rationem, priusquam ferrum illis traijciatur, commiseris, lumborum uertebras ita connexas ferro impones, idq; sedulò ad eorum inflexum obliquabis: ac infimam uertebram unà cum sacro osse ita committes, ut iam prius lumborum uertebras mutuò uinxisti. Mox his inferiores thoracis adiũges, perpetuò quàm licebit accuratissimè ferrum, secundum totius dorsi ductum, complicans, & infimam thoracis uertebram supremæ lumborum adnectens. His pari modo superiores thoracis uertebræ addentur: & harum infima supremæ earum quæ iam ferro appositæ fuerant, alligata, latiusculum & longum, nigroq; colore intinctum adaptabis baculum, qui posteriori ferri parti appositus, quàm licebit demissè inter ferrum & uertebras in trudetur, ut huius baculi beneficio uertebræ ad ferrum firmius contineantur, neque ulla ratione uersatiles sint, ne postmodum uniuersus thorax in hoc illud ve latus turpiter conuolui queat. Vt autem caluaria ferro applicetur, necessum est uerticem foramine quodam perforari, ad amussim ferri amplitudini & crassicici correspondente: ne si quando orbiculari alicui uerticis foramini ferrum traijceres, caluaria quauis occasione quoquouersum circumuertatur. prout enim faciem anteriora exactè, aut uersus latera spectare uolueris, foramen uerticis aut transuersim, aut obliquè insculpi oportet. Iam caluaria quoque perforanda est, ut ligulis ea sectio, quam serra in caluaria molitus es, committatur: & quum usum fuerit, caluaria à ferro adempta, rursus dissolui queat. summopere namque conducet, internam caluariæ amplitudinem, qua cerebrum continetur, quotiescunq; libuerit, intueri. quod ut fiat, utraq; caluariæ pars tribus foraminibus sibi mutuò correspondentibus perforabitur. ac unum quidem foramen opportunè in occipitio perficietur, & in utroq; tempore unum. At inferiorem maxillam, non neglectis hic peculiaribus cartilaginibus, æneo filo in ipsius temporum ossium finibus committes. Verùm quũ hic connexus non adeò firmus sit, ut accuratè dentes mutuò applicet, sed inferior maxilla dependeat, elegansq; sit, hanc superiori modò iungi, & modò ab illa disiungi: præter dictũ nexum, maxillæ inferioris acuti processus etiã perforandi sunt, & funiculus ipsis illigandus, qui sub iugalibus ossibus traiectus, & uertici incũbens, nunc uersus frontem, nunc uersus occipitium tendi possit, dentesq; ita collidi queant. Porrò nunc tempestium erit, costas uertebis & suis cartilaginibus alligare: quod sanè ut ad amussim & sedulò facias, primùm omnes dextras costas à siniſtris discernes, coniectura uel à sinu sumpta, quo uena, neruus & arteria secundum costas exporrigitur: dein à superiori costarum sede, quæ latior spissiorq; inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferè modũ ((( ))) costas mensæ seriatim impones, ut dextræ siniſtris respondeant, curans. Promptum enim erit, singulas suis sedibus ponere: si ea modò memoriæ non exciderint, quæ ad internoscendas costas suprà commemorauimus. Ex hac costarum serie, primam utriusque lateris costam suæ cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde sodali pectoris os cum adnexis ipsi cartilaginibus in sua sede tenendum porriges, ac deinceps primas costas primæ thoracis uertebræ transuersis processibus alligabis. Insuper secundas costas suæ committes uertebrę, & postmodum ipsarum cartilaginibus, atq; ita seriatim omnes: obseruans interim, ut illas costas toto interuallo prorsus dehiscere sinas, quę ante sectionem cartilaginibus inuicem diremptæ fuerant. Nũc humeros spissiori filo scapulis nectes, & deinde tenuiori filo clauiculas superioribus scapularum processibus,

bus,mox ſcapulas coſtis, & clauiculas pectoris oſsi. Quum tamen humeros ſcapulis aduincies,expendendum eſt, quò nam ſitu manus collocandas duxeris. Hic enim multum refert, quomodo ſcapulæ ſinui, caput humeri committatur. In quo etiam connexu cartilago neutiquam prætereunda eſt, cuius auxilio ſcapulæ ſinus interdum adaugetur:atq; ita etiam cartilagines,clauicularum articulis peculiares,nó neglectæ, ſuis articulis nectentur. Cæterùm cubiti oſſa humero uincienda non ſunt, priuſquam manus tota ipſi fuerit nexa.Radius itaque,habita ad futurum manus ſitum ratione, ſuprà infraq; ulnæ eſt colligandus. deinde ſi brachialis oſſa diſiuncta,ſuisq; ligamentis libera ſunt, ea inuicem ueniunt committenda:aliàs autem ſuorum ligamentorum interuentu abundè continentur. Inferiori ipſorum ſedi primùm pollicis os,& quatuor poſtbrachialis oſſa, ac deinde his digitorum oſſa,unà cum ſeſaminis oſsiculis adnectes. Poſtremò autem brachiale radio iunges,& deinde ulnam humero. Atq; ubi id in utroq; latere præſtitum erit,manus baculo illi alligabis, quem ualidè orbi infixum, inſtar falcis,aut aliter extruendum dixi. Erectis nunc oſsibus, ex oſſe ꝛ referenti, & auditus organi oſsiculis, ac aſperæ arteriæ,auriumq; & palpebrarum cartilaginibus, & ungue,cordisq; cartilaginea portione,monile licebit confingere: his omnibus catenulæ, aut exiccato cruris aut manus neruo adnexis.

DE INSTRVMENTIS, QVAE ANATOMES STVDIOSO debent eſſe ad manum. Caput XLI.

ANATOMICO'RVM INSTRVMENTORVM DELINEATIO.



QVADRAGESIMIPRIMI CAPITIS FIGVRARVM, eiuſdemq; characterum Index.

PRAESENTI figura,menſæ cuidam incumbentem finximus aſſerem, quo in uiuorum ſectionibus utimur: dein huic aſſeri omnia propemodum accommodauimus,quibus in diſſectionum adminiſtrationibus, adeoq; tota Anatome quis uti poſſet.

A,A Menſa,cui reliqua omnia modò ſeriatim indicanda ſuperſternuntur.
B,B Aſſer,uiuis ſectionibus adminiſtrandis idoneus.
C,C Varia foramina,quibus laqueos pro animalis mole adhibemus,quum femora & brachia uincimus.
D,D Eiuſmodi anuli manibus pedibusq; ligandis adaptantur.
E Huic anulo maxilla ſuperior,libera inferiori,catenula alligatur,ut caput immotum ſeruetur,ac interim neque uox, neque reſpiratio uinculorum aliàs occaſione præpediantur.
F,F Diuerſa nouacularum genera,quibus ſpongia accumbit.
G Cultelli,ad earum ſpeciem formati,quibus calami adaptantur.
H Vulgaris,qui menſæ adhibetur culter.
I Grandis ac ualidus culter.
K Cultri è buxo parati.
L Hamuli.
M Varij ſtyli,unà cum ſiphone.

Obliquatæ

N,N *Obliquatæ acus cum filo crassiore, quibus literarum fasciculos colligamus.*
n *Minores acus, quas uulneribus suendis accommodamus.*
O *Serra.*
P *Forficula.*
Q *Malleus ligneus.*
R *Arundines, inflando pulmoni & alijs quibusdam partibus idoneæ.*
S *Filum æneum, ossibus nectendis aptum.*
T *Subula forandis ossibus parata.*
V *Varia subularum ferramenta.*
X *Forpex, intorquendis filorum extremis comparatus.*
Y *Forpex, quo intorti, & ossa iam committentis fili reliquias præscindimus.*

QVANDOQVIDEM superiori Capite in nonnullorum instrumentorum mentionem incidimus, quibus ad Anatomen utimur, quumq; nõ infrequens horum similiumq; in subsequetibus libris sermo occurret: haud abs re fore duxerim, ea omnia obiter, ut in huius Capitis figura exprimuntur, utq; dessectionum studiosis ad manum esse debent, recensere. Primùm itaq; plures comparandi sunt [a] cultri, quibus tonsores in abradendis pilis utuntur, & quos uulgo nouaculas dicimus. ac harum quasdam acutas esse conuenit, quasdam uerò retusiores. quamuis istarum maior semper, quàm ipse uelis, futura tibi sit copia. Eligendæ sunt minores & leuiores: quamuis etiam grãdes aliquot adesse, nihil prohibeat. plures uerò coemendę sunt, quòd leui quaq; occasione in membranis, aut tendinibus, ligamentisq; findendis corrumpantur: & quum fragili admodum constent ferro, promptè exiliant, præcipuè si nouas, & acuenduo non detritas, operi adhibueris. Quibusdam ex his, & potissimum minoribus, illud ferri tuberculum non inutiliter auferetur quod cultrum extra manubrij rectitudinem extendi prohibet. atq; id tũc in primis tentãdum uenit, quum nullæ reperiuntur nouaculę obliquo extructę manubrio: quales illæ sunt, quibus nostrates & Galli tonsores utuntur. Italis enim, ut & Anglis ferè, rudes, & magnis erectisq; capulis seu manubrijs præditæ nouaculæ sunt in usu: quarum capuli subinde in obliquis sectionibus, quo minus scilicet manum ex sententia inflectas, obstaculo sunt. His [b] paruos cultellos, quibus calamos adaptamus, addere oportet: & ex his nonnullos orbiculato cuspide, nonnullos uerò oblongo acutoq; esse conuenit. Horum autem potiores sunt, penitus ferrei: alijs enim, quum [c] transuersa ligamenta scindere conamur, capulus promptè frangitur: ipsumq; ferrum imbecillius, emollita nimirũ ex calidę aquæ lotione resina, in capulis firmatur. Prorsus respuendi sunt in curuati, ac falcibus similes: quoniã solo propemodũ mucrone inter dissecandum utimur, qui introrsum in curuis illis cultellis reflexus, difficulter transuersis ligameatis, & potissimũ per uniuersam interiorem digitorum sedem, subijcitur. Præterea nõ inutiliter adhibentur [d] cultri aliquot illorum, quos mensæ apponimus. quorum unum & alterum maiorem esse conuenit, sed retusum & crassum, ferreumq; potius quàm chalybeum, aut saltem non impense fragilem. Si uisum fuerit, poteris his adijcere [e] duos è buxo, aut ligno guaiaco confictos: atq; ex his alterum tenuem & oblonga cuspide scindes, alterum uerò latum & orbiculari cuspide esse sines. Verùm illos rarò admodum sectionibus adhibeo, quum retusiores nouaculæ semper sint ad manum. Licebit etiam [f] hamulos duos effingere, illos referentes, quos Capitis initio appinximus. Consueui autem illos parare ex furculis, quæ Italorũ mensæ indies apponuntur, & à pyramide nomen sibi uendicant. Si enim utraque eiusmodi furculæ crura magis lima attenuaueris, & dein eorum apices obliquè nonnihil instar semicirculi inflexeris, hamulum tibi elegantẽ paraueris, cuius mucrones lima ex arbitrio acuere est integrum. atque ita unum hamulum obtusiorem, alterum uerò acutiorem comparare iuuerit. Quanquam interim relictis hamulis, ungues subinde operi in eleuandis quibusdam corporibus utilius adhiberes, nisi sinistræ manus umbra sectionẽ obtenebraret. Insuper [g] stylos longos, breues, & crassitie uarios, ex argẽteo aut æneo filo tibi dissecari curabis, & quosdã ex mollissimo maximeq; sequaci plumbo, ab aurifabro quopiam educi trahiq; instar filorum sines. Hi enim unà cum porcinis aliquot setis, ad uarios usus, & præsertim ad obliquorum ductuum foraminumq; naturam inueniendam, mirè conferunt. Iuuerit quoq; syphonem adesse, si fortasis illum per penem aliquando ueficæ indere liberet, ut in eo opere reddereris exercitatior. Et quemadmodum nucleum syphoni affinximus, ita quoq; quibusdam stylis illum adhiberi, & quosdam etiam syphonis modo incuruari conduxerit. Neq; profectò mediocriter utiles sunt styli aliquot, instar mediæ canalis extructi: ita nimirum, ut syphones parantur, in quorum cauitatem sectio tentatur, ex qua è uesica calculus euellitur: aut ad eam stylorum formam, in quibus pilosi serici textores sericum in pilos seriatim secant. Conferunt namque illi styli in sectionibus, quibus membranam longa sectione diuidimus, cauentes, ne quid subditorum aut in membrana complexorum læ datur. [h] Acus quasdam habere conuenit, instar *C* literæ, aut (obliquatas. quod ilico præstabitur, si uulgares acus ignitas, ac ueluti ductiles redditas, obliquaueris. Conduxerit uerò has esse magnas & paruas, ut filum funiculosq; graciles trãsmitant. Præter incuruas has, & retusiori quasi cuspide præditas acus, [i] tales quoque ad manum sint, quibus in consuendis uulneribus utimur, aut quibus chirothecæ aut pelles alioquin consuuntur: ut cutem aliquando suere uales, quoties metuis, te absente, aliquid à spectatoribus discendi cupidis uitiandum. His acubus [k] filum adaptatur sericum, quo uulnera committuntur, aut peculia re aliquod, si fortè quæpiam consuta dissolui turbariq; ab alijs, quum abes, uereris. Cæterùm ad uasa religanda, communi illo uteris filo, quo literarum fasciculos colligamus, quod præstantissimum ex Germania

a F. *Nouaculæ.*
b G. *Parui cultri, quibus calami adaptantur.*
c I *musc. tab. charac.* 1,2,3,4,5, 6.Δ.ς.Ξ.
d H,I. *Vulgares cultri.*
e K. *Buxei.*
f L. *Hamuli.*
g M. *Styli.*
h N. *Acus uariæ.*
i *n.*
k *ipso filo acus sunt infixa.* *Filum.*

in Italiam adfertur: apud alias autem nationes imbecillius & crassius, minusq; intortum & læue reperitur. l Forficula, non nisi abscindendis post ligationem funiculis est accommoda, quod etiam quouis obitur cultro. m Serra uerò, quam interdum operi adhibemus, ea conducet, qua gangræna, aut eius generis affectibus uitiata membra præscindimus: cui muneri illæ magis sunt idoneæ, quæ à pectinum artificibus petuntur, quàm quæ impense tenues, & ob id nimium uibratiles, apud chirurgos magno supercilio seruantur. n Malleus, si quando illo ad o grandiorem cultrum impellendum, quum aliorum animalium effringes caluarias, aliud ve os illo discindes, quiuis ferè erit accommodus. Non inopportunè etiam ex arundinibus oblongi aptabuntur p calami, quibus minister aliquis hoc illud ve corpus commodiùs quàm folle inflabus id præscindimus, uti & s subularum, & t æneorum filorum, & dein u instrumenti cuiusdam, quo ossa promptè terebrantur, rationem, in præcedente Capite complexi sumus. x Asseres uerò, quibus magno usu uiuas obimus sectiones, paratu quoque faciles sunt: & illos ad finem septimi libri describemus, ubi uiuorum persequemur Anatomen.

Forficula. Malleus.

Canula.

Instrumenta connectẽdis ossibus idonea.

Asseres uiuis sectionibus accommodi.

l P.
m O.
n Q.
o I.
p R.
q Y.
r X.
s T.
t S.
u *in contextu ca. 40.*
x B, B. *& fi. occurrens in contextu ca. 19. li. 7 & in infima sede figuræ in frõte operis posita.*

CHARACTERVM, QVI TRIBVS VNIVERSVM sceleton exprimentibus figuris adhibentur, Index, unà cum uarijs ossium nominibus.

TRIBVS figuris, quibus tota ossium strues exprimitur, quasq; integras nuncupare soleo, ijdem ferè inscribuntur characteres. quanquam si quis illorum alicui tantum figuræ peculiaris sit, ex numero promptè obseruabitur, quẽ singulis characteribus modò in Indice subijciam, quo potissimùm institui ossiũ nomina (sed citra ipsorum rationem) ascribere: primùm ea collocaturus, quibus toto sermonis contextu præcipuè utor: dein Græca, mox (si quæ alia sint) Latina, probatioribus recepta autoribus: idq; ita, ut ordo hic ulm quandam habeat. His succedent Hebræa, uerùm aliqua ex parte adhuc Arabica, quum scilicet ex Hebræo Auicennæ interprete propemodum omnia, à familiari mihi amico Lazaro Hebræo de Frigeis (cum quo in Auicennæ lectione uersari soleo) sint transcripta. Atque illis nominibus ideo latinas literas subiungendas duxi, quòd horum pleraque in Arabum libris latinitate donatis adhuc occurrant: ac proinde etiam meritò post hæc locum habebunt alia in Latinis Arabum interpretibus passim obuia, simul cum ijs quæ in nostræ ætatis manualium medicorum libris leguntur. Os itaque Græcis nominatur ὀστέον, Hebræis עצם *hezem. Cartilago autem χόνδρος,* סחוסים *haschuschim. Cæterùm ossium nomina opportunè auspicabimur à caluaria, quæ Græcis dicitur κρανίον, κόγχος, κύτος, κοιλότης, σκαφίον. Calua, cerebri galea. Atque ita nonnullis totam capitis molem, uti in cœmiterijs occurrit, aut alioquin uulgò pingitur, uocare libuit: aliquibus uerò eam duntaxat partem, quæ crinibus ornatur, cuius circulus στέφανη & περιφόρημος, nuncupatur.* קיק המוח *kk ech hamoah,* קדקד המוח *chederoth hamoach. theca & olla capitis, testa capitis, & scutella capitis, asoan.*

Suturæ, quibus capitis ossa inuicem committuntur, generatim uocantur ῥαφαὶ. סלעים *scelauim. senan, direzan, adoren, complosa.*

A 2,3 *Sutura coronalis, στεφανιαία.* חלילי *hachlilij,* קשתי *chascthij. arcualis, sutura puppis.*

B 2,3 *Græcorum maiusculum Λ referens sutura, λαμβδοειδὴς, & ab υ similitudine ὑψιλοειδὴς.* לעדי *lamdij. laude, hypsili, sutura proræ.*

C 3 *Sagittalis sutura, ὀβελιαία, ῥαβδοειδὴς. Instar teli, ueru, aut uirgæ secundum capitis longitudinem prorepens sutura.* חחי *chechij,* שפודי *scefodij. nerualis, idq; potissimùm, ubi hæc coronali committitur: qui locus etiam zeudech, idq; in primis Mesuæ uocatur.*

D 2,3 *Hæc compago, ueræ suturæ imaginem non exprimens, cum sua coniuge uocatur, contextus squamarum modo commissi, λεπιδοειδὲις, κροταφίαι, temporales, squamæformes.* קלפיים *chelaphijm. Corticales, mendosæ. Reliquæ caluariæ suturæ, & contextus alij ipsius omnes, proprijs destituuntur nominibus.*

a 2,3 *Hoc os, perinde ac suum coniunx, uocatur os uerticis, βρέγματος, κορυφῆς. Sunt quibus utraque, syncipitis ossa nuncupantur.* עצם מקדקד *hezem hachodchod. Nerualia, paria, arcualia: quanquam alij ita ingalia uocitent ossa. Parietalia, quo nomine nonnullis temporum ossa dicuntur. ossa rationis, seu cogitationis.*

β 1,2,3 *Frontis os, μετώπη. quibusdam sincipitis.* עצם המצח *hezem hamezzech. Coronale, os puppis capitis, os inuerecundum, os sensus communis.*

γ 2,3 *Occipitis, seu occipitij os, ἰνίου* עצם העורף *hezem haboreph. Laude os, pyxis os, os proræ, os memoriæ. Sunt qui & baditum fuerit. sillare (quòd magnam capitis basis portionem constituat) nuncupent: etiamsi id nomen cuneiformi ossi priuatim in-*

δ 2,3 *Temporum ossa utrinque singula, κροταφῶν, κορσῶν, κορρῶν, λεπιδοειδῆ, aliquibus etiam λιθοειδῆ. lapidea, lapidosa.* עצמות האזניים *hazzamoth haaunijm. aurium: etiamsi id nomen duobus ossiculis accommodari possit, auditus organi constructionem ingredientibus, & in scãno, cui secunda figura cubitis innititur, q; & * expressis. Quãdoquidem q; ossiculum notat incudi aut molari denti assimilatum: * uerò, id quod malleolo, aut femoris ossi comparamus. Quia uerò hæc ossicula priscis Anatomes professoribus fuerunt incognita, non mirum est, illa nominibus destitui. Cæterùm temporum ossa quibusdam tympanum, mendosa, parietalia, dura, armalia dicuntur.*

*q;. *.*


ε 2 *In temporis osse processus, styli acus ve imaginem referens, συλοειδὴς, γραφοειδὴς, βελονοειδὴς, πλῆκτρον. calcar capitis.* קמו מרפן *chemo marbezz. Os calaminum, sagittale, clauale, acuale.*

ζ 1,2,3 *Temporis ossis processus, uberis papillam referens. μαστοειδὴς, mamillaris,* עצם פטמי *hezem potmij.*


E 2,3 *Os cuneo comparatum. σφηνοειδὲς. Galeno κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ὀστοῦ (etiamsi palatum uix contingat) circumscribitur, πολύμορφον. Cuneiforme, palati os, basillare: quamuis sic etiam appellent occipitis os.* עצם המוסך *moscau hamoach.*

Baxillare,


HVMANI CORPORIS OSSIVM SIMVL Compactorum anterior facies.



HVMANI CORPORIS OSSIVM EX LATERE DELINEATIO.



CORPORIS HVMANI OSSA, POSTERIORI FACIE PROPOSITA.



Baxillare, paxillum, os colatorij, os cribratum, cauilla: quanquam & ita talum quoque uocent.

n 2 *Sedes caluariæ, quam lapidosam dicimus.*

θ 2 *Cuneiformis ossis processus, uespertilionum alis assimilati.* σφηνοειδῆς. עצם כנפת *hezzem chenaphij.*

F, 1,2,3 *Hæc sedes, simul cum sua coniuge in altero latere, uocatur ossa iugalia & coniugalia.* ζυγώματα, ζυγοειδῆ, ζυγώδη, συζυγωδῆ, καταγκρὸς. עצום סווג *hazamoth lazogh. Ossa paris, paria, quæ nomina illi etiam temporum assribunt ossibus, ansæ ossium temporum, arcualia ossa. Octauum capitis nobis enumeratum os, quod cribro, aut colo, & quibusdam spongiæ confertur, ob idq; ἠθμοειδὲς & σπογγοειδὲς nuncupatur: uti & uulgò crista tum dicitur, nullibi sese offert in tribus his integram ossium compagem exprimentibus tabulis, quum in interna tantum occurrat caluariæ amplitudine, quemadmodum ostendit octaua figura Capitis sexti, ad A, B, A. Nisi fortè, quia narium septum constituit extra dictam amplitudinem, id aliqua ex parte uideri quis contendat.*

Superioris maxillæ duodecim ossibus nullum inscripsimus characterem, quòd priuatis destituantur nominibus. Cæterùm superior maxilla dicitur σιάγων, γήνυς, γήυος. *mandibula.* סלסי סעלין *halechi habelion. quæ nomina & inferiori*

G. *maxillæ, G in tribus figuris notatæ, accommodantur, quam Halyabatis interpres priuatim Faucem uocat.*

Dentes, ὀδόντες, סניים *scinaijm, plurimùm in utraque maxilla sedecim figuntur: quorum quatuor medij anteriores q; incisorij uocantur.* τομεῖς, δίχασπιρες, κτένες, γελαστῖνοι. *risorij, quaterij.* סעסקנים *hamechatechim. quadrupli. Verum duo medij barbaris priuatim duales appellãtur Qui utrinque incisorijs proximus est, caninus uocatur: sunt q; utriusque maxillæ duo canini.* κυνόδοντες. כלביים או סיטלבות *chelauijm, aut metalehotb. Mordentes, hos quidam quoque riforios uocauerunt. Quinque autem utrinque insequentes, molares appellantur.* μυλίται, γόμφοι. *molares, maxillares, paxillares, mensales, Cicero genuinos: quo nomine alij eos appellant, qui post pubertatem ferè crescunt, ac Græcis* σωφρονισπῆρες, κραιπῆρες, ὀφίγονοι *uocantur: nostris dentes sensus ac sapientiæ & intellectus, serotini, ætatem complentes, dein cayseles.* בנעויד *naghuid, neguegidi, nanged, alhalm. Molares uerò, Hebræis dicuntur* טוסכות *tochanoth.*

H 2 *Os υ referens (quod in secundæ figuræ mensa depictum iacet)* ὑ ψιλοειδὲς, ὑοειδὲς λαμβδοειδὲς, παρασκήνιον, φαρύγγιον. *os υ aut Λ imaginem exprimens.* עצם לשי או לשדי *hezem lhami aut lamdij. Linguæ os, & fulcrum, gutturis os, os lande, os morsus Adam. Alsaic.*

I, K, L, M, N *His characteribus, in tribus figuris ferè conspicuis, dorsum notatur, quod* ῥαχὶς, ἄκανθα, νῶτον, ἱερὰ σύριγξ, *spina, tergum, hominis carina,* סדרס *scidra nuncupatum, multis extruitur uertebris,* σπονδύλοις, *cubis.* סולות *chulioth. Verticulis, ossibus fusi, quæ in posteriori sede acutum educunt processum, qui spina,* ἄκανθα. *Siminea, a Senasce, senasem uocatur. Cæterùm ab I ad K indicatur cernix.* τράχυλος, αὐχὴν, *collum.* גוסר או גרון *zauor uel gharron. Tenon, athlas, quod nomen alij septimæ ceruicis uertebræ duntaxat tribuunt. Porrò à K ad L uertebræ insigniuntur thoracis,* θώρακος, *aliquando &* νῶτα, μεταφρένα, *pectoris, interdum dorsi simpliciter.* סוס *chaze. Interscapilij. Ab L ad M uertebræ lumborum.* ὀσφύος, ἰξύος, ψοιῶν. *renum.* סתנים *mothnaim. Alchatin. Ab M ad N os sacrum proponitur.* ἱερὸν, πλατὺ. *latum,* עצם פי שטבשת *bezem pi batababath. Lumbare, ossa clunium, clauium, alagas, agit, abhans, abhaum, uetula, osamium osanum, quæ nomina subsequenti iam ossi à quibusdam tribuuntur. N itaque inscribitur coccyx os.* κόκκυξ, σπονδύλιον, ὀπισθοπύγιον, ἐρεῖον. עגס *haaze. Caudæ os, alhosos: dein reliqua, quæ ossi sacro ex quorundam interpretum sententia asscripsimus nomina.*

O 1, 2,3 *Pectoris os.* στέρνον. *quo nomine nonnulli superiorem ossis partem appellant, inferiorem tunc* ξίφος *nuncupantes.* עצם סטוס *hezem hebace. thorax, asser, cassos, scutum cordis. Superiorem huius ossis sedem, quæ iugulum constituit, uocant furculam superiorem: & sedem inferiorem, appellant furculam humiliorem.*

P 1, 2,3 *Mucronata pectoris cartilago, ensi comparata,* ξιφοειδὴς, *ensiformis.* עצם כדלי רחב *hezem bedelij rachauch.* גרוני *gheroni,* אלכנגרי *alchangri: quibus nominibus uniuersum pectoris os subinde donatur. Malum granatum, ensifoidis, cultralis, epiglottalis cartilago, scutum, clypeus oris stomachi, medium furculæ inferioris.*

1,2,3 *&c. usque ad 12. In tribus figuris duodecim thoracis costæ, tam ueræ ac legitimæ, quàm nothæ, spuriæ ue, uel mendosæ indicantur.* πλευραὶ. גלעות *zelahoth. Spuriæ uocantur etiam* ψευδεῖς.

Q 1, 2,3 *Clauiculæ* κλεῖδες *claues, iugula. Sunt qui & has humeros appellarunt.* סכס *scechem. Furculæ.*

R 1, 2,3 *Scapula.* ὠμοπλάτη, ὄπισθότιον, πλάτη, ὦμος. *Hæc Latinis plerunque etiam humerus nuncupatur, scoptulum opertum,*

λ. *scoptula.* כתף *chatheph. Spatula, clypeus & scutum thoracis. Cæterùm λ in tribus figuris, superior scapulæ insignitur processus, quem summum humerum ferè uocamus,* ἀκρώμιον: *aliquando autem Hippocrati* τοῦ ἀκρωμίου ὀστέον. *Galeno etiam nonnunquam* ἀγκυροειδὴς, κωρακοειδὴς, καταπλεὶς, ἔπωμὶς *dictus. Summus armus,* אגרסו סרטוס *agrasso chartom,* פי סעורב *pi hahoreub. Rostrum procinum, caput scapulæ. alacharam, manchar, algorab, destructum. Processus*

μ. *autem scapulæ interior inferior ue, in prima figura μ indicatus, dicitur* ἀγκυροειδὴς, *& Galeno interdum* κορακοειδὴς, στυμοειδὴς. *Anchoræformis, C literam referens processus.* עין סכתף *haijn hacateph. Oculus scapulæ, quo etiam nomine scapulæ spina nuncupatur.*

S 1,2,3 *Humerus, seu brachij os,* βραχίων. *Brachium. sunt quibus ulna uocetur.* קנה כורוע *chane hazeroha,* עגד *hazad. Paruum brachium, adiutorium brachij, canna brachij, aseth.*

T, V 1, 2,3 *Tota hæc sedes, cubitus nobis, Celso autem brachium nuncupatur.* πῆχυς, ὠλένη. ἄλενος, πυγών. *Cubitus, ulna: quæ nomina etiam inferiori huius sedis ossi tribuuntur.* זנדין *zandin,* זרוע *zeroha.* סקי עמודים *scete hamudim. Asaid, aseid, alsabad.*

X 1, 2,3 *Superius in cubito os, radius nobis appellatum.* κερκὶς, παραπήχιον. עמוד סעלין *hamud haelion. Focile minus brachij, canna, arundo minor brachij.*

Y 1, 2,3 *Cubiti inferius os, ulna nobis dictum, eisdemq; cum toto cubito nocibus donatum.* προπήχιον. עמוד סתתתון *hamud*

ν. *hatachthon. Focile maius brachij, canna, ac arundo maior & inferior brachij. Huius processum, in secunda figura ν insignitum, Græci nuncupant* ὠλέκρανον, κύβιτον, ἀγκῶνα: *Latinorum quidam gibberum, gibbum. Addittamentum necatum.*

ξ. catum. Proceſſus autem ξ inſignitus, ac ſtylum referens, σκυλοειδὴς nuncupatur.

2,Z 1,2,3 Brachiale. καρπὸς. Palma quibuſdam. רמנ raſegh. Raſcha, raſeta. aſcam, oſſa raſete.

Γ 1,2 Poſtbrachiale. μεταχάρπιον, ἄνδρων, σῆθος, κτεὶς, κτενίον. permultis palma, pectus manus, pecten. עמרק כף פיד maſrech chaph haiad. alſelameat.

Δ,Δ 1,2,3 Digiti. δάκτυλοι. אגבעות bezbahoth. Horum oſſa dicuntur φάλαγγες, σκυταλίδες, κόνδυλοι. Agmina, acies, articuli, internodia. Dein ſingulis digitis priuata tribuuntur nomina. Pollex enim, ſeu primus, dicitur μέγας, ἀντίχειρ, magnus, promanus. Secundus, λιχανὸς, index. Tertius, μέσος, medius, impudicus, infamis, uerpus. Quartus, παράμεσος, ἰατρικὸς. anularis, medicus, cordis digitus, & potiſſimum ſiniſter. Quintus, μικρὸς, paruus, minimus, auricularis.

Θ 1,2,3 Oſſa ſacri oſſis lateribus commiſſa, quorum utrinque unum eſt, in tres ueluti ſedes (etſi continuum ſit) à diſſectionis

ο. profeſſoribus diſtinctum. ac prima quidem o inſignitur, ilium os nuncupata, λαγόνων, עגם פכמל hezem hacheſel.

π. Alharta, anchæ, interdum lumbare. Secunda autem ſedes, mediaq;, ac π inſignita, coxendicis os nuncupatur, ἰσχίον

ρ. עגם סיך hezem haiarech, coxæ os: quibus nominibus pleriſque totum os etiam uocatur, uti & ἀνώνυμον. Althauorat, pixis os. femoris os, ſed ualde perperàm. Tertia uerò ſedes, anteriorq;, ac ρ inſignita, pubis os dicitur, ἤβης, pectinis, נבי סערוס gabe haberua, עלעתכח helhaua. Penis os, pudibundum, & feneſtratum os. hoc etiam barbari ſe moris os ſubinde appellitant. Verùm uniuerſum os Hebræis dicitur עצמות נב סערוס hazamoth ghau haberua.

ς 1,2,3 Coalitus pubis oſſium. uerùm priuatim cartilago hic inſignitur, eorum oſſium unionem interueniens.

Λ 1,2,3 Femur. ſeu femoris os, femen. μηρὸν. פמד סיך pachad, haiarech. Os coxæ, coxa, agis, anchæ os. Quibuſdam crus appellatur.

τ 1,2,3 Exterior femoris proceſſus, qui rotator & natis ferè nuncupatur, τροχαντὴρ μέγας, γλουτὸς. Malum granatum teſticu

υ. lorum. tharuca, trachametra maior. Minor uerò interiorq; proceſſus, υ inſignitur.

Ξ 1,2,3 Patella. μύλη, ὀστομυλὶς, μυλακρὺς, κόγχη, κόγχος, ὀστογονατὶς. Mola, ſcutiforme os, genu rotula. עין או עגן סטרכוכס hayn au maghen habarcuba. Oculus genu, polus, adaicon, raſga, alraſafe, aresfatu.

Π,Σ 1,2,3 Hæc pars uniuerſa Celſo crus nuncupatur. quanquam Galeno σκέλος dicitur, quicquid à coxendicis oſſe, ipſis ve inguinibus, ad extremum uſque digitorum pedis pertinet: femur nimirum, tibia, & pes ipſe. Nominatur itaque ſecus pars hæc, Π & Σ interſepta, tibia, κνήμη, סוק ſcoch. Quibus nominibus huius quoque ſedis grandius interiusq; os,

φ. cui φ inſcripſimus, obuium eſt, quod tibiæ os ferè nuncupamus, προκνήμιον, & interdum ἀντικνήμιον appellatum, קני שנדול chane hagadol. Focile maius, & arundo, & canna maior, ſeu domeſtica cruris. Cæterùm exterius graciliusq; os

ψ. ψ inſignitum, ac fibula nobis dictum, appellatur περόνη, παρακνήμιον. Sura. קנה קטן chaue hachaton. Focile minus, canna, & arundo minor cruris.

φ,χ 1,2,3 Inferiores tibiæ oſſis & fibulæ ſedes, malleoli appellatæ, σφυρὰ, σέσα: Latinorum autem nonnullis malè tali appellantur. שתי קצות סנולטים עטבי סקכים ſete chezzauoth haboletim miſcene hachanim. Clauiculæ, cauillæ, cahabin. Ac φ quidem interiorem indicat malleolum, χ autem exteriorem.

Ω 1,2,3 Talus, ἀστράγαλος, ἄστριος. Latinis interpretibus quibuſdam parum rectè malleolus appellatur, fortaſis huc quorundã non Anatomicorum ſententia ductis, qui τὸν σφῦραν. malleum, neutro autem genere τὰ σφυρὰ talos potius ſignificare contendunt. סקרסול hacharſul, ערקוס haarcchom, Baliſtæ os: ſeu baliſtæ nux, cauilla, chahab, alſochi.

a 2,3 Calx. πτέρνα, χαλκάνεος. Calcis os. עקב haacheu. Alrip, calcar pedis.

b 1,2 Os cymbam ſcapham ve referens. σκαφοειδὲς. Nauiculare, nauiforme. עגם סטוס או מפיכס קטכס hezem haſcaue, aut ſephina chetana.

c,c 1,2,3 Hæc pedis pars, quatuor efformata oſſibus, nobis tarſus, ut & Græcis, ferè nuncupatur. רסג raſegh. Raſeta pedis,

d,e,f. & oſſa raſetæ pedis. Tria autem interiora, d,e,f inſignita, priuatim χαλκοειδῆ quibuſdum appellantur, extimum uerò, ac g notatum, uocamus os cubum teſſeram ve referens. κυβοειδὲς, πολύμορφον. Cubiforme, quadratum. כרדי chardij, עגם נפרד hezem niphrad. Grandinoſum, uarium, nerdi.

g.

h,h 1,2,3 πέδιον. planta, planum, ueſtigium, & ſolum. μετάταρσος, σῆθος. Pectus, & pecten. מפרק סרגל maſrech hareghel. Alſelameet.

i,i 1,2,3 Pedis digiti.

k 1,2,3 Charactere k oſſicula notantur ſeſamina, σησαμοειδῆ. כלתסמיניאת heltheſaminiath. Alſemſeminiæ.

LIBRI PRIMI FINIS.

ANDREAE VESALII, DE CORPORIS HVMANI fabrica Liber Secundus.


LIGAMENTIS OSSA CARTILAGINESQVE INVICEM COMMITTENTIBVS, ET Muſculis, uoluntariorum motuum inſtrumentis, dedicatus: & figuras ipſi proprias, uti nunc deſcribetur, proponens.



TABVLAE ſeriatim modò ſequentes, omnibus ferè ſecundi libri Capitibus communes erunt. Primæ enim quatuordecim, integros exprimunt homines: harumq; ordine prima, anteriorem uiri faciem delineatam continet: ſecunda latus oſtendit: tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octaua, anteriorem faciem quoq; proponunt, in hoc illud ue latus, pro muſculorum, qui indicantur, natura & ſitu, magis repoſitam. Sex uerò octauam conſequentes, poſteriorem corporis faciem referunt, omnes propemodum ita effigiatæ, ut muſculi in præcedēte tabula omnino conſpicui, in ſequente reſecti, ab inſertione pendeant. Deinde omnes tabulæ ita inuicem congruunt, ut uni, quæ anteriorem exprimit faciem, alia ſuccedere poſsit, poſteriorem exhibens. Integrum namque erat, tertiæ ſubiungi nonam, mox quartam, dein decimam: inſuper quintam, illi uerò undecimam: poſtmodum ſextam, ab hac duodecimam: deinceps ſeptimā, quam ſequeretur decimatertia: cui rurſus ſuccederet octaua, & huic decimaquarta. Vnde etiam non inoportunè feceris, ſi utraque ſerie has muſculorum tabulas intuearis, atque quid ſingulæ potiſsimùm exprimant, ex ipſarum earundemq; characterum indicibus obiter requiras, quò promptius à Capitum contextu ad eas recurras. Perpaucis enim ſecundi libri Capitibus peculiares figuræ præponentur: ijs nimirum duntaxat, quorum muſculi communibus figuris ſcitè omnes exprimi nequiuerunt. in quorum numero ſunt, oculum mouentes muſculi, laryngis muſculi, peni peculiares, & recto inteſtino & ceruici ueſicæ proprij. Deinde Capitis fronti tabella adhibebitur, ligamentorum differentijs oſtendendis præcipuè apta: & ſecundi Capitis initium eas oſtendet figuras, quæ muſculorum compoſitioni intelligendæ ſunt idoneæ.

Porrò nō ſuffecerit, in una tabula muſculum aliquem intueri, etiamſi illum charactere inſigniuerim: ſed ſpectandus, ubi totus ſe offert. quod ferè fit, ubi peculiariter uni muſculo plures characteres adhibentur, præcipuè quum is extra aliorum ordinē maiuſculo Græcis charactere peculiari notatur. Quòd uerò in integras tabulas, muſculorum effigies ita digeſſerim, neque ſingulis Capitibus ſinguli articuli cum ſuis muſculis appicti ſint, ea potiſsimum occaſione factum puta, quòd illi, ſi priuatim articuli pingerentur, à nemine, niſi Anatomes peritiſsimo, poſſent diſtingui. Nunc autem, quum omnia cohæreant, cuiuis obuium eſt, qua ſede quiſque muſculus reperiatur: adeò ſanè, ut prorſus fuiſſet operæprecium, integras ad hunc modum tabulas delineari, quantumuis etiam ſeorſim articuli fuiſſent expreſsi. Inſuper ſi ſingulis Capitibus ſuos muſculos adhibere, uel aliqua ratione neceſſarium fore putaſſem, non hoc uſu ſtudioſi caruiſſent: quandoquidem præter ſumptum, nullus labor inſuper mihi impendendus erat. Ex his namque integris tabulis neceſſariò ſculptis, particulas ſingulas articulos ve ſeorſim tranſcindendos dare, non maioris mihi eſſet operæ, quàm ex chartis, quibus tabulæ iam impreſſæ ſunt, nunc caput, nunc brachium, nūc crus aut thoracem utut uiſum eſſet, abſcindere, & ſculptori offerre. Ad hæc, idem ſemper labor lectori in uertendis folijs impendiſſet, quum eadem pagina & muſculorum effigiem, & characterum indicem, ac deinde muſculorum deſcriptionem hiſtoriamq; continere nequeat.

PRIMA MVSCVLORVM TABVLA.



PRIMAE

PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHA-racterum Index.

PRIMA tabula anteriorem corporis faciem exprimit, à quo cutis cum adipe, & omnibus in superficie extantibus neruis, uenis, & arterijs resecui, nulla etiã relicta carneæ uocatæ nobis membranæ portione, uel in illis sedibus, quibus hæc musculosa euadit, quasq; omnes in tertia potius tabula, iam multis locis dissecta, quàm in hac expressimus, ut ista simul cum secunda & nona illis carneæ membranæ sedibus non ita obscurarentur: quin commodè id uniuersum proponerent, quod pictores & sculptores in musculorum ratione solum ferè expendunt. Verùm quid aliæ potissimum commonstrent tabulæ, ipsarum characterum edocebit index. Præsentis autem tabulæ characteres, ut modò subijciam, se habent.

A Glandulæ quàmplurimæ notantur, quæ sub aurium radice, ad posteriorem inferioris maxillæ sedem repositæ, cauitatem hic opplent, tutæq; uasorum distributioni præficiuntur. Hàc sede, qua glandulæ reponuntur, citra characteris ad miniculum, præscissæ hic auris foramen obseruatu est facillimum.

B Sinistri lateris musculus, ab inferiori maxilla in os υ referens insertus.

C Musculus à pectoris osse pronatus, qui cum suo coniuge inseritur in os υ referens.

D Musculus gracillimus, à superiori scapulæ costa, in os υ referens insertus: ac in quarta musculorum figura V & V, in quinta autem R & S notatus. Sedes, quæ utrinque ad literæ D latera uisitur, cauaq; est, neruos continet sexti paris neruorum cerebri, interioribus uenis iugularibus, & arterijs soporalibus concomitatos.

F Musculus, à pectoris osse & clauicula, in mamillarem temporis ossis processum, carnea insertione implantatus, & caput mouentium septimi paris alter.

G Portio musculi scapulam mouentium secundi. Præsentis musculi aliud nihil hic est conspicuum, quàm quòd in clauiculam, & summi humeri sedem clauiculæ connexam, inseritur. Verùm in nona figura totus apparet musculus, Γ & Δ insignitus.

H Sedes hæc iugulares uenas exteriores transmittit. quare etiam citra ommem musculi distinctionem, in uiuis (nisi fortè qui spiritum ualidius contineant, iugularesq; turgidas reddant) solum cana apparet. Vena autem hinc resecta, & mucosis quibusdam membranulis ademptis, ille occurrit musculus, quem D insigniui: & etiam unus, qui à prima thorabula notatur.

I Clauiculæ anterior sedes, quæ excarnis occurrit.

K Musculus brachium attollens, cuius principium a clauicula, summo humero, & scapulæ spina enascitur: atque hic ipsius pars spectatur, à clauicula & summo humero pronata.

L Musculus, brachium pectori adducens.

M Pectoris os, excarne apparens. nam musculus pectori brachium adducens ad ossis latus, primùm carneus esse incipit, & quamuis dexter sinistrum neruoso, & membranæ modo tenui exortu contingat, ob hoc tamen in uiuis adhuc hominibus pectoris os non prorsus occultatur.

N Sub axilla N latitat, partem notans musculi, brachium deorsum uersus dorsum detrahentis, ac sequenti tabula Γ indicandi.

O,O Hæc digitorum imago, musculi aliquot insertiones indicat, qui in octo superiores thoracis costas insertus, inspirationi famulatur, & in octaua musculorum tabula F & F insignitur.

P,P Ista digitorum effigies, exortus est musculi abdominis obliquè descendentis, quem pluribus characteribus hic notare non libuit: quemadmodum neque recto etiam abdominis musculo notam adhibui, quòd prorsus adhuc sub obliquorum neruosis tenuitatibus, & musculo brachium pectori adducente, reconditus sit: utcunque etiam tubera, quæ secundùm abdominis longitudinem porrecta conspicis, recti abdominis musculi sint. quæ quo minus extuberent, obliquorum tendinum tenuitatibus non inhibentur: quemadmodum neque cutis crassities in non admodum obesis obstat, quo minus eadem ante sectionem spectentur.

Q Anterior cubitum flectentium musculus.

R Sub axilla R reconditur, notans dicti iam musculi, interioris capitis carnosam partem, peculiaris musculi ritu hic extuberantem.

S,S Musculus posterior cubitum flectentium, quem duobus insigniui characteribus, ne sedes illis characteribus notatas, diuersos esse musculos quis arbitraretur.

T Musculus ab inferiori scapulæ costa enatus, cubitiq; extensioni subseruiens.

V Superior musculus eorum qui radium in pronum agunt. Cæterùm quum præsentis figuræ cubitorum & manuum non eadem sit facies, haud inopportunè dextro & sinistro lateri V ac subsequentes aliquot characteres adhibui.

X Musculus, ante indicem posti brachiali insertus, idq; flectens.

Y Musculus, latum tendinem in manum producens. Sedes autem, quæ utrinque ad huius tendinis latus in cubiti longitudine protenditur, nulloq; characterе insignitur, musculus est, flexionis secundi quatuor digitorum articuli autor, quem quintæ figuræ Θ indicat.

Z In dextro cubito indicatur musculus, ab interno humeri tubere principium ducens, qui recto brachialis ossi insertus, brachiale flectit.

a In utroque cubito musculus notatur, radium in supinum ducens: qui ab humeri osse natus, inferiori radij appendici implantatur.

b In utroque cubito musculus insinuatur, bicorni tendine brachiale extendens.

c In utroque cubito indicantur duo musculi, ex ulna originem ducentes: quorum unus tendinem brachialis ossi offert,

pollicem

pollicem ſuſtinenti: alter in binos diſſectus tendines, unum primo pollicis oſſi, alterum ſecundo & tertio inſerit.

d *In ſiniſtra manu hic occurrit tendo muſculi, pollicem uerſus indicem euertentis.*

e *In ſiniſtra manu ſpectantur tendines, in exteriorem indicis ſedem exporrecti.*

3,4, 5,6 *In ſiniſtra manu notatur tranſuerſum ligamentum, in cubiti externa ſede conſpicuum. uerùm numeri characteres ſeorſim indicant, quot in hac manus ſuperficie ſinus anuliq; diſſecantibus apparere poſſunt. Sunt autem omnes quatuor radio proprij, illisq; tendinibus adaptati, in quorum regione numerum conſpicis. In dextro cubito etiam 6 ſpectatur, idem quod in ſiniſtro indicans.*

f *Muſculus in dextra manu ſpectatur, externum uolæ latus occupans, ac paruum digitum à cæteris abducens.*

g *Ad internum latus muſculi f inſigniti, ſe offert portio muſculi duorum parui digiti primum os flectentium exterioris, ſeu os illud in externum latus magis inflectens.*

h *In ſiniſtra manu, ſedes muſculi indicatur, pollicem indici proximè adducentis.*

i *In dextra manu muſculus occurrit, pollicem ab indice plurimum abducens: atque ad demiſſius huius latus, portio eius muſculi uiſitur, qui primum pollicis os flectentium eſt ſuperior.*

k *Tunica, teſtem ac ipſius uaſa ſeminaria inuoluens, quæ hàc in uiris prorepunt. Mulieribus enim hæc uaſa, cum reliquis generationi famulantibus organis, in alto corporis reconduntur.*

l *Ad ſiniſtri teſtis latus l occultatur, notans glandulas cauitatem hic in inguinibus replentes, qua inſignis uena cum arteria crus adit. Glandulis enim reſectis, hic magnus exurgeret ſinus.*

m *Muſculus, à pubis oſſe in femur procedens, & in octaua tabula Σ notatus, femurq; mouentium octauus.*

n *Hàc prorepunt duo muſculi, quorum alter femoris motorum ſextus habebitur, in octaua tabula Θ notandus: alter uerò ſeptimus, in eadem tabula Λ indicandus.*

o *Ab ilium oſſe pronatus muſculus, qui tibiæ inſertus, illius motorum primus eſt.*

p *A pubis oſſium commiſſura enatus muſculus, ac tibiam mouentium ſecundus.*

q *Sextus inter tibiam mouentes muſculus, cuius carnoſa ſubſtantia hic conſpicitur: tendo autem ipſius adeò tennis eſt, ut ſubiectorum illi muſculorum circũſcriptionem non obliteret. Quapropter etiam priuatim hic ſe non oſtendit, quẽadmodum neque in ſecunda muſculorum figura. in tertia tamen & quarta, adhibita ſcilicet ſectionis quadam ratione, utcunque oculis ſubijcitur, in hac quidem charactere 3, in illa uerò Φ notatus.*

r *Præſens muſculus, etſi cum alijs inibi ad ſuperficiem repoſitis, nuper dicto membraneo tendine ſexti tibiam mouentium muſculi obducatur, attamen ſeſe oſtendit: quemadmodum neque in muſculoſis, integra adhuc cute, conſpectum fugit. Notat autem r priuatim ſeptimum tibiam mouentium muſculum.*

ſ *Muſculus ſupra coxendicis oſſis articulum principium ducens, & inter tibiæ motores nonus. Verùm & hic membraneo obtegitur tendine, muſculi tibiam mouentium ſexti.*

t *Muſculus, femoris os uniuerſum quodammodo amplectens, tibiamq; mouentium octauus, ſexti etiam muſculi tendine hic obtectus.*

u *Sedes hæc u notata, ad ſiniſtrum ſpectatur genu, eſtq; quarti tibiam mouentis muſculi pars.*

x, y *Tota hæc tibiæ oſſis regio excarnis eſt, nulloq; obtegitur muſculo.*

z *Muſculus, pedis motorum ordine ſextus, ac per tranſuerſum ligamentum in anteriori tibiæ ſede poſitum, & ſ indicandum, deſcendens, pediq; oſſi pollicem ſuſtinenti inſertus.*

α *Muſculus, quatuor pedis digitos extendens, qui ſub muſculo z inſignito, maxima ſui portione occultatur.*

β *Quatuor digitos extendentis muſculi portio, quæ pedi in anteriora attollendo ſuppetias ferens, pedem mouentium nonus cenſetur.*

γ *Pollicem extendens tendo. Carnoſa autem muſculi hunc tendinem educentis pars, in alto alijs ſubijcitur muſculis.*

ſ *Tranſuerſum ligamen, in anteriori tibiæ ſede locatum, & quatuor ultimò notatis muſculis uiam porrigens.*

ε *Exterior malleolus, ſeu fibulæ excarnis pars.*

ζ *Muſculus fibulæ exporrectus, qui in pedij os pollicem ſuſtinens, inſertionem molitur, ac pedem mouentium ſeptimus numerabitur.*

η *Muſculus, ab externo femoris capite pronatus, & pedem mouentium ſecundus.*

θ *Hunc characterem, & aliquot ſubſequentes, in dextro crure repoſui, quòd illis indicandi muſculi, in eo ſint conſpectiores. θ itaque notatur muſculus, ab interno femoris capite pronatus, pedemq; mouentium primus.*

ι *Tendo totius corporis gracillimus, ab illo enatus muſculo, qui ab externo femoris capite principium ducens, pedem mouentium tertius deſcribitur.*

κ *Maximus ſuræ muſculus, à commiſſura fibulæ ad tibiæ os enatus, pediſq; motorum facilè robuſtiſſimus, & quartus.*

λ *Muſculus, quatuor pedis digitorum tertium os flectens, modica ſua parte hic ſe offert.*

μ *Portiuncula quoque hic uiſitur, pedem mouentium quinti. Verùm hæc, ut & muſculi paulo antè in dextra potiſſimùm tibia commemorati, dilucidiùs multo in dextra ſequentis tabulæ tibia, quàm hic modò conſpiciuntur.*

ν *Tranſuerſum ligamentum, à tibia in calcem pertinens.*

ξ *Muſculus pollicem in internum latus agens, hicq; interno pedis lateri totus exporrectus.*

ϖ *In dextro pede muſculus notatur, pollicem alijs digitis adducens, ſeu illum in latus externum mouens. Apparent ad hæc, ſub tendinibus muſculi quatuor digitos extendentis, ac α notati, tendines indicem, medium & anularem in externum latus abducentes, qui commune ſibi uendicant caput cum ea portione, quæ pollici ſeruit, ac ϖ inſcribitur.*

SECVNDA MVSCVLORVM TABVLA.



SECVNDAE

SECVNDAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERum Index.

SECVNDA tabula primæ, quod ad sectionem spectat, omnino correspondet, & in latus uersa, eosdem cum illa commonstrat musculos, unà cum ossium sedibus, in superficie prominentibus, quodammodoq; excarnibus. Facies itaque propemodum uniuersa, & caput quoque, quum paulo minus toto sit osseum, literis nisi paucissimis in hunc modum insignitur.

A *Temporalis musculus. Quicquid autem supra semicirculum hunc, quo temporalis musculi exortus circumscribitur, consistit, prorsus excarne est.*

B *Os iugale. Foramen illud ad ossis huius terminum sese offerens, auditorius est meatus.*

C *Musculus, à mandendo manforius præcipuè nuncupatus, & inter maxillam inferiorẽ mouentes secundus describẽdus.*

D *Musculus, buccarum motibus subseruiens, qui ex una maxilla in alteram pronascitur.*

E *Musculus sinister, ab inferiori maxilla in os ∪ referens productus.*

F *Musculus, à pectoris osse in os ∪ referens insertus.*

G *Musculus sinister, à superiori pectoris ossis sede principium ducens, & in humiliorem cartilaginis scuti imaginem repræsentantis regionem insertus. Is enim, quum sub musculo F insignito latitet, non prorsus in latere hic conspectum fugit.*

H,H *Musculus à superiori scapulæ costa ad os ∪ imagini simile properans, qui ab lato adipe, & iugulari externa hinc diligenter execta, iuxta humilius H est conspicuus. Deinde superius H indicat etiam glandulas, ad auris radicem & internam inferioris maxillæ sedem hic repositas.*

I *A pectoris osse & clauicula principium ducens musculus, & in mamillarem temporis ossis processum insertus.*

K,L *Musculus scapulam mouentium secundus. ac K quidem notat superiorem ipsius partem, quæ scapulam sursum trahit. L uerò inferiorem, cuius beneficio scapula deorsum agitur. Ad dextrum latus L hic quoque dextri musculi portio se se ita offert, ut ad sinistram natem, dextram hac quoque figura conspicimus. Verùm in nona musculorum tabula, utriusque lateris musculus literis Γ & Δ est spectatissimus.*

M *Musculus brachium attollens, qui longè accuratiùs in quarta figura Ξ, & in decima Δ indicabitur. quod ideo additum uolui, ne quis hunc musculum multis donatum impressionibus, plures esse ex uera hac integraq; delineatione sibi persuadeat, præcipuè quum hæ impressiones, peritos sculptores pictoresq; ludant: quos non hic solum, sed & in toto externo brachij latere uelim esse attentissimos, quòd malè musculum, quem iam N notabimus, ueluti in cubiti exteriora protrahunt. Quanquam sanè difficile sit, musculorum initia, quæ ab externo humeri tubere, & linea ab ipso sursum ducta, seriatim oriuntur, in mortuis pulchrè exprimere: quod uel leui solum inter excoriandum cubiti flexione & extensione, musculi albillis capitibus educti, in cubiti flexus regione flaccescant, aliumq; inflexum in mortuis quàm uiuis ostendant. Vnde etiam quum subsequentes aliquot musculos explico, abs te quoque spectari uelim nonæ tabulæ dextrum brachium: uti & decimæ tabulæ brachia, cum secunda figura secundi huius libri Capitis: quòd scilicet illis fœlicius Naturam, quàm in præsentis brachij musculorum S,T,V, X notandorum exortib. imitati fuerimus.*

N *Quanquam ex subsequentibus characteribus nonnullos in utroque brachio repositos cernis, tantisper tamen sinistro duntaxat animum adhibebis, donec & dextri meminero. N itaque notatur posterior cubitum flectentium, qui in uiuis altiùs supra brachium attollentis musculi insertionem enasci uidetur, quàm reuera principium ducit: licet hic non nimis inferiùs incipiat, sed (quod pictoribus animaduertẽdum est) fortassis etiam elatiùs quam deceat.*

O *Musculus cubitum extendens, qui ab humeri capitis scapulæ articulati ceruice principium adipiscitur.*

P *Musculus cubitum quoque extendens, cuius origo ab inferiori scapulæ costa pendet.*

Q *Hac sede duo dicti nuper musculi cubitum extendentes, in unum coeunt, non amplius duplicis musculi imaginem repræsentantes. Quòd autem hic insignius quàm reliquo progressu extuberant, præter ipsorum partem summè carnosam alius cubitum extendentium in causa est, qui hic sub illis occultatus, ab humero seu brachij osse pronascitur, in duodecima figura X, in decimatertia autem d indicandus.*

R *Hac parte cubiti extensionis autores in posteriorem ulnæ processum, & articuli ligamenta implantantur, nerueam suæ insertionis partem in triangularem hanc sedem porrigentes, quæ excarnis ulnæ est portio.*

S *Musculus ab humero enatus, qui in inferiorem radij appendicem insertus, radium in supinum ducit.*

T *Musculus, bicorni tendine brachiale extendens.*

V *Musculus indicem, medium, & anularem præcipuè extendens.*

X *Musculus, extensionis parui digiti primarius autor.*

Y *Musculus brachiale extendentium inferior.*

a *Musculus brachiale flectentium inferior.*

b,c *Duo hic indicantur musculi, quorum superior b insignitus, brachiali inseritur: inferior autem, cui c inscriptum est, in duos diducitur tendines, unum primo pollicis internodio inserens, alterum duobus superioribus eiusdem internodijs implantans.*

1,2, 3,4 5,6 *His numeris notatur transuersum ligamentum, in exteriori sede cubiti repositum, in totq; rursus annulos diuisum, quot numeros scripsimus. 1 enim indicat ligamentum radio ulnæq; commune. 2 ligamentum ulnæ proprium. 3, 4, 5, 6 uerò insinuant quatuor ligamenta radio peculiaria.*

d *Sedes musculi, aut ipse etiam musculus, pollicem indici proximè adducens.*

e *Tendo musculi pollicem ad indicem euertentis. Verùm modò tempestiuum est, & dextro brachio animum accommodare: partim eosdem notas, quas in sinistro spectasti, partim uerò nouas intueri. Idem igitur significant N ac N, P, S, T, a.*

S,T,a. sed uix hic musculi a insigniti linea conspicitur. dein b,c,& 4,5,6, et d ac e idem in dextra, quod in sinistra manu referunt. Cæterùm priuatæ dextræ manus notæ sunt huiusmodi.

z Anterior cubitum flectentium musculus.

f Musculus superior radium in pronum mouentium.

g Musculus superior brachiale flectentium.

b Latum in uola producens tendinem musculus.

i Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, qui extrorsum brachium circumuertens, illud mouentium septimus numerabitur.

k Musculus brachium mouentium tertius, quo illud retrorsum ad dorsum elatiùs, quàm iam signando musculo ducitur.

r Præsentem musculum, qui brachium mouentium quartus habebitur, nona tabula O, & detectum adhuc magis decima ⊖ ostendent. At quum externum secundum ve ipsius latus nullibi opportuniùs quàm in hac tabula ostendetur, hic aliquot characteres adijcere erit operæprecium. Est itaque musculus hic, cuius beneficio brachium agitur deorsum, triangularis quodammodo figuræ, cuius internum latus spinarum apicibus exporrigitur (qui præsenti musculo

l,m. principium offerunt) ab l ad m pertinens. Exterius uerò latus, quod à sacro osse sursum obliquè in priora ad insertio-

n. nem properat, ab m ad n usque pertinet. n enim insinuat huius musculi partem, suæ insertioni proximam, quæ citra alterius musculi dissectionem conspici nequit. Atque hoc latus est, quod in prima tabula N notat, in sequenti uerò V. & rursus longè accuratiùs dextrum septimæ tabulæ brachium O litera hanc insertionem commonstrat. Tertium latus ab l ad n porrigitur, quod transuersim ductum, humiliori basis scapulæ angulo insternitur. Atque l etiam indicat huius musculi partem, musculo cui L inscripsimus subiectam.

Δ Ne paruum o in umbra ad pectoris sedes plus satis lateret, Δ inibi positum habes, musculum indicans, quo brachium pectori adducitur.

o,o,o. Huiusmodi formæ, quasi anguli acutioris ritu procedentes, insertiones musculi sunt eius qui in octo superiores thoracis costas, manus modo insertatur.

p,p,p. Exortus abdominis musculi obliquè descendentis, qui mutuò cum musculi iam dicti, & aliquot o insigniti insertionibus ingrediuntur. Quod autem in uniuersa abdominis sede conspicitur, obliquus ille est musculus: quanquam rectus abdominis musculus nonnihil propter obliquorum tendinum tenuitatem (quemadmodum & ante sectionem) hic extuberet.

q Principium primi tibiam mouentium musculi, quem sequenti figura Σ notatum cernes. Hic autem in dextro femore q etiam indicatur.

r Musculus tibiam mouentium sextus, qui latum producit tendinem, omnibus ferè femur amplexantibus musculis obductum. uerùm quum iste membranæ propemodum ritu tenuis sit, subditorum ipsi musculorum inspectionem multo minus quàm cutis ipsa hic occupat. Musculum hunc in tertia tabula Φ, & in quarta χ characte 3 notabimus.

ſ Portio musculi tibiam mouentium noni, quem in quarta tabula Φ exprimam.

t Musculus tibiam mouentium septimus, membraneo tendine sexti tibiam mouentis musculi obtectus.

u Musculus sinistrum femur mouentium primus. Qui uerò dextrum femur agit, etiam magna ex parte hic se offert.

x Regio maioris exterioris ve processus femoris, quem rotatorem dicimus.

y Conspicua, iam ablata cute, secundi femur mouentis musculi pars. Reliqua autem primo femur mouente musculo u superius indicato, & illo quem latum producere diximus tendinem, quemq; r notauimus, occultatur.

α Quartus tibiã mouentiũ musculus, qui hic externo ipsius latere est spectatissimus, ac nullibi in dextro crure apparet.

β In utroque femore tertius notatur tibiam mouentium musculus.

γ In dextro tantum femore indicatur secundus tibiam mouentium musculus.

δ In dextro crure bis δ posui, musculum indicaturus, quem quintum femoris motorem enumeraturus sum. In sinistro autem crure δ iuxta poplitem ponitur, quintum quoque eius cruris notans musculum.

ε,ζ In dextro femore indicatur quintus femur mouentium musculus. ac ε quidem huius musculi posteriorem partem indicat, ζ uerò posteriorem anterioris partis portionem, quanta scilicet sese hac figura (quod & de cæteris adhuc magna ex parte latitantibus musculis intelligendum est) spectandam offert.

η Musculus hic extuberans, tibiam mouentium octauus censebitur.

κθ Excarnis tibiæ ossis pars: uerùm interior malleolus priuatim κ notatur.

λ In utroque crure suram constituentium indicatur musculus, quem pedem mouentium primum numerabimus.

μ Musculus in utroque notatur crure, pedem mouentium secundus.

ν Gracillimus totius corporis tendo. à musculo enatus, qui pedem mouentium tertius habebitur.

ξ Maximus suram constituentium musculus, ac pedem mouentium quartus.

π Musculus, tertios quatuor digitorum pedis flectens articulos.

ρ Portiuncula musculi, qui pedem mouentium quintus erit.

ſ Transuersum ligamen, ab interno malleolo in calcem pronatum.

τ Musculus pollicem in internum latus ab alijs abducens digitis.

υ Ligamentum, musculo secunda quatuor digitorum internodia flectenti obnatum, et lati manus tendinis uicem in plantagerens.

φ In utroque crure musculus modicè conspicitur, qui in anteriori tibiæ sede locatus, pedem mouentium est sextus.

χ Musculus fibulæ exporrectus, qui pedis motorum septimus numeratur.

ϟ Musculus nuper dicto substratus, pedemq; mouentium octauus. huius tendo, ut & septimi, sub transuerso ligamento, mox Σ notando, est conspicuus.

ω Musculus quatuor digitos extendens. ad latus autem sinistrum characteris ω, occurrit huius musculi portio, bicorni

tendine

tendine in pedij os ante paruum digitum inserta, quam pedem mouentium musculorum nonum appellabimus, in quarta musculorum tabula Ω aptius expressum.

Θ Tendo musculi, pedis pollicem extendentis.

Λ Transuersum ligamentum, tibiæ ossi & fibulæ commune, in utroque crure indicatur.

Ξ Exterior malleolus, seu fibulæ ossis excarnis sedes, triangulum quasi referens.

Σ Transuersum ligamentum, à fibula in calcem pertinens.

Π Musculus, abductionis parui digiti à reliquis autor.

TERTIAE MVSCVLORVM TABVLAE, QVAM SEQVENS proponet pagina, characterum Index.

PSAESENS tabula, anteriorem corporis faciem exprimens, in hoc à prima musculorũ tabula differt, quòd musculos ex carnosa membrana constitutos, & aliquot etiam faciei musculos, ab adipe adamußim liberatos, commonstret: quodq; magis ad musculorum disciplinam, quàm priores duæ, sit comparata, uti subsequens characterum index nunc insinuabit.

A Rectæ secundùm frontem ductæ lineæ, frontis & superioris nasi sedis musculosam constituunt substantiam.

B Temporalis musculus, supra quem carnea membrana fibris etiam carneis aliquando enutritur, & aures utcunq; mouet.

C Musculus, interiorem oculi occupans angulum, & palpebram attollens.

D Musculus, palpebram deorsum trahens, & minorem exteriorem ve angulum sibi uendicans.

E Mutuus palpebræ musculorum secundùm palpebræ longitudinem connexus.

F Musculus, media sui parte nasi alam, altera uerò superius labrum petens. Quemadmodum sanè uarium musculorum fibrarum in labijs implexum indicare non licuit, ita quoq; characterum copia faciem alioquin satis obscuram, nõ sum aliter hic occupaturus.

G Malum, ac iugalis ossis anterior sedes, quæ prorsus excarnia sunt.

H Musulus superiori labro proprius, ac à malo quasi à G pronatus.

I Musculi maxillam inferiorem mouentium secundi origo, ipsaq; adeo iugalis ossis sedes, musculo iam Γ notando uix obtecta.

Γ Musculus, carnosa constans membrana, & præcipuus buccarum labiorumq; & anterioris colli cutis motuum dux, qui hic subditis sedibus in utroque latere hæret, reliqua carnosæ membranæ parte, quæ carnea non efficitur, à corpore

K,L. iam resecta. Quod autem ad præsentis musculi fibrarum progressum attinet, K ad L usque, musculi principium notat, è regione ossis pectoris, ac mediæ clauiculæ sedis ossi pectoris proximæ incipiens, cuius fibræ recto tramite sursum ad

M. M exporriguntur. Ab L uerò ad N, principij pars notatur, è regione reliquæ sedis clauiculæ & summi humeri sedis

N. incipiens, cuius fibræ obliquè sursum in anteriora porriguntur. Deinde etsi ea musculi pars, quæ in posteriori ceruicis

O sede consistit, non sese spectandam offerat, nihilominus O ad auris radicem positum, transuersas fibras illinc prorepentes utcunque ostendit. Quare etiam in musculi lateribus describendis, primum latus tibi fingendum est ab N ad O, secundum ab O ad H. K uerò per L ad N, tertium indicabit latus. A K autem ad M, quartum habes latus. Intensiùs enim nigricans linea, à K ad M ducta, dextri musculi cum sinistro interstitij loco habenda est.

P Brachium attollens musculus, quẽ hic in anteriore corporis facie L, N & Q circunscribunt. quanquam inferiùs, quàm

Q. Q consistat, sua insertione prorepat.

Λ Musculus brachium pectori adducens, qui in sequenti tabula simul uenit inspiciendus. ibidem namque à suis liberatus initijs, Δ perinde ac hic notatur, ijsdemq; ferè characteribus ibidem atque hic ita circunscribitur. K ad L usque, principij ipsius pars, à clauicula originem ducẽs. K uerò ad R, principij pars, ex media latitudine ossis pectoris prona-

R. ta. Quinetiam R notat musculi membraneam partem, quæ ad mucronatæ cartilaginis latus, obliquè descendentis mu

S. sculi abdominis neruosæ tenuitati exporrigitur. S autem significat carneam musculi partem, à sextæ & septimæ costarum cartilaginibus, propter obliquè descendentem abdominis musculum peculiariter exortam. Q præsentis musculi

Q. insertionis index est, qua inter brachium attollentem (qui P notatur) & priorem cubitum flectentium, Z indicandum, in humerum inseritur. Porrò si latera ipsius, & fibrarum insertionem intueri animus sit, sequentem etiam in-

T. spicito tabulam, quæ præsentis musculi insertionẽ, Q & T (qui character illi tabulæ est peculiaris) notatam exhibet: quo ad hunc modum, ambarum tabularum characteribus simul iunctis, quinque musculi latera metiaris. Primum à K ad L. Secundum à K ad R. Tertium ab L ad Q. Quartum ab R ad T. Verùm in præsenti tabula lata musculi insertio occultatur. unde etiam fit quintum latus, à Q ad T pertinens, in quarta duntaxat tabula esse conspicuum.

Y Musculus brachium deorsum trahens, idq; mouentium quartus.


5,6, 7,8 His numeris, insertiones aliquot musculi thoracem mouentium secundi notantur. ac singuli numeri earum costarum, in quas hic conspicuæ insertiones fiunt, sedes denotant.

Θ Abdominis musculus obliquè descendens, qui cum suo cõiuge uniuersam abdominis sedem cooperit, & magnam quoque thoracis sedem integit. Præsentis musculi exortus, qui è costis pendet, etiam quodammodo numeris indicatur, quibus secundi thoracem mouentis musculi insertiones significantur, quum scilicet exortus ille mutuò his insertionibus respondeat. Cæterùm R ad X albam excarnemq; abdominis ostendit lineam, quam aliter simplici colore non datur exprimere. & quanquam fortè omnium exemplarium tabulas suis coloribus distinguere, esset quidem operæprecium, sumptus tamen quibusdam esset non admodum mediocris.

X Penis, sua cute, quam præputium uocant, liberatus.

Υ Vasa seminaria, sua adhuc tunica, quam peritonæum educit, intecta.

TERTIA MVSCVLORVM TABVLA.




Z Musculus anterior cubitum flectentium.
a,a Posterior cubitum flectentium musculus.
b Musculus cubitum extendens, qui ab humiliori scapulæ costa principium sumit.
c Musculus, bicorni tendine brachiale extendens.
d Musculus radium in supinum ducens, qui inferiori radij appendici implantatur.
e Superior radium in pronum mouentium musculus.
Λ Musculus brachiale flectentium is, qui postbrachiali ante indicem inseritur. Acf ipsius notat principium, g tendinis
f,g,b. ex musculi uentre exortum: b sedem, qua tendo negligentiùs secantibus desinere putaretur.
Π Musculus, latum manus producens tendinem, cuius caput i indicatur, tendinis autem ipsius principium k. at l locum
i,k,l. insinuat, ubi tendo primùm dilatescere incipit.
m Musculus alter inferiorq; brachiale flectentium, qui quarto brachialis ossi præcipuè implantatur.
n Hic obscurè uidetur portio musculorum, quorum alter brachiali, alter uerò pollici tendines offert: quibus in decima Ξ, & dein k & l inscribuntur.
o Excarnis primi pollicis internodij sedes.
p Musculus, ab indice pollicem remotissimè abducens.
q Insignior duorum primum pollicis os flectentium.
r Musculus minimum digitum maximè à reliquis in latus amouens.
Σ In dextro crure primus notatur tibiæ motuum opifex, cuius initium ſ insignitur, t tendinis illius principium, u
ſ,t,u. eiusdem insertio. Cæterùm character 2, insertionem secundi notat tibiam mouentis musculi: 3 uerò, insertionem
2,3. tertij.
Φ Sextus tibiam mouentium musculus, cuius principium x notat: y uerò sedem, qua carnosus esse desinit, membranéq;
x,y. modo toti femoris amplitudini obducitur. Non licuit aliter ipsius tendinem membranam ve exprimere, quam hic modò in utroque femore obseruatur: in quo tenuissimam ipsius partem, interiori femoris sedi obductam, ueluti laceram membranam dissecuimus, ut sectio aliquantisper membranæ naturam commonstraret.
Quicquid enim ad externum inæqualis illius lineæ sectionis ve latus habetur, ipsa adhuc est sexti musculi membrana, seu tendo.
α Musculus tibiam mouentium nonus.
β Octauus tibiam mouentium, magis in sinistro crure, quàm in dextro, à sexto tibiæ motuum autore detectus musculo. Septimo tibiam mouentium musculo characterem non adbibui. nam etsi aliquo pacto sub sexti tibiam mouentiũ tendine, seu membrana, perinde ac in musculosis uiris sub cute, protuberare uideatur: hac tamen figura, nulla sui portione est detectus.
γ In inguinum regione indicantur musculi, quos femur mouentium sextum & septimum recensebimus. Cæterùm γ glandulas quoque inguinum insinuat, unà cum sinu, ex quo uasa crus petentia resecui.
δ Musculus femoris motorum octauus.
ε Musculus, tibiæ motus opificum secundus, cuius tendinem character 2 commonstrat.
ζ,η Excarnis tibiæ ossis pars. uerùm η priuatim internum notat malleolum.
Ψ Sextus pedem mouentium musculus. cuius exortum θ indicat: κ autem principium sui tendinis, cuius ductus citra cha-
θ,κ. racterum appositionem manifestus est, quanquam ξ insertionis quasi ipsius sedem ostendat.
λ Musculus septimus pedem mouentium.
μ Musculi pollicem extendentis tendo.
ν Musculus quatuor digitos extendens.
Ξ Musculus pollicem à cæteris digitis in internum latus abducens.
ο Transuersum ligamen, in anteriori tibiæ sede positum, & facta sectione, hic in latera reflexum.
π Tendo bicornis musculi pedem mouentium noni.
ρ Primus pedem mouentium musculus.
ς Pedem mouentium quartus musculus.
τ Longissimus gracillimusq; tendo, à tertio pedis motuum autore productus musculo.
υ Musculus tertium quatuor digitorum os flectens.
Φ Musculus pedem mouentium quintus.

CHARACTERVM QVARTAE MVSCVLORVM TABVLAE, QVAM sequens proponet pagina, Index.

QVARTA tabula quamplurimos præcedentis tabulæ musculos, sectionis serie ademptos, commonstrat: & deinde plerosque, qui prioribus figuris nondum in conspectum uenere, uidendos offert: quod omnes ad octauam usque musculorum tabulam subsequentes, tantisper præstabunt, dum ossa anteriori facie nuda occurrant.
T Musculus temporalis, cuius principium, semicirculo non absimile, A, B & C circunscribitur.
D Ossis iugalis externa sedes, quæ excarnis est.
Δ Masseter, qui inter musculos inferiorem maxillam mouentes secundus describetur. E huius musculi principium in-
E,F. dicatur, à malo exortum. F principij ipsius portio, auri proxima. Atque ita ab E ad F totus ipsius principij ductus se
G. cundùm iugalis ossis longitudinem metitur. G infima musculi insertionis sedes notatur. Porrò si musculum hunc triangulo assimilare lubet, E, F & G tres angulos tibi proponere finges: quorum tertius, G indicatus, tam est obtusus, ut etiam latus dici queat.

H Neruulus minoris radicis tertij paris neruorum cerebri, hàc frontis musculosam compagem & elatiorem palpebram petens.
I Neruulus dictæ modò radicis, ad superius labrum & externam alæ nasi sedem propagatus.
K Cartilago, in quam sinistrum nasi os desinit.
L Ala nasi sinistra, dictæ modò cartilaginis extremo alligata, incumbensq; . Inter K & L, narium cute iam cum quibusdam membraneis ligamentis ablata, in conspectum uenit anterior alæ nasi musculus, nimisquàm tenuis.
M Musculus, à superiori maxilla in inferiorem insertus, ac buccas mouentium in altero latere secundus.
N Musculus sinister inferiori labro peculiarium, cuius sanè corpus minori negocio, quàm multiplex ipsius fibrarum intersectio delineari potest: quod etiam in musculo M notato usiuenit. Auris autem foramen citra O appositionem sese ostendit: uti etiam auris radici subditæ glandulæ, eum characterem quodammodo exprimentes.
O Vix conspicua est eius musculi portio, qui inferiorem maxillam deorsum uellit.
P Hac sede os υ referens reponitur.
Q Musculus, à temporum ossis processu styli formam imitante enatus, ac ossi υ referenti insertus.
R Musculus sinister, ab inferiori maxilla in os υ referens, insertionem tentans, cuius coniunx nonnihil quoque hic se spectandum præbet.
S.T Dexter & sinister ossis υ referentis musculi, à pectoris ossis summo pronati.
V,V Musculus gracilis & longus, qui à superiori scapulæ costa ossi υ referenti implantatur.
Θ Musculus capitis motibus subseruiens, qui ab osse pectoris principium X notatum sumit: deinde aliam principij partem Y indicatam, à clauiculæ sede, pectoris ossi proxima, obtinet. Cæterùm Z insertionem ipsius insinuat, qua uniuersum mamillarem capitis processum amplexatur.
X,Y. Clauicula, magna ex parte anteriori ipsius sede exarnis.
Z. Musculi scapulam mouentium secundi in latiorem clauiculæ partem & summum humerum insertio.
a Musculorum hic magnam obscuritatem pariunt uasa caput adeuntia, & nerui in brachium excurrentes.
b Musculus, à clauicula in primam thoracis costam insertus, thoracemq; mouentium primus.
c Musculi brachium attollentis anterior pars: posteriorem uerò decima ostendit tabula, adhuc in sua sede repositam,
d ac Δ præcipuè insignitam. Proximè autem sequens tabula anteriorem hanc partem ab exortu liberam, reflexamq;,
z ac γ notatam commonstrat. Porrò in præsenti tabula, e, f & g conspicuam hic musculi brachium attollentis partem,
e,f,g. triguli ritu circunscribunt.
h Musculi brachium pectori adducentis insertio, quam in dextro brachio Q & T notaui, & ipsi musculo Δ quoque imposui, ut hi characteres ad præcedentis tabulæ notas referantur, ad quam quoque K, L & R spectant.
Q,T,Δ. Pectoris os, liberum ab initijs musculorum brachia pectori adducentium.
i Secunda, tertia & quarta thoracis costæ, ad quas reliquæ seriatim subsequuntur: atque in harum interuallis, exteriores musculi intercostales sunt obuij. Lineæ autem in costis ductæ, atque ad characterum sinistram consistentes, ossa costarum ab earundem cartilaginibus determinant: sunt enim illæ notæ cartilaginibus inscriptæ.
2,3,4 Musculus scapulam mouentium primus.
k Musculus thoracem mouentium secundus.
l In dextra axilla m latitat, musculum notans, quo brachiũ deorsum trahitur, idq; mouentiũ quartus nobis habetur.
m Dextri lateris rectus abdominis musculus, hic altiùs quam obliquè ascendentis musculi neruosa tenuitas cõscendens.
n Abdominis musculus, obliquè descendens, quem hic in posteriora ab abdomine reflexum sinximus.
o Abdominis musculus, obliquè ascendens, ac totam sui lateris abdominis sedem amplectens. Hunc quodammodo circunscribũt o, n, p, q, & linea secundùm inferiorem abdominis sedem, ad ilium os, & coxendicis, & pubis ducta.
p Portio abdominis musculorũ obliquè descendentium, quæ ad albam in abdomine apparentem lineam est relicta. Cæterùm q priuatim significat penis constructionem, qui ad pubis os, quà primùm flaccidus, deorsum dennò propendet, dissectus est. Duo itaque uelut insigniores circuli, duo ipsius sunt corpora: circulus autem sub illis consistens, meatus est, urinæ seminiq; communis.
q Ablatis iam testium & uasorũ seminaliũ exterioribus inuolucris, testes hic cum suis uasis rectà deorsum propendẽt.
r Exterioris tunicæ testis ea hic adseruata est portio, quæ uocatum testis constituit musculum.
s Musculus cubitũ flectentium anterior, cuius interioris principij carnosæ, & hic in dextro brachio ualde cõspicuæ parti, nullum adhibui characterem: quum is hic, uti neque in sequenti tabula, adhuc auferri possit. Interuallum autem, inter duo ipsius apparens principia, humeri seu brachij os existit.
t Musculus cubitum extendens, cui ab humiliori scapulæ costa principium præbetur.
u Posterior cubitum flectentium musculus.
x,x Musculus superior radium in pronum ducentium.
y Musculus radium in supinum agentium longior.
α Musculus quatuor digitorum secundos flectens articulos.
β Musculus, qui ab interiori humeri tubere ortus, & ulnæ longitudini exporrectus, brachiale flectit. ac γ quidem ipsius denotat initium: δ uerò, ipsius in quartum brachialis os insertionem.
Σ Musculus, qui ab interiori humeri tubere ortus, & ulnæ longitudini exporrectus, brachiale flectit. ac γ quidem ipsius denotat initium: δ uerò, ipsius in quartum brachialis os insertionem.
γ,δ. Alter brachiale flectentium musculus, qui à cubito sectionis serie resectus, deorsum hic pendet.
ε Musculus, primum parui digiti internodium uersus exteriora flectens.
ζ Hic musculus propendet, paruum digitum à reliquis in externum latus abducens.
η. Transuersum ligamen, in interna brachialis sede obuium, tendinibusq; hàc repentibus obductum.
θ Musculus maior primum pollicis os flectentium.
ι Propendet hic ab insertione musculus, cuius beneficio pollicem ab indice remouemus.
κ

QVARTA MVSCVLORVM TABVLA.




λ Latus tendo manus, unà cum ipsius musculo, à summis quatuor digitorũ aciebus in dextra manu dependens. Præterea hic in utriusque manus uola tendines occurrunt, mucosis membranis induti, atq; ad digitos, quo illos flectant, protẽsi.
μ Secundus femur mouentium musculus.
ν Primus femur mouentium musculus, nonnihil hic quoque sese offerens: quòd tabulæ huius imago, ut externam tibiæ sedem magis ostenderet, in latus sit posita.
ξ Ossis dextro sacri ossis lateri commissi sedes, à qua primum & sextum tibiam mouentes resecuimus.
& Charactere & sedes insignitur, maioris exterioriq; femoris processus.
Φ Nonus tibiam mouentium musculus, cuius initium supra coxendicis articulum incipiens, o notatur. π uerò tendinis
o,π,ρ. ipsius principium: ρ autem sedes indicatur, qua præsentis musculi tendo subditis connascitur tendinibus.
ς Musculus femur mouentium septimus, hàc descendens, se offert.
τ Musculus femur mouentium sextus, suo tendine cum septimo musculo hàc prorepens.
υ In sinistro femore musculus υ insignitur, femur mouentium octauus.
φ Quinti femoris motibus seruientium musculi anterior portio hic spectatur.
χ Secundus tibiam mouentium musculus.
ϟ Octauus tibiam mouentium.
ω Septimus tibiam mouentium musculus, in dextro femore insignitus, quòd ibidem is sit conspectior.
2 Primus tibiam mouentium musculus, ab ilium ossis spina resectus & à femore auulsus, ab insertione sua propendet.
3 Sextus tibiam mouentium musculus, ab ilium etiam osse liberatus, & à cæteris amplexantibus femur musculis, cutis modo abstractus, ab ea sede propendet, cui ualidissimè iuxta superiorem fibulæ appendicem inseritur.
4 Sextus pedem mouentium musculus, ab anteriori tibiæ sede resectus, bumi hic procũbit, ipsius tendine ad insertionem
5,6. adhuc relicto, quæ in sinistro pede magis quàm dextro est conspicua, ad characterem 6. quemadmodum & sub dextro genu, tendinis primi tibiam mouentium musculi insertio est eadem ratione asseruata, characterq; 5 ingnita.
7 Septimus pedem mouentium musculus.
8,9 Excarnis tibiæ ossis pars, à cuius externo latere sextus pedem mouentium musculus ablatus est. Verùm 9 priuatim interiorem notat malleolum.
Ψ Musculus quatuor pedis extendens digitos. Charactere 10 ipsius exortus insignitur. 11 uerò ipsius sedes, qua portio
10,11. nem suam emittit, quam noui pedem mouentis musculi loco numerabimus, & hic Ω notauimus. Cæterùm charactere
12. 12 musculi Ψ insigniti sedes inscribitur, quatuor tendines, quibus quatuor digiti extenduntur, pullulans.
Ω Vti & iam paulo antè scripsi, Ω musculus notatur inter pedis motores nonus, qui bicorni tendine in peij os, paruum di
13. gitum sustinens, insertionem 13 indicatam molitur.
14 Musculus pollicem extendens.
15 Musculus pedem meuentium octauus, hic sese parum offert spectandum.
16 Musculus pedem mouentium secundus. Reliquos autem in posteriori tibiæ sede non notabimus, quòd eadem hic cum tribus tabulis præcedentibus sit ratio.
17 Portio musculi hic sese in pedis superiori parte offert, qui pollicem indici adducit.

CHARACTERVM QVINTAE MVSCVLORVM TABVLAE, quam sequens habet pagina, Index.

QVEMADMODVM quarta tabula multos dissectos ablatosq; ostendebat musculos, qui in tertia tabula erant integrè conspicui: ita sanè hæc quinta sectionis serie plurimos adẽptos habet, quos quarta penitus detexerat: unde etiã hæc pleroſq; omnino proponit, quos sexta tabula resectos cõmonstrabit. Interim uerò haud negligendum est, quod statim in huius libri initio monuimus, tabulas interiorem corporis faciem exprimentes, mutuo cum illis sectionis ordine respondere, quæ posteriorem faciem ostendunt: perinde scilicet, ac si hæc decimam subsequeretur tabulam. Musculos namque, quos decima tabula resectos continet, hæc nullibi facit obuios.

A Foramen, quo neruulus tertij paris neruorum cerebri frontis, & superiori palpebræ musculosam petit substantiam.
B Temporalis musculus.
C Hic magna ossis iugalis portio est execta, ut temporalis musculi cum musculo nunc D indicando coitus in conspectum ueniret.
D Secundus inferiorem maxillam mouentium musculus, quem mansorium ferè appellamus.
E Foramen, quo surculus tertij paris neruorum cerebri, ad superius labrum & alam nasi deducitur.
F Amplus musculus, à superiori maxilla in inferiorem productus, ac buccarum motibus seruientium in altero latere secundus.
G Nerui utrinque ad hũc characterem ocurrentes, labro inferiori exporriguntur. Cæterùm superior characteris sedes, fungosam labrorum substantiam insinuat, ad utrunque labrum conspicuam.
H,I Musculus, inferiorem maxillam deorsum trahens. Singuli characteres singulos eius musculi uentres notant, in quorum medio excarnis teresq; musculi pars consistit.
K Portio musculi caput mouentis, qui à pectoris osse & clauicula enatus, toti mamillari processui inseritur.
L Os υ imaginem referens, à quo primùm & secundum & tertium par eorum qui id mouent musculorum resecuimus.
M Primus & secundus linguæ musculi ab osse υ referente pronati.
N Laryngis cartilago, scutum referens, & iam narrandis musculis adhuc obtecta.
O Dexter duorum musculorum, qui ab osse υ referente, in cartilaginem scuto similem inseruntur.
P Dexter duorum musculorum, qui à pectoris osse scutum imitanti laryngis cartilagini inseruntur. Ad huius

QVINTA MVSCVLORVM TABVLA.



musculi exterius latus, cõgeries uisitur soporariæ arteriæ, interioris uenæ iugularis, & sexti cerebri neruorũ paris.

Q Asperæ arteriæ anterior sedes.

R,S Musculus ossi υ referenti proprius, & à scapulæ superiori costa enatus. Singuli characteres singulos ipsius indicant uentres. Pars autem in horum medio consistens, eius musculi sedes est, tendinis substantiæ non absimilis.

T Portio musculorum secundi paris caput mouentium.

V Tertius scapulam mouentium musculus, ex transuersis superiorum ceruicis uertebrarum processibus initium ducens.

X Quoniam hic locus nihil aliud peculiariter, quàm septima tabula in homine ostendisset: & quia in Galeni uerba iurati, ipsius sententiæ, quum hæc pingerentur, plus æquo fauimus: musculum hic ex cane delineatum cernis, quo homines prorsus destituuntur, & qui Galeno tertius thoracem mouentium habetur, sequenti tabula integer Γ notandus.

Υ Dextri lateris clauiculam hic à pectoris osse auulsimus, adhuc summo humero connexam, & sibi adhuc musculum

Z seruantem, qui thoracis motorum primus numerabitur, hicq; Z insignitur.

a Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.

b Interior demissior ve scapulæ processus.

c Ligamentum brachij ossis ad scapulam articuli peculiarium quartum ab interiori scapulæ processu summum petens humerum.

d Ligamentum teres, ab apice interioris scapulæ processus, in anteriorem sedem externi capitis humeri insertum, ac huius articuli, post membraneum omnibus articulis commune, primum.

e Aliud teres ligamentum, ex eminentissima scapulæ accetabuli sede, ad externum quoque humeri caput procedens, atque huius articuli peculiarium ligamentorum secundum.

f Hac sede duo ligamenta, d & e insignita, suis lateribus uniuntur, & uelut transuersum efformant ligamentum, transmittens caput externum musculi cubitum flectentium anterioris, ac mox ζ notandi.

g Pectoris os, cui septem superiorum costarum cartilagines utrinque connectuntur.

h Prima thoracis costa: reliquæ dein etiam, unà cum ipsarum interuallis, citra characterum opem sunt conspicuæ.

Γ Musculus scapulam mouentium primus. i & k huius musculi principium notant, quandam manus speciem perinde in

i,k,l. exortu, ac musculus ipsi succumbens, & m insignitus, in insertione repræsentans. l tendinem præsentis musculi indicat. Porrò i, k & l simul, huius musculi trianguli speciem quodammodo ostendunt.

m Musculus, qui à scapulæ basi pronatus, octo superioribus thoracis costis inseritur.

Δ Dexter rectorum abdominis musculorum. Ac n carneum recti abdominis musculi principium, triangulo non absi-

n,o. mile notat. o principium eiusdem musculi nerueum inscribitur, penè uniuersum efformans musculum. Toto interual-

p,q. lo, à p ad q pertinente, recti abdominis musculi internis suis lateribus inuicem contingunt. Tota autem sede supra q, aut mox supra umbilicum consistente, tanto magis musculi mutuò seiunguntur, quanto altius conscendunt. Cæterùm q notabit etiam obliquorum abdominis musculorum neruosæ tenuitatis, ad transuersum abdominis musculum, hac in

r. parte ad pectoris usque sedem connexum. Porrò r linea insignitur, quæ carneam recti musculi partem finit, quæq; ultima ipsius insertionis in homine est portio, uti in quarta tabula ad characterem n est cernere. Intercapedine igitur

s. ab r ad s pertinente, se offert recti simiæ abdominis musculi tendo seu membrana, excarnis ve musculi pars. t autem

t. indicat carneam musculi sedem, primæ costæ & secundæ thoracis insertam. estq; latus ille tendo & carnea hæc pars is musculus, quem Galenus quintum thoracem mouentium enumerat, in hominibus haudquaquam, ut in caudatis simijs & canibus, conspicuus. Nos autem hic illum, Galenum intelligendi gratia, delineauimus, quòd alioquin hæc pe-

u,u,u. ctoris sedes, sequentium duarum tabularum pectoribus erat absque his musculis responsura. Postremò, u, u, u notantur inscriptiones, seu neruea delineamenta, transuersim recto musculo impressa, quibus obliquè ascendentis musculi neruosa exilitas pertinacissimè connascitur.

x Linea hæc portiunculam notat musculi abdominis obliquè ascendentis, qua is transuerso abdominis musculo inibi adeò ualidè committitur, ut inter dissecandum, nisi relicto eiusmodi signo, à transuerso liberari nequeat.

y Transuersus abdominis musculus.

α Obliquè ascendens abdominis musculus, ab abdomine hic reflexus.

β Vasorum seminalium portio. Cæterùm tres illi quodammodo circuli, ad rectorum musculorum radicem, seu iuxta n & o ac p conspicui, idem quod in mox præcedente tabula, abscissi nimirum penis constructionem ac naturam, oculis subijciunt.

γ Reuersa est musculi brachium attollentis anterior pars: adeò ut sedes ipsius in conspicuo sit, quæ anteriorem humeri articuli regionem proximè integebat.

δ In sinistro brachio insertionis pars adhuc reliqua est, musculi brachium attollentis.

ε Excarnis nunc humeri pars, inter duo capita apparens, musculi cubitum flectentium anterioris.

ζ Musculus cubitum flectentium anterior.

η Musculus, cubiti extensionis autor, cuius principium ab inferiori scapulæ costa pronascitur.

θ, θ Posterior musculus cubitum flectentium.

ι Superior musculus eorum qui radium in pronum agunt.

κ Radium mouentium longissimus, cuius auxilio radius in supinum ducitur.

Θ Quatuor digitorum secundum os flectens musculus, cuius principium sub musculo radium in pronum agentium supe-

λ,μ. riore, & ι notato, reconditum, λ insignitur. μ uerò, musculi huius in quatuor carneas partes distributio indicatur, quæ postmodum in singulos tendines degenerant.

ν, ξ Transuersum interioris brachialis sedis ligamentum, longa sectione diuisum, & utrinque in latus reflexum. Verùm ν præterea musculum priorem primum pollicis os flectentium commonstrat. ξ autem musculum, cuius ope primum parui digiti internodium extrorsum flectitur. Porrò quod ad quatuor tendinum, secundum quatuor digitorum

digitorum os flectentium seriem attinet, omnia sunt conspicua: quamuis interim tendinibus indicem & paruum digi-
a. tum petentibus o inscripserim.
ϖ Nonnihil hic sese offert musculus, quatuor digitorum tertium flectens os.
ρ Portio musculi tertium pollicis os flectentis, qui in sinistro cubito est conspectior.
* Musculus ulnæ exporrectus, quo brachiale flectitur, hic ab exortu & ulna liberatus, à sua pendet insertione.
ς Secundus femur mouentium musculus.
τ Apparet hic obscurè femoris caput coxendicis ossis sinum subiens, & ligamento adhuc obductum: sed τ in hoc præ-
cipuè adhibetur, ut ceruix seu collum femoris hic indicaretur.
υ Femoris magnus exterior ve processus.
φ Femur mouentium septimus, qui perinde ac tres modò subsequentes, modica tantum ex parte est conspicuus.
χ Musculus femur mouentium sextus.
ψ Femur mouentium octauus.
ω Quintus femur mouentium musculus.
Λ Septimus tibiam mouentium musculus. Charactere 2 ipsius amplum principium, à radice magni femoris processus
2,3. enatum, indicatur. 3 hic in tendinem latum desinit, cum octaui & noni musculorum tibiam mouentium tendinibus
4. commixtum, unitumq;. 4 hæc linea illum in anteriori femoris sede terminat, ubi octauus musculus ipsi primùm subij
ci incipit.
Ξ Octauus tibiam mouentium musculus.
Π Π octauum tibiam mouentium musculum indicat: sed priuatim sinum ostendit, cui nonus tibiam mouentium muscu-
lus insidebat, quem mox charactere 5 notabimus. Maximam itaque sinus sedem octauus musculus constituit: uerùm
septimus eius tantam portionem efformat, quanta à linea, charactere 4 insignita, ad umbram septimi musculi usque
protenditur: ita sanè, ut ab utrisque musculis sinus iste consurgat.
5 Hoc charactere musculus insignitur tibiam mouentium nonus, qui à suo exortu liberatus, & à femore auulsus, illic à
genu pendet, ubi septimi & octaui tibiam mouentium musculorum tendinibus commiscetur.
6 Hic suo liberatus etiam initio, et à femore abstractus, ab insertione propendet tibiam mouentium secundus musculus.
Σ In hac tibia, tibiæ os anteriori sede prorsus excarne cernitur, propter hactenus resectos musculos: supereſt enim ex
omnibus illi adnatis, tantum is quem modò Φ notabimus,
● Musculus, ab interno tibiæ ossis latere & ligamento membraneo in tibiæ longitudine ossa colligante enatus, ac polli-
7. cem pedis extendens. Huius tendinem 7 inscriptum conspicis.
8 Septimus pedem mouentium musculus.
9 Octauus pedem mouentium musculus, parum se spectandum, quum septimo recondatur, offerens.
Ψ Carnea moles, in superiori pedis sede reposita: quæ in quatuor carneas partes digesta, quatuor educit tendines, & pol
licem tresq; ipsi proximos digitos in latus externum mouet.
Ω Hic prosternitur musculus quatuor extendens digitos, unà cum ipsius portione, quam noni pedem mouentium muscu
&. li uice recensuimus, ac cui iam (&) characterem inscriptum cernis. Musculis posteriorem tibiæ sedem occupantibus
nullos adhibui characteres, quòd ipsorum eadem cum præcedentibus tabulis adhuc sit series & copia.

SEXTAE MVSCVLORVM TABVLAE, QVAM SEQVENS PRO-ponet pagina, characterum Index.

SEXTAE tabulæ caput in posteriora reflexum est, & maxillam inferiorem in summo mento diuisam, & utrin
que in latera diductam refert.
A Hic eadem iugalis ossis portio resecta est, quam in quinta tabula quoque ademeramus. Notatur uerò A priuatim
temporalis musculus, ablato iam mansorio musculo.
B Acutus maxillæ inferioris processus, cui temporalis musculus ualidissimè inseritur.
C Sinistra maxillæ inferioris pars.
D Musculus in ore delitescens, qui internæ inferioris maxillæ sedi, ubi latissima est, inseritur, eamq; mouentium tertius
habetur.
E Gurguglio, à palati fine propendens.
F Glandula sinistra, amygdalæ non absimilis, ac eminentissimæ laryngis sedi apposita: nisi etiam paulo altius in faucibus
quàm larynx, consistat.
G Lingua: uerùm superior charactéris pars, laryngis operculo est contermina.
H Hac sede plures capitis & colli motibus famulantes musculi confunduntur.
I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahens, hic ab exortu pendet.
K Tertius hominis scapulam mouentium.
L Glandula insigniter carnea, quæ sinistro laryngis radicis lateri adnascitur, ac in altero latere coniugem obtinet.
M Aspera arteria, ipsi incumbentibus musculis iam libera.
N Hæc congeries, est uasorum & neruorum lateribus asperæ arteriæ exporrectorum. quanquam & musculi dorsum mo
uentium primi aliqua ex parte hic se ostendant.
Γ Quoniam hanc pectoris colliq; sedem, illi similem delineare oportuisset, quam sequens ostendit tabula: non abs re fo
re duxi, ex cane hunc Galeni musculum exprimere, qui à transuersis uertebrarum ceruicis processibus originem O
O. notatam ducens, ad quartam usque costam carnosus fertur: ubi P notatus, in membraneum cessat tendinem Q insi-
P,Q. gnitum, & deorsum ad aliquot adhuc costas pertinentem.


Musculus,

R Musculus, à scapulæ basi principium ducens, thoracemq; mouentium secundus.

Pectoris os citra characterum impositionem conspicuum est, quemadmodum & costæ, & earundem interualla,
S. umà cum exterioribus musculis intercostalibus. Quo tamen melius singula expendas, significet S tertiæ costæ os, T
T,V. tertiæ costæ cartilaginem, V musculum exteriorem intercostalium, in tertiæ & secundæ costarum ossium interuallo
X. repositum, cuius fibræ deorsum in priora feruntur. X uerò denotabit exteriorem intercostalium musculum, inter se-
cundæ & tertiæ costarum cartilagines conspicuum, cuius fibræ sursum in anteriora prorepunt. Arteria & uena, sub
a pectoris osse deorsum ad abdominis superiora propagatæ, bicq; à rectis abdominis musculis resectæ.
Δ Transuersus abdominis musculus, quem costarum ductus, seu fines, & ossis sacri ossis sinistro lateri commissi regio,
b. abunde hic circumscribunt. Cæterùm b sedem notat, qua obliquè ascendentis musculi tendo, transuerso abdominis mu
c. sculo pertinacissimè adnascitur, priusquam rectum conscendat. c autem indicat asperitatem, quam musculorum obli-
què ductorum cum transuersis musculis connexus imibi molitur, ubi recti musculi supra umbilici sedem, uersus pecto
ris os mutuò debiscunt.
d Foramen, uasis seminarijs uirorum uiam præbens.
e Vena & arteria, in rectos abdominis musculos, conterminasq; sedes sursum excurrentes, à magna uasorum crura
adeuntium distributione.
f Hic sinistri lateris rectus abdominis musculus, à pubis osse dependet, uasorum posteriori ipsius sedi commissorum se-
riem quoque proponens.
g Spina ossis ilium, carnosis partibus duorum obliquorum abdominis musculorum liberata.
h Scapulis & sinistro brachio mentem accommoda. ibidem namque h superiorem notat scapulæ angulum, cui muscu-
lus scapulam mouentium tertius, & K insignitus, inseritur.
i Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.
k Musculus brachium mouentium quintus, scapulæ sinum occupans, qui inter elatiorem ipsius costam, & superioris pro
cessus radicem, seu scapulæ spinam, consistit.
l Interior scapulæ processus, anchoræ imaginem referens.
Θ Musculus anterior cubitum flectentium, cuius exterius caput, quod à scapulæ acetabuli supercilio nascitur, m notat.
m,n. n uerò indicat internum caput, ab interiori scapulæ processu enatum. Quo tamen huius capitis nerueam partem
à carnea exquisitiùs discernas, huius tabulæ dextrũ brachium spectabis, in quo n nerueam partem denotat, o autem
o,p,q. carneam. Cæterùm p duorum capitum coitum indicat: q uerò tendinis, quem musculus hic educit, principium.
r,r Musculus posterior cubitum flectentium.
ſ Musculus, cubiti extensionis autor, cuius principium ab humiliori scapulæ costa enascitur.
Λ Musculus radium mouentium longissimus, cuius altissimam partem, quæ hic oculis subijci potest, t indicat: ipsius enim
t. ortus in nona musculorum tabula spectari potest, quæ hunc musculum X insignitum habet, uti decima tabula illum li
u. tera e ostendit. Cæterùm in hac tabula u præsentis musculi insertionem notat, quam in inferiorem radij appendicem
molitur.
χ Musculus superior duorum, qui radium in pronum ducunt.
Ξ Musculus, tertium quatuor digitorum os flectens. & α quidem huius musculi caput insinuat. β autem sedem, qua
α,β. musculus in quatuor partes carneas discinditur, quæ singulos postmodum porrigunt tendines. Porrò qua ratio-
ne ad tertium usque digitorum internodium tendines huius musculi porrigantur, & incumbentis musculi tendines
γ. transeant, hic in utraque manu est conspicuum. Sitamen, doctrinæ gratia, γ tendo, tertium medij digiti os acce-
δ. dens. δ autem tendo, qui secundum os flectit, ut nunc dicam, cum cæteris sui musculi tendinibus, ex uolu ad insertio-
nem usque aiunt sus.
ε Musculus secundum quatuor digitorum flectens articulum, qui suo principio, adeoq; à cubito liberatus, à tendinum
ipsius in secunda quatuor digitorum ossa insertione propendet.
ζ,ζ Hos characteres referre oportet ad quatuor musculos, quorum beneficio quatuor digiti adducuntur pollici, atque hi
interno lateri tendinum tertium os flectentium exporriguntur.
η,θ Musculus tertium pollicis os flectens, η notatur. θ autem ipsius tendinem proponit, inter musculos primum pollicis os
flectentes, & eos qui secundum pollicis os flectunt, prorepentem.
Musculus maior primum pollicis os flectentium, hic ab insertione dependet.
κ Musculus minor primum pollicis os flectentium, qui sub maiori κ indicato recondebatur. Inter λ uerò & κ, primum
λ pollicis os nudum excarneq; apparet.
μ Musculus primum paruũ digiti os uersus exteriora flectens. Tuberculum uerò ante huius musculi initium apparens,
ulnæ est sedes, qua ualidiorem ligamenti exporrigit portionem brachiale cubito colligantis.
ν Tertius femur mouentium musculus, hic magna ex parte conspicuus.
ξ Magnus exterior ve femoris ossis processus.
ο Musculus femur mouentium septimus.
π Musculus femur mouentium sextus.
ρ Musculus femur mouentium octauus.
ς Quintus femur mouentium musculus.
Π Octauus tibiam mouentium musculus, uniuersum femoris os quodammodo amplectens. τ insinuatur amplum huius
τ. musculi principium, à radice magni femoris processus, & femoris collo enatum. Deinde Π priuatim indicat sinus il-
lius portionem, quo nonus tibiam mouentium musculus continetur. Cæterùm carnosæ huius musculi partis terminus,
υ instar semiglobi extuberans, in utroque femore υ insignitur,
φ Dependet hic musculus tibiam mouentium septimus, cuius cauitas argumento est, qui octauum tibiam mouentium

amplexetur

SEXTA MVSCVLORVM TABVLA.




amplexetur musculũ, & qui horũ tendines unà coeant. Quod ut commodiùs expenderes, in dextro genu septimus mu
*. sculus adeò ab octaui musculi tendine dissectus est, ut & patellæ seu molæ pars ibidem in conspectũ ueniat, * notata.
χ↓ Hæc sedes, ad exteriorem genu regionem occurrens, ostendit portionem quarti tibiam mouentis musculi. atque hic χ notat quarti musculi sedem, ipsius insertioni proximam. ↓ autem eam partem absectam ostendit, cui coxendicis ossis appendix principium præbet, quum reliqua à femoris osse initium ducat.
Σ In sinistra tibia totum externum tibiæ ossis latus conspicuum est. Id dico latus, quod ad externam sedem excarnis etiam ante sectionem partis habetur, quam & dextra tibia totam oculis subijcit. Cæterùm Σ priuatim notat ligamentum, tibiæ os & fibulam, quà hæc inuicem debiscunt, intercedens.
ω Externus malleolus, & pars fibulæ excarnis.
Φ Musculus pedem mouentium septimus Character 2 ipsius exortum indicat, 5 tendinis principium, quod anteriori &
2,5. posteriori parte, ac dein interiùs, quà fibulam spectat, carne adnutritur, ac 4 partem notat anteriorem carneam, 3 ue
4,3. rò posteriorem.
↓ Octauus musculus pedem mouentium, magna sui proportione sub septimo occultatus. Cæterùm characterе 6 huius
6. musculi tendo, ad posteriorem exterioris malleoli sedem reflexus, indicatur.
Ω Musculosa moles, cuius beneficio pollex & tres ipsi proximi digiti in externum latus ducuntur.
7 Hic procumbit musculus pollicem extendens, suæq; insertioni adhuc hærens.
8 Musculus paruum digitum in extetiora abducens, hac sede c huius est.
9 Secundus musculus pedem mouentium.
χ Musculus in dextro pede insignitur, pollicem in internum latus à cæteris digitis abducens. Posteriori dextræ tibiæ se di nullos adhibuimus characteres, quòd ea cum præcedentibus tabulis prorsus respondeat.

SEPTIMAE MVSCVLORVM TABVLAE
characterum Index.

SEPTIMAE musculorum tabulæ corpus laxato fune, à quo inter pingendum pendebat, in posteriora tantùm procidit, quantùm resecto iam peritonæo, & omnibus quæ illo amplexantur, uidendo septo transuerso sufficit. quod etiam in præsenti tabula ad sinistram ea forma appictum cernis, qua exectum, parietiq; suo lentore hærens, nobis apparuit. Quo minus autem dextra scapula, effractæ alæ ritu deorsum decumberet, illam funiculo ita suspendimus, ut uniuersum ipsius cauum in conspectu sit.

A Gurguglio, à palati termino propendens, inferiori interim maxilla prorsus amota.
B Aliquot ceruicis uertebrarum corpora anteriori sede, qua musculis non obteguntur, se hic ostendunt.
C, D Primum par musculorum dorsum mouentium.
E Stomachi seu gulæ hic præsectæ pars.
F Asperæ arteriæ stomacho instratæ pars, hic quoque iuxta iugulum à reliqua caudicis sui portione liberata. Cæterùm uasa utrinque ad asperæ arteriæ latera occurrentia, soporales sunt arteriæ, cum internis iugularibus uenis, & sexto neruorum cerebri pari.
G Musculus alter secundi paris dorsum mouentium.
H Scapulam mouentium tertius, qui in dextro latere transectus est.
I Musculus brachium mouentium quintus, inter elatiorem scapulæ costam, & superioris ipsius processus radicem repositus.
Γ Musculus brachium mouentium sextus, totam scapulæ cauam anteriorem ve occupans sedem. Huius insertio K insi-
K. gnitur, reliquaq; ipsius forma ex scapulæ imagine deprehenditur. quanquam si præsentis musculi triangularem figurã uolueris constituere, licebit K, L & L simul conferre.
L, L Musculus thoracem mouentium secundus, octo superioribus costis manus modo insertus.
M Brachium agentium tertius, & ab inferiori scapulæ costa, iuxta basis scapulæ inferiorem angulum enatus.
N, N Musculus cubitum extendentium, cuius initium superiori N insignitum, à scapula educitur.
O Portio tendinis musculi brachium mouentium quarti.
P Cubitum flectentium posterior, qui totus ferè hic est conspicuus.
Q Radium in pronum constituentium superior.
R, R Anterior cubitum flectentium, qui ab ossibus, unde initium duxit, liberatus, ac à brachio auulsus, à sua dependet insertione.
S Radius.
T Vlna.
V Ligamentum inter radium & ulnam, quà inuicem debiscunt, intercedens.
X Radium in pronum mouentium inferior musculus, propemodum quadratus.
Y, Y A dextro radio (qui cum uniuersa manu magis quàm sinistra attollitur) dependet à sua insertione longior radium in supinum ducentium musculus.
a Minor primum pollicis os flectentium musculus, suo initio liberatus, ab illo cui inseritur osse tantum pendet.
1, 2, 3 Tribus his characteribus musculi notantur secundum pollicis os flectentes.
b Dependet a sua insertione musculus tertium pollicis internodium flectens.
c Musculus tertij quatuor digitorum ossis flexus autor, à cubito resectus, deorsum est reflexus. Hunc sedulò intue-
d. bere, quòd illius tendinibus musculi attendantur, quatuor digitos pollici adducentes: quorum is qui indicem mouet, d insignitur, perinde ac reliqui tres, ab insertione dependens. Quinetiam tendinum musculi secundum quatuor

SEPTIMA MVSCVLORVM TABVLA.



e. tuor digitorum os flectentis portiones hic adhuc seruantur. ac portioni quidem indici propriæ e inscripsi: tendini au-
f. tem tertium indicis os flectenti, f. Cæterùm in dextra manu dictorum musculorum duntaxat conspiciuntur insertiones
g.h. ac g in indice insertionem indicat musculi indicem pollici adducentis: h insertionem tendinis secundum indicis os fle-
i. ctentis. i insertionem tendinis, qui tertij eius digiti ossis flexioni præficitur.

Præsentis tabulæ thorax, quòd ad intercostales spectat musculos, præcedentis tabulæ thoraci respondet: unde etiã characteribus non uenit obliterandus.

△ Septum transuersum, cuius membraneus circulus in septo extra corpus expanso, & suo mucore parieti agglutinato,
k,l,m,n. circunscribitur k,l,m,n. quod uerò exteriùs hos characteres ambit, & foris existit, fibrisq; interstinguitur, carneam
o,p. septi partem esse putato. o,p Duo ligamenta, seu tendines septi, uertebrarum in lumbis consistentium corporibus in-
q. serti. q Septi scissura, qua id uertebrarum incumbit corporibus, ac magnam arteriam, uenamq; coniugis expertem
transmittit, aut illis cedit, quarum orificia q in corpore huius tabulæ positum indicat, quemadmodum & arteriæ ra-
r. mos in septum excurrentes. r Foramen septi, stomacho uiam præbens, qui etiam r in corpore insignitur. ſ Foramen
ſ. in septo transuerso, uenæ cauæ caudici paratum, qui in corpore ſ notatus conspicitur.
t Musculus femur mouentium sextus.
u Musculus dorsum mouentium nonus.
x Femur mouentium septimus, qui perinde ac sextus, propter ablatum peritonæum, magis quàm in præcedentibus tabulis se offert.
y Sacrum os hic insignitur, neruiq; aliquot ab ipsius medulla educti, obuij sunt.
α Femur mouentium octauus.
β Quintus femur mouentium.
γ Tibiam mouentium octauus.
δ Musculus pollicem à cæteris digitis amouens, sua tantum hæret insertione.
ε Dependet & hic quoque ab insertione musculosa moles, pollicem & tres ipsi proximos digitos in externum latus ducens. Quæ uerò in præsentis tabulæ tibijs occurrunt, illis respondent, quæ prioribus tabulis fuere obuia. hactenus namque ex posteriori tibiæ sede nullus est absectus musculus: & in anteriori tibiæ regione, hoc figuræ situ, nihil præter excarnem, etiam ante anatomen, tibiæ ossis partem, est obium.


CHARACTERVM OCTAVAE MVSCVLORVM tabulæ Index.

HAEC tabularum anteriorem corporis faciem exprimentium postrema est, musculos in anteriori hac sede ex sectionis serie adhuc reliquos proponens. Vt uerò interiores intercostalium ostenderet musculos, & eos qui in interna thoracis sede pectoris ossis attenduntur lateribus, os illud unà cum costarum cartilaginibus exectum, & sub dextræ manus indice ita propositum cernis, ut internam ipsius referat faciem, thoracis cauitatem respicientem.

A,B Musculi collum, superiorem ve dorsi partem flectentes, dorsumq; mouentium primum coniugium.
C Musculus à prima enatus costa, secundiq; dorsum mouentium paris alter.
D,D Exteriores musculi intercostales, in costarum ossium interuallis conspicui.
E,E Interiores musculi intercostales, in costarum ossium interuallis obuij.
F,F Musculus octo thoracis costis insertus, ipsiusq; motorum secundus.
G Vtrinque scapula modò nuda excarnisq; est, musculi F insigniti ope adhuc corpori hærens.
H Musculus dependet, brachium antrorsum circumuertens, scapulæq; cauum occupans.
I Musculus superiori scapulæ basis angulo insertus, ipsamq, agentium tertius, ab insertione pendens.
Γ Posterior cubitum flectentium musculus, cuius principij elatior exteriorq; pars L insignitur, demissior uerò interior
L,M,N. que pars M. Insertio autem præsentis musculi N indicatur.
O Radius.
P Vlna.
Q Tendinis musculi cubitum flectentium anterioris pars.
R Musculus ab insertione dependet, radium in pronum mouentium superior.
S Musculus à sinistra ulna dependet, radium in pronum ducentium inferior.
T,V Sede T insignita, ligamentum, brachiale ad cubitum nectens, crassius apparet, ut etiam sede V notata.
X Musculi ab insertione propendent, secundum pollicis internodium flectentes.
Δ In postbrachiali dilucidùs exprimi nequierunt octo musculi, quatuor digitorum primos articulos flectentes. Cæte-
Υ. rùm dextra manus in latus picta est, ut musculum Υ insignitum offerret, qui primum indicis os introrsum flectit.
Θ Sextus femur mouentium musculus, cuius initium è uertebrarum procedens corporibus, a insignitur. b uerò ipsius se-
a,b. des indicatur, qua tendinem educere incipit.
Λ Septimus femur mouentium musculus.
Ξ Musculus dorsum mouentium nonus.
Π Sacrum os, ex cuius anterioribus foraminibus nerui prosilire hic uidentur.
Σ Octauus femur mouentium musculus, qui ut ualde est carneus, nonnihil hic laxus propendet.
Φ Quintus femur mouentium musculus. Verùm Φ priuatim huius musculi partem notat posteriorem, c autem an-
c. teriorem.
e Pubis ossis anterior sedes, quæ hoc latere ex sectionis serie, carne est denudata.
Ψ Musculus femur mouentium nonus, anteriorem pubis ossis foraminis sedem occupans.

In sinistro

OCTAVA MVSCVLORVM TABVLA.



Ω *In sinistro genu tendines, septimi tibiam mouentium musculig insigniti, & octaui h indicati, & noni i notati, à genu re*
g,h,i. *flexi sunt: ac patellam ipsis innatam, a t k insignitam, oculis subijciunt. In dextro autem crure octauus tibiam mouen*
k,l. *tium musculus, solus ab insertione ac integer dependet, l notatus, & patellam sibi innatam seruans, cui etiam k inscri-*
psimus.

m *Tibiæ ossis anterior sedes, omni prorsus musculo libera.*

n *Fibulæ anterior sedes, ex dissectionis serie musculis omnibus iam denudata.*

o *Ligamentum inter tibiæ os & fibulam inibi repositum, ubi hæc ossa inuicem debiscunt.*

* *Qui hic spectantur musculi, illi sunt, quos sexta musculorum tabula expressit literis Φ & Ψ, septimus nimirum & octauus pedem mouentium. In superiori pedis sede modò nulli adhuc reliqui sunt musculi, ossaq; duntaxat ligamentis obducta, in conspectum ueniunt. Cæterùm musculi, qui hactenus in tibiæ posteriori sede fuere obuij, se-*
p,q. *ctionis serie nunc auferri incipiunt. ac p, q notant primum ac secundum pedem mouentium, à quarto eiusdem motus*
s,t. *autore musculo, t insignito, ad characterem s propendentes, quo priuatim notatur tendo tertij pedem mouentium mu sculi, qui inter s & u deducitur.*

u *Musculi pars hic occurrit, quatuor digitorum tertium articulum flectentis.*

x *Hic obscurè se offert pedem mouentium quintus.*

α *Pectoris ossis posterior, seu cor spectans sedes.*

1,2,3, 4,5,6,7 *His characteribus septem uerarum costarum indicantur cartilagines. Reliquæ autem quatuor cartilagines, octauæ, nonæ, decimæ & undecimæ costarum cartilagines sunt.*

β *Musculus humanum thoracem mouentium sextus.*

NONAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

NONA *tabula, omnium posteriorem corporis faciem exprimentium prima occurrit, nullum absectum habens musculum, præter eos quos carnea membrana constituit, tertiaq; tabula obuios fecit. Verùm transuersa in externa cubiti sede iuxta brachiale reposita ligamenta hic dissecuimus, quòd prima & secunda tabulis abundè fuerint conspicua, & numerorum characteribus insignita.*

A *Temporalis musculus.*

B *Os iugale.*

C *Masseter præcipuè appellatus musculus, seu inter musculos maxillam inferiorem mouentes secundus describẽdus. Auris uerò foramen, cum ipsi subiectis glandulis, citra characterem est obuium.*

D *Musculus caput mouentium, qui à pectoris osse & clauicula enatus, in mamillarem temporis ossis processum inseritur.*

Γ,Δ *Musculus secundo loco inter scapulam mouentes recensendus. Atque huius principium, ab occipitij osse prona-*
E,F,G. *tum, E ac F insignitur. E uerò usque ad G, musculi notatur principium ab occipite, ad octauæ usque thoracis uer-*
H,I. *tebræ spinam, à mediarum uertebrarum apicibus quodammodo enatum. H, I insertio indicatur, quam muscu-*
* *lus in scapulæ spinam, & summum humerum, latiusculamq; clauiculæ sedem molitur. * hac sede præsens mu-sculus, quasi membraneum semicirculum obtinet, seu carnosæ ipsius fibræ in semicirculi hic cessant circunferentiam.*

K *Hac parte K insignita, ceruix collum ve, thoracis elatissimæ parti committitur. Lineæ autem, latera ve musculum circunscribentia, in hunc modum colliguntur. Ab E ad F prima protenditur, ad occiput transuersim ducta. Quòd autem huius extremum F notatum, non tantum ab auris radice distare hic uideatur, quantum F remouetur ab E, pictura in causa est, oculum fugiens. quod & sinistrum brachium, in anteriora porrectum, liquidò commonstrat. quod fortè ὀπτικῶν ignarus, plus æquo breuius esse arbitraretur. Porrò secunda linea præsentis musculi ab E per K ad G metitur. Tertia autem ab F ad H. Quarta ab H ad G. Atque his lineis musculus terminatur. Insertionis autem linea, ab H ad I protensa, & ille quoque ductus, qui ab I ad K metiri posset, nullæ prorsus separationis diuisionis ve musculi in partes, notæ existunt.*

L *Musculus brachium attollens, eiusq; motorum secundus.*

M *Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, brachiumq; mouentium septimus.*

N *Musculus ab humiliori scapulæ costa pronatus, & brachium mouentium tertius.*

O *Musculus brachium agentium quartus, sequenti tabula ⊖ insigniendus.*

P *In præsentis tabulæ dextro latere, P indicat portionem abdominis musculi, quem obliquè descendentem uocamus.*

Q *Nonnihil in dextro brachio occurrit anterior brachium flectentium musculus.*

R *Posterior cubitum flectentium musculus.*

S *Musculus cubitum extendentium, cuius principium ab humeri pendet ceruice.*

T *Musculus cubitum extendentium, cuius principium ab humiliori scapulæ costa pronascitur.*

V *Vlnæ sedes triangula, nullis obtecta musculis, excarnis ve, ac præcipuè insertionem excipiens neruosæ cubitum extendentium musculorum insertionis.*

X *Musculus radium in supinum agentium, qui in inferiorem radij appendicem inseritur.*


Y *Musculus, bicorni tendine brachiale extendens.*

Z *Musculum Z insignitum, autorem extensionis indicis, medij ac anularis recensebimus, cuius initium a indicatur. Sedes*
a,b. *uerò, qua carneus esse desinit, tendinesq; educit, b insignitur.*

⊖ *Musculus, qui nobis parui digiti extensionis autor rec ensebitur. Cæterùm etsi in externa postbrachialis sede, & ad digitorum radicem aliquo modo exprimere conati sumus, qui duorum musculorum, quos Z & ⊖ insigniuimus, tendines commisceantur, & uariè latescentes, suismet ipsorum portionibus rursus uniantur: nihilominus tamen, quum hæc*

commixtio

NONA MVSCVLORVM TABVLA.



commixtio omnibus nõ sit eadẽ, hãc ex uarijs sectionib. te potius quàm ex hac unica delineatione, petere optauerim.

Λ c,d. Musculus brachiale extendentium, cuius principium c insignitum, ab humero pendet: insertio autem d indicata, in post brachialis os perficitur, paruum digitum sustinens.

Ξ q. In utroque cubito Ξ insignitur musculus, brachiale flectens, quartoq; brachialis ossi insertus, ac in nulla musculorum tabula æquè atque hic conspicuus. Quemadmodum & musculi latum manus tendinem producentis initium, hic ad characterem q; est obuium, unà cum exortu musculi brachiale flectentis, qui postbrachiali insertus, Λ in tertia musculorum tabula notatur.

Musculi hàc obliquè prorepentes, illi sunt, quorum alter unum tendinem brachialis ossi pollicem suffulcienti inserit: alter uerò unum tendinem primo pollicis ossi offert, alium secundo & tertio pollicis ossi inserens.

f Musculus tribus pollicis ossibus externa sede insertus, & pollicem uersus indicem euertens.

g Musculus pollicem indici proximè adducens.

h Musculus, parui digiti à reliquis abductionis autor.

Π i,k,l,m,n Primus femur mouentium musculus, i, k, l, m & n circumscriptus. Quandoquidem i usque ad k, sui principij partem notat, quæ ex ossis ilium spina enascitur. k autem ad l, principij partem indicat, ab osse coccyge, infimaq; sacri ossis sede pendentem, ubi etiam sinister musculus dextro contiguus est. m indicat elatiorem ipsius insertionis partem. n autem insertionis infimam notat partem: quæ quia inter musculos tibiam mouentes hic penitiùs se insinuat, reconditque, omni ex parte non est conspicua.

o Secundus femur mouentium musculus, magna ex parte primo adhuc obtectus.

p q. Sextus tibiam mouentium musculus, in latum illum degenerans tendinem, qui femur amplexantibus musculis obuoluitur: attamen non ad eam pertingit crassitiem, ut subditos ipsi musculos obscurare possit, adeò ut illis quoque characteres iam sim inscripturus. Cæterùm q notat huius sexti tibiam mouentium musculi carnosæ partis terminum.

r Septimus tibiam mouentium musculus, membraneo tendine sexti tibiam mouentium musculi obtectus.

ſ Quartus tibiam mouentium musculus, septimi musculi posteriori sedi attensus.

t Tertius tibiam mouentium musculus, in utroque crure (quemadmodum & subsequentes aliquot) notatus.

u Musculus, quem quinti tibiam mouentium loco habemus.

x Apparet & hic quoque portio musculi femur mouentium quinti.

y Musculus secundus tibiam mouentium.

α Musculus tibiam mouentium primus.

β Octauus tibiam mouentium musculus.

γ Nonus tibiam mouentium musculus, modica ex parte, ut & duo proximè præcedentes musculi, conspicuus.

δ Hoc sinu, tibiã accedens arteria, unà cum maxima cruris uena, & neruo quoq; totius corporis crassissimo uehuntur.

ε Musculus primus pedem mouentium.

ζ Secundus pedem mouentium musculus.

η Septimus pedem mouentium musculus.

θ Octauus pedem mouentium musculus, sub septimo occultatus, modicè admodum se hic spectandum offert.

ι Excarnis fibulæ pars, ipseq; adeò exterior malleolus.

κ Aliqua ex parte portiuncula hic occurrit, musculi pedem mouentium noni: hic enim ipsius tendo ad insertionem suam se offert.

λ Musculus paruum digitum à cæteris abducens.

μ In sinistra sura, tendo tertij pedem mouentium musculi notatur.

ν Interior malleolus.

DECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE, QVAM SEQVENS PROPONET pagina, characterum Index.

IN HAC omnium tabularum decima, posteriorem uerò faciem exprimentium secunda, musculi aliquot, qui in præcedente tabula erant prorsus conspicui, iam sectionis serie adempti dependent: multiq, in illa non obuij, hic sese commonstrant. Verùm interim prorsus ablatus est ille musculus, quem nona tabula Γ & Δ insigniuimus, quòd uidelicet nusquam aptè formam ipsius dependens ostendere potuisset, quorundamq; musculorum inspectionem occupasset.

A Dexter primi paris caput mouentium musculus.

B,B Secundi paris caput mouentium dexter.

C Scapulam mouentium tertius musculus.

D Clauicula, sectionis serie musculis hic denudata.

E Musculus humani thoracis motorum tertius, sequenti tabula F notandus.

Γ G,H. I,K. Musculus scapulam mouentium quartus, cuius primum latus ad dorsi uertebrarum aliquot spinas deductum, à G ad H metitur. Secundum uerò latus, ad scapulæ basim pertinens, ab I ad K protenditur. Tertium latus à G ad I, & quartum ab H ad K pertinet.

L Musculus brachim mouentium quintus, inter scapulæ spinam, & elatiorem scapulæ costam locatus.

M Scapulæ spina, ac summus humerus, à secundo scapulam mouentium musculo liber.

Δ P. N&O. Musculus brachium mouentium secundus, quem in posteriori corporis sede promptè circumscripseris, si P musculi insertionem esse cognoueris. P namque ac N & O, trianguli modo, dictam musculi partem terminant, anteriori interim parte Ξ in quarta tabula musculorum insignita.

Q Brachium mouentium septimus musculus, gibbam scapulæ sedem occupans.

R Musculus brachium mouentium tertius, ab humiliori scapulæ costa circa eius basim enatus.
& Hac sede aliquot dorsum mouentes musculi exporriguntur, unà cum humanum thoracem mouentium quarto.
Θ Hunc musculum secunda tabula ϒ insignitum proponebat: est autem is, cuius beneficio brachium deorsum, uersus
S,T. dorsum uellitur, idq; mouentium quartus. S & T, musculi huius principij indicant longitudinem: V partem ipsius in-
V. sertioni proximam, quæ hic ostendi nequit: uerùm in septima tabula O insignita, utcunque fuit obuia. X autem muscu
X. li latus ea sede indicat, ubi ab ilium osse non amplius enascitur. Circunscribes uerò præsentis musculi latera ab S ad
ϒ. T, dein à T per X ad V, insuper ab S ad V. Cæterùm ϒ notabit inferiorem scapulæ basis angulum hic extuberantem,
& tertio musculi latere intectum.
Z Obliquè descendentis abdominis musculi portio.
a Musculus, ab humiliori scapulæ costa principium ducens, & cubiti extensionis opifex.
b Musculus, à ceruice capitis humeri iuxta scapulam originem ducens, ac cubiti extensionis autor.
c Portio anterioris cubitum flectentium musculi.
d Portio posterioris cubitum flectentium musculi.
e Musculus radium in supinum agentium longior, qui à brachio ad humiliorem usque radij appendicem protenditur.
f Musculus, bicorni tendine brachiale extendens.
g Hac sede ligamentum conspicitur membraneum, superiorem radij partem humero colligans. Sunt uerò ab hac sede re
secti tres musculi, qui deorsum à manu pendent.
h,h Hac sede, inter utrumque h, h occurrente, ulna iam carne omni, musculis ve libera cernitur.
i Musculus brachiale flectentium, qui quarto brachialis ossi inseritur.
Λ,Ξ,Π Tres isti characteres, tria notant musculorum principia, ab ulna pronata. Primum Λ insignitum, illud est, quod radio
ante medium illius longitudinis insertum, musculum constituit, radium in supinum agentium breuiorem.
k,l. Secundum principium Ξ indicatum, illud est, quod in duas portiones, k & l notatas dirimitur. k enim eam significat
portionem, quæ tendinem brachialis ossi pollicem proximè sustinenti offert. l uerò inferiorem insinuat portionem, quæ
m,n. dein bipartita, unam partem, quæ m inscribitur, primo pollicis ossi inserit: alteram n indicatam, in secundum & ter-
tium pollicis ossa implantat. Porrò tertium principium, Π insignitum, illud demum est, quod in duas quoque partes, o
o,p. & p indicatas discinditur: quarum superior o, notata, tribus pollicis ossibus inseritur: inferior uerò, p indicata, indicẽ
ac medium à pollice abducere creditur, etsi potissimum indicem adeat.
q Propendet ab insertione musculus, brachiale unico tendine extendens.
r Propendet hic quoque ab insertione musculus, paruum digitum præcipuè extendens.
ſ Musculus à digitorum radicibus hic dependet, qui indicem, medium & anularem in primis extendit.
t Musculus, pollicem indici proximè adducens.
Σ Secundus femur mouentium musculus, cuius exortum, semicirculi formæ quodammodo respondentem, u & x notant.
u,x. quanquam u in anteriora magis adhuc deberet exporrigi, si præsens tabula in latus magis uerteretur.
y Cæterùm y huius musculi indicat insertionem. unde etiam u, & x, & y, uniuersum musculum circunscribunt.
α Magnus exteriorq; femoris processus.
β Quartus femur mouentium musculus.
γ Ligamentum à transuerso quinti ossis sacri ossis processu, in acutum coxendicis ossis processum pertinens.
δ Ligamentum à dicto nunc sacri ossis processu in posteriorem elatioremq; appendicis ossis coxendicis sedem insertum.
ε Musculus femur mouentium decimus, qui hàc à posteriori pubis ossis sede reflexus, alium ueluti musculum suprà in-
fraq; ipsi attensum commonstrat.
ζ Quoniam hæc sedes, quantum ad musculorum seriem attinet, sequenti tabula, perinde atque hic erit conspicua, neruũ
ab hac tabula non resecuimus, quem quartum femur petentium numerabimus, eum secunda tertiaq; figuris, Capiti
undecimo libri quarti præponendis, charactere 71 indicaturi. Præsens etenim neruus, is profectò est, secundùm quem
ex caluariæ cauitate, per dorsi uertebrarum foramen, quod dorsali medullæ transmittendæ paratur, descendens hu-
mor, in pedes confluit, quem nonnulli haud infrequenter instar tepentis, alij instar frigidæ aquæ demanare, ac in crus
η profluere sentiunt. Ad hæc, eundem neruum in poplite η notatum cernis. quanquam η priuatim ipsius grandiorem in-
dicet portionem: quæ etsi in alias quamplurimas soboles disseminetur, præcipua tamen ipsius parte, pedis inferiora in
θ. ter calcem & interiorem malleolum petit. θ uerò præsentis nerui in poplite bipartiti minorem insinuat ramum, maxi
ma sui parte in musculos digestum, exterius tibiæ latus, & anteriorem eiusdem sedem occupantes: qui mehercule non
minus quoque accuratè, quàm quiuis corporis neruus est obseruandus, si non ob aliud, saltem propter urentia medi-
camina, quæ subinde hic ægris adhibentur, ut ulcus eorum ui inustum, humorem secundùm hunc neruum decurrentẽ
expurget. Nam quod inuritur ulcus, huic nerui ramo, θ indicato, uicinum est: & quum paulo inferiùs fiat, quàm su-
perior fibulæ consistit appendix, ramus ille præcipua sua portione contingi nequit. Atque eiusmodi sanè pleraque cre-
bro sermoni adijcerem, nisi ridiculum arbitrarer, reliquas medicinæ partes huic Anatomicæ misceri, aut ego etiam
eiusmodi aliqua non essem priuatim suo tempore, uti iam cœpi, exaraturus.
κ,κ In utroque femore κ occurrit, musculum notans femur mouentium primum, qui in sinistro crure integer à sua sede re-
flexus est, insertione duntaxat corpori commissus, quæ in dextro crure solùm inibi reliqua est, ubi ualidissima spectа-
λ. tur: ubi autem leniter, membranæq; tantùm ritu inserebatur, λ ascriptum cernis.
μ Septimus tibiam mouentium musculus, non amplius membraneo sexti musculi tendine obtectus.
Φ Tertius tibiam mouentium musculus, cuius caput ν insignitur: sedes uerò tendinem primùm educens, ξ. Insertionem au
ν,ξ. tem tertia musculorum tabula proponebat, charactere 3 insignitam.
Ψ Quartus tibiam mouentium musculus.
π,π Quintus tibiam mouentium musculus.

Quinti

DECIMA MVSCVLORVM TABVLA.



ρ *Quinti femur mouentis musculi portio.*
ς *Secundus tibiam mouentium musculus.*
τ *Portio octaui tibiam mouentis musculi, resecto iam interim primo tibiam mouente, qui aliàs hic in orbe occurreret. Quod uerò ad musculos in tibia pedeq; repositos attinet, omnia præcedenti cõueniunt tabulæ, ut & duodecimæ, quam inibi characteribus primùm occupabimus.*


VNDECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum Index.

A, A *SINISTER primi caput mouentium paris musculus.*
B, B *Secundum par musculorum caput mouentium, in sinistro tantùm latere characteribus insignitum.*
* *Musculus hic obscurè occurrit, cuius beneficio inferiorem maxillam deorsum agimus.*
C *Musculus scapulam mouentium tertius.*
D *Clauicula, hac in parte nunc musculis denudata.*
E *Dependet hic musculus, à scapula ossi ν referenti insertus.*
F *Humanum thoracem mouentium tertius.*
G *Brachium mouentium quintus.*
Γ *Musculus, scapulæ gibbum sub illius spina occupans, ac brachium mouentium septimus, cuius initium ab H ad I per-*
H, I, K. *tinet, insertionis uerò sedes K indicatur: atque ita totus trianguli modo H, I & K circunscribitur.*
L *Musculus ab humiliori scapulæ costa ad humiliorem basis ipsius angulum originem ducens, brachiumq; mouentium tertius.*
M *Hic musculus brachium mouentium secundus, ab exortu liberatus, antrorsum tota parte reflectitur, quam proximè præcedens tabula, O, N & P. circunscribebant. Atque ita interna musculi sedes, qua humeri articulo incumbit, hac tabula in conspectum uenit, & trianguli uertex etiam quodammodo proponitur, ad cuius similitudinem ueteres hu-*
N. *ius musculi initium describebant. N enim ea musculi pars est, quæ basi scapulæ fuit proxima: O autem illa, cuius ini-*
O. *tium à summi humeri cum clauicula articulo pendet. Dein si D eam musculi partem esse finxeris, cui clauicula initium largitur, promptè assequeris, musculi suo exortu liberi principium insigniter obtusum angulum referre, uti figura modò inserta com-probat, qua tota musculi interna, sedes exprimitur, articulum proximè integens. Atque hic A, B, C, musculi indicant principium: ab A quidem ad B, principij portionem, à summo humero & scapulæ spina pronatam: à B uerò ad C, reliquam principij partem, quæ clauiculæ debetur. Postremò D musculi insertionis sedes insignitur. Quod autem ad trianguli obtusum attinet uerticem, nulli non obuium est, B humiliùs poni, quàm A & C, quibus characteribus triangulum terminari promptè animaduertis.*



P *Dictus nuper brachium mouentium musculus, ab omnibus, unde principium ducit, sedibus liberatus, ac ab insertione duntaxat in dextro brachio pendens, pulchrè ostendit, hanc transuersim in humerum fieri.*
Q *Humanum thoracem mouentium quartus.*
R *Musculus dorsum mouentium undecimus.*
S *Dorsum mouentium decimusquintus, seu octaui dorsum mouentium paris alter.*
T, T, V *Characteribus T, T, duas costas earũ quæ iam sectionis serie deteguntur, insigniuimus, V uerò earundem costarum in teruallum: ut intercostalium musculorum exterioris species obseruaretur, qui in costarum ossiũ interuallis consistunt.*
X *Musculus thoracem mouentium secundus.*
Δ *Quintus humanum thoracem mouentium musculus, hic uniuersum se spectandum offerens.*
a, b *Obscurũ impensèq; membraneũ musculi obliquè ascendentis abdominis initiũ, à spinarũ apicibus inter a ac b pronatũ.*
c *Musculus ab insertione hic dependet, brachium mouentium quartus.*
Θ *Musculus cubitum extendens, cuius initium d insignitum, à ceruice capitis humeri educitur, quod scapulæ articula-*
d, e. *tur. e autem sedem indicat, qua præsens musculus ab alio cubitum extendentium musculo, mox f indicando, amplius propter mutuum connexum distingui nequit.*
f *Cubitum extendentium musculus, ab humiliori scapulæ costa pronatus, ac cum musculo Θ insignito ad characterem e coiens.*
g *Musculus cubitum flectentium posterior.*
b, b *Longior musculus radium in supinum ducentium.*
Λ *Musculus bicorni tendine brachiale extendens, cuius initium in dextro brachio i insignitur. sedes uerò, qua tendinem*
i, k, l. *educit, k indicatur. tendinum autem ipsius insertio, l notatur.*
m *Musculus radium in supinum ducentium breuior.*
n *Radius, dissectionis serie magna ex parte denudatus.*
o *Vlna. In horum ossium medio ligamentum occurrit, tota sede illa ossa intercedens, committensq;, qua inuicẽ debiscũt.*
Ξ *Secundum principiũ triũ principiorum, quibus ulna seriatim originem præbet, ab ulna hic est resectũ: & ut commodè eius series tota constaret, illud, quasi quis manu id eleuasset, depinximus: ne ab insertionibus deorsum pendẽs, manum*
p *obscuraret: aut si per manus interiora depẽdisset, ipsummet obscurũ euasisset. Cæterùm p eius principij pars est, quæ tẽ-*
q, r. *dinẽ brachiali offert. q autẽ tẽdo, primo pollicis ossi insertus. r uerò is tẽdo, qui secũdo et tertio pollicis inseritur ossib.*
ſ *Musculus pollicem indici proximè admouens.*

VNDECIMA MVSCVLORVM TABVLA.



Π *Tertium principium eorum quæ ab ulna pronaſcuntur, hic ab inſertione ſua pendens. Ac t quidem notat eius princi-*
t.m. *pij portionem, quæ indici ac medio præcipuè tribuitur: u uerò eam quæ pollici eſt peculiaris.*
Σ *Tertius femur mouentium muſculus, cuius initium z, y, x circunſcribitur. Quod uerò ad horum characterum latera,*
x, y, z. *ſuperiusq; ſpectatur, ilium oſſis dorſum eſt, primo ſecundoq; femur mouentibus muſculis liberum.*
α. *Cæterùm α tertij illius muſculi inſertionem proponit.*
Φ *Quartus femur mouentium muſculus, à tribus homilioribus ſacri oſſis oſſibus initium ſumens, & illic primùm tendi-*
β. *nem educens, ubi β conſpicitur. Inſertio autem ipſius ſub α quoque conſiſtit.*
☽ *Magnus femoris proceſſus.*
♂ *Secundus femur mouentium muſculus, ab inſertione duntaxat deorſum pendet.*
ζ. *Septimus tibiam mouentium muſculus. Quid uerò ζ indicetur, ad characterem Ω paulo pòſt commemoraturus ſum.*
Ħ *Ligamentum ab oſſe ſacro, in coxendicis oſſis acutum pertinens proceſſum.*
θ *Muſculus decimus femur mouentium, hàc ab interiori pubis oſſis ſede reflexus, ac ueluti inter duos muſculos, ι & κ*
ι.κ. *inſignitos, prorepens.*
λ *Caput tertij tibiam mouentium muſculi, quod primum eorum cenſetur, quæ à coxendicis oſſis appendice pronaſcun-*
tur. Muſculus interim ipſe, à femore auulſus, deorſum ab inſertione pendet, mox ε notandus.
μ *Caput quarti tibiam mouentium, quod quatuor ut minimùm capitum, à coxendicis oſſis appendice pronatorum, ſe-*
Ψ *cundum numeramus. Muſculus autem ab hoc eductus capite, à femore eſt auulſus, ϖ paulo pòſt inſigniendus.*
ν, ξ. *Muſculus, quem quinti tibiam mouentium loco habemus, cuius initium ν inſignitur, quod tertium eorum capitum ha*
o. *betur, hinc à coxendicis oſſe eductorum. ξ uerò præſentis muſculi oſtendit ſinum, cui tertius tibiam mouentium alio-*
Ω *quin inſidet. o hic quintus muſculus in tendinem deſinit, anteriori tibiæ oſſis ſedi implantandum. Subſequenti tabula*
ϑ, ϑ. *muſculum explicabo, quem femur mouentium quintum recenſemus, characteribus Ξ, Σ & Π inibi indicandum. In*
præſenti autem idẽ muſculus, characteribus ϑ ac ϑ tũ ζ ac Ω inſignitur, ſingulisq; peculiaris muſculi pars indica-
tur. Vterque enim character ϑ, poſteriorem notat muſculi partem, ζ uerò & Ω anteriorem. Cæterùm ζ priuatim in-
dicat eius anterioris partis anteriorem portionem. Ω autem poſteriorem ſignificat portionem anterioris partis.
ϖ *Quartus tibiam mouentium muſculus, hic ab ipſius parte, quam femoris os educit, quæq; ρ inſignitur, pendet, ipſius ca-*
ρ *pitis portione adhuc in exortu relicta, & μ ſuperius notata.*
ς *Muſculus tibiam mouentium tertius, ab inſertione pendens, cuius capitis portio in ipſius origine adhuc relicta, ſuperiùs λ eſt inſignita.*
τ *Muſculi tibiam mouentium octaui portio. Tibiæ autem nullum adhibui characterem, quòd ſequenti tabula ijdem,*
qui hic modò, proponantur muſculi, illic characteribus ex ſectionis ſerie occupandi.

DVOCECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE,
Quam ſequens proponit Pagina, chara-
cterum Index.


Γ SINISTER *primi caput mouentium muſculorum paris muſculus, cuius principium A notat: B uerò & C in-*
A, B. *ſertionem, quam in occipitis os molitur. D autem ſedem indicat, qua dexter muſculus a ſiniſtro primùm abſcedit. Po-*
C, D. *ſtremò E inſinuat internum inſertionis dextri muſculi latus. Quare ſi illum muſculum in trianguli formam agere ui-*
E. *ſum fuerit, illum circunſcribes lineis, A, B. A, C. B, C. Quinetiam ſi interuallum inter dextrum muſculum & ſiniſtrum*
conſiſtens, quoque trianguli modo ſpectare uolueris, circunſcribes id opportunè, à B ad E, dein à B ad D, & ab E
ad D.
F, F *Siniſtri lateris muſculus ſecundi paris caput mouentium, qui uarijs muſculis, ut ſequens tabula pulchrè oſtendet, eſt*
conformatus.
G *Scapulam mouentium tertius.*
H, H *Brachium mouentium quintus.*
I *Summus humerus, à connatis ipſi muſculis liber. Cæterùm neque coſtas, neque earundem interualla characteribus*
in præſente tabula inſigniuimus, quòd in hac eadem, quæ in præcedente tabula, ad characteres T, T, V ſit ratio.
Muſculus humanum thoracem mouentium quartus, cuius initium K inſignitur: L uerò ſedes indicatur, qua primùm
K, L. *longiſſimo dorſum mouentium muſculorum, N mox notando, non ampliùs pertinaciter (quemadmodum inferiùs à K*
M, M. *ad L uſque) adnaſcitur. Tendines autem præſentis muſculi aliquot M, M indicantur.*
N *Dorſum mouentium undecimus muſculus, ſeu dorſum mouentium ſexti paris dexter.*
O *Dorſum mouentium decimusquintus muſculus, hic modicè conſpicuus.*
P *Scapulæ dorſi ſedes ſub ſummi humeri radice, aut ſcapulæ ſpina conſiſtens, modò excarnis eſt, ob liberatum muſcu-*
lum, quem nunc Q notabo.
Q *Muſculus brachium mouentium ſeptimus, dictam nuper ſcapulæ ſedem occupans. uerùm hic ab illa exectus, à ſua de-*
pendet inſertione.
R *Muſculus brachium mouentium tertius.*
S *Secundus thoracem mouentium muſculus.*
T *Muſculus cubitum extendentium, qui ab humiliori ſcapulæ coſta initium ducit.*
V *In ſiniſtro brachio muſculus cubitum extendentium exterior, ab ea ſede propendet, qua cum interiori, T notato, im-*
penſè commiſcetur. In dextro autem brachio propendens ea pars, reſecta cernitur.
X *Hac ſede ab humero carnea exoritur portio, quam ſecundi muſculorum cubitum extendentium loco habebimus, ſe-*
quentiq; tabula d notabimus.

γ Musculus cubitum flectentium posterior.
Θ Musculus radium in supinum ducens, qui ab humero multo superiùs, quàm externum illius consistit tuber, inibi exoritur, ubi a asscripsimus, ipsius insertionem, quam in humiliorem radij appendicem molitur, b indicantes.
a, b. Musculus alter, cuius ope radius in supinum agitur. Huius initium c indicatur, insertio autem d insignitur. c, d.
Λ Neruea portio, seu insertionis terminus musculi superioris radium in pronum agentium.
e Radius.
f Vlna.
g Ligamentum, radium ulnamq;, quà inuicem debiscunt, committens.
b Hanc sedem, sinuum uehendis musculorum tendinibus paratorum, & cartilaginis ulnam à brachiali dirimentis nomine, pluribus ornassem characteribus, nisi illa superiori libro pulchrè fuissent obuia, præcipuè autem in secunda & quarta figuris Capitis uigesimiquarti.
i, k
l Hac sede, iam ex sectionis serie musculis tendinibusq; libera, aliter ligamenta, quibus ossa compinguntur, proponi ne queunt.
m Postbrachialis os, anularem suffulciens digitum: quod ideo priuatim notauimus, ut ossa postbrachialis ab ipsorum interuallis, musculisq; illa occupantibus, interstingueres.
n Hic musculus reponitur, pollicem indici proximè adducens.
o Musculus, bicorni tendine brachiale extendens, ab insertione in dextra manu propendet: in sinistra autem suæ insertionis termini duntaxat sunt asseruati.
p Hic bona transuersi abdominis musculi pars occurrit.
q Ilium ossis dorsum, nunc prorsus excarne, musculisq; liberum spectatur.
r Femoris caput, coxendicis ossis acetabulum subiens: aut ipsum potius ligamentum, præsentem ambiens articulum.
ſ Ligamentum, à sacro osse in acutum coxendicis ossis processum desinens.
t Dependet hic ab insertione tertius femur mouentium musculus.
u Quartus femur mouentium musculus, hic quoque ab insertione propendens.
x Magnus exterior ve femoris processus.
α Decimus femur mouentium musculus, cuius præcipuam partem in decimasexta musculorum tabula opportunè spectabis, ad characteres F, G, H. Præsens autem tabula eam musculi partem commonstrat, quæ ad peculiarem ipsi in coxendicis osse cælatum sinum reflexa, ad magnum femoris ducitur processum.
β Musculus gracilis, ab acuto coxendicis ossis enatus processu, elatioriq; musculi α insigniti sedi exporrectus.
γ Musculus similiter gracilis, à coxendicis osse etiam pronatus, & inferiori exporrectus parti eius musculi, quem α notauimus.
Ξ, Σ, Π Musculus femur mouentium quintus. Verùm Ξ priuatim notat posteriorem huius musculi partem, cuius caput partim nerueum, ac δ insignitum: & partim carneum, ε notatum, à coxendicis ossis appendice enascitur, hincq; prodeuntium capitum numero quartum censetur. ζ Hac sede posterior hæc quinti femur mouentis musculi pars, admodum carnea est, ueri muris, ut ita dicam, effigiem præse ferens. η Hic posterior quinti musculi pars in tendinem degenerat: interiori capitum femoris insertum. Cæterùm Π & Σ, anteriorem quinti femur mouentium musculi indicant partem: ac Π quidem eius partis posteriorem portionem, Σ uerò anteriorem. Quo autem hæc non admodum sanè obuia, promptiùs percipias, eosdem illos Græcorum maiusculos characteres in sequenti tabula repositurus sum, in qua musculus suis principijs liberatus, duntaxat illa insertione adhuc fixus propendet, quam in interius femoris caput circa poplitem molitur: & characteres inibi ijsdem quibus in præsenti tabula, musculi quinti sedibus, erunt obuij.
δ, ε. ζ. η
θ Musculus tibiam mouentium septimus.
κ, κ Musculus tibiam mouentium octauus.
λ Ampla depressaq; femoris ossis sedes, supra radicem inferiorum ipsius capitum, posteriori in sede consistens.
μ, ν Quartus tibiam mouentium musculus, in sinistro crure ab insertione pendens. ac μ quidem partem illius indicat, à coxendicis osse enatam: ν uerò partem, cui femur principium præbet.
ξ Tibiam mouentium quintus musculus, à femore auulsus, & ab insertione tantum pendens.
Φ Primus pedem mouentium musculus.
Ψ Secundus pedem mouentium musculus. Cæterùm huius musculi (perinde ac primi) principium duobus notatur characteribus, ut duæ utriusque principij partes melius occurrerent. Est enim principium partim carneum, ac ϖ insignitum: partim nerueum, ac ρ indicatum. τ autem sedes significatur, ubi primùm duo isti primi pedem mouentium musculi contigui fiunt. ς Hactenus musculi illi in sura extuberant, hicq; carnei esse desinunt: uerùm hæc tubera, nona tabula etiam accuratè exprimuntur. υ Tendinis, qui è duobus præsentibus musculis educitur, principium.
ϖ, ρ, τ. ς. υ.
ω Initium musculi pedem mouentium tertij, cuius tendinem proponit character &, in sinistra positus tibia.


DECIMAE TERTIAE MVSCVLORVM TABVLAE
characterum Index.

A, B C, D, E, F, G, G Dextra portio secundi musculorum caput mouentium paris, in quo singuli characteres aliquid priuatim insinuant. A enim indicatur musculus secundi paris, acuto principio ex transuersis quintæ & quartæ thoracis uertebrarum processibus enatus. B musculi huius sedes, qua carneus esse desinit, ac uelut in tendinem degenerat. Porrò B quoque musculum significare debet, qui à septimæ ceruicis uertebræ spina enascitur, & cum musculo A insignito commiscetur. Congressus autem sedi C inscriptum est, ubi uterque exactè carneus efficitur. D utriusque musculi insertionem notat. E secundi paris tertius in altero latere musculus indicatur, cuius etiam principium in alto latitat,

DVODECIMA MVSCVLORVM TABVLA.



DECIMATERTIA TABVLA.



latitat, insertione interim ipsius ad F conspicua. Postremò G ac G, secundi paris carnea moles insignitur.

H Musculus dorsum mouentium quintus.

I Portio musculi dorsum mouentium sexti.

K Decimusquintus dorsum mouentium, seu eorum musculorum octaui paris alter.

Γ Vndecimus dorsum agentium, cuius principium à sacro osse pendens, L insignitur: ipsius uerò ansulæ, tendinesve, M,

L,M. M notantur, superiori interim M ad huius musculi summum reposito.

ϰ Character ϰ, loco N positus, musculum dorsum mouentium nonum indicat.

O,O Musculus hic ab exortu propendet, thoracem hominis mouentium quartus.

P,P Hæ costarum asperitates, earum tubercula referunt, in quæ quartus thoracem mouentiũ musculus inserebatur. Quod autem ad costas, earundemq; interualla attinet, eadem hic atque in aliquot præcedentibus tabulis est ratio.

Q Scapulam mouentium tertius.

R Scapula, posteriori parte prorsus iam musculis liberata.

S Brachium mouentium tertius, hic pulchrè conspicuus.

T Secundus thoracem mouentium musculus.

V Tertium ligamentum peculiare articuli humeri.

X Dependet musculus brachium mouentium quintus.

Υ In utroque brachio posterior humeri pars, excarnis prorsus, musculisq; libera cernitur.

a Posterior cubitum flectentium musculus.

b,c,d Musculi cubitum extendentes. Ac b is insignitur, qui ab humiliori scapulæ costa initium ducit: c ille, qui ab humeri capitis ceruice exoritur: d autem, carnosa pars, quæ ab humero ad medium ferè longitudinis ipsius originem sumit.

e Radius.

f,g Musculus radium in pronum ducentium superior, cuius insertionem priuatim g insinuat.

h Dependet hic ab insertione musculus radium in supinum mouentium breuior.

i Vlna.

k Ligamentum, radium ulnæ, quà hæc ossa inuicem debiscunt, committens.

l Resecto musculo, pollicem indici proximè adducente, hic notatur is qui primum indicis os introrsum flectit.

1,2,3 Tribus his characteribus tres notantur musculi, secundum pollicis articulum flectentes. Quod ad ossa hic in manu, et ligamenta spectat, omnia præcedenti tabulæ respondent.

m Ilium ossis dorsum, quemadmodum & coxendicis ossis exterior sedes, prorsus excarne occurrit.

n Coccyx os excarne, seu musculis ipsi adnatis liberum cernitur.

o Ligamentum à sacro osse, coxendicis acuto processui insertum.

p Femoris caput.

q Magnus exteriorq; femoris processus.

r Hic ab insertione propendet decimus femur mouentium musculus, internam ipsius sedem, quæ ossibus undique attenditur, commonstrans. Aeque ita s,t,u, huius musculi tendines notant, ad coxendicis os reflexos.

s,t,u.

x,y,z. Tribus his characteribus, carnosa indicatur pars, uaginæ quasi modo decimum femur mouentium musculum inibi deducens, quà ad coxendicis os reflectitur. Atque ita x huius carnosæ partis supremam indicat sedem, y mediam, z autem infimam.

α Musculus femur mouentium nonus, hàc ab anteriori ossis pubis foraminis sede magnum petens femoris processum.

β,γ In dextro femore duæ musculorum notantur insertiones, in paruum femoris factæ processum. Ac β quidem insertionem indicat musculi femur mouentium sexti, γ autem femur agentium septimi.

δ,δ Musculus tibiam mouentium octauus, uniuersum femur propemodum ambiens.

ε,ε Aspera femoris indicatur linea, cui quintus femur mouentium musculus inseritur.

Ξ,Π,Σ Quintus femur mouentium musculus, ab interno femoris capite propendet, in quo Ξ posteriorem ipsius notat partem, Π uerò, & Σ anteriorem. atque hic rursus priuatim Π posteriorẽ indicat portionem partis anterioris, Σ uerò anteriorem partis anterioris portionem.

Φ Musculus in pedem mouentium classe tertius enumeratus, ac principium Φ indicatum, à femoris externo obtinens capite: tendinem autem illic educens, ubi ζ insignitur.

ζ.

η,η Musculus quem in poplite latitantem uocamus.

Ψ Quartus pedem mouentium musculus, cuius initium θ indicatur. ipsius autem sedem, qua tendo duorum primorum pedem mouentium musculorum illi primùm pertinacissimè adnascitur, ϰ notauimus. λ uerò tendinis insignitur insertio, qui è duobus illis primis pedem mouentibus & tertio consurgit.

θ,ϰ.

λ.

μ Hac sede tibiæ os musculis liberum conspicitur, quemadmodum & magna portio exterioris capitis duorum humiliorum femoris capitum.

ν Tendo musculi pedem mouentium octaui.

ξ Tendo septimi pedem mouentium, qui secundùm posteriorem externi malleoli sedem, quemadmodum & tendo ν insignitus, hàc reflectitur.


Θ Præsenti charactere indicatam uolui figuram, ad dextrum integri hominis hac decimatertia tabula expressi crus repositam, lapidiq; innitentem: quo tandem inferior pedis sedes oculis subijciatur, & sectionis serie, musculi in hac apparentes. sensim in sequentibus tabulis proponantur. Significetur itaque primùm ϖ ligamentum, seu membranea substantia, primo digitos mouentium musculo obnata, latiq; tendinis uicem in planta subiens.

ϖ.

ρ Musculus, pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

ς Musculus, abductionis parui digiti à cæteris opifex.

DECIMAQVARTA MVSCVLORVM TABVLA.



η,τ Primus secundusq; pedem mouentium musculi, in integro quidem homine à quarto pedem mouentium propendentes: in ista autem figura, quam Ω proponit sua sede adhuc repositi.
ϑ Tendo tertij pedem mouentium musculi, qui ζ in integro homine notabatur.
φ Portio quarti pedem mouentium musculi, quem in integro homine ψ insignitum cernis.
χ Tendo ex pirmo, secundo & quarto pedem mouentium musculis conflatus, calciq; insertus: quanquam χ hic priuatim cauitatem proponat, inter anteriorem huius tendinis partem, & posteriorem sedem aliorum musculorum conspicuã, qui hanc tibiæ sedem occupant.
ϟ,ω Excarnis, nullisq; musculis, uel ante sectionem, obtecta tibiæ ossis pars.
* Hic portiones occurrunt musculi tertium quatuor digitorum articulum flectentis, & quinti pedem mouentium.

DECIMAEQVARTAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum Index.

PRAECIPVA huius tabulæ imago, iam sectionis serie scapulis & brachijs caret, & genua flectit, ut plantam altero crure spectandam proponeret. Ad genua uerò, ne alia quæpiam integra delineanda esset tabula, caput mà cum duabus primis ceruicis uertebris reponitur, quartum musculorum caput mouentium par ostensurum. Deinde dextro pedi (qui sectionis serie illi succedit, quem figura iuxta integriorem decimætertiæ tabulæ imaginem reposita, & Ω indicata, commonstrat) alia accumbit figura, sectionis quoque ordine integrioris hic imaginis pedem subsequens, ac Λ insignita.

A,B Tertium caput mouentium par, à secundæ ceruicis uertebræ spina occipiti insertum.
C Mamillaris processus, tam in præcipua imagine, quàm illa quæ ad genua spectatur, conspicuus.
D Hic character, cum tribus subsequentibus, figuræ ad genua locatæ proprius est, transuersum primæ ceruicis uertebræ indicans processum.
E Spina secundæ ceruicis uertebræ, atque ita etiam E secundam ceruicis denotat uertebram.
F,G Quartum caput mouentium musculorum par, à prima ceruicis uertebra occipiti insertum.
H,I In ceruice præcipuæ imaginis insinuatur quintum par musculorum caput mouentium.
K,L Sextum caput mouentium par, à spina secundæ uertebræ, transuersis primæ processibus insertum.
M Musculi scapulam mouentium tertij pars, in primo musculi exortu relicta.
N Dorsum mouentium musculorum tertius.
O Dorsum mouentium septimus musculus, seu quarti paris alter.
P Character P in lumbis reponitur, notans nonum dorsum mouentium musculum.
Q Vndecimus dorsum mouentium musculus, hic ab ultima ipsius insertione pendens, ac sinum R insignitum ostendens,
R,S. quo decimotertio dorsum mouentium cedit: ipsius autem principium S indicatur.
T Decimustertius dorsum mouentium musculus, cuius principium V notatur, finis uerò X: quod etiam principium deci
V,X. miquinti dorsum mouentium musculi indicat, iam Y insigniendi.
Y Decimusquintus dorsum mouentium, cuius superius extremum, a insignitum, sub septimo dorsum agẽtium recõditur. Costis & intercostalibus musculis nullos adhibui characteres, quòd hæc cum præcedentibus tribus tabulis sint communia. atque eadem etiam ratione, ossa iam sectionis ordine denudata non explicantur, quòd hæc ex integris ossium figuris sint petenda. Conduxerit tamen, huius thoracis, ut & octauæ tabulæ thoracis, formam & costarum ductum cum illis conferre, quòd omnia hic magis suo situ exprimuntur, quàm ex ossibus, nostra industria rursus compactis, delineari queunt. Quocunque enim modò ossa connecto, semper mihi maius inter humillimæ costæ apicem & ilium os interuallum consurgit, quàm omnibus suo situ in homine positis occurrit.
b,b Ligamentum, seu membrana, pubis ossis foramen occupans.
c Musculus sextus femur mouentium, ab insertione propendens.
d Musculus septimus femur mouentium, ab insertione quoque propendens.
e Hic musculus propendet femur mouentium nonus.
f,g Pendet hic carnea pars, seu, si uoles, priuati musculi, decimum femur mouentium deducentes.
Γ Musculus, quem in poplite latitantem uocamus, cuius exortum h insigniuimus, ipsius interim insertione i notata.
k,k Septimus pedem mouentium musculus, in utraque occurrens tibia.
l In sinistra tantum tibia notatur octaui pedem mouentis musculi tendo, cuius insertio in pedij os, paruum sustinens, facta, m insignitur.
m
n,o,p,q A sinistri pedis calce quatuor humi postrati pendent musculi, pedis motorum opifices. n enim & o, duos primos pedẽ mouentium insinuant, p autem tertium, q uerò quartum. Cæterùm r priuatim tertij musculi tendinem hic notat.
r.
ſ Ligamentum, seu membrana pedis, à digitorum terminis pendet, quæ lati in manu tendinis uicem gerebat.
t Dependet musculus, pollicem à cæteris digitis abducens.
u Musculus hic à sua insertione dependet, minimum digitum à reliquis in latus abducens.
Θ Musculus secundum quatuor digitorum os flectens. x ipsius principium à calce enatum, α illius in quatuor tendines
x,α. partitio. Cæterùm qua ratione huius tendines diuisi, subditos transmittant tendines, in dextro integrioris imaginis pede expressum habes: quanquam & figura Λ notata, hæc etiam commonstret, musculum illum ab insertione propendentem, & Θ quoque insignitum obtinens.
β Musculus, primum pollicis os introrsum flectens: qui in uno pede, suo loco asseruatus, in altero ab insertione de-
Λ pendet.
γ,δ. Musculus, secundum pollicis os flectens. γ in dextra tibia huius musculi notatur principium. Ea sede, qua superius δ


ε occurrit, præsens musculus ab interno ipsius latere tendinem educit, qui in carnea ipsius substantia aliquousque incœperat, iuxta characterem ε. Humilius autem ϛ in utraque etiam figura plantam referente, tendinem indicat, pollici iam proximum.

ζ Musculus, quatuor digitorum tertium os flectens, cuius principium aliquantisper altiùs adhuc, quàm ϛ, sub musculo in poplite latitante consistit. tendo illius, ab interno etiam latere carnosæ suæ substantiæ enatus, atque in pedis planta, in quatuor alios tendines inibi, ubi θ occurrit, diuisus.

ι Hic sese ostendit portio musculi, quem inter pedis motores quintum numeramus.

κ Musculosa caro, quæ in quatuor portiones diducta, tendinibus tertium quatuor digitorum os flectentibus exporrigitur, & quatuor pedis digitos ad pollicem mouet. Vt uerò & tendines illos, & has musculosæ substantiæ portiones accuratiùs cognoscas, tendinem, qui tertium indicis os flectit, ν notatum conspicis: portionem uerò, indicem pollici adducentem, μ.

DECIMA QVINTA MVSCVLORVM TABVLA.



DVARVM DECIMAE QVINTAE MVSCVLORVM tabulæ figurarum, earundemq; characterum Index.

DVAE præsentis tabulæ figuræ, in ea seruantur effigie, in qua integrioris imaginis decimæquartæ tabulæ dextra tibia simul cum pede sese exhibuit. Atque prior hic figura in sectionis serie figuram subsequitur, quam præcedens tabula Λ notatam ostenderat. Posterior autem huius tabulæ figura succedit priori. Notæ uerò harum figurarum ita se habent.

A 1 Tibiæ os.

B 1 Fibula.

C 1 Musculus à tibiæ osse dependet, qui in poplite latitat.

D, E 1 Musculus quintus pedem mouentium: ac D quidem ipsius notat principium, E uerò tendinem, ab interno musculi latere pronatum.

F 1 Sinus, quo tendo uehitur musculi tertium quatuor digitorum os flectentis.

G 1 Sinus, cui tendo insidet, secundi pollicis internodij flexionis opifex.

H 1 Musculus pedem mouentium septimus, hic adhuc ad fibulam, ut i & subsequens, illiq; substratus, se offert.

I 1 Musculus pedem mouentium octauus.

K 1 Sexti pedem mouentium musculi tendinis portio, ad ipsius insertionem hic asseruata.

L 1 Musculosa congeries, primum quatuor digitorum os flectens, absecta nimirum iam eius congeriei parte, primum pollicis os flectente.

M 1 Ossicula ad primum pollicis internodium reposita, quæ à sesami seminis imagine nomen inuenerunt, quæq; ab Arabibus & Occultis philosophis dimidiati ciceris formæ assimilantur.

N 1 Pendet hic musculosa substantia, quæ singulis quatuor digitorum internis lateribus portionem exporrigit, digitos pollici adducentem.

O 1 Musculus secundum pollicis os flectens, humi prostratus iacet, insertione sua tantum hærens.

P 1 Musculus tertium quatuor digitorum os flectens, ab insertione tantum hæret, ac humi extensus uisitur.

Q 1 Portio tendinis secundum pollicis os flectentis, illi tendini commixta, qui tertium indicis os flectit.

R 2 Tibiæ os.

S 2 Fibula, similiter ac tibiæ os posteriori sede iam prorsus musculis libera.

T 2 Ligamentum membraneum, fibulam tibiæ ossi illic committens, ubi hæc ossa inuicem dehiscunt.

V 2 Musculus pedem mouentium septimus. X hàc septimi musculi tendo, sub osse cubum tesseram ve imitante reflectitur,

X Y. & latescit quoque. Y tendinis huius in pedij os pollicem sustinens insertio.

a, 2 Musculus sub septimo occultatus, & pedem mouentium octauus, cuius insertionem b notat, quæ in pedij os, paruum

ſuffulciens digitum, perficitur.

1,2,3 *Tribus his characteribus, in ſecunda ſiniſtra ve figura, tres ſinus indicantur, tendinibus à poſteriori tibiæ ſede inferio ra pedis ſubeuntibus exculpti. Atque* 1 *ſinum notat, quo quinti pedem mouentium muſculi tendo uehitur.* 2 *ſinum ten dini tertium, quatuor digitorum os flectenti inſinuatum.* 3 *uerò ſinum indicat, nomine tendinis cælatum, cuius benefi cio ſecundus pollicis articulus flectitur.*

c 2 *Muſculus humi dependet pedem mouentium quintus, in dextra figura D & E notatus, ac in ſiniſtra figura ad inſer-*
d. *tionem d inſignitus.*

e 2 *Muſculoſa moles, primum quatuor digitorum os flectens, hic ab inſertione pendet, à pedij oßibus, quæ iam nuda ex carneaq; ſpectantur, liberata.*

DECIMAESEXTAE TABVLAE, eiuſdemq; characterum Index.

DECIMÆSEXTÆ MVSCVLORVM TABVLÆ.

DECIMAMSEXTAM tabulam licuiſſet ſtatim tertiæ muſculorum tabulæ ſubijcere: ſed quoniam corporis duntaxat pars exiſtit, huc eam reponere magis uiſum fuit, qua ſiniſtri femoris, tibiæ, pedisq; interna facies, nullo libera ta muſculo, exprimitur, unà cum oſſe ſacro, & oſſe ipſius ſiniſtro lateri commiſſo, ut decimus femur monentium muſculus ea ſui parte alicubi in conſpectum ueniret, quæ internam pubis oßis & coxendicis oßis ſedem occupat.

A *Os ſacrum.*

B *Oſſis ſacri latus, cui dextrum ilium os committebatur.*

C *Ligamentum à ſacro oſſe, in coxendicis oßis appendicem per tinens.*

D *Siniſtri pubis oßis ſedes, quæ dextro pubis oßi committeba tur.*

E *Notatur quartus femur ſubiens neruus.*

E,F,G *Decimus femur mouentium muſculus, cuius tres ueluti par tes, E, F, G inſignitæ, inſcriptionibus quodammodo diſtinguun*
H. *tur. Atque his partibus ab interna pubis oßis ſede, & interna quoque coxendicis oßis regione, muſculus iſte carneus pro naſcitur. Ad ſedem uerò H indicatam, arctior redditur, & ad ſinum ſibi in coxendicis oſſe inſculptum reflexus, ad magnum femoris perfertur proceſſum.*

I *Conſpicua eſt portio ſeptimi femur mouentium muſculi.*

K *Portio ſexti femur mouentium muſculi.*

L *Primus tibiam mouentium muſculus, cuius ſedes, qua iuxta*
M *internum femoris caput in tendinem ceſſat, M indicatur.*

Δ *Secundus tibiam mouentium muſculus. N & O muſculi hu-*
N,O. *ius principium, ab oſſis pubis commiſſura pronatum indicat. M quoque, etſi in primo tibiam mouentium ponatur muſculo, huius ſecundi muſculi etiam ſedem notat, qua prorſus in tendinem deſinit.*

P *Nonus muſculus tibiam mouentium, parua ipſius portione hic conſpicuus.*

Q *Octauus tibiam mouentium muſculus.*

R *Tertius tibiam mouentium muſculus, cuius tendo, quemadmodum & primi & ſecundi tibiam mouentium muſculorum, M quoque indicari poteſt. & promptißimum etiam eſt intueri, ubi nam muſculorum tendines in anteriorem tibiæ oßis ſedem inſerantur.*

S,T *Quintus femur mouentium muſculus uerùm S poſteriorem eius muſculi partem notat. T autem eius muſculi anterio ris partis poſteriorem indicat portionem.*

V,V *Quintus tibiam mouentium muſculus.*

X,Y *Excarnis tibiæ oßis pars. uerùm Y interiorem notat malleolum.*

a *Primus pedem mouentium muſculus.*

b *Secundus pedem mouentium muſculus.*

c *Tendo tenuißimus, idemq; ſimmè gracilis, qui à tertio pedem mouentium muſculo educitur.*

d *Muſculus ſuram conſtituentium maximus, pedemq; mouentium quartus.*


e *Muſculus, quatuor pedis digitorum tertium os flectens.*

f *Portio muſculi pedem mouentium quinti.*

g *Tendo ſexti pedem mouentium muſculi.*

h *Tendines digitos extendentes.*

i *Muſculus, pollicem à cæteris digitis introrſum abducens.*



TABVLARVM

TABVLARVM MVSCVLORVM, ET EARVNDEM CHAracterum indicum finis.

QVID LIGAMENTVM, AC QVIS LIGAMENTI VSVS ET differentia. Caput I.

FIGVRA hic in latere posita, uniuersum femoris os exprimit, unà cũ tibiæ osse, & fibula: quibus ea ligamẽta adhuc cõnata hærẽt, quæ primi Capitis cõtextu intelligendo subseruiũt.

CAPITIS primi figura.



A,E,C,D *Femoris os.*

B *Femoris ossis caput, sinum coxendicis ossis subiens.*

C,D *Femoris ossis humiliora capita, quæ tibiæ articulantur.*

E,F,G,H *Tibiæ os.*

F *Eminens superioris sedis tibiæ ossis processus, qui sinum subingreditur, quem duo humiliora femoris ossis capita in ipsorum medio continent, & qui ligamentum mox X insinuandum educit.*

G *Sedes tibiæ ossis, qua complures uehuntur tendines eorum musculorum, qui anteriorem tibiæ regionem occupant.*

H *Interior malleolus.*

I,K *Fibula. uerùm K exterior malleolus priuatim insignitur.*

L,M *Musculus notatur in sura maximus, pedemq; mouentium quartus, atque inter reliquos corporis musculos intensissimè liuens. Verum M huius musculi tendinem, calcis ossi insertum, particulatim indicat.*

N. *N autem portiunculam tendinis primi & secundi pedem mouentium musculorum ostendit, quæ quarto pedem mouenti musculo connascitur, ac simul cum illo unita, calci inseritur.*

O *Teres ligamentum, femoris os coxendicis ossi iungens.*

P,P *Ligamentum, orbiculatim femoris cum coxendicis osse articulum amplectens.*

Q *Ligamentorum portiones, ex magno externoq; femoris processu in musculorum substantiam absumptæ, ac potissimùm in tibiam mouentium septimi.*

R *Portiunculæ ligamentorum quoque, à radice interioris minorisq; processus femoris pronatæ, & in octauum tibiam mouentem musculum præcipuè degenerantes.*

S,S *Membraneum ligamentum, reliquis etiam omnibus articulis commune, quod uniuersum genu articulum ambit: ea tantùm parte excepta, cui mola patella ve præponitur.*

T *Ligamentum, genu articulo proprium, quod externo ipsius lateri attenditur.*

V *Ligamentum hoc, etiam genu articulo peculiare censetur, interno ipsius lateri attensum.*

X *Ligamentum, ex tibiæ ossis processu F notato, in femoris os insertum.*

Y *Ligamentum, superiorem fibulæ partem tibiæ ossi connectens.*

Z *Ligamentum, inferiorem fibulæ partem tibiæ alligans.*

a *Membraneum ligamentum, fibulam tibiæ ossi toto ductu, quo inuicem hæc ossa debiscunt, committens.*

b,c *Hic ligamentum notatur, tendines anuli ritu amplectens, qui à tibiæ anteriori sede, in pedis superiora porriguntur. Vt uerò ipsius natura exactiùs oculis subijceretur, id sectione secundùm longitudinem ducta diuisum, unaq; sui parte in latus reflexum finximus.*

d *Ligamentũ, à tibiæ osse ad calcem insertũ, & tẽdines hàc ad pedis inferiora descẽdentes cõtinẽs.*

e *Ligamentum, à fibula ad calcem porrectum, & tendinibus hàc pedis inferiora petentibus obductum.*

f *Ligamentum cartilagineum, ab interno malleolo, in tali internum latus insertum.*

g *Ligamentum cartilagineum, fibulam talo colligans.*

Huc sanè & tabulam retulissem, trigesimo præsentis libri Capite proponendam, quæ primæ ceruicis uertebræ ad secundam, & primæ secundæq; ad caput connexum exprimit: nisi quam hic modò exhibui, ommem utcunque ligamenti differentiam & usum cammonstraret.

Quid ligamentum.

QVANDOQVIDEM primus liber omnia quæ ad ossium cartilaginumq; historiam spectare duximus, recensuit: præsens ipsorum ligamenta, & eos quibus mouẽtur musculos, peropportunè prosequetur. [a] Ligamentum itaq;, quod nerui generatim dicti nomine etiam conprehendimus, Græcisq; σύνδεσμος nuncupatur, corpus est similare, primario ex osse, aut cartilagine principium ducens, durum, sed tamen cartilagine mollius, album, uariosq; in colligando, continendo, obtegendo, dirimendo, & musculis constituendis, usus præstans. Nisi enim ossium & cartilaginum articuli, non leui sanè occasione extructi, [b] ligamentis tenerentur, nihil sanè prohiberet, illos quouis ferè motu luxari, & à sua naturali sede egredi. Vnde etiam miranda est rerum Opificis Dei industria, qui ex mutuò coarticulatis partibus substantiam quandam pronasci uoluerit, ita duram, ut eas simul adamussim tutoq; colliget, & quo minus per uiolentos & continuos, propemodumq; indefessos motus à se inuicem rumpantur & dissiliant, pulchrè præstet. & interim in mollitie ita temperatur, ut tantum tendi remittiq; possit, ut articulorum, quibus singuli ex sua constructionis ratione agi debent, motus haudquaquam prohibeat, & quo minus concinnè celebrentur, obstet. adeò ut iste præcipuus primariusq; ligamenti habeatur usus, à quo etiam suum nomen potissimum inuenit. [c] Secundo autem usu ligamentum, tendines suis, quibus uehuntur, finibus continet, ac ne ex ipsis declinent, aut

Ligamentorum usus in colligando.

Ligamenti substantia.

Ligamenti in tendinibus continẽdi usus.

a *undique in figura, Capitis huius initio põposita, ligamẽta occurrunt.*

b O. P. S. T. V.

c b,c.

aut ab illis eleuentur,præcauet. Huius generis ligamenta in externa cubiti ſede,quà brachiale illi articula-
d 1 muſc. 3,4,5, 6. ſe cunda autē 1,2,3,4,5, 6.
tur, [d] ſex uiſuntur: in interna uerò brachialis regione, [e] unicum inſigniter ualidum. deinde in interna
digitorum manus ac pedis ſede, unicum quoq; in tota ferè ipſorum longitudine conſiſtit. In anteriori in-
ſuper tibiæ ſede, quà pedi articulatur, [f] unum quoq; occurrit, amplum & ualidum. & [g] alia deniq; inter
tibiam & calcem,ac inter fibulam & calcem obſeruantur,omnia potiſsimum in hoc creata,ne tendo in mu
ſculi contractione è proprio ſinu aſſurgat. Niſi enim huiuſmodi ligamentum anteriori tibiæ ſedi iuxta pe-
dem præpoſitum,inter reliquos, quibus uiam præbet, tendines,eos qui digitorū extenſionis authores ſunt,
e 4 tab. θ. f 1 tab. δ. 2 tab. λ. g 2 tab. 5. deiu Σ ue-
tranſmitteret & contineret: illi,quoties digitos tenderemus, antrorſum à
tibiæ & pedis articulo prominerent nihilo minus ſanè,quàm ſi funiculum
uni digito alligatum, ad genu uſq; protenderes,illoq; digitum eleuare co-
nareris. funiculus namq; ille,uerſus genu attractus, plurimum à pedis cum
tibia articulo abſcederet. At ſi alium funiculum tranſuerſim infimę tibiæ
ſedi obligaueris, & ſub illo eum quo digitum extendi uolebam,traduxe-
ris, funiculus iſte, etiamſi protrahatur, non amplius à tibia rectus abſce-
det: ſed tibiæ pediq;,tranſuerſi uinculi occaſione toto ductu exporrectus,
digitum eleuabit. Hanc Naturæ ſolertiam aurigas anulis illis imitari cer-
nimus, quos equorum iugis connectunt, ut oblongiori habena per anulū
traiecta,equos, quibus non inſident, opportuniùs reflectant. Quia uerò li
gamenta hęc, perinde ac anulus habenę,tranſuerſim tendinibus obducun
tur, aut potius illos orbicu latim amplexātur, Greęcis ἐγκάρσια fuere nuncupata. nos autē illa nunc trāſuerſa,
nūc anularia appellamus. Interior eiuſmodi ligamentorū ſuperficies anulis,per quos funes traijciuntur,pe
nitus reſpondet,quum ſecundùm cauū (uti tendo ſecundùm conuexū) orbicularis ſit, & lęuis,& uiſcido hu
more, ceu oleo quopiam, perfuſa. Quippe hæc ligamenta non ſolùm tendinibus, qua cutem ſpectant, ex-
trinſecus obducuntur: uerùm etiam uelut ſtratum ipſis fiunt,oſsisq; duritiem correctura, inter os & tendi-
nes ſeſe inſinuant,undiquaq; in orbem eos, citra omnem prorſus connexum amplexantia, & ut anulus ha-
benam,tranſmittentia. Horum ligamentorum ferè ordini aſſcribendæ ſunt membranę,tranſuerſim alicui
integræ muſculorum cōgeriei obductę,ac ne illi inter ſe implicentur, ſua ve ſede aberrent, pulchrè auxilian
tes. huiuſmodi enim membranas in tota cubiti, femoris & tibiæ longitudine, muſculis præeſſe recenſebi-
mus. Inſuper & tranſuerſum primæ ceruicis uertebræ [h] ligamentum, dentem ſucundæ uertebræ in ſuo ſi-
nu continens,ac ne ille aliquando dorſalem medullam conprimat, inſtar ualli prohibens, in horum quoq;
numero haberi poteſt. Præterea,ſi non fictos penitus arbitrarer cerebelli [i] proceſſuum,qui uermibus com
parantur,motus, inter hæc ligamenta quoq; enumerarem,tenuis cerebri membranę partes, quæ anteriorē
cerebelli ſedem,cerebri [k] natibus,& poſteriorem [l] dorſali medullę connectunt. Quandoquidem Gale-
nus illas membranæ partes in hoc formari arbitratus eſt, ne proceſſus uermium modo extructi, à ſua ſede
reclinarent. His itaq; tenuis membranæ omiſsis partibus, huc quoq; referam membranas, ſeu ligamenta
potiùs ex oſsibus pronata,& quoſdam oſsium ſinus ideo ſuccingentia, ut,etſi muſculum tendinem ve ſinui
incumbentem, anuli modo orbiculatim undiq; non amplexentur,nihilominus tamen (quum nullus eleua
tionis tendinis alioquin metus ingruat) ſinum ita ſubungant, & ipſa uiſcido quoque humore ſic oblinen-
tur,& læuia ſint,ut pinguis rotulæ modo, muſculum & tendinem ſibi ſuperuehi ſinant, & quo minus is at-
teratur præſtent. [m] Reperies autem non ſine ſumma uoluptate huiuſmodi ligamentum,in poſteriori co-
xendicis oſsis ſede, ſinui obnatum, ad quem muſculus reflectitur, qui in ternam pubis oſsis ſedem occu-
pans femur extrorſum circumagit: deinde etiam in ſuperiori coxendicis oſsis [n] regione,qua [o] duo mu-
ſculi deſcendunt,primarij femoris flexus opifices. Huc quoq; ſpectant ligamenta,cartilagineam ligamen-
torum naturam ſeruantia, quæ oſsiū acetabulorum cauitatem augent, cuiuſmodi ad coxendicis ſinus,quo
femur excipitur,ſupercilium obnaſcitur. Et fortaſsis huc reponendæ eſſent ligamentoſæ [p] cartilagines,
quas in genu articulo haberi, in primo libro retulimus. Videtur namq; Galenus & genu cartilaginibus,
ligamentorum nomen indidiſſe,licet ad colligationem nimis quàm parum (uti ad femoris capita cōtinēda
plurimū) conducant. Porrò tertius ligamentorū uſus cenſebitur, quo illa inſtar indumenti & propugna-
culi,corporibus quibuſdam obducuntur,in quorū albo in primis tranſuerſa ſecūdi uſus ligaméta cōprehen-
dimus, & priuatim mucoſas quaſdam membranulas, tendinibus tunicæ ritu circundatas, [q] cuiuſmodi in
manu præcipuè obſeruantur. Tendines enim muſculorū, qui ex cubito ad digitos procedunt, mēbranulis
proprijs obteguntur: & potiſsimùm ea tendinū portio, quæ in brachialis ſinu, & manus uola, ad digitorū
uſq; radices habetur. Cæterùm hæ membranæ à tendinibus, ipſiſq; muſculorū peculiaribus membranis
potius,quàm ab oſſe, primariò ortum ducunt: unde ēt membranarum ordini non ineptè aſſcribuntur. & ſi
huius generis membranas inter ligamenta cū Galeno enumerauerimus,reliquę propemodū corporis mem
branę huc quoque non inopportunè referentur: quoniā quibuſdam obducuntur corporibus,& uelut uin-
cula eorum exiſtunt. Eſſent autem ex harum numero,peritonæum præcipuè, membrana coſtas ſuccingēs,
interſepiētes thoracis cauitatem membranæ: dura,& magis adhuc tenuis cerebri membranæ, unà cum om
nibus quos educunt proceſsibus. Præterquàm enim [q] non minus ab oſsibus ferè, quam cætera ligamenta,
enaſci conſpiciuntur,etiam in ſe aliquid colligant,continent & amplexantur, proximisq; oſsibus aſtabi-
liunt. Quartus ligamentorum uſus haberi poterit,quo ſepti alicuius ac interſtitij uice illa muſculos inter-
cedunt. cuius notæ [r] ligamentum illud profectò eſt,quod inter ulnam radiumq; ſecundùm cubiti longi-
tudinem porrectum,muſculos internam cubiti ſedem occupantes ab exterioribus interdiuidit, & [s] illud
quoque,



Lib. 8 de Vſu part. Ligamenta aut mēbranę ſinibus obducta, ad quos muſculi reflectuntur.

Ligamenta oſsium acetabula augentia. Li. 2 de Admin. ſect. Vſus ligamentorum, quæ inſtar propugnaculi ſunt.

Li. 1. de Admin. diſſ.

Ligamentorū uſus, quæ inſtar interſtitij ſunt.

h *fig. cap.* 30 K. i 12 *fi. li.* 7 B, D. *c,d.* H, I. k 10 *fi. li.* 7 E,F,G,H l 9 *fi. li.* 7 H. *aut* E *ad* H. m *ſpecta* 12 *tabulæ α, β, γ. dein* 13 *tab. ſ,t, u,x,y,z.* n 1 *fi. cap.* 29 *lib.* 1 T. o 8 *ta.* Θ, Λ. p 8 *fi. cap.* 31 *lib.* 1. q 4 *tabulæ manus uola.* r 7 *tab.* V. *dein* 5, T. s *huius ca. fig. a.*

Has oſtendunt priores figuræ 5, 6, 7 librorum.

quoque,quod tibiæ ossi fibulam,membranæ cuiusdam ualidioris ritu,ubi inuicem ossa hæc dehiscunt,connectit.dein præter [r] ligamentum in spinarum interuallo occurrens,& dextros musculos à sinistris dirimens,his quoque adnumerari possent [u] membranæ,pubis ossium foramina occupantes, musculosq; anteriori foraminum sedi attensos,ab illis qui posteriori committuntur,ossis quasi modo discernentes. [x] Quintus ligamentorum usus neutiquam infimus est : in huius enim ordinem ea ligamentorum portio reponenda uenit,quæ musculi constitutionem ingreditur,musculoq; non infimam substantiam suppetit. Qua autem ratione id fiat,sequenti Capite,quod musculorũ constructionem enarrabit, opportunè prosequemur. Hic uerò suffecerit addidisse,musculum etiam ad ossium cartilaginumq; colligationem plurimum auxiliari , quum capite suo ex uno osse aut carlagine principium ducat,& ipsius fine in aliud os uel cartilaginem implantetur.Hac itaq; ratione ligamentorum usus commiscere,promptum erit.sunt enim primi duntaxat usus omnia,quę femoris os coxendicis ossi,& tibiam femoris colligant.nullum enim aliud homini, quàm colligandi officium præstant : nisi etiam forsitan aliquis tertio ligamentorum usu,ipsa ossibus obduci asseret.Secundi uerò duntaxat usus nullum reperies:quum omnia tertio usu instar propugnaculi,aut ab ossis iniuria uindicis instar,tendinibus sint . Verùm ex his occurrent nonnulla, quæ aliud nullum beneficium, quàm secundi & tertij usus conferunt, neq; ossa aut cartilagines inuicem nectunt : qualia omnia sunt, quæ uni solummodo ossi propria continua ve censentur.ut [y] quatuor illa,quæ in externa cubiti sede,radij appendici asscribuntur, & [z] unum ulnæ proprium . Ea autem secundi usus ligamenta, quę duobus ossibus sunt communia, primi etiam ligamentorum usus uicem supplent . tendinem namq;, quem transmittunt, tuentur,& ossa etiam inuicem ligant: ut [a] illud sex transuersorum cubiti ligamentorum,quod radio & ulnæ cómune dicemus.deinde transuersum quoq; [b] ligamentum , anteriorem tibiæ sedem iuxta pedem occupans,& ad fibulam tibiæq; os relatum, & transuersum internæ [c] brachialis sedis ligamentum, pluribus omnino ossibus commune. Tertij duntaxat usus illa sunt, quæ tendinibus secundùm ipsorum longitudinem obuoluuntur: nisi etiam primi usus sint,quòd tendines uicinis sedibus commissos ferunt, aut ligent. Quanquam rursus ex his quædam & quinti usus uicem gerant: [d] quandoquidem mucosę membranæ,tendinibus tertium quatuor digitorum os flectẽtibus,in barchiale & uola obductæ,etiam musculis gracilibus, quatuor digitos pollici adducentibus,principium præbent . Cæterùm in quarti solummodo usus numero propemodum habendæ sunt [e] membranæ,in pubis ossium foraminibus obuiæ . Id autem, quod in [f] cubito & [g] tibia habetur,etiam primi usus ligamentũ existit, quum & ad ossium connexum egregiè auxilietur.quamuis ẽt hęc omnia & ad quinti usus ligamentorum classem reijci possent , ꝙ non obscurè musculis etiam principium porrigant. Qui enim in ternam & externã pubis ossis foraminis sedem obtegunt musculi,ab illius quoq; foraminis membrana partim enasci dicentur:uti etiam ab eiusmodi ligamento in tibia nonnulli musculi originis portionem assumunt . Porrò ut ligamentorum non idem usus est, & plures inter ligamenta eius gratia consurgunt differentiæ: ita quoq; in ortu,insertioneq;,& partibus quas committunt,uariant:quum alia ad solas spectent cartilagines,ut laryngis, & nasi alarum ligamenra:alia ad sola ossa,ut genu,cubiti, humeri, & alia permulta corporis ligamenta:alia ad cartilaginem & os pertineant, ut ea quę pectoris ossi, costarum nectunt cartilagines . Alia uerò aliam partem quampiam ossi aut cartilagini committunt, ut corporis membranæ ad unam ferè omnes: atq; hæc semper duabus partibus sunt communia. Alia uerò uni duntaxat ossi priuata censentur,ut sex cubiti exteriorum ligamentorum, quæ transuersim ducuntur quinq;.nam primũ,quod ulnæ radioq; commune est,non ad unicum tantum os referetur.Insuper & quæ pubis ossium foramina opplent membranę, huc quoq; spectant, si modò illæ (quum non ligent) in ligamentorum numero habeantur. Substantia demum alia constant molliori, magisq; membranea,ut omnia ferè quæ in orbem articulos ambiunt : quanquam in illis rursus quædam sit differentia.Digitorum enim internodia mollius ambit ligamentum, quàm humeri articulum : & huius denuò duritiem, coxendicis articuli ligamentum longè superat. Alia autem dura sunt,mediamq; inter ligamenta quæ articulos ambire dixi,& cartilagines,naturam sortiuntur.unde etiam Græci hæc νευροχονδρώδη σύνδεσμα,quasi ligamenta cartilaginea dicas,appellant. Huius generis omnia propemodum sunt, quæ extrinsecus articulis non obtenduntur,sed inter ossa ipsa latitant:quale illud est, [h] quod ex medio capitis femoris in coxendicis acetabulum fertur,& [i] ea quæ uertebrarum corpora intercedunt,& [k] id quod ex media tibiæ sede,quà hæc femur respicit, inter femoris capita ducitur , & [l] quædam malleolos talo nectentia, & quod sacrum os iliumq; ossa interuenit , & generatim omnia quæ inter ossa sedem habent. Vnde etiam & situ ligamenta inter se pugnant, quum alia extrinsecus ossibus obducantur, ut molliora illa: alia autem inter ipsa ossa , ubi se inuicem respiciunt,continguntq;, situentur, quemadmodum cartilaginea propemodum uniuersa.A forma quoq; ligamenta differentiam mutuantur : sunt enim quędam prorsus lata,membranea & tenuia:uti illud,quod secundùm cubiti longitudinem inter ulnam radiumq;,conspicimus: & illud,quod pari modo inter fibulam & tibiæ os, ubi hæc mutuò dehiscunt,obseruatur,& etiam pleraq; in orbem articulos circundantia: eaque tandem omnia,quæ tendinibus musculisq; obuoluuntur.Alia autem crassa sunt,& ex his quędam teretia : ut [m] ligamentum ex dente secundæ ceruicis uertebræ, in occipitis os procedens : & [n] id pariter,quod transuersim denti obducitur, primæq; uertebræ est peculiare : deinde & [o] ligamentum, femoris caput coxendicis ossi in articuli medio committens, teres etiam uisitur . Alia ampla lataq; sunt, ut [p] tertium peculiarium humeri articuli ligamentorum: præter membraneum quoddam, in orbem articulum ambiens. Insuper genu articuli peculiaria omnia, crassa quidem sunt,non tamen prorsus teretia:ut & cartilaginea,talum tibiæ & fibulæ colligantia. Rursum quædam continua,& nullo foramine peruia cernũtur,ut ligamentorum maxima multitudo.quædam uerò aliquid transmissura perforantur,ut ligamenta anu

Ligamentorũ usus,quo musculi constructionem subeunt.

Quæ ligamenta unicum tantũ præstant usũ, quæ plures.

Ligamentorum differentiæ.
Ab usu.
Ab ortu.

A partibus, quas connectunt.

A partibus, quibus committuntur.

A substantia.

A situ.

A forma.

r 14 tab. b, l.
u 2 tab fi. 3 præca 49 O, O.
x Q.R. & 1 fig. cap. 2 C.
y 2 ta. cha rac. 3, 4, 5, 6.
z 2 ta. cha ract. 2.
a 2 tab. 1.
b 2 ta. A.
c 4 tab. B.
d uide 6 tabulæ γ, Z. et 7 tab. d, f.
e 14 tab. b, b.
f 7 tab. V.
g a. & 15 tabulæ 2 fi. a.
h O.
i fi. ca. 14 lib. 1 R.
k X.
l f, g.
m fig. 30. cap. I.
n eiusdem fig. H.
o 2 fi. ca. 49 P.
p 13 ta. V.

li

li modo tendinestranſmittentia: & membrana pubis oſsis foraminis, neruo cum uena & arteria uiam præ bens: ut & membraneum ligamentum, inter tibiæ os & fibulam conſiſtens. Commune autem omnibus ligamentis eſt, quòd obtuſo admodum ſenſu (nollem enim dicere nullo) participent: ne propter crebrum frequentemq́; motum, & continuum affrictum, dolore uexentur. Qua etiam ferè ratione (quum ſcilicet na tura ſicca ſunt) ne ocyus exſiccentur, ligamenta mucoſo quodam lentoq́; humore, ut etiam articulorum cartilagines, oblinuntur.

QVID MVSCVLVS Caput II.

PRIMA Secundi capitis figura.

PRIMA huius Capitis figura, muſculi ſtructuræ ratio, qua omnes diſſectionis profeſſores muſculum formari hactenus tradiderunt, utcunque exprimitur. Quod enim inter Φ et Ω continetur, nerui cuiuſdam eſt portio ſuprà infraq́; abtruncata. uerùm hæc characterum indice opportuniùs explicabuntur.

Φ, Ω.

A Nerui in plures ſoboles diſtribuendi portio.
B Nerui A notati ſoboles, muſculi conſtitutionem ſubiens.
C Ligamentum, quod ab oſſe ad muſculum conſtituendum pronaſcitur, cui æqua ferè cum nerui ſobole debebat eſſe proportio.
D Ligamenti & nerui ad muſculum efformandum congreſſus, ac prima in fibras diſtributio, muſculiq́; caput.
E Sedes, qua fibrarum maxima eſt diuiſio, & qua muſculi uenter conſiſtit.
F Diuiſionis fibrarum concurſus, commixtioq́;, & tendinis ſeu caudæ muſculi initium.
G Tendinis pars, quæ mouendo oſſi inſeritur.



SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum Index.

SECVNDA FIGVRA.

SECVNDA figura, muſculorum humerum, ſeu brachij os, & cubiti oſſa, & externam manus ſedem ambientium fibras, à carne quodammodo liberas, commonſtrat, unà cum quarto brachium adeuntium neruo: ut hic, quàm fieri poſſet commodiſſimè, muſculi fabricæ natura oculis ſubijceretur.

H Humeri caput, quod ſcapulæ articulatur.
I Quartus brachium petens neruus.
K Principium muſculi cubitum extendentis, qui ab humeri capitis radice exoritur.
L Principium alterius cubitum extendentis muſculi, qui ab humiliori ſcapulæ coſta pronaſcitur.
M Sedes, qua quartus brachium accedens neruus, duobus cubitum extendentibus muſculis propagines offert.
N Cubitum extendentium muſculorum finis, ſeu eorundem in poſteriorem ulnæ proceſſum inſertio.
O Poſterioris ulnæ proceſſus pars, quæ excarnis perpetuò cernitur.
P Quartus brachium petens neruus, inibi conſpicuus, quà poſteriori ſedi exterioris tuberis humeri innititur, ac muſculis hinc ab humero principium ducentibus ramos offert.
Q Initium eſt cubitum flectentium muſculorum poſterioris.
R Caput oblongi muſculi, qui radij appendici iuxta brachiale inſertus, radium in pronum ducit.
S Muſculus, bicorni tendine brachiale extendens.
T Muſculus brachiale extendentium alter, qui è regione minimi digiti poſtbrachiali implantatur.
V Muſculus ulnæ exporrectus, & brachiale flectens.
X Muſculus indicem, medium & anularem extendens.
Y Muſculus, quo minimum digitum præcipuè extendi docebo.
Z Carnea pars eius muſculi, qui in tres diductus tendines, unum brachialis oſſi pollicem ſuſtinenti inſerit, ſecundum primo pollicis oſſi, tertium ſecundo pollicis oſſi & tertio.
a Muſculus, cuius beneficio pollex indici adducitur.



MVSCVLVM motus uoluntarij, ex noſtroq́; arbitratu pendentis proprium eſſe inſtrumentum, omnibus conceſſum uidetur diſſectionum profeſſoribus: idemq́; ab omnibus muſculi conſtructionis modus enarratur. Qui equidem probabilis apparet, magnumq́; Naturæ artificium commonſtrat: attamen quum in pauciſsimis muſculis, aut potius in nullis illum obſeruem, ſecus profectò quàm illi, de muſculorum conſtructione ſentire cogor. Quæ autem omnium ferè ſit ſententia, nunc quàm potero breuiſsimè, & ſimul explicatiſsimè ſubijciam:

subijciam: eorum placita in continuam orationis seriem, quæ uerirati proximè sit consona, compesturus. Diffiniunt itaque musculum, partem esse instrumentalem ex neruo, ligamento, carne, uenis & arterijs confabricatam, motusq; uoluntarij peculiare organum, in cuius frabrica ad hunc ferè modum Naturæ opus recensent. Quum bina sint corpora, quibus in præsenti sermone (qui de musculi constitutione est) indigemus, ligamentum scilicet, & neruus sua propria uoce dictus: quumq; ligamentum sit durũ, neruus uerò mollis: mirãda Creatoris est industria, qui in singulis motui uoluntario præfectis partibus, utroq; utitur, neq; in ligamenti locum neruum aliquando transponens, neq; in nerui regionem ligamentum. Concessum enim est omnibus, neq; durum ad sensum (utpote quod non facilè afficiatur) neq; molle ad motum (quum imbecillius sit) esse idoneum. Ergo neq; per solos neruos mouetur aliqua particula, neq; per ligamenta. Neruus enim sensitiuus quidem est, quatenus mollis: inualidior autem, quàm ut moueret & transferret totum membrum. Ligamentum uerò tutò quidem colligare, & interim membrorum motibus non obstare poterat: ipsum tamen motus uoluntarij organum per se nequiuit produci, quum originem ex osse aut cartilagine, non autem nerui modo, ex cerebro uoluntarij motus fonte obtineat. Nemo enim ambigit, huiusmodi fontis seu principij corpus molle oportuisse fieri: quandoquidem neque ex molli perfectè durum, neq; ex duro molle quicquam enasci, possibile est. His igitur occasionibus, Natura neq; solis ligamentis uti ad motus uoluntarios potuit: quoniam neq; sensu, neque motu prædita sunt, ut quæ animæ principatus sedi non continuentur. neq; neruis etiã solis utendum fuerat, cum hi propter mollitiem tenuitatemq; transferre tam magna pondera minimè ualerent. Permixtum igitur ex ambobus oportebat aliquod creari motus organum, quod omnino neruo esset durius, & ligamento mollius: & ideo quoq; participare sensu, minus quidem quàm neruus, magis autem quàm ligamentum. Insuper decuit & id quoq; in medio roboris & imbecillitatis, aliorumq; contrariorũ, quæ ligamentis & neruis insunt, existere. Atq; hac occasione motus instrumentum, utrisq; ipsum componentibus substantijs communicat: non tamen exactè alteram, neque solam, neq; eam impermixtam obtinet, sed ex ambabus commiscetur. Verùm quum nihil alicui per tutum confundi potest, non confractum prius in minimas particulas, necessarium fuit utrunq;, neruum uidelicet & ligamentum, in fibras tenues discindi, deinde sibi inuicem eas copulari ad uoluntarij motus organi generationem. Perficitur autem nerui ac ligamenti in fibras distributio in hunc modum. neruus accedit ligamentum, ac simul commixta in fibras duas quodam modo digeruntur, illæ rursus singulæ in alias, & hæ iterum in plures tantisper diuiduntur, donec in tenuissimas membranasq; fibras procedant. postquam hæ ad extremum diffusionis peruenere, rursus ut diuisæ fuerunt, mutuo concursu coalescentes, & cõmixtæ in unum colliguntur. Et quemadmodum [a] prima diuisio, musculi caput constituebat: ita hæc [b] postrema collectio finem musculi efformat, quem Græci ἀπονεύρωσιν, quasi eneruationem dixeris, & ut nos quoq; tendinem musculorum appellant. [c] Medium uerò, in quo diuisionis series consistit, musculi uentrem nuncupamus, similitudinem à mure, & lacerta, & piscis musculi, aut alioquin communi piscium forma mutuãtes. Musculi namq; seu lacerti caput, muris lacertęq; capiti conferimus: tendinem autem caudæ, & uentrẽ uentri. Cæterùm si Natura solummodo ita neruum & ligamentum diuisisset, nec medias regiones, fibrarumq; interstitia molli infarsisset substantia, quæ fibris, thori ac texturæ alicuius, & firmæ sedis loco esset, haudquaquam musculi uel tantillo temporis spacio fibras illas infractas incorruptasq; seruarent. Est autem sedes ea, ac thorus, simplex caro fibris obducta, quæ non aliter fibris committitur, quàm calathis aliisque fiscellis lac, dum harum rerum periti id in illis coagulant. Finge igitur fibras ex neruo & ligamento diffusas, iuncis respondere, lacti uerò ipsi sanguinem, & caseo carnem proportionari. nam ut ille ex lacte, ita hæc ex sanguine paratur. Quanquam tanto ueriorem tibi confinges imaginem, quanto per caseum plures crebrioresq; iuncos funiculos ve porrectos, & non solum ad casei latera attensos, imaginatus fueris. Nec autem caro hæc, reliquaq; musculi substantia, sanguine nutrimentoq; indiga relinqueretur, & suus innatus calor non refocillaretur, uenas ac arterias, tanquam riuulos quosdam, musculis immisceri fuit necessarium. Deinde quoque membranam, uniuersum musculi corpus integẽtem, à ligamentis, quæ musculi caput & finem ossibus committunt, produci oportebat. Commemorata iam musculi constructio, quantumuis concinna & elegans dissectionum imperito apparere queat ad amussim nulli prorsus conuenit musculo: quum nullum in uniuerso corpore adinuenias, qui parem ligamenti, seu ex osse aut cartilagine exortus sui, & nerui portionem sibi assumat. Nam ut cæteros taceam, [d] tendo in posteriorem calcis sedem insertus, solus crassior est [e] quatuor femur petentium neruorũ radicibus, utcunq; eas simul collegeris. Detendine illo, in calcem inserto, erit proportio, ut illa scilicet mediam tendinum portionem neruo, & memam tendinum portionem neruis constare fatebimur. Deinde si fortassis aliquis musculus parem ligamenti & nerui portionem sibi uendicare reperiretur, esset profectò [f] temporalis, & [g] septum transuersum, quippe in hoc [h] duo satis insignes nerui implantantur: illum uerò etiam [i] quinq; neruorum propagines adire docebo, quãuis interim in neutro neq; trigecupla nerui cum ligamẽto uideatur proportio. Sed quid tantopere Galeni præcepta, tanquam oracula subuerentes, & ipsius libros de Musculorum motu exoscullantes, de illis dicemus musculis, qui latissimo oriuntur principio, ac sensim in angustum uersus ipsorum insertionem desinunt? cuiusmodi, præter temporalem, inter reliquos, brachium [k] attollens est: deinde [l] is qui brachium pectori admouet, & femoris motibus famulantes propemodum omnes: in quorum exortibus neruum, qui, ut Galenus censet, cum ligamento diffundi possit, confingere nequimus. Nam statim in eiusmodi musculorum origine multo maior fibrarum est copia, quàm in musculi reliqua parte: siquidem in

Quid musculus, ipsiusq; compositionis ratio, secũdum aliorum Anatomicor sententiam.

Ligamenti & nerui in musculo necessitas.

Musculum natura inter ligamẽtum & neruũ esse medium.

Ligamenti et nerui permixtio.

Musculi caput.

Finis, seu cauda, & tẽdo.

Venter.

Carnis in musculo usus.

Venæ & arteriæ in musculo necessitas.

Musculi mẽbrana.

Musculorũ nõ æquè nerui ac ligamenti natura participare.

Hæc ratio fortasse ferietur.

a 1 fig. D.
b 1 fig. F.
c 1 fig. E.

d 14 ta. tẽdo musculorum n. 0, q.
e 2 fi. cap. 11 li. 4. charac. 57, 60, 66, 71, licet uera proportio ex neruorũ tabulis, ut neque è uenarum, peti nequeat.
f 4 tab. Γ.
g tab. Δ.
h 2, 3 fig. cap. 11 li. 4 n.
i 2 fi. ca. 2 lib. 4 Q. R. b, c, d.
k 4 tab. Ξ. 10 tab. Δ.
l 3 tab. Δ.

in illis muſculis,& prę cipuè qui femoris motibus præſunt,fibræ ab ipſo ortu non amplius in plures diuidun tur: imò ſenſim ad inſertionem properantes, inuicem colliguntur, muſculos triangularis figuræ efforman tes. Vnde etiam conſpicuum euadit,ſi modò illam,quę Anatomicis proponitur,nerui ac ligamenti diuiſio nem commixtionemq; in muſculis fieri oporteret,ſingulis fibris in ortu neruulũ debere miſceri: quod neu tiquam accidere ipſa neruorum ſeries commonſtrat. Quandoquidem in pleriſq; muſculis duntaxat neruu lum admodum gracilem,neq; magis quàm uenam diuiſum,ad ſuperficiem muſculi nunc interiorem,nunc exteriorem,uenæ ac arteriæ modo exporrigi, mẽbranæq; muſculi adhærere conſpicies, neutiquam autem in fibras per muſculi ſubſtantiam diffundi. Quod inter pleroſq; corporis muſculos in [m] illis liquidò con- diſces,qui ab ilium oſſe,femoris os accedunt.ex quibus etiam quoſdam reperias,quorum ne ſuperficiei qui dem neruus,uti neq; uena & arteria,uix ut contiguus omnino ſit, attendatur. Neq; id hic ſolum obſerua- bis, imò etiam in quadrato [n] muſculo, radium in pronum mouente, cui nunquam neruum, uenam & ar- teriam exporrigi intuitus ſum: præter illos neruos, uenas ac arterias,quæ cum tendinibus digitos flectenti bus ad manum prorepunt: quę etſi à muſculo illo non multum diſtent,ipſum tamen non contingunt,& mi nus adhuc illi adnaſcuntur & inſeruntur. Adde neq; neruulum obſeruari inſertum in graciles [o] muſculos qui quatuor digitos pollici adducunt: ut neq; in [p] illos, qui primi quatuor digitorum oſsis flexionibus præſunt. Adiunge præter hos, abdominis etiam [q] muſculos (quos prius, quia omnibus notiores uidentur, recenſere decuerat) nullam nerui cum ligamento proportionem oſtendere: quum nequaquam in ſingulis muſculorum, qui obliquè & tranſuerſim fibras porrigunt, principiorum ſedibus neruus implantetur: quũ- que ipſorum eneruatio ſeu tendo multo latior eorundem origine exiſtat, quod cum pleriſq; muſculis ha- bent cõmune. Non eſt itaque muſculus inter ligamentum & neruum natura medius: neque etiam illa, quã uulgò imaginantur,ligamenti & nerui fit commixtio. Nam etſi fortè neruum in muſculi alicuius caput in- ſeri animaduerſurus ſis,nunquam ſanè nerui ſoboles,ligamenti fibrarum modo, ad tendinis uſque princi- pium diffundi,aut aliquo pacto ligamenti fibris uniri,uereq; permiſceri reperies. Quod profectò in nullo muſculo perpendes facilius,quàm in illis [r] qui ab interno humeri tubere principium capiunt:illorum ete nim capita ſunt acuta,& neruorum inſertiones in ipſorum ſubſtantia,non ſolum autem in ſuperficie adi- piſcuntur. Atque id etiam in [s] illo animaduertes,qui à fibulæ ſuperiori appendice principiũ ſumens,ad pe dem prorepit:ſic & in [t] ijs,qui ab inferiorum femoris capitum radicibus ad calcem feruntur. Non enim omnes muſculi,nerui implantationẽ (quando in ipſorum ſubſtantiã neruus porrigitur) in capitis exortu a- dipiſcuntur:ſed ſubinde multo inferiùs quàm caput habetur,& in medio ſui quodãmodo ductus & lõgitu- dinis.quod,præter temporalẽ muſculũ, [u] anterior cubitũ flectentiũ muſculorũ oſtendit,nerui primùm [x] propaginẽ aſſumẽs,ubi duo ipſius capita in unũ cocũt. Idẽ in nonnullis femoris os amplexãtib.obſeruatur, & in abdominis muſculis,& pleriſque qui in collo habentur, & in omnibus ferè qui coſtis inſternuntur. Verùm utcunque nerui,uel in muſculi ſubſtantiam ſeſe inſinuent,ſiue ipſius tantum ſuperficiei attendan- tur,ſemper ferè ſua ſerie & propaginibus, ſecundùm muſculi ductum (quod & [y] recurrentes nerui ar- guunt) porriguntur. Rurſus tendo elixus,neque ſapore,neque colore,neque ſubſtantia à ligamento uariat: niſi fortaſsis illum molliorem,non quidem omnibus ligamentis,ſed tantum quibuſdam eſſe quis conten- deret.utut tamen ſit,tendo muſculi capiti mollicie nequaquam cedit:quamuis id ſtatim in ortu purum,& neruo minimè mixtum eſſe ligamentum,nemo inficias ire poſsit. Neque etiam mirandum eſſet,tendinem ligamento oſſa colliganti utplurimum molliorem,minusq; cartilagineum eſſe:cum ligamentorum,quæ oſ ſa mutuò colligant,ſubſtantiæ,in duritie eadem non ſit ratio. Adde etiam, tendinem elixum cum neruo non proportionari:hic enim elixus aut crudus,ſi per tranſuerſum diuidatur, ex multis quaſi funiculis con- ſtructus apparebit,non aliter,quàm ſi chordam aliquam craſsiorem diuiſiſſes. tendo autem ſolidior,& ma gis ut ligamentum ſimilaris,continuusq; uiſetur: præcipuè ſi craſſum aliquem tendinem ex illis qui pedẽ, aut tibiam,aut manum adeunt,examini adhibueris. In latis enim & quodammodo membraneis tendini- bus ſeries fibrarum aliquanto eſt manifeſtior:quo etiam nomine à ueris membranis inter diſſecandum di ſtinguuntur, [z] quemadmodum in peritonæi cum obliquorum & tranſuerſorum abdominis muſculorum neruoſis tenuitatibus collatione eſt cernere. Ac licet id in quouis animante inter edendum intueri inte- grum ſit:in bubula tamen carne id feceris aptiſsimè,cum pars aliqua menſæ apponetur, quam inſignis per reptat neruus,qui plerunque cum uena & arteria inter glandulas conſpici conſueuit. Inuento autem ner- uo,nunquam tendo deeſſe poterit,qui modò propoſita non edoceat. Vti etiam in auium excarne in cruri- bus ſede,noſtro calci ſimul cum talo tarſoq; & pedio in motus ſpecie quodammodo reſpondente, ac uelu ti tibiæ loco ab alijs habita,tendinum cum neruis diſcrimen expendere promptum eſt,quòd ſcilicet tendi nes inibi (perinde ac in oſsiculis ſeſamo comparatorum alioquin regione etiam ferè euenit) prorſus oſſei reddantur,ſtyloſq; illos conſtituunt,quibus repurgandis dentibus nonnulli utuntur. Deinde id,quo diſſe- ctionum profeſſorum plerique tendinem neruo miſceri,atque ex ligamento & neruo æqualiter, aut plus minus confuſis fieri,maximè probare contendunt,prius num ita ut illi proponunt, res ſe haberet, perpen- dendum erat,priuſquam aliquid inferrent. Dicunt namque,tendinem capite muſculi ob id craſsiorem eſ- ſe,quòd is non capitis ſolum muſculi ſubſtantia,ſed & neruo quoque conſtet. [a] Quaſi uerò quis rectè aſ- ſerere poſsit,exortus muſculorum ſuræ ſimul collectos,quod ad nerueam generatim dictam attinet ſub- ſtantiam,minores eſſe ſuorum muſculorum tendine,qui calci inſeritur, & perinde ac ſi [b] brachium at- tollens muſculus,pauciores fibras in ortu haberet,quàm ipſarum collectio ad inſertionem oſtendit. Erat itaque id prius probandum,quàm falſa concluſio inducenda. Quemadmodum & hæc quoque inefficax aſ- ſumptio eſt: Tendo ſenſu exactiſsimo participat,neruo igitur & ligamento conſtat. Quaſi uerò muſculo-

Neruum ſingulis muſculis,ita ut alys diſſectionũ profeſſorib.uiſum fuit,nõ miſceri.

Omniũ muſculorum capitibus nerueos non inſeri, aut aliquin extendi, etiãſi aliàs ipſorum ſubſtãtiæ neruus inſeratur.

Tendinem ligamento, non autem neruo reſpõdere.

Excarne muſculi caput tendine non ſemper eſſe tenuius.

Muſculorũ capita,maximè carnis expertia, non minus quàm tendinẽ ſentire.

m 9 ta. Π. 10 tab. Σ. 11 tab. Σ.

n 7 ta. X.

o 6 tab. ζ. 7 tab. d.

p 8 ta. Δ.

q ſeriatim abdominis regio 3, 4, 5, 6 tabularum.

r 3 tab. Π. Λ. m. & 9 tab. q.

s 6 tab. Φ.

t 12 tab. Φ. Ψ. ω.

u 6 ta. Θ.

x 2 fi. cap. 11 li. 4 chirur. 5, 6.

y 2 fi. cap. 2 li. 4 m. p. & fi. ca. 9 li. 4 inſerta Q. 2.

z Cõfer abdomen 6 tabule cũ abdomine 1 figura lib. 5.

a collige id ex 14 tab. n, o, q.

b Confer A, B, C, cum D in figura indici 11 tabule inſertæ.

Quid nerui musculis uetè præstet.

rum capita,& præcipuè ligamentosa,& prorsus excarnea,minus ipsis tendinibus sentiendi ui pollerent, & læsa conuulsionis periculum minus quàm tendines inducerent,etiamsi capitibus mox in exortu neruus nõ inseratur,sed tantum attensus occurrat,isq; etiam subinde notabili interuallo à capite remotus. Hac igitur occasione,& huiusmodi pluribus,quas recensere prolixum foret,efficitur,ut fateri cogar, nullam prorsus aliam nerui in musculos,quàm uenæ & arteriæ distributionem esse:& pari etiam ratione neruum, qua uenam arteriamq;,musculum accedere.Neque ullam aliam in uena arteriaq; cum neruo differentiam statuo,quàm quòd ad finem seu insertionem musculi neruus nunquam, ut aliquando illa uasa, implantetur, quanquam etiam pauciss imos prorsus musculos eius generis enumerare possem. Sunt uerò inter alios [c] recti abdominis,qui & à uenis & arterijs,sub pectoris osse deorsum repentibus, ramulos assumunt,& [d] tẽporalis etiam ab inferioribus suis sedibus [e] uasa admittit,quum is tamen ex elatioribus principium deducat.Vt itaque uena nutriendo musculo subseruit,& arteria ipsius innatum calorem recreat: ita quoque neruum animalem spiritum continuè ipsi deferre,neruumq; illo spiritu musculum nunquam indigum relinquere arbitror,ut neque uena alimento musculum destituit.Deinde spiritus animalis ui, & debitæ peculiarisq; musculi constructionis,essentialisq; formæ beneficio,musculum contrahi & laxari sentio: neque aliter suum munus obire,quàm oculum,reliquaq; sensuum organa:quæ singula propriam peculiaremq; fabricam obtinent,& animali spiritu (quem per neruos cerebrum ipsis porrigit)imbuta,suis funguntur munijs. Non enim alius animalis spiritus oculo,aut linguæ,aut auditus organo,quàm musculis diffunditur: uerùm suæ constructionis ratione,& accedente spiritu,oculus uidet,lingua gustat, auditus organum sonos percipit,& sanè musculus ipse uoluntarijs motibus præest.Atque hac etiam ratione omnia,quibus neruus attẽditur,sentiendi ui pollent,nisi propria eorum substantia id prohibeat. Cæterùm ut quamplurimos musculos arteria non contingit,quorundam autem superficiei tantum attenditur, & aliquando adnascitur,interdum uerò etiam in musculorum substantiam penitius ramos exporrigit,& interim omnium calorem temperat,tam corum scilicet quos non proximè contingit,quàm illorum quorum superficiei adnascitur, ac in quorum substantiam penitius disseminatur:ita profectò & neruis usuuenit, qui suam facultatem tam illis musculis exporrigunt,quibus uix attenduntur,quàm quorum superficiei adnascuntur, & in quorum substantiam aliqua ramorum serie digeruntur.quanquam neruos propinquius uenis quàm arterijs assimilare queas. Pauciores enim musculi uenæ,quàm arteriarum attactu insertioneq; destituuntur: licet etiam quosdam prius recensuerim, quos neque neruo, neque uena proximè contingi obseruabis, qui nihilominus interim,ut neque alimento,& uitali facultate,ita quoque spiritu animali non priuantur.Est itaque musculus, uoluntarij motus instrumentum,uti oculus uisus, & lingua gustus, ex ligamenti natura in fibras complures diuisa, & carne has continente firmanteq; fabricatũ,uenarũ arteriarum & neruorum surculos in se interdũ assumens, ac neruorum beneficio animali spiritu nunquam, dum sanum est animal, destitutum. Atque hanc carnem, non solum stratum aliquod,& ueluti thorum & fulcrum esse existimo, quo musculorũ fibræ, neruæ ve generatim dictę diuisiones contineantur: aut etiã carni cum Platone & Aristotele (quibus musculorum ratio penitus latuit) tam leuem usum duntaxat tribuo,ut adipis & pinguedinis, ac uestimenti alicuius modo, in æstu calori obstare, & in frigore frigus potissimùm arcere concedam: uerùm musculorum carnem,cui alia nulla in uniuerso corpore est similis,præcipuum autorem esse,mihi persuadeo, cuius beneficio (non deficientibus interim neruis,animalium facultatum nuncijs) musculus crassior effectus,sese breuiat & colligit,itaq; partem cui inseritur, ad se allicit & mouet: & cuius dein occasione se rursus laxat & educit,attractamq; partem remittit: perinde sanè ac cerebri,cordis,iecoris,pulmonum,lienis, renum, uentriculi & testium propriam substantiam,primarium suarum functionum autorẽ esse,nobis constat. Quòd uerò musculorum carni, aut carni simpliciter, nullum adipem intexi, omnes hactenus falso prodiderint, obesi boues,quos Brabanti sale condiunt,attestantur, in quorum musculorum fibris per carnem adeps attenditur. Adde etiam, obesarum mulierum musculos, qui femur extendunt pinguitudine, adeò oppletos inter dissecandum uideri,ut ambigas,num caro adipi,an adeps carni commisceatur. Neque hic de muscorum superficie solùm loquor, uerùm de intima & maximè carnea ipsorum substantia, quam præcipuam musculi partem esse asserui. Tendines autem, & eneruationes illæ, quas caro destituit,in illis tantum musculis habentur, qui longo ductu feruntur, plusq; habent spacij, quàm carnea musculi substantia requirit, Breues enim,& succincto arcto ve loco repositi musculi, tendine carent, & undique carnosi sunt: ut laryngis omnes,si [f] duos rectos exceperis, quatuor musculorum tertiam cartilaginem primæ iungentium; illi enim longi,in insertione neruea m naturam obscurè exprimunt. Deinde inter eos qui ossa mouent, [g] qui primum pollicis flectunt articulum,& [h] qui pollicem indici maximè admouet, Inter magnos autem huius generis est quadratus [i] musculus,scapulam dorso admouẽs: & [k] musculus,qui à scapulæ basi enatus,octo elatioribus costis implantatur. Verùm,de innumeris musculis tendine carentibus,tendinumq; generibus,iam agemus, musculorum differentias aggredientes, quæ insuper musculorum constructionis rationẽ, à me propositam,pulchrè docebunt.

Adipem etiam carni passim attendi.

Tendines quando musculis desunt.

Musculi seu dimbus destituti.

Quid uerè musculus sit

Caro, præcipua musculi substãtia.

[c] *observa 6 tab. f. a.*
[d] *3 tab. l.*
[e] *fi. cap. 6 lib. 3 a. & fi. ca. 12 3.*
[f] *6,7 fi. ca. 21 P. Obliqui autem 7,8 figur. R.*
[g] *6 ta. x. λ.*
[h] *11 ta. f.*
[i] *10 ta. l.*
[k] *7 tab. l.*

DE

DE MVSCVLORVM DIFFERENTIIS. Caput III.

DIFFERENTIAS muſculorum non paucas recenſere, promptiſsimũ eſt, ab illorum ſubſtantia, ortu, inſertione, quam mouent particula, forma, foraminibus, colore, ſitu, fibrarum ſpecie, & muſculi capite, uentre, tendine, ac denique ex mutuo muſculorum concurſu, aut unius muſculi uelut in plures ſeparatione. Quæ igitur à ſubſtantia petuntur differentiæ, ex uenis, arterijs, neruisq; potiſsimum pendent. Nullum enim corporis muſculum reperias, qui non aliqua ligamenti membranæq; portione in fibras deſecta, & carne illas continente firmanteq;, ac præcipua adeò muſculi ſubſtantia conſtituitur. Verùm præter hæc, alij neruum, arteriam & uenam in ſuum corpus quoque diffundi ſinunt: ut [a] ſeptum tranſuerſum, & maximus totius corporis [b] muſculus, qui femur mouentiũ quintus erit: præterea abdominis omnes, ac præcipuè [c] recti. In alios neruus nullus, neque uena, neque arteria (quod animaduerti poteſt) inſeritur: ex quorum claſſe [d] muſculus eſt, qui latum in manu educit tendinem. deinde præter alios quàmplurimos, quadratus [e] muſculus, radium in pronum uertens: & [f] graciles illi, qui digitos ad pollicẽ in latera agunt. Solus neruus quibuſdam propaginibus in illorum [g] muſculorum capita diſtribuitur, qui à radicibus capitum femoris principium ſumunt, atque ad calcem ducuntur. horum namque ſubſtantiæ neque uena, neq; arteria penitius inſeritur. Latus in collo [h] muſculus, qui genas mouet, uenis abundat & neruis, arteria interim deſtitutus. Qui uerò ſolam nanciſcitur arteriam, nullus occurrit. Cæterùm adeps, quem interdum muſculorum fibris per carnem digeſtis attendi diximus, in macilentis non reperitur. In obeſis autem illi muſculi adipe potiſsimũ abundant, [i] qui ilium oſsibus obducuntur, ac clunes, & ueluti ſedentibus puluinaria conſtituunt. In ortu magis adhuc muſculi uariant: alij enim ab oſſe originem ſumunt, ut [k] qui à femoris oſſe & coxendicis oſſe ad tibiam procedunt, & plurima muſculorum multitudo. Alij à cartilagine ipſorum ortum obtinent: ut omnes laryngis muſculi, quos laryngis proprios nuncupabimus: deinde inter coſtales muſculi, [l] qui inter coſtarum cartilaginum habentur interualla. Alij à membrana quapiam enaſcuntur: cuiuſmodi ſunt oculi omnes [m] muſculi, à dura membrana uiſorium neruum inuoluente nati: deinde duo [n] muſculi ſtomachum retrò amplexantes, & in ſcutiformis cartilaginis latera inſerti. his namque ab externa ſtomachi tunica principium pẽdet. Idem & de [o] circulari ani & ueſicæ ceruicis muſculo cenſendum uenit. Alij à membrana tendines obuoluente enaſcuntur: ut quatuor graciles [p] muſculi, quatuor manus digitos ad pollicem in latus ducentes. Alij ab alio quouis ligamento originem petunt: ut [q] duo pollicis primum internodium flectentes, qui à tranſuerſo [r] ligamento tendines in brachialis interna ſede tranſmittente enaſcuntur. Tales etiam ſunt, [s] qui in ſuperiori pedis regione locati, pedis digitos extrorſum ad latus mouent, qui à ligamentis tibiam talo, & talum calci & nauiformi oſsi, calcemq; cubiformi oſsi colligantibus enaſcuntur. Alij ueluti ex altero muſculo prodeunt: ut [t] qui à circulari ani muſculo, ueluti digiti duo, meatum urinarium, quà ſub penis corporibus ferri incipit, amplexantur. Alij uelut ex nullo corpore principium obtinent: uerùm membraneæ partes aliqua ſui ſede carneæ, ac muſculoſæ, ſeu muſculi euadunt: ut omnes [u] muſculi ex carnea membrana conſtituti, qui in collo & facie in hominibus habentur: deinde & teſtis [x] muſculus, in rubicundo teſtis & uaſorum ſeminalium inuolucro, inſtar carnoſioris lineæ innatus. Quinetiam [y] ſepti tranſuerſi ortum, ex peritonæi & tunicæ coſtas ſuccingentis partib. ipſius centro adnatis, pendere fateamur neceſſe eſt: niſi illius ortum, contra aliorum muſculorum rationẽ, ubi coſtis inſeritur, eſſe dicamus. Cæterùm non omnes muſculi ab una duntaxat parte originem ſumunt: permulti enim ex pluribus oſsibus enaſcuntur. nam dorſum mouentibus muſculis plures plerunque uertebræ principium præbent. Sic & abdominis [z] muſculus, obliquè deſcendens, à pluribus coſtis exorditur. [a] Qui brachium pectori admouet, ex pectoris oſſe, & quarundam coſtarum cartilaginibus, & ipſa demum clauicula enaſcitur: quemadmodum & [b] is, cuius auxilio brachium attollitur, ex ſcapula quoque & clauicula procedit. Pariter etiam [c] recti abdominis muſculi, à [d] cartilagine, pubis oſſa interueniente, & ab ipſis oſsibus enaſcuntur. adeò, ut quidam muſculi ex pluribus oſsibus, alij ex oſſe cartilagineq; non ineptè principium habere dicantur. Alij ex pluribus eiuſdem oſsis proceſsibus enaſcuntur: ut [e] prior flectentium cubitum, qui ab eminentiori ſede ceruicis ſcapulæ, & proceſſu ipſius interiore educitur. Ab inſertione uerò integrum eſt dicere, muſculorum alios in os, ut qui femur & tibiam, caputq; mouent, inſeri. alios uerò in cartilaginem: ut laryngis omnes, & qui palpebrarum motuum autores ſunt, & qui narium alis aſſcribuntur. alios in cutem, ut labrorum muſculos. alios in aliud quiduis: ut oculorum muſculos, in duram oculi tunicam: & penis quatuor muſculos, in penis corpora, & urinæ meatum: dein teſtis muſculum, in uas ſemen à teſte ſurſum deferens. Ad hæc, muſculos recto inteſtino proprios, in eius inteſtini exteriorem tunicam: & circularem ueſicæ colli muſculum, ad meatus urinæ corpus applantari inſeriq; cernimus. Cæterùm & ab inſertione muſculi iſto quoque modo differunt. Quidam à pluribus partibus enati, in unicã inſerũtur: ut muſculus brachium pectori admouens, & is qui brachium attollit, ex pluribus orti ſedibus, duntaxat in humerum inſeruntur. Ita etiam [f] qui brachium deorſum trahit, ex plurium uertebrarum ſpinis oritur, attamen in humerũ tantummodo deſinit. Pari etiam ratione & ſcapulæ motuum autores muſculi ad unum omnes, ex pluribus oſsibus initium ſumunt, & uni tantum ſcapulæ implantantur. Quidam uerò ex uno oſſe exorti, in plura inſeruntur. [g] Muſculus enim, qui à ſcapulæ baſi prodit, reſpirationiq; ſubminiſtrat, in octo ſuperiores thoracis coſtas inſeritur. Eius quoq; generis ſunt, [h] qui quatuor pedis & manus digitos extẽdunt. deinde [i] qui naſi alas, ſimul & ſuperius labrum mouent, in cutem cartilaginemq; implãtantur: quemadmodum & ſeptum tranſuerſum, quod alicubi oſsi, alicubi cartilagini innaſcitur. Quidam etiam à pluribus

Vnde muſculorũ differentiæ petantur.

A ſubſtantia.

Ab ortu.

Ab inſertione.

a 7 ta. Δ.
b 12 tab. Σ.Ξ.
c 6 tab. f.
d 3 ta. Π.
e 7 ta. X.
f 6 tab. ζ. 7 tab. d.
g 12 ta. Φ, Ψ, ω.
h 3 ta. Γ.
i 9 tab. Π. 10 Σ. 11 Σ
k Illi in ſedibus, quas occupãt, in tabulis ſunt citra notarum opẽ cõſpiciendi.
l 6 tab. X.
m 1, 2 fi. cap. 11.
n 2, 3, 5 fi. cap. 21 I.
o 1, 2 fig. cap. 49 M. dein 4 fi. N.
p 6 tab. ζ. 7 tab. d.
q 6 ta. κ, λ.
r 4 tab. θ.
s 6 tab. Ω.
t 1, 2 fi. ca. 49 H, I.
u 3 tab. A. dein Γ.
x 22 fi. li. 5 ψ.
y 7 tab. Δ.
z 3 ta. Θ.
a 3 ta. Δ.
b 4 ta. Ξ. 10 tab. Δ.
c 5 ta. Δ.
d integrarum fig. lib. 15.
e 6 ta. Θ.
f 10 ta. Θ.
g 7 tab. L.
h 5 ta. Θ. 6 ta. Ξ. 14 tab. Θ, dein Ξ.
i 3 tab. F.

enati oſsibus,in plura quoque inſeruntur: ut [k] muſculus à ceruicis uertebrarum ſpinis enatus, qui in aliquot ſuperiores thoracis coſtas implantatur,thoracemq́; mouentiũ in homine tertius habebitur. Præterea dorſum mouentes muſculi ad unum ferè omnes, in hunc ordinem referuntur. Item his differentijs illæ conſentiunt,quæ ab ea quam muſculus mouet,particula deſumi poſſent:quum omnes muſculi eius, cui inſeruntur,partis uoluntario motui præſint. Porrò ab inſertione & ortu ſimul,alia ſumitur differentia,quum alij muſculi ab illo oriantur oſſe., quod mouendo ab ipſis oſsi cui etiam inſeruntur, alligatum eſt, proximumq́; uiſitur: ut [l] tres muſculi ex ilium oſſe in femoris os inſerti, [m] ſeptimus & [n] octauus tibiam mouentium,quia à femoris oſſe enati,tibiæ implantantur. Alij uerò à ſuperiori aliquo oſſe, & non illi, cui inſeruntur, proximo, originem ducunt:ut muſculi tibiæ motibus famulantes, qui à magnis oſsibus ſacro oſsi connexis principium obtinent: ex quorum numero ſunt uniuerſi tibiam mouentes, ſeptimo & octauo tantum exceptis. Iſtis reſpondent, qui ſecundum cubiti aut tibiæ longitudinem extenſi, digitos adeunt. Forma etiam omnium muſculorum haud eadem eſt. Quidam enim ſunt, quos muri aut lacertæ (ſi ipſis pedes abſectos finxeris) ac piſci muſculo,quem & mytulum uocant,& alijs multis piſcibus appoſitè conferas: ut ſcilicet muſculi caput,lacertæ,aut piſcis,aut muris capiti,uentrem autem corporis trunco, tendinem uerò caudæ aſsimilare queas. Eſt autem huius ordinis muſculus, [o] qui ab interno humeri tubere enatus,ac radici poſtbrachialis oſsis,quo index ſuſtinetur,inſertus, brachialis flexioni ſubſeruit. Talis etiam eſt, [p] qui primus in tibiæ anteriori ſede occurrit,& in pedij os,cui magnus digitus articulatur, inſertus, ad pedis eleuationem famulatur.Qui autor eſt longiſsimæ pollicis abductionis à cęteris digitis,& alius,qui paruum digitum à cæteris maximè in latus amouet,tam in pede,quàm in manu, ad nuper dictam quoque figuram eleganter * accedunt. Vnde etiam arbitror,inter reliquos corporis muſculos (quaſi nulli eſſent alij) illos, [q] qui ad pollicis manus primum articulum habentur, Bruxellenſibus, & alijs quibuſdam nationibus mures nuncupari, alijs uerò ita appellari cubitum flectentium [r] anteriorem. Italorum autem uulgus in quibuſdam corporis partibus, neſcio quem piſciculum eſſe fingit,eo nomine indicans muſculos, piſcis imagini non abſimiles. Vtcunque ſit, ab eiuſmodi ſimilitudine omnes muſculi à Græcis & Latinis ſuum nomen ſortiuntur, etiamſi quam plurimi muſculi illorum animalium effigiem nulla ex parte referant. Quidam enim figura conſtant triangulari: ut brachium [s] attollens muſculus, & [t] is qui ſcapulam pectori adducit,& qui brachium decliuè ad dorſum uellit. Alij quatuor efformantur angulis: ut ſcapulam dorſo admouens [x] muſculus,& [y] ui ad brachiale poſitus, radij motus in pronum autor eſt, qui ambo etiam quodammodo quadrati ſunt: ut & latus ſub colli & genarum cute occurrens [z] muſculus,qui ex carnea membrana conſtituitur. Alij quinque angulos exprimunt, ut is † qui brachium pectori adducit [a] Qui ex ſcapulæ baſi natus,octo ſuperioribus coſtis inſeritur, ſi obiter ſpectetur,quadrangularis apparebit: at ſi ipſius in coſtas inſertiones quis perpenderit,tot angulos ſuæ inſertionis lateri tribuet,quot digitis illud implantatur. Atque huius etiam figuræ eſt,abdominis [b] muſculi obliquè deſcendentis exortus,& quorundam thoracem mouentium inſertio. Sed plures anguli etiam tribuuntur muſcolo latum tendinem ſub manus cute producenti,& alijs omnibus in plures tendines ceſſantibus. Verùm angulis his poſtpoſitis, mirabilis formæ eſt muſculus, ſingulis coſtarum radicibus tendinis exporrigens,quem palmiti non ineptè aſsimilaueris: ut palmitis quidem lignoſa pas, muſculi carnoſa eſſet portio: folia autem ab altero duntaxat latere educta, ipſi tendines. Quinetiam huius quoque ordinis eſt,longiſsimus dorſum mouentinm [d] muſculus, qui in apices tranſuerſorum proceſſuum thoracis uertebrarum potiſsimùm inſeritur. [e] Septi quoque tranſuerſi figura admodum rara eſt: accedit autem raiæ(quem βάτον Græci appellant) piſcis effigiei,ſi modò illi prius caudam ſecundum longitudinem diuiſam finxeris.Anulis uerò reſpondent,qui fæcium excretionibus præficiuntur: tam is ſcilicet [f] qui ad anum ſpectat,quàm [g] qui orbiculatim ueſicæ ceruicem ambit.Piramidem uerò & turbinem [h] muſculus refert,inter oculi muſculos ordine ſemptimus. [i] Muſculus quem palpebram deorſum agere credimus, noſtro C ſimilis uiſitur. In tibiæ etiam hominis poſteriori ſede,iuxta calcem, [k] muſculorum imagines occurrunt, laniorum ſecuri aliquantulum ſimiles: ut muſculus ſecundum pollicis os flectens,& qui tertium quatuor digitorum os flectit, & unus qui ſub planta tendinem porrigens, ad pedis in poſteriora reflexionem iuuat. Horum namque muſculorum uenter, ſecuris ferro, tendo autem capulo obſcurè reſpondet.Iam ſi utriuſque lateris [l] muſculum, qui ſecundus inter ſcapulæ motores habebitur,conſideraueris,non cum quibuſdam parum religioſis,à ſatanæ qui Ieſum in deſerto tentauit,ſed ab horum muſculorum forma Franciſcanos,Iacobitas,& præcipuè Benedictinos ſuæ cucullæ imaginem mutuaſſe contendes, quantùm ſcilicet eius,dorſum ſcapulasq́ue integit. Verùm ne in muſculorum figuris receſendis,& potiſsimùm eorum qui ad femur tibiamq́ue pertinent, in monachos alicubi impingam,duntaxat commemoratis à figura differentijs adijciam,quoſdam muſculos ampliorem multo habere inſertionem,quàm ortum.qualis [m] ille eſt,qui à ſcapula pronatus, octo thoracis coſtis inſeritur: dein [n] tranſuerſus abdominis muſculus,quemadmodum & [o] obliquè deſcendẽs. Alij latũ obtinent principiũ & ſenſim coarctati,in acutum feruntur:ut [p] muſculus brachium ſurſum agens, & [q] alius qui id deorſum ad dorſum trahit,præterea omnes ab ilium oſſe in femur inſerti.Alij ortum inſertioni æqualem nanciſcuntur:ut [r] qui ſcapulæ baſi inſertus,eam dorſo attrahit,dein & [s] intercoſtales omnes: præterea quadratus [t] muſculus in cubito,iuxta brachiale reconditus, radiumq́; in pronum circumuertens. Ex enarratis muſculorum differentijs liquidò conſtat,alios eſſe longos & graciles: ut eum [u] qui ab ilium oſsis appendicis anteriori parte in tibiam fertur,totiusq́; corporis longiſsimus eſt, & etiam gracilis. [x] Muſculus à ſcapula ad os [y] referens deductus,pro ſua proportione ſimiliter longus & gracilis eſt, quemadmodum & teſtium [y] muſculi. Alij autem ampli admodum ſunt: ut abdominis [z] obliquè deſcendentes muſculi, & ſeptum tranſuer-

Ab ea quæ mouetur particula.

A forma.

Muſculi nomen unde deſumptũ.

k 11 *ta.F.*
l 9 *tab Il.*
10 *tab.Σ.*
11 *tab.Σ.*
m 5 *ta.Λ.*
n 5 *ta.Π.*
o 3 *ta.Λ.*
p 1 *tab.z.*
* *In manu notantur* 3 *tab.p & x. in pede autem* 2 *tab.* 7 *&* Π.
q 3 *ta.p.q.*
r 1 *ta.Q.*
s *fig.indici* 11 *tabula inſerta.*
t 5 *tab.Γ.*
u 10 *ta.Θ.*
x 10 *ta.Γ.*
y 7 *tab.X.*
z 3 *tab.Γ.*
† 3 *et* 4 *tabula Δ.*
a 7 *tab.L.*
b 3 *ta.Θ. & charact.* 6,7,8.
c 12 *ta.Δ*
d 13 *ta.Γ.*
e 7 *ta.Δ.*
f 1, 2 *fig. cap.* 49 M.
g 4 *fi.cap.* 49 N.
h 2 *fig.ca.* 11 O.
i *fig. cap.* 10 D,*et ta.* 3 D.
k 1 *fi.tab.* 15 D,E.O, P.
l 2 *tab.K,* L.9 *tab.Γ,* Δ.
m 7 *ta.L.*
n 6 *ta.Δ.*
o 4 *ta.Π.*
p 4 *ta.Ξ.*
10 *tab.Δ.*
q 10 *ta.Θ.*
r 10 *ta.Γ.*
s 6 *fig.* X, V. 11 *ta.V.*
t 7 *tab.X.*
u 3 *ta.Σ.*
x 5 *ta.R.*
y 22 *fig. lib.* 5 ↓.
z 3 *ta.E*

transuersum. Huc quoque referri possent insertionis principijq; formæ. nam aliud principium uelut puncto tantum fit: ut [a] musculi latum tendinem in manu producentis principium, & principia eorum [b] musculorum, qui à coxendicis ossis appendice pronati, in tibiæ os & fibulam inseruntur. Quidam uerò instar simplicis lineæ principium obtinent: ut [c] is quo brachium deorsum, uersus dorsum trahitur: & [d] is quoque, qui scapulæ basi insertus, eam dorso attrahit: deinde cum alijs compluribus, [e] qui inter scapulam sursum trahentes prior maiorque recensebitur. Alij rursus musculi non lineæ simplicis modo, uerùm latæ superficiei ritu enascuntur: ut [f] tres, qui ab ilium ossis dorso femur adeunt, & [g] musculi cauam gibbamq; scapulæ sedem occupantes, quorum ope brachium circumagitur. Quinetiam hæ lineæ superficiesq; in rectas, circulares & angulares rursus subdiuidi possent. at ne hæc curiosiùs quàm decet, aliquis me persequi arbitretur, ad alias differentias oratione reflectam, si prius addidero, insertiones similiter alias, rectæ lineę instar, & secundùm ossis longitudinem fieri, cuiusmodi est musculi brachium pectori admouentis [i] insertio: alias per transuersum, & lata apprehensione, ut [k] musculi brachium attollentis insertio. Velut punctum autem inseritur, [l] tendo prioris musculi flectentium cubitum. Cæterùm & ad formam quoque foramina fortasis spectant, quæ quibusdam musculis insunt: ut [m] septo transuerso bina obtigerunt foramina, quibus uenam cauam stomachumq; transmittit: quà autem magnæ cedit arteriæ, & uertebris uiam præbet, uix foramine peruium est, sed sectione quadam inibi diuisum dici debet. Præterea [n] orbicularis recti intestini musculus, & [o] ille qui uesicæ ceruicem ambit, anulum referunt, perforatorumq; loco habendi sunt. Est & unus quoque perforatorum is [p] musculus, qui à prima thoracis costa pronatus, anteriori transuersorum ceruicis uertebrarum processuum sedi inseritur, ac uenam in brachium cum arteria tendentem, unà cum multis neruis transmittit. Alij foramine nullo sunt peruij, ut corporis reliqui ferè omnes. nam fortasis quis intercostales ideo perforatos esse dixerit, quòd uenas, neruos & arterias, ad musculos costis instratos transmittant. Et aliquot insuper abdominis musculi in perforatorum quoque classem non immeritò fortè numerabuntur, quòd [*] seminalibus uasis alicubi uiam in uiris præbent. Quanquam etiam perforati dici possint [q] musculi, qui secundo digitorum quatuor manus & pedis ossi tendines, qui id flectāt, largiuntur: quum illi longa sectione diuisi, subditum ipsis tendinem ad tertium digitorum os conscendere sinant. In magnitudine autem musculi uariant, quòd alij maxima constent mole: ut maximus corporis [r] musculus, qui toti propemodum femoris longitudini implantatus, femoris motorum quintus numerabitur. Deinde magnus quoque est femur mouentium [s] primus: insuper & tibiæ motorum nonnulli, præcipuè autem [t] septimus & [u] octauus: sic & pedis motus autorum [x] quartus, à fibula principium obtinens. Minimi uerò sunt, [y] qui in tertiæ cartilaginis laryngis basi reponuntur, & [z] qui primam cartilaginē secundæ copulant: dein proprij laryngis ferè omnes, ut & penis musculi. Reliqui in horum medio consistunt, nunc maioribus, nunc minoribus accedentes. Omnibus musculis ferè communis obtigit color: ubi enim carne uacant, neruosorum corporum modo albent, quod in principijs & eneruationibus præcipuè accidit: ubi autem carne abundant, carnis quoque modo rubent, cui fibræ nerucæ permiscentur. Porrò ea parte, qua rubent, interdum candorem unà obtinent: quod illis musculis usuuenit, qui tendinem, priusquā caro desinat, in sui etiam uentris medio educere uidentur. Est autem talis, [a] qui à fibula enatus, inter calcem & fibulam, suo tendine inferiora pedis subit, ac tandem in os pedij pollici præpositum inseritur, pedisq; motorum septimus erit. Sunt etiam & eius generis in tibia nonnulli, quemadmodum & in cubito. Alij tale quid in ipsa insertione ostendunt: [b] musculus enim brachium sursum trahens, propter ipsam insertionem, interna quidem sede, qua os respicit, candicat, externa autem magis rubet. Alij musculi aliqua sui parte prorsus liuidi plumbei ve conspiciuntur: ut suræ [c] musculorum facilè maximus, qui pedem mouentium quartus recensebitur: deinde & nonnulli, ab ilium osse enati, & præcipuè [d] qui ex illis articulum proximè integit, femurq; mouentium tertius erit: [e] præterea & ex tibiæ motoribus aliquot, præcipuè autem septimus & octauus, ubi nonum tanquam in proprio sinu continent. Liuor iste musculis accidit, peculiaris ipsorum membranæ gratia: quæ interdum adeò crassa est, ut prorsus non uideatur pellucida. unde quum crassa neruea q; sit, & caro subtus rubeat, aut nigricet potius, facilè color ex nigro & albo permixtus consurgit. quamuis non idem carnis rubor in omnibus hominibus occurrat: uti sanè neque sanguinis, quo caro enutritur, natura eadem est. Porrò albam hanc musculi substantiam, quæ adhuc excarnis est, in sermonis contextu nerueam, quasi diceremus ligamentosam, appellabimus, hac uoce illam à carnea distinguentes: uerùm quæ in harum partium media est, non inopportunè liuida nobis uocabitur. Par etiam situs omnibus musculis non contigit: quoniam alij ad corporis habentur superficiem, cutiq; accumbunt, ut omnes ex carnea membrana constituti: & alij innumeri, quos ferè semper inter articulorum motores primos recensebo. Alij penitus reconditi delitescunt: ut in poplite latitans [f] musculus, pubis ossium foraminibus proximè [g] attensi, sub stomacho [h] latitantes. Alij rursus secundum membri longitudinem locantur, ut omnes in tibia repositi: illo tantum excepto, qui in poplite occultatur, obliquumq; situm sibi peculiariter uendicat: ut & [i] illi, qui radij mediæ propemodum longitudini inseruntur, proprijsq; radij motibus subseruiunt. Transuersim autem fertur, [k] qui iuxta brachiale locatus, radium in pronum mouet. Quin etiam diuersum musculorum situm, seu potius fibrarum ductum, abdominis musculi eleganter ostendunt: quum [l] alij obliquè deorsum in priora ferantur, [m] alij sursum oblique in priora, [n] alij rectà sursum, [o] alij prorsus orbiculatim, transuersimq;. Fibrarum genus omnibus ferè musculis unum duntaxat simplexq; est: nisi enim [p] musculo brachium pectori adducenti, & etiam illi qui [q] secundus inter scapulam mouentes est, duplex, & genarū labrorumq; [r] musculis multipliciùs adhuc fibrarum genus tribuerimus, singulis prorsus musculis unicum tantum fibrarum genus, musculorum ductui & formæ magna ex parte respondens ascribetur.

A foramini-bus.

A magnitudine.

A colore.

Nerueæ musculorū pars. Carneæ. Liuidæ. Differentia à situ.

A fibrarū genere.

[a] 13 ta. Π.
[b] 19 ta. ν. 11 ta. λ, μ, ξ.
[c] 10 ta. Θ.
[d] 10 ta. Γ.
[e] 9 tab. Λ. Δ.
[f] 9 tab. Π. 10 tab. Σ. 11 tab. Σ.
[g] 7 tab. Γ. 11 ta. Γ, G.
[i] 4 tab. Q, T.
[k] 11 ta. P.
[l] 6 ta. Θ, q.
[m] 7 ta. Δ. dein r, s, ac q.
[n] 1, 2 fig. cap. 49 M.
[o] 4 fi. cap. 49 N.
[p] Specta hunc in epitomes figuris, hic autē 8 tab. C.
[*] 3 tab. Y. in Θ. 4 ta. r in Π. 5 ta bu. β in γ.
[q] 5 ta. Θ. et 14 ta. Θ.
[r] 13 ta. Ξ. Π. Σ.
[s] 9 tab. Π. t 5 tab. Λ. u 6 ta. Π. x 13 ta. Ψ.
[y] 6, 7, 8 fi. cap. 21 V.
[z] 1, 4 fig. cap. 21 N. & 5 fi. O.
[a] 6 tab. Φ. b 4 ta. Ξ. c 13 ta. Ψ.
[d] 11 ta. Σ.
[e] Seriatim specta 5 ta bula Λ, Π, 4, 5.
[f] 14 ta. Γ.
[g] 16 ta. Π, G. 5 ta. Ψ.
[h] 6 ta. A, B.
[i] 7 ta. Q. 11 tab. m.
[k] 7 ta. X.
[l] 3 tab. Θ.
[m] 4 ta. Π.
[n] 5 ta. Δ.
[o] 6 ta. Δ.
[p] 3, 4 ta. Δ
[q] 9 tab. Γ, Δ.
[r] 3 tab. Γ, H, F. 4 tab. M, N.

unus inter tibiæ motores, qui à coxendicis ossis appendice enatus, suum caput diu neruosum obtinet, tibiamq; mouentium quintus mihi habebitur. Alijs uenter per uniuersum musculi corpus permanet: ut intercostalibus, & illi qui ad brachiale repositus, radium in pronum agit, & laryngis non paucis. Atque ita ali qui musculi uentrem ad ipsam usque insertionem seruant: ut nunc postremò commemorati. Aliorum uen
q 13 ta. Φ, ζ tres longè admodum ab insertione distant: ut q musculi illius, qui à femoris externo capite natus, in cal
cem tenuissimo longoq; tendine fertur: & illorum omnium, qui ex cubito tibia ve procedentes, digitorum
r 13 tab. Φ. motibus famulantur: & r eius qui membraneum tendinem, musculis secundùm femoris longitudinem
protensis obductum profert. Alij rursus geminum uentrem ostendunt: cuius generis musculi sunt, quos
paulo antè inferiorem maxillam deorsum trahere, & quos à scapulis in os υ referens pertinere dicebam.
s 5 tab. Δ. Deinde s recto abdominis musculo ex abundanti quædam transuersim ductæ impressiones insunt, quæ *Musculorũ*
Θ κ, λ, μ. illum musculum ita exornant, ac si pluribus efformaretur uentribus. Huiusmodi uerò impressiones, seu li- *impressiones.*
neamenta, & circunscriptiones, quas Græci περιγραφὰς uocauere, sunt ueluti albæ quædam lineæ, in musculi alicuius substantia impressæ: quarum quum frequens nobis mentio incidet, non abs re feceris, si has in re
t 8 tab. A, B. ctis musculis, atque ijs etiam t qui sub stomacho latitant, in musculorum tabulis intueri non grauaberis.
Quæ à tendinibus sumi possent differentiæ, ex commemoratis ferè etiam pendent. Quidam enim in ten- *A tendinibus.*
u 3 ta. I, H, F. dinem eneruationem ve prorsus non desinunt: ut labrorum u musculi, & x rectum intestinum & y uesi-
x 1 fi. cap. 49 M. cæ ceruicem ambientes, & laryngis omnes: illis tantum exceptis, z qui recto donantur situ, ac secundæ
cartilagini tertiam committunt: hi siquidem in insertione nerueum quid commonstrant. At non solum il-
y 4 fi. cap. 49 N. li, qui aliud præter os mouent, tendinibus destituuntur: uerùm (etiamsi secus in primo de Musculorum mo
z 6, 7 fig. cap. 21 P. tu, & alibi quoque Galenus sentiat) eorum quibus ossa mouentur, quàmplurimi tendinibus carent: neque
in insertione magis nerueum quid, quàm omnes musculi in suis uentribus commonstrant. Est autem eius
a 11 ta f. classis in manu, a qui pollicem indici proximè adducit: dein duo, b qui primum pollicis os inflectunt: ac
b 6 ta. κ, λ. c qui ad brachiale positus, radij motus in pronum autor est. Intercostales etiam musculi tendine priuan-
c 7 ta. X. tur: ut & ille grandis d musculus, qui à scapula ortus, octo superioribus thoracis costis inseritur: deinde e
d 7 tab. L. e 4 tab. d. is qui à clauicula in primã fertur costam. Atque ita etiam insignis f musculus, inter mouentes dorsum nõ
f 8 ta. Ξ. infimus, qui ab ilium osse in uertebras lumborum & infimam costam ducitur, flexionisq; dorsi autor est,
nullibi neruẽum quid (perinde ac dorsum mouentium alij permulti) ostendit. His accedit septum trans-
g 7 tab. o, p. uersum, in insertione nullibi nerueam substantiam exprimens, g præterquam ubi lumborum uertebris ex
porrigitur. Neque etiam in homine recti abdominis musculi, h ubi costarum cartilaginibus implantan-
h 4 tab. n. i 5 tab. ab t ad t. tur, tendinem commonstrant: ut i neque in simijs & canibus, quibus ad primam usque costam conscen-
dunt. At in illis, quà pectoris ossi exporriguntur, in medio ductu neruẽam naturam habent, ac si inter illos
prorsus reponendi essent, qui duos commonstrant uentres. Neque etiam complures musculi, in occipitij
os capitis motuum gratia inserti, tendinem magis in insertione, quàm in ipsorum uentre ostendunt præ-
k fi. ca. 11. ter alios sanè quam plurimos corporis musculos. Porrò alij musculi tendines habent, ut eorum qui aliud
l 3 tab. Θ. 4 tab. Π. quàm os mouent, k sex oculi musculi: septimus enim in neruẽam substantiam non desinit. Ex musculis
ossa mouentibus omnes qui ex cubito manum adeunt, tendinibus ornantur. Tendinum quidam lati mem
m 6 ta. Δ. n 6 ta. γ, δ. branei q; sunt: ut sex oculi musculorum tendines, & l obliquorum, & m transuersorum abdominis. Alij
o 13 ta. λ. omnino teretes: ut n qui ex cubito procedentes, digitos flectunt. Alij paulo minus toto teretes, & latio-
p 3 ta. k, l. res nonnihil, quàm profundiores: ut o tendo in calcem insertus, & p tendo in latum cessans tendinem,
q 7 tab. Γ. priusquam brachiale attingit. Et alij tendines breues sunt: ut q circumuertentium brachium musculo-
r 7 ta. Q. rum tendines, & radium mouentium, r qui circa mediam radij longitudinem insertionem moliuntur.
dein 12 tabul. Λ. Alij autem longissimos edunt tendines: ut s musculus ab externo femoris capite natus, & gracilem ten-
s 13 ta. Φ, ζ dinem, priusquam genu articulum prorsus superauit, educens. quin etiam is qui latum in manu educit ten-
dinem, & omnes qui ex cubito & tibia procedentes, digitorum motibus subseruiunt: & præter nonnullos
t 3 tab. Φ. u 8 tab. k. tibiæ insertos, is etiam, t qui ex ilium osse natus, in membranam omnibus femoris amplexantibus mu-
sculis obductam desinit, ac tibiæ ossi fibulæq; inseritur. Musculi qui tendines educunt, illos alicubi ab ex-
x 7 ta. cha rac. 1, 2, 3. & 8 ta. Δ. & 14 tab. β. et 15 ta. Lac e. tremo porrigunt: temporalis tamen, ex sui corporis medio tendinem emittere, Galeno in libris de Vsu par
tium dicitur. Quid autem hac de re sentiam, Capite de musculis maxillam inferiorem mouentibus scri-
bam. Priuatim etiam robustissimo tendini, ad tibię extensionem auxilianti, os ipsa nimirum patella u in-
nascitur: perinde ac breuibus x musculorum tendinibus, quorum beneficio secundum manus pollicis os,
& primum quatuor digitorum manus, & primum quinque pedis digitorum os flecti docebimus, quibus se-
y 1 fi. cap. 25 lib. 1 T, V, V. & 2 fi. ca. 33 li. 1 ψ, ω. samo comparata y ossicula peculiariter ad insertionem propemodum innascuntur. uti etiam alijs quibus-
dam tendinibus, reliquorum digitorum ossium flexioni præfectis, eius generis ossicula quædam inserta in-
natanq; audies. Sic & z tendo ex tibia inter fibulam calcemq; ductus, & sub cubiformi osse, priusquam in
z 2 fi. tab. 15 X. pedij os, quod pollicem sustinet, inseratur, protensus, quà sub illo osse reflectitur, instar ossis, durioris ve
cartilaginis indurescit, modicè ibidẽ dilatatus. Ad hæc, unus musculus plures emittit tẽdines, singulos qua
* 5 tab. Θ. 6 tab. Ξ. si ex priuatis sui uentris carnosis propaginibus educẽs: ut * qui in cubito locati, ad quatuor digitorũ manus
flexionem auxiliantur. Alij unum quidem educunt tendinem, at is postmodum in plures discinditur: ut
a 14 tabu. Ξ. dein θ. a musculi ex tibia enati tendo, qui in pedis planta, tertijs quatuor digitorum ossibus tendines exporrigit:
deinde b qui bicorni tendine in postbrachialis ossa inseritur, & ad brachialis extensionem iuuat. c Qui
b 11 ta. Λ. c 9 tab Z. autem indicem, medium & anularem manus extendit, in harum differentiarum medio consistit, is namque
neque plures educit tendines, neque etiam ipsius tendo in plures diuiditur, sed mediuum quid inter iam
d 14 tab. μ, ν, q. dictos commonstrat. Rursus plures musculi unum efficiunt tendinem: d tres enim suræ maximi, tendi-

nem

nem unum in calcem inserunt. Insuper & cubitum extendentes [e] musculi in unum coeunt, unamq; simul inserti onem efformant. [f] Præterea & tres tibiam extendentium maximi, in unum quoque tendinem, cui patellam innasci diximus, colliguntur. At de musculorum numero & concursu aliquid nunc subijciendum uenit: & si quid ex musculorum differentijs omissum sit, quum seorsum singulos percurram, in libri huius progressu explicabitur. Quemadmodum & hoc esse possit, musculos quosdam habere alios, qui suo motui opponuntur: ut flectentibus digitos opponuntur, qui eosdem extendunt. Sic qui caput inclinant, contrarios sortiuntur, qui idem rursus in posteriora releuant. At quidam, motus sui nullum habent cõtrarium. testium namque [g] musculis nulli, qui testes deorsum trahant, opponuntur. Neque etiam anum sursum [h] uellentes, qui eundem priuatim deorsum trahant, oppositos adipiscuntur. Vt neque etiam circulares illi, qui recti intestini finem, & uesicæ ceruicem amplexantur: & postmodum [i] musculi à nobis inuenti, qui laryngis operculum sursum atque in anteriora mouent, nullos quoque oppositi motus socios obtinent. Sic etiam à musculorum munere differentia pendet: quum alij rectis præsint motibus, ut qui quatuor & manus & pedis digitos extendunt. Alij duntaxat obliquis subministrant motibus, ut radij motores omnes. Alij utrunque motum præstant: si enim [k] musculus à pectoris osse & clauicula enatus, ac in mamillarem occipitij ossis processum insertus, qui in dextro est latere, una cum sinistro contrahitur, caput flexionem rectissimam experitur: si uero is solus, quiescente sinistro agit, caput sinistrorsum in anteriora circumuertitur.

A mutua musculorũ in officio oppositione.

A mittere.

e 13 tab. c,d,e.
f 8 tab. g, h,i, dein l.
g 22 fi. li. 5. ↓.
h fi. ca. 51 B. C.
i 2,3,4 fi. cap. 21 K.
k 4 ta. Θ.

MVSCVLORVM NVMERVM NON PROMPTE diffiniri. Caput IIII.

Alijs alium musculorũ numerũ propter fibras et motus statui.

ARDVVM difficileq; esse, musculorum numerum persequi, ac semel, quot uniuersi corporis sint, recensere, precedens Caput liquidò satis commonstrasse reor. non sanè quòd illum describere, prorsus impossibile sit: sed quòd uaria, eademq; non admodum absurda de musculorum numero unicuique possit esse sententia. Aliquis namque unum dicet esse musculum, [a] qui brachium pectori adducit, eo quòd nulla sui parte sibi non continuus contiguusq; sit. Alius uerò duorũ musculorum loco illum fortassis cẽsendum contendet, quòd omnes ipsius fibræ non parem ductum obseruent, ipseq; musculus utcunque contrarios motus obeat. Eius enim pars, cui clauicula, & media pectoris ossis pars, clauiculæ proxima, principium præbent, deorsum obliquè, uersus musculi in brachium insertionem, suas fibras porrigit, & brachium pectori elatius, quasi ad guttur clauiculamq; trahit. Inferior autem pars, quæ à reliqua pectoris ossis sede, & quibusdam costarum cartilaginibus enascitur, sursum obliquè ad brachium fibras dirigit, brachiũq; humiliori pectoris sedi adducit. Vtrisque autem musculi partibus in se collectis, brachium pectoris medio admouetur. Præterea ad hãc musculorum continuitatem, & unius instar partis circunscriptionem, & nullam, ut inter duos manus digitos, sectionem, sed diuersum fibrarum ductum, ac latum musculi principium, uariumq; eiusdem munus, non solum, quem nunc recensuimus, musculum quis referre potest: uerùm & illum, [b] quem scapulam mouentium secundum recensebo, qui continuus quidem est, attamen superiori sua parte sursum, uersus occipitium scapulam attrahit: inferiori uerò deorsum, uersus dorsum: media autem sede, aut utraq; ipsius parte, rectà retrorsum scapulam mouet. Dein huius musculi fibræ, supra scapulæ spinam conspicuæ, deorsum in exteriora feruntur: quæ autem sub scapulæ spina uidentur, sursum exteriora contendunt: uerùm nullæ interim decussatim se mutuò intersecant. Item [c] qui brachium attollit, unus quidem continuitate est: uerùm apud Anatomicorũ præcipuos non defuisse uidentur, qui duos hunc esse dicerent, unum à clauicula, alterum à scapula oriri contendentes, ac motibus, non autem continuitati animũ adhibentes. Quinetiã præter alios pleroſque his adnumerari possint, femoris motibus famulantes omnes, [d] qui triangulæ figuræ proximi sunt, & interim nullam disiunctionis aut incontinuitatis notã referunt: uerùm fibras ueluti ex latiori basi ad conum tendentes, & ideo non pari prorsus ductu delatas, sibi uendicant. Fibrarum etiam ductus diuersitas, alijs [e] quatuor intercostales musculos in uerarum costarũ interuallis constituit, propter diuersam illarum inter costarum ossa & cartilagines seriem, nihilominus tamen continuitas seruatur: unde etiam alijs duo tantummodo in toto interuallo recensentur. Sed & musculorum dorsum mouentium [f] quàmplurimi, uarium musculis ascribi numerum indicant: quum alius continuitatem perpendẽs, unum utrinque stomacho subiectum esse dicet: alius fibris & explantationibus implantationibusq; attendens, tot musculos recensebit, ex quot ossibus is enascitur, & in quot inseritur. alius non ossibus, sed quibusdam leuibus impressionibus inscriptionibusq; attendens, tot musculos enumerabit, quot inscriptiones uidebit, & multas ostendit fibras: & præterea in hominibus adeò uarias priuatorum musculorum descriptiones obtinet, ut id par quibusdam neutiquam duorum musculorum loco haberi possit, sed pluriũ, neque id quidem adhuc eodem numero omnibus. Cæterùm & musculorum capita numerum turbant. non enim dubito, [h] musculum à pectoris osse & clauicula enatum, ac postmodum in mamillarem temporis ossis processum insertum, duorum musculorum numero nonnullis Anatomicorum proceribus comprehensum fuisse, quòd eam principij partem, quam à pectoris osse educit, ab illa quæ à clauicula prodit, nonnihil diremptam putarint, quodq; una aliquantulum neruosior altera sit, etiamsi reliquo ductu musculos non separetur, neq; diuersam fibrarum naturam habeat. Pari etiam ratione certissmum est, non defuisse, qui [i] primum & secundum pedem mouentes musculos, à radicibus femoris capitum originem ducentes, seorsum singulos posuerint

Ab impressionibus.

A capitibus

a 3,4 tab. Δ.
b 9 tab. Γ. Δ.
c 4 ta. Δ. 10 tab. Δ. *et priuatim figura iudici 11 tabulæ inserta.*
d 9 ta. Π. 10 tab. Σ. 11 tab. Σ. 8 tab. Λ.
e 6 tab. V, X. dein 8 tabulæ E, E, *& interior pectoris sedes, humi illic posita.*
f 8 tab. A, B. 14 ta. O.
g 13 ta. A, B, C, D, E, F,
h 4 ta. Θ.
i 12 ta. Φ. dein Ψ. insuper. π, ρ.

k 5 ta. Δ. dein n,o. l 6 ta. Θ. dein m,n ac o.

fuerint esse duplices: quòd unam originis partem nerueam, alteram carneam, ut & [k] recti abdominis, proponant. Alij tamen eam originis diuersitatem non tanti, ut eius gratia musculorum numerus ipsis excresceret, fecerunt, & singulos unius loco habuerunt. At hoc postremum magis adhuc usuueniret, in anteriori cubitum flectentium [l] musculo: qui etsi nullis, quod sciam, duorum numero habitus fuit, duo tamen distincta nanciscitur capita, magis quàm nuper dictorum musculorum capita inuicem dirempta: quamuis in communem conueniant musculi uentrem, qui unicum tandem educit tendinem. adeò, ut ad capita respicientibus, non idem omnibus placitum fuerit. Quanquam id illis constitutum fuisse uidebatur, ut unum dicerent musculum, cuius capita in eundem musculi uentrem porriguntur, quod iam dictis fit musculis: at que plurium musculorum uice eos haberent, qui etsi in unum coeunt tendinem, uentribus tamen non con-

m 14 tab. n,o,q.

tinuantur. Quod exactissimè in suræ musculis obseruatum est, quum [m] musculos ualidum illum calcis tendinem constituentes, tot numero esse uolunt, quot uentres, qui tres uisuntur: duo nimirum à femore producti, quos etiam quatuor alijs enumeratos dixi: & tertius, qui pedem mouentium est quartus. Idem

n 5 ta. A. Π charact. 5.

quoque maximis tibiam extendentibus [n] musculi, septimo uidelicet, octauo & nono tibiam mouentium contingit: qui etsi unum tendinem tibiæ insertum unà producant, tamen quoniam uentribus non continuantur, plurium musculorum loco censentur. Cæterùm tendinum ratio talis est, ut omnes unum numerent musculum, qui uno enatus capite, unicum educit tendinem, etiamsi ille postmodũ in plures diuidatur:

o 14 ta. Ξ.

quemadmodum [o] musculo accidit, qui tertios quatuor digitorum pedis flectit articulos. Ita etiam musculus unum caput habens, & adhuc carneus, in plures tendines dissectus, qui eiusdem motus autores exi-

p 5 ta. Θ. q 6 ta. Ξ. r 6 tab. μ.

stunt, unius musculi loco comprehendebatur: quemadmodum [p] musculus quatuor manus digitorum secundos flectens articulos: & is etiam, [q] qui tertios inflectit: à quo nos illum suo distinguemus loco, [r] qui pollicis tertium internodium flectit, quòd is ab illo prorsus sit seiũctus: & si alibi fortè ipsi continuus cernatur, id obscurè admodum in primo tantũ est exortu. In dictorũ modò classe etiam ferè, præter aliquot alios

s 9 tab. Z.

musculos habetur, [s] qui indicem & medium atque anularẽ manifestè extendit. Verùm si tendines in diuersa specie ossa inserantur, dissectionum periti musculum, qui tendines educit, plurium musculorum numero

t 10, 11 tab. Ξ.

recensent. quemadmodum nonnulli [t] musculum, qui pollici duos tendines, & unum brachialis ossi pollicem sustinenti exporrigit, duorum loco enumerarunt, etiamsi omnes isti tendines ad euersionem faciant: pollicis quidem tendines, ad pollicis motum: brachialis autem, ad brachialis. Verùm tale quid in anterio

u 4 tab. Ψ, Ω.

ri tibiæ sede magis adhuc est [u] conspicuum: ad medium enim longitudinis tibiæ, à musculo quatuor pedis digitos extendente, carnosus educitur musculus, qui in pedij os minimo digito præpositum inseritur, ad pedisq; eleuationem interiora iuuat, quum digitorum interim tendines digitos extendant. Adeò ut alicui uideatur duos hic enumerandos esse musculos, alij uero unicum: prout hic exortus continuitati, ille uerò diuersis tendinibus, & in uaria ossa insertionibus, differentibusq; functionibus animum adhibuerit. Ne

x 4 tab. S, T.

que minorem in numero obscuritatem parit mutuus musculorum connexus. [x] Qui enim à pectoris ossis summo enati, in os [v] referens inseruntur, internis suis lateribus adeò inuicẽ adnectuntur, ut quis hos duos esse, alius autem unicum, non ineptè dixerit. Quod etiam illi commonstrant, [y] qui à circulari ani musculo enati, ueficæ meatum, ubi primùm sub penis corporibus exporrigi incipit, tãquam duo digiti, amplexantur. Numeri etiam musculorum obscuritatem auget eorundem concursus: ex quorum albo, si quis alius,

y 1, 2 fig. cap. 49 H, I ab M.

z 10 ta. Ψ. 11 ta. Ω, ρ.

[z] quartus tibiam mouentium profectò est, qui à coxendicis ossis appendice enatus, ualidus deorsum fertur: & ad medium longitudinis femoris nerueus factus, alteri carnosæ parti connascitur, cui femoris os initium præbet. Dein ambæ hæ partes, ea scilicet quæ à coxendice ducitur, & ea quam femori asscribimus, unum tendinem simul efformant, elatissimæ fibulæ parti robustissimè insertum: adeò ut & unum & duos musculos hunc recẽseri, nihil prohibeat, dummodò à uera descriptione non declinetur. Porrò & ad hunc

a 2 ta. O. P, Q, R. 11 tab. Θ, f, e. 12 ta. T, V, X. 13 ta. b, c, d.

uariarum partiũ concursum, [a] illi musculi referri possunt, qui cubiti extensionis habentur opifices: quum & tres & duo & unus, ante insertionem, tẽdinisq; productionem, connexus continuitatisq; ratione, enumerari poterunt. Vti & uario numero [b] decimum femur mouentium musculum haberi, nihil prohibet, propter carneas partes, quas sibi ueluti nouos musculos assumit, ad ipsius secundùm posteriorem coxendicis ossis sedem, reflexum: quos alius fortè à decimo, propter uarium exortum, numero seiunget: alius, quòd

b 16 ta. F, G, H. dein 12 ta. α, β, γ. et 13 ta. r, s, t, x, y, κ.

simul cum decimo concurrant, & ante insertionem, totiusq; tendinis productionem decimo cõnascantur, uniantur ve, hos cum reliqua decimi musculi portione, unius tantum loco recensebit. Atque hinc fit, ut toto sermonis progressu accuratè mihi de musculorum numero ueniat constituendum, ad quos iam tempestiuum est accedere, ne prolixiùs in generali musculorum explicatione hæsisse uidear. Cæterùm ne quid obscuritatis sequens pariat oratio, & præcipuè quum cutis motores pertractaturus sum, aut quoties crebra carnosæ membranæ mentio incidet, nunc cutis & membranæ eius naturam prosequar.

A *tendinibus.*

A *mutuo cõnexu.*

A *concursu.*

DE

pec-

DE CVTE, CVTICVLA, ET MEMBRANA PER VNIVERSVM CORPVS cuti subiecta, præterea & adipe inter cutem membranamq; illam repositio. Caput V.

PARTES hoc Capite describendæ, vigesima quinti libri figura utcunque exprimuntur, iuxta renis situm: dein & in vigesimaquinta figura eiusdem libri, iuxta dextram mamillam.

CVTIS *quid.*

CVTIS, omnium corporis partium est indumentum, corpori instar natiui tegumenti obductum, non duntaxat omnium hominis partium, sed uniuersæ substantiæ, quam generationi & corruptioni subiectam scimus, duritie mollitieq; media. Est enim cutis, ueluti sanguine præditus neruus, ac inter neruum musculorumq; carnem quiddam planè medium, perinde ac si ex mixtis utriusque constitueretur. Hæc in homine, Herodoto ἀνθρωπίνη aut ἀνθρωπείη dicta, boum & equorum tergoribus, ex quibus coria adaptantur, respondet, & non pari ratione omnibus subiectis ipsi partibus adhæret, cõnectiturq;. Secus enim in manus uola & pedis planta subditis partibus adnascitur: aliter rursus in fronte sibi subditæ musculosæ substantiæ, & aliter in labris, palpebris, auribus, naso, ano, ac pudendo, quam fere per uniuersum corpus, substratis partibus cutis committitur, ac inter secandum, diuersa ratione à subditis aufertur. Deinde in omnes cutis regiones non æqualis est neruorum distributio, nec cutis etiam undecunq; eadem crassities: internæ enim manuum cuti, plurimæ neruorum fibræ porriguntur, uerticis uerò cuti pauciſsimæ. Quinetiam faciei cutis mollior & tenuior, uerticis autem & plantæ pedum durior uisitur. Quæ internam manus sedem inuestit (nisi labore callosior euaserit) exquisitisimè in duritie mollitieq; inter reliquam cutem, & omnia prorsus corpora, media est, quàm proximè æquali ad pondus temperamento accedens. Vtcunque uerò sit, cutis homini pro magnitudine corporis tenuior, quàm animantibus quadrupedibus obtigit: quanquam etiam homini profectò in uertice, dorso, cruribus, & pedis planta, crassa sit admodum, sed non omnibus æqualiter. Quinetiam aliæ cutis partes prorsus immobiles sunt, & circumactu difficiles: ut uolæ & plantæ cutis. aliæ uersatiles quidem sunt, sed nullo aguntur motu uoluntario: ut tota corporis cutis, ea excepta quæ mouetur, ut est frontis & faciei uniuersa, & quæ anteriorem colli sedem lateraq; complectitur. Atque hæc motu participat, aut proprijs in hoc famulantibus musculis, ut cutis frontis, colli, genarum & labrorum: aut uicinæ ipsius cutis gratia, ut malarum cutis, quæ musculis destituta, simul cum proxima ipsi cute (at obscurè interim) mouetur. Quòd quidem alia cutis sedes pilosa sit, ut uerticis, axillarum, pudendorum, in uiris mẽti: alia autem penitus pilis orbata, ut palmæ & plantæ cutis, omnibus cõspicuum esse arbitror. Quemadmodum neminem latere scio, cutem maximam totius corporis partem esse, perpetuo contextu efformatam: nisi quòd tenuibus foraminulis, ad fuliginosorum excrementorum propulsionem, & pilorum generationem paratis, peruia sit: atque etiam in palpebris, naso, auribus, ore, ano, pudendo, & ubi unguibus uiam præbet, interpellitur, perforataq; conspicitur. Ad hæc, ex cætera cutis regione, interna manus cutis (ut & pedis plantam inuestiens) maximè continua, minimeq; perforata uisitur: quod & nuper natorum cuti aliquibus asscribere libuit. Cuti alia tenuis, & prorsus exanguis cuticula obducitur, propemodum ceparum tenuioribus ac pellucidis respondẽs inuolucris: nisi quòd alicubi, & præsertim in uola, & pedis planta, crassior duriorq; occurrit. Hanc quum cutis (quæ Δέρμα Græcis uocatur) uelut quædam efflorescentia sit, αἰθαιδορμίδα illi appellant. Quod si aliquando attritu in scabie, aut in uulneribus, ex unguentorum applicatione, aut ignis admotione, aut feruentis aquæ infusione, aut ex longo itinere auferatur, & interdum uesiculæ ac papulæ instar à cute abscedat, promptissimè, aliterq; ac uera cutis renascitur, quæ sola sanguinis & uitalis spiritus compos est, ob quod uenarum arteriarumq; alicubi, & neruorum tenuissimæ partes, finesq; ad eam confluunt, ipsamq; simul concretæ quibusdam efformare creduntur. Neque sanè audiendus est Aristoteles, cutem sensu destituens, non secus, quàm si carnis cuti subditæ duntaxat beneficio tactus sensus perficeretur: quum cuti proprios, certaq; serie neruos exporrigi, ex Anatome discamus, illi præcipuè, quæ in facie est, ac brachio, cubito & manu, deinde & cruribus & pedibus. Per reliquum autem corpus, etiamsi non ordinata serie nerui ad cutem deducantur, attamen complures in illam desinunt, sub ipsaq;, & potissimùm ad thoracis latera exporriguntur, membrana cuti subdita (ut & uenæ ipsæ) suffulti: quemadmodum etiam in quarto libro, qui neruis dedicabitur, enarraturus sum explicatius. Atque ita musculorum (quos carnem Aristoteles appellabat) gratia, cutis nequaquam sentit: uerùm, uti diximus, propriorum neruorum occasione. Et quamuis uerticis cutis obscuriori sensu sit prædita, attamen sentit, utcunque etiam incommodissimum Naturæ fuerit, sursum ad uerticem neruos distribuere, ipsaq; etiam cutis hic non admodum sensu indiguerit. Deinde quis non quotidiana experientia edoctus, cutem à subditis musculis, aut ossibus quoque auulsam, & postmodum scalpello ictam, unguibusq; compressam, sentire non didicit? Neque est, quod Aristotelis sectatorum quispiam hic nescio quam Terrestreitatem mihi astruat: quum nerui à dorsali medulla (& potissimùm humiliori ipsius sede) enati, ipsa cute duriores sint, & his adhuc ipsi tendines, quos potissimùm facilè affici, nemo inficiatur. Imo si non minus rationi, quàm experientiæ simul fides habenda erit, ausim asserere, musculorum uentres quamplurimos (ut quorundam femur amplexantium) obtusius quàm ipsam faciei manusq; cutem affici. Atque etiam mihi ridendi uidentur, qui cutem ob hoc sentire posse auersantur, quòd nullum hic fit medium: quasi uerò etiam neruum proprijs membranis prorsus denudatum, aut etiam in medio diuisum, grauissimè cruciari non uideremus, quoties ipsius denudatæ substantiæ acriores pulueres insperguntur. Et si medium etiam præter rationem in tactus sensu ridiculè desideraremus, non ne in promptu est ipsa cuticula cuti obnata, & interim (ut putamus) sensu priuata? At nunc membranam quoque aggrediamur, cuti

A connexu.

A neruorũ copia.

A mollitie.

A motu.

A pilis.

A foraminibus.

CVTICVLA *quid.*

Cuti uenas & arterias ac neruos porrigi, ipsamq; sensus esse compotem. Libr. 2. de Anima, ca. 11.

CARNOSA *membrana.*

per

per uniuersum corpus subditam, quæ cuticula longè robustior crassiorq; est, & fibris quibusdam his raris, qui substernuntur illi musculis adhæret, cuti uerò pertinacius committitur. Siquidem quamplurimæ uenæ, & pauciſsimæ tenuiſsimæq; arteriæ, cutem nutrientes, & neruorum propagines, cuti sensum communicantes, hũc membranam transeunt, ipsæq; inter cutem & illam prorepentes, hac suffulciuntur, membranamq; cuti copulant, præter continuam quandam, sibiq; proximam fibrarum membranearum seriem, cuius etiam beneficio membrana ualidiſsimè cuti connascitur. Hæc non eandem in uniuerso corpore crassitiem obtinet: uerùm quibusdam corporis sedibus, carnosis fibris adaugetur: & crassior reddita, adeò carnosa effici tur, ut musculi nomine donetur. Huiusmodi regio in tota [a] colli amplitudine habetur, & in [b] fronte, & in reliqua propemodum facie: quibusdam autem animalibus undecunque ferè carnosis oppletur fibris, & præsertim illis quæ totius corporis cutem (ut nos frontis) mouent. Audio & homines fuisse, qui in thoracis regione, & alibi etiam in corpore cutem mouere ualuerint, quibus proculdubio membrana hæc, similis equorum asinorumq; carnosis membranis contigit. Porrò huic membranæ, quam aliarum membranarum nomine ὑμένα Græci appellant, non perperàm uocem Carnosa adiectam arbitror, quum inter reliquas corporis membranas hæc sola propemodum carnosa appareat, uereq; talis censenda sit. Quod Arabes paulo exactiùs perpendentes, primi omnium, quod sciam, hanc membranam Carnosam appellauisse uidentur. Atque id sanè penitius huius nostræ ætatis medicorum præcipuis indagandum fuerat, qui panniculum carnosum, à Barbaris quibusdam non malè mehercules eo nomine appellatum, octo abdominis musculos esse contendunt, & contra Galeni sententiam, ac rei ueritatem, cuti membranam in uniuerso corpore, & in ipso demum abdomine (de quo duntaxat sapere uidentur) subtendi inficiantur. Alij, etsi per uniuersum corpus à me hanc membranam demonstrari conspexerint, adeò ineptiunt, ut hanc non fateantur eam esse, cuius Galenus tum alibi sæpius, tum in tertio de Administrandis sectionibus meminit, eo quòd ego adipem inter cutem & hanc membranam ostendo, sæpe trium etiam digitorum crassitudine: quodq; hominis membrana tantum à cute semper abscedat, quanta adipis est crassities. Debebant profectò eiusmodi Naturæ & ueritatis hostes perpendere, Galenum de suis simijs, non autem hominibus locutum, quibus nullus adeps inter membranam & cutem interuenit: ipsaq; membrana non fibris duntaxat cuti continuatur sed prorsus undique citra alterius corporis interuentum ipsi contigua est. Vnde etiam non adeò arduum est, in homine cutem solam illæsa membrana diuidere, ac in simijs, canibus, & illis animalibus, ex quibus Galenus Anatomen descripsit. Huic membranæ ea parte, qua musculorum proprias respicit membranas, lentor ille mucosus, quem cuti Aristoteles tribuit, obducitur, ob hoc fortasis, ne ipsa subiectorum musculorum motum præpediat. Membranis enim omnibus, quæ corpus, quod situm locumq; aliquando mutat, cõtinent, ambiunt ve, mucoso quodam lentoq; humore, quà corpus id respiciunt, oblini, commune habetur. Sunt itaque tria, uniuersum hominis corpus perpetuò cingentia: cuticula nimirum, cutis, & membrana hæc carnosa. quibus & quartum accedit, ipsa uidelicet pinguedo, seu adeps, πιμελὴ Græcis nuncupatus: qui, nisi extremè homo emacietur, undique propemodum inter cutem, & quam nuper diximus membranam, copiosissimè continetur. Ex uenis enim compluribus, & arterijs (si quæ reperiantur) membranam perreptantibus, atque inter illam cutemq; propagatis, plurimus sanguis resudat, membranæ frigiditate, calorisque inopia, in adipem, seu pinguedinem, aut ut alij etiam in cornutis animalibus uocant, axungiam degenerans. Est namque hæc adipis ad uniuersi corporis membranas, ligamenta, & (ut semel dicam) ad omnia sanguine indiga, frigidaq; corpora, generationis ratio: uidelicet quòd ex uenis emanans sanguis, frigoris ui congeletur, illisq; adhæreat corporibus. Verùm interim à Natura cautum est accuratissimè, ne adeps nascatur, ubi noxia inutilis ve esse possit. Non enim Natura adipem cerebri membranis obduxit, non testium inuolucris, non internæ sedi cordis inuolucri, quamuis tamẽ cor hac non destituerit: non internæ ligamentorum sedi, quæ tendinibus transuersim obuoluuntur: neque etiam palpebrarum, aut frontis, aut penis cuti adipem subiecit, neque etiam adeò multum manus pedisq; externæ sedi. quemadmodum profectò copiosissimum clunibus obduxit, ut illi adipe, puluinaris uice uterentur. Adeps humidis frigidisq; animantibus (ex quorum numero homo & porcus sunt) plurimus colligitur: siccis uerò & calidis nullus, aut perquàm exiguus: ut leonibus, & canibus uenaticis, ipsiq; etiam simię. Quanquam præter hominem, & porcũ & ericium, nunquã aliud terrestre occurrerit quadrupes, quod inter cutẽ & carneã membranam, adipem nanciscitur, utcunq; etiam aliàs oues & glires illi subinde reperiantur præpingues. Albet autem adeps, etsi in omnibus animalibus non æquè, & in homine minus adhuc quàm in cæteris omnibus, quòd membranæ, cutisq;, & alia, quibus adhæret, corpora, alba, & non carnis modo rubra sint: omnia enim quæ in nostro corpore ab aliquo emutantur, mutantis alterantisque colorem quàm possunt proximè etiam sortiuntur. Et ridiculum prorsus est, ob hoc adipem album arbitrari, quòd aereæ substantiæ compos sit: quum osse, & cartilagine, & ligamento, & tendinibus uix aliquid candidius occurrat, quibus nihil æquè terreum in corpore reperias. Adipi inter cutem membranamq; collecto, eum usum asscribere possumus, quem uesti tribuimus: ut corpus scilicet calefaciat frigoris tempore, & si Soli homo exponatur, uestis quoque modo refrigeret, calorem, quo minus penetret, inhibens. Atque tam leuis est adipis usus, ut homini necessariam corporis partem aut substantiam nequaquam deesse putemus, si adipe fortasis destituatur.

Vnde etiam haud mirum est, nuper natos pueros, aliorumq; animalium fœtus, nihil adipis, quibusuis etiam membranis attensum adnatum ve ostendere.

[a] 3 tab. T.
[b] 3 tab. A. ac in eius tabula facie.

Præsens membrana cur carnosa dicatur.

Ex Auicenna Hebræo. קרום בשרי גבולגולת עו קדמי *cherem hamechase ha gulgholoth, aut hachedera.*

Panniculus carnosus.

ADEPS, *seu pinguedo.*

Vbi adeps copiosior sit.

Quibus animalibus adipis copia.

Adipis usus

QVI CVTICVLAE, CVTIS, ADIPIS, ET CARNOSAE MEMBRANAE natura per ſectionem obſeruari debeat. Caput VI.

Qui muſculorum ſecãdi ratio ipſorum intercicietur hiſtoriæ.

VTI præcedente libro, poſtquam oſsium cartilaginumq; hiſtoriam abſolui, rationem mo dumq; tradidi, quo quis hæc ad diſciplinam opportunè ſibi parare queat: ita quoque hoc libro, omnium quæ ſeriatim tradentur, ſecandi artificium poſt cuiuſque enarrationem ſic ſubiungam, ut quis in uno corpore omnem muſculorum ac ligamentorum diſſectionem rectè aggreſſurus, & ordine abſoluturus eſt. Vnde etiam alia modò muſculorum de ſcribendorum tradendorum ve ſeries, quàm in mea horum librorum Epitome, nonnunquam incidet, in qua uiciniæ potius quàm ſectionis rationem in ordine digerendo habuimus: adeò ut uarijs ſcopis, uarij præfigantur ordines. Quanquam & hic fortè uicinitatis rationem habuiſſem muſculorumq; ſecandi modum ad libri calcem ueluti uno quopiam Capite, unaq; ſerie reieciſſem: niſi is longior omnino eſſet, & ſubinde aliquid ad muſculorum hiſtoriam pertinens contineret, quod alioquin in ipſorum deſcriptionibus fuiſſet complectendum, ne dicam Galeno (qui in muſculorum quàm in aliarum corporis partium hiſtoria prolixior & diligentior eſt) intelligendo, nos debere aliquando accommodare. Varius itaque in eodem libro ordo non tantum eſſet ineptus ac incommodus, uerùm inſuper prolixitatem fruſtra augeret. Vtcunque interim per me licebit unicuique mea Capita lectione ſuo arbitratu tranſponere, qui eos quoque ferre cogar, qui ne per ſomnium quidem in ſectionibus exercitati, & aliorum laboribus quouis tandem prætextu ſibi uindicandis dediti, ac denique aureã quandam mediocritatem ſe aſſecutos arbitrati, meos conatus & uigilias in epitomen, aut diſpendium potius aliquod turpiter concinnabunt, peſtilentiq; fuco ſtudioſis imponent: nuncq; mihi profectò autores ſunt, ut præter animi ſententiam ſubinde breuitati ſtudere, ab ijſq; non ſemel, quæ alioquin utiliſsima forent, me temperare cogar. Ea igi-

Cutis admiſtratio.

tur ratione, quam modò præſtantiorem ducimus, partium præcedente Capite traditarum anatomen auſpicaturus, nouacula acutiori, in abdomine, aut quacunque uiſum fuerit corporis parte, adipe non deſtituta, incides, tam leuiter ac moderatè cuti nouaculam admouens, ut ſolam ipſam, illæſa interim carnea membrana, diuidas. Quod ſine negotio in homine facies, & præcipuè pinguiori: quum ſubinde, & potiſsium in mulieribus, adipis craſsities duorum digitorum latitudinem in thorace & abdomine ſuperet: in coxis autem ac clunibus etiam palmæ latitudinem, in mulieribus non extremè etiam obeſis uincere, in publicis ſectionibus uiderimus. Ac proinde ſectiones ducendæ ſunt eo accuratiùs, quo macilentius obtigerit corpus. Deinde etiam conandum eſt, ut hanc ſectionem citra negocium obire aſſueſcas, cum propter muſculos ex carnea membrana conformatos, tum ad diſcendas neruorum uernarumq; ſeries, inter cutem membranamq; hanc ſparſas. Poſtquam igitur cutem ad adipem uſque (non tacta interim carnea membrana) diſſecueris, hamulo aut unguibus, in aliquo ex ſectionibus angulo cutem attolles: & diligenter tranſuerſis acutiori nouacula ad cutem ductis ſectionibus, cutem ab adipe, quouſque libuerit, ſeparabis. Cuti deinde reflexæ ardentem candelam admouebis, ut cuticula ignis ui ueſiculę inſtar abſcedat, ſeorſimq; cutem & cuticulam intuearis. Dum uerò cutem ab adipe liberas, neruulos indagare conuenit, & uenas, quæ ſuper membranam in adipe prorepentes, cutem adeunt: deinde ipſa quoque membrana, fibris illis frequentibus cuti commiſſa, ſedulò inſpicienda eſt. Iam ſi obeſum ad manum ſit cadauer, adipem à membrana liberare contendito: quod eadem prorſus ratione, qua cutem ab adipe ſeiungebas, pręſtandum eſt. Caudumq;;, ne membrana oſcitanter cum adipe auferatur: in quo Galenum ſecuti Anatomici aberrarunt, eam membranam in homine reperiri inficiantes, hacq; potiſsimùm occaſione neceſſariò ignorantes muſculos, ex carnea membrana conſtitutos, & per illam exporrectas uenas & neruos. Ablato adipe, leuem ſectionem tranſuerſum hinc inde actis, aut buxeo cultello, aut ſi uoles, nouacula, illam à ſubditis partibus ſeparabis: aliamq; membranæ à cute ſeparationem eſſe diſces, quàm membranæ ab illis quibus incumbit corporibus auulſionem, quam Herophilus διάρσιν nuncupauit. Hæc enim factu facilis eſt, ocyusq; perficitur, illi operationi penitus reſpondens, qua bobus, uitulis, ouibus, leporibus cutem citra negocium auferri uidemus: imò auulſio hæc adeò prompta eſt, ut ſolo flatu hœdis, agnis, & etiam iunioribus uitulis, membranam hanc cum cute à ſubditis corporibus ſeparari indies cernamus. Verùm cutis ab adipe aut à membrana ſeparatio, non niſi frequentiſsimis ſectionibus, acutiſsimisq; nouaculis, longoq; ſpacio cõpletur. Quod etiam & lanij nos docent, quoties ſub axilis cutem auferre conantur, carnoſam membranam, corpori bouis adnexam (ne mium carnis auferant) relinquentes. Neque iſta tantum apud lanios diſcuntur, uerùm etiam cuticulæ natura, quum lanij obuſtos prius porcos deradunt: aut potius, quum calidæ aquæ ipſos immergentes, unà cum cuticula pilos deſcalpunt.

Cuticula Adipis.

Carnoſæ membranæ.

Diſcrimen ſectionis inter cutem et carnoſã mẽbranam, & dein inter carnoſam et ſubditos illi muſculos.

DE MVSCVLOSA FRONTIS CVTEM MOVENTE SVBSTANTIA Cap. VII.

CARNEAM membranam, quæ uniuerſæ cuti ſubijcitur, quibuſdam corporis ſedibus carneis fibris augeri, & alicubi in muſculi naturam degenerare, prius commemoraui. Nunc autem pertractabitur, cur & quo nam pacto id ſub frontis cute accidat, quam προμετωπίδιον Græci uocant: quemadmodum & inſinuatas illi lineas, σολίδας & ἀμφυγὰς appellant. Vt itaque ſupercilia attollantur, & interdum demiſſa, oculi ſedem anguſtam reddãt, ipſamq;

ipſamq́; corrugata muniant,frontis cutis uniuerſa,quæ depilis eſt,ſimul cum naſi cute,motu uoluntario op portunè agitur:quod carnoſæ membranæ,totius frontis & naſi cuti ſubtenſæ, fit beneficio: [a] hæc namq; carneis fibris augetur quàmplurimis,& muſculoſa reddita,plures neruorum propagines mutuatur. Deinde frontis naſiq́; cuti membrana hæc tenacius,& citra adipis alicuius, aut perquàm modici interuentum connaſcitur,quàm per reliquum corpus cuti adnecti conſueuit.Quod etiam alijs impoſuit Anatomicis,arbitrantibus frontis cutem,carnoſam muſculoſamq́; ſubſtantiam eſſe:quum cutis non magis hic, quàm alibi,carniformi ſubſtantia donetur,ſed duntaxat præſens membrana carnoſior reddatur, cuti ipſi (quemadmodum iam diximus) pertinacius,quàm in abdomine,aut dorſo,aut cruribus connata,haud ſecus,quàm ſi membrana unum corpus cum cute eſſet efformatura:quandoquidem ſic rectè idem motus amborum,mẽbranæ ſcilicet & cutis perficitur.Porrò huius muſculoſæ compaginis fibræ, mutuò ad latera accumbentes, à naſi ſummo uſque ad mediam frontis ſedem (quæ inter primas capillorum rádices & ſupercilia conſiſtit) & ad huius quoque loci latera,carnoſiores uiſuntur,omnes ſurſum recto tramite procurrentes, ſi modò interim perquàm raras exceperis,obliquo ductu exporrectas. Atque hæc ſanè recta fibrarum ſeries, non perfunctoriè à medicis uenit perpendenda,ne in fronte tranſuerſas potius, quàm rectas moliantur ſectiones. Accidit enim,quum tranſuerſim quandoque ſectionem inibi,& maximè iuxta ſupercilia, ubi carnoſiores eſſe fibras dixi,aliquis tentat,ad palpebrarum radices,tum ſupercilia,tum contiguam ipſis cutem deorſum ita conuolui,& oculos,quibus incumbunt,aggrauare,ut neque aperiri ex ſententia queant, neq; liberè ſuo munere fungi.

a Hanc nõ aliter quàm in 3 tabulæ fronte delineate licuit ad A.

Frontis muſculoſa ſubſtantia.

Fibrarum in fronte ſeries.

In fronte tranſuerſas ſectiones nõ tentandas.

MVSCVLOSAE FRONTIS SVBSTANTIAE ADMINISTRATIO. Caput VIII.

[a 3 tab.A.] DESCRIPTAE modò muſculoſæ [a] ſubſtantiæ adminiſtratio, duplex tibi erit. Vna quidem,qua ſimul cum carnoſa membrana cutem à membrana caluariam cingente auferes. Altera autem,qua cutem à muſculoſa ſubſtantia ſeparabis,carneam membranam capiti affixam relinquens. Vt uerò utranque in uno cadauere ex ſententia perficias, detonſis crinibus,à uertice rectà per frontem & ſuperciliorum medium, ad naſi uſque extremum,ſectionem nouacula per cutem duces:deinde aliam in ſincipite, ſecundùm coronalis futuræ ductum,ad tempora & aurium radices uſque moliere.Ductis ſectionibus,in altero latere,hamulo,aut ſummis digitis,cutis propter ſectionum angulos (qui in elatiſsima frontis ſede, & ipſo ferè uertice erunt) eleuanda eſt,ac ſimul cum carnea membrana ad ſupercilia uſque auellenda, eodem prorſus modo,quo carneam membranam à ſubditis muſculis ſeparari,ſuperiùs relatum eſt.At in alio latere,uarias eaſdemq́; tranſuerſas ſectiones experieris:donec relicta ad caluariam carnea membrana,cutem commodè ab ipſa,ad ſupercilia uſque adimas,iam in palpebrarum [b] muſculos incidens. Neque id tam factu arduum eſt,atque alij uidentur innuere diſſectionis proceres:quum,uti antea teſtatus ſum, membrana non eo pacto cuti connaſcatur,ut unum prorſus ex ambobus ſimul confuſis corpus conſurgat.


Duplex adminiſtratio

Prior.

Poſterior.

[b 3 ta. C, D.]

DE MVSCVLIS PALPEBRARVM. Caput IX.



QVAMVIS tertia muſculorum tabula,ad characteres C, D, E, hos muſculos utcunque exprimat,hic tamen iſtam peculiarem locauimus figuram,in qua A primum indicat palpebræ muſculum: b uerò & C muſculi illius principium. D autem ſecundum muſculum inſinuat,cuius initium e notatur. Mutuus uerò duorum muſculorum connexus, F inſignitur.

PALPEBRAM utranque,tam inferiorem,quàm ſuperiorem,efformat membrana,quæ à caluariam ſuccingente membrana principium ducit, & unum continuum cum adhærente alba ve oculi [a] tunica corpus exiſtit,deinde & cutis quoque cum carnea membrana. Atque hæc ſimul ad palpebrarum fines,& ubi [b] cartilago cilia erigens, & tarſus dicta,conſiſtit firmiſsimè uniuntur. Per reliquam uerò palpebrarum regionem, cutis carnoſæ membranæ,ut in cæteris ferè omnibus corporis partibus,quod ad connexum attinet,committitur: at nullus interim adeps,ſed unctuoſus duntaxat quidam humor, inter cutem membranamq́; iacet. In ſuperiori quoque palpebra,ſecundùm uniuerſam ipſius amplitudinem ex abundanti, carnea membrana muſculoſis adaugetur fibris,ac uelut duos efficit muſculos, in medio cutis & eius membranæ,quam adhærenti oculi tunicæ continuam eſſe diximus,repoſitos. Moueri enim oportebat ex noſtro arbitratu ſuperiorem palpebram,alioqui in nullũ uſum nobis accommodaturam. Etenim fruſtra palpebras Natura largiretur,ſi aliquando extrinſecus illato,uerſus hominis oculos, ſcarabæorum & cancrorum oculis longè molliores,quod percuſſurum ipſos & læſurum eſſet, ex noſtro arbitratu eas non clauderemus. Duos itaque tenues,latos,membraneos, ac ſubſtantia propemodum omni ex parte ſibi ſimiles muſculos Natura produxit,unum in maiori oculi ponens angulo,alterum in minori. [c] Qui portionem maioris anguli occupat,ex media anguli ſede ad naſi latus incipit,ſuo principio etiam ſuperciliorum partem naſo proximam contingens.Huius finis amplus,quemadmodum totus etiam muſculus, cartilagini, in quam pili firmantur,applantatur,mediam ipſius ſedem,quæ maiorem reſpicit angulum, uniuerſam occupans. [d] Alter uerò muſculus totum minorem angulum amplectitur,ductum quodammodo ſemicircularem obtinens.A

[a 18 fi. ca. 14 li. 7 Acu. b fi. ca. 35 lib. 1.]

Palpebrarũ conſtitutio.

Duo palpebræ muſculi

Superiorem palpebram cur moueri oportuerit.

[c A. deinc, b. et 3 tabu. C.]

Vnus muſculus.

[d D. deinde. & 3 ta. D.]

Alter.

medio namque inferioris palpebræ exortus,per minorem angulum circunducitur, & in ſuperiorem palpebram aſcendens,in reliquam cartilaginis dimidiam ſedem ſeſe inſerit:priorique; muſculo, non ad cartilaginem tantùm,ſed etiam per reliquam ſuperioris palpebræ longitudinem ita [e] committitur, ut niſi fibris ambos diſtinxeris,uterque unus eſſe apparebit.Fibræ enim ſecundi,noſtro C, palpebra ſurſum ducta, reſpondent:ea autem conniuente,acutum magis efficiunt angulum.Prioris uerò muſculi fibræ, minus obliquæ conſpiciuntur,& uelut ex duplici ducuntur principio: [f] nimirum ex angulo maiori, [g] & ſupercilij parte naſo contermina.Muſculus iſte ſuperiorem palpebram attollit,ſecundus uerò eam deorſum agit.Simul namque ſemper attrahitur,tam altera tarſi pars,cui contractus muſculus non implantatur,quàm reliqua:idq; tarſi,cui muſculi inſeruntur cartilagineæ conſtitutionis,beneficio. ſi namque is eſſet membranoſus,uel carnoſus,uel quomodocunque libet (ut reliqua palpebræ ſedes) mollis,præterquàm quòd cilia non reſeruaret erecta,attractam ex muſculi collectione partem reliqua haudquaquam ſequeretur.Quemadmodum enim ſi baculum aliquem obliquum & retortum,utra uoles parte apprehenſum, attraxeris,ſe totus ſequitur:pari modo tarſus nunc utrunque etiam muſculum uniuerſus alternatim ſequitur. Quod uerò palpebræ motus,eodem ritu,quo reliqui totius corporis motus,qui oppoſitis perficiuntur muſculis, celebrentur, omnibus conſpicuum eſſe debet,uno ſcilicet muſculo in ſe contracto, altero uerò à propria functione quieſcente,& longiore reddito,laxatoq;.Si enim uterque muſculus conuelleretur, & ad ſeipſum ſibi continuam tarſi partem alliceret,ſurſum quidem pars eius,quæ magnum reſpicit angulum, reuelleretur,deorſum autem traheretur ea quæ paruo uicinior eſt:ac ita nō magis aperiretur oculus, quàm clauderetur:eaq; uideretur palpebra,quam in Præſagiorum libris retortam uocauit Hippocrates. Cuius ſanè oraculi gratia non oſcitanter palpebrarum muſculos à ſtudioſis obſeruari uelim: eſt enim, ut omnium propemodum in facie motuum,eorum quoque ſpeculatio ardua.Quod uel Galenus facilè atteſtatur,qui in libris de Affectorum locorum cognitione,tres palpebræ muſculos ſecus atque alibi recenſuit.Duos enim illos,quos iam enumeraui,innuit palpebram deorſum trahere:& tertium à fronte natum, ductus palpebræ ad ſuperiora autorem ponit Neque adeò adhuc palpebrarum motus admirandus uenit,atque pelliculæ illius, quàm in auibus & teſtudinibus,alijsq; plurimis animalibus,ex maiore oculi angulo,quoties oculus conniuet, toti oculo obduci conſpicimus,& quæ aperto oculo,rurſus ad maiorem oculi angulum collecta, quid ſimile commonſtrat,noſtræ [h] caruncułæ,in maiore oculi angulo repoſitæ. Quæ itaque ad ſuperioris palpebræ motum pertinent,ſic ſe habent,inferiori interim palpebra optimis rationibus & minori & immobili.

e F. & tab. E.

f b.

g C.

Cur tarſus perinde ac reliqua palpebra non eſt mollis.

Difficilem eſſe palpebras mouentium muſculorum cognitionem.

Inferior palpebram mobilis.

h 19 ſigu. cap. 14 lib. 7 λ.

MVSCVLORVM PALPEBRAS MOVENTIVM ADminiſtratio. Caput X.

MVSCVLORVM palpebras mouentium adminiſtrationem illi reſpondere conuenit, qua muſculoſam frontis ſubſtantiam es aggreſſus:nimirum, ut in unius lateris palpebris, muſculos unà cum cute ad ipſarum uſque inſertionem auferas: ac dein muſculos à cute, quod id tibi conceſſum erit,integros ſepares.In alterius uerò lateris palpebris, cutis à muſculis ad ipſos uſque tarſos eſt auferenda,muſculis ad illam membranam integrè aſſeruatis,aut dimiſsis,quæ ab adhærente alba ve oculi tunica pronaſcitur, & internam palpebrarum ſedem conſtituit,interq; ſe & cutem muſculos ſuperiorem palpebram mouentes comprehendit,citra omnem (quemadmodum ferè & in fronte) adipis interuentum.Vbi igitur muſculos, aut potius carneam membranam,hic ſuperioris palpebræ motuum gratia muſculoſam redditam, à cute liberaſti, niteris deinde illam à ſubdita ipſi membrana tranſuerſis undique ſectionibus adimere, quo palpebrarum motuum rationem,perquàm ſanè obſcuram & difficilem,abſolutiùs perdiſcas:ne quid interim de affectibus dicam,his ſedibus tam crebrò oboriuntibus,diligentemq; manus operam expetentibus.

DE OCVLORVM MVSCVLIS. Caput XI.

VNDECIMI CAPIVIS FIGVRArum,et earundem characterum Index.

QVANDOQVIDEM in integris muſculorum tabulis, oculi muſculos depingere non dabatur, ipſeq; oculos ex caluaria ad moſculorum oſtenſionem euellendus ſit, hic ipſorum delineationē extra reliquorum muſculorum proportionem repoſuimus. Ac in harum prima quidem, oculus ſimul cum ſuis muſculis,in ipſorum ſede adhuc repoſitis,una facie delineatur.Secunda uerò ſex primos oculi muſculos, ab inſertione humi proſtratos, commonſtrat, ſeptimo adhuc ad uiſorium neruum ſua in ſede aſſeruato.

A 1,2 *Anterior oculi ſedes, in qua iris conſiſtit.*

B 1,2 *Viſorius neruus,inibi reſectus, quà primùm ex caluaria in oculi ſedem delabitur.*

PRIMA oculi muſculorum figura.



SECVNDA OCVli muſculorum figura.



C, D, E I *Tres in hac facie musculi occurrunt, nondum scilicet aliquo musculo sua sede liberato.*
F, G 1 *Interuallorum inter sex primos musculos consistentium, & adipe oppletorum, duo in hac facie apparent.*
H, I, K, L, M, N *Primi sex oculi musculi. Verùm H musculum notat, quo oculus sursum agitur: I, quo deorsum: M & N, quibus leuiter circumagitur: K, quo ad maiorem oculi angulum ducitur: L, quo ad minorem angulum fertur.*
O *Septimus oculi musculus, nulla ex parte à uisorio neruo liberatus, sed ab adipe ipsum alioquin integente omnino detectus.*

QVVM neque ex lateribus, neque alijs omnino sedibus, quàm ad pupillæ rectitudinẽ, oculorum perficiatur uisio, pauciſsima sanè uideremus, si oculi penitus essent immobiles. At quia tres oculorum nobis occurrunt motus: unus nimirum, quo hi intrò uersus nasum ad ducuntur, & quo extrorsum ad paruum angulum aguntur: secundus, quo sursum tenduntur uersus supercilia, & deorsum ad malas trahuntur: tertius, quo obscuro admodum motu circumuertuntur: meritò singulis motibus bini adaptantur musculi, quorum [a] primus ad internum oculi consistit latus, introrsumq; oculum agit. [b] Secundus autem ad externum latus repositus, illum extrorsum ducit. [c] Tertius suprà habetur, oculumq; sursum mouet: uti [d] quartus, qui infrà locatur, deorsum. Hi quatuor musculi ut rectis oculi præsunt motibus, ita quoque rectum situm obtinent, sibiq; omni ex parte similes sunt. Capita enim ipsorum ex dura cerebri [e] membrana, neruum uisorium ob tegente, & è neruo [f] secundi paris neruorum cerebri, mox in nerui uisorij è caluariæ cauitate prolapsu originem ducunt: dein ipsorum uenter amplior, quàm profundior, attamen propemodum teres uisitur: & quum ad oculi usque regionem, quæ inter posteriorem & anteriorem media habetur, uenter ille peruenit, in latam membraneamque cessat eneruationem, quæ ultra mediam eam oculi regionem in anteriora perfertur, & duræ oculi [g] tunicæ, tanquam mouendo ossi, non procul ab [h] iride, maioriq; oculi circulo inseritur, recta secundùm oculi latitudinem incedente linea. Porrò [i] quintus & [k] sextus, circumductionis sunt opifices, dictisq; nunc quatuor forma quidem & ortu respondent: at minores, & ductu & insertione ab illis differunt. Vnus namque à dura cerebri membrana, uisorium neruum ambiente, è regione minoris anguli originem ducit, & in humiliorem oculi sedem, neruosa sua tenuitate iuxta iridem obliqua linea implantatur. Alter uerò à uisorij nerui membrana, è regione maioris anguli enascitur, & duræ oculi tunicæ, neruosam ipsius tenuitatem obliqua quoque lineam ad superiorem oculi sedem inserit. Cæterùm etsi hi ambo circumuersioni præcipuè conducant, attamen & sursum deorsumq; oculum quodammodo agunt. Sex isti musculi, quum simul omnes suum adhuc seruant situm, unaq; cõmittuntur, [l] figuram constituunt turbinatam: cuius conus, ipsorum est exortus: basis uerò, eorundem insertio. Breuissimo enim ductu, neruo connectuntur uisorio: quum in illorum quam unà conformant capacitate, multus contineatur [m] adeps duriusculus, & albus admodum, qui rursus alteri cuidam obuoluitur musculo. Est enim præter commemoratos oculi musculos, [n] alius adhuc grandis, & undecunque ab illis & eo quem diximus adipe circundatus, ac solus similem figuram illi quam priores sex simul efformabant, constituens. Nam musculus iste paulo anteriùs, quàm sex illi, à dura quoque membrana, neruum uisorium inuoluente, principium assumit carneum, quod neruum illum orbiculatim ambiens, in prioraq; porrectum, instar turbinis tantisper dilatescit, dum musculus posteriorem oculi sedem contingat, illiq; circuli modo carneus implantetur, non quidem proximè ad neruum uisorium, sed ferè ubi oculus hac posteriori sede amplissimus fieri incipit. Quemadmodum uerò inter hunc musculum, & sex priores, adipem repositum dixi: ita etiam inter neruum ipsum, & præsentem musculum, eo interuallo, quo is à neruo abscedit, adeps colligitur. Musculus hic nullam prorsus inscriptionem obtinet, nisi fortassis unam in inferiori sede, secundùm ipsius longitudinem protensam. Vnde etiam miror, hunc non unius musculi loco ab Anatomicis enumeratum fuisse, sed ab alijs duorum, ab alijs trium: quum interim musculum hunc uix obiter omnes descripserint. Ac proinde etiam uereor, ipsos non admodum aptè illius usum expressisse, dum hunc priuatim retentionis oculi in sua sede autorem esse asserunt, nullum præterea illi usum ascribentes. Quum tamen sex priores musculi id munus sibi aptius uendicare possint, quòd externa ipsorum superficie, membranæ oculi sedem in caluaria exculptam succingenti, fibris quodammodo connascantur, septimum musculum undique in se occultantes, ac ne caluariam ullibi contingat, arcentes. Quinimo fortè non deerunt, qui sex musculorum exortum non à membrana neruum inuestiente, uerùm ab illa quæ os succingit, pendere contendent, quum interim septimus musculus multis interuallis undiquaque ab os succingente membrana distet: quod profectò factum non fuisset, si modò huius beneficio oculum in sua sede retineri, ac quodammodo ad cerebrum trahi oporteret. Proinde si ipsius naturam accuratè rimatus fueris, illum instar tegumenti uisorio neruo obduci concedes, & postmodum etiam oculum rectis motibus agere fateberis, prout nimirum has illas ve sui corporis fibras contraxerit, laxauerit ve.

Oculos motu uoluntario moueri.
Primi quatuor oculum mouetes musculi.
Quintus & sextus.
Adeps oculi musculis interpositus.
Septimus musculus.
Septimi officium.
Ostendit hac prima figura.

a 2 *fig.* K. b 2 *fig.* L. c 2 *fig.* H. d 2 *fig.* I. e *Specta & 5 fig.* 17 *cap.* 14 *lib.* 7. f 1, 2 *fig. cap.* 2 *lib.* 4 K. g *fi.* 16 & 17 *cap.* 14 *lib.* 7. h *eorundẽ fig.* x. i 2 *fig.* M. k 2 *fig.* N. l *tota prima fig.* m 1 *fi.* F, G. n 2 *fig.* O.

OCVLI MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XII.

RECTIVS musculorum oculum mouentium administrationem, illo ex caluariæ [a] sinu euulso, perficies. Euellitur autem promptè uniuersus, integra adhuc caluaria, si omni ex parte oblongo cultello, ad os semper ductis in circuitu sectionibus, à suo sinu ipsum liberaueris, & tandem neruum uisorium, ubi primùm ex caluaria procedit, absecueris. Si uerò caluaria fortè ad cerebri inspectionem prius fuerit dissecta, ipsumq; cerebrum auulsum, conduxerit

Administratio in oculo à caluaria resecto, & hunc eximendi modus.

a 1 *fi.* 11. 9 *lib.* 1 T, V, Θ, *& alij multi characteres.*

conduxerit duabus lineis caluariam ſerra diuidere:una quidem linea à regione maioris anguli, uerſus uiſorij nerui foramen facta:altera autem à minori angulo,ad prioris ſectionis,iuxta foramen illud, terminum. Si enim ad eum modum ſerram in oculi uſque ſedem penetrare coegeris,totam ſuperiorem ſedis partem, inſtar cuiuſdam trianguli auferes:ac deinceps undique oculo à pinguedine liberato,illum adimes:aut ſi uiſum erit,oculum ab oſſe undecunque liberatum,ſolius uiſorij nerui interuentu, caluariæ appendere ſines. Euulſum ſodali tenendum porriges ſic,ut ſummis dextræ manus digitis nerui uiſorij finem (quem & eleuabit) ſiniſtra autem manu uelut in pugnum coacta,in indice ac pollice anteriorem oculi partem comprehendat.Mox adipem oculo circumpoſitum,& glandulas, uenarum & arteriarum diuiſionem intercedentes,adimito.Dein conſideratis muſculorum ductibus,& quam ſimul omnes conſtituunt, forma,ſex capita primorum à neruo uiſorio,cultello acutiori liberato:ac ſingulos deinde muſculos leuiter ſecando, ad mediam uſque oculi regionem deducito,unumquemque ſupra læuam ſodalis manum, quaſi ſtellam effigiaturus,extendens.hac namque ratione cuiuſque implantationem, formam, & uſum leui negocio condiſces. Porrò nihil æquè diligenter præcauendum uenit, ac ne [b] adhærentem albam ve oculi tunicam à [c] cornea prorſus abradas,nimiumq́; oculum emungas,priuſquam ſex muſculorum inſertionem intuitus fueris: aliàs enim (niſi fortè exercitatior ſis) eam uitiabis,neruoſam alicuius muſculi tenuitatem unà cum adhærente membrana incurioſe abſecans.Iam ubi adipem in media horum muſculorum cauitate coaceruatum unguibus aut cultello à ſeptimo oculi muſculo adempſeris,illum quoque aggredi integrum eſt. Qui itaq; neruum ambiat,circulatimq́; in oculi radicem implantetur,examina,ipſum à neruo prorſus ad duram uſq; oculi tunicam radendo.Cæterùm ſi oculum,caluariæ adhuc hærentem, adminiſtrare animus ſit, muſculorum capita primùm liberans,ad eum quem iam dixi modum,muſculos attrectabis, capita ſcilicet à neruo adhuc fixo,ad inſertionem uſque deducens.Commodiùs tamẽ,minoriq́; moleſtia priorem ſectionem obibis.In utroque tamen adminiſtrandi modo,oculi ſitus ſemper perpendendus eſt, quem [d] caruncula indicabit,maiorem angulum in homine occupans,& (ut creditur) pituitam in genas defluere præcauens. Hæc namque (dummodo cognoſcas,an dextrum,an ſiniſtrum oculum in manus aſſumpſeris) oculi regionem, quæ magnum ſpectat angulum,perpetuò commonſtrabit,à qua ilico reliqua oculi latera opportunè petes. Aut ſi lubet,neglecta caruncula,poteris cultello corneam membranam, priuſquam oculum à caluaria reſecabis,punctim in aliqua parte radere,hincq́; oculi regiones ſemper augurari.Intereſt autem, oculi regiones,propter obliquos muſculos potiſsimùm,cognoſcere.

Hæc quaſi oſtẽdũt duo ca.11 figu.

b 18 *fi.ca.* 14 *li.7 n.k.*
c 17 *fi.ca.* 14 *lib.7 z.*

Adminiſtratio oculi muſculorum, quum is adhuc caluariæ hæret.

d 19 *fi.ca.* 14 *lib.7 λ.*

DE BVCCARVM, LABRORVM, ET NASI ALARVM MVſculis. Caput XIII.



LIBRO ſuperiore, [a] duo naſi oſſa in [b] duas deſinere cartilagines, atque horum extremo ſecundùm latera alias [c] duas molles & latas cartilagines (quas alas uocant) accumbere alligariq́;,ſcriptum fuit.Nunc uerò muſculos,qui eas mouent, ſimul cum buccarum labrorumq́; motoribus exequemur,buccarum & labrorum motus hic intelligentes, quos quieſcente etiam inferioris maxillæ oſſe obimus.Alijs ſiquidem muſculis maxillæ os,alijs uerò buccæ labraq́;,motu aguntur uoluntario. Duorum itaque primorum, qui buccas & labra mouent,in utroque latere [d] ſinguli habentur membranei,admodumq́; ampli.Ex omnium enim uertebrarum ceruicis ſpinarum regionibus,deinde ſcapularum,& clauicularum, & pectoris oſsis ſedibus originem ducunt,uſque ad faciei medium protenſi.Sũtq́; hi aliud nihil omnino, quàm carnea membrana,carnoſis fibris adaucta,& dictis iam regionibus muſculoſa penitus reddita.Cæterùm fibræ à nullo prorſus oſſe originem (ut fortaſsis quiſpiam,ab alijs Anatomicis luſus,arbitraretur) ducunt, neque etiam quis muſculos hos ab aliquo oſſe principium petere,non perperam dicturus eſt. At quia fibris his multi [e] neruorum ſurculi exporriguntur,qui à ſubditis membranæ corporibus in illam excurrunt, membrana ſubſtratis ſibi ſedibus ualidius hic,quàm in reliquo ferè corpore affirmatur,uarium ſanè fibrarum proponens inceſſum. Fibræ enim [f] à pectoris oſsis ſede,mediaq́; clauiculæ regione,pectoris os ſpectante,ſurſum uerſus faciem conſcendentes,ſecundùm colli longitudinem recto tramite protenduntur. [g] Quæ autem ex reliqua clauiculæ ſede,& ſummi humeri,& ſcapulæ ſedibus,ad ceruicis uſque ſpinam incipiunt, obliquè ſurſum contendunt,tantoq́; obliquiores ſuiſuntur,quanto ceruicis ſpinæ ſunt propinquiores. Omnes enim carneæ fibræ,à ceruicis uertebrarum ſpinarum ſedibus prorcpentes,ſurſum trãſuerſim feruntur,idq́; eo magis, quo laq́; fibrarum interſectio,ut neque etiam in ſummo mento,& in inferioris maxillæ iuxta aurem regione ſe offert.Verùm ubi fibræ iam labra [h] contingunt,inter ſe adeò confundũtur,ut rectas & obliquas & trãſuerſas iã amplius diſtinguere,prorſus arduum & impoſsibile ſit,idq́; præcipuè ſecundùm totam inferioris labri regionẽ.Superior enim huius muſculi [i] pars,ab elatiore ſui principij, quod per ſpinæ ceruicis ſumit longitudinẽ,ſede,ſecundũ occipitij oſsis baſim fertur,mox ſub aurẽ,ut ipſius radicẽ perreptando cõtingat, incedens.Imò interdũ hic adeò carneis ſuis fibris aſcendit,ut & auris ipſius beneficio quibuſdã hominibus uti & ſimijs,moueatur.Muſculus dein ab aure in faciẽ ductus, [k] illũ quem inferiorẽ maxillã mouentiũ ſecundũ ſtatuemus,integit muſculũ:& paulo ualidius oſsi in mala,quàm alibi in reliquo ipſius progreſſu conaſcitur,hinc ad naſi uſque radicem pertingens.unde etiam fit, [l] primum quidem muſculi latus per ceruicis ſpinæ longitudinem, [m] ſecundum autem ab occipitij medio ad ſuperius uſque labrum opportunè ac manifeſtò diffiniri. Reliqua uerò duo ipſius latera (ſortitur enim quatuor) haud æquè ſunt diſtincta.

Alterius lateris primus muſculus, uel ſimul omnium primus ac ſecũdus.

Libr. 4 de Adminiſtrãdis ſectionibus.

Nonnullis hominibus aures moueri.

a 1 *ſi.9 ta. lib.1 Ξ,Ξ.*
b 4 *ta.* K.
c 4 *tab.*L.
d 3 *ta.muſculus* Γ *notatur circũſcriptus* H, I,O, N, L, K,M.
e *Hãc neruorũ ſeriem aliquo pacto oſtendit collum 3 ſi. ca.11 lib.4.*
f 3 *tabn. à* K *ad* L.
g 3 *tab.ab* L *ad* O.
h *iuxta* H, M 3 *tab.*
i 3 *tab. ab* O *ad* H.
k 4 *ta.*Δ.
l 3 *ta.qua ſi ab* O *ad* N.
m 3 *ta.ab* O *ad* H,M.

Quòd

n 3 *ta. qua ſub N per l ad K.* n Quod enim à ſpinâ ad ſummum uſque pectoris oſsis,ſecundùm ſcapulam & clauiculam exporrigitur,inæquale eſt, ac uarium. Quandoquidem non inſtar rectæ lineæ carnoſarum fibrarum hic apparet principiũ,ſed inſtar obliquæ,admodumq́; inæqualis,nunc paululum ſub ſcapulæ ſpina & clauicula incipiẽs,nunc paulo ſuperius,& nunc è regione. o 3 *ta. ab M ad K.* o Quartum autem latus,quod à ſummo mento, ad ſuperiorem pectoris oſsis ſedem protenditur,uix ob id diſtingui poteſt, quòd hominibus utriuſque lateris muſculi hic adeò coeant,ut duo muſculi unus eſſe uideãtur: quodque hac in parte carnoſiores longè, quàm in reliqua ipſorum ſede exiſtant. Hi muſculi buccas,& totum inferius labrum deorſum retrahunt, & ad latera ſimul cum ſuperiori labro abducunt: aut,ut dicam uerius,reliquam faciei cutem,quæ à muſculoſa frontis & naſi ſubp 4 *ta. M. 5 tab. E.* ſtantia,& palpebræ muſculis non mouetur,circumagit,ad hoc opitulante p lato quoque,& quodammodo orbiculari muſculo,à tota ferè ſuperioris maxillæ longitudine,in inferioris longitudinem, ad gingiuarum radicem inſerto. Eſt autem hic muſculus ſimiliter membraneus,& uaria fibrarũ ſpecie intertextus, totam eam buccarum ſedem complectens,quam inflare poſsimus. Neque ſanè aliud corpus id uniuerſum, quod q 3 *tab. I.* inflatur,cenſendum eſt, quàm cutis, cui immediatè ſuccumbit q primus iam commemoratus muſculus: deinde,prout obeſiores homines ſunt,adipis maior'minor ve copia:& poſtmodũ quidam ſuperioris labri r muſculus,& s alius,labro quoque eidem, & alę naſi communis,quos poſtea deſcribemus.preterea orbicu*r 3 tab. G, H. s 5 tab. F.* laris & amplus muſculus,cuius naturam explicare iam contendimus,cuiusq́; internam ſuperficiem os ſuccingens tunica oblinit,ipſiq́;'adeò connaſcitur,ut nullo prorſus modo illacera à muſculo, aut muſculus ab illa auferri queat. Imò ſecundus hic buccarum muſculus,uix aliud eſt, quàm carnoſarũ fibrarum implexus admodum tenuis,ac quodammodo membraneus. Cognoſces autem eam, quam diximus, utriuſque iam commemorati buccarum muſculi,& potiſsimùm primi functionem promptiſsimè, ſi inferiore maxilla ſuperiori adducta,immotaq́;,plurimùm ad quãcunq; partem,ſedẽ ve,labra & buccas duxeris:unaq́; ẽt obſeruaueris,qui anteriorẽ colli cutẽ,primi muſculi beneficio,unà cũ buccis deorſum uellere poſsis. Rurſus ſi immota colli cute,totã buccarum ſedem,quã inflare integrum eſt,nunc in oris amplitudinẽ uolueris:nunc autẽ extrorſum,nunc ſurſum,nũc deorſum,nunc prorſum, nunc retrorſum duxeris,ſecũdi muſculi functionẽ, t 3 *tab. I.* & motus,quos illius & aeris in ore ui obimus,plurimùm admiraberis. Cæterùm Galenus t primo utriuſq; lateris muſculo,qui ipſum,quũ libros de Vſu partiũ conſcriberet,latuit, quemq́; à ſe tandem inuentum fuiſſe,non ſemel in libris de Adminiſtrãdis ſectionibus inculcat, adeò fauit,illumq́;,ut ueterũ oſcitantiam magis argueret,tanti momenti eſſe tradidit,ut in quarto de Adminiſtrandis ſectionibus, ipſum duntaxat omnium functionum,quas labris & ore,edentes,aut bibentes, aut differentes obimus,autorẽ uideatur ſtatuere, u neruis quoque huc concurrentibus mouendi officium priuatim tribuens, & nullam ferè (uti tamen *u 4 tab. I. 5 tab. G. & 2 fig. cap. 2 lib. 4 O, V.* decebat) aliorum inſuper muſculorum mentionem faciens. Sunt autem nerui eiuſmodi utrinque bini:quorum unum ex foramine inferioris maxillæ, ad inferius labrum elabi,ſuo loco docebimus:alterum, ex oculorum ſede per peculiare foramen deductum;in malarum regionem decumbere audies. Verùm quum eiuſmodi nerui (ſi modò motibus præeſſe debuerint) muſculis indigeant, & omnes labrorũ motus illis x latis & tenuibus tantùm peragi nequeant,ipſiq́; alios exigant auxiliares,meritò Natura alios y quatuor muſcu*x 3 tab. I. y alterius lateris unus G, H 3 tab. alter 4 tab. N notatur.* los mouendis labris conſtruxit. Quorum principia,euidentia quidem & manifeſta ſunt,anteaquam labrorum extremis permiſcentur: concreta uerò illis,omnifariam redduntur obſcura, & inſeparabilia à reliqua labrorum ſubſtantia. Vniuerſa enim labrorum cute,& oris amplitudinem ſuccingente tunica, toti muſculoſæ naturæ commixtis,ac muſculis,ut quiſpiam non ineptè dixerit,ibidem corruptis,unà cum z fungoſa, quam poſtea explicabimus,ſubſtantia,hominis labra procreantur. Quatuor itaque enarrandorum iam muſculorum duo primi, labro ſuperiori peculiares ſunt, ipſorumq́; in utroque latere a unus habetur, qui à *z 5 tab. G. a 3 ta. G, H.* maxillæ ſuperioris oſſe,ubi mala conſiſtit,carnoſo principio enatus,deorſum obliquè in priora fertur, quo uſque in ſui labri latus ſeſe inſerat. Duorum inferiorum utrinque etiam b unus obſeruatur, ſuperiori mu*b 4 ta. N.* ſculo latior,ſed breuior. Exoritur namque carneus & hic quoque,ab inferioris maxillæ humiliori parte,ad menti quaſi latera,hinc ſurſum obliquè in priora protenſus,latusq́; permanens, in mediam inferioris labri ſedem implantatur. Sunt itaque omnes quatuor lati,ac quodammodo,quod ad fibras attinet:duplici donati initio:ipſorumq́; fibræ circa inſertionem,X literæ modo ſeſe interſecant,pertinaciter(uti admonuimus) labrorum cuti immixtæ. His muſculis duodecim motus ut minimùm obimus:quatuor quidem obliquos,in utroque labro duos:& alios octo rectos,in utroque labro quatuor. Duo quidem ad amuſsim recti fiunt, quando labra plurimùm à ſe inuicem diſtant:hoc quidem à duobus muſculis ſurſum agentibus ad nares tenſo,altero autem deorſum ad mentum ducto,dum duo inferiores muſculi laborant. dein quando ad ſeſe labra retrahuntur,& inuicem coeunt,uno ex ſuperiore loco deorſum, altero ex humiliore ſurſum protenſo. Cæterùm ab internis horum muſculorum fibris, labra introrſum conuertuntur & ſubimplicantur, ab exterioribus uerò foras euelluntur:ut ita & duo alij in ſingulis labris recti conſurgant motus, qui paulo minus toto ad obliquos quaſi referendi ſunt. Quatuor uerò obliqui motus, unico duntaxat laborante muſculo,reliquo interim laxato,celebrantur. Si enim dexter ſuperioris labri muſculus,remiſſo ſiniſtro, contrahitur,dextra labri pars obliquo motu,ſiniſtra dependente,attollitur:atque hac ratione reliqui tres obliqui motus labrorum peraguntur. Vt uerò ualidiùs adhuc ſuperius labrum moueretur, & ſecundùm totam ipſius ſubſtantiam muſculis participaret,illi alia portio c muſculi elargitur, qui narium d alam extrorſum *c 3 tab. F. d 4 tab. L. e 3 tab. G.* ſurſumq́; agit. A mala enim,iuxta proprium ſuperioris labri e muſculum,carneus quidam,ſed tenuis membraneusq́; enaſcitur muſculus,qui in ipſo modicè uerſus priora deſcenſu,in duas portiones partitur, unam naſi alæ radici,alteram ſuperioris labri parti,quam Latini muſtacem,Græci uerò ὑπλιπλιν uocant, inſerens. Portio naſi alæ exporrecta,eam extrorſum ſurſumq́; mouet:quæ autem labro propria eſt,id quoque ſurſum

Secundus alterius lateris,ſeu omnium 3 & 4.

Labrorum conſtitutio, dein quatuor muſculi labris proprij,ſeu i altero latere tertius et poſtea quartus,uel omnium 5, 6, 7, 8.

Alarum naſi muſculus præſertis Capitis in altero latere 5, aut omniũ 9 & 10.

uellit:& tãtus huius portionis cum alæ portione est connexus,ut superius labrum,immota ala,sursum uehementer mouere nequeas. Verùm præter hunc alæ musculum, f alius in interna narium amplitudine habetur:qui ad suæ cauitatis externum latus,sub tunica nares succingente reconditus, impense tenuis est,ac membraneus:inq; interiorem alæ regionem insertus,illam introducit & colligit: hacq; rarione cum opposito sibi musculo in repentinis inspirationibus & expirationibus homini accommodus redditur. Sunt itaq; hoc Capite nobis enumerati duodecim musculi,si omnes utriusque lateris iunxerimus:duo quidem lati,ex carnea constantes membrana:duo admodum uarij,ex una quasi maxilla in aliam pronati: & quatuor labris proprij,& totidem alarum nasi.nisi fortasis illum,qui labrum superius & alam simul adit, propter ipsius g dissectionem in progressu,& in diuersas partes insertionem,duos fingere, atque ita quatuordecim musculos statuere, uisum fuerit. Sic etiam nihil obstat, & duos qui carnea membrana efformantur, unum dicere,quum adeò in anteriori colli parte continuentur, ut h diuisionem nullam notatu dignam ostendant.

In altero latere 6, aut omnium 11 & 12.

Musculorũ epilogus.

f *ad regionem K tab. 4.*

g *sub F 3 tab.*

h *3 tab. ab M ad K.*

MVSCVLORVM BVCCAS, LABRA, ET NASI ALAS MOVENtium administratio. Caput XIIII.

Primi ac secundi duodecim præcedẽtis Capitis musculorũ administratio.

HORVM musculorum administrationem,à a latis, & ex carnea constantibus membrana musculis,opportunissimè auspicaberis,ac primùm acutiori nouacula in cute rectam sectionem,à summo mento,mediaq; inferioris labri sede (ubi cutis in ruborem definit) ad pectus usque,secundùm colli longitudinem duces,ita quidem ad amussim,ut sola cutis ad subiectum usque musculum,carneam ve membranam diuidatur. Deinde alia ducenda est sectio,ad utriusque labri extremum,secundùm ruboris finem, sic ut orbiculari sectione os uniuersum obducatur. His alia per nasi longitudinem addetur sectio: & si prius frontis musculosam compagem,& palpebræ musculos aggressus fueris,nulla præter has (nisi sub aure, ad medium usque occipitij) in facie est ducenda:aliàs enim ex summo narium,sub inferiori palpebra & aure, uersus occipitium transuersam moliri deberes sectionem. Cæterùm à fine sectionis ad pectoris usque os ductæ,transuersa una sub clauicula,& summo humero,& scapulæ spina ad dorsum usque perficietur. Licebit, & his transuersam ex faucibus,seu ex gutturis regione,usque ad spinam adijcere. His tentatis sectionibus, hamulo cutis leuabitur:ac in altero latere,acutiori nouacula,cutis à subiecto membraneo musculo, omni industria liberabitur.quod nullibi feceris molestiùs,quàm ubi laqueus ceruicem compresit: hic enim laquei occasione,cutis membraneo musculo pertinacissimè cõnata reperitur:& etiam cutis instar cornu adeò inibi mox indurescit,ut uix nouaculam admittat. Quanquam musculorum sectioni corpus opportunius adhibebitur, ex quo uenæ prius sectæ,uniuersum sanguinem in aquam calentem effuderint: quandoquidem tunc non toties uenæ sanguine inanitæ,dum musculos diuidis,uenient colligandæ, atque adeò frequenter spongijs abstergendæ. Ex altero autem cadaueris latere,unà cum cute (quod factu facillimum est) musculum latum tenuemq; auferes:& utrinque musculi naturam,& fibras,neruosq;,ac munia (si hinc inde suas, quas prius enarrauimus,partes attraxeris) intuebere. Fibrarum autem huius musculi seriem nequaquam oscitabundus in tota humiliore inferioris maxillæ sede præteribis:quin prius eas strumarum, uel, ut uulgò dicimus, scrophularum gratia diligenter examinaueris,quo in eo abscessus genere, quum usus expetet, fœlicius ac magis industriâ tumentes glandulas exsecẽs. Administratio enim sectionis in hoc affectu extra fibrarum ductum tentata,admodum obscœnè hinc inde colli cutem aut tendit,aut corrugat. Vbi hæc igitur sedulò obseruaueris,eius lateris musculum,quem subditis corporibus adempta cute affixum reliquisti, omni ex parte adimes,administrationemq; ad proprios labrorum musculos conuertes,qui in conspectum ueniunt, quamprimùm adipem ademeris,qui his præcipuè in buccarum regione incumbit, & unà cum lato, qui ex carnea constituitur membrana,permiscetur musculo. Liberabis itaq; ab inferiori maxilla primùm b duorum,qui inferiori labro elargiuntur capita,sensim ea ad insertionem usque, ut fibras examines, deducens. Atque hic labra fungosæ cuiusdam c substantiæ interuentu,maxillæ ossi connata reperies, quæ labris opitulatur,quoties distrahuntur,tenuesq; fiunt,& quoties contracta incrassantur,ac corrugantur. Quippe eiusmodi substantia omnino & inanitur,& repletur promptè:inanita quidem submittitur, repleta uerò attollitur. Præter hanc substantiam occurrent & d nerui duo,maioris tertij paris neruorum cerebri radicis ramuli,ex maxilla inferiori in eos quos iam dissecas,musculos diffusi. Cæterùm posteaquam inferiores liberati fuerint,à malis e duos quoque superiores dissecabis:illisq; ad superius usque labrum deductis,quatuor musculorum functiones,capita huc illuc trahens,spectabis. Dein f musculo alæ nasi, & superiori labro communi,à malis deraso,ac ad alam usque & labrum deducto, eius quoque usum contemplabere. Hic uolens prætermitto g neruum,minoris gracilioris ue tertij paris neruorum cerebri radicis propaginem, ex superiori maxilla excidentem,ac nuper dictis musculis communicatum: siquidem neruorum omnium seriem, quàm dabitur accuratissimè in quarto libro prosequar. Atque eadem ratione hic nullam neque uenarum, neque arteriarum mentionem facio,etiamsi lato musculo h externa iugularis sit contermina, quum tertius liber uenis arterijsq; dedicabitur. Integrum itaque est,ut consideres membranosa ligamina,narium alas cæteris nasi cartilaginibus colligantia,& deinde mutuum earum cartilaginum connexum. nam de narium i tunica,in neruorum distributione similiter pertractabitur. In præsentia autem sufficerit, adhuc sermoni adiecisse,tunicam illam,quæ narium cauitatem ambit,aliquousque cultello à subditis partibus abradendam esse,ut commodè tenuem membraneumq; k musculum,intrò alam mouentem, intuearis. His omnibus

Corpus musculorum sectioni opportunum.

Administratio 5, 6, 7, 8.

Labrorum fungosa substantia.

Administratio 9 et 10.

a *3 tab. I.*

b *4 ta. N.*

c *5 tab. G.*

d *ad latera G tab. 5. & 2 fig. cap. 2 lib. 4 V.*

e *3 tab. à G ad H.*

f *3 tab. F.*

g *4 tab. I. & 2 fi. ca. 2 lib. 4 ⊖.*

h *fi. cap. 6 lib. 3 T, V.*

i *2 fi. cap. 2 lib. 4 humilius P.*

k *4 tab. K.*

l 4 *tab.M.* omnibus resectis, secundus alterius lateris enarratus mihi [l] musculus, externa ipsius superficie spectatissimus est. Vt tamen ipsius naturam quoque examussim obserues, undecunque unguibus hamulisq; est diuellendus: ac postmodum à maxillis & dentium gingiuis derasus, à tunica, oris cauitatem oblinente, quoad fieri potest commodè, uenit liberandus. Et quo huius musculi rarior, magisq; admiranda est constructio, fibrarumq; mirabilior implexus, eo studiosius illum in multas particulas non mediocri delectatione discerpes: & ad buccarum motum, non uerò maxillæ inferioris, illum auxiliari speculaberis. *Administratio 11 & 12. Administratio 3 & 4.*

DE MVSCVLIS INFERIOREM MAXILLAM MOVENtibus. Caput XV.

Inferiorem maxillam, superiore quiescente, moueri.

2 figura ca. 10 lib. 1. INFERIOR [a] maxilla homini, quiescente interim immotaq; superiore, motu agitur uoluntario: quemadmodum animalibus ad unum omnibus, si fluuiatilem crocodilum exceperis, cui unico superior maxilla mobilis uisitur, inferiore interim cum temporum ossibus adeò unita, ut ne tantillum quidem moueri queat, ipsaq; duos sinus nanciscatur, quibus superior singulis utrinque capitulis latis, nec [b] nostris admodum dissimilibus inarticulatur, magna ex parte lacertarum testudinumq; inferiori maxillæ respondens: quemadmodum etiam totus crocodilus imagine (non autem magnitudine, & geniculatis caudæ tuberibus) lacertæ similis uisitur. Hominis inferior maxilla ad superiorem, quum os claudimus, insigni ualidoq; admodum motu sursum ducitur, & deinde manducantibus prorsum ac retrorsum in lateraq; circumfertur: & denique quum os aperimus, nunc rectà, nunc paululum in alterutrum latus declinans, deorsum agitur. Complemus uerò hos maxillæ motus, [c] quatuor utrinque musculis: quorum [d] unus, sui lateris temporis occupans, ac proinde temporalis ab omnibus nuncupatus, principium ducit [e] à uerticis & temporis & frontis ossibus, & osse cuneum imitante, & eo osse, quod minorem externum ve sedis oculi angulum amplectitur, maxillæq; superioris ossium mihi primum habetur. [f] Instar tertiæ enim circuli partis musculus iste à uerticis ac frontis osse multo elatius enascitur, quàm [g] commissura squamæformis consistit: & hinc sensim crassescens, & carnosior redditus, arctatusq;, in cauitatem inibi in capitis ossibus concinnè, magnaq; Naturæ industria, totius musculi gratia exculptam, & uallis pulchrè circundatam, septamq; descendit, à temporis osse, & cuneum imitante, & frontis, & illo quod externum oculi sedis angulum efformat, toto suo incessu enatus. Quum uerò ad [h] iugale usque os pertingit, admodumq; crassus (sed angustus interim) euasit, superiori quoque iugalis ossis sedi adnascitur, [i] musculo illi admodum [k] continuus, quem secundo loco enumeraturi, à iugali potissimum osse enasci docebimus. Vniuersum itaque temporalis musculi corpus, ad iugale usque os carneum est, & exteriori tantum sede, propter propriæ membranæ crassitiem, perquàm liuidum: idq; potissimum ad exortus sui initium, & ipsius ad os iugale connexum. Vbi uerò acutum maxillæ inferioris [l] processum contingit, in breuem, quanquam insigniter ualidum, neruumq;, finit [m] tendinem, sua amplitudine processum amplectentem, illiq; ualidissimè insertum. Ad tendinem hunc omnes temporalis musculi fibræ, tanquam ex tribus circuli partibus, ad suum centrum procurrunt: tendinemq; hunc efformant illorum musculorum ritu, [n] quos gibbum & cauum scapulæ implere audies, & qui ex ilium osse pronati, femoris motibus famulãtur. ita profectò, ut satis mirari nequeam, quid nam peculiare illud sit, tantopere in temporali musculo à Galeno decantatum. Neq; satis assequor, quamobrem is Naturam tot laudibus efferat, quasi hic magno singulariq; artificio ab aliorũ musculorum forma declinasset, tendinẽ educens non ex musculi extremo, ut aliàs semper, sed ex musculi medio: quũ ego in tendinis productione hic nihil rarũ, ac à cõmemoratis musculi sanè quàmplurimis diuersum reperiam. adeò, ut non mirer, Galenũ secus de tẽporali musculo in quarto de Administrandis sectionibus libro (dum iam sectionum esset peritior) sermonem, quàm in undecimo de Partium usu instituisse. Quod uerò temporalis musculi sit munus, tum opportunè explicabitur, ubi duos adhuc musculos orationi adiecero. [o] Secundus itaque hoc Capite cõmemorandorũ, ille est musculus, quem ad posteriorem maxillæ, inferioris sedem, sub osse [p] iugali possimus manu amplecti. Dum enim pollicẽ inter auris radicem & inferiorem maxiliam inseris, medium uerò digitum genę admoues, illumq; quasi in oris amplitudinem protrudere tentas, totam præsentis musculi externam superficiem contines. quam denuò tactu dignosces, si mutuò adductas prius maxillas, adhuc ualidius comprimere adnisus fueris: quia tunc musculus ille in se magis collectus, pollicẽ & indicem feriet, sese dilatans & contrahens. Præterea & hunc quoque musculum in equis uides spectatissimum: is enim cum [q] illo quem tertium in uniuersa serie statuemus, ij sunt musculi, quos crebrò in equis amplectimur, obseruaturi, num carneus aut nerueus nobis equus proponatur, & num is fauces mollibus laxisq; glandulis oppletas infarctasq; habeat. [r] Enascitur itaque secundus hic musculus neruco & amplo ualidissimoq; principio, ab ea malarum [s] sede, qua infima pars futuræ illius consistit, quæ maxillæ superioris [t] os, totum minorem oculi sedis angulum occupans, [u] mediamq; ossis iugalis portionem educens, maximo eiusdem maxillæ [x] ossi coniungit: quod dentium superiorum præsepeola continere, ac narium amplitudinem magna ex parte constituere, superior liber edocuit. [y] Deinde hoc musculi principium à malis in posteriora ducitur, è tota inferiori interioriq; ossis iugalis sede ad aurem usque pronatum. Vt uerò id in malis impense nerueum esse dicebam, ita quoque ubi ab inferiore exterioris iugalis ossis superficiei parte prodit, nerueum liuidumq; conspicitur: [z] ubi autem ab interiore iugalis ossis sede originem ducit, ac magna amplitudine inibi consistenti, tendinemq; suum producenti musculo temporali adnascitur, carneum est. Musculus hoc enatus principio, deorsum tendit, totamq; inferioris maxillæ amplitudinem,

Maxillæ inferioris motus, quos octo complẽt musculi. Primus alterius lateris musculus, seu tẽporalis.

Lib. 11. de Vsu part.

Secundus, seu masseter.

b 1,2 *fig. cap. 10 li. 1 A.*

c 4 *muscu. tab. Γ. et Δ. & 6 ta. D.*

d 4 *tab. Γ. 3,5 tab. B. 2,6,9 tab. A.*

e 3,4 *fig. cap. 6 lib 1 R. R. unde hæc ossa petes.*

f 4 *tab. A, B, C.*

g 3,4 *fig. cap. 6. libr. 1 F.*

h 2 *tab. B. 4 tab. D.*

i 4 *ta. Δ.*

k 5 *ta. C.*

l 1,2 *fig. cap. 10. lib. 1 C. & 6 tab. B.*

m 6 *ta. A.*

n 11 *ta. Γ. 7 tab. Γ. 9 tab. Π. 10. ta. Σ. 11 ta. Σ. 8 ta. Λ.*

o 3 *ta. Δ. 2 9 tab. C. 5 tab. D.*

p 4 *ta. D. supra Δ.*

q 6 *ta. D.*

r 4 *tab. E.*

s 1 *fi. ca. 9 lib. 1 a.*

t *eiusdem fig. Γ.*

u 3,5 *fig. cap. 6 lib. 1 V.*

x 1 *fi. cap. 9 lib. 1 Λ.*

y 4 *tab. ab E ad F à D*

z 5 *tab. C.*

in externa posteriorią; ipsius sede conspicuam amplectitur, illi ualidissimè partim carneus, partim neruеus latissima insertione [b] implantatus. Ex tota autem insertionis amplitudine, nulla insignior, nullaq; ualidior est ea quam musculus molitur in [c] asperitatem, in infima maxillæ inferioris sede uelut processulis aliquot extuberantem: [d] ubi musculus etiam est angustissimus, & obtusiorem trianguli alicuius angulum quodammodo exprimit. Totus enim quadantenus triangularis est. una namque ipsius linea secundum totam principij amplitudinem porrigitur: secunda à malis, seu anteriori principij parte, ad infimam maxillæ inferioris sedem retrorsum ducitur, illam quam nuper diximus maxillæ asperitatem contingens: tertia linea, ab aure, seu posteriore principij sede, in anteriora deorsum ad demissiorem secundæ lineæ sedem fertur, angulum cum illa linea tam obtusum constituens, ut ferè hic musculo aliud latus possit ascribi. Vtcunque uerò sit, obtusus hic angulus, seu, si modò ita uelis, quartum hoc musculi latus, multo strictius est amplo illius principio. unde etiam ilico fibrarum ipsius quoque ductum uariare necesse est. [e] Fibræ enim ab anteriore principij parte originem sumentes, deorsum in posteriora feruntur: [f] quæ autem à posteriore principij sede prodeunt, obliquè deorsum in anteriora repunt, omnes ex amplo principio ad obtusum quem recensui angulum protensæ, maxillæq; inferioris amplitudini citra tendinis eductionem insertæ. Galenus hunc tantum maxillam mouentium musculũ, masseterem seu manserium undecunque appellauit: quũq; in quarto de Administrandis sectionibus libro illum describit, satis uidetur innuere, quosdam fuisse Anatomicos, qui duos masseteres in uno latere enumerarunt, fibrarum præsentis musculi ductui & lato principio (ut ipse censet) animum adhibentes. & dein alios extitisse quodammodo insinuat, qui tres masseteres utrinque recensuerunt, musculi huius principijs & insertionibus attendentes: perinde ac si singulos musculi angulos, unius musculi loco, præter omnem sanè rationem, enumerassent. Verùm mihi musculus iste unius tantum loco, quouis tandem pacto habetur: arbitrorq;, eos qui duos masseteres statuerunt (in quorum classe fuit Hippocrates) [g] unum quidem masseterem commemorasse præsentem musculum: alterum uerò massetetem, ipsum [h] temporalem, cum [i] eo quem in ore delitescentem, temporaliq; admodum continuum esse, ac insuper ad manducandum apprimè etiam conducere audies. Atq; quum alij hunc à temporali numero disiungerent, [k] tres masseteres constituerunt, quòd mordẽtibus manducantibusq; omnes tres (uti mox dicemus) suppetias ferant. quantumuis ego interim, dictionis fugiens æquiuocum, secundum maxillam mouentium musculum, masseterem passim cum Galeno appellauerim. [l] Tertius itaque musculus principium perquàm neruosum assumit, ex tota cauitate sinu ve ossis cuneum referentis [m] processum, qui uespertilionum alis comparati, unà cum eorundem sinu in hoc extruuntur, ut musculi huius principium concinnè ambiant, idq; ab ipsis ve egreditur, ipsum carneus, amplus & crassius efficitur musculus, internæ temporalis musculi parti iuxta sui tendinis productionem insertionemq; admodum connatus, & magna ex parte masseteri, seu secundo maxillam mouẽtium musculo similis, itaq; in internam posterioremq; maxillæ sedem ampla & lata, impenseq; etiam neruea insertione implantatus, atque ille in externam maxillæ sedem figitur. Vt uerò tertius hic musculus sua crassitie oris spacium faucesq; minus occuparet, maxillæ (uti & in primo libro explicuimus) amplus patensq; [n] sinus insculpitur, in quem musculus commodè reponatur, magnaq; sui portione latitet. Tribus his musculis, cum suis in altero latere coniugibus, primario concreditur, ut maxillam inferiorem nobis mordentibus simul sursum ducant & contrahant. nulli. n. priuatim id munus cõmissum existimo: etsi forte tẽporalis & masseter, utpote grãdiores, amplioresq;, ualidius quàm tertius id præstent. Quàm uerò musculi isti hoc munus alacriter ualideq; cõpleant, etsi in omnibus hominibus ferè sit obuium, histriones tamen permulti id liquidò attestantur, quorum quidam ferreos quosdam palos dentibus perinde ac manibus ferè tractant: quidam uerò maximas trabes, inferioribus tantum dentibus innitentes, miro robore sustinent. Vidimus namque Patauij Tridentinum histrionem, mira articulorum tamen laxitate præditum, qui ferreum palum uigintiquinq; librarum, dentibus à terra subleuatum, & aliquandiu in ore erectum, retrorsum à tergo punctim parieti iniecit, quem triginta pedum interuallo ab histrione destitisse, ipse metitus fuerat. Turcum insuper quendam, ut & Mantuanum, non admodum proceræ staturæ histrionem, à duobus adductam erectamq; uiris trabẽ, solis inferioribus dentibus suffulcisse, & aliquandiu gestasse, sæpius uidi, quum interim astantium plerique trabem à terra subleuare uix possent. Cæterùm maxillæ uersus priora posterioraq; motus, quem manducantes potissimum obimus, secundis seu masseteribus præcipuè conficitur, idque latorum suorum principiorum, ductusq; fibrarum gratia. Anterioribus enim principiorum partibus contractis, inferior maxilla prorsum ducitur, mentumq; in anteriora prominet. Posterioribus uerò principiorum sedibus in se collectis, retrorsum, ac uelut ad aures maxilla retrahitur: quamuis huic etiam motui temporales musculi latis principijs pronati, & in acutum uersus suas insertiones desinentes, suppetias nonnihil ferre uideantur, prout has illas ve suorum corporum fibras colligunt, aut remittunt. Inducitur: dextro enim masseterе duntaxat, & sinistro in ore delitescente, simul contractis, maxilla in latera circuntrum latus agitur: sinistri autem lateris masseterе, & dextri lateris in ore delitescente, unà contractionem molientibus, inferior maxilla in sinistrum latus mordentibus manducantibusq; circunfertur. Enarrationi adhuc supersunt duo [o] musculi, utrinque singuli & graciles & oblongi, originem ducentes ex prominentibus ossium temporum [p] processibus, qui scriptorij styli imaginem referunt. Hinc membraneo latiusculoq; capite exorti, statim carnosi teretesq; fiunt: ac uersus priora maxillæ, ubi summũ mentũ habetur, obliquè procurrẽtes, interiori eius parti inseruntur: & dexter musculus sinistro, in ea inferioris maxillæ [q] se de

Tertius musculus, qui in ore latitat.

Descriptorum hactenus musculorum munus.

Alterius lateris maxillam mouentium quartus, aut omnium 7 & 8.

b 4 ta. C.
c 1 fi. cap. 10 lib. 1 E.
d 4 ta. C. *ubi totũ musculum circunscribit E, F, G.*
e 4 ta. ab E ad G.
f 4 tab. ab F ad G.
g 4 ta. Δ.
h 4 tab. Γ.
i 6 tab. D.
k 4 ta. Δ. & 4 ta. Γ. & 6 ta. D.
l 6 tab D.
m 5 fi. ca. 6 lib. 1 P. *dein charactę. 2, 3, 4, 5.*
n 2 fi. cap. 10 li. 1 D.
o *Alterius lateris musculus notatur in 5 fi.* H, I. 4 tab. O. 6 tab. I.
p 3, 4, 5 fi. ca. 6 li. 1 i.
q 2 fi cap. 10 li. 1 H.

de unitur,ubi uel horũ muſculorũ occaſione ea exaſperatur,proceſſulosq; inæqualiter extuberantes gerit. Muſculi hi,quum ambo in ſe colliguntur,os aperiunt,maxillamq; inferiorem rectà deorſum uellunt.ac de in obliqui ipſorũ ſitus ductusq; gratia, quum alteruter ſolum agit,is obliquæ,ac ad ſuum latus deductionis maxillæ, autor exiſtit. Cæterùm utriſque his muſculis peculiare aliquid, & nulli totius corporis muſculo, præterquàm [r] uni,quem contra Galeni placitum oſsi ν referenti aſſcribam, commune obtigit. His namq; in [s] medio itinere,quod ab exortu ad inſertionem uſque emetiuntur,pars carnoſa prorſus aboletur,& exanguis neruoſaq; efficitur,ceu tendo,uel ligamentum quodpiam,carniformibus fibris neutiquam enutritum: ita fanè,ac ſi quis ex duobus muſculorum uentribus,in quorum medio teretis tendinis ſpecies cerneretur,utrunque muſculum conflari diceret. Verùm hic nõ perperàm,neque ocioſe à conſueta muſculorum fabrica rerum Opifex declinauit.quod ego,perinde ac Galenus,nõ ad exortum ipſorum referam,quem ille è directo eorundem inſertionis aliàs debuiſſe fieri (ſi loci ratio id modò admiſiſſet) aſſerit: quum obliqui motus,cui etiam præeſſe debuerunt,occaſione,is quem nunc obtinent exortus,ipſis ſit impenſe neceſſarius: iſq; interim rectum maxillæ motum,quũ ambo unà laborant,neutiquàm impediat. Neq; etiã ad organorũ in faucibus & in maxillæ inferioris amplitudine conſiſtentiũ frequentiã (quaſi hæc muſculos iſtos in ipſorum medio carneos eſſe uetaſſet)iſtud rerũ Opificis artificium adeò referendũ duxerim,atq; ad reflexũ eum,quẽ muſculi ſecundùm inferiorẽ maxillæ [t] angulũ moliuntur,ubi [u] tertij maxillã mouentiũ muſculi infima pars conſiſtit. Quũ.n.muſculi maxillam detrahẽtes, ad angulũ hunc in ipſorũ collectione inſigniter ualideq; contrahi debuerunt,& quum graciles omnino ſunt, ſuæ tenſionis impetum innoxiè non ſuſtinuiſſent, niſi ibidem neruei excarnesq; ac duri facti fuiſſent, ac denique muſculorum naturam aſſumpſiſſent, qui neruei illis ſaltem ſedibus euadunt,quibus ad os aliquod ueluti ad trochleam reflectuntur: quemadmodum uidere eſt in [x] ſexto & [y] ſeptimo,& magis adhuc in [z] decimo femur mouentium muſculis. Inſuper & roboris quoque cauſa, [a] gracilis longiſsimusq; ille muſculus,qui à ſcapula oſsi ν referenti inſeritur, in medio ductu prorſus nerueus euadere docebitur: nimirum ut impetum promptius repellat ſuſtineatq; ualidiſsimi illi accumbentis [b] muſculi,quem ſeptimi caput meuentium muſculorum paris alterum ſtatuemus. Ligamenta inferiorem maxillam temporum oſsibus alligantia,ligamentis alios articulos membranæ inſtar ambientibus correſpondent,nihil ſibi quicquam peculiare uendicantia.

r 5 tab. R. 5.
s 5 tab. in H & I.
Lib. 11. de Partiũ uſu.
Ligamenta maxillæ articulorum.

MVSCVLORVM INFERIOREM MAXILLAM mouentium adminiſtratio. Caput XVI.

[a] 4 tab. Γ.
but in 5 tabula ad C, inter B & D.
Temporalis adminiſtratio.

ORVM qui maxillam inferiorem mouent,muſculorum adminiſtrationem à [a] temporali opportunè aggredieris. Capite igitur in latus reclinato,grandiori cultro, & admoto etiam malleo, [b] iugale os ad aurem & malam excindes, & acutiori cultello undequaq; à muſculo temporali liberis, exactè tum temporalis muſculi ad illud os connexum, & maſſeteris exortum conſiderans. Ablato iugali oſſe, temporalis muſculi principiũ,quod ſecundùm capitis longitudinem trium ferè circuli partium inſtar exoriri dicebatur, undecunque cultello proximè ab oſſe abrades, quouſque totum muſculũ à capitis & maxillæ ſuperioris oſsibus ademeris. Iam temporali muſculo deorſum & extrorſum reflexo,intuebere neruoſiſsimum ipſius tendinem,acutum maxillę inferioris proceſſum amplexantem.deinceps qui is muſculo in ore deliteſcenti, & maſſeteri committatur,ſpectabis.poſtremò,ſi aperto ore,muſculi temporalis initia ſurſum trahere non detrectaueris, ipſius quoque munus promptè condiſces. Nunc integrum eſt, [c] maſſeterem à iugali oſſe & malis liberatum, ab humiliori maxilla ſimiliter cultello deradere, atque illius inſertionem munusq; non oſcitanter perpendere. [d] Muſculum in ore deliteſcentem ad amuſsim,non niſi inferiori maxilla in menti regione per medium diſſecta,adminiſtrare poteris: ac proinde grandiori cultro operi adhibito, ipſam à ſummo mento auſpicatus,per medium dentium inciſorium diuides: illamq; manibus apprehendens,uiutranque ipſus partem in latera reflectes,& à temporis oſsis illi inſculpto [e] ſinu luxabis. Mox circa maxillæ extrema,oris tunicam à ſubditis ſibi corporibus,cutis inſtar ſeparabis, quouſque muſculus in ore reconditus ſeſe omni ex parte offerat:quem,ſi uiſum fuerit,aut oſsibus cõmiſſum relinques, aut ab ipſis deraſum abijcies,ipſius quoque functionem non oſcitanter expendens. [f] Muſculũ maxillam deorſum trahentem, inferiori ſedi maxillę ſecundum ipſius longitudinem exporrectum,& maxillæ in interna ſummi menti ſede inſertum,modò reperies: quum is nulla peculiari opus habeat adminiſtratione, muſculo maſſetere iam cum [g] glandulis & uenis & arterijs,quæ auribus ſubijciuntur, reſectis. Quanquam interim quarti huius muſculi,ſuiq; coniugis,perinde ac tertiorum, ſeu in ore deliteſcentium muſculorum ſectionem,& officij muneris ve eorundem examen,tum demum opportunius aggredieris,quum linguæ & oſsis ν referentis & laryngis muſculos perſcrutaberis.

Maſſeteris.
Muſculi in ore deliteſcentis.
Muſculi maxillam deorſum trahentis.

c 4 ta. Δ.
d 6 ta. D.
e 4, 5 fig. cap. 6 lib. 1 h.
f 5 ta. H, I.
g ſub F 4 tabula.

DE MVSCVLIS OSSI ν REFERENTI COMMISSIS. Caput XVII.

[a] 10 ta 1, 2 fig. cap. 13 lib. 1. & 1 fig. cap. 21 lib. 2 A.
Muſculi oſsi ν referenti commiſſi, partiũ aliis ſubſeruiunt partibus.

OS [a] ν referens,in faucibus ſuperiori laryngis ſedi prælocari, & radici linguæ fundamenti uice,ſuper quod moueri eam oporteat, & plurium muſculorum uelut anchoram eſſe,iam antea diximus. Ex muſculis uerò qui oſsi committuntur, alij quidem ipſi ſunt proprij,& ſolius ſui gratia conſtructi, qui omnes ab alijs oſsibus principium ſumentes, oſsi ν ſimili inſeruntur: alij autem ex oſſe hoc procedentes, alijs organis famulantur. Qui igitur oſsi ipſi

ipsi peculiares proprijq; sunt, potissimùm præstare creduntur, ne os non admodum stabili firmatum basi, hinc inde ad latera, uel sursum aut deorsum, uel prorsum aut retrorsum præter rationem conuellatur. Sunt porrò hi ad minimum numerum redacti septem, ad maximum autem octo, utrinque nimirum quatuor, ut uniuersi quatuor constituant paria. [b] Primus cæteris ualidior & crassior, bifidus aut geminus est, scutiformi laryngis cartilagini, & asperæ arteriæ in collo exporrectus. Lato namq; & carneo principio ex eminẽtio ri pectoris ossis sede, ac partem magis internam exoritur: rectaq; sursum tensus, ac parem semper ipsi origini latitudinem seruans, in [c] anteriorem ossis υ referentis sedem inseritur, carnoso innexu totam amplitudinem medij osiculi cui ossis υ referentis latera firmantur, apprehendens. Huic musculo secundùm ipsius longitudinem in medio linea incisa est, cuius occasione, ex duobus, dextro uicelicet & sinistro musculis cõstare, non ineptè dicitur: ac duorum musculorum, seu unius paris uice enumeratur, qui os υ referens deorsum, si quando uiolentiùs à superioribus musculis sursum uellitur, retrahunt: & [d] scutiformi cartilagini, & asperæ arteriæ, propugnaculi loco haberi possunt. [e] Tertius & quartus, utrinque nimirum unus, his duobus opponuntur: & ampli, breues, ac omni ex parte carnei, à maxilla inferiori, sub summo mẽto interiùs enascuntur: hincq; descendentes, ac admodum modicè arctiores redditi, υ referenti ossi duobus primis contermini inseruntur, [f] eandem prorsus insertionis latitudinem in anteriori ossis sede cum illis obtinentes. Ac proinde hi os sursum, oppositio duorum inferiorum motu, deinde & modicè in exteriora protrahunt: quẽ admodum & illi quoque in exteriora os perquàm obscurè promouent. [g] Quintus ac sextus, ab utroque latere singuli, admodum graciles teretesq; sunt, musculi, qui à [h] processuum, stylum & galli calcaria referentium, radicibus explantati, υ referenti ossi ad latus amplitudinis inseruntur, quam primi quatuor musculi occupant. est aũt hæc regio, ubi ossis latera cum medio osiculo coeunt. Musculi hi toto ductu [i] illis exteriùs attenduntur, quos maxillã inferiorem deorsum trahere retuli: qui ẽt ab eisdem stylum imitantibus processibus, sed paulo humiliùs, quàm hi ossis υ referentis musculi, exoriuntur: quibus ne os aut in dextrũ, aut in sinistrũ reuellatur, prohibendi munus concreditũ est, & præterea illud quoq; sursum nonnihil, inlongiq; uisuntur: nullus enim uniuersi corporis his simul & gracilior & longior occurrit. Deinde uterq; eneruationem quandam, perinde ac musculi maxillam deorsum trahentes, priuatim uendicat. [l] in medio namque ipsius ductu carneus esse desinit, tendinis aliquousque naturam ostendens, à qua denuò carneus euadit, itaq; duos ueluti uentres nanciscitur. Principium etenim carneum, ex elatiori scapulæ costa, iuxta ipsius ceruicem, & processus anchoram imitantis [m] radicem obtinet: & sub [n] musculo scapulam attollentium primo occultatus, sursum obliquè protenditur, sub [o] musculo à pectoris osse & clauicula in mammillarem capitis processum inserto, qui ossis υ referentis musculum adeò comprimit, ut carnosus sub illo esse desinat, tendinisq; speciem ostendat, perinde ac si digniori illi caput mouenti musculo cederet, aut ipse durior factus, in contractione impetum incumbentis musculi faciliùs exolueret. Nam simul atque illum superauit, rursus carneus apparet quousque in eam ossis υ referentis regionem implantetur, in [p] quam quintum aut sextum insertionem moliri dictum est. Galenus quarto de Administrandis sectionibus libro, istos quarti paris mosculos scapulis proprios esse arbitratur, horũ ope illas sursum ad guttur agi asserens. Quàm uero id ueritati consonum sit, obseruari peroptarim: mihi.n. ossi υ referenti, non uerò scapulis, proprij uidẽtur, nec quicquã his cum scapularũ motu cõmune esse existimo. Quippe minores sunt, minusq; firma (quũ υ referenti ossi cõmittantur) basi stabiliuntur, quàm qui scapulas (quibus brachia, cubiti & manus appendent) attollere obliquo motu possint. Deinde substantia formaq; cæteris ossis υ referentis musculus, ne quaquam autem scapularum motuum autoribus, respondent. Quod Veteres pulchrè norunt, ex quorum sententia Galenus in libro undecimo de Partium usu, hos musculos ossi υ referenti ascribit: licet rursus sui oblitus, in decimotertio de Partium usu, eosdem inter scapulæ motores commemoret, facilè in illis; ut & in alijs plerisque scapulæ musculis, aberrans. Quinetiam os υ referens his musculis omnino indiget, si demum id contrario motu agi debuit illi, quem quintus & sextus musculi perficiunt. Videntur itaque mihi postremo loco enumerati musculi, deorsum ac utrinque ad latera os υ referens detrahere. & nisi his illa contingeret, cadere actio, ossis υ referentis situs prorsus fallax esset. Adde, musculis his, ubi scapulæ committuntur, [q] neruulum applantari: nequaquam autem, ubi ossi υ referenti inseruntur. Sunt igitur, mea quidem sententia, octo musculi, solius ossis υ referentis occasione efformati, in hoc scilicet, ne hinc inde ex sua sede id tur betur, fundamentumq; plus satis infirmum linguæ, & ipsi quoque laryngi efficiatur. Cæterùm musculi, quos huic ossi non proprios esse dixi, ex ipso originem mutuantur. horumq; quatuor laryngi, & alij linguæ porriguntur. [r] Primi duo laryngem adeuntes, lati & carnosi sunt: & ab inferiori ossis υ referentis sede enati, ac postea anteriori scutiformis cartilaginis parti attensi, tandem humiliori eius cartilaginis sedi secundùm latitudinem inseruntur. [s] Alij duo paulo minus toto teretes sunt, & graciles: ex [t] mediaq; ossis υ referentis interna sede principium ducentes, radici laryngis [u] operculi implantantur. Quod uerò horum quatuor sit munus, & quos ex his Galenus prætermiserit, in musculorum laryngis enarratione docebitur. Linguæ autem [x] musculorum sermo, mox post subsequens Caput instituetur.

Ipsi proprio rum primũ par, seu alterius lateris 1.

Secundum par.

Tertiũ par.

Quartum par.

Quartum par. scapularum motibus non subseruire.

Musculi hyoidi ossi non proprij.

b 4 tab. S. T. 1 tab. C. 2 tab. F.

c consule figuram capitis 13 li. 1. ad * A. B. & cæt.

d 5 tab. N. dein Q.

e 4 ta. R. 1 tab. B. 1 tab. E.

f Confer tabulæ B & C.

g 4 ta. Q.

h 3. 4. 5 fi. ca. 6 li. 1.

i 4 tab. O. 5 tab. H, I.

k 5 ta. R. S. 4 tab. V, V. 1 tab. D. 2 tab. H.

l inter K & S tab. 5.

m 1 fi. ca. 21 lib. 1 F.

n 4 tab. b. aut 9 ta. T.

o 4 tab. Θ.

p 4 tab. P.

q à ramo i notato fig. 2 ca. 11 li. 4.

r 1 fi. cap. 21 F.

s 2, 3 fig. cap. 21 K.

t 2 fi. cap. 13 lib. 1 D.

u 2, 3 fig. cap. 21 L.

x 1, 2 fig. cap. 19 H.

PRO-

PROPRIORVM OSSI v REFERENTI MVSCVLORVM ADministratio. Caput XVIII.

COMMODE horum musculorum sectionem administraturus, cernici (ut in posteriora pendente capite, ea exporrigatur) trunculum aut oblongum lapidem subijcies: & uenis, arterijs, ac glandulis, quæ in harum distributionibus locantur, utcunque resectis, minoribus cultellis sectionem auspicabere. Ac primùm quidem ab inferiori maxilla, quæ adhuc integra est (nisi illam [a] musculi ipsam deorsum trahentis, & [b] eius qui in ore delitescens, maxillam attollit, occasione fregeris) obliquos & latos musculos, qui [c] tertij & quarti loco habebantur, derades, eos usque ad regionem, qua osi v referenti implantantur, dissecans. Deinde [d] primi & secundi capite à pectoris osse liberato, utrosque uersus os deducito, illos à [e] musculis separans, qui ipsis substrati, à pectoris osse in scutiformem laryngis cartilaginem pertinent. Quum enim primorum osis v referentis musculorum originem aggredieris, studendum est, ne initia [f] musculorum, à pectoris osse & clauicula ad mamillarem capitis processum ascendentium, uities: ac ne ex eadem sede natos, nuperq; dictos scutiformis cartilaginis musculos unà auferas. [g] Quintum & sextum summis digitis, aut exiguo cultello à conterminis partibus, usque ad stylum referentes capitis processus deduces, illorumq; initia illinc liberabis. [h] Septimum & octauum uix, nisi secundo scapulam mouentium [i] musculo, & illo qui à pectoris osse & clauicula mamillarem processum petit, abscctis, aggredi promptum est. nihil tamen prohibet, ipsos à uicinis partibus, exiguo longoq; cultello buxeo, aut solis digitis liberare, ipsorumq; capite apprehenso, id à scapula cultello diuidere. Quanquam hos, donec musculos scapulam mouentes aggredieris, interdum seruandos duco: ut, quemadmodum non semel ipse tentaui, tu quoque experiaris, num musculi illi scapulam, omni prorsus carne liberam, sursum agere possint: contemplerisq;, quàm bellè primo quoque tensionis impetu rumpentur. Musculorum uerò osi v referenti non propriorum sectio, in eum locum reseruabitur, qui earum quibus illi inseruntur partium anatomen pertractabit.

Secundi paris administratio.

Primi paris.

Tertij paris.


Quarti paris.

[a] 5 ta. H, I.
[b] 6 ta. D.
[c] 4 ta. R.
[d] 4 tab. S, T.
[e] 5 tab. P.
[f] 4 ta. Θ.
[g] 5 ta. Q.
[h] 5 ta. R. S.
[i] 9 tab. Γ, Δ.

DE LINGVAE MVSCVLIS. Caput XIX.

PRIMA DECIMINONI SECVNDA.

Capitis figura.



TRIVM DECIMINONI CAPITIS FIGVRARVM, *TERTIA FIGVRA.*
& earundem characterum Index.



PRIMA figura linguam, unà cum ipsius musculis, à reliquo corpore liberatam, ex dextro latere commonstrat, musculorum dextri lateris naturam, ac situm, quam fieri licet, proximè exprimens.

Secunda figura eadem, quæ prima, oculis subijcit: uerùm ut primi linguæ musculi, ac item noni natura aliquo pacto hic magis, quàm in prima conspiceretur, tertium & septimum linguæ musculos sursum refleximus, quinto interim deorsum ab ipsius insertione propendente.

Tertia figura nouem linguæ musculos absectos habet: ac lingua secundum longitudinem diuisa cernitur, linguæ ligamento hic ab utrisque linguæ corporibus dirempto, & corporum superficie, quæ ligamento continuatur, hic apparente. Atque eum in modum hominis (ut semel dicam) linguæ constructio est expressa, quo nobis hanc picturis assequi datum fuit.

A, A, A 1, 2, 3 *Linguæ portio, ante consectionem in hiante ore conspicua, & tunica adhuc obtecta, ipsi, ac toti ori, & stomacho, item & asperæ arteriæ communi.*

B, B 1 *Hæc linea dictæ nuper tunicæ partem notat, secundùm inferioris maxillæ latera ab ore dissectam. Linguæ enim portio supra lineam consistens, illa adhuc obtegitur tunica: quæ autem sub linea cernitur pars, hic (uti etiam nunquam) illa tunica non succingitur.*

C 1 *Iam dictæ prius tunicæ portio, quam hic ab intimo palati unà cum lingua præscidimus.*

D, D 1, 2 *Primus linguæ musculus.*

E 1,2 *Tertius linguæ musculus.*
F 1,2 *Quintus linguæ musculus.*
G 1,2 *Septimus linguæ musculus.*
H 1,2 *Nonus linguæ musculus.*
I,I 3 *Linguæ ligamentum, cui linguæ corporum fibræ continuantur.*
K,K 3 *Dextri linguæ corporis fibrarum species.*
L,L 3 *Sinistri linguæ corporis fibrarum species. Verùm hæ adeò confunduntur, inuicemq; permiscentur, ut uisu, nedum pi-ctura, eas queamus assequi.*

Linguæ magnitudinem iustam esse, illamq; musculis egere, quorum cognitio difficilis est.

LINGVAE moles ori exquisitè congruit, in omnem enim eius sedem commodè pertingit: quod sanè, si minor esset, ipsi negaretur. neque rursus præ oris angustia impeditur, quæuis tamen id facillimè contingit, si aliquando in magnitudinem præter naturam excreuerit. Quoniam uerò promptè ipsam nostro arbitratu, quocunque agi conueniebat, hanc musculosam fieri summus rerum Opifex uoluit: operæpreciumq; fuit, multos illi elargiri musculos, qui uariorum motuum autores existerent. Cæterùm qui, qualesq;, & quot numero ipsam agant, cognitu est quàm difficillimum: adeò enim inuicem connectuntur, ipsorumq; fibræ mutuò tamquarè coeunt, ut iustum numerum formamq; musculorum, & motuum linguæ differentias cognoscere, non iniuria arduum censeatur. Imò linguæ constructionem hactenus à nemine ad amussim perspectam fuisse, neque etiam ocyus fore metuo: ita, ut fateri cogamur, eo Conditoris nostri in effingendo ex terra Adamo artem industriamq; processisse, ut tota hæc non inueniatur, quantumuis longo tẽporis spacio, idq; à uiris illustribus, fuerit indagata. Quousque tamen in linguæ constructione Galenus eximium Naturę miraculum artificiumq; perspexerit, minimè constat: ea siquidem libri de Administrandis sectionibus pars, in qua linguæ musculos proculdubio recensuit, nobis unà cum libris de Musculorum resectione interijt. In libris autem de Partium usu, per transennam, leuiterq; duntaxat de linguæ motu, absque peculiari alicuius musculi enarratione meminit. Ego, quantum hactenus assecutus sum, linguam rarum quippiam, ac peculiare præter cæteros musculos sortiri obseruo. Ad radicem enim, qua ampla lataq; est, ac ueluti stabiliquosdam, ac suis fibris utcunque distinctos obtinet musculos, & quorundam ipsorum fines illic terminantur, ubi lingua in longitudinem ferri incipit, cum sua radice quodammodo angulum illic constituens, ubi [a] corpus, laryngem in ciborum uoratu obturans, sese offert. Alij eorum musculorum hic neutiquam cessant: sed mixti inuicem, raram corporis partem efformant, nempe duorum ueluti oblongorum musculorum concursum, qui ligamentum quoddam tenuissimum, membraneum, ac ad linguæ crassitudinem latum, in ipsorum medio plerunque adipiscuntur. sic sanè, ut uniuersum linguæ corpus, ante sectionem nobis apparens, ex duobus illis musculosis corporibus, ligamento hoc, accurrentibus uenis, arterijs & neruis, ac binis hæc omnia integentibus membranis conformetur: una quidem musculis omnibus communi, quę est interior: altera autem eius tunicæ pars censetur, quæ uniuersam oris amplitudinem succingit, & eadem continuaq; cum interna asperæ arteriæ ac stomachi tunica existit, priuatimq; tertij paris neruorum cerebri præcipuas [b] portiones sibi uendicat, quarum etiam beneficio lingua gustatorium efficitur organũ. Rarum uerò id, atque peculiare, quod duo hæc musculosa corpora obtinere diximus, ad hunc quasi modum sese habet. Quum cæteri corporis musculi unicum ferè fibrarum genus, aut rectum scilicet, aut obliquum, aut transuersum duntaxat obtineant: hæc tamen corpora obliquas, transuersas, rectasq; fibras simul adepta mihi uidentur, quæ inuicem adeò coeunt, commiscenturq;, ut in his aliquod fibrarum genus sectione assequi propemodum sit impossibile. imò musculosa hæc corpora quippiam non absimile cordis [c] substantię, in ea fibrarum contrariarum commixtione adipiscuntur: quanquam non adeò, atq; cor, solida constent substantia. Nam carnosæ fibræ in pinguioribus, & iam ætate prouectis animalibus, pinguedinem in lingua, spongiosum quid & fungosum exprimente, adnatam obtinent: & fibræ multo quoque rariùs in lingua conferuntur, quàm in compactissima cordis substantia. Atque hæc uel inter edendum cuiuis euadunt perspicua, quàm scilicet à uulgaris musculorum carnis natura, formaq;, & gustu, linguæ pars, quam in delicijs habemus, uariet. Verùm ex quibus nam musculis ea conformetur, ac unde musculi linguæ, quos inter dissecandum obseruaui, originem ducant, nunc opportunè subijcietur. [d] Duo sunt recti, & impense crassi obscureq; ab inuicem, ac si plures duobus essent, aliquot locis discreti: qui ex media, superioriq; [e] ossis ψ referentis sede, carnei, sed utcunque fungosi, principium ducunt: ac secundùm linguæ longitudinem protenti, ipsius medio inseruntur, hancq; contracti rectà introrsùm, & uelut ad posteriora uellunt. [f] Tertius, & quartus, ex [g] duobus superioribus ossis ψ referentis ossiculis oriuntur: quæ ad ipsius latera haberi, ac ipso rum fine ad stylos usque imitantes capitis processus desinere diximus. Quanquam etiam interdum hi musculi ab [h] humilioribus eius ossis lateribus, quæ superioribus scutiformis cartilaginis processibus colligantur, principium sumant, tunc nimirum, quum superiora ossis latera non planè ossea, cum ligamentorum natura aliquid commune adipiscuntur, quod potissimùm in mulieribus obseruatur. Musculi igitur illinc exortum adepti, & obliquè quodammodo procedentes, linguæ lateribus implantantur. Si horũ alter, uno remisso laxatoq;, contrahatur, lingua, & potissimùm sua radice, in latus deorsum uellitur: at si simul uterq; agat, lingua in neutrã partem inclinans, deorsum uersus interiora quoq; mouetur. [i] Quintus ac sextus, similiter carnosi, & utcunq; crassi, duobus nuper dictis opponuntur: ac à temporum ossium [k] processib. qui styli acusq; imaginẽ referũt, explãtati, linguę ad nuper [l] dictorũ fines innascũtur. Hi, quoties ambo

Linguæ pars ante sectionem conspicua, quibus constet partibus.

Inter manifestos linguæ musculos duo primi.

Tertius & quartus.

Quintus & sextus.

a 2 fi. cap. 21 L.

Hæc sexti tertia fi. seriatim proponit literis K,K. L, L. L, I.

b 2 fi. cap. 2 li. 4 Y, Y.

c 11 fi. li. 6 I, I.

d 1, 2 fig. D, D.

e *figura capitis* 13 li. 1, *sed præsertim* 2 *figuræ* D, *&* 1 *fig.* C.

f 1, 2 fi. I

g 1, 2 fig. cap. 13 li. 1 I, K.

h *earundi fig.* E, F.

i 1, 2 fi. F.

k 3, 4, 5 fi. ca. 6 li. 1 L.

l 1, 2 fi. E.

ambo conuelluntur,uersus interiora linguam sursum agunt:at si alter duntaxat in se colligatur, lingua sursum tracta,ad alterum latus inclinatur.Sunt & [m] alij duo,linguam ad inferiora contrahentes,ad lateraq; inuoluentes:qui ex inferioris maxillæ lateribus,intus ad dentium molarium radicem utrinque lato, & utcunque mucoso principio enati, linguæ, secundùm ipsius longitudinem, usque ad ligamenti finem, quo faucibus illa colligatur,sese inserunt,non quidem prorsus in linguæ medium,sed [n] duorum, quos primos enumerauimus,musculorum latera.Horum altero tantùm suas fibras colligente, conspicua ante sectionem linguæ pars,in contracti musculi latus conniuet:at utroque laborante,pertinaciter lingua faucibus recto motu adigitur.Post hos [o] carnea quædam moles ab [p] interna quoq; inferioris maxillæ sede,ex menti regione enascitur,ab illis præcipuè processulis,ipsorumq; lateribus, qui inæqualiter in interna inferioris maxillæ ad summum mentum sede extuberant.Præsens moles sursum retrorsumq; ad fauces ducta, in linguæ radicem,amplam insertionem molitur,quemadmodum etiam lato principio originem sumit. Hæc moles linguam ad mentum contrahere uidetur,nunc exquisitè ad labrorum medium, nunc autem ad latus,prout nimirum has illas ve fibras laxat & intendit:fibræ enim ipsius,secundùm totam illius amplitudinem,ab anteriori sede retrorsum rectà ducuntur.Deinde musculus iste,præter fibras, uelut quasdam inscriptiones quoque rectà progredientes ita obtinet,ac si harum occasione plurium musculorum numero etiã habendus esset.Enarratos iam musculos,qui undique attensum habent adipem, inter dissecandum ad linguam porrigi cernimus,& horum plurimos circa ipsorum fines inuicem confundi, ac [q] duo musculosa linguæ corpora constituere:quæ triplex fibrarum genus adeò confusum permixtumq; obtinent, ut fibras internoscere sit quàmdifficillimum.Reliquarum tamen omnium obliquæ transuersæq; in corporum medio plurimæ reperiuntur,quæ mihi utrinque in proprium linguæ [r] ligamentum longè tenuissimum, & membranæ non absimile,tanquam in ipsorum firmamentum,hominibus, canibus & simijs secus quàm bobus & ouibus propemodum,desinere uidentur:rectæ uerò pauciores sese offerunt, omnes propemodum in externa illorum corporum superficie excurrentes. Transuersarum fibrarum beneficio, linguæ corpus ante sectionem apparens,in se contrahi,incrassariq;,& rursus egeri tenuariq; arbitror:id enim in ligamentum fibrarum insertio tibi dissecanti utcunque commonstrabit.Rectis autem fibris,lingua in semicirculum, ad palatum faucesq; conuolui spectatur:prout nimirum aut superiores,aut inferiores collectæ fuerint. Porrò obliquis fibris in latera linguam agi omnino coniector,sic sanè, ut alij interim musculi linguæ moueant radicem: alij uerò linguæ corpus,ante consectionem in hiante ore conspicuum. Ligamentum uerò,cui fibræ firmantur,linguę ossis uice datum est.Haud enim decuisset,linguæ secundùm ipsius longitudinem os, aut cartilaginem, quantumuis etiam in exiguas diuisam uertebras,innasci,quum tam uarijs diuersisq; motibus inter mandendum loquendũq; moueri linguam oportuerit,ipsaq; interim nullum corpus suffulciat, ac quouis etiam serpente agilior fluctuosiorq; esse debeat.Atque hæc sanè ita trado, ut mihi occurrerunt. lubens,si quid sese notius ueriusq; mihi offerret,id impertiturus. Porrò [s] neruos à septimo præcipuè pari neruorum cerebri,& à sexto,linguæ musculis motus principium præbentes,de industria, ut & cæteros neruos,in quartum librum reijcio:& iccirco etiam hic,nisi de ligamento linguam faucibus colligante,paucissima recensenda supersunt.Est autem id quod ad palatum,reflexa lingua,apertoq; ore, sub ipsa conspicitur,magni usus gratia efformatum.Nisi enim id esset ligamentum,lingua nimium aliquando retrorsum in se colligeretur,nec facilè exerta intrò traheretur:præterea neque sedem obtineret stabilẽ & tutam,ut quæ undique esset soluta.Vtroque enim munere ligamentum fungi,ex artis operibus experimur,quoties id prę scindimus,aut propter nimiam humiditatem laxum resiccamus.

Septimus et octauus.

Nonus.

Musculosa substantia linguæ partis,ante sectionem conspicua.

Ligamentũ linguã faucibus colligans.

LINGVAE MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XX.

MVSCVLORVM linguæ sectio, cum hactenus commemoratorũ in ore musculorum sectione communis erit. Deducta igitur,quantum licet,utraque maxilla, & [a] oris tunica,cutis modo à subditis organis, quàm licet exquisitissimè cultello undecunque detracta,omnium primi secabuntur [b] obliqui,quorum principium à processibus stylum imitantibus uenit liberandum. Iam hos ad linguæ radicem studiosè secutus, eam [c] carneã molem, quam nono loco recensui, ab inferiori maxilla liberabis: atque quàm poteris accuratissimè,ipsius inscriptiones & ipsi immixtum adipem,deinde illius etiam exortus & implantationis latitudinem spectabis.Atque hæc perfeceris promptissimè,si modò ad dentium incisoriorum radicem, & sub mento uicissim sectionem tentaueris. Mox post hos aggredieris, [d] qui ab internæ maxillæ sedis lateribus enascuntur,& linguam ad latera mouent.Post hos autem,aliorum [e] duorum obliquorum, ab ossis υ referentis lateribus originem ducentium,principia liberabis. Postremò autem [f] illi ab osse υ referente adimentur,quos primos recensuimus,quiq; maximam linguæ radicis partem constituere uidebuntur.In huiusmodi administratione, exiguum cultellum liberandis musculorum capitibus operi accommodabis: ad reliquam uerò separationem,buxeum cultellum,quòd mucosi admodum sint musculi, adhibere, nihil prohibet. Cæterùm linguæ reliquum corpus ad hunc modum aggredi consulo. Ante omnia id ambiens crassior membrana,toti communis ori deradetur: firmiùs enim connascitur,quàm ut citra coctionem,cutis modo à lingua auferri possit. Deinde illa membrana,quæ musculis omnibus est communis,quamq; frustra separare contenderes,relicta,sectio ad linguæ medium,super id quod diximus [g] ligamentum,& secundùm linguæ longitudinem ducetur,non superficialis tantùm, sed quæ ad medium usque linguæ penetret, aut etiam uniuersam diuidat.Mox hamulis & cultellis,fibrarum corporis linguæ naturam sedulò inquires:

Administratio quinti & sexti.

Noni.

Septimi & octaui.

Tertij & quarti.

Primi et secundi.

Reliqui linguæ corporis administratio.


m 1,2 fig. G.
n 1,2 fig. B, D.
o 1,2 fi. H.
p 2 fi. cap. 10 li. 1 H.
q 3 fig. K, K.L, L.
r 3 fi. 1, I.
s 1 2 fig. ca. 2 lib. 4 π, dung.
a 1 fi. cap. 19 B, B, C.
b 1, 2 fig. cap. 19 F.
c eorundẽ fig. H.
d eorundẽ fig. G.
e eorundẽ fig. E.
f eorundẽ fig. D, D.
g 3 fi. cap. 19 I. I.

ac qui fibræ ligamento committantur, cæq; inuicem uarient & commiſceantur, perſpicies.

DE LARYNGIS MVSCVLIS. Caput XXI.

PRIMA XXI.

CAP. FIG. *II.* *III.* *IIII.* *V.*



TREDECIM VIgesimiprimi Capitis figurarum, & earundem characterum Index.

QVONIAM in integris musculorum tabulis, in præsentis libri initio seriatim positis, omnes laryngis musculi oculis subijci nequierunt, non abs re fore putaui, in huius Capitis fronte priuatim Laryngis musculos hac figurarum copia exhibere.

Prima figura, ossis υ referentis, et hic suis musculis omnibus proprijs liberati antērior facies exprimitur, unà cũ anteriori laryngis, & asperæ arterie caudicis (qui in collo consistit) sede, nullo interim laryngis musculo resecto. Qui uerò musculi hic sint conspicui, characterum index dilucidè explicabit.

Secunda figura, eadem quæ prima ex dextro latere commonstrat. quanquam hic non tantam asperæ arteriæ caudicis portionem (quum id frustra factum fuisset) asseruauerimus: dein superiora ossis υ referentis latera hinc etiam resecũmus.

Tertia, secundæ penitus respondet: nisi quòd hæc ex posteriori facie eadem quæ illa ex latere commonstrat. Verùm & hic studio superiora ossis υ referentis latera, perinde ac in prima, delineantur.

Quarta anteriorem laryngis sedem, cum portione caudicis asperæ arteriæ proponit, resecto iam υ referente osse, cum musculis ab illo & à pectoris osse laryngi oblatis. Seruantur itaque adhuc ex communibus laryngis musculis, quintus & sextus, ac dein musculi laryngis operculo proprij.

Quinta figura, à quarta sectionis ordine nihil uariat, sed eadem quæ quarta, ex sinistro latere eleganter spectanda offert.

Sexta laryngem, à reliquo asperæ arteriæ caudicis liberatam, ita posteriori facie exprimit, ut neque stomachi, neque communis alicuius musculi portionem adhuc reliquerim, interea tamen nulla laryngis cartilaginum sua sede dimota.

Septima laryngem ex dextro latere ita expressam continet, ut ipsius operculum iam resectum sit, unà cum musculis primæ cartilaginis secundam nectentibus. Dein primæ cartilaginis in hoc latere inferior processus, à secunda liberatus est: ipsaq; prima antrorsum, atque à secunda sic reflexa occurrit, ut media primæ cartilaginis sedes, in posteriori regione nuda se spectandam offerat.

Octaua à septima in hoc differt, quòd hic rectos musculos illorum quatuor, qui tertiam cartilaginem secundæ nectunt, resecidimus, ipsaq; secunda cartilago magis detecta appareat.

Nona ab octaua in hoc uariat, quòd præter musculos nuper dictos, etiam quatuor musculorum tertiam secundæ iungentium obliquos, & dein duos in tertiæ cartilaginis basi positos, abstulimus, seruatis duntaxat cum tribus cartilaginibus illis musculis, qui tertiam primæ alligant.

Decima, ex anteriori laryngis sede se spectandam præbet, ablata iam prima cartilagine, & duntaxat cum secunda & tertia apparentibus musculis, tertiam primæ committentibus.

Vndecimam, ut & duas sequentes, ostendendæ laryngis linguæ seu rimæ gratia delineauimus. Exprimitur itaque hic larynx, à reliquo asperæ arteriæ trunco, & suis communibus musculis liber: atque hæc, asseruato adhuc ipsius operculo, posteriori suæ sedi incumbit, superiorem faciem commonstrans.

Duodecima in hoc ab undecima differt, quòd hæc inferiorem laryngis sedem delineatam contineat.

Decimatertia hoc à duodecima habet uarium, quòd laryngis rimam, seu lingulam, magis coarctatam occlusam ve repræsentet. Cæterùm characterum index erit eiusmodi.

A In prima, secunda & tertia figuris, υ referens notatur os, non prorsus suis membranulis liberum.
B In prima, secunda et tertia, humilius ossis υ referentis latus, superiori scutiformis cartilaginis alligatum processui, qui
C C in secunda, tertia & quarta figuris indicatur.

In prima

D *In prima & tertia, superius notatur ossis υ referentis latus, à secunda figura imibi resectum, ubi E asscriptum cernis.*
F *Musculus ab ossis υ referentis inferiori sede enatus, ac humiliori primæ cartilaginis sedi insertus In prima figura dex ter & sinister est conspicuus, in secunda dexter duntaxat.*
G *Musculus ex pectoris ossis summo, ad humiliorem primæ cartilaginis sedem deductus. Prima dextrum & sinistrum exprimit, at secunda dextri tantummodo portionem.*
H *Gula, seu stomachus, in secunda, tertia & quinta conspicuus.*
I *Musculus ex posteriori sede stomachi, primæ cartilaginis lateri insertus. Ac tertia dextrum & læuum ferè uniuersum ostendit, & potissimum utriusque initium: secunda dextrum, & minimam sinistri portionem, Quinta uerò sinistri insertionem exprimit, ut etiam prima & quarta utriusque insertionem proponit.*
K *Duo musculi, ab osse υ referente enati, ac in laryngis operculi radicem inserti. Hi occurrunt in secunda figura, & ter tia, & quarta.*
L *Laryngis operculum, in secunda figura, & dein in 3, 4, 5, 6, & 11 conspicuum.*
M *Glandulæ, laryngis radici ad asperæ arteriæ latera adnexæ, in 2, 3, 4 & 5.*
N *Musculus à prima cartilagine ad secundam protensus, exterior ve primam cartilaginem secundæ iungentium. Dextri musculi & sinistri pars in prima uidetur, uterque autem integer in quarta.*
O *Musculus à secunda cartilagine in primam protensus, alterius ve lateris interior secundam cartilaginem primæ con nectentium. In quinta solus sinister exprimitur.*
P *Musculus ab infima secundæ cartilaginis sede, posteriori in parte principium ducens, & tertiæ cartilagini insertus. Sexta dextrum & sinistrum ostendit, septima dextrum, & quodammodo sinistrum.*
Q *Sedes, iam dicti, ac P insigniti musculi, in octaua & nona.*
R *Musculus à latere secundæ cartilaginis, in tertiam cartilaginem insertus. Septima & octaua dextrum duntaxat ostendunt.*
S *Sinus secundæ cartilaginis, in octaua & nona notatur, cui inferior primæ cartilaginis processus, T in octaua & nona*
T. *insignitus, connascitur.*
V *Alter musculus duorum in tertiæ cartilaginis basi locatorum. Sexta utriusque lateris musculum repræsentat, septi ma dextrum, & sinistri portiunculam, octaua etiam dextrum.*
X *In nona figura sinus indicatur, cui musculus insidet, tertiæ cartilaginis basim in altero latere occupans, ac V iam ex pressius.*
a *Musculus ex tota primæ cartilaginis longitudine enatus, ac tertiæ insertus, aut musculus primæ cartilagini tertiam*
b. *copulans. Decima dextrum a insignitum, & sinistrum b notatum indicat, ablata interim prima cartilagine. Septima uerò, octaua & nona, integrum dextri lateris musculum a indicatum exprimunt, & elatiorem sinistri sedem, quam ob hoc quoque b litera in illis figuris notaui.*
c *Lingulæ, seu rimæ, in medio laryngis obuiæ superior sedes, in decima figura conspicitur.*
d *Inferior facies lingulæ, quam in decima tertia magis, quàm duodecima apertam expressimus.*
e,e *Duo sinus, utrinque unus, qui clausa lingula seu rima, in humiliori ipsius sede ad latera euadunt conspicui, in duode cima & decimatertia.*
f *Callus in medio rimæ laryngis apparens, ubi ipsa potissimùm conniuet, in decimatertia exprimitur.*
g *Ne fortasse aliquid obscuritatis cartilagines literis non insignitæ adferant, illas quoque notabimus. g itaque prima est cartilago, in anteriori parte se offerens, in prima figura, dein in 2, 4, 5, 12, 13.*
h *Prima cartilago, in tertia figura, & 6, 7, 8, 9, posteriori facie se offerens.*
i *Secunda cartilago, anteriori facie conspicua, in prima, 2, 4, 5, 7, 8, 9, 10, 12, 13*
k *Secunda cartilago posteriori facie spectatur, in sexta, 7, 8, 9, 11, 12, 13.*
l *Tertia cartilago occurrit in secunda, 3, 6, 7, 8, 9, 10, 11.*

a *Spectandæ sunt fig. ca. 38 lib. 1 b 9, 10, 11 fig. cap. 38 libr. 1 R, S. c tota 12, 13 fig. cap. 38 lib. 1.*
d *Conspicitur in 11, 12, 13 fig.*
e *Paulo post singuli seorsim adnotabũtur, f 1, 4 fig. unus N, alter 5 fi. O.*

TRES laryngis [a] cartilagines libro superiore descripsi, tertiam cartilaginem, etiamsi [b] gemina sit, ne aliorum dissectionis professorum placita nimium interturbarentur, unius loco enumerans. Præterea his cartilaginibus [c] corpus similiter cartilaginosum, sede adi posæ membraneæq; substantiæ etiam compos, incumbere retuli, quod ἐπιγλωττὶς nuncupatur. [d] Γλωττὶδα enim, corpus quoddam, aut potius laryngis sedem, in medio ipsius loca tam esse rencensui, rimulæ seu fissuræ lingularum, quibus tibiæ inflantur, perquàm simi-lem. Nunc itaque laryngis persequar musculos. Quum enim hęc ex pluribus cartilaginibus, ut aptè clau-deretur, aperireturq;, constituitur: quumq; spiritus retentionis, & uocis item occasione, motu eam agi opor tet uoluntario, iurè musculos cartilaginum motores Natura ipsi communicauit: quorum quidam & exor-tibus & insertionibus, solis committuntur cartillaginibus, proprijq; idcirco laryngis appellantur: alij au-tem, ab alijs partibus enati, laryngis cartilaginibus, ipsiusq; operculo inseruntur, ob id communes ferè nun cupati. [e] Proprios humana larynx duodecim nancisci tur: horumq; quatuor primam cartilaginem secun-dæ iungunt, quatuor tertiam secundæ connectunt, duo tertiam primæ copulant, & duo in basi tertiæ carti laginis sedem habent. Communes autem octo numeramus: sex quidem primæ cartilagini, duos autem laryngis operculo insertos. Cuiusmodi uerò omnes sint, iam ordine prosequar, à proprijs sumpto sermonis initio. Quatuor itaque primam secundæ iungentium, ad inferiora laryngis utrinque [f] duo habentur, in priori parte ipsius, uersus latera locati. atq; hi breues sunt, sed lati, tenues, ac carnosi: unusq; alteri incum-bit, ac ambo se inuicem fibris ad X literæ similitudinem intersecant. Exterior namque ab inferiori primæ cartilaginis sede fibrarum originem ducit, quæ deorsum obliquè in priora procedentes, secundæ cartilagi-

Duodecim proprios esse laryngis musculos cõmunes octo. Priorũ 1, 2, 3, 4.

nis parti,priora laryngis spectanti,inseruntur. Interior huic subiectus,ac forma exteriori similis,à secundæ cartilaginis sede,quæ primæ subijcitur,originē ducit primæ cartilaginis humiliori sedi implātatus,& fibris ex postica parte obliquè in anticā ascendētibus præditus. Quatuor isti musculi, g intercostalibus musculis apprimè respondentes,primam secundamq; cartilaginem inuicē adducunt, laryngis rimulam clausuri. Ad hunc sanè modum hos quatuor musculos locari, non infrequenter ostendi: aliquando tamen unicum duntaxat utrinque reperi,ductum fibrarū h anterioris enarrati nobis musculi seruantem,sed interim paulo crassiorem. Præterea,quum alterum duntaxat adesse obseruaui, nō semel, idq; præcipuè in uiris,duos graciles, sed carneos animaduerti musculos: qui ex media longitudine i spinæ secundæ cartilaginis enati,ac tandem deorsum obliquè ducti, in inferiores primæ cartilaginis k processus insertionem moliebantur. atque hi manifestò primā quoque cartilaginem secundæ propinquiùs accommodabant,rimulā laryngis hac functione arctantes. Quatuor uerò musculorū,secundæ cartilaginis tertiam committentium, duo quoque utrinque habentur: ac l unus quidem exactè in tota sui lateris posteriori secundæ cartilaginis sede,secundum ipsius longitudinem,qua stomachum spectat,locatur: & carneo principio ab infima secundæ cartilaginis m parte enatus,ac deinde recta sursum procedens,tantisper latescit, donec tertiæ cartilaginis radici, n qua secundæ coarticulatur, utcunque neruosus implantetur. o Alter musculus,nunc dicto contiguus,& omnino carneus,à secundæ cartilaginis sede enascitur, quæ primæ cartilaginis internam regionem respicit, primæq; inferiorem processum p admittit. Ex hac itaque sede præsens musculus,carnosum latumq; ducens principium,ac sursum obliquè protensus,tertiæ cartilagini inseritur, totam sui lateris tertiæ cartilaginis radicis sedem occupans, à priori ac recto musculo non amplexam. Hi quatuor tertiam cartilaginem ad exteriora laryngis retrorsum euertunt, lingulam, aut ipsam, si uoles, laryngem aperientes. Ac duo quidem primi, posteriorem cartilaginis secundę sedem (quæ horum gratia utrinque secundum longitudinem q exculpitur, & in medio acuta ueluti r linea,ac dorsi quodammodo spina,prominet) occupantes,recto motu id præstant: reliqui autem,ut obliquo situ præditi sunt, ita quoq; tertiam cartilaginem in posteriora obliquè reuellunt. s Nonus & decimus, qui tertiam primæ copulant, etiam utrinque singuli sunt lati & carnei: enascuntur autem inuicem continui, ex t media primæ cartilaginis sede,secundum totam ipsius internę sedis longitudinem. Dexter (idem de sinistro subaudi) uelut triplex sui principium ostendit,propter quasdam ipsius inscriptiones,adeò impressas, ut harum occasione triplex musculus esse uideatur, à principio obliquè sursum ascendens,& dextræ tertiæ cartilaginis partis anteriori sedi implantatus. Duobus his ualidis sanè musculis tertia cartilago primę adducitur, illorumq; beneficio duæ tertiæ cartilaginis u partes,contractis nimirum musculis conniuent,ipsaq; lingula horum potissimùm auxilio comprimitur. x Vndecimus ac duodecimus,in basi tertiæ cartilaginis consistunt,ea regione, qua y stomacho larynx committitur, tertiaque cartilago secundæ coarticulatur. Sunt autem ab utroque latere singuli, qui ex radice tertiæ cartilaginis, quà hæc primę proxima est, principium sumunt: & secundùm basim tertiæ cartilaginis modicè sursum protensi, ad tertiæ cartilaginis medium (ubi duæ ipsius partes inuicem colligantur) finiunt, se mutuò inibi contingentes. Præsentes itaque musculi breues, & exteriùs quodammodo pyri modo rotundi, intus uerò omni ex parte cartilagini tertiæ connati spectantur: & ubi se inuicem contingunt, latiores crassioresque sunt, quàm statim in ipsorum exortu. Ambo musculi, tertiæ cartilaginis basim constringentes, duasque eius cartilaginis partes inuicem comprimentes, lingulam claudunt, arctantq;: & unà argumento sunt, tertiā cartilaginem necessariò esse geminam: quum,si simplex esset,ab illis musculis constringi nequiret: uti neque à z duobus tertiam primæ iungentibus occludi,neque à a quatuor secundæ tertiam nectentibus aperiri potuisset. Ex duodecim igitur laryngis peculiaribus musculis,octo laryngē arctant,quatuor,scilicet primā secundæ nectentes,& duo tertiam primæ committentes, ac demum duo in basi tertiæ cartilaginis repositi: quatuor uerò ipsam referant,aperiunt ve, illi nimirum, qui tertiam secundæ iungunt. Alij quoque musculi, quos communes uocamus,utriusque etiam motus quodāmodo duces sunt,per quem spiritalis meatus lingula ve amplificatur & comprimitur. Horum enim primi duo,utrinque b singuli, ex tota propemodum inferiori c ossis v referentis sede principium ducunt: ac lati & carnei, & internis lateribus inuicē proximi, contiguiq; uisuntur. Hinc deorsum protensi,& mutuò internis lateribus abscedentes, singuli in sui lateris inferiorem primæ cartilaginis sedem implantantur,tanta latitudine, atque ipsorum originum est latitudo. Toto autem descensu,qua anteriori primæ cartilaginis sedi exporriguntur, ipsi fibrosis tantùm nexibus in eum modum hærent, quo aliàs incumbentes inuicem musculi,mutuò committuntur. Ad præsentium musculorum insertiones,quæ non minus quàm sui exortus carneæ existunt, d alij duo musculi, æquè propemodum ampli,primæ cartilagini implantantur,ab interiori e regione ossis pectoris, in iugulo carneis, sed non latis principijs ortum ducentes: qui sursum secundùm anteriorem asperæ arteriæ sedem protensi, ac sensim latiores redditi,illi quam diximus primæ cartilaginis sedi inseruntur. f Quintus ac sextus communium laryngis musculorum,transuersi sunt,& ipsorum utrinque habentur singuli, g stomachum amplexantes. Ex stomachi enim postica parte,uertebras ceruicis respiciente,secundùm stomachi longitudinem principiū sumunt,adeò inuicem continui,ut utrorumq; musculorum idem unitumq; principium esse uideatur. Hinc ampli & carnosi,uersus priora transuersim protensi, lateribus primæ cartilaginis,secundùm ipsorum laterum



Præsens figura,sextæ huius Capitis fronti præpositæ omni ex parte correspondet: nisi quod hæc priuatim musculos spectandos exhibet, quos à secundæ cartilaginis spina, ad inferiores primæ cartilaginis processus aliquando deductos uidi. A itaque et A primā laryngis notatur cartilago, B uerò spina secundæ cartilaginis. C autem & D duo musculi, à secūdæ cartilaginis spina principium sumentes,ac in primam cartilaginem inserti.

Propriorū 5,6,7, 8.

Propriorū 9 & 10.

Propriorū 11 & 12.

Communiū primus et 2

Communiū 3 & 4.

Communiū 5 & 6.

g 6ta. 9. X. sed prius cum 8 tabula D cum E.
h 3 fig. N.
i 8 fi. cap. 38 li. 1 M.
k 3, 4, 9 fi. cap. 38 lib. 1 C, D.
l 6, 7 fi. P.
m 9 fi. ca. 38 lib. 1 L.
n P, Q 6, 7 fi. ca. 38 li. 1 commiscuntur V et X figura 10 et 11 eiusdem cap.
o 7, 8 fig. R.
p 8, 9 fig. T ad Q.
q 8, 9 fig. Q & 8 fig. cap. 38 lib. 1 N aut O.
r 8 fi. cap. 38 lib. 1 M.
s 7, 8, 9, 10 fig. unus a, alter b.
t 4 fi. cap. 38 li. 1 G, H.
u 9, 10 fi. cap. 38 li. 1 Y, Y.
x 6, 7, 8 fi. V.
y 2, 3, 5 fi. H.
z 7, 8, 9, 10 fig. a, b.
a 7 fig. P, R.
b 1, 2 fig. F. 5 musculi tab. O.
c 1, 2 fi. A.
d Alter 1, 2 fi. G. 5 et 6 bus. P.
e 7 fi. cap. 19 lib. 1 f. uersus o.
f 1, 2, 3, 4, 5 fig. I.
g 2, 3, 5 fi. H.

rum longitudinem implantantur,tota amplitudine,qua ſtomachum contingunt,impenſe ipſi connati,cõtinuiq;.Hi ad poſteriora contrahunt primæ cartilaginis latera,ſecundæ cartilagini eãm ita applicantes,ut laryngem quoque,ſeu lingulam coarctent.Qui uerò ab oſſe υ referente procedunt, primam cartilaginem à poſterioribus ſurſum quodammodo abducentes,laryngem dilatant. Verùm his contrariam functionem adipiſcuntur muſculi,à pectoris oſſe primæ cartilagini inſerti.illi namque humiliores primæ cartilaginis ſedes contrahunt,eaſdemq; deorſum uellunt,nonnihil unà contrahentes ſtringentesq; [h] aſperam arteriã, ne quicquam,quum uocem edit homo,reduplicetur,ipſa ve plurimùm dilatetur. Præter hos ſex, alios [i] duos animaduerti,propemodum teretes,ac ex media interiori oſsis υ referentis ſede explantatos,& radici laryngis [k] operculi inſertos.Hos Galeno,quum in nullis quæ hodie extant operibus, illorum meminerit, incognitos fuiſſe opinor:non enim (quod fortè quis arbitraretur) in Galeni communium laryngis muſculorum numerum ſunt reijciendi.Quamuis enim hos octo eſſe dixerit,tamen ſex tantùm deſcribens, omnes octo primæ cartilagini committi,poſtmodum ſermoni ſubnexuit. Duobus his id munus concreditum eſt,ut laryngis operculum,cibis potuq; depreſſum,denuò eleuent.ipſorum namque principijs uerſus [l] os υ referens tractis,operculum illud erigitur.Veruntamen muſculos, qui his duobus oppoſito munere fungerentur,nullos obſeruaui.Neque id mirum eſt,quum cibus & potus ſuo pondere euerſum eleuatumq; laryngis operculum facilè comprimant,& ipſummet mole etiam ſua grauatum,laryngi promptè applicetur. Quamuis non hi ſolum muſculi oppoſitis deſtituantur,ſed & [m] illi, quorum beneficio rectum inteſtinũ & teſtes ſurſum allicimus.Corpora enim,quæ ſua natura plus ſatis deorſum tendunt, nec peculiarem motum in ductu,qui deorſum fit,exigunt,ad eam actionem minimè proprijs indigent muſculis. Laryx rarum aut peculiare ligamentum prorſus nullum obtinet,præter membranea, articulos orbiculatim cingentia: adeò,ut priuatim nobis neutiquam ueniant deſcribenda.& ſi quid fortè larynx,propter membranam,qua oblinitur,ſuccingitur ve,proprium ſibi uendicet,id ad [n] lingulæ refertur hiſtoriam.

Deſcriptorum iam cõmuniũ muſculorum functio.

Duo muſculi laryngis operculi.

Lib.7.de Vſu part.

Laryngis ligamenta.

h 5 tab.Q 1,2,3,4 fi. K.

k 2,3,4,5 fig.L.

l 2,3 fi.A.

m fi.22.51 B,C inteſtini muſculi notãtur, figura autem 22 lib. 5 ♁ teſtis.

n Spectatur 11,12, 13 figuris.

LARYNGIS MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XXII.

FABRICAM laryngis in boue primùm, ſi uiſum fuerit deinde exercitatior redditus, in homine aggredieris. Adminiſtratis itaque nunc ſectionis ſerie prõprijs oſsi υ referenti [a] muſculis,ſtatim tibi occurrent [b] duo, ab illo oſſe ad primam cartilaginem procedentes: quorum principia paruo cultello ab oſſe liberans, paulatimq; muſculos à cartilagine radens,eos ad ipſorum uſque inſertionem deduces. pariq; ratione [c] muſculos, à pectoris oſſe ad primam cartilaginem ductos,primùm ob oſſe ſeparabis: ac poſtea ipſos ab aſpera arteria leuiter diuellens,ad primam uſque cartilaginem,cui inſeruntur,eoſdem conſequeris.Quatuor his diligenter inſpectis,ſectionem per palati tunicã, fauciumq; intima duces, ac laryngem cum ſtomacho è faucibus eximes,ad eum prorſus modũ,quo lanij boum laryngas execare conſueuerunt. Liberatam dein, & à corpore cum aſperæ arteriæ & ſtomachi portione reſectam laryngem, ſodali tenendam porriges: ac mox [d] muſculos ex ſtomachi poſteriori parte ad primæ cartilaginis latera productos inſpicies. quod ut fiat promptiùs,ipſos longa ſectione,ubi illorum capita ſeſe contingunt,diuidito:& hamulo aut ſummis digitis alterius capite apprehenſo,totum à ſtomacho ad primæ uſque cartilaginis latera accuratè ſeparato. Licebit modò ſex horum muſculorum laryngi communium actionem diſcere, dummodo ipſorum capita huc illuc,uerſus ſua principia attraxeris.quo facto, omnes ilico à prima cartilagine liberabis, atque ad [e] duos,quos operculi laryngis radici implantari dictum eſt,ſectionem conferes. Linguæ igitur [f] tunicam, quæ cum palati tunica,& laryngis & ſtomachi interiori,ipſiusq; demum operculi communis eſt, ad operculi radicem lunari linea incides,ac hamo exceptam,cutis modo excoriabis.Mox enim illorum muſcolorum fines in promptu erunt:quos poſteaquam ad os υ referens,leniter ipſos ab adipe illis proximè accumbente ſeparando deduxeris,ab oſſe eos diſſecabis.Vt autem illorum functionem diſcas, laryngis operculum digito deprimes:ipſorumq; capitibus uerſus υ referens os attractis,operculum euerti, antrorſumq; tendi & eleuari conſpicies.Modò & hos quoque muſculos,& ſtomachum, ipſumq; (ſi libuerit) operculum à larynge in totum adimes,ut tres laryngis cartilagines cum duodecim ipſi proprijs muſculis ſolæ relinquantur.Quũ tamen reliquam aſperæ arteriæ partem à ſecunda cartilagine abſecas, inſpicito [g] glandulas, hominis laryngi appoſitas,& ut in ſexto libro exequar,utcunque carneas.In boue autem harum loco carneam prorſus reperies ſubſtantiam,ad ſecundæ cartilaginis latera repoſitam,& muſculo cuipiam ſimilem, qui ſeptimus & octauus communium laryngis muſculorum in boue cenſeri poſsit:quum interim homo eius ſubſtantiæ,ſeu muſculorum uice,quemadmodum nuper dixi,grandes inſignesq; obtineat glandulas. Cæterùm nunc tempus eſt,ut ad amuſsim [h] lingulæ ſeu rimæ formam intuearis.cernes enim, laryngem ſuperiori parte & inferiori amplam eſſe:in medio autem rimam oblongam habere, ex ea quam in primo libro explicuimus ſubſtantia conformatam.Vt uerò hanc proprijs manibus ſubinde diſtendas, aperiasq;,priuſquam muſculorum ſectionem auſpiceris,dextræ manus pollice,medioq; digito,laryngis latera comprehẽdes,indice interim interiori tertiæ cartilaginis amplitudini inſerto: ſiniſtræ autem manus pollicem ac indicem inferiori laryngis orificio immittes,ac duobus illis ſiniſtræ manus digitis ſecundam cartilaginem à prima abducere conaberis,dextræq; manus indice tertiam cartilaginem extrorſum euertes. liquidiſsimè enim hac ratione inſpicies,qui lingula aperiatur.Si uerò ſiniſtra manu ſecundam primæ adduxeris, & dextræ manus pollice ac indice tertiam cartilaginem uerſus interiora protuſeris,ac inuicem duas ipſius partes conniuere feceris,lingulam ad amuſsim claudi intuebere.Scribo autem hæc paulo fuſiùs, ut Galenus ali-

Adminiſtratio primi & 2 cõmunium.

Communium tertij & 4.

Communium 5 & 6.

Duorum laryngis operculi.

Hominis glandes, quarum loco in bubus ſunt muſculi.

Laryngis rima ſeu lingula quo modo ſpectanda.

a 4 tab.S, T.R. Q.V, V.

b 5 tab.O.

c 5 tab.P.

d 2,3,5 fi. cap.21 I.

e 2,3,4 fi. cap. 21 K.

f 1 fi. cap. 19 C.

g 2,3,4,5 fig. cap.21 M.

h quemadmodũ cernere eſt in 11, 12, 13 fi. cap. 21.

quando intelligatur:nec posthac laryngis operculum,uocis principalissimum esse organum, qui hodie sese Galenicos profitentur,contendant:& idem corpus, γλωττίδα uel lingulam, & ἐπιγλωττίδα. seu laryngis nobis uocatum operculum existere opinentur,ignorantes profectò lingulam in medio esse laryngis, ac tibiarum linguis,quibus illæ inflantur,quàm simillimam. Quum itaque lingulam tuis manibus,utcunque uisum fuerit,& clauseris,& aperueris,proprios laryngis musculos dissecabis,à [i] quatuor primæ cartilagini secundam nectentibus auspicatus. Leui igitur ac transuersa sectione exteriorem musculum à prima cartilagine liberabis,præcauens,ne interiorem simul conuulneres. hoc ablato, interiorem similiter à secunda cartilagine abrades,mentem adhibens illi quam dixi fibrarum intersectioni. Neque hoc duntaxat ad amussim, num scilicet unus duo ve sint,rimaberis:sed etiam,dum stomachum à larynge liberas,diligenter expendes, num [k] eos quos interdum obseruari dicebam,musculos reperturus sis, qui à secundæ cartilaginis spina in humiliores primæ cartilaginis processus inseruntur. Quatuor itaque secundam cartilaginem primæ iungentibus à larynge resectis,in altero laryngis latere [l] processum inferiorem primæ cartilaginis à secunda liberabis:ac primam hac ratione à secunda antrorsum reflectes, [m] duos inspecturus musculos, tertiam primæ colligantes. Vbi hos utcunque examinaueris,integrum erit,acutiori cultello primam cartilaginem à reliquis duabus adimere,aut si uoles,ad duos musculos illi tertiam nectentes appensam seruare, ac postmodum te ad [n] quatuor tertiam secundæ nectentes conferre:quos licebit à suis principijs, quæ ex secunda cartilagine sumunt,liberare,atque ad tertiam,cui inseruntur,deducere. Postremò [o] qui in tertiæ cartilaginis sunt basi,auferes,similiter quoque eorum principia primùm liberans, ac ad finem usque, quo se mutuò contingunt,deradens. Ablatis musculis,cartilagines inuicem separabis. nec fieri poterit, quin nunc accuratè lingulæ substantiam habeas perspectam:quemadmodum & naturam illius quoque,& usum,& formam,ex administrationibus nimirum,quas proprijs manibus iam es aggressus.

Administratio proprio rum 1, 2, 3 & 4.

Propriorũ 9 & 10.

Propriorũ 5, 6, 7 et 8.

Propriorũ 11 & 12.

i 21 a. f. 4 N. deinf fig. O.

k fig. capiti 21 insita C, D.

l ut Tabs fi. 8, 9 cap. 21.

m 7, 8, 9, 11 fig. cap. 21 a, b.

n 7 fi cap. 21 P, R.

o 7, 8 fig. cap. 21 V.

DE MVSCVLIS BRACHIVM MOVENTIBVS. Caput XXIII.

Alius uicinię quàm sectionis ordo.

VICINITATIS quidem ordo,ante musculos brachium mouentes, capitis & dorsi,& scapulæ motuum duces oportuisse describi indicabit, si demum partes iam enarratis propinquiores aggredi, institutum esset. Verùm quum integris adhuc brachium mouẽtibus musculis,scapulam mouentes administrari nequeãt,quumq; multo minus, illis nondum oblatis,aut capitis aut dorsi dissecare datum sit: operæprecium me facturum duxi,si brachij,& dein scapulæ motores,ante caput mouentes musculos,sectionis nomine, uti & Galeni ordinis in quarto & quinto de Administrandis sectionibus,occasione persequar. Brachium itaque antrorsum ad pectus,& retrorsum uersus dorsum, & sursum ad ceruicem caputq;, & deorsum ad thoracis latera mouetur: & præter hos motus,brachium,quacunque sede ductum sit, quodammodo in gyrum quoque agitur,ita ve circumuertitur, ac si baculum aliquem in utrasque manus non flexas, sed secundùm longitudinem tantùm mutuò appositas acciperes,ac deinde alternatim,prorsum retrorsumq; actis manibus, baculum uolueres: adeò,ut triplici motuum genere brachium agi constet. Pectori brachium [a] unicus adducit musculus,originem sumens [b] ex media pectoris ossis latitudine,& ipsi insertis cartilaginibus: deinde quoque priuatim [c] ex septimæ & octauæ costæ cartilaginibus,& [d] ex media clauiculæ sede,qua hæc pectoris os spectat. Principij pars à clauicula procedẽs,omnino carnosa apparet: quæ uerò ex pectoris ossis secundũ dextrũ sinistrumq; medio enascitur, alteriusq; lateris musculi initio cõtigua est,neruosior,mẽbranosiorq;, & minus crassa uisitur. Attamen quæ ex ossis pectoris latere,ipsiq; inarticulatis cartilaginibus pronascitur, penitus iam carnosa existit: quæ uerò priuatim ex septimæ octauæq; costarum cartilaginibus,iuxta mucronatam cartilaginem exoritur,membranea & tenuis aliquousque conspicitur. Musculus ex his sedibus prodiens,& paulatim crassior carnosiorq; redditus,sensim arctatur: atque in acutũ tantisper procedit, quousque amplo & nerueo,admodumq; robusto,sed breui [e] tendine, humero seu brachij ossi secundùm ipsius longitudinem implantetur, [f] subter humeri capitis ceruicem,in interiore ipsius regione, nõnihil interim in priora uergens. [g] Huius musculi fibræ inuicem uariant: & paulo ante tendinis productionem, adhuc in carnea musculi parte, deinde & secundùm totam tendinis amplitudinem sese decussatim intersecant. Quæ enim ex clauicula,& medio pectoris ossis longitudinis clauiculæ contermino enascuntur,ex superioribus deorsum obliquè in exteriora procedentes,superiorem tendinis partem, secundùm totam ipsius amplitudinem efficiunt: carnosæq; toto ductu,præterquàm in musculi ad humerum insertione, permanent. Sed quæ ex reliqua pectoris ossis sede, ac priuatim ex septimę & octauę costarum cartilaginibus originem mutuantur,obliquè sursum protensæ,inferiorẽ tendinis partem secundùm ipsius latitudinem constituunt: & citiùs carnem ipsarum,qua implentur,suffulciunturq;, quam superiores amittunt. Superiùs enim ad insertionem usque musculus carneam naturam reseruat: inferiùs autem,multò ante insertionem,liuidus neruosq; conspicitur: quod superiores fibræ proculdubio,propter breuiorem ductum adeptę sunt. Id namq; omnibus commune esse diximus musculis,ut tanto breuiori donentur tendine,quo succinctiori ductu, promotus ipsorum ratione feruntur. Cæterùm superiora inferioraq; in tendine uoco non quæ humeri caput propinquiùs accedunt,aut remotiùs ab illo reclinant, sed ad tendinis,quæ secundùm latitudinem perficitur,insertionem,has positionis differentias in præsenti refero non secus, quàm si hanc chartam subdita altiorem,aut etiam anteriorem diceres. Est itaque musculus hic quodammodo quinquilatris,sed inæqualibus costis constitutus. [h] Vna namque secundùm mediam clauiculæ longitudinem ducitur: secunda, ad ossis pectoris longitudinem procedit: tertia,secundùm insertionis longitudinem fertur: quarta, à media clauiculæ

Brachij motus quot.

Primus brachium mouentium.

a 2, 3, 4 ta. Δ. 1 ta. L.

b 3 tab. à K ad R.

c 3 tab. ab R uersus S.

d 3 tab. à K ad L.

e 3 ta. Q. 4 tab. Q, T. in brachio.

f iuxta fi. 1 ca. 23 lib. 1.

g Hic cõfer res 3 tabulæ musculũ Δ cum musculo Δ 4 tabulæ.

h prima costa 3, 4 ta. K, L. secunda à K ad R. tertia 4 tabu. Q, T. quarta ab L ad Q. quinta ab K ad T.

clauiculæ ſede,ad inſertionis partem,humeri capiti propinquiorem,proficiſcitur: quinta uerò à remotiore ab humeri capite inſertionis parte, ad pectoris oſsis mucronatam cartilaginem protenditur. hæcq; coſta, illa demum eſt,quæ anteriorem cauitatis axillę ſedem efformat, poſteriore interim illo conſtituta [i] muſculo,quem brachium deorſum dorſo admouere audies. Cęterùm ut brachium pectori adducens muſculus,differentes fibras,ac latum & amplum,uariumq; principium ſortitur,ſic quoque alijs atque alijs pectoris regionibus brachium admouet. Si enim ſuperiores ipſius fibræ,à clauicula & ſuperiori pectoris oſsis ſede eductæ,contrahantur,uerſus pectoris ſuperiora, & ad clauiculam brachium adducitur: ſin inferiores fibræ contendantur, præſens muſculus humilioris brachij ad pectus adductionis opifex redditur, ſiquidem tunc ad [k] mucronatam pectoris cartilaginem & ſpurias coſtas brachium fertur. At ſi utræque, & potiſsimùm mediæ,laborauerint,in neutram partem brachium inclinans pectori adigent. Quia igitur hic muſculus amplum,atque ex uarijs natum oſsibus principium obtinet,& fibras ſeſe interſecantes,contrariaq; ſerie ductas,& ad hæc differentes etiam motus adipiſcitur: nihil obſtiterit fortaſsis, ipſum geminum pronuncia re,ac duorum muſculorum loco cum aliquot diſſectionis proceribus enumerare, quanquã unius duntaxat uice mihi toto orationis contextu habebitur. Quandoquidem uerò inferior muſculi pars, quæ humiliores fibras producit,uerſus inferiora brachium pectori adducit,meritò quoque minor,& ſecũdùm profundum tenuior ſuperiori parte euaſit,quæ ſurſum agit,cuiq; uehementior ualidiorq; functio concreditur. Præter hunc muſculum (pace interim Galeni dixerim) nullus alius brachium pectori admouet. Nam quem is inter brachij muſculos primùm enumerat,quemq; iuxta mamillas exiguum, ad humeri articulum aſcendere,ac ad ſpurias coſtas brachium adigere ſcribit,in homine neutiquam reperies. Non enim nos fugere poſſet,quum hunc obliquè ſub cute,in aliorum ſuperficie extantem, ſurſum ad articulum humeri prorepere Galenus recenſeat,& illum in membraneam deſinentem exilitatem,articulo inſeri affirmet, propter humeri oſsis [l] ſinum, [m] exterius caput muſculi flectentium cubitum anterioris amplexantem. Nec quiſpiam ſanè illum me oſcitanter cum cute auferre arbitrabitur,qui aut humeri articuli muſculorum ſectionem aggreſſus fuerit,aut adminiſtranti adſtiterit. Et quomodo,quæſo, muſculus aliquis ex mammarum regione incipiens,& aliorum ſuperficiei incumbens, etiamſi uel ũbræ cuiuſdam craſsitiem duntaxat æquaret,à quopiam in homine ignorari poſſet? ſi demum [n] inter illum quem modò recenſui muſculum, & illũ quem brachium attollere audies,ad articulum conſcenderet. Nam etſi eius muſculi pars, cuti ſubiecta, imperitè adimeretur,illa nihilominus pars ſeſe offerret,quæ inter duos illos brachium mouentes muſculos ſe ſe inſinuans, articulo eſſet proxima. At quorſum attinet,oſcitantiæ excuſationem hic prætexere, quum Galenum ſimiarum, me autem pro uiribus, hominum conſtructionem deſcribere, uel hic brachij muſculus atteſtetur? homines enim illo priuantur, & in ſimijs ad hunc modum obſeruatur. Cute detracta, [o] is quem nos in homine primùm occurrere diximus, pari modo in ſimijs ac hominibus conſpicitur, nullo prorſus alio tectus muſculo. Veràm ſub huius humillima [p] coſta, ſeu latere, ſuper [*] obliqui abdominis muſculi (quem deſcendentem uulgò dicimus) principium, gratile membraneumque muſculi initium reperitur, longè ſub papillæ regione conſiſtens. Initium hoc carnoſum euadens, ſed gracile interim permanens, ſub magno illo brachium pectori adducente muſculo, ſurſum obliquè ad humeri articulum porrigitur,eam prorſus,quam Galenus tradidit,inſertionem tentans. Ac proinde neque huius muſculi inſertio, neque ipſius ductus, niſi magno illo muſculo penitus eleuato, in conſpectum ueniunt: quod non perfunctoriè, ut Galenum intelligas, uenit obſeruandum. Niſi enim hunc Galeni muſculum,ſuo progreſſu ita occultatum,& tãtùm membraneo principio modicè admodum extare cognoueris,erroneus omnino,atque admodum difficilis quintus de Adminiſtrandis ſectionibus liber ſtatim in ipſa fronte uidebitur,quum is paſsim illum in aliorum,ac proinde etiam in eius,quem nos brachium pectori attrahere diximus,ſuperficie,ſub cute exporrectum,minus rectè tradiderit. Præter hunc, Galenus alium deſcribit [q] muſculum,quem altioris brachij ad pectus ductionis autorẽ eſſe exiſtimat. Iſte profectò in homine nequaquã me fugit: at minimè tamen,ut Galenus autumat,brachiũ pectori uerſus elatiora admouet, imò ſcapulæ gratia,ut ſcilicet eam ad pectus ducat,creatus eſt: quod & ipſius origo & ductus, ſuiq; tendinis inſertio,luce clariùs demonſtrant. [r] Principium enim ſub [s] muſculo quem ego brachium pectori accõmodare retuli,ſumit,illiq; omnino ſubſternitur. [t] Enaſcitur autem carnoſo principio à ſecunda, tertia, quarta & quinta,nonnunquam (ſed perquàm rarò) & ſexta,ſuperioribus thoracis coſtis, non quidem (etſi Galenus non ſemel aliter affirmet) ubi pectoris oſsi coarctantur,& ex ipſo pectoris oſſe,ſed anteaquàm coſtarum oſsa in cartilaginem pectoris oſsi inarticulandam deſinere incipiunt: nec prorſus recto tramite,recta ve linea enaſcitur,ſed quaſi digitis quibuſdam,ex coſtarum oſsibus longiùs exortis,procedit. Hinc ad exteriora porrectus,anguſtior & craſsior efficitur,quouſque ad humeri cum ſcapula articulum, in latum neruumq; [u] tendinem,carne mixtum finiat,quo [x] proceſſus anchoræ imaginem referentis interno lateri implantatur,illic neruoſior euadens,ubi is proceſſus ex ſuo appendice [y] neruoſiorem interni capitis partem emittit,eius muſculi,quem inter cubitum flectẽtes anteriorem recenſebimus. Nequaquam autem tendo iſte,articuli ligamentum in homine contingit,ut ſanè,ſed admodum adhuc obſcurè,in caudatis ſimijs, quibus anchoram imitans proceſſus modicè extuberat: deinde nullam ſcapulæ regionem uacare, præter hunc proceſſum,reperias,cui tendo ille commodè implantari poſsit. Ad hæc,ſi muſculi huius fabricam ad amuſsim perpenderis,proculdubio ſuæ potiſsimùm inſertionis gratia illum exeri aſtrues. Iſtius muſculi fibræ ſeſe non decuſſatim interſecant,quemadmodum [z] muſculi, qui nobis brachium pectori adducere dictus eſt. Quum itaque hoc ſitu ac figura muſculus iſte à Natura creatus ſit,qui obſecro ad altiora, quàm primi muſculi [a] ſuperior pars,brachium pectori admouebit? Eius enim principium longè à prioris muſculi

Muſculus brachiũ pectori adducẽs, quo ſimia abundat.

Libr. 5. de Adminiſtr. ſect. & 13 de Partium uſu.

Muſculum qui ſcapulã antrorſum agit, à Galeno malè p brachij motore haberi.

Libr. 5. de Admi. ſect.

l 1 *ſig. ex.* 23 *li.* 1 H, *l.*
m 6 *tab. m muſculi* Θ.
n 3 *tab. in int* Δ *et* P, *in linea ab* L *ad* Q.
o 3 *ta.* Δ. *p inter* R *et* 5 *tabulæ* 3.
* *ia.* 3 Θ.
q 5 *tab.* Γ, 4 *tab.* K.
r 5 *tab. ab i ad* k.
s 3 *tab.* Δ.
t Hæc petes ex 4 *tab.* I, *dein charactere.* 2, 3, 4 *&* k.
u 5 *tabu. l iuxta b.*
x 5 *tab. b. aut* 1 *fi. ca.* 31 *lib.* 1 E, *f.* F.
y 6 *tab. n muſculi* Θ.
z 3, 4 *tab.* Δ.
a 3, 4 *tab.* K, L.

sculi superiori principio superatur: quum hoc à clauicula, & superiori pectoris ossis sede, insigniter etiam deorsum obliquè feratur: illud uerò ex secunda costa, & tertia, primùm, ut uel elatissimè procedat, longeq; inferiùs habeatur, ac minus obliquum ductum (qui & iam ad [b] superiora ferè pertinet) moliatur. Quamobrem si hæc omnia haud segniter perpenderis, & Galeno concesseris, musculi [c] insertionem, quæ è regione humeri capitis in internum scapulæ processum perficitur, nonnihil articuli ligamentum apprehendere: necessariò fateberis, eam quam musculus iste moliretur brachij adductionem, neque humiliorem, ne

Secundus brachiũ mouentium.

que altiorem fieri ea quam à primo musculo effici, dudum dixi. Vnum igitur [d] musculum, omnium adductionum brachij ad pectus autorem esse censeo: & [e] eum qui brachium ad superiora attollit, unum quoq; statuo. Est porrò hic musculus carnosus, uaria etiam, sed cõtinua principia sortitus, ac uelut ex diuersis musculis (si lato ipsius principio, & uarijs inscriptionibus attenderis) conformatus. [f] Ex media enim clauiculæ parte, secundùm ipsius longitudinem, quæ scapulam spectat, principium ducit, musculo brachium pectori adducenti [g] contiguus: deinde ex superiori scapulæ processu, seu summo humero, [h] ubi is clauiculę committitur, [i] & tota quoque scapulæ spina, [k] prodit, continua ueluti linea, & principio nerueo, quod uix bene pronatum, ilico carnosum, crassumq; admodum & extuberans efficitur. Mox à principio musculus carnosus permanens, [l] in angustum, tanquam in trianguli uerticem tantisper porrigitur, donec humero tendine amplo, & ex carne neruosaq; substantia mixto, robustoq;, ad humeri ossis latitudinem, non modicè sub ipsius ceruice [m] inseratur. Ipsius insertio, quæ intus quàm extra neruosior est, non ad amussim secnndùm transuersum perficitur: sed modicè obliqua ab anterioribus, deorsum in posteriora nõnihil uergit, nihilq; minus quàm decliuis, recta ve (etsi Galenus secus attestetur) occurrit, qui ipsi eandem insertionis formam tribuit, cum [n] musculo brachium pectori adducente, quam secundùm rectum, ac humeri longitudinem perfici diximus. Totus itaque musculus, si quis illum obiter intueatur, trianguli imaginem præ se fert: ac proinde à [Δ] similitudine, Græci illum δελτοειδῆ appellarunt: quemadmodum etiam ob id, quòd humeri ad scapulam articulo, quem ὦμον uocarunt, insternitur, illumq; quodammodo contegit, eundem ἐπωμίδα nominarunt. Ego autem toto sermonis contextu, musculum appellabo brachium attollentem, musculum ve brachium mouentium secundum. Cæterùm costæ hunc describentes, ita sese habent. [o] Prima, à media clauiculæ longitudinis sede, ad summum humerum contendit, & hinc per scapulæ spinam, ad eiusdem usque basim. Secunda, à clauicula obliquè deorsum ad insertionis internum latus ducitur. Tertia, à scapulæ basi, ubi eius spina eminere incipit, ad externum latus insertionis obliquè deorsum in priora contendit. Cæterùm ueteres Græci uidentur & exortum præsentis musculi cuidam trianguli uertici assimilasse, quem musculus uix antea ostendit, quàm suo principio undique liberatus, in planum ponitur. Tunc enim principij pars, quæ brachium pectori adducenti musculo proxima est, & deinde quæ ad basim scapulæ habetur, ambæ magis ea principij parte prominent & attolluntur, quæ à summo humero pendet, & quasi ualde obtusum trianguli uerticem exprimit. Huius fibræ inuicem non aliter uariant, quàm quòd anteriores, quæ clauiculæ debentur, deorsum obliquè in posteriora ferantur: posteriores uerò, quæ à scapulæ spina pendent, obliquè in priora descendant. Quæ autem à summo humero, & ipsius cum clauicula articulo pronascuntur, rectà deorsum procurrunt. Quamuis interim nullæ se inuicem fibrarum musculi brachium pectori adducentis ritu, decussatim intersecent: etsi tamen ob inscriptiones nonnullas obliquè ductas, fibræ parumper implicari conspiciantur. Si itaque musculi pars, à clauicula principium ducens, in se colligitur, brachium sursum ad anteriora colli & faciem attollitur. Si uerò fibræ à summo humero, & clauiculæ sede ipsi commissa, originem mutuantes, contrahuntur, brachium rectà, & in neutram partẽ uergens, assurgit. At si posterior musculi pars, ex scapulæ spina prodiens, in se conglobatur, ad posteriora cernuicis, ipsumq; occiput, brachium uergit. Musculi huius initia, ex tota amplitudine illorum quæ diximus ossium non exoriuntur: sed duntaxat instar crasioris lineæ, undecunq; à prominentiori ipsorum sede, adeò ut parua omnino initij crasities occurrat. Neque id prorsus negligendũ est: quum præter hunc musculum, qui brachium motu proprio attollat, nullus sit, neque etiam brachium alio egeat, qui eodem cum illo fungatur munere. Quanquam non ignorem, Galenum hic alios quosdam describere, at id tam uerè, ut sibi in decimotertio de Partium usu, & quinto de Administrandis sectionibus, minimè cõstet: cuius loca si omnia prosequerer, in nimiã prolixitatem præsens Caput excresceret. Addam tamen cercopithecis prorsus eãdem esse speciẽ musculi brachium attollentis, cum hominũ musculo. Canes autem, equi, boues, in hoc articulo,

Tertius brachium mouẽtium.

nõ solùm in ossibus, sed maximè in musculis & ligamentis, ab hominis constructione uariant. [p] Musculus brachiũ rectà ad dorsum agẽs, carnosus est, & crassus & inter cæteros huius articuli musculos utcunq; teres. Oritur autem carneo principio, ex inferiori scapulæ basis [q] angulo, à basi quidem modicam principij partem assumens, sed insignem ab inferiori scapulæ costa: ex media enim costæ illius longitudine, basi scapulæ propinqua, & ab externa gibba ve humilioris anguli basi sede, cõtinua carnosaq; origine enascitur. Iuxta medium uerò longitudinis costæ inferioris, musculus hic à scapulæ osse abscedit: & modicè sursum in priora tensus, humerumq; accedens, in ualidum, breuemq;, sed latum cessat tendinem, qui nõ solũ forma (quam ad latitudinem & crasitiem ac insertionem refero) [r] illius tendini correspondet, qui ad pectus mouet: uerùm hi duo musculi in eandem ferè regionem implantantur, in eorum medio interuallum demittentes, cui [s] tendo [t] musculi inseritur, quem retrorsum ad ilia brachium mouere, paulo pòst subijciam. Quãuis interim tendo musculi ab inferiori scapulæ costa pronati, paulo uicinius humeri capiti implantetur, quàm illius tendo, quem brachium pectori adigere relatum est. Hic rursus non me fugit, præsentem musculum inter brachium circumuertentes à Galeno perperàm recenseri, atque ab illo [u] musculum triangularem, & scapulę gibbum occupantem, & mihi in circumuertentium brachium classem ponendum, ab ipso

autorem

A notat triãguli, de quo hic agitur, uertice.

Lib. 5. et etiã 3 de Admin. sect.

Lib. 13. de Partiũ usu, lib. 5. de Admini. disse.

b 5 tab. ali ad l. quem ductum conferes cũ K, L ad Q, 3 tabula.
c 5 tab. l.
d 3 ta. Δ.
e 4 tab. Z. 10 tab. Δ. dein 1 tab. K. 2 ta. M. 3 tab. P. 5 tab. 7. 9 ta. L. 11 tabu. M, p. & præcipuè figura eius tabulæ indicis inserta.
f 4 tab. ab e ultra f.
g 3 tab. linea ab L ad Q.
h ultima earum fi. li. 1 Q ad λ.
i 2 fi. cap. 21 li. 1 à K per I ad G.
k 10 tab. N per M ad O.
l figura indici 11 ta, insertæ A, B, C concurrunt ad D, m 11 tab. dependet P.
n 4 ta. Δ. ad Q, T.
o figuræ indici 11 tabulæ insertæ A per B ad C primã notat, secundã ab A ad D. 3 à C ad D. Aut consulæ 4, 10, 11 tabulas, ne hic in nõtãdo nimium sim.
p 13 tab. 5. 7 tab. M. 8 K. 9 N. 10 R. 11 L. 12 R.
q 1, 2, 3 fi. cap. 21 lib. 1 Y sedes autẽ, unde musculus prodit, 1 fig. p, & 2 fig. T.
r 4 ta. Q. T musculi Δ.
s 7 tab O.
t 10 ta. Θ.
u 11 ta. F.

autorem ductus brachij ad dorsum poni. Brachium deorsum trahitur,à x magno quodam,latoq; admodum musculo, qui à spinarum apicibus, quæ à sexta thoracis uertebræ spina, ad ossis sacri usque medium habentur, y principium sumit,omnino istar amplæ membranæ tenuę,continuumq;, ac recta linea pronatum. Verùm ubi musculos dorsum mouentes id principium perreptauit, eamq; costarum regionem contingit,quę maximè in dorso,uersus posteriora extuberat, carnosum densumq; efficitur:& uniuersus musculus ad eum modum auctus,in z angustum tantisper procedit, donec tendinem latum & ualidum humero inferat,subter ipsius ceruicem, & secundùm ipsius longitudinem, in medio a tendinis brachium pectori admouentis,& b tendinis qui brachium in posteriora ad dorsum agit. Hic itaque musculus etiam triangularis est,sed planè inæqualibus conformatur c costis. Duas enim longissimas obtinet:unam, quæ secundùm dorsi longitudinem porrigitur: alteram,quæ ab osse sacro,per ilia & inferiorem thoracis partem,sursum ad tendinis insertionē conscendit,alterumq; axillæ cauitatis uallum constituit. Tertia uerò costa, cæteris multo breuior,à sextæ thoracis uertebræ spina, d super angulū scapulæ,quē ipsius basis humilior pars ostendit,ad insertionem tendinis transuersim uehitur. Pro trianguli costarum inæqualitate,etiam musculi fibræ differunt: quæ enim per ilia & spuriarum costarū extrema sursum porriguntur, prolixissimæ, ac minus obliquę sunt:quæ uerò ab inferiorū uertebrarū thoracis spinis enascuntur,breuiores sunt,& trāsuersim magis prorepunt,Musculus iste,motus brachij deorsum opifex est,non quidem id simplici motu,sed uario, pro fibrarum decrimine,præstans: quandoquidem prout superiores fibræ,aut inferiores in se colliguntur, contrahuntur ue,ita quoque deorsum,nunc ad superiora,nunc ad inferiora,brachium uersus dorsum deprimitur. Porrò musculum hunc,dum scapulæ humiliorem e transcendit angulum,fibris quibusdam scapulæ committi,atque ipsi aliqua insigniori apprensione adnasci,Galenus scriptum reliquit: deinde non modò brachium duntaxat ab hoc musculo moueri asseruit,imò ēt illū insertionis huius beneficio,detractionis scapulæ ad inferiora autorem esse commemorat. Profectò etsi quàm maximè uerear, Galeni placitis obuiam ire,& lubens hoc Capite saltem unicum musculū citra controuersiam plenè describere optem:haudquaquam tamen,ut res sese habet,hic subticere queo. Præsens enim musculus, dum humiliorem scapulæ basis angulum integit,scapulæ ossi,non nisi musculorum,qui ab illo pronascuntur, interuentu, contiguus uisitur: neutiquam autem ossi connatus,ut neque etiam,cui incumbit ibidem musculorum regioni, aliqua peculiari insertione committitur,cōnascituṙq;. Non enim aliter inibi subditis adnectitur musculis,quàm musculis dorsum mouentibus, & thoracis & abdominis, qui huic musculo non minus quàm illi scapulam occupantes substernuntur. Quum itaque musculus hic nullam in scapulam moliatur insertionem,proprio etiam motu unà cum brachio eam nequaquam,ut Galenus opinabatur, deorsum uellit. Et si illum tota ea sede,qua angulo scapulæ superuehitur,scapulæ innasci, aut quouis tandem pacto ualidius hærere aut necti darem,id tantum mehercules transuersis perficietur fibris,illis inquam, quæ in elatissima suæ originis sede habentur,& à sextæ,septimæ, octauæ, nonæ & decimæ thoracis uertebrarum spinis dependent, quæ sanè non deorsum scapulam mouerent,sed rectà ad dorsum. Quod Galenus facilè animaduertisset,si sedulò prę sentis musculi initium obseruasset. Nam etsi in quinto de Administrandis sectionibus libro obiter scripserit,musculum hunc ex spinis uertebrarum,præcipuè autem quibus spuriæ costæ coarctantur, principium ducere:attamen (ut sibi undique pulchrè constat) istum musculum inibi exortus sui uerticem assumere tradidit,ubi f secundus noster scapulam mouentium musculus cessat, cuius inferiorem partem Galenus demissiorem humilorem ve musculum uocat posteriorum scapulam mouētium, quemq; in quarto de Administrandis sectionibus libro,ad duodecimæ usque thoracis uertebræ spinam pertingere affirmat: etsi interim homini ad octauæ propemodum thoracis uertebræ spinam terminetur,suoq; etiam fine, notatu digno interuallo brachij musculo incumbat,cuius modò historiam instituimus, Quia autem de scapulam agentibus musculis,peculiari pertractabimus Capite,ad brachij motuum opifices,qui adhuc reliqui sunt,sermonem iam opportunè reflectemus,inter quos Galenus alium enumerat musculum, eiusdem ferè functionis,cui nuper dictus præest,gratia efformatum,ut scilicet brachium deorsum trahat:atque hunc quidem latum amplumq; esse recenset,sed tenuem interim. Membranam enim,quam nos carnosam uocamus,fibris carneis augeri narrat,quum primùm ilia contingit:ac fibras has sursum tensas, carnosiores tantisper effici tradit,donec membrana ampli & tenuis g musculi naturæ,quem buccas mouere diximus, respondeat,humeroq; implantetur. Deinde hunc musculum Galenus omnes qui illum præcesserunt latuisse, atque ab ipso in simijs inuentum,nusquam non iactitat. Ego profectò in simijs & canibus, plurimisq; quadrupedibus ipsum obseruaui,non tamen in omnibus æquè latum, carnosum ve. At in simia (ut id priuatim dicam) ad hunc modum mihi apparuit: Membrana carnosa,secundùm spinæ totius longitudinem firmiùs subditis organis,quàm alibi connascitur,haud aliter,quàm si ex spinarum apicibus,tanquam ex ossibus aut cartilaginibus,principij sui portionem,aliorum ligamentorum modo educeret. Verùm in ea sede, qua membrana è regione quinque lumborum uertebrarum consistit,iliumq; os contingit,carneis,sed tenuibus,rarisq; fibris adaugetur:quæ sursum obliquè uersus axillam prorepentes,ac ex lata basi sensim in arctum collectæ, musculum amplum,at tenuem exprimunt,qui in mucronem desinens,obscurè,uixq; admodum, in humerum implantatur,tendini eius h musculi continuus,quem brachium pectori adducere commemoratum est. In canibus manifestam insertionem in humerum non ostendit,& uidetur musculi brachium pectori adducentis tendini aliquo pacto admisceri,aut potius propriæ eius musculi membranæ adnasci. In equis quoque, bobus & ouibus,& id genus animalibus,admodum euadit conspicuus. unde etiam consulo, illum in boue potissimùm perpendi:quod fiet promptissimè,si excoriati bouis axillam inspexeris. Apparebit namque is amplus,& conterminis sedibus rubicundior:illiusq; maximam portionem ablatam esse comperies, quam

x 2 tab. Γ. 10 ta. Θ. 1 N. 3 V. 4 m. 7, 9 O. 11 ζ.

y 10 ta. ab S ad T.

z 2 tab. l, m uersus n. 10 tabu. S, T, X uersus V.

a 4 ta Q, T musculi Δ.

b 7 ta. M.

c 10 tabu. prima costa ab S ad T.

2 à T per X ad V. 3 ab S ad V, d ad sedem Y tab. 10.

e ad sedem Y tab. 10.

Quartus brachiū mouentium.

Libr. 13. de Partiū, fu, & 5 de Admin. differ.

f 9 tab. Γ. Δ. neruū hic de parte ipsius Δ insignita tantū agimus.

Musculus alius, quo simiæ & canes abundāt Lib. 1 & 5 de Admini. disse. & 13 libr. de Vsu part.

g 3 tab. Γ.

h 3, 4 tab. Δ.

lanij

lanij cuti adnatam relinquunt,eo quòd carnosam membranam unà cum cute auferre inter excoriandum consueuere:atque ideo etiam tantam præsentis musculi partem,quanta nondum prorsus, & insigniter carnosa apparet,auferunt.Quapropter etiam iuuabit,excoriantes lanios uidere, qui longè acutiori cultello, maioriq; mora in axillis cutē adimūt,quàm in reliquo corpore,ubi membranam unà cū cute à subditis corporibus separant.Non inutile quoque erit,excoriatam cutem iubere tibi exporrigi,ut & cuti eorum musculorum portionem adhuc adnatam contempleris:obseruesq;,huic musculosæ carni paulo rectiores fibras intertextas esse,quàm amplo illi [1] musculo,quem brachium deorsum ad spinam mouere testamur. Atque hæc in simia,& quæ proximè nominata sunt animantibus didici:at in homine me eiusmodi quid reperisse, nequeo affirmare,quantumuis rectè cutem ab adipe,& quum obesius accidit corpus, adipem à membrana carnosa,& membranam à subditis illi musculis,per totum thoracem abdomenq; non laceram semper dissecem.Qui brachium circumagunt,tres mihi constituuntur musculi,omnes ex scapula ducentes originem, & latis tendinibus,articulum continentibus ligamentis implantati. [k] Primus itaque, qui ordine brachiū mouentium quintus haberi potest,scapulæ [l] sinum occupat,qui inter superiorem scapulæ costam,& eiusdem spinam seu superioris processus sui radicem uisitur.Procedit enim à scapulæ basi:& omnino carnosus, totum,quem diximus,scapulæ sinum implet,ossi semper ualidè,ac si ab ipso toto progressu enasceretur,cōnatus.Quum uerò ad superiorem ceruicis scapulæ sedem pertingit,sub [m] ligamento ualidissimo, summū humerum interiori scapulæ processui colligante,in anteriora contendit: & in amplum ualidumq; cessans tendinem,humeri ad scapulam articulum superat,eius articuli ligamento pertinacissimè, obliqua quodāmodo insertione implantatus.Est itaque musculus hic oblongus, & exteriùs gibbus: intus autem illi respondet sinui,seu cauitati,quam implet. deinde fibras secundum sui longitudinem exporrectas habet:quę si brachium attollentis [n] musculi fibris conferantur,transuersæ prorsus existunt.Huius musculi Galenum non meminisse opinor,nisi fortè inter brachium attollentes (quos uarios,neque semper eosdem recensetj) illum reponat:quamuis ipsi brachij ad superiora contractio,quam obscurè uersus anteriora molitur,præcipuè demandata non sit.Deinde Galeni descriptionum nulla illi congruit,etiamsi scapulæ eminentiori costæ quendam exporrectum obiter narret:quem si quis hunc nostrum esse dixerit, non tamen ipsi insignem cum brachium attollente musculo connexum (imò uix contactum) tribuere poterit. [o] Sextus brachium mouentium musculus admodum est carnosus,ac concauam internamq; scapulæ sedem opplet, ex [p] basi totius scapulæ carneam originem deducens,& in trianguli [q] uerticem, ad scapulæ formam tantisper arctatus,dum ad interiorem articuli regionem pertingat,cui amplo tendine quasi in semicirculum implantatur,brachium introrsum circumuertens.Huius musculi superius latus [r] illi admodum continuum existit,quem postremò recensui:adeò sanè,ut nisi diligenter animum adhibueris,uterque unus esse tibi apparebit:sextumq; musculum ad [s] elatiorem scapulæ costam,inflexionem in posteriora feciſſe, atque ita portionem gibbæ sedis scapulæ etiam occupare,& eum quem quintum uocauimus,constituere asseres. [t] Septimus uerò brachium mouentium musculus ille est,quo Galenus decimotertio de Partium usu(nam quinto de Administrandis sectionibus,omnes à scapula in humerum porrecti musculi mirè confunduntur, & præsens musculus ferè inter brachium attollentes inibi recensęri uidetur) brachium retrorsum ad dorsum agi credidit: [u] illum enim,qui uerè id munus præstat,quemq; inter huius Capitis musculos tertio loco recensui,Galenus circumuertentis ad exteriora uice descripsit.Cæterùm hic septimus musculus, cuius ope brachium ad exteriora circumagi scio,uniuersum scapulæ gibbum, [x] quod sub ipsius spina habetur, implet. [y] Exoritur enim carnosus ex scapulæ basi:deinde arctior ad scapulæ formam [z] redditus, tandem articuli ligamento,tendine amplo,at breui,tanquam in semicirculum extrinsecus inseritur,ita ut trium musculorum brachium circumagentium tendines,in orbem quasi uniuersum articuli ligamentum amplexentur,& qua ratione singuli suis fungantur munijs,facilè demonstrent.

Quintus brachiij mouentium.

Sextus brachium mouentium.

Septimus.

i 10 m.θ.

k 12 ta.H, H. 13 X.6 K 7,10 L. 11 G.

l 3 fi. cap. 21 li. 1 b,c.

m 5 tab.c inter a,b.

n 4 ta. Z. 10 tab. Δ.

o 7 ta.T.8 tab H.

p 7 tab.ab L ad L.

q 7 tab.ab L. L uersus K.

r 7 tab.I.

s 1 fi. cap. 21 lib.1 ab A per'a ad Z.

t 11 ta.T. 2 ta i.9 M. 10, 12 Q.

u 13 ta.S.

x 2 fi.cap. 21 lib. 1 inter G,I, H, D,T, Y.

y 11 ta.ab H, I.

z 11 ta ab H, I ad K.

MVSCVLORVM BRACHIVM MOVENTIVM ADministratio. Caput XXIIII.

HACTENUS ad brachium mouentes usque musculos,cęteros dissectionis nostrę serie, & in primis [a] latū illum,qui buccarū motibus præest,carneaq; mēbrana efformatur, administraueris,cutem quoque ex superiori scapulæ parte, & pectoris elatiori sede ademisti: ac proinde hæc à brachio,abdomine,& uniuerso thorace,usque ad femora & nates,nunc ita cum adipe auferetur,ut carnea membrana illæsa, corpori adnata maneat. Quod profectò,nisi laborum sis patiens,discendiq; cupidus,molestè perfeceris: cum tot sectionibus cutis prorsus aliter liberanda ueniat,quàm si carnosam membranam unà cum cute adimeres. Ablata cute, unam rursus lineam,à media pectoris regione, ad pubis usque os, in membrana carnosa duces: & deinde aliam à pubis osse transuersim, secundùm coxendicis articulum, ad sacri ossis usque spinam: & tertiam à summo humero,aduſque mediam brachij regionem. His ductis sectionibus,membranam carnosam hamulo aut unguibus apprehendes, & ab uniuerso thorace & abdomine auferes, ipsam interim glandulis, quæ in axillis habentur adhuc, connexam sinens. Auulsa itaque ad axillæ usque cauitatem membrana, hæc ad lucem extendenda est: ac diligenter animaduertendum,num ea sub axillis in carnosum degeneret musculum, à lumbis & spurijs costis (ut Galenus docuit) incipientem. Verùm interim seduiò caucbis, ne eò ruditatis uenias, ut adeps, qui in thoracis lateribus, totoque dorso occurrit, carnis loco tibi imponat. Vidi enim quosdam tam rudes, ac in similaribus partibus dignoscendis adeò negligenter uersatos, ut primo

a 3 tab.T.

Musculi, quem carnosa membrana simiarū & cauū axillis constituit,examē.

mo intuitu adipem dorsi, carnem esse arbitrarentur, quòd multo magis illum hic, quàm alibi propter incubitum rubere cernerent. Quando enim cadauer longo morbo non extenuatum, una atque altera diè dorso incubuit, tota incubitus sedes, quasi inflamatione obsessa rubet, atque ideo & eius sedis adeps. Cæterùm uniuersa iam membrana à corporis trunco & media brachij regione liberata, brachium pectori adducentem [b] musculum aggredieris, ante omnia perpendens, num alicubi promineat ille gracilis musculus, quo caudatæ simiæ donantur, quiq; à mammillarum regionibus sursum obliquè fertur. Verùm quũ isto homines destituuntur, iam musculi brachium pectori adducentis caput, à clauicula, & tota ossis pectoris regione, ipsique insertis cartilaginibus, nouacula aut cultello abrades, ac hamulis aut summis digitis apprehensum, ad humerum usq; à subiectis corporibus separabis. Dum uerò musculi huius caput nouacula liberas, accuratè studendum est, ne quid aliud unà cum illo auferas. In canibus enim ac simijs, uerarum costarum cartilaginibus [c] musculus obtenditur, quem ferè [d] recti abdominis musculi partem esse dicemus, & qui à Galeno uice proprij thoracis musculi habetur, quemadmodum in musculorum thoracem mouentium enarratione dicturi sumus latius. Nunc autem eius memini, ut etiamsi ego in homine illum minus reperiam, studiosi tamen ipsum obseruare conentur: commilitonesque inter dissecandum sese admoneant, eiusmodi musculum ex Galeni sententia hic latere, ac proinde non oscitanter musculum brachium pectori adducentem oportere suo principio liberari, aut liberatum, non deberi negligenter abijci. Neque huic solùm animus accommodandus est, uerùm & illi, qui in simijs sub musculo brachium ad pectus mouente occultatus, ad articuli ligamentum exporrigi aliter atque in hominibus dicebatur. Cæterùm magnum hunc pectori brachium adigentem musculum in præsentia humero adhuc appensum relinquens, ad reliquos brachij accedes: quos commodè administrare nequis, nisi prius ablato [e] musculo, qui ab occipitij osse procedens, per totam ceruicem extenditur, & [f] toti scapulæ spinæ, summoq; humero, unà & huic proximæ clauiculæ [g] sedi inseritur, quiq; hinc per scapulæ gibba & basim deorsum protenditur, donec mucrone suo octauæ thoracis uertebræ spinæ committatur. Est enim musculus iste ab occipitio, ad octauam usque thoracis uertebram, spinarum apicibus quodammodo connexus, ab ipsisq; principium sumit. Verùm de hoc musculo, & cæteris scapulam mouentibus, postea agemus. nunc autem obiter eius mentio incidit, quòd posteriores brachium mouentes conspici aptè nequeant, nisi ille à spina & occipitio ad ipsius usque insertionem liberatus fuerit. Administratur uerò nouacula aut cultello, secundùm spinæ dorsi longitudinem facta sectione, quæ musculum illum duntaxat ad subiecta usque uulneret: deinde altera secundùm occipitium est ducenda, quæ ibidem etiam musculi principium ab occipitij osse liberet. At si fortasis subiectum aliquem musculum illis sectionibus uitiandum metuis, buxeum cultellum exterioribus musculi lateribus subdes, illi scilicet lateri, quod ab occipitio ad clauiculam fertur: & deinde illi, quod à summo humero, seu clauicula, ad octauæ thoracis uertebræ spinam descendit. Cultello enim lateribus indito, & sursum deorsumq; acto, a subditis musculis illum scapulæ musculum abscedere coges, atque ipsius neruei principij crassitiem facilè tunc coniecturabis, musculumq; à substratis corporibus iam liberatum, paruo negocio ad ipsius insertionem perduces. Verùm rursus sub hoc, uti etiam in peculiari huius musculi enarratione audies, obseruandum est, ne unà cum ipso musculus ab occipitio in scapulam procedens auferatur, quem Galenus scapulam quoque sursum trahere prodidit. Neque hoc eò dico, quasi homines hunc cum simijs communem haberent: uerùm ut non perfunctoriè, an illo quoque homines donentur, animaduertas, & simia administrationi simul adhibita, hæc nostra cum Galeno (si modò diligens Naturæ sis admirator) conferas: neque etiam canibus hic confidas, qui quemadmodum equi, & boues, & cætera quæ clauiculis carent animalia, plurimùm in brachium & scapulam mouentibus musculis, à simijs uariant. Quæ adhuc alium insuper habent musculum, ab externa sede transuersorum processuum quatuor primarum ceruicis uertebrarum enatum, & in scapulæ spinam insertum, quo homines etiam carent: esset tamen & iste quoque in hominibus, si reperiretur, iam dissecandus. In simijs igitur, tribus his scapulam attollentibus musculis ad ipsorum usque insertionem post liberata eorundem principia deductis, in homine autem unico duntaxat, quem is tantum ex tribus illis simiarum musculis obtinet, uersus insertionem perducto, [h] musculum, cuius beneficio brachium eleuamus, aggredieris, eius caput ab uniuersa scapulæ spina, summo humero, & clauiculæ media sede, nouacula aut cultello proximè ossi adiecto absecans, donec illum transuersam in humerum insertionem moliri conspexeris. Posteaquàm uerò huius musculi triangularem figuram, & sui capitis, quod iam obtusum trianguli uerticem ostendet, formam perpenderis, non solùm in superficie is undique est intuendus: sed summa diligentia inquirendum uenit, num tota illa moles, articulum exteriùs integens, quamq; nos unius musculi loco habemus, plures musculi sint, mutuò sibi incumbentes: quemadmodum Galenus in quinto libro de Administrandis confectionibus uidetur innuere, immeritò, uti aliàs sæpiùs, ueteribus dissectionis professoribus (qui in hominum cadaueribus sese exercebant) nescio quam oscitantiam imponens. Examinabis itaque uniuersum musculi principium, ac quomodo crassescat, carnosusq; sensim musculus efficiatur, considerabis: ac insuper tendine etiam (qui simplex est) examinato, per transuersum undique musculum hunc diuides: ut aliquando fatearis, illum nihil minus quàm duplicatum esse, neque illam referre speciem, quam [i] tres primi, ab ilium osse enati, & femoris motibus famulantes musculi, simul mutuò incumbentes, pulchrè exprimunt. Cæterùm duobus primis brachium mouentibus musculis ab humero absectis, [k] musculum, qui brachium deorsum mouet, à subditis illi partibus ad insertionem usque liberabis. quod factu est facillimum, si secundùm spinæ longitudinem, à qua principium assumit, lineam duxeris, quæ membraneum ipsius principium duntaxat persecet.

Primi brachium mouentiũ musculi administratio.

Administratio secundi scapulã mouentium, ut reliquos brachij scitè aggrediaris.

Administratio secundi brachiũ mouentium.

Quarti administratio

b 3 tab. Δ.

c 5 tab. ab rad ſ & t.

d 5 tab. Δ.

Lib. 6 de Administ. consect.

e 9 tab. Γ, Δ. ubi musculus iste plenè circunscribitur.

f 2 fi. cap. 21 lib. 1 G, I, K.

g 1, 2 fig. cap. 22 lib. 1 ab I uersus Q.

h 4 ta. Ξ. 10 tab. Δ.

i 9 tab. Π. 10 tab. Σ. 11 tab. Σ.

k 10 ta. Θ.

Quum itaque principium liberaueris,hamulo aut digitis id apprehendes, uniuersum musculum retusiori nouacula à subditis musculis separans. In hac administratione, [l] qualiter musculus iste basis scapulæ humiliorem angulum transcendat,scapulæq; adhæreat,contueberis:& deinde, si principium ipsius uariè ad originis locum protenderis,manifestè quo modo hic musculus brachium detrahat, & nihil minus quàm scapulam primariò moueat,addisces. Porrò quum lineam illam moliris, qua eius musculi principium à spinarum apicibus liberas,cauendum sanè est,ne unà quoque dissecces [m] initium abdominis musculi obliquè ascendentis:& deinde [n] illius,qui transuersim à spinis quoque uertebrarum enatus, in decimam & undecimam thoracis costas inseri dicetur. Quapropter si tuis manibus parum fidis, idem in hoc musculo tentabis,quod in illo experiendum probauimus,qui [o] secundus scapulam mouentium nobis numeratur: ut scilicet protensam manum,aut buxeum cultellum externo musculi lateri subdas, atque illum transuersim sursum deorsumq; actum,tantisper moueas,donec ad spinarum usque apices musculum à subditis organis diuisum esse conieceris,hac namque ratione principij sui membranei crassitiem promptè cognosces, & quàm altè cultellus aut nouacula ad hoc separandum immitti debeat,exquisitè intelliges. Verùm omnino opportunè feceris,si stylum aliquem longiorem,rotundoq; ornatum tuberculo, sub musculi principio rectè protenderis,& sensim cultello sub musculo ad styli latus demisso, principium diuiseris, cultelli semper acie extrorsum ducta,& leuiter obliquata,sursumq; semper cum stylo protusa, ad eum ferè modum, quo chartam diuidimus. nisi etiam eo artificio uti uelis,quod eruendis è uesica calculis adhibemus,quum siphonem instar dimidiæ canalis effictum,uesicæ ceruici indimus,ut dein in eius cauitatem sectio moliatur, eo prorsus modo,quo pilosi serici textores sericum in pilos diuiduntihis enim rationibus omnia pulchrè diuiduntur,quæ secundùm styli longitudinem dissecanda, in posterum subinde audies. Quando igitur [p] musculum,quo brachium decliuę agitur,ad humerum perduxeris, tendinem ipsius ab humero liberabis: ac demum [q] musculo retrorsum brachium trahenti te accingens,ipsius initium similiter ab humiliori scapulæ costa abscindes:& accuratè indagabis,num Galenus ueriùs huic circumuertendi munus attribuerit, quàm nos [r] musculo gibbam scapulæ sedem occupanti. Poteris itaque tertium brachij motuum opificem musculum,tam diu humero appensum relinquere,donec illum qui scapulæ gibbum opplet, & septimus nobis enumeratur,à scapula ad articuli usque ligamentum abraseris, ut scilicet eo ueriùs singula expendas. [s] Musculum,qui scapulæ cauitati incumbit, quæ inter spinam & superiorem ipsius costam uisitur,à scapula ad ipsius usque insertionem derades duabus lineis, una per spinæ scapulæ superius latus,altera secundùm elatiorem eiusdem costam,ductis. Brachium circumagentium [t] musculus, qui internam scapulæ sedem sibi uendicat,non nisi priùs scapulam sectionis serie à clauiculis solueris, commodè se spectandum offert. Verùm quia integris adhuc scapulam mouentibus musculis, inopportunè hanc à clauicula separaueris,aut etiam unà cum clauicula à thorace ipsam præter rationem modò seiungeres, ab eius musculi,quem ordine brachium mouentium sextum esse retuli,administratione tantisper temperabis, dū sectionis serie cauum scapulæ tibi occurret,& musculum hunc ex illo promptè deradere queas. Conduxerit quoque interdum & [u] quintum brachium mouentium musculum hucusque reseruare, ut qui sexto continuus sit,pulchrè & commodè perspiciatur.

Vertū administratio.

Septimi.

Quinti.

Sexti.

DE LIGAMENTIS HVMERI AD SCAPVLAM ARTICVLI. Caput XXV.

PRIMO libro [a] rotundum magnumq; humeri caput, & non admodum latum, neque insigniter profundum scapulæ [b] acetabulum (propter uarios,quos brachio obimus,motus) meritò extructa esse retuli. Ne autem laxus adeò articulus malè custodiretur, & humerus quouis ferè motu sua sede excideret, [c] processus quosdam scapulæ, & uaria deinde ligamenta, inuicem ossa colligantia, Naturam produxisse subiunxi. Cæterùm quum iam articulum quodammodo munientes processus,ac plerosque hunc strin gentes [d] musculos absolui, tempus sanè postulat, ut articuli etiam ligamenta seriatim nunc pertractem. Tria itaque robusta humerum in scapulæ acetabulum connectunt ligamenta, præter commune, omnes articulos instar membranæ, nunc tenuioris, nunc crassioris ambiens uinculum. [e] Quod igitur amplum & membranosum est, omnibusq; articulis commune, orbiculatim ex supercilijs ceruicis scapulæ principium assumit, ac totum articulum ambiens,in radicem interni capitis humeri primùm inseritur:& deinde totius exterioris capitis amplitudini, ac utriusque ceruici implantatur. Aliorum uerò trium [f] duo quidem ad amussim instar neruorum teretia uisuntur, [g] tertium uerò nonnihil amplum. Enascitur autem [h] primum ex [i] apice interioris processus scapulæ:& hinc procedens, internis anterioribusq; [k] partibus exterioris humeri capitis circunteditur,ualidissimè huius capitis sedis impressioni adnatum. [l] Alterum uerò,quod crassius maiusq; isto est,ex ceruicis scapulæ superiori [m] parte,ubi summo humero submittitur,ortum ducit:& interius humeri caput superans,inseritur toti illi exterioris capitis [n] regioni,quæ ad externum latus eius sinus extuberat, qui exteriori [o] capiti musculi cubitum flectentium anterioris uiam præbet. Huius ligamenti anterius latus,posteriori primi ligamenti connascitur lateri, [p] ac simul ambo uelut transuersum ligamentum efformant,caput dicti nunc musculi in suum sinum seruans. [q] Reliquum uerò tertium,ex eadem cū secundo regione principium nancisciturr ac obliquè hinc porrectum,inseritur in totam posteriorem exterioris capitis humeri [r] sedem, adeò ut præsens ligamentum posteriorem articuli ambiat regionem:ut enim amplū obtinet principiū, ita quoq; amplioré molitur

Ligamenta humerū scapulæ connectentia.

Cæteris articulis commune.

Tria propria.

Primum.

Secundum.

Tertium.

in

in humerum inſertionem. Cæterùm præter hæc tria, quæ præcipuè humerum, ne deorſum extrorſumq; ab acetabulo ſcapulæ labatur, continent, aliud eſt adhuc [s] ligamentum, humerum ſurſum & in anteriora, ad mediam nimirum inter ſummum humerum, & interiorem ſcapulæ proceſſum, ſedem luxari prohibens: hoc enim ſimiliter ualidum, ab interiori proceſſu ſcapulæ, ſurſum obliquè ad ſummum humerum porrigitur, arculum humeri cum ſcapula nuſquam contingens. Atque huic eidem muneri ſubſeruit [t] nerueum caput anterioris cubitum flectentium muſculi, quod ab eminentiſsima ſcapulæ acetabuli ſede enatum, inter articuli ligamenta humeri caput tranſcendere illiusq; ſinui incumbens, deorſum ferri audies. Horum quoque ligamentorum adminiſtratio, non niſi ſcapulam mouentibus muſculis, & cubitum flectentibus diſſectis, aggredienda eſt, quæ tunc cultellis paruulis, ſed acutioribus celebrabitur. atque omnium primùm id ſecandum ueniet, quod ex interiori ſcapulæ proceſſu exoritur: deinde alia duo peculiaria, ab ipſorum radice ea liberans, uſque ad humerum ſingula deduces. Neque hic interim oſcitanter animus adhibendus erit, ne quum ſecundum ligamentum aggredieris, unà quoque caput exterius cubitum flectentium muſculorum anterioris præſcindatur, niſi fortaſsis antea ademptum unà cum toto muſculo eſſet. Porrò ligamentum ab interiori ſcapulæ proceſſu, in ſummum humerum pertinens, [x] muſculo brachium attollente ablato, citra ſectionem euadit conſpicuum. [y] Illud uerò, quod ſcapulæ acetabuli cauitatem aliquando auget, diuiſo prorſus articulo, in conſpectum uenit.

Ligamẽ ab interioriſcapulæ proceſſu in ſuperiorem pertinens.

LIGAmentorũ *adminiſtratio*

s 15 tab. c, à b ad a.
t 16 tab. caput m muſculi Θ.
u 15 ſi. cap. 23 li. 1 H, I.
x 14 ta. Ξ. 5 tab. y.
y 18 fig. occurrens in contextu 21 cap. lib. 1.

DE MVSCVLIS SCAPVLAM MOVENTIBVS. Caput XXVI.


SCAPVLA ijſdem quo brachium agitur motibus, ſi illum duntaxat exceperis, quo id circumuerti diximus. Hanc itaque pectori admouet triangularis [a] muſculus, illi ſubſtratus [b] muſculo, cuius beneficio brachium pectori adducimus. Eſt namque hic primus ſcapulæ muſculus, quem in uigeſimotertio Capite ex ſecunda, tertia, quarta, quinta, & interdum ſexta, ſuperioribus thoracis coſtis, paulo antequàm in cartilagines illæ ceſſant, [c] principium aſſumere, ac ualde à Galeni deſcriptionibus uariare docui. adeò ut hic neq; ipſius ſubſtantia, quæ tota, niſi iuxta breuiſsimum tendinem, carnea eſt: neque [d] inſertio, quam in interius latus anchoram imitantis proceſſus molitur: neque fibrarum ductus, qui ex amplo principio in obtuſum uerticem, nuſquam interſectæ feruntur, diffuſiùs recenſenda ueniant. Si itaque huius muſculi altiores fibræ contrahantur, elatiùs ſcapulam pectori admouent: inferioribus uerò in ſe contractis, uerſus pectus demiſsiùs ſcapula adigitur. At totius muſculi fibris, aut medijs potius laborantibus, ſcapula in neutram partem declinans, pectori adducitur. Quanquam interim ſcapula pectoris oſsis ſummo, aut mucronatæ cartilagini non æquè atque brachium adducitur, quod inſignibus in motu differentijs, nunc pectoris elatiori ſedi, nunc demiſsiori admouetur, [e] quemadmodum ipſius quoque muſculus elatiùs & demiſsiùs ipſo ſcapulæ muſculo initium ducit. Porrò ſcapulam ſurſum ad caput ualidi attollunt muſculi: ſiquidem & ipſa grandi mole conſtat, plurimamq; ipſi carnem adnatam ſuſtinet. [f] Primus eſt, quem ante aliquot brachium mouentes muſculos diſſecandum diximus, quiq; oritur ab occipitij oſſe tranſuerſa [g] linea, ab eius oſsis medio, uerſus auris radicem porrecta, & cuius externum latus ab auris pinnula tantum remouetur, quanta ipſius muſculi ab occipitio exortus eſt longitudo. Si enim occipitij interuallum, quod ab ipſius medio ad aurem pertinet, in duas æquales regiones diuiſeris, earum unam, quæ occipitij medio uicinior eſt, præſentis muſculi principium (quod carneum, ſed tenue interim exiſtit) occupare intueberis. In occipitij medio dexter muſculus ſiniſtrum contingit: ac ambo inuicem iuncti, unaq; ueluti ex ſpinarum uertebrarum apicibus [h] principium ducentes, per ceruicis thoraciſq; ſpinam, uſque ad octauam thoracis uertebram protenduntur. Dexter (idẽ de ſiniſtro intelliges) qua quodammodo ex ſpinarum apicibus enaſcitur, membranoſus tanta ferè amplitudine apparet, quanta uertebrarum in ſuo latere eſt [i] latitudo: reliqua uerò tota regione carneus (ſi unicum duntaxat [k] locum exceperis) conſpicitur, quem paulo pòſt explicabimus. Duæ itaque huius muſculi iam enarratæ ſunt lineæ, quarum una ſecundùm occiput, altera ſecundùm ſpinas fertur. Præter has autẽ, aliæ duæ obliquę ſunt: [l] una ex termino tranſuerſæ lineæ, quo aurem ſpectat, obliquè deorſum uerſus anteriora tantiſper protenditur, quouſque latiorem clauiculæ [m] partem contingat, ſummo humero coarticulatam. [n] Alia à lineæ poſtremò commemoratæ fine, quo ipſa clauiculam tangit, deorſum uerſus poſteriora obliquè tantiſper deſcendit, dum unà cum termino rectæ [o] lineæ, ſecundùm ſpinam exporrectæ, acutum angulum conſtituat, è regione octauæ thoracis uertebræ conſiſtentem. Quatuor his lineis muſculus circunſcribitur. uerùm præter has, [p] aliam tranſuerſam in ipſius medio quodammodo nanciſcitur, qua [q] toti ſcapulæ ſpinæ, & ſummo humero, & clauiculæ latiori parti inſertatur. Hac parte, qua ſuam molitur inſertionem, neruoſus ſimul & carnoſus uiſitur: [r] ea uerò ſede, qua ſcapulæ ceruicem ſpectat, & quarta ipſius linea à clauicula deorſum ad octauam thoracis uertebram prorepit, ſemicirculum quodammodo membraneum ac nerueum commonſtrat, quaſi hic (ne fortè ſcapulæ gibbum [s] occupantes muſculos arctius premat, aut minus pertinaciter illorum impetum ſuſtineat) carneus ac mollis eſſe nequiret. Reliqua autem ſede, uti iam admonuimus (niſi quà dorſi ſpinæ committitur) omnino carnoſus exiſtit: ſed tamen undique tenuis eſt, ea ſui [t] ſede excepta, qua toti ſuperiori ſummi humeri ſedi, & latiori clauiculæ parti ualidiſsimè implantatur. [u] Fibras non uno omnes modo porrectas habet. nam quæ ab occipitio, ceruicisque uertebrarum ſpinis protenduntur, obliquè, ut & exterior eius muſculi partis linea, antrorſum ad ſcapulæ ſpinam, & ſummum humerum, & latiorem clauiculæ ſedem deſcendunt, tanto ſemper obliquiores, magis ve tranſuerſæ, quo magis à ceruicis uertebrarum ſpinis, thoraci propinquioribus, principium ducunt,

Primus ſcapulam mouentium.

Secundus ſcapulã mouentium.

a 5 tab. Γ. b 3, 4 ta. Δ.
c 5 tab. ab i ad k.
d 5 tabulæ l in b.
e conſer K, R 3 tab. cũ i, k tab. 5.
f 9 tab. Γ, Δ, 1 tab. G. 2 K, L 4 b.
g 9 tab. ab E ad F.
h 9 tab. ab E per K ad G.
i 16 ſi. cap. 15 lib. 1 ab ſub u. & 9 fig. à t ad x. k 9 tab. ω.
l 9 tab. ab F ad H.
m 1, 2 fig. cap. 22 li. 1 ab I ad Q. cum L ſi. 1 ta. 21 li. 1.
n ab H ad G 9 tab.
o 9 tab. ab E ad G.
p 9 tab. ab H ad I.
q 3 ſi. cap. 21 lib. 1 à G per I, K ad L.
r Inter H & G occurrit * 9 tab.
s præcipuè M 9 tab.
t 4 tab. b.
u Has lineas refert in 9 ta. muſculo ductæ.

QVAMVIS *musculi huius, de quo in præsentia agimus, effigies, ex nona tabula ad Γ & Δ. aliis q; his circùductis characteribus peti possit, nihilominus rudibus lineis in superiori figura hic illius circumscriptionem expressi. Inferiori uerò effigie trapezion, quam obscurè Galenus in quarto de Administrandis sectionibus libro proponit, delineaui. Pertinet itaque ab* A *ad* B *transuersa linea, secùdum occipitium protensa. Ab* A *uerò ad* C, *linea recta ab occipitio, ad octauæ usque thoracis uertebræ spinam ducta.* A B *uerò ad* D, *linea obliquè ab occipitio ad clauiculam pertinẽs.* A D *ad* C, *linea obliquè à clauicula ad spinam octauæ thoracis uertebræ procedens. Postremò à* D *ad* E, *insertio musculi in spinam scapulæ, & summum humerum, & elatiorem clauiculæ partem facta notatur. In humiliori porrò figura,* F *indicat trianguli rectangulum, & basim etiam:* G *uerò lineam, toto ductu æquè distantem à basi. Vniuersum autem spacium, quod ab* F *ad* G *habetur, τραπέζιον, seu mensalem figuram notat, à qua secluditur acutissimus præsentis trianguli angulus, supra* G *consistẽs.*



adcò ut illæ, quas ceruicis radix exporrigit, iam paulo minùs toto transuersæ sint. Quæ uerò à thoracis uertebrarum spinis uerè enascuntur, sursum uersus anteriora tensæ, tanto quoque rectiores, minusq; transuersæ uisuntur, quo octauæ thoracis uertebræ sunt uiciniores. Eiusmodi fibrarum series commõstrat, huius musculi beneficio non modò uniuersam scapulam sursum attrahi, sed etiam deorsum uelli, rectaq; ad dorsum agi. Si namque [x] superior musculi pars inter secandum uersus suam originem trahatur, totam scapulam sursum attolli cõspicis. At si [y] humilior musculi pars, quæ inter scapulæ spinam, & octauam thoracis uertebram consistit, in se collecta fuerit, scapula deorsum uellitur. Deinde [z] media musculi parte inter dissecandum attracta, scapulæ molem rectà retrorsum duci cernimus. Atque hinc fit, præsentem musculum motibus omnino pugnantibus præfici, fibrasq; contraria serie ductas obtinere: quamuis interim nulla prorsus sui se de hunc disiunctum, inconiunctum ve esse, quis uerè dixerit. Proinde unitatis ratione, musculus iste unius loco mihi habebitur: quo minus autem functionis gratia is duorum aut plurium uice à quopiam recensèri queat, per me non obstiterit. At Galenum miror, qui hunc musculum disiũgens, ad medium ferè libri quarti de Administrãdis sectionib. superioris musculi partis prolixiùs quàm de aliquo totius corporis, cõtra Lycũ nimis profectò imũdiosè disceptãs, meminit: ad calcẽ uerò eius libri, inferiorẽ musculi partẽ uix obiter nominauit, tũc scilicet quũ scapulã duob. proprijs musculis ad dorsum agi insinuaret: quorũ inferior, est huius nostri musculi humilior pars, ab octo superioribus, nõ autẽ (ut Galenus inibi docet) duodecim thoracis uertebrarũ spinis præcipuè originem assumẽs, quã ẽt alibi demissiorem scaplæ musculum appellauit. Vtcunque fit, parua hic nobis cum Galeno futura est dissensio, si ambos ipsi enarratos musculos, unum cõtinuum corpus esse annuerit. Nam etsi fortassis musculi huius [z] insertio, quæ instar latæ, ac obliquè admodum procedentis lineæ perficitur (quantumuis etiam & in hac tota musculus continuus sit) illum in duos distinguere appareret, nulla tamen prorsus discriminis nota [a] inter dorsi spinam & scapulæ basim habebitur. ubi tamen distinctionem lineamq;, secus ac res se habet, confingere debes, si modò superiorẽ Galeni musculum, trapeziæ figuræ quouis pacto assimilaturus sis. Ea siquidem [b] linea, quæ à ceruicis radice, secundùm scapulæ spinam, & summum humerum, & latiorem clauiculæ sedem duceretur, comparanda uenit basi trianguli rectanguli, in cuius summo linea æquè distans à basi ducta sit. Quemadmodum ea musculi [c] linea, quæ secundùm spinæ ceruicis longitudinem fertur, illi trianguli lineæ assimilatur, quæ perpendiculariter trianguli illius basi incidit. [d] Quæ autem ad occipitium transuersim ducitur, illi lineæ correspondet, quæ in trianguli uertice æquè cum basi distat. At [e] quæ ab occipitio ad clauiculam procedit, obliquo trianguli lateri confertur. Cæterùm nunc magis à Galeni dogmatibus mihi reclinandum est, idq; præcipuè propter simiarum ad homines differentiam. Primùm enim, si Galeno credideris, teipsum insciliæ oscitantiæq; inter secandum insimulabis, quum deinceps alios musculos scapulam attollentes, in homine sedulò indagare conaberis. Ex Galeni namque placito, sub eminentiori nobis dicti iam musculi parte alium inquires, qui illo longè gracilior, minorq;, sed totus tamen carnosus esse deberet: & qui ex occipitij osse, sub nuper dicto musculo enatus, deorsum modicè uersus anteriora obliquè descenderet, & altiori basis scapulæ angulo exporrectus, in latum tendinẽ desineret, ad medium usque basis scapulæ interiùs insertum, è regione radicis spinæ scapulæ. Huic id munus concreditum esset, ut scapulæ basim uersus occiput attolleret. Verùm hunc frustra mecum in homine (quòd ipse illo destituatur) indagabis: quum interim promptissimè is in caudatis simijs occurrat, eam prorsus fabricam, quam Galenus ipsi tribuit, quamq; ego iam descripsi, seruans. Rursus in caudatis simijs alium obseruamus musculum, à Galeno quoque enumeratum, qui carnoso principio, ex primæ ceruicis uertebræ transuerso processu, dein & ex tertiæ & quartæ uertebræ transuersis processibus enascitur, non quidem ex interna ipsorum sede, sed ab externa magis. Hic musculus, postquàm primùm ex reliquis musculis, qui ceruicis uertebris adnascuntur, emersit, teres, sed tamen latior, quàm profundior apparens, deorsum in posteriora, uersus scapulæ basis superiorem angulum perfertur, illiusq; internæ sedi carnosus ac latior redditus insertatur. Insuper simiæ alio quoque musculo donãtur, quem inter Galeni musculos scapulas attollentes, si quartum de Administrandis sectionibus adamussim discusseris, quarto loco enumerari reperies. Atque hic mihi ab interna transuersi primæ ceruicis uertebræ processus sede, deinceps & tertiæ quoq; & quartæ ceruicis uertebrarum transuersis processibus, carneo principio enasci uisus est: quod prædicto nunc musculo latius redditum, deorsum quoque, sed minus in posteriora tantisper ducitur, dum carnea lataq; insertione in scapulæ spinam inseratur, in ea spinæ sede, qua hæc summum humerum producit, ac quæ quodammodo è regione ceruicis scapulæ consistit. Cæterùm ut homines prorsus secundo Galeni musculo, qui ab occipite in simijs exoriri dictus est, destituuntur, ita etiam & quarto. Verùm [f] tertium musculum homo cum simijs cõmunem nanciscitur, sed nonnihil quàm simiæ ualidiorem. Exoritur enim homini musculus ualidus à [g] transuerso primæ ceruicis uertebræ processu: deinde & [h] transuerso processu tertiæ uertebræ, quartæ & quintę, quasi

x 9 tab. I.

y 9 tab. L

z ad K tabula 9.

z 9 tab. ad H ad I.

a 9 tab. ad I ad K.

b 9 tab. à K per I ad H.

c 9 tab. ab E ad K.

d 9 tab. ab E ad F.

e 9 tab. ab F ad H.

f 7 tab. H. 6 tab. K. & I. 10, 11 C. 12 G. 13 Q.

g 10 fi. ca. 15 lib. 15.

h eiusdem fig. Z.

Musculus scapulam attollens, quo simia abundat.

Tertius musculus simiæ scapulã attollentium.

Quartus, quem simiæ sibi priuatim secus quàm homines uendicant.

Tertius hominis scapulam mouentium.

quasi disiunctis constaret principijs:uno nimirum,quod primæ ceruicis debetur uertebræ: altero autem,
i 5,6,7 fi. cap.15 li.1. quod tribus secundæ uertebræ proximè subiectis ascribitur. quanquam etiam interdum à i transuerso se
cundæ ceruicis uertebræ processu musculus hic,sed parua origine enasci uisus sit. Principia hæc, simulatq;
k 1 fi.cap. 21 lib.1 ☉. ex reliquis uertebras ceruicis amplexantibus musculis emergunt,unà coeunt,& ualidum efformant muscu
lum,nonnihil latiorem,quàm profundum, qui lata carneaq; insertione in k internam superioris anguli
scapulæ basis sedem inseritur,scapulam sursum uersus anteriora, ceruicisq; latera trahens. Non inopportu-
nè itaque hic musculus nobis scapulam attollentium alter dicetur, aut saltem omnium scapulæ motorum
tertius in hac nostra serie locabitur.Galenus suis omnibus scapulam attollentibus musculis,addidit oblon
l 5 tab. R. 5. gum gracilemq; l musculum,quem ex ossis υ referentis lateribus procedentem,scapulæ,propter ipsius cer
uicem,interiori ex parte inseri,scriptum reliquit,& eius musculi beneficio in anteriora colli scapulam attol
li opinatus est.Ego autem in Capite de ossis υ referentis musculis, huius ossis gratia, non autem scapulæ,
musculum hunc efformatum asserui:ac proinde cuius nam motus autor is censeri debeat, diligenti sectio-
ne uenit indagandum.In hoc enim simijs nulla cum hominibus est differentia, nisi quòd simijs toto pro-
gressu carneus uideatur:hominibus autem in medio ductu gracilescit, tendinis speciem commonstrans,&
duobus quasi musculorum uentribus donatus.quod sanè Galenus, si hominem unquam secuisset, non mi-
m 5 tab.H, l. nus animaduertisset,quàm m musculos inferiorem maxillam deorsum ducentes duobus donari uentri-
n 10 tab.I. bus obseruauit. n Vnus adhuc musculorũ scapulam mouentium reliquus est, qui hanc retrorsum ad dorsi
spinam,uersus superiora nonnihil agit.Hic musculus amplus & tenuis,sed omni ex parte carneus uisitur:&
o 10 tab. à C ad H. à quartæ,quintæ,sextæ & septimæ ceruicis uertebrarum, deinde quatuor aut quinque primarum thoracis
uertebrarum spinis o principium ducens,toti propemodum scapulæ basi carneus, ac æquè ut in exortu P
p 10 tab. ab I ad K. latus inseritur,fibras obtinens non prorsus transuersas,at nonnihil obliquè à dorso, ad scapulæ basim deor
sum ductas.Quibus uerò musculis hic quadrilateris musculus (cui Galenus nimium latum initium asscri-
psit) & alij omnes tegantur,quibus ve illi obducantur,sectionis semper series, & musculorum tabulæ leui
q 11 tab.O. negocio commonstrant.Quod profectò non oscitanter in illo q musculo obseruandum præcepimus, qui
brachij ad dorsum uersus inferiora motus autor est:quem Galenus in libro decimotertio de Vsu partium,
scapulam quoque deorsum ducere,parum rectè prodidit.Ego autem huius quoque modò memini,ne quis
in musculorum scapulam mouentium numero, Galeni nomine alium insuper, quàm hactenus enarraui,
requirat.

Musculus, inter scapulam attollentes à Galeno perperã descriptus.

Quartus hominis scapulam mouentium.

Libr. 4. de Admin. diss. Musculum quo brachiũ detrahitur, scapulã non mouere.

MVSCVLORVM SCAPVLAM MOVENTIVM ADMINISTRATIO. Caput XXVII.

a 5 tab.I. HORVM musculorum administrationem pari,qua reliquos omnes, methodo aggredie
ris. a Primi enim,quo scapula pectori adducitur, principium, nouacula à costis, unde
prodit,liberandum est:& deinde toto musculo à thorace ad internum usque scapulę pro
b 9 tab.I, Δ. cessum separato,ipsiusq; attractis principijs, cuius potissimùm motus opifex habendus
sit,inquires:num scilicet brachium potius,ut Galenus docebat,quàm scapulam, uti ego
dicebam,moueat. b Secundum musculum,quem & scapulam attollere, & deorsum tra-
here dixi,in musculorum brachium mouentium administratione iam antea es aggressus:unde etiam hic ip
sius sectionem neutiquam oportet repetere,quemadmodum nec eorum musculorum obseruationem,qui
simijs in collo priuatim tribuuntur,& à Galeno,perinde ac si hominibus quoque communes forent, descri
c 7 tab. H. 13 tab. Q. buntur.Verùm c tertius scapulam mouentium,qui à ceruicis uertebris ad superiorem scapulæ basis angu
lum ducitur,suo principio prorsus liberandus non est,nisi aliquot ceruicis musculis antea præfectis.Ac pro
inde operæprecium erit illũ,transuersim,ubi primùm ex ceruicis musculis emergit,abscindere:ipsiusq; prin
d 10 tab.I. cipio ad uertebras relicto, illũ à scapula liberare,illius tamẽ functione prius perpensa, d Quartum muscu-
lum leui longaq; sectione à spinarum apicibus secabis:& ubi ipsius insertionem adamussim obseruaueris,
* 10 tab.E. 11 tab.F. eundem à scapula amouebis,sedulò cauens,ne * tertium hominis thoracem mouentium musculum simul
reseces,aut saltem imprudenter suo exortu liberes.Deinde si e longus ille musculus, quem contra Gale-
e 5 tab.R. 5. ni sententiam,ossi υ referenti proprium esse retuli,adhuc asseruatus sit,non oscitanter spectа,num scapulę,
an illius ossis gratia,hunc rerum Opifex procreauerit.Nunc cultello, quàm licebit proximè, ligamenta à
summo humero & clauiculis,quà inuicem committuntur, resecabis, summum humerum à clauiculis libe-
f 4 fig. ca. 22 lib.1 R. g in margine cap. 10 lib. 1. rans,& f peculiarem huius articuli cartilaginem obseruans,quæ illi similis est, g quæ in maxillæ inferio-
ris ad temporum ossa articulis,& h clauiculæ rursus cum pectoris osse nexu adinuenitur. Deinde accuratè
perpendes,num tertium aliquod os hic,præter clauiculam, & summum humerum, cum ipsius appendice,
dictaq; nunc cartilagine existat:cuius Hippocratem in libro de Articulis, de brachij luxationibus differen
h 4 fi.cap. 22 lib. 1 S. tem meminisse,Galenus docet.Sed quid de illo osse sentiam,primo libro sum executus. Vbi itaque clavi-
culam à scapula diremeris,hæc in sua sede diligenter seruanda uenit. Verùm uasis ex thorace in brachium
proreptantibus funiculis binis interceptis,& deinde in funiculorum medio resectis, scapulam à thorace e-
i 7 tab. I. uertes,ut iam circumuertentis brachium i musculi naturam inspicias,qui cauam scapulæ sedem occupat.
Hoc itaque ab osse undique erasо,atque ad articuli ligamentum deducto,& eius functione perpẽsa, illum
k 8 ta.F. quoque abijcies,ut nunc scapula nulli alteri firmata parti,à thorace maximi k musculi interuentu hæreat,
qui thoracem mouentium secundus enumerabitur.

Primi administratio.

Secundi.

Tertij.

Quarti.

Clauiculæ à scapula liberatio.

DE MVSCVLIS CAPVT MOVENTIBVS. Caput XXVIII.

Capitis motus.

SVPERIORI libro, ceruicis uertebrarum fabricam deſcribentes, & Galeni ſententijs nos meritò parum accommodantes, caput proprijs motibus & ſecundarijs moueri retulimus. Quot enim proprijs motibus ceruix agitur, totidem etiam ſecundarijs caput mouetur: ac ceruix quidem extenditur, ſeu in poſteriora uerſus dorſum ducitur, & in anteriora flectitur: deinde utrinque ad latera, ad humeros ſcilicet etiam inclinatur. Caput autem uno proprio motu, uel quieſcente etiam ceruice, flectitur & extenditur, ſeu antrorſum & retrorſum, idq; ſupra primam ceruicis uertebram, fertur: & dein alio ipſi prorſus peculiari motu ſupra ſecundam uertebram, ueluti ad axim circunducitur, ſiue flexum, ſiue extenſum cum ceruice, aut citra ceruicem exiſtat. In latera uerò, ſeu uerſus humeros, caput non, niſi ceruicis beneficio, ac ueluti ſecundario, inclinatur: quum immota rigidaq; ceruice, ne minimum quidem caput proprio motu humeris adducamus. Tempeſtiuum itaque nunc fuerit, ijs muſculis, qui ceruicis præſunt motibus, in ſuum locum aſſeruatis, eos aggredi, qui proprijs capitis motibus famulantur, ſeptenis complexi paribus, partim caput, partim primam ceruicis uertebram agentibus, quorum ſex in poſteriori ceruicis conſiſtunt ſede, à quibus ſermo modò eſt inchoandus. Verùm anteaquam ad horum enarrationem Galenus acceſſit, duo alia muſculorum paria ex diſſectionis ſerie præpoſuit, ſcapulæ motibus ſeruientia: quorum [a] unum homines cum ſimijs commune nanciſcuntur, id ſcilicet, cuius alterius lateris muſculus in ſcapulæ ſpinam, ſummum humerum, & latiuſculam clauiculæ partem inſeri dictus eſt. altero autem pari homines deſtituuntur, cuius in altero latere muſculus ab occipitio enatus, ad altiorem baſis ſcapulæ angulum in ſimijs protendi commemoratus eſt. Atq; hinc fit, [b] primum caput mouentium par Galeno tertia ſerie inter muſculos ceruicem occupantes enumerari, quod duobus conſtat muſculis, [c] principium ducentibus ex apice quintæ thoracis uertebræ ſpinæ: dein etiam ex quartæ, tertiæ, ſecundæ & primæ uertebrarum thoracis ſpinarum apicibus. Principium hoc, quà primùm ex quinta thoracis prodit uertebra, acutum refert angulum, qui ſurſum tenſus, ſenſim ita lateſcit, ut ad tertiam ſecundamq; thoracis uertebram iam porrectum, adeò ampliſcetur, ut externum ipſius latus è regione tranſuerſorum proceſſuum earundem uertebrarum conſiſtat. Ambo muſculi hanc ſeruantes latitudinem, ſurſum feruntur, à quinque etiam inferiorum ceruicis uertebrarum ſpinis (ſed nimis quàm leuiter) exortum aſſumentes. [d] Quando autem ad tertiæ ceruicis uertebræ uſque ſpinam conſcenderunt, quum hactenus toto progreſſu dexter ſiniſtro coniunctus fuerit, utrique ab inuicem ſenſim magis magisq; tantiſper abſcedunt, dum tranſuerſa [e] linea occipitis oſsi carnea lataq; inſertione implantentur. Eius enim inſertionis tanta eſt amplitudo, quantum internum alterius muſculi latus à media occipitij ſede, & externum latus ab auris radice remouentur: adeò, ut inſertionis amplitudo utriuſque muſculi tanta ſit, quantũ ab una aure ad alterã occipitij eſt interualli, quod muſculorũ inſertione non occupatur. Cæterùm iſtius muſculorũ ab inuicẽ receſſus forma, [f] triangularis exactè uiſitur, ſi modò unã lineã trãſuerſim ad occipitiũ, ab interno unius muſculi latere, ad internũ latus alterius duxeris: & deinde alias duas ab eius lineę terminis, ſecũdùm utriuſq; muſculi internũ latus, ad tertię ceruicis uertebrę ſpinã, ueluti ad triãguli uerticẽ porrexeris. Rurſus ſinguli muſculi [g] triãgulari forma cõſtãt, ſi lineam ſecũdùm ſpinæ longitudinẽ ad occipitium uſque ductam, unius lateris loco habueris: & ſecundi lateris uice, lineã ſecundùm externũ muſculi latus exporrectam: & tertij lateris loco lineam, quæ tranſuerſim muſculi inſertionem ad occipitium deſcribit. Fibræ horum muſculorum, à ſpinis uertebrarum ſurſum obliquè, quaſi ad tranſuerſos ſuperiorum uertebrarum proceſſus tantiſper ducuntur, dum ſimul omnes in occipitium finiant: præſentes enim muſculi modicum prorſus & exiguum in tranſuerſos uertebrarum proceſſus nexum moliuntur. [h] Secundum muſculorum par, admodum ſanè uarium, & ſecus multò in homine, quàm canibus & ſimijs, obſeruamus. His namque ex tranſuerſis tertiæ quartæ ve thoracis uertebrę proceſsibus, & inſuper ſecundæ ac primæ quoque thoracis, & quinque humiliorum ceruicis uertebrarum tranſuerſis proceſsibus, muſculi iſtius paris enaſcuntur, & ad earundem uertebrarum ſpinas procedentes, ipſis nonnullis inſertionibus applantantur. Deinde dexter nuſquam toto progreſſu à ſiniſtro recedit, ſimulq; ambo in occipitij medium ampla inſertione innaſcuntur, nullibi nerueum aliquid, quod notatu dignum ſit, oſtendentes: etſi interim obliquas quaſdam impreſsiones exprimant, ex tranſuerſis inferiorum uertebrarum proceſsibus, ad ſuperiorum quodammodo ſpinas excurrentes. at illæ leuiores cenſendæ ſunt, minusq; penetrant, quàm ut his aliqua ex parte muſculũ diuidi quis dicere queat. Quanquã Galenus nonnullos diſſectionũ profeſſores, nõ duos huius paris tantùm muſculos enumeraſſe, uerùm quoſdã quatuor, quoſdã uerò ſex ibidẽ recenſuiſſe, uideatur teſtari, qui aliter ac Galenus homines aggrediebantur. In ſimijs enim & canibus (de quibus hactenus in hoc ſecundo pari locutus ſum) unum duntaxat utrinque muſculum recenſerem: quandoquidem ſi illis attendẽdũ foret impreſsionibus, totidem ferè muſculorum loco uterque habendus eſſet, quot ſunt ex tranſuerſis uertebrarum proceſsibus exortus, & in earundem ſpinas inſertiones. In homine itaque multo aliter hanc coniugationem, quàm Galenus illam deſcripſit, aut enumerauit potiùs, obſeruaui. Apparent enim quàmplurimi utrinque muſculi, ſerie multiplici inuicem commixti, & admodum uariè principium obtinentes, & diuerſis omnino rationibus inſertiones in occipitium molientes. Ilico enim atque primum muſculorum par ſubductum eſt, [i] muſculus occurrit, qui acutum principium ex medio tranſuerſorum proceſſuum quintæ & quartæ thoracis uertebrę educit, & ilico ab exortu carneus apparens, muris & lacertæ formam adipiſcitur: quum uerò ſurſum ad ceruicis initium [k] perreptat, carnoſus eſſe deſinit, ac ueluti in teretis tendinis naturam ceſſat, [l] muſculum imitatus, qui maxillam humiliorem deorſum trahit, duobusq; uentribus donatur. quando-

In 4. libro de Admini. ſect.

Primũ par muſculorũ aut caput, aut primã uertebram mouentium

Secundum par impenſe uarium.

a 9 tab. I.

b 12 tab. I. 10, 11

tab. A.

c 12 ta. A.

d 12 tab. D.

e 12 ta. B, C.

f 12 ta. B, E, D.

g 12 tab. B, A. C, A. C, B.

h 13 tab. A, B uſq; ad G. 5 tab. I. 10, 11 B. 12 F, F.

i 13 ta. A.

k 13 ta. B.

l 5 ta. H, I.

quandoquidem [m] inibi,quà musculus iste secundi paris caput mouentium, ceruicis radicem superauit, carnosus denuò esse incipit,quousque in occipitij ossis mediũ [n] inseratur. Verùm ante ipsius insertionem cum illo alius [o] coit musculus, qui ex septimæ ceruicis uertebræ spina, nerueo teretiq; principio enatus, sursumq; ascendens,carnosus quoque euadit,& una cum dicto musculo occipitio inseritur, ubi dextri lateris musculi,sinistri lateris musculis contigui sunt,neq; ab inuicẽ (ut primum par) remouentur. [p] Alius deinceps occurrit,qui ueluti alterius lateris tertius esse possit, ac ex apicibus transuersorum secundę & primæ thoracis uertebrarum processuum,partim carneus,partim nerueus enascitur:& sursum uersus exteriora oblique exporrectus, carnosusq; ac latior redditus, occipitio ad radicem [q] mamillaris in capite processus ualidè inseritur. Sub his [r] magna moles carnea consistit, secundo in canibus pari quodãmodo respondens, quæ à transuersis uertebrarum processibus obliquè sursum ad spinas exporrecta, occipitij ossi implantatur, fibras obtinens ab exterioribus sursum intrò obliquè repentes. Huiusmodi itaque secundum musculorum homini est coniugium: in quo cuiuis integrum erit, utrinque quatuor collocare musculos: primum scilicet,secundum & tertium, tres illos ante carneam molem enarratos: & quartum, ipsam carneam molem. Nisi fortasis quis denuò illam carnẽ in tot musculos subdiuidere proposuisset, quot in ipsa impressiones, aut exortus insertionesq; uisuntur. At consultius fore arbitror,unicum tantũ par ex omnibus his, & unum duntaxat utrinque musculum numero statuere, quum cætera paria duobus tantùm conformentur musculis,& omnes huius secundi paris musculi eiusdem functionis gratia procreati sint. Hoc enim (ut primum quoque par) capitis,& obscurè admodum ceruicis etiam extensionem, aut in posteriora ductum perficit. Si igitur musculi utriusque lateris contrahantur,caput rectissimè extendent: at si alternatim laborauerint, circumuersionis capitis motui famulabuntur. [s] Tertium par duobus gracilibus constat musculis, qui neutiquam prædictis mole correspondent. Ex secundæ enim ceruicis uertebræ [t] spinæ extremo,duo enascuntur musculi,non admodum neruei,qui sursum porrecti,in occipitij medium teretes inseruntur,in ipsa insertione minus quàm in ortu inuicem contigui: ab ipso enim nonnihil obliquè sursum ducuntur, sensim mutuò abscedentes.Hi si simul contrahantur,caput quoque solum in posteriora agunt: at si alter tantùm in se colligatur,sui incessus ratione,circũuersionis capitis,ut duo priora paria,opifex erit. [u] Quartum par,capitis etiam extensioni præfectum,sub tertio reconditur,illi,quod ad substãtiam, formam,ductumq; attinet, simile.A posteriori.n.primæ uertebræ [x] sede,ubi aliæ in spinam desinunt,ipsaq; lineæ modo prominens tuberculũ processum ve obtinet,utrinq; ad processus eius latera unus enascitur musculus gracilis, & omnino carneus.amboq; huius paris musculi in exortu contigui sunt: & sursum porrecti,modicè ab inuicem diducuntur: & nonnihil mutuò dirempti, in occipitium inseruntur. [y] Quintum par, forma & substantia duobus prædictis iam paribus respondens,iuxta externum latus tertij paris, ab occipitij osse principium obtinet:atque illinc deorsum obliquè descendens,in apicem [z] transuersi primæ ceruicis uertebræ processus inseritur,dexter quidem musculus in dextrum processum,sinister uerò in sinistrum. [a] Sextum par [b] à spina secundæ ceruicis uertebræ enascitur:& obliquè sursum procedens, in transuersum quoque primæ ceruicis uertebræ processum implantatur,pari prorsus cum quinto coniugio ratione,formaq;. Sunt enim utriusque paris musculi oblongi,carnei,& paulò minus toto teretes.In cane uerò & simijs multò quàm in hominib. sunt crassiores & insigniores,ut etiam horum animalium secundæ ceruicis uertebræ spina perquàm ampla lataq; occurrit,perinde ac transuersi etiam primæ uertebræ processus ampli existunt: etsi interim illis animalibus æquè ac hominibus tertium par cum quinto & sexto pares æqualesq; triangulos utrinque formare conspicitur.Si enim trium illorum parium dextros musculos unà contuleris,in dextro latere [c] triangulum statues:si uerò sinistri lateris musculos inuicem comparaueris, etiam & hic triangulum fieri obseruabis:cuius unus angulus consistit in occipitij medio,secundus ad secundæ uertebræ spinam,tertius in sinistri lateris transuerso primæ uertebræ processu.Cæterùm quinti & sexti parium munus est, primam uertebram unà cum capite supra secundam circumuertere:utriusque enim paris dextris musculis in se contractis, prima uertebra in posteriora dextrorsum circumuertitur:sinistris autem laborantibus, in posteriora sinistrorsum conuoluitur.Atque ad hunc modum posteriores capitis musculi habent, [d] anteriores uerò hac ratione. [e] Vtrinque à media superioris ossis pectoris sedis regione,secundùm ipsius amplitudinem, & [f] clauiculæ parte,pectoris ossi ibidem coarticulata,amplum ac neruosum membraneumq; musculi prodit caput,neruosius ex pectoris osse,quàm à clauicula pronatum.Caput hoc obliquè uersus superiora procedẽs, carnosum,densumq;,& paulo latiorem quàm profundum efficit musculum, qui carnoso crassoq; admodum [g] fine, [h] mamillari temporis ossis processui innascitur,illum sua amplitudine uniuersum amplexus: sic sanè,ut unicus duntaxat utrobique in hominibus mihi repertus sit musculus, membraneo latoq; in collo occurrente [i] musculo proximè subditus,ac citra sectionem omnibus ferè hominibus conspicuus.Cæterùm in quibusdam quadrupedibus,musculum hunc in medio ductu,quo sursum fertur, diuisum bipartitum ve obseruaui,una quidem parte mamillari processui,altera autem ad auris radicem caluariæ insertum

Tres uerò huius musculi fines ac insertiones hactenus in nullo comperi animante: multoq; minus principium à pectoris osse & clauicula procedens,in duas tres ve partes manifestè dissectum, mihi occurrit.quãuis interim hos musculos utrinque ab aliquibus Anatomicis tres,aliquando & duos enumeratos fuisse, nõ ignorem.Verùm hic numerus pro musculi finium ratione,in simijs & canibus inter dissectionis peritos uariat:licet plerique hos à capite natos,pectoris ossi & clauiculis inseri, thoracisq; motibus præfici contenderint.At neminem interim lego,qui mentione digna descriptione eos donauerit, tantum abest ut quis uerè ipsorum functionem naturamq; nobis expresserit.Vtriusque enim lateris musculus contrarijs prorsus munijs quatuor primorum parium præficitur:ambobus enim contractis,caput in anteriora,siue rigida,siue

Primi ac secundi paris munus.

Tertiũ par.

Quartum par.

Quintum par.

Sextũ par.

Musculi à pectoris osse & clauiculis in caput inserti, atque in huius capitis num. 13 & 14.

Munus 13 & 14 musculorum.

m 13 tab. C.
n 13 tab. D.
o 13 tab. C ad D.
p 13 ta. E. ad F.
q 3,4,5 fi. cap. 6 lib. 1 k.
r 13 tabu. G, G.
s 14 tabu. A, B.
t 14 ta. E.
u 14 tab. F, C.
x 3, 4, 11 fig. cap. 15 lib. 1 X.
y 14 tabu. H, I.
z 14 tab. D.
a 14 tab. K, L.
b ab E ad D 14 tabu.
c Huius cõstat in 14 tab sunt A, H, K. alterius autem triãguli cõstat B, I, L.
d Alterius lateris musculus 4 ta. O. 1 tab. F. 2 tabu. I. 5 tab. D.
e 4 tab. X.
f 4 tab. Y.
g 4 ta. Z.
h 3, 4, 5 fi. cap. 6 lib. 1 k.
i 3 tab. I.

inclinata ceruice, flectitur. Si uerò dexter duntaxat contrahatur, caput in anteriora finistrorsum circumuertitur: finistro autem solo laborante, caput in anteriora dextrorsum circumagitur. Porrò præter hos, [k] alij conspiciuntur musculi, quos ferè sub [l] stomacho latitantes, ueteres appellasse uidentur. Hi namque quatuor primarum thoracis uertebrarum, & omnium ceruicis uertebrarum corporibus connascuntur, ac partim ab ijsdem principium ducunt, partimq; ipsis inseruntur, non nimis liquidò postmodum in occipitis os inserti, iuxta [m] anteriorem foraminis dorsalem medullam transmittentis sedem. At hos exactiùs inter dorsum mouentes musculos recensebimus: flectunt enim superiorem dorsi partem, capite interim proprio motu horum ope uix flexo. Quamobrem etiam inter capitis musculos uix eueniunt enumerandi: quēadmodum neque [n] alij adhuc quatuor (utrinque nimirum duæ coniugationes) ad ceruicis latera repositi, qui ceruicem, non autem caput proprio motu in latus agunt. Et rursus [o] alia coniugatio ceruicem extendens, hic prætereunda est, ac ad reliquum de dorsum mouentibus musculis sermonem asseruanda: quū & illa quoque non nisi secundariò caput moueat, ea nimirum ratione, qua brachium mouentes musculi, cubitum manumq; ducunt.

Musculi scilicet ceruicis motibus proprijs.

k 8 *ta.* A, B.
l 7 *tab.* E. *aut* 14 *fig. lib.* 5 A, B.
m 1 *fi. ca.* 15 G.
n 8 *tab.* C. 13 *tab.* H.
o 14 *ta.* O.

CAPVT MOVENTIVM MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XXIX.

EORVM qui capitis motibus præsunt musculorum administrationem à [a] primo pari auspicaberis, perpendens membraneum [b] cuiusdam musculi principium, quod ex inferiorum ceruicis uertebrarum spinis enatum, primo capitis musculorum pari, reliquisq; hic dorsum mouentibus musculis infternitur: ac tandem aliquot superioribus thoracis costis insertum, respirationis opifex efficitur. Licebit itaque huius musculi (qui hominis thoracem mouentium tertius erit) principium à uertebrarum spinis cultello liberare: & musculo ad insertionem usque à subditis diuulso, illum ibidem à costis appensum tantisper sinere, dum thoracis musculos aggredieris. In præsentia enim cultellum retusiorem, aut buxeum, sub externo primi paris musculi latere subijcies, & illum à subditis liberare conaberis: deinde secundùm spinæ longitudinem ducta sectione, ipsum ad insertionem usque in occiput duces. quod ubi in utroque latere præstiteris, huius paris musculos, ab occipitio non amputatos, ita ad latus aliquò reflectes, ut reliquam sectionem non impediant. Mox uarios [c] secundi paris musculos considerabis, ea illos serie, qua enumeraui, à uertebris abscecans, & ad occipitium deducens, ut modò illorum tractis principijs, quarum functionum potissimùm autores sint, rectè perspicias: quod tunc demum optimè uisitur, quum cerebrum ex caluaria ademptum est, ipsaq; inferior maxilla, quò caput leuius, magisq; sequax sit, abscecta. [d] Tertium par à spina secundæ ceruicis uertebræ postmodum liberabis, sensim illud ad occipitium usque à [e] quarto pari subleuans, præcauensq;, ne & id unà imprudens auferas: hoc enim nunc à prima uertebra separandum uenit, atque ut cætera, ad suam, quam molitur, insertionem ducendum. [f] Quintum insuper par, ab occipitio liberatum, ad transuersos primæ uertebræ processus, quemadmodum [g] sextum à spina secundæ uertebræ ad eosdem processus, ducetur. Reflexo iam cadauere, à pectoris osse & clauiculis, [h] anteriorum musculorum principia sunt acuto cultello resecanda, mente interim adhibita, num plura musculorum principia simul concurrāt, aut utrinque plures musculi obseruari queant. Vbi itaque & hos ad mamillares processus perduxeris, illorumq; insertionem rimatus fueris, eos à capite abscecato: & proprijs ceruicis musculis in præsentia relictis, ad ligamenta capiti & duarum primarum ceruicis uertebrarum peculiaria, sectionem confer, quibus nunc priuatum Caput dedicabimus.

Primi paris administratio.

Secundi paris.

Tertij.

Quarti.

Quinti.

Sexti.

Decimitertij & decimiquarti musculorū.

a 11 *ta.* A. 12 Γ.
b 11 *ta.* F.
c 13 *ta.* A, B *usquè ad* G.
d 14 *tab.* A, B.
e 14 *tabu.* G, F.
f 14 *tabu.* H, I.
g 14 *tab.* L. K.
h 4 *ta.* Θ.

DE CAPITIS ET PRIMAE SECVNDAEQVE CERVICIS VERTEBRARUM LIGAMENTIS. Caput XXX.

TRIGESIMI CAPITIS FIGVRAE, ET EIVSDEM CHARACTERUM INDEX.

CAPITIS TRIGESIMI figura.



PRAESENS figura primam secundamq; ceruicis exprimit uertebras, posteriori sede delineatas, una cum earundem ligamentis, hoc Capite describendis.

A, B, C *Prima ceruicis uertebra, secundæ connexa. Verùm A priuatim dexter primæ uertebræ sinus, qui dextrum occipitis ossis caput suscipit, indicatur. B autem sinister sinus, cui sinistrum occipitis ossis caput insidet. C uerò primæ uertebræ sedes, ubi in spinam aliæ terminantur.*

D, D, G, H *Secunda ceruicis uertebra.*

E, E, E *Membraneum ligamentum, primam ceruicis uertebram occipitis ossi colligans, aliqua ex parte hic primæ uertebræ adhuc adnatum cernitur.*

F, F *Ligamentum membraneum, primam ceruicis uertebram secundæ nectens uertebræ.*

G *Corpus secundæ uertebræ, dentem producens.*

H *Dens, acutus ve secundæ ceruicis uertebræ processus.*

I *Teres ligamentum, à dente in occipitis os insertum, hic transuersim abscectum occurrit.*

K *Transuersum ligamentum, dentem in sinu continens, qui dentis gratia in prima ceruicis uertebra cælatur.*

CAPITIS

CAPITIS cum prima ceruicis uertebra articulationem, & ſecundæ item uertebræ cũ prima, ſecundæque rurſus cum capite coniunctionem, omni dignas eſſe admiratione, libri ſuperioris decimumquintum Caput explicauit. Præſens autem ligamenta articulos hos continentia perſtringet. Quum itaque primam ceruicis uertebram capiti copulari neceſſum fuit, meritò uniuerſum articulum ambiens [a] ligamentum (quod & cæteris articulis commune cenſetur) forte robuſtumq; Natura procreauit: rarum tamen nihil, aut peculiare, præter robur craſsitiemq;, id ligamentum adipiſcitur. [b] Quod uerò ſecundam ceruicis uertebram capiti committit, teres & ualidiſsimum eſt, & cartilaginis naturam participat, & ex uertice [c] dentis enatum, occipitis oſsi inſeritur, [d] quà anteriorem foraminis, quo dorſalis medulla delabitur, regionem conſtituit. Id ligamẽtum firmiſsimè ſecundam uertebram occipitis oſsi colligans, unà cum dente ueluti axem efformat, ſecundùm quam caput, primæ uertebræ (quæ tum ueluti continuum os cum capite efficitur) interuentu in gyrum agitur. Verùm ne dens ille [e] internam primæ uertebræ ſedem occupans, & dorſali medullæ ibidem prælocatus, quandoque ex ſuo ſinu in uehementioribus capitis motibus deuiet, luxetur ve, atque tunc dorſalem medullam comprimat, aut frangat, [f] aliud ligamentum rerum Opifex procreauit, quod ex uno latere interioris regionis primæ uertebrę prodiens, alteri lateri inſeritur, poſteriori dentis ſedi tranſuerſim obductum, & egregiè robuſtum, cartilaginisq; naturæ compos. Reliquum eſt [g] aliud ligamentum, primam uertebram ſecundæ colligans, quod eiuſdem cum alijs membraneis articulos continentibus ligamentis fabricæ & uſus cenſetur. Vt autem hæc ligamenta examuſsim adminiſtres, cõduxerit muſculos cerui cem mouentes prius eſſe diſſectos: ac tunc demum acuto cultello membraneum ligamentum, primam uertebram capiti colligans, opportunè diuidetur: & capite ad anteriora inflexo, dorſalem medullam quoque per tranſuerſum abſecabis, ut teres ligamentum, dentem capiti colligans, in conſpectum ueniat. Quod ubi intuitus fueris, tranſuerſo quoque ictu id diuides: ac ligamentum tranſuerſim denti obuolutum, dentemq; in ſua cauitate continẽs, diligenter obſeruabis: & mota omni ex parte prima uertebra, qui motus ſupra ſecundam & primam complentur, diſces. Poſtremò membraneum ligamentum, primam uertebram ſecundæ copulans, in circuitu quoque acuto cultello aggredieris: & auulſa prima uertebra, denuò dentis ſinum, & ligamentum dentem complectens, & quod ex ipſius uertice procedit, conſiderabis.

Ligamentũ primã uertebram capiti committens.

Secundam uertebrã capiti.

Ligamentũ tranſuerſim denti obductum.

Primam ſecundæ colligans.

Ligamentorum adminiſtratio.

a E, E, E.

b I.
c H.
d 1 *ſi. cap.* 15 *lib.* 1 G.
e 3 *ſi. cap.* 15 *li.* 1 K.
f K.
g F, F.

DE MVSCVLIS ABDOMINIS. Caput XXXI.

VEREOR ne & hic pariter moroſior quiſpiam diſciplinę ordinem culpaturus ſit, quòd ante muſculos abdomen conſtituentes, aut cubiti, aut thoracis, aut dorſi motores non aggredior: nihil enim prohibet, cubitum mouẽtes muſculos modò pertractare. Sed quum hos, uicinitatis ratione dorſum agentes muſculi præcedant, & ante dorſi muſculos, quod ad ſectionis ſeriem attinet, thoracem mouentes, & ante hos illi, quos abdominis uocamus, diſſecari debeant: proximum eſt, abdominis muſculos perſequi, quibus à fibrarum ductu nomina imponimus, quosq; octonario numero comprehendimus, quatuor obliquos, & duos rectos, & totidem tranſuerſos enumerantes. Obliquorum igitur in utroque latere bini ſunt, qui inuicem incumbunt, & contrarias, ſeq; mutuò decuſſatim interſecantes fibras obtinent. [a] Superioris enim fibræ deorſum uerſus priora obliquè procedunt: [b] inferioris uerò ſurſum obliquè ad anteriora tendunt. Rectorum ab utroq; latere [c] unicus eſt, ſuas fibras ſecundùm corporis longitudinẽ extenſas obtinens. [d] Tranſuerſorũ ſimiliter unus utrinque habetur, cuius fibræ ſecundùm corporis latitudinem, aut à dextris ad ſiniſtra nullo obliquo ductu tranſuerſim feruntur. [e] Obliquè deſcendens, cæteris abdominis muſculis ſuperſternitur, [f] & ex ſexta, ſeptima, octaua & nona coſtis, priuſquam in cartilaginem finiant, carnoſum principiũ ſumit, proprer muſculum, quem ex ſcapulæ baſi pronatum, octo elatioribus thoracis coſtis inſeri, thoracemq; mouere dicemus. Hoc amplum principium non inſtar rectæ prodit lineę, uerùm inſtar manus. ille enim thoracis muſculus, coſtis, quaſi digitos ſingulis porrigendo, inſeritur: ex quorum interuallis prominentiores obliquè deſcẽdentis muſculi partes, digitorum ritu enaſcuntur, non ſecus, quàm ſi ſiniſtræ manus digitorum interuallis, dextræ manus digitos inſereres. Deinde poſt nonam coſtam, à tribus etiam inferioribus coſtis iſte muſculus enaſcitur, illam ſemper originem imitatus, quam ad magni thoracis muſculi interualla adipiſcitur, non quidem amplius cum illo thoracis muſculo ingreſſu mutuo commiſſus, uerùm cum [g] alio quodam, qui ab inferiorum thoracis uertebrarum, & unius alteriusq; in lumbis poſitarum ſpinis enatus, thoracis decimæ & undecimę coſtis potiſſimùm inſeri, in thoracis muſculorum enarratione dicetur. Is enim manus quoque ritu coſtis, priuſquam in cartilaginem ceſſare incipiunt, implantatur: & obliquè deſcendentis muſculi principium, manus quoque modo ex eius muſculi interuallis, ab ipſis coſtis alternatim procedit. Hoc obliqui muſculi principium, undiq; carnoſum quidem eſt, ſed tenue: uerùm muſculus ipſe ſenſim carnoſior craſsiorq; euadens, deorſum in priora fertur, ilia (quę quaſi inania inter ilium os & infimam coſtam, *κενεῶνας* & *λαγόνας* Græci uocant) carnoſa ipſius parte amplectens, quouſque ad ilium os perrepſerit, cuius [h] ſummitati ſecundùm totum eius oſsis appendicis ductum, carneus inſeritur. Quum uerò carnoſa muſculi pars, ex ilium regionibus, ad corporis anteriora mediaq;, ſecundùm totam abdominis longitudinem properat, in neruoſam exilitatem, membranæ quàmſimillimam degenerat, quæ ſextæ & ſeptimæ coſtarum cartilaginibus, & pectoris oſsis mucroni, & rectis muſculis expanditur, firmiſsimeq; ſuperiori oſsis coxendicis, & pubis regioni, ubi hanc excarnem reperit, implantatur. Quà enim [i] ſextus & [k] ſeptimus femur mouentium muſculi, ſuper coxendicis & pubis os deſcendunt, obliquus hic muſculus oſsi proximè non committitur.

Octo abdominis muſculorũ breuis enumeratio.

Obliquè deſcendens.

a 3 *ta.* Θ.
b 4 *ta.* Π.
c 5 *ta.* Δ.
d 6 *ta.* Δ.
e 3 *ta.* Θ.
f 3 *ta. cha* 9 P.
rakt. 6, 7, 8. *et* 1 *tab.* O, O. P, P. 2 *tabu.* o, o, o. p, p, p.
g 11 *ta.* Δ.
h 2 *ſi. cap.* 29 *li.* 1 H, R, R, P.
i 8 *tab.* Θ.
k 8 *ta.* Λ.

titur. [l] Secundùm autem corporis longitudinem, in abdominis medio dexter musculus cum membranea tenuitate sinistri ita sanè coit, ut simul utrique descendentes, ueluti tunicam quandam uniuerso abdomini obductam efforment. [m] Obliquus huic substratus, ex superiori ossis ilium regione, quam ipsius spina & appendix circunscribunt, carneus enascitur, ac simul impense tenuem mẽbraneamq́; originem à lumborum uertebrarum & ossis sacri spinis assumit, quæ in musculi progressu carnosis fibris tandem adaugetur, enutritur ve. Musculus iste sursum tendens, ilia carnosa sui parte integit, & quatuor infimarum costarum finibus carnosus inseritur. Vbi autem abdominis priora & medium conscendit, in neruosam definit exilitatem, quæ inter rectum musculum, qui ipsi subijcitur, & membraneum obliquè descendentis tendinem, media intercedit, pubisq́; ossi, & mucronatę pectoris ossis cartilagini inseritur: per reliquam uerò abdominis longitudinem, cum alterius lateris obliquè ascendentis musculi tendine sic unitur, ut ex utriusque lateris musculo, simul toti quoque abdomini tegumentum efficiatur. Membranei horum musculorum tendines, eundem ferè cum reliqua musculorum parte, fibrarum ductum sibi uendicant. Cæterùm ea sede, qua tendines super abdominis medium inuicem insternuntur, utrique firmissimè simul tanta amplitudine connati occurrunt, quanta media recti musculi est latitudo: atque id adeò ualidè secundùm totam abdominis longitudinem perficitur, ut hic in abdominis medio, quatuor obliquorum musculorum tendines, unum producere quis arbitraretur, nisi duos utrinque haberi, accuratissima sectio, fibrarumq́ue ductus commonstrarent. Vbi dextri sinistris uniuntur, nullam prorsus separationis neque coitus lineam exprimunt: sed paulo crassiores redditi, ac sese inter rectos musculos, [n] ubi illi inuicem distant, imprimentes, robustissimè transuersorum musculorum neruosis tenuitatibus, ipsiq́; adeò peritonæo [o] connascuntur. [p] Quod etiam obliquè ascendentium neruosis, tenuitatibus usuuenit, secundùm externa rectorum musculorum latera, priusquam illos consendunt: per abdominis enim longitudinem, instar lineæ insertionem ualidam moliuntur in neruosas transuersorum tenuitates, & etiam ad quasdam rectorum musculorum [q] impressiones nunc commemorandas. Sub obliquorum itaque neruosis tenuitatibus [r] recti abdominis musculi reconduntur, singuli ex media ossis pubis regione, [s] duplici quodammodo principio ducentes originem, uno quidem superiore interioreq́;, altero inferiore ac exteriore: non quòd hæc principia singulis musculis disiuncta incontinua ve sint, sed ipsa musculi origo diuersam substantiam ad hunc modum exprimit. Superior originis pars, seu, superius (ut ita dicam) principium, introrsum nonnihil uergens, exactè carneum est: ac ex lato in angustum desinens, priusquam ad mediam suminis regionem pertingit, in acutum quasi angulum terminatur. Inferius uerò, quod & extrorsum paulo magis prominet, neruosum est, carnis omnino expers: uerùm sursum porrectum sensim assumpta carne dilatescit, totumq́; rectum musculum producere uidetur. Recti itaque musculi, duobus eiusmodi principijs singuli ex pubis osse nati, [t] inuicem contigui sunt, rectà sursum porrecti, donec ad umbilicum peruenerint: [u] ibidẽ enim nonnihil mutuò distantes, modiceq́; ampliores facti, ad pectus usque feruntur, cui supra mucronatam cartilaginem, ad ossis pectoris latera, illiq́; connexas cartilagines, lati carnosiq́; [x] implantantur. Musculi hi non uno fibrarum ductu, secundùm totam longitudinem ferri uidentur: sed singuli in abdominis regione diuersa [y] delineamenta, seu inscriptiones transuersim, & incurua albaq́; linea, ipsis inductas exprimunt, non aliter sanè, quàm si rectorum singuli plurium musculorum numero essent habendi. Non enim rectà ab osse pubis, ad pectus fibrę nusquam inclinantes feruntur: sed ad nunc dictas circunscriptiones impressiones ve nonnihil implicatæ obliquantur, atque ex alijs aliæ produci quodammodo apparent. Deinde musculis rectis, non propter pubis os nerui duntaxat inseruntur, sed interiori quoque ex parte, ubi his impressionibus musculi donantur. Istarum impresionum duæ plurimùm supra umbilicum consistunt, & interdum una sub umbilico in sumine, aliquando etiam tres supra umbilicum. Neque has Naturam musculis frustra largitam arbitror, uerùm ut commodiùs sursum in priora nonnihil uergentes porrigerentur, & secundùm orbicularem abdominis regionem obliquati, peritonæum appositè premerent, eoq́; quod narratu ri sumus munere opportuniùs fungerentur. Quum thoracem mouentes exequemur musculos, [z] unum in simijs & canibus enumerabimus, qui inter ipsos ordine quintus futurus est, quemq́; uerarum costarum cartilaginibus ad pectoris ossis latus exporrectum, docebimus totum esse membraneum, prẹterquàm ad primæ secundæq́; costæ interuallum, ubi carnosior redditus, in primam costam definit. Profectò musculus hic in omnibus animalibus, in quibus sectione illum deprehendi, pars recti abdominis musculi mihi esse uidetur, & rectum musculum ad primam usque thoracis costam in illis animalibus ascendere prorsus assero. quod in canibus, caudatisq́; simijs maximè euadit conspicuum: in hominibus autem (ut uerum fatear) hunc musculum nunquam obseruaui: hominesq́; illo, quum breuissimo donentur pectore, facilè destituuntur. Omnibus modò commemoratis musculis subsunt [a] transuersi, utrinque unus, qui ex transuersis lumborum uertebrarum processibus, tenui membraneoq́; principio enascitur: deinde in progressu ex dorsum mouentibus emergens musculis, & carnosis adauctus fibris, superiori ilium ossis regioni, & spuriarum costarum finibus exactè carneus connascitur, carnosa ipsius parte uniuersa inuestiens ilia. Vbi uerò uersus abdominis medium, [b] ad exterius recti musculi latus usque prorepsit, in neruosam finit exilitatem, quæ pubis ossi & mucronatæ cartilagini implantatur: per reliquam inter hæc extrema longitudinem, membranosus iste tendo neruosæ exilitati transuersi alterius lateris musculi continuatur, ac simul ambo tunicę instar uniuersum abdomen circumcingunt, in hoc obliquos musculos imitati. Verùm neruosa horum musculorum tenuitas non æquè atque obliquorum lata est: transuersi enim nonnihil sub rectis musculis, & potissimùm iuxta pectoris regionem, carnei conspiciuntur. Transuersis musculis [c] peritonæum, seu membrana nutritioni famulantibus organis circumpositа, adeò ualidè subnascitur, ut arduum sit, illos ab hac, id

Obliquè ascendens.

Recti.

Recti musculi pars, quæ simiæ abundant.

Transuersi.

l 3 tab. a R. ad X. m 4 ta. fi. 5 tab. a. usque nũc prissimũ 11 tab. a, b. Hic sedulò confer inter se 3 & 4 & 5 & 6 tabulas.

n 5 ta. à q sursum.

o 6 tab. c.

p 5 tab. x. 6 tab. b.

q 5 tab. u, u, u.

r 5 tab. Δ. 4 tabu. a. 6 tab. f.

s 5 tab. n. notatur superius, a inferius principium.

t 5 tabu. p ad q.

u 5 ta. à q sursum.

x 5 tab. r. 4 tab. u.

y 5 tab. u, u, u.

z 5 tab. ab r per s ad t.

a 6 ta. Δ. 5 tab. y. 11 tab. p.

b 6 tab. b.

c prima s. 5 lib.

que

que potissimùm in homine, illaceros liberare. Carnosæ tamẽ musculorũ partes uix aliter peritonæo cõmittuntur, quàm mutuò incũbentes musculi inuicẽ hærere solẽt. Transuersi. n. musculi propria musculorũ mẽbrana illic, quà peritonæo obducuntur, neutiquam (etsi pleriq; secus arbitrentur) destituti secantibus occurrunt. neq; unquã alius musculorũ abdominis, quàm nunc enarrauimus, situs uisitur: uti forsitan aliquis, librorũ duntaxat ope nautã agens, promptè colligeret, pugnantibus nimirũ Galeni locis delusus. Quandoquidẽ hos aliter recenset in libris de Affectorũ locorum cognitione, rursus aliter in libris de Partium usu, & aliter prorsus in libris de Administrandis sectionibus, ubi eos ita enumerat, ut in sexto libro curatiuæ methodi ipsorum situm rectè describit. Octo abdominis musculi, præter communem omnium musculorũ usum, quo corpori calefaciendo refrigerandoq; auxiliantur, & propugnacula quædam censentur, primario usu thoracis motibus præsunt, ut in proprio thoracem mouentium musculorum Capite dicturi sumus prolixiùs. Deinde homini ad durorum recrementorum expulsionem aptissimè subseruiunt: quando enim omnes unà in se collecti contractiq; laborant, [d] septo transuerso interim ex spiritus retentione depresso, ita intestina comprimunt, ut ex angusto loco in ampliorem (qui inferior est) fæces protrudant, expellantq;: & rursus ad uentriculum superiora ve illas deferri, præcaueant nihilo secus, quàm si duabus ad brachiale iunctis manibus, & semper magis magisq; sensim ad extremam usque digitorum aciem distantibus, madentem spongiam imponeres, manibusq; paulatim coeuntibus, aquam exprimere nitereris. Verùm hoc musculorum abdominis munus, nisi cognita septi transuersi functione situq;, apertè percipi nequit. Pari etiam ratione, quo pacto abdominis musculi parientibus (ut commodiùs fœtus propellatur) conferant, non aptè cognoscitur. Atque hæc adhuc minus ab illis assequuntur, qui septum transuersum, dum contrahitur, thoracemq; adaperit, deorsum pelli arbitrantur, non animaduertentes, quum aerem intrò ducimus, ac thoracem continuò, citra spiritus retentionem, thoracisq; repleti compressionem, distendimus, septum transuersum nullũ impetum in excretione moliri, quod scilicet perpetuò sursum tractum, non deprimatur: quemadmodum id spiritum retinentibus, & ui interim thoracem comprimentibus, in firma sede permanet. Cæterùm nostri seculi medicos, qui hos tantum musculos recensere ita uidentur, ac si alij in corpore nulli essent, omnino delirare existimandum est: qui rectis musculis cibum in uentrem attrahi, transuersis autem expelli, & obliquis retineri contendunt, præsentibus musculis attribuentes, quod uerè uentriculi intestinorumq; ũbris ascribendum fuerat. Sed hæc absurdiora sunt, quàm quæ in medium adduci debeant, quum aliæ fibræ uoluntario motui, aliæ uerò naturali, qui à nostro non pendet impetu, famulentur. Neutiquam sanè hæc ab ipsis cõfingenda uenerant: at laudandus erat rerum Opifex, qui quum abdomen osse destitutum necessariò creari uoluit, tam affabras tunicas inuolucraq; ipsi parauit, quæ præterquàm quòd tegumenta & aptissima propugnacula sunt, thoracis quoque motibus, uti monuimus, utilissimè subseruiunt.

Abdominis musculorũ usus.

d 7 ta. Δ.

ABDOMINIS MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XXXII.

ADMINISTRATIONEM hanc, aut à musculorum capitibus, aut tendinum terminis aggredi, nihil prohibet: uerùm facilior est, musculorumq; naturam accuratiùs commonstrat, quæ ab exortibus auspicatur. Qualitercunque igitur sectionem exordiri proposueris, cutem unà cum carnosa membrana, ab uniuerso abdomine, & lumborum regionibus, ad femora usque liberatam esse oportet, unà cum [a] musculo, quem brachium deorsum trahere ostendimus, quiq; iampridem ex sectionis hactenus commemoratæ serie ablatus est. His igitur ademptis, & membrana insuper perquàm tenui & fibrosa, quæ musculis, præter carneã, obducitur, unguibus hinc inde leuiter (ut ipsius naturam discas) diuulsa, priorem sectionem hunc in modum aggredieris. Cadauere ad alterum latus inuoluto, ut commodè & lumborum uertebris, & abdominis medio manus adhibeas, à sexta costa niteris [b] musculi abdominis obliquè descendentis principium paruo cultello, aut exigua nouacula liberare, leui sectione ducta secundum reliquas costas, uersus dorsum, & secundùm superiorem ilium ossis regionem, ad pubis ossis usque medium. Hanc sectionem adeò duces leuiter, ut nihil præter præsentem musculum uulneres. Mox ab his ossium regionibus eleuato musculi principio, conaberis paulatim ab [c] obliquè ascendente descendentem eousque liberare, dum ad abdominis usque medium illum perduxeris, præcauens, ne unà tanquam obliquè descendentis musculi partem auferas, tenuem [d] musculum, qui ad decimam undecimamq; thoracis costam cum obliquo mutuis interualis committitur. Si enim hunc scopulum uitaueris, & in uiris quoque à [e] tunica uasa seminaria inuolente abstinueris, musculum obliquè descendentem, uersus medium abdominis promptissimè duces. Cæterùm ubi ad [f] mediam usque recti musculi amplitudinem peruentum erit, pertinacius cum ascendentis musculi tendine, obliquè descendentis tendo coire uidebitur, quàm ut integrum, & non uulneratum, lacerum ve, ad lineam usque (quæ in abdominis medio ambientibus meritò, quòd illi nulla subsit caro, candidior apparet) ipsum dissecare ualeas, utcunque acuta nouacula usus fueris: retusiori enim nihil penitus promouebis. Quamobrem reflexo pendenteq; à media recti musculi amplitudine primo abdominis musculo, [g] ascendentem, qui secundus est, similiter aggredieris, ducta nimirum à pubis osse, per superiorem ilium ossis regionem, & lumborum uertebras, & fines quatuor infimarum costarum sectione, quæ ab his omnibus musculum seperare possit: & ab illo etiam respirationis [h] musculo abstineat, qui decimæ & undecimæ costæ potissimùm inseritur. Post sectionem, musculi huius principia hamulo aut unguibus attolles, & à [i] transuerso, cui insidet, in priora procedens, liberabis. Quod [k] usque ad exteriorem costam, latus ve recti abdominis musculi, mediocri negocio perfeceris, si modò in uiris uasorum seminalium tunicis (quæ

Duplicem esse horum musculorum administrationem.

Administratio à musculorum exortu.

Obliquè descendentis.

Candidior in abdomine lineæ.

Obliquè ascendentis.

a 10 ta. Θ.

b 3 ta. Θ.

c 4 ta. Π.

d 11 ta. Δ.

e 3 tab. Y.

f Hæc esset, in quarecta duceretur linea per u, u, u tab. 5.

g 4 ta. Π.

h 11 ta. Δ.

i 5 tab. γ.

k 5 tab. κ.

ad testium [l] musculorum sectionem seruandæ sunt) animum adhibeas, ne unà etiam illæ præscindantur. l 22 fili. 5 ↓

Nexus nernosæ tenuitatis obliquè ascẽdentis musculi cum transuerso.

Vbi uerò membranosus obliquè ascendentis musculi tendo externum recti musculi latus spectat, acutiori nouacula à subditis separandus est: neque id quidem oscitanter, ne cum tendinem pertundas, ipsumq; hic finire arbitreris. Tantus enim huius tendinis cum neruosa transuersi musculi exilitate iuxta externum recti musculi latus, occurrit nexus, ut aliquando obliquè ascendentis tendinem diuidi putauerim: & unam ipsius partem, transuerso musculo connatam, sub recto musculo procedere, alteram uerò super rectum expandi arbitratus fuerim, atque id potissimùm supra umbilici regionem est manifestius. Verùm si ad amussim obliquè ascendentis tendinem à transuerso liberaueris, recto musculo illum supersterni comperies, à quo ad albam usque abdominis lineam accuratè separandus uenit: quod in carnosis recti musculi partibus factu est promptissimum, at in [m] neruеis illis recti musculi inscriptionibus id arduum esse obseruabis. m 5 tabu. n, n, n.

Hic modò doceberis, qui ascendentis descendentisq; tendines circa abdominis medium inuicem connascantur, ubi recti musculi mediæ amplitudini (quæ interior est) incumbunt: nec nisi maxima industria, & acutiori nouacula, ad albam usque abdominis lineam mutuò separari queũt. Cæterùm posteaquam unius lateris, cuius iam sectionem aggrederis, obliquos abdominis musculos ad albam usque lineam perduxeris, expende, [n] qualiter obliquorum tendines rursus transuersorum tenuitatibus in ea abdominis regione ad

Recti administratio.

nascantur, qua recti musculi ab inuicem magis seiunguntur. Vtroque obliquo musculo in illud cadaueris latus, quod mensæ incumbit, pendente, sola manu [o] rectum musculum à transuersi neruea tenuitate separabis, dextræ manus digitis ab exteriori musculi latere iniectis, & secundùm abdominis longitudinẽ hinc inde sub musculo ductis. Quum primùm rectus musculus a transuerso abscessit, integrum est, eius fibras unà cum [p] transuersis ipsius inscriptionibus contueri, ac tandem musculum a thorace nouacula liberatum, ab abdomine detrahere: [q] ita tamen, ut adhuc pubis ossi hæreat, ipsiusq; hic initiũ accuratè examines. At quum hunc à pectore in cane aut simia adimes, studendum est, ne [r] continuum illi membraneum tendinem simul auferas, aut uulneres, qui secundùm pectoris longitudinem, à recto musculo ad primam usque

Transuersi.

thoracis costam porrigitur, ac re uera in eiusmodi animantibus recti pars esse conspicitur. [s] Transuersum pari modo, quo obliquos aggressus es, opportunè administrabis, ducta similiter à pubis osse, per ilium os, & transuersos uertebrarum lumborum processus, aut potius [t] musculorum dorsum hic mouentium exterius latus, & demum ad fines spuriarum costarum, leui sectione, quæ intacto peritonæo, solum musculũ penetret. Mox transuersi principia hamulo eleuabis, & nouacula quàm poteris attentissimè à [u] peritonæo paulatim liberabis, donec ad neruosam ipsius deueneris exilitatem: quæ maiori adhibita cura, à peritonæo ita separanda est, ut neque peritonæum, neque neruosa ea tenuitas lacerentur. quod quidem non adeò arduum est, atque operosum, & præcipuè iuxta abdominis elatiora, non procul à pectore. nam in sumine tendo ipse (ut etiam peritonæum) nimis quàm tenuis occurrit. Nunc uerò, ubi & hunc musculum ad medium abdominis perduxeris, ac à peritonæo, ut licuit, optimè liberaueris, rursus in suum locum quatuor huius lateris musculos repones: ac cadauere in dorsum reflexo, secundam administrãdi rationem aggredieris, quę à tendinum finibus, in abdominis medio auspicatur. Duces itaque à pectore ad pubem usque, per totam abdominis longitudinem, super medium recti musculi eius lateris, cuius administrationem moliris, adeò leuem sectionem, ut nihil præter [x] obliquè descendentis musculi tendinem uulneret. Atque hanc sectionem ad mediam recti musculi amplitudinem tentandam scribo, quòd nollem frustra per albam lineam, quæ in abdominis medio occurrit, eam sectionem fieri. siquidem impossibile arbitror, descendentis tendinem, non uulnerato illæsoq; ascendentis tendine, seorsum hinc liberari posse. quanquam & ab alba linea interdum sectionem inchoari experiri ve non improbauerim, utcunque etiam laceratos tendines inuicem separares. Quapropter hac illa ve sectione ducta, adniteris hamulo descendentis tendinem attollere, ac à subiecto ipsi musculo nouacula dissecare, quousque uniuersum musculum uersus dorsi spinam à costis & ilium osse liberatum deduxeris. Post hunc, [y] ascendentis tendinem à recto separabis, principium separationis ab alba linea exorsus. In hoc opere rursus intueberis, qui tendo ille transuersis recti musculi inscriptionibus adnascatur, ac cum neruosa transuersi musculi tenuitate, ad externum recti musculi latus coalescat. Quod simulatque obseruaueris, à reliqua transuersi musculi parte, obliquè ascendentem auelles ipsum à pubis & coxendicis & ilium osibus, & inferioribus thoracis costis, ad lumborum usque uertebrarum spinas absecans. [z] Rectum similiter, ut alterius lateris rectum in priori administratione dissecasti, à transuerso musculo attolles: & ipsius capite à pubis osse absecto, illum super thoracem reflectes. Modò recta sectione secundùm albæ lineæ longitudinem ducta, quæ duntaxat neruosam [a] transuersi musculi tenuitatem illæso peritonæo diuidat, conaberis eam à peritonæo diligenter separare. quod quidem in homine, & potissimum iuxta pubem, [b] uasorumq; seminalium transitum, facturus es difficillimè, in porcis autem minimo negocio. Cæterùm transuersi musculi tendine ad carneam usque ipsius regionem à peritonæo liberato, eam quoque tantisper ab ijs quibus committitur partibus resecabis, quousque uniuersus musculus à peritonæo dissectus pendeat. Integrum iam quoque est, & huius lateris musculos in pristinum locum repone re, & adamussim eorum formam, situm, & fibrarum ductum examinare: ac demum illis resectis, ad testiũ musculos continua quadam serie te accingere.

Altera abdominis musculorum administratio uersus ipsorum initia.

Obliquè descendentis.

Obliquè ascendentis.

Recti.

Transuersi.

l 22 fili. 5 ↓
m 5 tabu. n, n, n.
n 5 tab. supra q. 6 tab. c.
o 5 ta. Δ.
p 5 tab. n, n.
q 6 tab. f.
r 5 tab. f. t.
s 6 ta. Δ.
t 13 tab. r.
u 1 fi. 5 libri.
x 3 ta. Θ.
y 4 ta. Π.
z 5 ta. Δ.
a 6 ta. Δ.
b 5 tab. β.

DE VIRILIVM TESTIVM ET MVLIEBRIS VTERI MVsculis. Caput XXXIII.

LICVISSET huc aliquot quinti libri figuras reponere, ex quibus testium uteriq; musculorum natura utcunque

que peti posset: uerùm ne easdem figuras diuersis in locis proponamus, hic tantùm adijcietur, in quibusnam figuris præsentes musculi sint obuij. Testis itaque musculus nonnihil spectatur tertia musculorum tabula ad ſ, & uigesimasecunda figura libri quinti ⸸. Uteri autem musculosa substantia, eiusdem libri uigesimaquarta figura ad characterem O, quoad id fieri potuit, exprimitur.

IAM tempestiuum est, ad musculorum thoracem & dorsum & femur mouentium inspectionem, peritonæum administrare, atque cum eo quoque testium musculos aggredi. Pertingunt itaque ad unumquemque testem [a] singuli musculi graciles admodum, ex ea uasorum seminalium & testis tunica efformati, quæ à peritonæo principium ducens, uasa simul cum teste continet. Hæc enim in posteriori sua sede, mox in ipso à peritonæo exortu, longis, ac inuicem sibi proximis, carneisq; fibris ita adaugetur, ut fibræ illæ graciles oblongiq; musculi naturam exprimant, qui illi testis tunicæ semper innatus, deorsum protenditur, ac tandem iuxta infimam testis sedem, unà cum illa tunica [b] uasi ei seminario applantatur, quod à teste paratum iam semen assumit, idq; sursum in peritonæi cauitatem deducēs, in uesicæ ceruicem [c] profundit. Neque aliqua prorsus parte, testi aut seminario uasi tunica illa pertinaciter adnascitur, quàm ubi unà cum musculosa ipsius substantia, insertionem ad uasis inflexum tentat, qui ad infimam testis sedem perficitur, unde etiam musculus ipse nusquam testem contingit. Respondet itaque testis musculus (qui nonnullis gemino constare principio uisus est) illis qui ex carnosa membrana efformantur: quum is aliud nihil sit, quàm carneæ fibræ, uasorum seminalium & testis inuolucro innatæ: quemadmodum carnosæ membranæ [d] musculi, carneis quoque fibris per membranam digestis constituuntur. Testium musculorum beneficio, uiri arbitrario motu testes modicè (ut & ipsi musculi graciles tenuesq; sunt) sursum alliciunt: ne testes fortè plus æquo laxati, deorsumq; pendentes, nimio oneri [e] seminarijs uasis sint. Hunc usum musculi in coitu quodammodo conuulsi, potissimùm præstāt: si enim testes uasis seminarijs oneri semper essent, atquæ hæc ad inferiora protracta, perpetuò arctarentur, non adeò commodè semen transmitterent, atque modò, quũ testium à musculis iam attractorum pondere subleuata, magis patescunt. Vtcunque uerò sit, constat musculos hos (qui κρεμαστῆρες Græcis uocantur) ex eorum classe censendos esse, qui nullum sortiuntur musculum, contrarij motus autorem. Nulli enim, qui testes ad inferiora reuellant, extruuntur: quum testes, quos nisi rectà deorsum, nec in ullam partem inclinantes prolabi decebat, abundè à naturali ipsis indita grauitate dimittantur: idq; subinde adeò, ut ne minimùm quidem sursum ægris senibusq; horum musculorum beneficio allici queant. Quid uerò Arabibus in mentem uenerit, ignoro, qui binos in uiris cuiusque testis musculos, in mulieribus autem unicum haberi, scriptum reliquerunt: unicum enim hactenus ad singulos porrigi testes, semper in masculis obseruaui. Mulieribus porrò Natura similiter musculos largitur, quos in magna peritonæi amplitudine, ut & reliqua ipsarum generationis organa, recondidit. Ea namque peritonæi [f] pars, seu processus, qui utrinque à lateribus ad uterum instar [g] mesenterij pertingit, uenasq; & arterias utero deducit, & testes sibi innatos obtinet, & demum cum alterius lateris peritonæi processu, exteriorem uteri [h] tunicam procreat, [i] carnosis quoque adaugetur fibris, ex ilium regionibus deorsuu obliquè, ad uteri latera, ipsosq; testes perreptantibus: adeò sanè, ut & mulieribus utrinque singuli sint musculi, illis specie similes, quibus uirorum testes donantur. Et quamuis plerunque graciles sint, neque admodum carnei, crassi ve: ego tamen eos aliquando in nõnullis mulieribus uteri cornua esse arbitratus sum, Galeni uteri descriptione eleganter delusus, qui non muliebrem, sed uaccinum caprinum ve describit [k] uterum, cornua arietum cornibus longè similima obtinentem, secus multo quàm muliebris uterus. Porrò his uteri musculis, obscura uteri, sed magis adhuc testium, ad superiora attractio perficitur, quam mulieres tunc ferè percipiunt, quum ilia iuxta sacrum os trahere colligereq; conantur, atque adeò (ut sic dicam) uteri ceruicis [l] os, totumq; uterum penitiùs in peritonæi cauitatem allicere studeant.

Virilis testis musculus.

Musculi mulicbris uteri.

In libro de Uteri sectione.

a 21 fi. li. 5 ⸸. atque in illa figura & 20 seriatim hic subsequētia pōtes.

b 22 fi. li. 5 x. 23 fi. lib. 5 n. θ. ι.

c 23 fi. li. 5 ξ o.

d 31 u. A. C. E. I.

e 22 fi. li. 5 d, x.

f 24 fi. li. 5 O, P, Q. & 26 fig. E. E. & 27 l. l.

g 10 fi. lib. 5 L, L, M, M.

h 27 fi. li. 5 H, H.

i 24 fig. 5 lib. O.

k 29 figu. lib. 5.

l 25 figu. lib. 4.

MVSCVLORVM TESTIVM ADMINISTRATIO. Caput XXXIIII.

QVEMADMODVM in quinto libro, musculorum, quos testibus asscripsi, mentionem incidere necessum erit: ita quoque eorum administrationem, cum reliquarum partium illo libro enarrandarum, sectione pertractabo. Quod tamẽ ad administrationem hoc libro persequẽdam spectat, [a] à mucronata pectoris ossis cartilagine, ad pubis usque os, nouacula peritonæum diuides, alia rursus sectione per transuersum utrinque ab umbilici regione ducta. Mox absque delectu, in uiris omnia quæ peritonæo cinguntur, præter recti intestini [b] finem, & uesicam, auferes. His ita ademptis, [c] & etiam scorto à testibus, unà cum carnea membrana ipsi subdita, liberato, exiguum stylum ab interiori peritonæi parte meatui [d] indes, qui seminarijs uasis in humiliori peritonæi regione, ad inguina uiam præbet. Posteaquam uerò stylum ad testem usque protruseris, atque ad illius latus, seu (si modò talis stylus ad manum sit) in ipsius rimam aut canalem, cultellum indideris, longa sectione à peritonæo ad testem usque secundùm styli longitudinem facta, membranam tunicam ve, uasa cum teste inuestientem, diuides: hacq; diducta & extensa, gracilem testis [e] musculum, quo tunica ea uelut enutritur, conspicies. Hoc musculo ab humillima uasis à teste semen deferentis inflexione liberato, eius naturam promptissimè condisces, qualiterq; testem sursum trahat, intueberis. Liceret modò, testibus cum suis uasis musculisq; abscctis, penis & uesicæ ceruicis musculos aggredi: at quum ante hos integrum sit, & thoracis & dorsi & brachij & cubiti & manus dissecare, ad thoracis musculos sese iam

Qui ea quæ peritonæo cõtinẽtur, modò resecãda ueniant.

Virilis musculi administratio.

a uti factũ est in 2. fi. lib. 5.

b 20 fi. li. 5 o, deinp.

c uti in 20 fi. lib. 5 ad r, ſ, t, u, x.

d id factum, quo 22 fi. li. 5 à uigesima differt.

e 22 fi. li. 5 ⸸.

Muliebris musculi ad ministratio

conuerter oratio. [f] Cæterùm mulierum musculi, aperto iam peritonæo, & intestinis ad latera sursumq; reductis, & mulieris testibus quoque subleuatis, in conspectum citra aliam sectionem ueniunt, dummodo uteri lateribus membranisq;, illum peritonæo alligantibus, animum accommodare non pigeat.

f *ni fm se offerat fig. lib. 5.*

DE MVSCVLIS THORACEM MOVENTIBVS. Caput XXXV.

Thoracis motum iure arbitrariũ esse.

THORACEM eius motus, quo respriantes indigemus, gratia, [a] non unico conformatum esse, aut omnino osseum esse, superiori libro declaratum est. Iam uerò proximum erit, thoracis motum ex nostro arbitratu debuisse pendere, non autem naturalem esse, sermone persequi: dein, si uoluntarium esse, ex usu homini fuerit, quibus is motus perficiatur musculis, subiungere. Summus itaque rerum Opifex respirationem homini, animalis spiritus reficiendi, & cordis occasione largitus est: quòd & ipsum quidem substantia aeris indigeat, & plurimùm feruens in eo calor refrigerari expetat. Inspiratio quidem correfrigerat, suppeditata ei frigida qualitate: expiratio autem, feruentis in corde, & quasi combusti & fuliginosi recrementi effusione expulsioneq;, illi etiã refrigerando conducit. Atque ita cordis potissimùm causa, respiratio duobus contrarijs motibus perficitur: attrahit enim hæc in distentione & dilatatione, euacuat uerò in constrictione, eisdem scilicet motibus, quibus & cor ipsum perpetuò agitur. Quanquam respirationis cordisq; motus aliàs genere plurimum uarient. siquidem cor naturali motu, uelimus nolimus, mouetur: respiratio autem adeò ex nostra pendet uoluntate, ut quosdam spiritus retentione sese necauisse (atiamsi unde tandem uires illis fuerint suppeditatæ, mirer) legamus. atque id magnopere non ad bene uiuendum duntaxat, sed etiam ad ipsam uitam homini utile censetur. Si enim idem rhythmus consonantiaq; respirationis cum cordis motu necessariò esset, neque ipsa respiratio ex nostro impetu uoluntateq; penderet, multum diuq; loqui nequiremus. ne quid de submersione in aquam, & per fumum, alium ve corruptum aerem, dicam transitu. Cæterùm quum pulmo thoracis motum, quoties ille comprimitur, dilatatur ve, uacui potissimùm ui sequatur, musculos debuisse extrui certissimum est, qui thoracem dilatarent, arctarentq;. Erunt autem hi in uniuersum, unà cum octo abdominis musculis in homine, [b] octuaginta nouem, utrinq; scilicet quatuor & quadraginta, ac postmodum unus, utrique lateri communis. Verùm canes & simiæ duobus abundant utrinque, ut simul tres habeãt & nonaginta, quos Galeni intelligendi occasione, in serie sua enumerare haud grauabor. [c] Primus itaque alterius lateris musculus, ex inferiori interioriq; clauiculę regione, secundùm ipsius longitudinem, quà primam respicit costam, exoritur, principium carnosum undique obtinens: & carnoso quoque termino primæ costæ, quà pectoris ossi committitur, ipsiq; etiam pectoris ossi, ubi eius costæ cartilaginem excipit, insertus. Musculus hic breuis, sed amplus est, & tenuis, fibrasq; sortitur impense obliquas, & propemodum transuersas: huiusq; beneficio prima costa sursum uersus exteriora retrahitur, hacq; ratione thorax ibidem dilatatur. [d] Secundus musculus grandis est: carnoso enim principio, ex tota scapulæ basi interiore in parte enatus, & hinc carnosus perpetuò procedens, ac costis exporrectus, admodum late scit, & octo, interdum uerò nouem superioribus costis sese inserit, ad mediam potissimùm illarum longitudinis sedem. Reliqua autem parte, qua musculus costis exporrigitur, ipsis duntaxat incumbit, exiguisq; tantùm fibris (ut mutuò instrati solent musculi) illis cõmittitur. Cæterùm nõ recta simpliciq; linea, ipsius insertio costis implantatur: sed musculus hic tanquam in digitos discretus est, qui per costarum ossa longiùs quàm eius pars, quæ costarum interuallis connascitur, in priora procedunt: [e] contrario nimirum modo, quàm obliquè descendens abdominis musculus, ex inferioribus sex costis suam assumit originem. Is enim ex costarũ interuallis prolixiùs suos digitos educit, cum secundo respirationis musculo serratam efformans compagem. Secundi huius musculi fibræ, si quando in se colliguntur, uniuersas costas, quibus musculus inseritur, uersus exteriora uellunt, thoracem dilatantes. Hic musculus in hominibus ita ferè habet, in canibus uerò & caudatis simijs secus: non enim solum ipsis in octo costas inseritur, sed etiam ualidissimè transuersis septimæ & sextæ & quintæ & quartæ ceruicis uertebrarum processibus implantatur, aut potius (ut quispiam fortè non admodum absurdè contenderit) ab illis processibus sui principij portionẽ assumit. [f] Tertius, qui ob Galeni doctrinam in serie occurit, musculus, homini nequaquam perinde ac cani & simiæ communis est: ideoq; duntaxat à me describitur, illoq; orationem, hominis fabricam enarrantem, interpello, ut Galenus promptius intelligatur, & ne quis me aliquem in homine musculum pręterijsse nugetur. Hic itaque secundùm anteriora insertionis [g] secundi musculi exporrectus, ab interiori parte transuersi secundæ ceruicis uertebræ processus, carneo exortu [h] enascitur: deorsumq; protensus, ex transuersis insuper aliquot subditarum uertebrarum processibus principium ducit, donec uarijs auctus exortibus, primæ thoracis costæ committatur: hic enim latior, sed tenuior efficitur, & quatuor superioribus costis undique carnosus inijcitur. [i] Vbi uerò quartam, interdum autem, idq; præcipuè in canibus, quintam prætergreditur costam, in [k] membraneum neruosumq; tendinem desinit, qui subsequentibus costis ad septimam, aliquando & octauam usque exporrigitur, singulis, quibus incumbit, costis firmiter adnatus: quas quum attollit, dilatando thoraci pulchrè præest. Hoc autem canes tanto magis indigere uidentur, quanto longiori pectore quàm homines donantur, isto Galeni musculo prorsus destituti. [l] Quartum in musculorum hoc Capite descriptorum serie, homines iuxta ac simiæ canesq; adipiscuntur, sed nonnihil diuersum. Hominibus enim ex trium inferiorum ceruicis uertebrarum, ac primæ thoracis uertebræ spinis, membraneum latumq; exoritur principium: quod [m] primo caput mouentium musculorum pari, & hac sede [n] repositis, dorsum thoracemq; mouentibus musculis instratum, in priora, seu si dextrum spectas musculum, dextrorsum decliue expor-

Musculorũ thoracẽ mouentium numerus.

Primus in altero latere thoracẽ mouẽtium.

Secundus.

Tertius cæterum thoracem mouentium, quo homines destituuntur.

Tertius hominis, qui canum et simiarũ quartus est.

a 1, 2 fig. ca. 29. 1.

b *Singulos seorsim adnumerabimus.*

c 4 tab. 5 tab. Z.

d 1 ta. O, O. 2 ta. o. o, o, 3 ta. charact. 5, 6, 7. tab. 4 l. 5 tab. m. 6 R. 7 L. F. 11 X. 12 S. 13 T.

e *Obseruatur id* 1 ta. O, O, O. P, P, P, & 2 tab. o, o, o. p, p, p.

f 6 tab. *ossiculus est,* Γ *notatus.*

g 6 ta. I.

h 6 ta. O.

i 6 tab. P.

k 6 ta. Q.

l 11 ta. B. 10 tab. Z. m 11 tab. A, A.

n 11 tab. Q, R, S.

exporrigitur,carneum eũadens,latiq́; musculi naturam ostendens, simulatque primi illius paris externum latus superauit. Deinde ubi primam thoracis costam contingit,in latera sensim obliquè ductus,in tres ueluti digitos tripartitur,singulos tribus quatuor primarum costarum interuallis exporrigens, illisq́; sese costis inserens. Canibus porrò ex eodem principio musculus iste prodit,nisi etiam altiùs nonnihil exoriatur. Verùm ubi membraneum eius principium magis obliquè,quàm transuersim descendens,ad tertiam thoracis deuenit costam,musculus ipse carnosus latusq́; inibi conspicitur: ac tertiæ costæ, & tribus ordine deorsum ipsi succedentibus implantatus,in priora,seu in latus semper obliquè tantisper descẽdit,donec aliquo- o 11 m.X. usque sub o secundi thoracem mouentis musculi principio reconditus, atque in digitos discretus finiat. Musculus iste, si quando contrahitur,eas quibus implantatur costas sursum allicions, thoracem manifestò dilatat,hominis thoracem mouentium tertius, simiarum uerò quartus statuendus. p Musculo,qui quinto loco iam uenit commemorandus,homines carent: isq́; anteriori costarum parti,qua pectoris ossi proximæ sunt, exporrigitur: paulo enim supra latus mucronatæ cartilaginis, tendo membranei ualidiq́; ligamenti instar,super costarum cartilaginum fines,sursum nõnihil in posteriora inclinans procedit,quousque secundæ costæ supersternatur. Ibidem namque tendo ille carnosis adaugetur fibris,ex ipsoq́; carnosa & tendinis ritu latiuscula musculi constituitur portio, quæ primę costæ cartilaginis principio,& ipsius ossis fini adnata,ad superiorem eius costæ regionem terminatur,eminentiori sua sede semiorbicularis, & externo latere longiùs,quàm interno carnosa. Musculum hunc (ut in abdominis musculorum enarratione admonui) nullum peculiarem esse arbitror: nam recti abdominis musculi portio, quantumuis accuratè dissecanti appa- q 5 m. Δ. ret. Videtur enim carnosa q recti musculi pars,quæ paulo supra mucronatæ cartilaginis latus consistit, in hunc membraneum ualidumq́; tendinem desinere: atque ita sursum conscendens,denuò carnoso fine pri- r 5 m.H,I. mę costæ inseri: r eiusq́; musculi naturam referre,qui maxillam inferiorem deorsum trahit,qui in medio tendinis speciem exprimens,duobus uentribus donatur. Aut si hæc costis exporrecta portio, recti musculi pars non censenda sit,nemo illius termino firmissimè connatam,aut potius ex ipso enatam,ibit inficias. Vtcunque uerò res habeat,siue peculiaris sit musculus, siue recti portio,eiusdẽ semper functionis opifex erit: nimirum uerarum costarum terminos,pectoris ossi coarticulatos,comprimendi, constringendiq́;, obidq́; & thoracem arctandi. Cæterùm quum in hominibus mihi nunquam uisus sit (uti neque ijs qui Galenum præcesserunt Anatomicis,sese in hominum corporibus exercentibus) hominis duntaxat tres musculos hactenus recensui,in caudatis uerò simijs & canibus quinque:atque id adhuc ea conditione,ut reclamantibus s 12 m.Δ. 11 tab. Q. oculis,quintum musculum à recto abdominis distinctum, Galeni gratia recenseamus. s Sextus itaque si- *Hominis quartus, simiarum 6.* 13 m.O.O. miarum,& quartus hominum,ad dorsum mouentium musculorum latera,costarum radicibus,& transuer- t 12 m.K. sorum uertebrarum processum apicibus exporrigitur. t Originem enim ducit cum u longissimo dorsum u 13 m.Γ. mouentium musculo,ex posteriori ossis sacri regione,& interiori ilium ossis sede,quam extra sacrum os in 12 tab. N. posteriore prominere nouimus. Hinc cum undecimo dorsum mouente musculo, transuersis uertebrarum x 12 tab. à K ad L. lumborum processibus innixus,sursum deducitur, tam pertinaciter x toto per lumbos ductu illi musculo cõmixtus,cõnatusq́; ,ut meritò ipsius pars censeri queat,neque facilè ab ipso sectione dirimi possit. Quum primùm uerò uterque duodecimam thoracis respicit uertebram,sextus hic musculus à dorsum mouẽte undecimo,notatu digno interuallo abscedit:adeò ut inibi incuriosè secantibus, ex illo principium sumere uideretur. Hinc modicè obliquus sursum in latus conscendit,& decem superioribus costis ex carnosa sua substantia y tendines paulo minus toto teretes diffundit,non perpetuò carneis constans partibus: quantum- y 12 tab. M, M. uis etiam Galenus hunc undique carnosis partibus constare, in quarto de Administrandis sectionibus li- z 4 fi. cap. 19 lib. 10 uersus K. bro prodiderit. Inseruntur autem illi tendines,costarum z tuberculis,quæ ex ipsis paulo postea, quàm à transuersis uertebrarum processibus abscesserunt, extuberare relatum est. Cessat autem musculus hic ad primam thoracis uertebram:interdum tamen adeò conscendit,ut & transuerso septimæ ceruicis uertebræ processui tendinem quoque non minus quàm costis offerat. Vndecimæ & duodecimæ costæ carnosus duntaxat inijcitur:quo enim altiùs musculus ascendit,eo nunc dicti tendines magis euadunt conspicui: ipseq́; musculus,quasi à tendinum generatione absumptus,sensim gracilior redditur,thoracis costas deorsum tra- a 11 m.Δ. hens,easq́; comprimens,ac denique thoracem arctans. a Septimus canum,& quintus hominum, in poste- *Hominis 5 Simiarũ 7.* riori thoracis sede,secundùm inferiora collocatur,originem ducens membraneam latamq́;, ex undecimæ & duodecimæ,ac aliquando decimæ thoracis uertebrarum spinis,tum aliquot etiam primarum lumborum uertebrarum spinis. Principium hoc b musculis dorsum agentibus,& quarto humani thoracis supersterni- *b ijs quibus sede in 13 tabula & 14 occurrũt* tur,transuersim rectà in priora porrectum. Vbi autem præsens musculus hos transcendit, costarumq́; ossibus committitur,statim carneis adaugetur fibris:& tandem uelut in aliquot diuisus digitos,nonæ,decimę, undecimæ & duodecimæ costarum interuallis,ipsisq́; costis sese inserit,multo antè, quàm in cartilaginem cessant. Hic musculus hominibus longè latior est,quàm simijs & canibus: quamuis etiam in canibus insi- c 3 m. Θ. gnior quàm in simijs uisitur,& in omnibus serratam quoque compagem, cum abdominis c musculo obli- d 8 tab. β. què descendente efformat:& quum retractionis earum quibus inseritur costarum opifex est, thoracem di- stendentium numero etiam opportunè ascribitur. d Octauus canum simiarumq́;,& sextus hominum, in *Hominis 6. Simiarũ 8.* thoracis cauitate situm sibi peculiariter uendicat,extenditurq́; per uniuersum pectoris ossis latus, sub tota uerarum costarum cartilaginum regione,propemodum costarum os exteriori ipsius latere cõtingens. Est autem musculus iste triangularis,ex duobus longissimis lateribus,unoq́; breui constructus, & tenuis, omniq́; ex parte carnosus. Fibras sortitur obliquas,ex ossis pectoris lateribus sursum in posteriora protensas. nisi fortassis mauis asserere,ipsas à costis ad pectus,à posterioribus deorsum in priora ferri, huncq́; musculum huius sedis intercostalibus annumerare. Adnascitur autem omnibus uerarum costarum cartilagini-

bus, [e] illas ad pectoris os, in sinus nimirum, quibus illæ inarticulantur, attrahēs, & eo motu thoracem quo-
que arctans, & costarum cartilagines inuicem colligens. [f] Supersunt præter utrique lateri communem ad
huc, utrinque duo & uiginti, ac deinde duodecim. In singulis enim costarum interuallis, quæ undecim in
alterutro latere sunt, bini producuntur musculi, inde intercostales nuncupati. Ad illorum siquidem gene-
rationem, per totam costarum longitudinem, [g] ab inferiori regione superioris costæ, in superiorem humi
lioris, & in descensu proximæ sedem, neruosæ quædam fibræ, mox ab ortu carni commixtæ, deorsum pro-
ducuntur. [h] Et rursus à superiori parte inferioris costæ, aliæ fibræ in inferiorem elatioris costæ sedem o-
bliquè sursum procedunt, sic sanè, ut in singulis costarum interuallis duo intercostales musculi habeantur,
qui mutuò incumbunt, ac fibras decussatim prorepentes sortiuntur, & per uniuersum interuallum semper
carnosi permanent, nec ob loci angustiam in tendinem cessant. ac proinde intercostalium musculorum a-
lios exteriores, alios uerò interiores non ineptè dicimus. [i] Externi in singulis costarum interuallis, simu-
latque costæ [k] à transuerso uertebrarum processu abscedunt, principium habent, ac fibris constant, ex su-
periori costa in inferiorem obliquè in priora deorsum proreptantibus. Hunc fibrarum ductum, per uniuer-
sa spuriarum costarum interualla, tam quæ inter ossa, quàm quæ inter cartilagines consistunt, exteriores
musculi seruant: & uerarum costarum musculi, usque ad costarum partem, qua in cartilaginem finiunt, eũ
quoque ductum retinent. [l] Vbi autem uerarum costarum ossa in cartilaginem degenerant, mox fibrarũ
ductus uariat. ab inferioris namque costæ cartilagine, sursum in priora obliquè, uersus superioris costæ car
tilaginem, fibræ inibi procedunt, donec & in hac parte exterior musculus pectoris ossi committatur. Exter
nis his intercostalibus musculis id priuatim accidit, quòd longè magis neruosi excarnesq; uisuntur in ea
costarum sede, quæ à uertebris primùm abscedit, quàm per reliquam interualli longitudinem: deinde non
solum ab inferiori sede superioris costæ, in superiorem humilioris costæ sedem ducuntur, uerùm etiam ab
externa superioris costæ incipiunt sede, & in externam inferioris inseruntur. [m] Internorum intercosta-
lium musculorum fibræ, situm prædictis contrarium obtinent: quà enim uertebrarum corporibus proximi
sunt, ex inferioris costæ superiori sede, in inferiorem elatioris costæ sedem, fibras obliquè sursum in priora
protensas mittunt. Hanc fibrarum seriem interiores musculi per tota spuriarum costarum interualla reti-
nent: ut & in uerarum quoque interuallis, ad eam usque costarum sedem, ubi in cartilaginem degenerant:
ibidem enim ilico ac interni eò deuenerint, fibrarum ductum emutant. nam à superioris costæ cartilagi-
ne, in inferioris costæ cartilaginem, fibræ in priora deorsum obliquè protenduntur. Atque ut semel dicam
in uerarum costarum interuallis musculi, qui inter costarum ossa habentur, omnino his qui inter cartilagi
nes existunt, contrario fibrarum situ donantur. quod quum pressiùs Arabes animaduerterent, in singulis
interuallis non duos, sed quatuor musculos esse, ueterum quorundam Anatomicorum modo tradiderunt:
quanquam de sex tantum uerarum costarum (quæ septem numero cẽsentur) interuallis id uerè asseruerint.
nam in spurijs costis bini duntaxat musculi numerari queunt. Quum itaque sex sint uerarum costarum in-
terualla, nihil ex fibrarum serie obstiterit, in utroque latere quatuor & triginta intercostales musculos enu
merare: quemadmodum & ego paulo antè, quum adhuc utrinque duos & uiginti, ac deinde etiam duode-
cim, præter [n] musculum ambobus lateribus communem, enarrationi deesse dicerem. Intercostalium mu-
sculorum beneficio Galenus plerisque locis thoracem stringi & laxari censet: at quum duplices hi sint, ex-
teriores expirationem moliri prodidit, quod est costas simul adducere, thoracemq; comprimere: interiori-
bus autem inspirandi munus ascripsit, quod est costas ab inuicem abducere, amplioremq; thoracis cauita-
tem efficere. Interdum uerò non sibi constans, exteriores inspirationi, interiores autem expirationi præs-
se uoluit. Num uerò uel altera, quæcunque magis tibi arridet, harum sententiarum ueritati sit consona, di
ligenter (at sepositio interim affectu) perpendas uelim. Ego enim, quantumuis Galeni doctrinæ deditus,
neutiquam ipsius placitis hic queo assentiri: quandoquidem hactenus, qua ratione intercostales, siue inte-
riores, siue exteriores musculi, costas dirimere, ac ab inuicem deducere possint, haudquaquam compĕri:
quantumuis etiam uiuas Galeni sectiones animaduerterim, & primùm solus mihi has, & deinde in scholis
easdem aggressus fuerim: quæ profectò contrarium potius Galeni dogmatibus probant, quàm quòd illis
subscribant. Ad hæc, intercostalium musculorum situs, figura, fibræ, aliaq; omnia ad eorundem fabricam
spectantia, dilucidiùs, hos musculos inuicem costas adducere, quàm laxare suadent. Exteriores quidem in-
ter uerarum costarum ossa, & per uniuersa spuriarum interualla repositi, inferiorem costam superiori addu
cere apparent: interiores autem, superiorem inferiori. Deinde exteriores musculos, inter uerarũ costarum
cartilagines collocatos, superiorem cartilaginem inferiori, & interiores inferiorem cartilaginem superio-
ri attrahere existimo. quod si sit, quid id aliud est, quàm simul omnes thoracem arctare, angustioremq; ef-
ficere? Neque mehercule à ratione absonum est, ad expirationem, thoracis ve arctationem, Naturam om
nes musculos intercostales produxisse: quum fortiori motu impetuq; ad efflationem, uocem, tussim, sternu
tationem, fæcium excretionem, ad partum faciliùs excludendum, breuiter ad thoracis compressionem,
quàm ad inspirationem, thoracis ve dilatationem, indigeamus: adeò, ut musculi inspirationis autores me-
ritò inualidi pauciq; sint, quorum præcipuus nunc recensebitur. Quum itaque hactenus omnes unius late-
ris musculos, qui in altero latere pares sortiuntur, explicauimus, opportunum modò erit, orationem ad
musculum utrique lateri communem deflectere. Est autem is, quem Græci φρένας, & διάφραγμα, & ἀνάκοινον,
& παραπέτα: Latini uerò septum transuersum, nonnunquam & præcordia uocarunt. Hic neque situ, neque
forma, ulli totius corporis musculo respondet: siquidem amplus est, & orbicularis, & in ipsius medio [p] ca
put suum, principium ve gerit. Inibi enim ampla latitudine exactè membraneus existit, ex qua fibræ instar
linearum ex centro ad circuli circumferentiam eductarum excurrunt, ijs quibus septum inseritur, partibus
exporrectæ.

Intercostales musculi utrinq; triginta quatuor.

Externi intercostales.

Interni intercostales.

Intercostalium musculorum munus.

In fragmento de Respirationis caussis.

Ad finem libri de Motu musc.

Septum transuersum, seu musculus utrique lateri communis.

e 3 fi. cap. 19 lib. 1 & in 11, aut 2, aut 3 fig. 8 uel 7.

f Spectat tab. V, X, XI, ta. D, E, & figuram illi tabulæ ab sitam, dein IV 11 tab. 6, 11 tab. V.

g 8 tab. E.

h 6 tab. V, X 8 tab. D. 11 V.

i 3 fi. cap. 19 li. 1 & per f ad A. & emisti f. à B ad E, aut potius 6 ta. T, & in X.

k 3 fi. cap. 19 li. 1 & per f ad A. & emisti f. à B ad E, aut potius 6 ta. T, & in X.

l 8 ta. E, E, ac deinfigura illic internam pectoris sedē ostendem.

m 7 ta. Δ.

n 7 ta. Δ.

o 7 ta. Δ. 1 fig. li. 6 I, I. 2 fi. R. R. 3 fig. H. 4 Q. 5 E 6 n, o. 12 I.

p 7 tab. inter k, l, m, n.

exporrectæ. Hæ peculiari muſculorum carne adauctæ,reliquam muſculi partem carnoſam efficiunt,quæ paulatim in progreſſu denſior carnoſiorq́;,pro fibrarum ductus longitudine redditur. Procedunt itaque fi
q *Inſertio nem uniuer ſam & oſten dit tab.* bræ ex membraneo circulo, q ad inferiorem oſsis pectoris regionem, iuxta mucronatæ cartilaginis radicem,deinceps alię ſeſe ſuccedentes ordine,ad ſpuriarũ coſtarum extrema inſeruntur: non quidem exteriori cartilaginum ſede,at interiori,ut coſtarum cartilagines ſimul cum mucronata pectoris oſsis cartilagine,tutiſsimum ſepti tranſuerſi propugnaculum efficiantur. Duodecimæ autem coſtæ cartilagini non ſolùm inſeritur,ſed toti coſtæ longitudini carnoſus adnaſcitur,& ad inferiorum coſtarum extrema, obliquè
r 41a. Π. aſcendente abdominis r muſculo,& longè magis s tranſuerſo admodum unitur. Cæterùm ſepti fibræ,ad
s 61a. Δ. uertebras dorſi prorepentes non in undecimam thoracis uertebram,quam ſpectant, inſertionem moliun-
t 71ab. q. aut 25 fig. lib. 5 Q. tur,quòd magna t arteria ſub ſepto tranſuerſo repens,& u ſextus femur mouens muſculus, adeò undeci
u 71ab. t. mæ uertebræ obducantur,ut ſeptum ipſi connaſci nequeat. Ac proinde ſepti fibræ,quas hic undecimæ tho
x 71a.o,p. racis uertebræ connecti opotebat,in x duos mẽbraneos,ſed perquàm ualidos deſinunt tendines: qui deorſum ad magnæ arteriæ latera protenſi,lumborum muſculis inibi cohęrent: & ſenſim arctiores redditi, ac arteriæ nonnihil ſeſe ſubijcientes,tantiſper porriguntur, donec lumborum uertebras excarnes reperiant, ipſisq́; robuſtiſsimè & longo ductu inſerantur. Vniuerſum itaque ſeptum paulo minus toto orbiculare eſt, ſitumq́; obliquum commonſtrat: à pectoris enim oſſe,per ſpuriarum coſtarum extrema,ad eam quam diximus,in lumborum uertebris regionem protenditur,ſitumq́; ob id à prioribus deorſum ad poſteriora uer-
y 71ab. unus inter k, l,m,n, alter extra. gentem obtinet. Quinetiam y duos ſortitur circulos: unum membraneum, qui caput ipſius putatur: alterum hunc ſuccingentem,qui carneus eſt. Verùm quemadmodum hic,quo coſtis propinquiùs accedit,ſenſim carnoſior efficitur: ita & ille,quo ſepti centro uicinior eſt,membranoſior euadit:non tamen ambo exacti circuli imaginem referunt,ſed,ut ita dicam,lati,& una parte in acutum angulum ceſſantis. Membraneus enim ſurſum,atque in anteriora acutum porrigit angulum: carneus autem deorſum,atque ad inferiora, illis reticulis quàm ſimillimus,quibus in paruæ pilæ ludo utimur,& præcipuè ſi eius reticuli capulus diſſolutus,modiceq́; pateſcens fuerit, & ipſum lignum (quo breuius & latius reddatur) non ſegniter parietibus
Hæ ex 5 & 6 lib. figuris ſunt petenda. attuſum. Cæterùm uniuerſum ſepti tranſuerſi corpus duabus obducitur membranis. totam enim inferiorem ipſius amplitudinem,qua nutritionis organa ſpectat,peritonæum ſuccingit: ſuperior uerò uniuerſa latitudo,cor pulmonemq́; reſpiciens, membrana coſtas ſuccingente obducitur. Quinetiam contra aliorum
z 81a. C. muſculorum naturam, z paucis demptis, ſeptum tranſuerſum quibuſdam foraminibus peruium eſt, quæ *Septi foramina.*
a 71ab. q. Galenus ex Hippocratis ſententia duo eſſe recenſuit: a unum,quod uertebris,arteriæ magnæ, & deſcen-
b 71ab. ſ. denti ad uentriculi orificium ſtomacho uiam præbet: b alterum,quo uena caua in thoracem tranſcendit.
c 71ab. q. Nobis uerò tria eſſe obſeruantur: c primum,ubi ab inuicem deducuntur d tendinum illorum principia,
d 71a.o,p. quæ ſolam tranſmittunt arteriam,& finem e uenæ pari carentis, & f ramos deinde ſexti paris neruorum
e fi. 6 cap. lib. 3 G. cerebri,qui ad coſtarum radices,ſub membrana coſtas ſuccingente propagantur,ac poſtmodum iecori,lie-
f 2 fig. ca. 2 lib. 4 h. ni,renibus,inteſtinis & omento numeroſo ſerie inſeruntur. Si quis modò uertebras his cum Galeno adnumerare uelit,permitto quidem,quanquam impropriè admodum uertebris ſeptum uiam præbere uideatur: imò uix appoſitè,uiam,qua arteria fertur,foraminis nomine donamus, quum hæc potius ſemicirculum in ſepti tranſuerſi circumferentia exculptum,quàm foramen referat, ſeptumq́; ſuperiori ſeu anteriori uerte-
g 7 tab. ſ. h fi. cap. 6 lib. 3 B. brarum corporum parti,non autem lateribus committatur. g Secundum foramen, ad ſepti tranſuerſi medium,uerſus dextrum tamen conſiſtit, h uenæ cauæ in thoracem reptanti extructũ, cuius corpori ſeptum firmiſsimè,membranarum ipſi obnatarum beneficio connaſcitur: quemadmodum & hæ membranæ reliquis quoque,quibus ſeptum iter præbet,pertinaciter committuntur. i Tertium foramen, inferiùs quàm
i 7 tab. r. k 14,15 fi. libr. 5 D cũ T,V ad G. mediam ſepti ſedes,ad ſiniſtrum latus modicè uergens habetur,quo k ſtomachus, & ſexti neruorum paris rami,ad uentriculi orificium dimittuntur: longè profectò ſecus,ac Hippocrates, Galenus,cæteriq́; Anatomicorum proceres arbitrati ſunt. Meæ huic ſententiæ non ſectio duntaxat,ſed & ipſa ratio quoque aſtipulatur. Arduus enim fuiſſet ſtomachi anfractus, ſi dorſo propter duodecimam thoracis uertebram in primo foramine innixus,ſurſum ad priora in uentriculi ſuperius orificium detorqueretur. Eſt enim primum foramen paulo inferiùs,quàm l media uentriculi ſecundùm corporis longitudinem metita regio: & ipſe uen-
l 13 fi. li. 5 M. N. triculus ea parte,qua ſtomachus illum ingreditur, teres exiſtit: neque magis uerſus priora, quàm poſteriora,ſtomachus cum ipſo continuum corpus efficitur. Cæterùm quum hæc de ſepti fabrica dixiſſe ſufficiat, meritò nunc ipſius functionem enarrabimus. Plato exiſtimauit ipſum duntaxat concupiſcibilis,ſeu natu- *Septimus.*
ralis animæ,& animoſæ ſeptum eſſe tranſuerſum. Ariſtoteles uerò,quum has animas, unius tantùm in cor repoſitæ partes eſſe arbitraretur,in hoc ſeptum à Natura procreatum affirmauit, ut cordis ſedem à uentre dirimat,& animæ originem inoffenſam à ciborum exhalationibus, & caloris aduentitij copia ſeruet. uerùm eiuſmodi non modò præſtat,ſed inter muſculos thoracem mouentes, ad reſpirationem,ac ad propellenda uentris recrementa,in primis conducit. huius tamen officium, quo thoracem mouet, obſcurum eſt: neque ſat ſcio,an quiſpiam uerè id ſcriptum poſteris reliquerit,aut etiam illud condignè tradere aggreſſus ſit. Id enim Galeno (ſi auſim proloqui) peculiare eſt,ut quum alioquin prolixiſsimus ſit, id quod maximè explicandum eſt,nonnunquam tacitus,at non ueluti ex propoſito,prætereat,& fabula quapiam, aut aliquo in cæteros conuicio ſeſe ſurripiat. Porrò quantum hactenus aſſequor,ſeptum tranſuerſum proprio motu oſ-
m 2,3 fig. cap. 11 lib. 4 n,o,o. 1 figu. lib. 6 P, P. ſis pectoris inferiorem terminum,& ſpuriarum coſtarum extrema,ad ſuum caput, tanquam ad centrum introrſum trahit,nonnihil quoque ſurſum uellens. Septi enim tranſuerſi caput in medio mouendarum partium reponitur: & elatiori ſui capitis ſedi,quæ thoracis amplitudinem reſpicit, m nerui à ceruice decurrentes inſeruntur. Quum itaque in ſeptũ ſe conuellitur,& ſpuriarum coſtarum extrema quodammodo ad centrum

colligit,ſolam inferiorem,eandemq; anteriorem thoracis partem,quam ſpuriarum coſtarum cartilagines conſtituunt,arctat:poſteriorem uerò,quæ ab harum cartilaginibus ad uertebras uſque habetur, dilatat,ac inuicem quinque inferiores coſtas dirimit,unà cum ſexta & ſeptima thoracis coſtis, quarum etiam cartilaginibus ſeptum applantatur. Hac igitur ratione inferiorem thoracis partem ſeptum tranſuerſum dilatat,ac diſtendit. Vt uerò,quod dico,aſſequaris manifeſtius,primùm utranque manum notharum coſtarum cartilaginibus accommodato:& ui attracto ſpiritu,qui intrò ſurſumq; cartilaginum extrema uellantur,ſentito, deinde hic una manu relicta,alteram poſteriori coſtarum regioni extenſam impone: & rurſus ſpiritu aſſumpto,qualiter iuxta dorſum coſtæ dirimantur,& cartilagines inuicem conniueant,examinato: niſi fortaſsis canis,aliud ve animal ad manum ſit,cuius uiua ſectio, ſepti functionem doceat. Atque in hac adminiſtratione cauendum eſt,ne dum animal intrò ſpiritum ducit, id expirare arbitreris: quod ſanè faceres promptiſsimè,ſi duntaxat ſpuriarum coſtarum extremis,illisq; ſedibus animum adhiberes, quibus ſeptum implantatur. Neque me latet,quoſdam noſtræ ætatis præcipuos uiros, qui mihi adminiſtranti aliquando obiter aſtitere,proprium ſepti motum ad inferiora fieri adhuc contendere: quos præter uiuam ſectionem longè euidentiſsimam,docere oportuit,quòd aluum exonerantes,ſpiritum, ualidè compreſſo interim thorace,retineamus,non autem continuò inſpiremus,& thoracem dilatemus. quod ſanè tùm faciendum eſſet,ſi in thoracis dilatatione ſeptum deorſum duceretur,ut ſcilicet tunc cum abdominis muſculis excretioni opitularetur. Atque id etiam docet ualidiſsima inſpiratio,quoties illam ita moliri conaris, ac ſi ſpuriarum coſtarum cartilagines ſurſum introrſumq; moueri non ſtatueres:quandoquidem cum ui illas retines, una atque altera inſpiratione facta,cartilaginum ſedes non ſecus laborat,quàm ſi ui eam pugnis colliſiſſes. Verùm opinor & te quoque uarijs modis hæc experiri:quemadmodum & ego nunc adeò uarijs reſpirationibus attento,ut præ laſsitudine calamus è manibus ueniat reponendus. Addam tamen, & ſuffocatos, aut alia etiam ratione mortuos,qui extremum ſpiritum aſſumunt, eundem non remittentes (quod & mirum ſanè eſt) liquidò meæ ſententiæ ſubſcribere. His namque ſeptum tranſuerſum, ad ſuperiora attractum cõuulſumq; adeò inter ſecandum apparet,ut ſeptum in thoracis amplitudinem allatum, iecur & uentriculũ in thoracem trahat,difficilemq; illorum ſectionem nobis exhibeat:quæ tamen ilico prompta euadit,ſi thorax alicubi inter coſtas aut ipſum ſeptum perforetur:id enim tunc ſtatim flaccidum, inſtar madidi panni deorſum concidit,ac plus quàm uoles,iecur & uentriculum propendere ſinit. quod quo nam pacto fiat,illi demum non ignorant,quibus muſculorum contractionis & laxationis ratio perſpecta eſt. Hactenus omnes muſculos,ſolis coſtarũ motibus ſubſeruientes,explicauimus, qui ſimul omnes in ſimijs numero ſunt octuagintaquinque,in hominibus autem octuaginta unus. Quum uerò & his octo abdominis muſculos,in thoracem comprimentium claſſem prorſus reponendos ſubnectimus, in homine omnes ſunt octuaginta-nouem,in ſimijs autem tres & nonaginta. [n] Obliquè enim deſcendentes abdominis muſculi, ſi tendãtur, admodum humiliorem thoracis ſedem comprimentes,thoracem arctant. [o] Recti uerò, cum [p] obliquè aſcendentibus coſtas deorſum trahunt,thoracemq; non parum conſtringunt. [q] Tranſuerſi etiam, intrò coſtas adducentes,ad arctandum thoracem faciunt. Porrò eos qui brachium & ſcapulam mouent, parum etiam thoracis motibus auxiliari,aliquis arbitrari poſſet,ſi aliquando thoracem fortiùs conſtringerent. uerùm ita longè adhuc magis reſpirationis muſculorum numerus excreſceret,qui omnes non in omnibus reſpirationibus ſimul operari creduntur. Sunt autem primùm reſpirationis duo genera, inſpiratio ſcilicet,& expiratio:& hæc rurſus ſingula duplices partes habent. Expirationum enim alia eſt naturalis,& non uiolenta,quæ nulla niſi naturali urgente neceſsitate fit:alia uehemens & uiolenta, quam efflationem nuncupamus. Sic quoque inſpiratio alia naturalis,alia ad uocis generationem, aut ad aliud quippiam uiolenta exiſtit;atque hæ rurſus differentiæ plurimum maioris minoris ve ratione inter ſe uariant. Naturalis inſpirationis & expirationis [r] ſeptum duntaxat manifeſtus autor cenſetur:ipſo enim cõtracto, tenſo ve, medici thoracem abundè dilatari,inſpirationemq; illam perfici arbitrantur. deinde rurſus laxato ſepto,thoracem ſua grauitate promptè concidere,expirationemq; moliri affirmant. Atque id eſt, quòd Galenus naturalem expirationem citra muſculorum opem perfici,ſcriptũ reliquit. At ſi aut cordis caloris qualitas increſcat, aut ad uocem,aliud ve munus maiori indigueris aere,mox [s] primus, [t] ſecundus, & hominis [u] tertius & [x] quintus,ac ſimiarum canumq; [y] tertius,utrinque unà cum ſepto ad inſpirationem operabuntur, & ex Galeni ſuffragio [z] interiores intercoſtales muſculi quoque agent. Quanquam neſciam, num [a] exterioribus, an uerò interioribus muſculis intercoſtalibus inſpirandi munus Galenus,quum ita uarius ſit, aſsignauerit. Si autem maioris expirationis efflationis ve,ad uocem,clamores,tibias ac tubas,& id genus inſtrumenta inflanda,neceſsitas ingruerit,exteriores intercoſtalium muſculi ſeſe operi accingent, unà cum interioribus, nam & hos quoque coſtas inuicem adducere, thoracemq; arctare (quicquid Galenus interim ſentiat) autumo. His ſtatim in opere ſuccedet, [b] qui in ſimijs recti abdominis muſculi pars eſſe dicebatur: præterea [c] qui ad longiſsimi dorſum mouentis muſculi latus utrinque porrigitur, & [d] qui in thoracis cauitate ſub uerarum coſtarum cartilaginibus latitat: poſtremò ipſi abdominis muſculi, uix autem aut brachium, aut ſcapulam mouentium aliqui.

Muſculorũ thoracẽ mouentium enumeratio, & quando illi ſuo fungantur officio.

Lib. de Motu muſculorum, & alit. 7 nonnihil alicubi lib. 8 de Adminiſt. ſect.

n 3 *tab.* Θ.
o 5 *tab.* Δ.
p 4 *tab.* Π.
q 6 *tab.* Δ.
r 7 *tab.* Δ.
s 4 *tab.* d.
t 7 *tab.* L.
u 11 *tab.* F.
x 11 *tab.* Δ.
y 6 *tab* Γ.
z 8 *tab.* E. E.
a 8 *tab.* D, D.
b 5 *tab.* r, ſ, t.
c 12 *tab.* Δ.
d 8 *tab.* ß.

MVSCVLORVM THORACEM MOVENTIVM ADMINIstratio. Caput XXXVI.

OMNIBVS muſculis,quos hucuſque diſſecari docuimus, reiectis, thoracem mouẽtium adminiſtrationem à [a] primo auſpicabere,haudquaquam omittens, quin Galeni doctrinæ gratia,ſimiam,aut ſi eius non detur copia,canem unà operi adhibeas. Acuto igitur cultello membraneum,ſed impenſe ualidum ligamentum, quo clauicula pectoris oſsi nectitur,primùm diſcindes,mollem nerueamq; [b] cartilaginem expendens, quæ præter cartilaginem oſsibus obnatam,pectoris os & clauiculam interuenit. Ad hæc, inter reliqua huius articuli ligamenta,ualidum quoddam ligamentum inquires, quod ab humiliori clauiculæ ſede enatũ, illic pectoris oſsi inſeritur,ubi primæ coſtæ cartilago pectoris oſsi adnaſcitur. Mox clauiculam à prima thoracis coſta nunc ſurſum,nunc deorſum reflectes,ac primi muſculi originem & inſertionem, ſimul cum ipſius fibrarum ductu conſiderabis:& muſculo dein à clauicula liberato,illum pectori adhuc adhærere ſines. [c] Secundus muſculus,quoniam ſcapula modò à thorace dependet,totus ſeſe offert: unde etiam citra aliã operam,à ſcapulæ baſi diſſecandus eſt,& uſque ad inſertiones,quas in coſtas molitur,deducendus. In hac adminiſtratione ſedulò animaduertes,num ſecundus muſculus,à ſcapulæ baſi in coſtas porrectus, thoracis motibus ſuppetias ferat:num uerò à coſtis initium ducens,in ſcapulam inſeratur,ipſamq; moueat. Atq; ad hanc ſpeculationem non mediocriter confert,quòd in canibus tot tranſuerſis uertebrarum ceruicis proceſsibus illum aut inſeri,aut ab eiſdem enaſci intueberis. Adempta nunc pariter cum brachio ſcapula, illã aliquò repones,quo poſtmodum hæc ad muſculorum brachium & cubitum & manum occupantium ſectionem ſubſeruiat. Cæterùm iam [d] tertium canini thoracis muſculum aggredieris, & illo à uertebris liberato,ac ad inſertionem diuulſo, [e] tendinis ipſius naturam ad amuſsim examinabis. Quum itaque hunc muſculum in cane obſeruaueris,in homine quoque eſt quærendus. quod ubi fruſtra aliquandiu præſtiteris,ad [f] quartum canis,hominis uerò tertium muſculum ſectionem conferes: huiusq; membraneo principio à uertebrarum,unde prodit,ſpinis longa ſectione liberato,muſculum ad ſuas,quibus inſeritur, coſtas à ſubiectis illi ſedibus detrahes:niſi fortaſsis huius principiũ,quando capitis aggrediebaris muſculos,à ſpina diremeris,& à [g] primo illorũ muſculorũ pari auulſeris. [h] Septimũ canis,hominis autẽ quintũ, ſimiliter à ſuis quoq;,unde enaſcitur,ſpinis auferes:ac ipſum a dorsũ hic mouẽtib. muſculis,& canis [i] ſexto,hominis autẽ quarto thoracem mouentiũ,ad terminũ uſq;,quo coſtis implãtatur,liberatũ,thoraci appendere ſines. Poſtquam hos prędicta modò ratione adminiſtraueris,integrum eſt, ſingulos ad ſuum principiũ tuis manibus trahere,ipſorumq; motum, quo thoracem dilatare creduntur, obſeruare, ac poſtmodum in totum à thorace illos reijcere. Vt uerò [k] quintum canis ad amuſsim examines, dummodo abdominis muſculos aggredienti is ſeſe tibi non obtulerit,aut eoſdem nondum diſſecueris, optarim te tranſuerſa linea, recti muſculi carnoſam [l] partem, quæ pectus conſcendere incipit, in totum diuidere: ac ſuperiori parte hamulo aut digitis eleuata, eam à coſtarum cartilaginibus nouacula liberare. Conſpicies enim unà cum carnoſa muſculi recti parte, latum tendinem à coſtarum cartilaginibus ſeparari, atque, ut dixi, à carnoſa recti parte enaſci:ac quintum nobis inter thoracis motores enarratum muſculum,'recti abdominis muſculi protionẽ cẽſendum eſſe. Atq; id quidem in canibus & caudatis ſimijs inuenies,in hominibus autem(utpote quibus breuiſsimum pectus contigit) minimè. Hæc intuitus, [m] quarti hominis, canis uerò ſexti muſculi caput,ab [n] undecimo dorſum mouente diuides: ac illum à coſtis omnibus diſſecans,qui ipſis inſeratur,inueſtigabis. Huius itaque functione obſeruata,& ipſo muſculo à thorace abſecto, intercoſtales muſculi exteriores uniuerſi manifeſtiſsimè oculis ſeſe obijciunt. Quò autem & interiores contuearis, leui admodum ſectione,in uno coſtarum interuallo,ſecundùm inferiorem coſtę ſedem, conaberis exteriorem muſculum diuidere,ac paulatim hamulo eleuatum,ab interiori ſeparare:ilico enim intercoſtalium natura & fibræ occurrent,inuicem contrario ſitu incumbentes. quanquam & interiores,aperto thorace,rurſus licebit examinare. Hortor interim,utcunque eos indagaueris,ut diligentiſsimè inquiras, num interiores alijs quàm exteriores fungantur munijs,ac illi inſpirationi,hi uerò expirationi (aut contrà) famulentur:an ſimul omnes, mea ſententia,eidem muneri præficiantur,omnesq; thoracem arctent. Quoniam autem iam antea, quæ peritonæo obcinguntur,exempta ſunt,iecur inquam,lien,uentriculus,inteſtiua & renes, nulla ſectione adhibita,inferior [o] ſepti tranſuerſi pars conſpicua euadit: ubi mox duos inſpicis circulos, membraneũ unum, & carnoſum alterum: ad hęc tria,quæ dixi,foramina,& tendines, lumborum uertebris adnatos. Vt uerò fibras ad amuſsim,reliquamq; ſedem ſepti inferiorem exactiùs intuearis,peritonæum à ſepto manibus uenit dirimendum: quod in porcis citra omne fiet negocium,in homine autem & cane non item. Cæterùm ut ſuperior ſepti pars,thoracis amplitudinem reſpiciens, in conſpectum quoque ueniat, in homine cultro aliquo mediocri, [p] à primæ coſtæ cartilagine,quà oſsi ipſius coſtæ committitur,ſectionem ad infimam uſque coſtam,per cartilagines utrinque molieris: deinde mucronata cartilagine, ſiniſtra manu eleuata, ab inferiori oſsis pectoris regione,& huius loci cartilaginibus,ſeptum tranſuerſum abrades. Deinceps erectis cum pectoris oſſe cartilaginibus, [q] membranas interiori oſsis ſedi connatas, ac thoracis amplitudinem interſepientes,& uenas ſimul & arterias,è iugulo pectori exporrectas,abſecabis,donec pectoris os ab omnibus liberatum,cum cartilaginibus à thorace commodè auferas. Repoſito itaque pauliſper pectoris oſſe,à ſepto membranæ thoracis amplitudinem interſepintes,& cordis etiam inuolucrum,reſcindentur. [r] quod longè ſecus,quàm Galenus undique arbitratur,magna ſui parte ſepto in hominibus adnaſcitur,multo ſanè aliter,quàm in canibus,& Galeni ſimijs. Inſuper à ſepto neruos ipſi inſertos,uenam cauam, & ſtomachum

Ligamenta clauicula ad pectoris os.

Primi muſculi adminiſtratio.

Secundi.

Tertij canis muſculi adminiſtratio

Tertij hominis, 4 canis.

Quinti hominis, 7 canis.

Quinti canis.

Quarti hominis, 6 canis.

Septi tranſuerſi.

a 4 tab. d.

b 4 fig ca. 22 lib. 1 S.

c 7 tab. L.

d 6 tab. T.

e 6 ta. Q.

f 11 ta. F.

g 11 ta. A, A.

h 11 ta. Δ.

i 12 ta. Δ.

k 5 tab. r, ſt.

l inter ſupremum ꝛ &r.

m 12 ta. Δ.

n 12 ta. N.

13 tab. T.

Pete hæc ex 8 tabula.

o 7 ta. Δ.

p uti factũ eſt in 8 tabula.

q Hæc petes à 2 fig. lib. 6.

r Spectа ſeriatim 3 & 4 ſi. lib. 6.

Sexti hominis, canis 8.

abſecabis, id à lumbis ſenſim cum ſuis tendinibus abradens: liberatum uerò, ac menſæ exporrectũ, rurſus, ſi libuerit, examinabis. Iam pectoris os in manus aſſumens, in parte ipſius interiori, ſecundùm illius longitudinem ſingulos utrinque [s] muſculos tenues, carnoſos & amplos exporrigi conſpicies. Licebit hos à pectoris oſſe ac cartilaginibus nouacula acutiori liberare, & cuius motus autores ſint inquirere. Vbi & hos ab ſecueris, interiores intercoſtalium contemplaberis: ac corde, pulmone, uenis, arterijs, ſtomacho, & ſi quæ alia in thoracis capacitate habentur, ablatis, thoracis muſculorum adminiſtrationi ſummam manum impones. s 8 tab. f.

DE THORACIS LIGAMENTIS. Caput XXXVII.

THORACIS ligamenta notatu digniora, prẽter ea quæ ſuperiori Capite in clauiculæ ad pectoris os nexu deſcripſimus, unaq; diſſecuimus, ad duodecim thoracis uertebras ſpectant: unde & hæc cum reliquis dorſi ligamentis examinanda ueniunt. Coſtis autem ad uertebras nullum peculiare ligamentum obducitur, præter membraneum, articulis omnibus commune, quod hic duriſsimum eſt, & cartilaginis naturæ particeps: atq; id potiſsimùm [a] inter tranſuerſi proceſſus radicem, ſeu primum coſtæ ad uertebram articulum, & tranſuerſi proceſſus apicem, uel ſecundum articulum accidit. Dein prima coſta, quòd maius ferè cæteris onus ſuſtinet, ualidiori ac ueluti peculari ligamento primæ uertebræ corpori, quàm decem inſequentes, nectitur. Duodecima enim, quum prorſus ab undecima undique dehiſcit, nulloq; pacto tranſuerſo ſuæ uertebræ committitur proceſſui, etiam inſigniter ualido ac quaſi proprio nectitur ligamẽto, cuius gratia duodecimam uertebram priuatum ſinum (uti & primam, ſui ligamenti etiam occaſione) nanciſci diximus. Coſtarum cartilagines ſuis oſsibus non alligantur, quum hæc in illas degenerent. Vbi autem pectoris oſsi ob longis capitulis inarticulantur, nulla quoque propria ſibi uendicant ligamenta, præter mẽbranea, alijs quoque articulis communia. Pectoris etiam os, in ligamentis nihil peculiare obtinet. nam ut &cęteris oſsibus membrana quædam, quam, quòd os ambit, περιόστεον Græci uocant, pectoris oſsi obducitur, atque hęc ualida ac quaſi duplicata eſt, & hanc etiam ipſæ coſtarum cartilagines, unà cum coſtarum oſsibus communem obtinent. Licebit itaque eiuſmodi membranas & ligamenta exiguis cultellis in pectoris oſſe & cartilaginibus obſeruare. quę autem coſtas uertebris committunt ligamenta, non niſi ablatis dorſum mouentibus muſculis, opportunè aggrediuntur.

a 3 ſi. ta. 19 lib. 1 ab a ad c. atq; ita ex oſsiũ ſedibus, ligamentorũ pte naturam quæ cum mẽbranea ſint, picturis noſtris proponi nequeunt

Ligamentorum adminiſtratio.

DE MVSCVLIS DORSVM MOVENTIBVS. Caput XXXVIII.

MVSCVLORVM ſanè uicinitas, ilico muſculis caput mouentibus illos qui dorſi motibus præſunt, ſubiungi oportuiſſe, nobis inſinuat: uerùm quum ante thoracis & abdominis muſculos, dorſum agentes muſculi aptè adminiſtrari nequeant, nunc primùm eorum quoque ſermonem aggredi tempeſtiuum fuerit. In quo mehercule (ſi modò in aliqua muſculorum enarratione, oſsium cognitio neceſſaria ſit) memoriam in promptu habere oportet eorum quæ ſuperiori libro de dorſi fabrica narrauimus. Non altiùs itaq; uniuerſum dorſum in ceruicem, thoracẽ, lũbos, ſacrum os, & coccyx os partientes, neq; diuerſam uertebrarum articulationis rationem repetentes, neque etiam duodecimę thoracis uertebræ, aut quæcunque ea ſit, quæ ſuprà infraq; ſuſcipitur, & oſsis ſacri quietem enarrantes, quot motibus dorſum agatur, modò recenſeamus. Vniuerſum itaque dorſum, à capite ad ſacrum uſque os, inſtar ſemicirculi quodammodo in neutrum latus inclinans, flectitur: deinde in rectã ueluti lineam, in neutram uergens partem, erigitur: poſtea in latus quoque, nec antrorſum, nec retrorſum exporrectum, inſtar ſemicirculi quoque inuoluitur: ut iam quatuor ſimplices ſint dorſi totius motus, flexio ſcilicet, & extenſio, & ad dextrum ac ſiniſtrum latus inclinatio. atque hi motus (ſi qui alij corporis) in obliquum quoque, ſeu in alteram partem uergentes fiunt. Flectimus enim dorſum non ſolùm rectà, ſed etiam dextrorſum aut ſiniſtrorſum magis inclinatum. ſic etiam, quum uelut in ſemicirculum ad latus id inuoluimus, ad anteriora quoque, & ad poſteriora, non autem ſolùm rectà in latus, illud ducere ualemus: adeò, ut etiam obſcurus quidam circunactus ſimul toti dorſo adſit. Rurſus hos motus, uti iam diximus, ſimul omnes peragunt uertebræ: aut dorſi parte, quæ ſub ceruice eſt, quieſcente, ſola ceruix ciſdem prorſus, quos iam toti dorſo tribuimus, motibus pollet: quos non ſolùm quieſcente reliqua dorſi parte ceruix obit, ſed etiam reliquo dorſo aut flexo, aut extenſo, aut in latus inclinato: quandoquidem laxè admodum & priuatim ceruicem moueri, homini utiliſsimum fuit, & in primis quum in contrarios oppoſitos ve motus reliquis dorſi partibus ceruix agitur. Vtcunque enim lumborum uertebras unà cum thorace in anteriora flexeris, atque in flexione reſeruaueris, nihil obſtiterit, quo minùs ceruix in poſteriora ualidè reclinari extendiq; poſsit. Lumborum autem uertebrarum motus, à thoracis uertebrarum motu non admodum diſtinctus eſt: unà enim ferè mouentur, præterquàm quòd lumborũ uertebris laxior motus in omni differentia concreditus ſit: quod tum coſtarum uertebris, thoracis adnexarum occaſione euenit, tum etiam muſculorum, qui ipſis motibus præficiuntur. Totus enim thorax unà quodammodo in latus inclinatur, quum tamen ſingulæ lumborum uertebrę priuatim id magis poſsint. Verùm ut hæc omnia oſsium articulatio cõmonſtrat, ita multo maximè hos motus ipſi dorſales docent muſculi, nimis quàm frigidè, & nequaquam omnes à Galeno deſcripti. Erunt autem omnes utriuſque lateris [a] muſculi ſimul in minimum numerum redacti, ſexdecim, octo nimirum paribus complexi. [b] Primus itaque, qui parem

Figura ca. 14 li. 1 hæ ferè proper nit.

Quot motibus dorſum agatur.

Sedecim dorſum mouentes muſculi.

Primus ac ſecũdus, ſeu primũ par.

a *Seorſim ſingulos adnotabimus.*

b 8 ta. A, B. 7 tab. C, D.

in

in altero latere ſecundũ habet,à quintæ thoracis uertebræ corporis latere,ubi ipſi coſta coarticulatur,principium ſumit,quod carneum,tenueq́;,& acuti inſtar anguli uiſitur: & ſurſum obliquè conſcendens, uerſus medium magis quartæ thoracis uertebræ corporis,obliquo fibrarum ductu proficiſcitur. Illæ namque ab exterioribus,ſurſum obliquè in interiora prorepunt adeò,ut iam ad tertiæ thoracis uertebræ corpus utriuſque lateris muſculi ampliores facti,inuicem quodammodo contermini fiant: in exortu autem tantũ ab inuicem diſtant,quanta corporis uertebrę eſt latitudo. Hanc ſeriem (ut ſcilicet ex inferioris uertebræ corporis latere principium ſeu explantationem ducant,atque magis uerſus medium ſuperioris uertebrę corporis,inſertionem moliãtur) perpetuò ſeruant,quouſque ſenſim mutuò appropinquantes,ad anteriorem primæ ceruicis uertebrę ſedem uſque conſcenderint: cuius ibidem extuberanti [c] proceſſui, neruoſa inſertione ſimul ambo coeuntes,tanquam trianguli uertice inſeruntur, non admodum manifeſtè occipitis oſsi ad anteriorem dorſalis medullæ foraminis [d] ſedem implantati. Ego hos muſculos, magna ex parte [e] ſtomacho ſubditos,duorum duntaxat loco,ut ſcilicet unus utrinque habeatur,numero: quamuis ex Galeni ſententia ſingulos,duorum uice,aut trium etiam,nonnulli enumeraſſe uideantur, quòd quibuſdam (uti opinor) inſcriptionibus,ſecundùm ipſorum fibrarum ductum exporrectis,inſtarq́; albæ lineæ apparentibus, animum attenderint.quamuis interim hæ neque ſemper eædem,neque tam paucæ appareant, ut earum beneficio utrinque ſolùm duo tres ve recenſeri poſſent muſculi.deinde etiam longè minus penetrant, quàm ut in plures muſculos alterius lateris muſculum diſtinguere queant.At ſi fortè muſculi principijs inſertionibuſq́; diſſectionum proceres animum adhibuere,multo pluribus, quàm tribus muſculis hic noſter conformaretur.nam tres muſculi ad tres ſuperiores thoracis uertebras referrentur,& ſeptem ad ſeptem ceruicis.quare ſatius longè eſt,utrinque unum enumerare muſculum,aut,uti iam dixi (quantumuis etiam præter rationem) decem.Duobus his muſculis proprio motu ceruix,& uix admodum caput ipſum flectitur: ſi enim utriuſque muſculi partes ſimul omnes egerint,recta efficietur ceruicis flexio, uertebris ſcilicet mutuò ſeſe ſuccedentibus:at ſi alteruter tantùm in ſe colligatur,in contracti latus ceruix inclinabitur: uti etiã muſculorum exortus,inſertio,& fibrarum ductus,ipſorumq́; continuitas,luce clariùs commonſtrant. Cæterùm hi muſculi non ſolùm ceruicem creduntur flectere,at etiam,uti paulo pòſt audies, thoracis uertebras ſuperiores.Quòd uerò Galenus parum rectè in decimotertio de Partium uſu, hos muſculos caput releuare,& ſurſum ducere docuerit,etiamſi non prolixiùs id modò exequar,neminem latere ſat ſcio. [f] Tertius & quartus,quorum alter in dextro eſt latere,alter uerò in ſiniſtro,ad hunc modum habent. Dexter ex ſuperiori exterioriq́; primæ thoracis coſtæ ſede,carnoſus amplusq́; enaſcitur, ex totius nimirum dextri lateris primæ coſtæ ſede,quæ à uertebris ad eam uſque coſtæ oſsis [g] regionem pertingit, quæ iam in cartilaginem degeneratura eſt.Muſculus ex hac enatus baſi,ſenſim arctatur,& in omnium ceruicis uertebrarum tranſuerſos proceſſus,interiore ipſorum ſede implantatur,fibras ſurſum obliquè intrò producens.Fibræ enim à coſtæ regione uertebris proxima principium ducentes, in tranſuerſum ſeptimæ ceruicis uertebræ proceſſum inſeruntur.Deinde huic ſedi proximè in ortu ſubſequentes,tranſuerſo ſextæ uertebræ proceſſui adnaſcuntur:ſicq́; continua ſerie inſertionem moliuntur, ut illæ tandem,quæ coſtæ cartilagini proximæ ſunt,primis ceruicis uertebris implantentur,totusq́; muſculus triangularem figuram referat, cuius primum latus primæ thoracis coſtæ exporrigitur:cui & id priuatim obtigit, quòd [h] foramine quodam peruium ſit,quo uenæ & arteriæ in brachium excurrentibus iter exhibet.Secundum latus ad ceruicis longitudinem, ipſiusque in tranſuerſos proceſſus inſertionem fertur.tertium uerò, à coſtæ cartilagine,ad tranſuerſum primæ ceruicis uertebræ proceſſum pertinet. Huius muſculi,ſuiq́; coniugis functionem orationi adijciam,ubi quintum & ſextum expreſſero. [i] Quintus itaque,qui ſextum in ſiniſtro latere ſibi parem ſortitur,principium in dorſo aſſumit, ex tranſuerſi ſextæ thoracis uertebræ proceſſus radice,ad primum eius uertebræ poſterioris proceſſus, ſeu ſpinæ exortum. Hinc aſcendens,ex reliquarum quinque ſuperiorum thoracis uertebrarum tranſuerſis proceſsibus enaſcitur,ſenſim craſsior ualidiorq́; redditus, quouſque admodum pertinaciter in externam ſedem tranſuerſi proceſſus ſeptimæ ceruicis uertebræ inſertionem tentet: huic enim primùm muſculus inferitur,& deinde reliquarum omnium ceruicis uertebrarum tranſuerſis proceſsibus, ad [k] exteriorem eorundem ſedem.quanquam in [l] tranſuerſum primæ uertebræ proceſſum inualidam, & non admodum patentem implantationem (ut neque etiam tertius muſculus) perficiat.Quinto itaque & tertio muſculo, qui dextris uertebrarum proceſsibus inſeruntur,ceruix duntaxat in dextrum latus inclinatur: recto quidem ductu,utriſque muſculis unà laborantibus: obliquo autem, alterutro duntaxat ſe colligente. Tertius enim, quieſcente quinto,in latus quidem, ſed magis antrorſum ceruicem inclinat; quintus autem in poſteriora magis. [m] Septimus muſculus, cui in ſiniſtro latere octauus reſpondet, à ſeptimæ thoracis uertebræ ſpinæ radice,deinceps & à reliquarum ſuccedentium thoracis uertebrarum ſpinarum quoque radicibus, ubi inuicem uertebræ articulantur,principium ſumit:non autem à ſpinarum lateribus, quę [n] muſculo occupãtur, quem decimumquintum enumerabo. Quando ſeptimus hic muſculus,ſenſim ad ceruicem exporrectus, infimam ceruicis uertebrã contingit,uehementiùs ampliorіq́; ſede ab illa enaſcitur, & obſcuram admodum inſertionem illarum fibrarum,quæ à thoracis uertebris originem duxere,in illius uertebrę ſpinam molitur. Reliquis autem ceruicis uertebrarum ſpinis ualidè innaſcitur, atque ab earundem tranſuerſorum proceſſuum radice,noua ſemper initia educit,enatas perpetuò fibras, ſpinæ ſuperioris uertebræ tantiſper inſerẽs, donec

Præſenti figura, muſculi,quem hic deſcribimus, fibrarum naturã & ſeriem, ac latera ruditer delineauimus. Significet igitur A *ad* B, *ipſius latus uertebris exporrectum.* C *ad* B, *latus ſecundum coſtam ductum.* C *autem ad* A, *latus, quod ab anteriori coſtæ ſede, obliquè ſurſum ad muſculi apicem contendit.*



Tertius & quartus.


Quintus & ſextus.

Muſculi 3, 4, 5, 6 munus.

Septimus et octauus.

c 2,10 *fi. cap.*15 *li.*1 M.
d 1 *fi.cap.* 15 *lib.*1 G.
e 7 *tab.* E.
a 14,15 *fi. lib.*5 A, B.
f 7 *tab.* G. 8 C. 14 *ta.* N.
g 1 *fig.*19 *cap.li.*1 A, B *elatiſſima.*
h *Id expreſſimus in tabulis epitomes horum librorum.*
i 13 *ta.*H.
k 9, 10 *fi. cap.*15 *li.*1 K *&* 8 *fig. charact.* 5, 6.
l 2, 3 *fig. cap.* 5 *lib.*1 S.
m 14 *tab.* O. 13 *ta.* I.
n 14 *ta.*Y.

donec ualidiſsimè in totam o inferiorem ſpinæ ſecundæ ceruicis uertebræ ſedem implantetur, dexteréq; muſculus ſiniſtro coniungatur, uti & toto per ceruicem progreſſu mutuò accumbunt, herentq;, duntaxat uertebrarum ſpinis inuicem diremptí. Horum muſculorum fibræ non prorſus rectà ſurſum conſcendunt, uerùm ab exterioribus ſurſum modicè intrò feruntur: quare etiam & hi quoque muſculi obliquis præſunt motibus. Si enim ſeptimus unà cum octauo contrahatur, recta ceruicis peragetur extenſio: at ſiniſtro labo rante,& quieſcente dextro, ſiniſtrorſum extenſio fiet: quemadmodũ ſolius dexri lateris muſculo cõtracto, in dextrum quoque latus ceruix magis extenditur. Atque hi omnes,ceruicis potiſsimùm famulantur motibus,ac inter muſculos caput agentes ſubinde recenſentur, etiamſi caput ſecundariò duntaxat mouent. P Nonus autem & decimus,quorum utrinque etiam unus eſt, in illorum muſculorum habentur numero, qui ψόαι & ὑδρομύτραι & ἀλαῶπιναι Græcis dicuntur.quanquam Clearchus exteriores quoque,quos q undecimum, & duodecimum, & r decimumtertium, & decimumquartum in ſermonis progreſſu numerabo,ſic appellauerit. Quàm uerò dilucidè uereq; Galenus hos muſculos, ſeu lumborum carnes (ut interpretis uoce utar) deſcripſerit, & num etiam ſimię, aut cani (qui hic muſculis admodum ab homine uariat) ipſius enarratio, qua ueteres, hominum corpora ſecantes, immeritò arguit, conueniat, penes te eſto iudicium. ipſa enim ſimię non admodum quadrat, & longè minus homini: quod tum demum abundè intelliges,quando hæc noſtra, adhibitis ſectionibus, cum ipſius oraculis contuleris. Nolo enim prolixiùs ſermonem uera narrantem, & aliàs ſatis diffuſum, quibuſdam diſceptationibus hic interturbare: id ſatis eſſe artus, ſimea hæc cum Galeno pugnare moneam. In lumborum itaque interna ſede, quando iam omnia inteſtina ſimul cum peritonæo reſecta ſunt, in hominibus utrinque tantùm * duo apparent muſculi, quorum alter femoris famulatur motibus,alter uerò huius Capitis,ſeu dorſum mouentium, nonus erit. Qui femoris motui præeſt,in Capite muſculorum femur mouentium ſextus habebitur.quamuis nunc obiter, Galeni gratia,illum & hic deſcribere,nihil prohibeat:ut præſens ſermo, Galeni de lumborum carnibus enarrationi abundè conferri poſsit.Ab undecimæ itaque & duodecimæ thoracis uertebræ corporis latere, quo coſtæ tuberculum excipit,carnoſus s oritur muſculus,qui etiam à duarum, aliquando & trium, ſuperiorum in lumbis uertebrarum corporibus carnoſus ſimiliter prodit, & teres effectus, ab interioribus deorſum uerſus exteriora obliquè deſcendit, ſemper, quouſque coxendicis t os contingat, carneus. u inibi enim arctatus, & excarnis redditus, in teretem finit tendinem: qui tandem in x minorem interiorem ve femoris proceſſum y inſertus,femoris flexui auxiliatur.Hic muſculus in lumbis modò magis, modò minus apparet liuidus,& potiſsimum iuxta ipſius tendinis productionem. Atque hic unus lumborum interiorum eſt:non quòd lumbi uertebrarum motibus præſit,ſed quòd hic ſituetur. z Muſculum autem, qui ex ilium oſsis cauitate eandem cum prædicto in femur inſertionem molitur, in lumborum muſculorum numerum,uti nemo,quòd ſciam,fecit hactenus,non repono. a Secundus itaque lumborum muſculus,inſignis,craſſus & carnoſus eſt,priori ſubiectus,ſed illo longè breuior & amplior. Enaſcitur enim ex b poſteriori ſuperioriq; oſsis ilium cauitatis ſede,quæ è regione ſuperioris c ſedis primi ſacri oſsis tranſuerſi proceſſus habetur.deinde etiam ex tota illa oſsis ſacri quoque parte,muſculus iſte carneo craſſoq; admodum principio exoritur:& modicè anguſtior redditus,ſurſum ad duodecimam thoracis coſtam protenditur,cui carnea inſertione inferiori in parte inſeritur.Ab interno autem latere muſculus iſte d tranſuerſis omnium quinque lumborum uertebrarum proceſsibus,ſecundùm ipſarum longitudinem, ab interna ſede inſeritur,lateribus etiam uertebrarũ,unde nerui primùm emergunt,applanatus:adeò ut quadrangulum muſculus hic conſtituat, cuius unum latus in ilium oſſe,& ſacro,ad exortus radicem cenſetur:ſecundum,duodecimæ thoracis coſtæ longitudinis pars:tertium, ipſæ lumborum uertebræ: quartum uerò,à duodecima coſta, ubi iam à duodecima uertebra aliquouſque abſceſsit,ad externam exortus partem producitur, quæ propemodum ad e medium oſsis ilium ſpinæ longitudinis conſiſtit. Fibræ autem ipſius,ab exterioribus introrſum obliquè ad ſuperiora aſcendunt: & quæ ab oſſe ſacro principium ducunt,quintæ & infimæ lumborum uertebræ inſeruntur: quæ autem has ordine uerſus ilium os,exteriusq; latus inſequuntur, ſenſim in ſuperiores uertebras deſinunt.Huic muſculo,qui inter dorſum mouentes nonus mihi enumeratur,& decimo,qui noni muſculi coniunx eſt,lumborum uertebrarum flectendi munus concreditum eſt,ipſiq; ambo duntaxat illius motus autores ſunt. Sed quum horum utrinque unus conſtat,& is obliquis donetur fibris,præſentes muſculi obliquam quoque flexionem moliuntur,prout hic illeve ſolus in ſe colligitur.Sola itaque inferior dorſi pars,& ſuperior,proprios muſculos flexionis opifices ſibi adnatos obtinent:quorum etiam beneficio media dorſi pars,ipſæ uidelicet thoracis uertebræ, f quorum corpora ſunt excarnea,nonnihil inclinantur,ſuperioribus ſcilicet unà cum ceruice,inferioribus uerò ſimul cum uertebris lumborum inflexis.Quanquam non ineptè fortaſsis quiſpiam dixerit, thoracis flexioni (quę non niſi uniuerſo thorace ſimul inflexo perficitur) etiam g rectos abdominis muſculos, thoracem deorſum trahentes,ſuppetias ferre. h Vndecimus & duodecimus utrobique ſunt ſinguli,& ſoli duntaxat ex ſex adhuc recenſendis,in poſteriorią; dorſi ſede poſitis,Galeno cogniti: quamuis etiam neque horum deſcriptionem rectè nobis tradiderit.Vndecimus enim,ex longioribus totius corporis eſt i muſculis, ab infima oſsis ſacri ſede,ad primam uſque thoracis uertebram exporrectus,illią; thoracis k muſculo imagine ſimilis,quem ipſi in exortu,& per lumbos progreſſu connatum, in omnium coſtarum radices inſertionem moliri diximus.Iſte itaque dorſum mouentium muſculus,ex totius oſsis ſacri ſpinæ ſummo, ſecundùm ipſius



Præſens figura, muſculi quem hic perſequimur, circunſcriptionem aliquo pacto proponit,& D ad B latus, quod modo primum appellatur, terminat. C ad A, ſecundum. A ad B,tertium. C ad D, quartum.

In quinto et ſecundo de Admi. ſect.

Qui muſculi in anteriori lumborũ ſede occurrant.

Vndecimus & duodecimus.

Ad finem 5 libri de Admin. ſect.

o 7 ſi. cap 15 lib. 1.

p 7 tab. a.

q 13 ta. I.

r 14 ta. I.

* unus 7 tabu. a, alter a. & deinde ta. Θ unus, Ξ alter.

s 8 tab. a.

t 1,2,3 ſi. cap. 29 li. 1 T.

u 8 tab. b.

x 1, 2 ſig. cap. 30 li. 1 a.

y 13 ta. β. 14 tab. c.

z 8 ta. Λ.

a 8 ta. Ξ. 14 tab. P.

b 3 ſi. cap. 29 lib. 1 ſedes ad latus ſiniſtrũ K, K conſiſtẽs.

c ad Z 1 ſi. ca. 18 li. 1.

d Si ex muſculorum tabulis oſsium ſeriem non aſſequeris, illã ex tribus ultimis lib. 1 petes. e ad elatius K 3 ſi. cap. 29 lib. 1.

f Oſtendit hoc 8 tab. g 5 ta. Δ. h 23 ta. Γ. 12 tab. N, 14 tab. Q, R, S.

i 16 tab. I & Δ. ac alij fere tibiam mouẽtes.

k 12 ta. Δ.

ſius longitudinem,& deinde ex ſpinis quinque uertebrarum lumborum, nerueo ualidoq́; admodum prin-
l 14 ta. T. cipio enaſcitur,quod [l] illi,quem in tota ſerie decimumtertium appellabimus, inſternitur: deinde à tota
m quæ cons ſtitit ad ſui ſtrum H, I quoque oſsis ilium interna ſede, [m] quæ extra tranſuerſam oſsis ſacri regionem retrorſum prominet,prin
3 ſi. cap. 29 lib. 1. cipium hoc carnoſum omnino educitur:& ut ſedes,à qua muſculus hic exoritur,acuta eſt, [n] ita quoq; acu
n 14 ta. S. ti inſtar anguli muſculus inibi uiſitur.Hinc ſurſum aſcendens, carnoſior paulatim ad externum ipſius la-
o 14 ta. Q. tus efficitur,tranſuerſis lumborum uertebrarum proceſsibus inſertus, ac ueluti teretis muſculi imaginem
p 14 ta. R. [o] carnoſa ſua ſede exprimens.Si enim & [p] neruoſo ipſius, quod ex uertebrarum ſpinis pendet,principio
attenderes,latior multo quàm profundior dicendus eſſet.attamen externa ipſius ſede læuis æqualis ve eſt:
interna autem parte,propter ſuæ carnoſæ partis craſsitiem,& neruoſæ tenuitatem, ſecundùm ipſius longi
q 14 tab. inter Q & R. tudinem [q] ſinus quodammodo illi inciſus uidetur,quo decimotertio nobis enarrando muſculo cedit, &
locum porrigit.Vbi uerò ad undecimam uſque thoracis uertebram conſcendit,arctior longè redditus,ne-
que reliquis ſuperiorum uertebrarum ſpinis adeò connatus, ſenſim ad primam uſque thoracis uertebram
r 13 tabu. M,M. anguſtior redditur,tranſuerſis omnibus thoracis uertebrarum proceſsibus innixus,quibus ſingulis ex inter
na ſua ſede, [r] tendinem inſtar anſulæ cuiuſdam exporrigit,ipſorum proceſſuum apicibus, & ueluti coſtę
s 12 ta. Δ. dein M, M. cum ipſis articuli termino inſertum:pari omnino modo,quo [s] quartus hominis thoracem mouens muſcu
lus,qui coſtis ſingulis tendinem quoque offerebat.Verùm is thoracis muſculus, ab externo ipſius latere e-
iuſmodi tendines remotiùs à ſe diſpargit.dorſi autem muſculus,non ex altero latere, ſed potius ab interna
anteriori ve ſede tendines emittit,nõ recto tramite,uerùm obliquè uerſus exteriora ſurſum expanſos,quẽ-
admodum etiam muſculi fibræ omnes obliquæ ſunt.Vnde quoque euenit,thoracem lumboſq́; horum mu
ſculorum,undecimi ſcilicet & duodecimi ope,rectà,& etiam in latera extendi. Ambobus enim æquè con-
tractis,tota illa dorſi pars,cui præſentes muſculi inſeruntur,in neutrum latus uergens extenditur:at altero
t 14 ta. T. tantùm contracto,in ipſius latus ſpina extenſionem experta inuoluitur. [t] Decimustertius, cui in ſiniſtro *Decimuster*
u 14 tab. Q. R. S. latere decimusquartus reſpondet,ſub [u] undecimo occultatur, ab illa oſsis ſacri ſede [x] principium obti- *tius & 14.*
x 14 ta. V. nens,quæ ab ipſius ſpina ad eius cum ilium oſſe connexum pertinet.Atque ut illa ſedes ſurſum aſcendens,
modicè lateſcit,ita muſculi huius quoque initium infima ſede acutum eſt, & latius modicè effectum, tan-
dem ad tranſuerſum quintæ lumborum uertebræ proceſſum ducitur:& illic rurſus reliqua ipſius ſede latior
y 14 ta. X. redditus,& à tranſuerſis reliquarum uertebrarum proceſsibus initium ducens, [y] ad undecimæ uſque tho
racis uertebræ ſpinam conſcendit:& progreſſu gracilior tenuiorq́; factus,inibi in acutum finitur angulum.
Exortus,quem decimustertius muſculus ab oſſe ſacro ducit, ſui coniugis muſculi exortui contiguus eſt:
quemadmodum etiam per reliquum in altiora progreſſum præſentes muſculi inuicem committuntur, in-
ter ſpinarum interualla tantum mutuò dehiſcentes,quanta ligamenti eſt craſsities, quod in ſpinarum in-
teruallis reponi,ſecundo ab hoc Capite audies.Horum muſculorum fibræ,ab inferioribus ſurſum uerſus in
teriora obliquè aſſurgunt,& ex inferiorum uertebrarum tranſuerſis proceſsibus,& ſpinarum radicibus ena
tæ,in ſuperiorum uertebrarum ſpinæ amplitudinem perpetuò ſeſe inſerunt. Quotieſcunque igitur utriuſ-
que lateris muſculus in ſe colligitur,ſuasq́; fibras contrahit,lumborum uertebrarum, & ſi quæ thoracis ſub
uertebra utrinque ſuſcepta reperiantur,ſpinæ ad ſe inuicem conniuent: earundemq́; interualla conſtrin-
guntur adeò,ut ſimul contracti muſculi,totam illam ſpinæ partem,cui committuntur, appoſitiſsimè exten
dant:at altero in ſe tantùm collecto,in obliquum hæc dorſi pars extenditur, lateralemq́; illam in ſemicircu
z 14 ta. Y. lum quodammodo inuolutionem patitur. [z] Decimusquintus & decimusſextus (utrinque etiam unus) ab *Decimus-*
undecima thoracis uertebra ad primam uſque ipſius protenduntur,totam ſpinarum amplitudinem,quę ab *quintus &*
ipſarum radice ad apicem uſque conſiſtit,amplexantes,& ſimiliter ac poſtremò dicti, carnei,ſed ualidiſsi- *16.*
a iuxta X 14 tab. mis interim neruoſisq́; fibris admodum intertexti.Hi muſculi [a] ad duodecimam thoracis uertebram,aut
ad eam quæ ſuprà infraq́; ſuſcipitur,tenues ſunt, quemadmodum decimitertij quoque ad eandem uerte-
b ad Y 14 tab. bram inſertio tenuis prorſus uiſitur:at ſurſum exporrecti,paulatim craſſeſcunt, [b] quouſq; ad quintæ tho-
racis uertebræ ſpinam aſcendunt.hic enim tota ſua mole craſsiores euadunt, & ſurſum tenſi,denuò [c] ex-
c propter a 14 tab. tenuantur,propter primæ thoracis uertebræ ſpinam,parem craſsitiem cum illa quæ ad undecimam eſt,ſor
titi.His quoque muſculis interualla ſpinarum opplentur,& inuicem inibi contigui ſunt: quum inter illos
nihil mediet,præter membraneum ligamentum,à ſuperiori ſpina in inferiorem porrectum. Functio uerò
horum muſculorum potiſsima eſt,ſpinas,quibus inſeruntur, mutuò colligere, itaq́; eam dorſi partem, cui
adnaſcuntur,cum reliquis muſculis extendere.Sed ut præſentes muſculi, inter reliquos dorſi motuum au-
tores,rectis fibris magna ex parte donantur,ſic quoque admodum modicè obliquis motibus præſunt.

MVSCVLORVM DORSVM MOVENTIVM ADMINISTRA-tio. Caput XXXIX.

Adminiſtra tio primi et 2.

a 8 tab. A, B. [D]ORSVM mouentium adminiſtrandi ratio in promptu iam eſt, ſi hucuſque ſectionis noſtræ ſeriem obſeruaueris. In anteriori enim dorſi parte,illi etiam citra ſectionem con-
ſpicui ſunt,quos [a] primum & ſecundum nominauimus.Si uerò horum ortum & inſertio-
nem lubet exactiùs condiſcere,illos à ſuis uertebris paruo & acutiori cultello abrades.de
Tertij et 4
b 8 ta. G. inde [b] tertio à prima thoracis coſta liberato,qui tranſuerſis ceruicis uertebrarum is in-
ſeratur proceſsibus,examinabis.In lumbis,quoniam peritonæum & ſeptum quoque trãſ
Noni et 10
c 8 ta. Θ. uerſum dudum ademiſti,licebit muſculum,quem nos [c] primum in lumbis recenſuimus, ac femoris moti-
bus famulari diximus,ſuo principio à uertebrarum corporibus liberare,& ad coxendicis uſque os, à ſubdi-

to

to ipsi [d] musculo, qui noster lumborum secundus est, dorsum autem mouentium nonus, solis manibus di- d 8 z.
uellere, ut omni ex parte nonus musculus in conspectum ueniat, quem ab ὀsse ilium & sacro osse crasum, à
transuersis lumborum uertebrarum processibus, & earundem corporibus, & duodecima thoracis costa acu
tiori cultello discindes, eius naturam munusq; non oscitanter examinans. At si canis, aut caudata simia ad
manum sit, primò illum dissecabis, quem in illis animalibus membraneo neruoq; principio, à coxendicis
ossis elatiori sede enasci conspicies, quiq; obliquè uersus interiora sursum ascendens, ac carnosa auctus sub
stantia, in superiorum lumborum & inferiorum aliquot thoracis uertebrarum corporibus inseritur, dorsi
quoque flexioni subseruiens, quam canes in circulum magis quàm homines moliuntur. Si enim hunc in-
Ad finem 5 de Admini. dagaueris, Galeni de lumborum carnibus enarratio tibi aliquantulo reddetur dilucidior. Hoc igitur, quo
disse. homines destituuntur, adempto, reliquos duos, canibus & hominibus in lumbis communes, in cane quoq;
dissecabis, ut nonnullam in illis quoque musculis differentiam, Galeni intelligendi gratia, intuearis. Resu-
Quinti et 6 administratio. pinato iam cadauere, [e] quintum musculum à thoracis uertebris paruo cultello continuò derades, donec e 13 tab.
illum in omnibus insertionibus conspexeris. Huic [f] septimus succedet, similiter à uertebris deradendus. H.
Septimi & 8. At in hac functione cauendum est, ne [g] decimiquinti musculi portionem, septimi loco abscindas: inuicē f 14 ta. O.
enim pertinaciter hærent, & decimusquintus septimi musculi principium aliquousque [h] subit. Nunc no- g 14 ta. T.
Vndecimi & duodecimi. uacula, acutiori ve cultello, secundùm spinarum in lumbis & in osse sacro ductum, tentanda est sectio, quę h ad 14 tabulæ.
[i] undecimi musculi principium à spinis liberet. Ne uerò simul [k] decimumtertium (ut Galenus proculdu i 13 ta. T.
bio in simijs, alioquin ad sectionem aptissimis, fecit) imprudens auferas, ac undecimi partem esse arbitre- k 14 ta. T.
ris, sectio illa non altiùs injeienda est, quàm ut undecimi duntaxat exortum diuidat: cuius crasitiem fa-
cilè coniecturabis, si paruo cultello musculum à transuersis lumborum uertebrarum processibus dissecā-
bis, & à decimotertio subleuatum, ad spinas quoque uertebrarum inuerteris. Hoc itaq; musculo à lumbō-
rum & ossis sacri spinis liberato, cauendum est, ne illum thoracis uertebrarum spinis adeò connatum arbi
treris, ut [l] decimumquintum musculum unà cum ipso undecimo auferas, cumq; reliquis omnibus Anato l 14 ta. Y.
micis hallucineris. Postquam igitur internum quoque musculi latus, utcunque à subditis connatisq; sibi
partibus diremptum conspexeris, ab i ium etiam osse deradetur, & principio ipsius apprehenso, sensim at-
tolletur: ut ipsum ab illis quibus inseritur partibus liberans, tandem intuearis [m] tendines illos, quos à se m 13 tab.
palmitis instar, in transuersorum thoracis uertebrarum processuum apices elegantissima serie digerit. Hoc M, M.
Decimitertij & 14, 15, 16. adempto, citra aliam sectionem [n] decimustertius, & [o] decimusquintus, sunt in conspicuo. Vt tamen illo n 14 ta. T.
rum naturam ad amussim inquiras, necessum est & hos quoque à uertebris sedulò deradere: quod sanè in o 14 ta. Y.
spinæ musculis eo operosiùs præstiteris, quo ijdem pluribus ossibus & innascantur, & à pluribus ortum du-
cant. Ob quod laudandus etiam uenit rerum Opifex, qui ita musculos hos fabrefecit, ut seorsum unamquā
que dorsi partem succedentibus motibus agere possimus: ne simul uniuersum, multas actiones impedītu-
ri, semper mouere cogamur. Cæterùm ubi & hos abstuleris, transuersam duces sectionem, quæ sacrum os &
infimam lumborum uertebram, ab anteriori sede, ad dorsalem usque medullam penetret: ut deinde infle-
xo unà cum costis thorace, dorsum ab osse sacro diuidere queas, uertebrarum ligamenta iam indagaturus.

DE VERTEBRARVM LIGAMENTIS. Caput XL.

Ligamēta, uertebrarū corpora cōmittentia. Cap. 8. lib. de Ossibus.

LIGAMENTA primam uertebram capiti, & secundam primæ, & secundam rursus capi
ti [a] colligantia, superiùs enarraui: [b] quæ autem reliquas uertebras inuicem conuin-
ciunt, nunc pertractabo, ab illis quæ uertebrarum corpora colligant, sermonis facturus ini
tium. Inter secundæ itaque & tertiæ uertebræ ceruicis, ac deinceps inter reliquarum om-
nium uertebrarum corpora, [c] substantia quędam reponitur, quam Galenus cartilaginem
uocat, & qua uertebras inuicem haud colligari, contra eorum qui illum præcesserunt disse
ctionis Procerum sententiam, asserit, Nam non huius cartilaginis beneficio ipsas, committi uult, uerùm ter
tiæ dorsalis medullæ tunicæ, inter uertebrarum corpora se insinuantis. Cuiusmodi uerò hæc sit, in dorsalis
medullę sermone persequar, tunc nimirum, quando præter duas cerebri membranas, dorsali medullæ pro-
ximè adnatas, uertebrarum foramina, seu cauitatem (quæ dorsali uiam præbet) membrana quadam ossi-
bus undique connata succingi audies. Hæc mēbrana nihil pror
sus, nisi fortassis crasitie ab illa differt, quam circumossalem
uulgò dicimus. Num uerò Galeni sententiæ, an Veterum illorū,
qui in dissectionibus, quantum Galeni scripta ostendunt, admo-
dum fuere sedulī, accedendum sit, penes te esto iudicium. Nam
etsi humanum cadauer ad manum nō sit, non tamē fieri poterit,
quin tibi iā à lectione surgenti, alicuius animalis dorsum mensæ
adhibeatur, uel etiamsi pisce uescendum erit, ac proinde uel lu
di causa (dummodo diuina illa Hippocratis in libro de Articu
lis oracula nō fastidiueris) unam uertebram ab alia seiungito:
& quacunq; etiam corporis adhibita cartilagine, tecum perpen-
dito, num illa uertebrarum cartilago, exquisitæ cartilaginis natu
ram obtineat, num uerò ligamenti cartilaginosi. Hac enim ra
tione manibus pedibusq; in Veterum sententiam, relicto pro-
cul Galeni placito, iturus es: neque tibi persuaderi sines, membranam quandam, cuius beneficio uerte-

a *si. ca. 30.*
b *Neq; hac etiam ligamenta secus quàm quis ad ossiū circunscriptionem fingere posset, proponere nobis licuit: quare etiā ad ossa tecō feres.*
c *si. ca. 14 lib. 1 R. R.*

Vt leuiori negocio, quæ hic pertracto, assequaris, duas è thorace uertebras, anteriori facie ex puerili corpore depictas habes. In quibus 1 notat superioris uertebræ cartilaginem, sui corporis inferiorem appendicem, ipsumq; corpus interuenien tem. 2 eiusdē uertebræ humiliorem appendicem. 3 cartilagineū ligamentum, superioris inferiorisq; uertebræ appendices intercedens. 4 superiorem inferioris uertebræ appendicem. 5 cartilaginem, dictam modo appendicem suæ uertebræ copulantem.



bræ inuicem connecterentur, duci inter uertebræ os,& cartilaginem hanc ligamentosam,fibrosam,mollem, mucosam, neque cartilaginis modo solidam, continuam ve, ne fortè duntaxat de duritie loqui uideamur. Quum tamen hæc expendes, sedulò cauendum est,ne in agni, aut hœdi, aut uituli spinam incidenti, cartilago inter appendicem corporis uertebræ,& ipsum corpus occurrens, tibi imponat, illamq; cartilaginem eam esse arbitreris, de qua hic sermonem instituimus. Quin potius in illis uertebris perpendito tres cartilaginum,ut sic dicam,ordines, duobus osibus inter duas uertebras diremptos:ac postmodum illis ordinibus animaduersis, cartilaginū naturas obserua, firmiusq; adhuc Veterum dogmati subscribito. Conspicies enim duas cartilagines inter utrarunque uertebrarum corpora, & ipsarum appendices positas, ad amussim esse cartilagines,nihilq; ab illis differre,quæ reliquos appendices & ossa interueniunt. At cartilaginem inter appendices mediam,profectò (nisi Galeni nomine oculis parū fidas tuis) nihil prorsus aliud quàm ligamentum esse dices,quod Asclepiadum familiæ,quæ pueros suos in cadauerum sectionibus tanta cura exercebant, ὑδροχονδρώδη σύνδεσμον appellarunt: atque huius interuentu, non autem tertiæ dorsalis medullæ tunicæ,uertebrarum corpora colligari astrues,nulla interim interueniente membrana. Quapropter si Veteribus accedis,inter ligamēta,cartilaginis natura pollentia, has uertebrarum cartilagines cōnumera: expenditoq; pariter magnam Naturæ industriam, quæ cartilaginosum hoc ligamentum ita adaptauit, ut dorsi quoque motibus (uti iam prius à me comprehensum est) cedendo assurgendoq; opituletur. Cæterùm alijs adhuc ligamentis uertebrarum corpora colligantur: per totam enim dorsi longitudinem, ualidissima ligamenta toti uertebrarum corporum ambitui obuoluūtur: quæ etsi undique crassa, spissa & robusta,sed mucoso interim humore oblita sint,attamen in anteriori corporis sede,ad utrunque latus,ob sui crassitiem conspectiora euadunt. Quum itaque hęc ligamenta,aut (si unius nomine omnia complecti uelis) ligamentum hoc durum forteq; euaserit, & omnibus uertebris ex æquo obducatur,obstaculo sanè est, ne in extensione dorsum nimium porrigatur,incuruetur ve. Dorsum enim,si plurimùm reflecterctur,stomacho, arteriæ magnæ,& uenæ cauæ fuisset summè noxium. Rursus ex singulis transuersis processibus in contermi-
Ligamenta alijs sedibus quàm adcorpora uertebrarum posita.
nos processus transuersos membraneum ligamentum tota interualli amplitudine porrigitur:& in spinarum interuallis,ab una spina ad alteram,membranea ligamenta continentur, spinas inuicem colligantia,& ueluti musculorum interstitia.Hæ membranæ in spinarū apicibus adeò crassescunt,ut ad apices simul coeuntes,quasi toti spinæ dorsi ligamentū constituant,cartilaginis etiā naturæ compos.Deinde ubi ascendentes uertebrarū processus descendentibus coarticulantur, membranea quoq; ligamenta (sed perquàm ualida) articulū undiq; ambiunt. Insuper priuatum quoddam,idq; subflauum ligamentum,ex interna sede foraminis uertebræ,quod dorsalis medullæ exculptū est,ad radicem spinæ,posterioris ve uertebrę processus,inter duos ascendentes aut descēdentes processus exoritur,semper in subsequentis uertebræ eandem sedem insertum. In canibus,& illis animalibus, quæ rictum tergo leui opera accommodant, & longè laxiores ceruicis uertebrarum articulos,& etiam longiores ceruicis uertebras,quàm homo,obtinent,ligamentum quoddam obseruamus,cuius naturam Galeni gratia hic non grauabor subiungere. In canibus igitur, simulatque secundum par musculorum capitis motibus famulantium agressus es, in ceruice ligamentum sese offert rarum,& nulli in uniuerso corpore respondens,nisi fortasis illis uertebrarum ligamentis,quæ postremo loco recensuimus: id enim cæteris robustius est,& colore flauum,in fibras multas dissolui potest. Enascitur autem id ex apicis septimæ ceruicis uertebræ spinæ lateribus:& sursum ascendens,nulli connascitur uertebræ, quousque ad secundum ceruicis pertigerit,cuius spinæ lateribus in summo apice inseritur. aliquibus quoq; animalibus,ut ouibus, occipitij osi inseritur. Ligamentum hoc peculiari inuolutum est membrana, geminumq; apparet,ob impressionem illius longitudini exporrectam.Porrò huius ligamenti naturam discere licebit,quoties uituli, aut porcelli,aut hœdi,aut uetustioris etiam bouis ceruix mensæ apponitur. Est enim ligamentum hoc,flauum illud corpus,quod ex carnibus liberatum,canibus offerre solemus. nam inter reliqua corporis ligamenta solum,tanquam esui ineptum, reijcitur. Vnde etiam à robore Bruxellensibus Vast nuncupatur,qui huius esum puellis ad comam prolixiorem conciliandam cōmendant,hinc (opinor) ipsas ridentes,quòd uelut in flauam pallidamq; comam promptè dissoluitur, prȩcipuo usu accommodum, ne uertebræ ceruicis suo loco promptè exiliant, quum illæ laxè admodum coarticulētur, & præ cæteris uertebris admodum obliquè agantur. Atque ita etiam in quibusdam quadrupedibus, secundùm totius dorsi longitudinem ferè,utrinque unum amplum huius naturæ ligamentum, inter musculos dorsum mouentes occultatum,secundùm spinas ferri conspicimus,quale Galenus hominibus ferè in libris de Partium usu tribuit. Ligamentorum dorsi administratio peculiare nihil obtinet. quum enim dorsales musculi omnes adempti sunt,in anteriori dorsi parte,secundùm omnem corporis uertebrarum circunferentiam,membranea illa,duraq;,& mucore quodam imbibita ligamenta in conspectu sunt,quæ cultellis paruis, transuersim ipsis subditis,à uertebrarum corporibus liberare potes: non prȩteriens,haud unum hic, simplexq; ligamentum apparere,at ueluti multas membranulas inuicem incumbentes,adnatasq;. Postmodum costis à uertebris dearticulatis,earum quoque ligamenta inspicies:quemadmodum & membranea illa, transuersorum processuum & spinarum interualla occupantia. Vt uerò ad amussim cartilagineum inter uertebrarum corpora uideas ligamentum,aliquot uertebræ inuicem sunt cultro aliquo dirimendæ. Dum uerò uertebras, quarum corpora iam seiunxisti,retrorsum reflectis,& dorsalem medullam extrahis, tunicam, membranā ve,uertebrarum cauitatem sublinentem,intueris:atque uertebris ab inuicem prorsus dissectis, ualidum illud ligamentum occurret,in medio ascendentium descendentiumq; processuum locatum. Reiectis nunc uertebris,& aliquò quod adhuc ex reliquo corpore supereſt,repositо,scapulam & brachium, quod reponi antea uolebam,repetes,musculos qui humerum,cubitum & manū amplexātur, iam seriatim aggressurus.

Propria canum ligamenta.

ADMINI-*stratio ligamentorum.*

DE MVSCVLO, NERVOSA SVA EXILITATE MEDIAE VOLAE, & internæ digitorum ſedis cuti ſubnato. Caput XLI.

Quo ordine muſculi tradẽtur, à Galeno in 1. li. de Admini. ſect. & in 1 et 2 de Vſu partium deſcripti.

QVANDOQVIDEM muſculos ea doctrinæ ſerie exequi inſtitutum eſt, quo in uno corpore omnes adminiſtrare ſoleo, commodum fore arbitratus ſum, nunc muſculos in brachio & cubito & manu repoſitos, priuatis Capitibus aggredi, ac poſtmodum communi omnium capite, ipſorum conſectionem ſubnectere. Vt itaque Galeni ordini in his muſculis, quos cæteris omnibus prolixiùs deſcripſit, me accõmodem, à [a] muſculo exordiar qui internæ manus regioni, dilateſcente neruoſa ipſius exilitate ſubtenditur, ac neruoſo teretiq; [b] principio, ex interioris humeri [c] tuberis apice enaſcitur, medio [d] duorum brachiale flectentium muſculorum (qui ex eodem tubere prodeunt) incumbens, adnatusq;, non tamen in illorum capitũ medio (ut alij ſcribunt) repoſitus. Principium hoc ilico carnoſum craſsiusq; redditum, muſculi uentrem non impenſe craſſum conſtituit, qui priuſquam ad medium longitudinis cubiti, obliquè nonnihil uerſus medium internæ cubiti ſedis ductus prorepſerit, [e] denuò tenuis gracilisq; factus, in tendinem anguſtum, ſed ampliorem, quàm profundum, & neutiquam prorſus teretem ceſſat. Hinc ad brachialis uſque radicem pertingens, ſenſim in brachialis interiori ſede [f] lateſcere incipit, ac manus cuti, ad extremam ferè uſque digitorum aciem ſubnaſcitur. Atque id fibroſis nexibus adeò ualidis continuisq; perficitur, ut internam manus cutem à neruoſa tendinis tenuitate, uel etiam acutiori nouacula liberare arduum ſit. Verùm interim Galeni ſuffragio acquieſcendum minimè eſt, ſi hunc toti depili manus cuti in hominibus ſubnaſci (ut de ſuis docet ſimijs) arbitratus fuerit. Siquidem tendo mediæ uolæ cuti in palma tantum ſubnaſcitur, non autem cutem contingit, [g] muſculo obductam, quem paruum digitum à cæteris in obliquum abducere docebimus: neque etiam cuti ſubtenditur, [h] muſculoſam carnem inueſtienti, quæ primo pollicis articulo incumbens, ex pluribus muſculis conſtituitur. Ad hæc, nullæ huius tendinis portiones in digitorum latera excurrunt: quinimo præſens tendo perquàm obſcurè internæ etiam digitorum regioni obnaſci uiſitur. Muſculus tendinem hunc producens, gracilis eſt, atque in cubiti medio, ſuper reliquos huius regionis, uti monuimus, exporrigitur: non enim decuiſſet hunc magnum extrui, quum nullius oſsis motu illum præſici credamus. Vt enim cutis circumactu pertinax depilisq; fieret, ac proinde manus ad accuratiùs ſentiendum aptior efficeretur, cuti internæ manus hunc tendinem ſubſterni (ſed nimium fortè) nobis perſuaſum habemus. Conueniebat namque, ut manus apprehendens inſtrumentum, internam ipſius cutem adipiſceretur, non modò ægrè mobilem, cùm ob alia quædam, tum maximè ob exactiorem tutioremq; corporum comprehenſionem, ſed reliqua totius corporis cute ſenſu exactiori præditam. Quanquam non huius tendinis beneficio, manus accuratum tactus ſenſum nanciſcitur, uerùm plurium neruorum auxilio, ex quibus ad ſingulos digitos [i] quatuor ſurculos propagari, ſuo loco docebimus, duos nimirum externæ digitorum ſedi, & totidem internæ. Confert quoque non parum ad exquiſitum tactum, depilem eſſe interiorem manus cutem, quod eam à tendine ſub illa dilatato præcipuè obtinere Galenus affirmat: ſi enim admodum piloſa foret, nequaquam ſibi appropinquantia tangeret, quòd pili nimirum tangendo corpori ante cutem occurrerent, illiusq; contactum arcerent. Quoniam autem tendo iſte etiam huius regionis cutem ſubduram efficit, cuiuis manifeſtum eſt, & id ad plurimos uſus nobis conducere. Horum itaque gratia, tẽdo internæ manus cuti ſubnaſci creditur. Oſtendi uerò non ſemel in ſcholis, hunc quem narramus muſculum, certò defuiſſe, ac portionem [k] tendinum brachiale flectentium, priuſquam illi brachiale aſcendant, in latum tendinem deſijſſe. Interdum uerò non ab illis tendinibus portionem, quæ lati tendinis uicem gerit, porrigi uidimus, uerùm à [l] ligamento tranſuerſo, tendinibus in interna brachialis ſede obducto: quemadmodum etiam in hominibus ſecus atque in ſimijs, ſub pede nullus tendo dilateſcit. nam à calcis oſſe [m] membranã in homine enaſci audies, lati tendinis naturam appoſitiſsimè exprimentem. Cæterùm interim ob nonnulla Galeni loca haud colligendum eſt, hos tendines, nerueam ve naturam, cuti citra alicuius interuentum adnaſci, aut nullo interuallo cutem à tendine ſemoueri. Inter tendinem namque & cutem in manu & pede, adeps plurimus continetur, cuius naturam iamiam explicabo: neque homines hanc ſolùm habent, imò canes plurimam quoque obtinent. Vniuerſum enim tuberculum, quod ad illorum quatuor digitorum radicem prominet, & quo pedem præcipuè figunt, adipoſæ eius ſubſtantiæ præſentia extuberat, utcunque interim adipe inter carneam membranam & cutem ſimiæ ac canes prorſus alioquin deſtituantur.

a 1 tab. k. 2 tab. h. 3 tab. Π. 4 tabu. λ.
b 3 tab. i.
c 1, 2 fig. cap. 23 li. 1 S.
d 4 tab. nus Λ, alterm, qui etiã 9 tab. Ξ indicatur, ubi etiam ſpecialis charact. q5.
e 3 tab. k ad l.
f ſub l 3 tabulæ.
g 3 tab. r.
h 3 tab. p. q.
i Manuel fi. ca. 11 li. 4 & etiam manus illius libri ultima fig.
k 3 tabu. b & m.
l 4 tab. ß.
m 13 ta. π.

Cuiuſmodi interna ſummæ manus cutem pariri decuit.

Muſculũ ſuo tendine late ſcentem, nõ ſemel deeſſe.

Inter cutem & tendinẽ, adipem reponi.

Lib. 1, 2, 3 de Vſu partium, & 1, 2 lib. de Admin. ſect.

DE CARNEA SVBSTANTIA, INTERIORI DIGITORVM REGIONI, ipſorumq; radicibus, & mediæ ſedi uolæ ſuperſtrata. Caput XLII.

SVBSTANTIAM præſenti Capite deſcribendam, nulla figura expreßimus, neque illam ſecus delineare integrum erat, quàm cutem & adipem in dextro pectoris latere fingere conati ſumus uigeſimaquinta libri quinti figura.

PER uniuerſam quatuor digitorum, & ſecundi tertijq; articuli pollicis longitudinem, ac quatuor manus monticulos, quos in Chiromantia ad quatuor digitorum radices reponimus, & ad uolæ medium, carnea quædam ſubſtantia reperitur, quæ inter latum [a] tendinem & cutem partim interiacet, partim (ſed minori portione) tendini ſubijcitur. Cæterùm hæc ſubſtantia, muſculorum carni, aut propriæ peculiariq; illorum ſubſtantiæ, aut, ut

a *muſculi* Π 3 *tabula inſigniti.*

ut fortè quiſpiam diceret,ſimplici carni,non reſpondet: uerùm ſubſtantia quædam eſt ſubalba & duriori, neruoſoq́; (quo id aptiùs explicem) adipi ſeu pinguedini quodammodo ſimilis. Opinor enim ab oſsium neruoſarumq́; partium huic ſubſtantiæ ac ueluti pinguedini accumbentium attactu & uicinio illam durio rem effici,illius adipis quaſi modo,qui in oſsium articulis ſubinde colligitur. Quanquam non duritia ſolùm hæc ſubſtantia ab adipe differt,uerùm & frequenti neruoſarum fibrarum & tenuium uenarum plexu. Ad hæc,in extremè emaciatis huius ſemper ſubſtantiæ portio quædam occurrit, perinde ac ſi propria peculiarisq́; corporis eſſet pars,ſecus ferè,quàm adeps,qui in admodum pueris,& prorſus extenuatis, & maraſmode mortuis hominibus,inter ſecandum uix deprehenditur. Verùm Arabes mihi hallucinari uidentur,hanc ſubſtantiam extra muſculi corpus,carnem ſimplicem immixtamq́; eſſe affirmantes, illorum modo,qui neſcio quam ſimplicem carnem in gingiuis ac pene collocant. Haudquaquam enim expẽderunt innumeras neruorum fibras,& capillorum modo tenues uenas,hanc ſubſtantiam intercurrentes, illamq́; nec colore (quum ad album potius quàm rubrum uergat) nec ſubſtantia, nec æqualitate continuitate ve etiã muſculorum carnem (quæ alioquin tot fibris implicatur,nihilq́; ferè quàm fibra quædam eſt) referre. Natura huiuſmodi ſubſtantiam,quam non niſi duriuſculæ conglobataeq́; pinguedini examuſsim aſsimilaueris,tanquam ſtratum aliquod,aut terram præparauit, cui aptè infiniti neruulorum ſurculi implantentur, quos ob exquiſitum tactus ſenſum,à maioribus neruorum propaginibus, internam manus ſedem adeuntibus,diffundi undique oportuit. Cæterùm etſi hæc pinguedo durior, admodumq́; neruea ſit, nihilominus in uniuerſa rerum ſubſtantia mollis eſt:ac proinde occurſantibus cedit,& ad aliud quippiam, neque id minimum,digitis conducit. Media enim inter tendines digitos flectentes,& dura,quæ apprehendimus,corpora reponitur:& aptiſsimè tendines,ne aut premantur,aut contundantur, munit:unde etiam meritò huius ſubſtantiæ quàmplurimum infernæ pedis cuti ſubijcitur. præterea oſsium rectitudinem tunc corrigit,quãdo in circulum manus quippiam eſt comprehenſura. Ac proinde externæ digitorum regioni hanc rerum Opifex minimè communicauit,ut quæ ibidem inutile pondus digitis inferret: quum hæc regio,neque illo abſolutiſsimo indigeat tactus ſenſu,neque quicquam in obliquum apprehendat, neque toties ſubulas,ſcalpella ve,& id genus artium inſtrumenta propellat, multaq́; molliat & terat. Quinetiam in interna manus ſede,ipſis quidem articulis minimum,in partibus uerò inter articulos medijs,plurimum huiuſmodi ſubſtãtiæ induſtrius rerum Conditor produxit. Haudquaquam enim oſsium ſedes,quibus illa inuicem coarticulantur,huiuſmodi ſubſtantia indiguerunt,quum flecti, atque ideo ab apprehendendo corpore abſcedere debeant,& ſubſtantia ea,præterquàm quòd nihil commodi in illis præſtaret, obſtaculo motui fieret, tum grauans,ut ſuperflua:tum etiam prohibens,quo minùs articuli in acutos angulos flecti poſſent. Lateribus autem digitorum Natura tantum eius ſubſtantiæ adnutriuit,quantum medias ibidem regiones,quæ ob articulorum tubera uacuæ manſiſſent,replere potuit,quo & inde manus,non ſolùm ut diuiſum in multas partes organum,ſed etiam uelut uariè indiuiſum,ſuo munere fungeretur. Adductis enim inuicem digitis, ita eorum media regio ab hac ſubſtantia oppletur:ut ſi quid etiam liquidi manu ſupina continere libuerit, id non elabatur. Quantum uerò huiuſmodi ſubſtantia ad corpora ſummis digitis apprehendenda auxilij præſtet,nemini non perſpectiſsimum eſt,quem minimè latet,ſi oſsium finibus nihil,quod cederet, appoſitum fuiſſet,ea facilè debuiſſe rumpi,nec illis potuiſſe plurima corpora eleuari:quod modò huius ſubſtantiæ,& renitentium illi unguium opera obimus feliciſsimè.

DE MVSCVLIS, MANVS DIGITOS mouentibus. Caput XLIII.

QVVM ſuperiore libro quinque digitorum oſsium conſtructionem perſequerer,longè aliam articuli ſpeciem in primis quinque digitorum internodijs, & in ſecundo pollicis haberi ſcripſi,quàm in ſecundo & tertio quatuor digitorum, & tertio pollicis internodio. Illa namque mutuò ea articuli ſpecie ingrediuntur,quam γίγγλυμον Græci uocant. Superius enim os in ſuum ſinũ inferioris oſsis tuber excipit, ipſumq́; inferius os in ſuis ſinibus ſuperioris oſsis capitula admittit. Vnde etiam ſimplicem tantũ motũ hęc internodia obtinent,qui extenſione & flexione nuſquam ne tantillum quidem in latus declinantibus perficitur. At quatuor digitorum prima oſſa inarticulatione cum illis quibus ſuſtinentur oſsibus coarctantur: unicus enim digiti oſsis ſinus unicum poſtbrachialis oſsis caput excipit. quapropter etiam illa prima digitorum oſſa,ut & primus quoq; pollicis articulus,duplici motu agi poſſunt,quo flectuntur & extenduntur, inſuperq́; ad latera inclinantur,ſeu,ut ſemper loqui inſtituimus, ad hos illos ve digitos adducuntur, uel ab ijſedem abducuntur. Cæterùm omnes digitorum motus,uiginti & octo compleri docebimus muſculis: at quum in illorum ſermone [b] muſculus quidam brachiali inſertus,neceſſariò etiam pertractandus uenit, hoc Capite nouem & uiginti deſcribentur. [c] Primi muſculi [d] principium teres,& ſtatim ab exortu grande,ac ex carnea neruoaq́; ſubſtantia mixtum, ab interiori humeri [e] tubere enaſcitur: non quidem ex ſuperiori, magisq́; prominente tuberis ſede, uerùm ab interiori ſub [f] muſculi ad internam manus cutem latum tendinem porrigentis, & [g] duorum, quos brachiale flectere audies, capitibus: præterea & ſub [h] illius ferè muſculi origine, qui inter radium in pronum agentes ſuperior enumerabitur. quanquam potius ex anteriori ſede, & inferiùs illa origine,primus hic digitorũ muſculus initium ducat, mox ab illo latior redditus, & ad ulnæ radijq́; medium perreptans: quò quum peruenit,exactè iam carnoſus & teres (in amplitudinem tamen modicè depreſſus)ad brachiale fertur. anteaquàm uerò brachialis radicem contingit,notabili ſatis internallo, ipſius

Digitorum motus.

Digitos mouentes muſculi 28.

Primus.

a Seriatim hanc oſtendunt figuræ cap. 27 li. 1.

b 10 tab. k. 11 tab. p.

c 5 ta. Θ. 4 tabu. β. 6 tab. ε.

d 5 tab. λ.

e 1, 2 fig. ca. 23 lib. 1 s.

f 3 tab. Π.

g 3 ta. Λ. m.

h 5 tab. ι. 7 tab. Q.

ipsius uenter in angustum magis [i] coactus, in quatuor carnosas partes diuiditur, quæ singulę neruosiores angustioresq; factæ, ilico in exactos cessant tendines: qui examussim teretes, & simul communi membrana utcunque tenui mucosaq; inuoluti, brachialis cum cubito articulum, ipsumq; brachiale transcendunt, communi omnes [k] ligamento in brachialis sinu obducti. Est autem ligamentum id ualidum & transuersum, annuliq; formam (quod ad eius cauitatem spectat) præcipuè referens, & totã brachialis sinus amplitudinem, quà ex ipsa originem ducit, succingens. Simulatque uerò tendines ligamentum id preteriere, inuicem ducti, tres acutos & interuallis pares constituunt angulos, & singuli unum quatuor digitorum sibi prepositum adeunt, & latiores membraneiq; facti, secundi digitorum ossis radici, & dein toti ossis longitudini inseruntur. Dum uerò prima digitorum ossa perreptant, [l] transuerso quoque obuoluũtur ligamento, quod ex tota internæ ossis sedis amplitudine enatum, canalem oblongum seu anulum effingit, quo primi musculi tendo, unà cum [m] alio, quem huic subijci dicemus, secundùm digiti longitudinem securissimè deducitur, ac ne sua sedè à digito declinet, aut contractus, suo ve munere fungens, eleuetur, pulchrè amplectitur: ita tamen, ut tendini liberum iter citra omnem connexum per ligamẽtum pateat. Tendines enim, quà primis digitorum ossibus porriguntur, neque transuersis ligamentis, neque ossibus, uel quouis pacto adnexi hærent: sed ligamenta uelut per lubricos & læues anulos, sibi laxè exculptos, minimè impediti perreptant. Cæterùm his primi musculi tendinibus, [n] ubi primo digitorũ ossi incumbunt, & priusquam secundum cõscenderunt (quanquã secus Galeno uisum fuit) peculiare rarumq; accidit, & lõga sectione diuisi, alium ipsis substratũ transmittant tẽdinem, de quo statim ac presentis musculi functionẽ sermoni addidero, sum per tractaturus. Functio autẽ ipsius est, secundũ quatuor digitorum os flectere, illud brachialis medio, ubi inuicẽ adhuc ipsius colligantur tendines, quàm potest proximè admouens. Et quemadmodum minimi digiti secundũ os, cæteri digitorũ secundis ossibus minus est, ita quoq; & eius digiti tendo reliquis tribus gracilior uisitur: ut & carnosa musculi pars, tendinem parui digiti promens, cæteras gracilitate superat. [o] Secundus musculus, [p] primo subiectus, ab interiore humeri [q] tubere, sub primi capite, sui initij uix aliquam portionem assumit: sed ex anteriori ulnæ [r] processu (quo illa humero coarticulatur) potissimùm enascitur, idq; præcipuè ab eius processus radice: quandoquidem ipsius superior pars, seu apex, illius [s] musculi excipitur insertione, qui cubitum flectentium est posterior. Secundus itaque musculus hinc [t] prodiens, exactè carnosus & teres (nonnihil latus tamen, & ut primus, modicè depressus) euadit, & mediam cubiti sedem cõprehendens, ulnæ adhuc adnascitur, à qua exortus sui robur non modicum ea sede asciscit, qua ulnæ [u] mẽbranco connectitur ligamento, inter radium & ulnam tota cubiti ferè longitudine consistenti. Quando uerò musculus parum ultra medium longitudinis cubiti descendit, aliquanto angustior redditus, [x] in quatuor carnosas portiones similiter ac primus finditur. Quæ ante brachiale in teretes cessant tendines, tanto primi musculi tendinibus spissiores, quantum secundi musculi moles primi magnitudinem excedit. Hi tendines communi membrana perquàm mucosa, ac cæteris omnibus nõ carneis membranis rubicundiori inuoluuntur, simulq; cohærentes, sub primi musculi tendinibus per [y] transuersum internæ brachialis sedis ligamentum, in manus uolam contendunt, in qua æquales angulos efficientes, mox inuicem dirimuntur, singuli ad unum quatuor digitorum excurrentes. Quemadmodum autem per uniuersam cubiti longitudinẽ & brachiale secundus musculus primo substernitur, ita quoque primi tendinibus, secundi tendines subijciuntur, & eodem simul ambo secundùm primi ossis digitorum longitudinem, transuerso ligamento obducti, æquè inibi atque in uola & brachialis sinu spectantur, teretes. Minimè enim ueritati consonum est, secundi musculi tendinem in primo internodio, ut Galenus alicubi asserit, dilatari. [z] Porrò ut secundi musculi tendines concinnè ad tertium digiti internodium pertingerent, primi iam musculi tendinibus in secundum os necessariò insertionem molientibus, operæprecium fuit, secundi musculi tendines aut ad tendinum primi musculi latera porrigi, aut quum ipsis rectà subijciuntur, incumbentem illis tendinem perforari, hacq; ratione substratum secundi musculi tendinem transmitti. At quum ossium latitudo, ut tendines secundi musculi ad latus declinent, minimè admittit: quumq;, si fortè ad latus ducerentur, obliquum sanè situm obtinerent, ac proinde obliquo etiam motui præessent: reliquum fuit, longa sectione superiorem tendinem mirabili industria findi, ut ea sectione secundi musculi tendo uectus, ad tertij ossis radicem pertingeret, ipsius flexionis, ut postea dicam, autor. Verùm etsi tendines primi musculi perforentur, ob id tamen cum Galeno neutiquam credendum est, eos secundi digitorum ossis lateribus inseri, quum maximè internæ illorum sedi implantentur, ac suis apicibus post perforationem, sub secundi musculi tendinibus colligantur: & perinde ac si non fuissent perforati, sed tantùm latiores redditi, insertionem moliantur, nonnihil ante hanc insertionem in senibus, impenseq; osseis, ut sic loquar, hominibus, [a] ossiculum sibi innatum uẽ dicantes, quod ossiculorum sesamo semini comparatorum classi ascribitur, & [b] patellæ genu usum formamq; quodammodo, ut & reliqua sesamina ossicula, refert, suaq; lubrica superficie (quæ ex tendinis substantia tantùm prominet) [c] sinui præponitur, inter duo capitula occurrenti, quibus primum quatuor digitorum os secundi ossis [d] sinus subit. Atque ut primi musculi tendinibus eiusmodi innascuntur ossicula, sic quoque alia secundi musculi obtingunt tendinibus, priusquam tertijs digitorum ossibus inserantur. Horũ tendinum [e] ossiculum sinui prælocatur, respondetq;, quem in suo medio habent secundi digitorum ossis capitula, tertij ossis sinibus inarticulata. Quanquam interim [f] omnibus aliàs nobis conspicuis in manu sesaminis ossiculis, hæc quæ dictis iam duorum musculorum tendinibus innascuntur, sint minima, obseruatuq; difficillima. Cæterùm ut in brachiale, & tota primi digitorum ossis longitudine, primi secundiq; musculi tendines transuerso ligamento cinguntur: sic quoque in tota secundi ossis longitudine aliud ligamentum tendinem secundi musculi hàc porrectum obuoluit, aut, ut semel dicam, eiusmodi ligamentum toti in

Lib. 1. de Vsu part.

Secundus.

Lib. 1 de Partiũ usu. Secundi musculi tendinum per primi tendines transitus.

Li. 1 de Administ. sect. et multo aliter 1 libr. de Vsu part.

i 5 tab. u. & ita fossim 5 tabulam et 6 facta.

k 4 tab. l.

l Id secum primi nequit, quàm digiti 4 tabulæ ad ponunt.

m 6 ta. y.

n ad 5 tu. aut sperlas & 7 6 tab.

o 6 ta. z. 7 tab. a.

p 5 ta. θ.

q 1 fi. cap. 23 lib. 1 L.

r 5, 11 fi. cap. 24 li. 1 C, dein L.

s 8 tab. T.

t 6 tab. a.

u 7 tab. Y inter S & T.

x 6 tab. ß.

y 7 tab. δ.

z Hic seriatim specta extremas manus 5, 6, 7 tabularũ.

a inferius X 1 figura ca. 25 li. 1.

b Figura cap. 32 lib. 1. & 8 muscul. tab. k.

c 2 fi. cap. 27 lib. 1 L. inter G & H.

d eiusdem fi. I. K.

e superius X 1 figura ca. 25 li. 1.

f Spectatur 1 fi. cap. 25 lib. 7.

ternæ

ternæ digitorum ſedi obtenditur,quod nulla membrana,nullo ve alio uinculo,aut fibra etiam,tendinibus adnaſcitur,nec ibidem quicquam membraneum inter duos tendines inuicem ſuffultos interuenit. In uola tamen,priuſquam tendines,digitorum ligamenta ſubeunt,ſinguli prorijs induuntur membranulis,quę tendinibus,quibuſdam fibroſis nexibus adnaſcuntur. g Tertius muſculus à h ſecundo mihi prorſus diſtinguitur,non anxiè interim ſolicito,num ſecundo illum adnumeres, ac ſecundum tunc in quinque carnoſas partes,totidemq; tendines diſſciſſum proferas,dummodo uera tertij muſculi deſcriptio non reticeatur,qui tota cubiti longitudine,ſuperiori lateri ſecundi muſculi exporrigitur,illi nuſquam, niſi fortaſsis ad cubiti cum humero articulum,continuus:ſed perinde ac cæteri muſculi mutuò accumbentes ſolent, toto progreſſu illi duntaxat cohærens.Enaſcitur quidem carneo teretiq; principio ex ulnæ i ſede,qua hæc radij capitulum in proprium ſinum excipit:& hinc prodiens,radio attenditur,illi uniuerſa ipſius propemodum longitudine adnatus,& ab ipſo principium continuè ducens, ex ea potiſsimùm ſede, ubi k membraneum ligamen,ſecundùm cubiti longitudinem porrectum,ex radio ad ulnam enaſcitur,quod etiam huic muſculo principij portionem offert.Quum uerò muſculus radio ad hunc modum expanſus, ad brachiale properat, in teretem ceſſat l tendinem,peculiari membrana,quam mucor imbuit,obtectum: non autem communi membrana,quæ in brachialis ſinu m ſecundi muſculi tendines inueſtit. Quinetiam tertij muſculi tendo nulli quatuor ſecundi muſculi tendinum ſubijcitur:quamuis interim per tranſuerſum brachialis feratur n ligamentum,illius attenſus lateri,quod ad pollicis radicem conſiſtit:ubi etiam brachialis os, pollicem ſuſtinens, o ſinum huius tendinis potiſsimùm occaſione inſculptum habet,ad quem tendo reflexus,medius que inter p muſculos primum pollicis os & ſecundum flectentes occultatus, ad ſecundum pollicis repit internodium,ubi tranſuerſo ligamento in tota ſecundi oſsis longitudine exceptus,tertium os accedit, cui lateſcens ualidè inſeritur,eius oſsis flexionis,uti mox ſubiungam,futurus opifex.Priuſquam uerò tertiũ pollicis articulum tendo iſte ad ſuam uſque inſertionem omnino ſuperat, illi ſeſaminum innaſcitur oſsiculũ, quod ſua læui & lubrica ſuperficie,qua extra tẽdinem prominet,anteriori ſinus ſedi præponitur, inter duo capitula conſpicui,quibus ſecundum pollicis os,tertij oſsis ſinus ſubingreditur. In caudatis ſimijs tertium hunc muſculum non reperies:uerùm in uolæ medio,à q tendine ſecundi muſculi, medium digitum petente,exigua portio enaſcitur,quæ tranſuerſim ad pollicem ducta, ultimo ipſius oſsi implantatur. Atque ita hæc tendinis portiuncula peculiarem portionem carnoſam, ut cæteri quatuor ſecundi muſculi tendines, neutiquam adipiſcitur,aut etiam accedenti medium digitum tendini alligatur:at ab ipſo prorſus enaſcitur,ſuper indicis tendinem tranſuerſim uecta.Cæterùm non caudatæ ſimiæ,magis humanæ conſtructioni accedentes, r tertium muſculum hominis muſculo figura ductuq; (niſi quòd etiam inſigniùs s ſecundo muſculo continuus ſit) ſimilem nanciſcuntur:uerùm uti illis quoque ſimijs pollex multo minor inualidior que quàm homini obtigit,ita etiam tertius ipſarum muſculus ad proportionem minor graciliorq; quàm hominis muſculus ſpectatur.Quinimo,quum earum ſimiarum pollex etiam adhuc breuioribus graciliori-busq; oſsibus extruatur,quàm cæteri illarum digiti,tertius muſculus graciliorem meritò tendinem in ipſis profert,quàm ſecundi muſculi ſunt tendines:quum interim in homine tertij muſculi tendo, ſecundi muſculi tendines craſsitie inſigniter uincat,quemadmodum & humanus pollex mole & robore cæteros anteit digitos.Adeò,ut haud mirum ſit,Galenum iam exactiùs diſſectiones aggredientem, in primo de illis Adminiſtrandis libro ſcripſiſſe,tertij nobis ita uocati muſculi tendinem illis tendinibus graciliorem eſſe, qui à ſecundo muſculo producuntur.quod ſanè haud feciſſet,ſi hominis perinde ac ſimiarum hiſtoriam poſteris tradere ſtuduiſſet,aut homines alioquin ſectioni accommodaſſet,uel tunc præcipuè ,quum Epicuri philoſophos,& Aſclepiadis medicos,ea quæ hominis pollici cum ſimiæ pollice in magnitudine & robore eſt differentia,tam prolixè irridet,ipſeq; eos reprehendendo facilè oſtendit, quàm hominis pollicem nunquã ſecuerit.Porrò ſi inſuper noſtrum de uera hominis fabrica ſermonem permulta hactenus Galeni placitis in primo de Partium uſu libro renitentia adduxiſſe expenderis,& potiſsimùm illi figmento, quo is adhuc in anatomicis rudior,pollicem non ad brachialis medium,cæterorum digitorum modo, ſed ſuper alios, uerſus uolæ medium flecti comminiſcitur:non me inſcitiæ,aut in Galenum communem præceptorem impietatis prius inſimulato,quàm proprijs manibus (ut & id cum ipſo dicam) ſectionem obieris,aut alteri accuratè illam tractanti,admonitus iam aſtiteris,rem uniuerſam diligenter in ſimijs & hominibus obſeruãs. Reperies namque,non modò nunc commemorata, Galeni ſententiæ doctrinæq; meritò reluctari:ſed & id quoq; maximè,quod de ſecundi ac tertij muſculorũ functione ſubnexurus ſum. Opinatur enim Galenus, & cum illo omnis reſectionis profeſſorum chorus,ſecundum muſculũ quatuor digitorũ primũ tertiumq; os flectere:& quem nos tertium recenſuimus,ſecundi pollicis oſsis & tertij flexum moliri:quum tamen ambo ſuorum digitorum duntaxat tertij oſsis,ut primus ſecundi,flexionis reuera opifices ſint.Nullũ enim muſculum primariò os mouere,niſi eidem inferatur, Galeno cæterisq; Anatomicis firmiſsimi axiomatis loco habetur.at ſecundi muſculi tendines neque primis quatuor digitorum oſsibus,neque tertij tendo pollicis ſecundo oſsi,ne obſcuriſsimè quidem inſeritur,applantatur ve:ergo nec eorum quodpiam hi muſculi agunt. Neminem enim fore arbitror,qui (etſi Galenus id primo de Partium uſu aſtruat) ſecundi muſculi tendinem primo oſsi dilateſcentem implantari dicturus ſit:quum Galenus in diſſectione temporis ſucceſſu exercitatior, tribus interiectis de tranſuerſo ligamento uocibus, integram paginam ibidem reſtituere conatus fuerit: parum tamen ſui memor,quum poſtea inſertiones tendinum in digitos, ſimul in numerum colligit. Ac proinde ſi beneficio tranſuerſi ligamenti,quod in primis quatuor digitorum oſsibus, & ſecundo pollicis exiſtit,hæc oſſa à ſecundi & tertij muſculi tendinibus flecti,quis pro Galeno certans,illiusq; poſteriora ueriora q; ſenſa capiens contenderit,reſpondeat is quæſo, cur minus & t primi muſculi tendines,

Tertius muſculus.

Primo libro de Partium uſu.

Pleraq; hic Galeni placitis contraria proponi.

Ad finem 1 libri de Admin. ſect.

g 6 tab. u. 5 tabu. p. 7 tab. b.
h 6 ta. Ξ.
i 1 fig. ca. 14 lib. 1 L. & deinceps.
k 7 tab. V inter S, T.
l 6 tab. θ.
m 6 ta. Ξ.
n 4 tab. θ.
o 1, 2, 4 fig. cap. 25 li. 1 proceſſus P notatur, ad cuius internum latus ſinus iſte ſpectatur.
p 6 tab. x. λ. & 7 tab. charact. 1, 2, 3.
q quaſi à tẽdine γ in 6 tab. nota to ad θ portio duceretur.
r 6 tab. x.
s 6 ta. Ξ.
t 5 tab. Θ.

prima quatuor digitorum ossa flectant? quum & hi eodem ligamento contineantur. Non enim quicquam prorsus est, cuius beneficio potius secundi musculi, quàm primi tendinibus prima internodia flecti, quis demonstrare posset. Quinetiam in medium adferat obsecro, quamobrem Galenus non senserit, secundi quatuor digitorum ossis flexiones, tendines secundi musculi omnino autores esse? quum tamen & in secundi ossis radice, totaq; ipsius longitudine, hi tendines transuerso obuelentur ligamento. Ad hæc, illum me docere optarim, quamobrem & primus & secundus & tertius digitos mouentium musculi, etiam brachiale non flectant, quum in interna brachialis sede [u] transuerso ualidoq; ligamento non mediocri ductus longitudine contineantur. Similiter rationem comminisci uelim, quapropter quamplurimi tibiam occupantes musculi, qui pedem adeuntes, [x] transuersis ligamentis inter tibiæ ossis extremum & calcem, ac rursus inter fibulæ apicem, exteriorem ve malleolum ac calcem obuoluuntur, non illorum ligamentorum etiam auxilio pedem moueant, quum tamen in his omnibus par sit ratio: uti etiam in omnibus cæteris musculis, qui transuerso ligamento in alio osse, quàm unde principium duxere, induuntur. Ac proinde plerosque in [y] cubiti exteriori sede, & in [z] tibiæ anteriori regione, tendines ibidem ligamentis circundatos, in medium, ad robur huic meo paradoxo conciliandum, non adfero. Vt itaque tres hactenus ex digitorum musculis enarratos brachiale non flectere, certo certiùs constat, ita quoque nisi suorum, quibus inseruntur, ossium flexionis opifices censendi sunt. Si quis tamē nihilominus (etsi præterea Naturā primis quatuor digitorum singulis ossibus [a] duos peculiares musculos, & secundo pollicis ossi tres, eorum ossium flexionis autores elargitam esse mox docebimus) transuersi ligamenti interuentu, primo & secundo musculo primum quatuor digitorum os, & tertio item musculo secundum pollicis os flecti arbitratus fuerit, non oscitanter cuiusque internodij flexionis uim perpendat. nam primum internodium, quod ex ipsius sententia, primi ac secundi musculorum tendinibus, ac dein alijs duobus paulo pòst explicandis musculis inflecteretur, uix firmius flexionis robur, quàm tertium internodium commonstrat, utcunque etiam unicus tantùm tendo huius motus dux censeatur. Insuper si quis transuersorum ligamentorum beneficio flexum peragi contendet, rationem sanè adferat oportet, qui eueniat, tertia & secunda digitorū ossa, extensis & immotis primis, posse flecti: si enim transuersorum ligaminum auxilio secundi musculi tendines prima ossa inflecterent, necessariò tertijs ossibus flexis, prima quoque flexionem semper experirentur, quum contractum tendinē in suum quo obuoluitur ligamentum, perpetuò uim & renixum moliri necessum sit. [b] Tres itaque nunc dictos musculos, ex disitis regionibus, per totam nimirum cubiti longitudinem Natura produxit: ne si fortè in manu principium assumerent, eam carne obruentes, magnam ponderosamq; redderent: quod quantum ad uaria, quæ manu obeuntur, munia incommodi intulisset, quiuis promptissimè colligit. Deinde robur in flexione maius requirebatur, quàm quod breuibus musculis præstari ualebat, qui ex proximis ijs quæ mouenda erant ossibus principium ducerent. Atque hanc pariter ob causam, ut digiti scilicet ualida flexione pollerent, non unius tantum musculi ope tres digitorum articuli flectuntur, sed singuli proprios exigunt. Illi quidem articuli, quos recta duntaxat, & in neutrum latus inclinante flexione agi oportuit, unico eodemq; ualido contenti fuere tendine: illi uerò, qui flexu suo in latera etiam inclinari debebant, pluribus tendinibus musculisq;, & illis non admodum ualidis (ut etiam illorum flexio infirma est) egerunt. Porrò tendinibus transuersa ligamenta secundùm digitorum ossa (uti hactenus satis constat) obducuntur: ne quoties secundum aut tertium digitorum os inflectimus, tendines tanquam recti protensiq; funiculi, & uirgulæ secundùm ossium flexionem non incuruatæ, à flexo iam osse ad cubitum tensæ exurgerent, & cutem in miram altitudinem eleuantes, manus uolam turpiter implerent. Ligamenta enim, etsi tendines contrahantur, eos tamen ossibus, quibus non inseruntur, adiacere cogunt. In uola uerò & brachialis sede mucosis membranis tendines induuntur, quo tutiores procederent, easq; membranas tanquam propugnacula & muros sortirentur. Sed secundi musculi membranę alius quoque usus existit: siquidem [c] musculos oblongos & paruos, quorum opera digitos quatuor pollici adducimus, ab illa enasci audies. Cæterùm iam opportunum erit, musculos prima quatuor digitorum ossa, & primum secundumq; pollicis flectentes, aggredi. Sunt autem hi omnes numero tredecim: ad singulos nimirum quinque digitorum primos articulos bini, & ad secundum pollicis terni. [d] Qui quatuor famulantur digitis, omnes rectà secundùm postbrachialis longitudinem digitos adeunt omni propemodum ex parte carnei, ac postbrachialis [e] ossibus connati, & denique primorum in digitis ossium lateribus interiori in sede inserti. Duorum igitur paruum digitum flectentium [f] unus ab exteriori latere superioris partis postbrachialis ossis, quod paruo prælocatur, carnoso principio oritur, etiā nonnihil inibi adnatus brachiali. Hinc rectà ascēdens, ad primum usque digiti hos carnosus per manet: ubi uerò os contingit, latiusculo tendine exteriori ossis lateri, uersus interiora tamen, inseritur. Alter ex interiori eiusdem postbrachialis ossis latere, ad ipsius iuxta brachiale extremū, originem ducit: & inter id os & sibi proximum ad digitum tendens, carnosum quoque permanet, donec lato ac ueluti membraneo tendine interiori lateri primi ossis parui digiti implantetur. Quando utrique musculi colliguntur, primum digiti os in neutrum latus uergens flectitur: si uerò exterior egerit, interiore quiescente, digitus in exteriorem partem nonnihil inclinans flectitur: at solo interiore laborante, digitus ad interiora conniuens, flexionem experitur. Ad hunc sanè modum aliorum trium digitorum musculi habent, adeò ut bini in singulis postbrachialis ossium interuallis (quæ tria sunt) reponantur, & [g] is qui indicis interiori lateri inseritur, interno postbrachialis ossis indicem sustinentis lateri adnascatur, in uolam magis quàm in externam manus regionem, ut & cæteri primos articulos flectentes musculi, protuberans. Horum musculorum tendinibus, qui admodum breues sunt, &, uti iam monuimus, latiusculi, [h] sesamina ossicula illis manifestiora innascuntur, [i] quæ [k] primi & [l] secundi digitos mouentium musculorum tendinibus peculiaria

Transuersorum ligamentorum usus.

Mucosarū membranarum usus.

Tredecim post tertiū in numero, ordine succedentes. Illorum octo, qui quatuor subseruiunt digitis.

a 7 tab. dd rect. 1, 2, 3

b 6 tab. ζ ζ ii.

c 6 tab. ζ ad γ. 7 ta. d ad f.

d sub Δ 8 tabula.

e 1, 2 fig. cap. 25 li. 1 I, II, III, IIII.

f 4 tab. ζ.

g 8 ta. Ψ.

h 1 fi. cap. 25 li. 1 V, V.

i 1 fig. ca. 25 lib. 1 X, X.

k 5 ta. Θ.

l 6 tab. Ξ

liaria esse diximus. In mulieribus namque, & non admodum exiccatis, senibusq; aut osseis uiris, ea osicula inter dissecandum etiam facilè occurrunt, quæ læui sua & lubrica superficie, qua ex suo, cui innascuntur, tendine prominent, anteriorem contingunt [m] capitis sedem, quod primo digitorum osis [n] sinui inarticulatur: ita ut singulis postbrachialis osium capitibus unum utrinque in anteriori ipsius regione præfigatur osiculum, eius usus gratia, quem in primo libro, horum osiculorum naturam explicans, commemorarui. Cæterùm [o] musculi, quorum beneficio primum pollicis internodium flectitur, unà cum [p] musculo, qui pollicem à cæteris digitis maximè abducere dicetur, carneam molem constituunt, quæ ad pollicis radicem reposita, montem, quem chiromanticorum alij Veneri, alij Marti ascribunt, effingit. Galenus autem in libris de Vsu partium, hanc molem falso unicum esse musculum arbitratus est, quem pollicis ab indice abductionis autorem recensuit, cuiq; ualidiorem motum, crasioremq; tendinem, quàm musculo tertium pollicis articulum flectenti, perperàm ascripsit. Quemadmodum etiam ueritati parcens, [q] molem illam carneam, quam chiromantici Lunæ monti tribuunt, unum quoque musculum, quo paruus ab alijs abducitur, esse ibidem docuit, quum interim maiorem ipsius portionem exterior musculus primum minimi digiti os flectentium procreet. [r] Primus itaq; pollicis musculus, ex superiori [s] transuersi brachialis ligamenti sede carneus enascitur, & toti primi pollicis osis longitudini interna regione attensus, perpetuò carneus illi inseritur, perquàm obscurè secundum pollicis contingens internodium. [t] Secundus, qui nuper dicto prorsus occulitur, longeq; minor illo est, ex transuerso quoq; ligamento, & [u] osse brachialis pollicem fulciente enatus, in primi pollicis osis radicem implantatur, non ultra medium longitudinis primi eius osis pertingens. Sunt itaque hi duo pollicis musculi inter digitorum motores duodecimus & decimustertius, si modò octo musculos, quatuor digitorum prima internodia flectentes, ante hos enumeraueris. Porrò qui secundum pollicis os flectunt, [x] tres numero censentur, magis differentem situm ab illis qui quatuor digitorum prima ossa flectunt, obtinentes, quàm duo primi pollicis osis flexus opifices. Qui enim quatuor famulantur digitis, rectà secundùm manus longitudinem procedunt: qui autem primum pollicis os flectunt nonnihil obliquè ducuntur: sed musculi, secundi pollicis internodij flexionis autores, quodammodo transuersi cernuntur. Operæprecium namque erat, quatuor digitos uersus brachiale inclinari: pollicem uerò illis in functione oppositum, ad ipsos inflecti. Meritò igitur tres musculi, secundum pollicis os flectentes, ex uola, tanquam è quarta circuli parte, principia sortiuntur: nimirum ad eius lineæ circunscriptionem, quę ui talis & cordis chiromanticis appellari consueuit. quamuis nonnihil ulteriùs, quàm ea consistat linea, ex uola initium ducant, ad trianguli nimirum illius, quem chiromantici in media uola collocant, superius & exterius latus. Primus itaque musculus obliquum latumq; principium ducit ex postbrachialis osse, cui medius innititur, modicè subter ipsius capitulum digito inarticulatum. Hinc carnosus prorepens, nonnihil angustior redditur, & membraneo tendine, secundi pollicis osis lateri, quod indicem spectat, uersus interiora se inserit. Secundus inferiore suo latere iam dicto musculo cõtiguus, ex media sede postbrachialis osis, quod medio præponitur, originem ducit, nonnihil tamen & os, quo anularis fulcitur, contingens. Origo huius quoque tenuis lataq; est, & statim carnea ad insertionem usque conspicitur, quam in medio interioris partis secundi pollicis internodij tentat. Tertius huic proximus, ex postbrachialis osis anularem sustinentis radice, quæ brachiali coarctatur, originem pariter latiusculam sumit: & obliquè pollicem accedens, lateri interiori secundi pollicis internodij uersus priora implantatur, tendine etiam latiusculo & breui, cui præcipuum maximum ve sesaminorum osiculorum circa manus digitos repertorum [y] osiculum innascitur: uti & primi secundum pollicis os flectentium musculorum tendini aliud, sed paulo minus, obtigit [z] osiculum. Contingunt uerò, aut prælocantur duo hæc osicula, læui & lubrica sua superficie, qua ex tendinibus prominent, anteriori sedi capitis primi pollicis osis, quod secundi osis sinui inarticulatur: itaq; osicula hæc eius sedis latera spectant, ut inter ipsa [a] tendinem tertij digitos mouentium musculi tutò ac citra cõpressionem, fallacem ve aliàs sedem, ad tertium pollicis os ferri sinant. Cæterùm tres isti musculi, dum unà contrahuntur, in sesq; colliguntur, fortissimè secundum pollicis internodium flectunt: primo autem duntaxat agente, ad superiora uersus indicem pollex dirigitur. dum uerò secundus solus cõtrahitur, ad medios digitos pollex flectitur: quemadmodum infimo ad suum principium contracto, pollicis deorsum, & magis uersus paruum digitum flexio perficitur. Hos tres, etsi in simijs quoque obseruentur, Galenus non modò ignorauit, uerùm etiam falsas rationes in primo de Partium usu astruit, quibus imperitior aliquis animum adhibens, ne hos quidem inter secandum aggredi tentaret. Neque etiam uerisimile est, quum secundò Administrationes anatomicas emitteret, ac in secundo de Partium usu libro lineam unam de musculis primos digitorum articulos flectentibus, post illorum librorum indubiè editionem, & non ex totius in ipsis alioquin occurrentis enarrationis sententia, interijceret, hos musculos ipsi cognitos fuisse, quum illos nullibi descripserit: quemadmodum fecerunt Arabes, hos, quantum auguror, cognoscentes, & duos, qui primi pollicis osis flexioni præsunt, negligentes. Vndecim namque musculos in manu digitis flectendis extructos recensuerunt, octo quidem ad quatuor digitos, tres autem ad pollicem referentes. Quanquam rursus ambigem, num casu ipsi Vndecim, loco Decem, ex Galeno scripserint: quum citra aliam descriptionem, musculos tantum Oribasij more enumerent. Quinetiam in primo de Administrandis sectionibus Galeni libro, omnes quos hactenus uidi codices, tres mendas in numeris habent. Octo namque duorum loco illic legitur, ubi manus musculi, pollicis in latera motibus seruientes enarrantur. & rursus ad calcem propemodum libri, quo cubitum mouentes musculi recensentur, Tres scribitur, ubi Duo, insuper Duo, ubi Tres scribendum fuerat: non secus sanè, ac malè etiam Primi usus, pro Secundi illic legitur, ubi Galenus in eodem libro ligamentorum usus commemorat. Verùm hæc, cum innumeris sanè alijs, pro mea uirili in Galeno

Horũ duo, quæ pollicis primo ossi famulantur.

Tres, qui secundo pollicis ossi famulantur.

Tres secundum pollicis os flectentes musculi, Galeno ignorati.

candidè sunt restituta, quem nuper Italia & Germania latinum dederunt. Hactenus itaque sedecim musculos, quibus digiti flectuntur, commemorauí: ac proinde nunc [b] decimusseptimus, digitos extendentium primus futurus, opportunè describetur, qui [c] principio ex carnea nerueaq; substantia mixto, & utcunque lato, à prominentiori sede exterioris humeri [d] tuberis enascitur, & per mediam cubiti sedem magnus & carnosus, & paulo minùs toto teres porrigitur, nulli alteri connatus ossi, neque aliunde quàm ab humero principium ducens. Quum uerò propter radij extremum, cui brachiale inarticulatur, [e] pertingit, arctior redditus, in tres portiones carnosas finditur, quæ simul communi membrana indutæ, fibrisq; tenuibus inuicem cohærentes, in tendinem ilico ab ipsarum à musculi uentre diductu degenerant: ac unà per [f] sinum, in radij exteriori sede exculptum, ad brachiale contendunt. Est autem sinus ille, ex quatuor in exteriori sede appendicis radij excauatis, radij cum ulna [g] articulo proximus. Huic itaque sinui utcunque amplo, & admittendorum corporum magnitudini ad amussim respondenti, tres isti tendines incumbunt, transuersoq; [h] ligamento ipsis peculiari obuoluuntur, ne aliquando ex sinu declinent, & ne contracto ipsorum musculo in altum exurgant. Vbi uerò ligamentum perrepserunt, brachialiq; iam insternuntur, latescentes, & ab inuicem semoti, unus indicem, secundus medium, tertius anularem petunt. Mox autem atque suorum digitorum radices contingunt, adhuc multo tenuiores amplioresq; redditi, ac, ut postea dicemus, uariè inuicem [i] permixti, primi ossis radici inseruntur, & per totam digiti longitudinem ascendentes, medio exterioris trium ossium regionis adnascuntur, trium illorum digitorum extensionis potissimùm opifices. [k] Decimusoctauus musculus, gracilis longusq; est, ab [l] exteriore humeri tubere principium sumens, inter decimiseptimi musculi caput, & [m] exortum musculi, qui postbrachialis ossi, quo minimus digitus suffulcitur, insertus, brachiale extendit. Hinc itaque decimusoctauus secundùm inferius latus decimiseptimi carnosus fertur, quousque cubiti finem attingat, ubi in unum cessans tendinem, communi radio & ulnæ [n] sinu & transuerso [o] ligamento utitur. Tendo iste statim atque brachiale superauit, ad paruum contendit digitum: & latior redditus, nonnihilq; cum tendinis anularem à decimoseptimo adeuntis portione, ad parui digiti radicem commixtus, & illi quodammodo tendini portionem unà offerens, posteriori trium parui digiti ossium regioni implantatur, illorũ extensionis opifex. [p] Decimusnonus, duobus ultimò descriptis in cubito substratus, obliquo ductu donatur. A posteriori namque ulnæ processu, usque ad ulnæ sedem, qua nõ multo ante brachiale ueluti exactè teres euadit, continua serie, tanquam ex recta [q] linea, [r] musculi quidam enascuntur, omnes obliquo situ præditi. Atque hi tres obtinent radices, principia ve: ac primum quidem, quod elatissimum, & brachio uicinius est, ad [s] musculum refertur radio peculiarem. Secundum autem, primo iam ordine succedens, ad pollicem & brachiale spectat: cuius ductum, ac in plures ueluti musculos distributionem, musculorum pollicem extendentium enarratio docebit. [t] Tertium autem, quo in præsentia potissimùm egemus, quodque secundo principio ordine succedit, ab ulnæ osse ultra medium ipsius longitudinis, uersus bracchiale enascitur, exactè carneum, & instar oblongæ lineæ originem ducens, paulo angustius ab exortu redditur: & obliquè deorsum uersus radij ad brachiale appendicem conscendens, in [u] duas carnosas portiones discinditur: quarum inferior decimumnonũ efformat musculum, à superiori illius principij parte distinctum, quam doctrinę gratia uigesimumprimum, & pollicem uersus alios digitos euertenten musculum appellaturus sum. Hoc igitur tertium principum in duos musculos distinguam: quamuis interim principij ratione non obstem, quo minùs ambas ipsius partes, unius musculi loco quiuis rencensere possit. Decimus itaque nonus, ab ulna eo quo dixi modo enatus, obliquè radij appendicem petit: ac priusquam hunc contingit, in duos inuicem cohærentes finitur tendines: qui proprio [x] sinui in radij appendice incumbentes, & peculiari [y] ligamento transuersim obuincti, super brachiale expanduntur. Sinus autem horum tendinum nomine, in radij extremo sculptus, inter [z] sinum, decimiseptimi musculi gratia incisum, & illum consistit, quo bicornis tendo eius [a] musculi uehitur, cuius beneficio brachiale extenditur. Hic bicornis tendinis sinus [b] alteram quoq; portionem tertij illius ex ulna prodeuntis principij transmittit, quam pollicis motibus famulari audies. Haud enim arbitrandum est, ambas tertij principij portiones unico sinu ac ligamento uti, & huic decimonono musculo ligamentum peculiare non obduci. Porrò ubi iam deciminoni musculi tendines brachiale superarunt, compressiq; admodum sunt, indicis & medij digiti radicem petunt, illi ut eorum digitorum, ac in primis indicis, à pollice abductionis autores sint, inserti. Obliquus namque totius musculi ductus affatim attestatur, illum non nisi obliquo præfici potuisse motui: uti contrà, decimumoctauum parui digiti extensionem potius, quàm ipsius à cæteris digitis abductionem moliri, rectus ipsius per cubitum incessus, & magis adhuc ipsius situs arguit, qui sub paruo digito neutiquam uersus inferiora obliquus cernitur. Atque istud non obiter sanè in ipsa resectione tibi spectandum uenit. neque uulgariter profectò animus adhibendus est uariæ, & non omnibus hominibus pari commixtioni, quam tendines ad digitorum radices moliuntur, à tribus postremò commemoratis musculis educti: ut diligenter expendas, quàm multa Galeni placitis pugnantia, necessariò in illorum musculorum historia scripserim. Is namque decimumseptimum musculum, anteaquàm brachiale conscendat, in quatuor tendines scindi tradidit, horum unum paruo quoque digito tribuens: quum tamen in tres tantùm tendines eum musculum dissecari innuerim. Præterea Galenus tendines hos digitorum ossibus illic tantum connasci scripsit, ubi ad articuli compagem accedunt, quum tamen toti ossium longitudini æquè adnascantur. Ad hæc, [c] musculum digitos extendentem, per [d] sinum, transuersumq; [e] ligamentum ferri ait, quod radio & ulnæ est commune: quum id decimooctauo seruiat musculo, & proprium [f] ligamentum & [g] sinum in radij appendice decimusseptimus sibi uendicet. Deinde, quum deciminoni musculi fabricam enarrat, multo secus quàm res se habet, huius [h] principium

Decimusseptimus digitos mouentium.

Decimusoctauus.

Decimusnonus.

Tres musculorum radices, ab ulnæ longitudine procedẽtes, quarum tertiæ, 19 musculus est pars.

In 1 de Partium usu, et 1 de Administ. sect.

b 9 u. 2 2 tab. Vac tab. 5.
c 9 tab. 2
d 2 fi. cap. 23 lib. 1 P.
e 9 tab. b
f 2, 4 fig. cap. 24 lib. 1 y.
g 1 fi. cap. 24 lib. 1 h aut potius 2 figura h 1, 2 ta. charact. 3
i Vtmanifestè uidere est id in extrema manu 9 tab.
k 9 ta. G. 2 ta. X. 10 tab. r.
l 2 fi. cap. 23 li. 1 P.
m 9 tab. A, c.
n 2 fi. cap. 24 lib. 1 f.
o 2 ta. charact. 1.
p 10 ta. p
q per 5. 8 2 & 6 fig. ca 24 li. 1.
r 10 tab. A, Ξ, Π.
s 10 13 tab. A.
t 10 ta. Π.
u 10 ta. a. superior p, uerò inferior notatur.
x 2, 4 fig. cap. 24 lib. 1 d.
y 2 ta. charact. 4.
z 2, 4 fig. cap. 24 li. 1 unus, y, alter ε & ζ notatur.
a 11 ta. A.
b 10 ta. a
c 9 tab. Z
d 2 fi. cap. 24 lib. 1 b.
e 2 ta. charact. 1.
f 2 ta. charact. 3.
g 2 fi. cap. 24 lib. 1 y.
h 10 ta. Π. & expende simul alia duo principia.

principium à tota ulna,aut ulnæ ſuperiori parte brachio uicina pendere commemorat: quum tamen trium principiorum radicum ve,ab ulna ſeriatim prodeuntium,decimumnonum muſculum tertij ac infimi principij humiliorem,ac brachiali propinquiorem eſſe portionem (uti reuera eſt) deſcripſerim. Inſuper decimooctauo duos tribuit tendines,illumq; anularis & parui digitorum à pollice abductionis autorem ſtatuit,nulla raræ illius à nobis commemoratæ tendinum mixtionis habita ratione: quum ego interim decimumoctauum,in primis paruum digitum extendere, dictis antea occaſionibus contendam. Verùm quia paruum digitum (ne in contrarijs mihi cum Galeno deſcriptionibus enarrandis nimius ſim) adeò ac uelut ex abundanti à cæteris abduci oportuit,quoties rotundas figuras manu complectimur, & quia huiuſmodi motus [i] decimooctauo muſculo acceptus ferri nequeat,rerum Opifex [k] muſculum breuem, ſed ualidũ in manu repoſuit,illi motui præfectum. A [l] quarto enim brachialis oſſe,quod rectum appellauimus, muſculi huius principium prodit,quod per Lunæ monticulum ad paruum digitum pergens, toto ductu cárneum uiſitur,muris ſeu lacertæ formam eleganter exprimens.quippe muſculus iſte in exortu utcunque tenuis,in medio teres craſſusq; eſt:in inſertione autem,quam in externum primi oſsis parui digiti latus molitur,gracilis,tenuisq; & nerueus euadit.ſit itaque hic ordine uigeſimus. Cæterùm [m] uigeſimusprimus, *Vigeſimusprimus.* pollici peculiaris cenſetur:eſtq; ille altera [n] tertij ex ulna pendentis principij portio, quam à [o] decimonono,qui ad indicem potiſsimùm fertur,diſtinguimus.Ab ulnæ itaque exteriori ſede, iuxta [p] ligamentũ membranæum,inter cubiti oſſa,qua inuicem dehiſcunt,conſiſtens,& iuxta medium longitudinis cubiti iſte muſculus enaſcitur,uerſus radium obliquè properans.Priuſquam uerò radij inferiorem contingit appédicem,in paulo minus toto teretem ceſſat tendinem,qui communi cum bicorni [q] tendine, brachiale mouente [r] ſinu,& [s] ligamento plerunque (nanciſcitur enim aliquando proprium) deductus, ad manum cõtendit,& ilico lateſcens,totius pollicis longitudini inſeritur,non quidem in medio exterioris regionis, ſed in exteriore eius regionis latere,quod indicem ſpectat.Quo tamen tendo magis ad tertium pollicis os con *Vigeſimuſecũdus, quẽ ſimul cũ 23 recenſetur.* tendit,eo magis quoque medium exterioris ſedis pollicis ſibi uendicat. Cuius autem motus hic muſculus opifex ſit,ilico ſubijciam,atque duos ſequentes nunc muſculos deſcripſero. Ex [t] tribus itaque muſculorũ principijs,quæ ab ulna ſecundùm ipſius longitudinem exoriri relata ſunt, [u] medium principium utcunque amplum,longa ve ſatis linea enatum uiſitur:& obliquè ſuper radium conſcendens, illi inſternitur [x] muſculo,quem bicorni tendine brachiale extendere docebo.Simulatq; uerò principium hoc eum muſculum integit,in [y] duas impares portiones diuiditur,à ſeſe nullo interuallo diſtantes, ſed mutuò accumbentium muſculorum ritu inuicem hærentes.Superior portio aliquandiu carnea permanẽs, in teretem quodãmodo tendinem ceſſat,inſertum exteriori brachialis [z] oſsis ſedi,quod pollicem ſuſtinet. Inferior autem principij portio,ſtatim ac aliquouſque in anteriora prorepſit, in [a] duas rurſus carneas partes diſtinguitur, quæ ſingulæ in tendinem finiunt,ac cum ſuperioris portionis tendine, proprio [b] ſinui in radij appendice leuiter,ſed latè inciſo inſident,peculiariq; [c] ligamento tres ſimul tendines mutuò accumbentes obducuntur:etſi interim nonnunquam ſingulos tendines ſingulis anulis,ſeu trãſuerſis ligamentis donari uiderimus. Poſtquam autem inferioris portionis tendines brachiale ſuperarunt,unus in primi pollicis oſsis radicem implantatur,illic in externam ipſius regionem iuxta internum latus finiens. Alter tendo,membranoſo tantùm nexu primi pollicis oſsis longitudini adhærens,in ſecundi oſsis radicem exteriori ſede,uerſus internũ latus inſeritur,non totus inibi ceſſans,uerùm ad ſummum uſque pollicis apicem, ſecundo & tertio oſsibus pertinaciter,ac inſtar membranæ adnatus.Nobis itaque integrum erit, [d] principij ſecũdi, quod ulna profert,occaſione,unum hic ſtatuere muſculum:aut tendinum,ac ueluti carnoſi principij [e] diuiſionis gratia, tres muſculos enumerare,ut ſcilicet ſingulis tendinibus ſingulos aſcribamus muſculos: aut propter [f] continuitatem inferioris portionis carnoſæ,& [g] tendinum ipſius in eundem digitum inſertionem, duos tantum recenſere licebit muſculos:ut ſcilicet [h] ſuperior portio ad brachiale ſpectans, unius loco habeatur: & [i] inferior portio ſuo inceſſu in duas carneas partes & totidem tendines diuiſa, unius muſculi uice commoretur.Quod Galeni etiam ſententiæ magis erit accommodum,quum is quauis etiam enumeratione inferiorem portionem unius tantùm muſculi loco recenſuerit, ut qui unicum ipſius tantùm [k] tendinem *In 1 lib. de Admin.diſſ.* tribus pollicis oſsibus communem cognouerit,deſcripſerit ve.quanquam & non caudatæ ſimiæ eo deſtituantur [l] tendine,quem hominibus primo tantum pollicis oſsi inſertum eſſe diximus. imò caudatarum ſimiarum,ab hominis fabrica magis adhuc quàm non caudatæ uariantium, totum ſecundum ſeu medium ex ulna prodiens [m] principium,unicum tantùm educit tendinem, qui in brachialis regione modico interuallo primùm diſſectus,parua portione brachialis oſsi pollicem ſuſtinenti inſeritur,maiori portione pollicem ita ac in cæteris apparet ſimijs,accedens.Sit igitur in noſtro muſculorum numero ac ſerie, inferior ea medij principij portio,in duos tendines digeſta,mouentium digitos muſculorum uigeſimusſecundus:ipſa uerò ſuperior portio ad brachiale pertinens,muſculorum hoc Capite hactenus commemoratorum uigeſimustertius:etſi interim is digitorum uix famuletur motibus,uerùm cuidam brachialis extenſioni & obſcuro radij circumducti opem ſecundariò ferat.Porrò [n] uigeſimoſecundo (ut tandem ipſius munus explicem) & qui prius deſcriptus eſt, [o] uigeſimoprimo pollex rectà euertitur,extenditur ve, quoties ambo muſculi unà contrahuntur:quippe uigeſimoſecundo tantùm in ſe collecto,pollex obliquè ac ueluti in latus à cæteris abductus digitis,extenſionem patitur,à uigeſimo autem primo ad indicem magis euerti ſolet.Cæterùm adhuc reliqui ſunt [p] duo lateralibus pollicis motibus ſubſeruientes muſculi: & [q] alij inſuper quatuor,quibus quatuor digiti ad pollicem ducuntur.Pollex enim,quum inſtar alterius manus, reliquis digitis opponi debuit,meritò muſculos ſibi uendicat,quorum beneficio ab illis maximè abducitur,& rurſus uariarum actionum gratia,indici proximè admouetur. [r] Qui igitur pollicem maximè abducit, ab anteriori ſede

Vigeſimitertij muſculi munus, non ad digitos pertinens.

Munus 21 & 22 muſculorum.

Sex muſculi digitos mouentes adhuc reliqui

i 9 tab.Θ.
k 11 ta.f.3 tab.4 ta.n. 9 tab.h.
l 1,3,5 fi. ca.25 lib.1 charact. 4.
m 10 ta.o. 11 tab.u.1 d.2 e.9 f.
n 10, 11 tab.Π.
o 10 ta.p.
p 12 tab.h inter f et g.
q 11 ta.muſculi A notati.
r 2,4 fig. c.p.24 lib. 2 ζ.
s 1,2 tab. charact. 4.
t 10,11 ta. Λ, Ξ. Π.
u 10 tabu. Ξ.1 tab c.9 tab.e.
x 11 ta.Λ.
y 10 ta ſuperior portio k, inferior l. ſic 2 tab.b,r.
z 2 fi.cap. 35 li.1 charact. 5.
a 10 ta.m, n.11 tab.q, r.
b 2,4 fig. cap.24 li.1 n.
c 1,2 tab. charact. 6.
d 10, 11 tab. Ξ.
e 10 ta. Ξ in k & l.et dein l in m & n.
f ubi in 10 tab. m & n ducuntur ab l.
g 11 ta.q, r.
h 10 ta.k.
11 tab.p.
i 10 tab.l in m & n.
k 10 ta.n. 11 tab.r.
l 1 tab.m. 11 tab.q.
m 10 ta.Ξ.
n 10 ta.l. & m,n. 11 tab.q,r.
o 10 ta.o. 11 tab.u.
p 3 tab.p. 4 tab.μ unus, alter uerò 11 ta.ſ.
q 6 tab.ζ. ζ.7 tab.d.
r 1 tab.i.3 ta.p.4 ta.μ

sede osis brachialis,cui pollex innititur,neruco principio,quod statim carneum euadit,enascitur:ac deorsum protensus,secundo pollicis articulo,membraneo tendine inseritur. Hic musculus, unà cum [s] duobus,primum pollicis internodium flectentibus,quibus iste insternitur, carnosam uolæ partem efformat, quæ ad pollicis radicem consistit. Galenus autem in libris de Partium usu, præsentem musculum non admodum uerè in primum pollicis os inseri,scriptum reliquit:quum notabili & uera insertione ipsi non adnascatur,sed duntaxat fibrosis nexibus inualidè hæreat. Verùm non mirum est, Galenum eiusmodi insertionem nos docuisse,quum id scribens,duos musculos primum pollicis os flectentes ignorauerit, ac illos præsentis musculi partes esse arbitratus fuerit. Musculus iste [t] interioris pollicem euertentium, qui ordine uigesimussecundus erat,actionem excipit:atque ita quàm maximè pollicem ab indice remouet, id priuatim adeptus,quòd inter musculos manum & cubitum occupantes, solus quodammodo liueat, propriæ ipsius,quæ crassior est,membranæ gratia. [u] Alter musculus,lateralibus pollicis motibus seruiens, ex interiori latere,uersus posteriora tamen, [x] osis postbrachialis,quod indici præponitur,initium ducit carneũ, & secundùm totam eius osis longitudinem enatum. Musculus iste inseritur carnea implantatione,toti externo lateri primi pollicis osis,membraneum tendinem radici quoque secundi osis porrigens. unde etiã huius fibræ transuersæ quodammodo sunt,à postbrachiali ad pollicem ductæ, ac proinde etiam illum indici proximè accommodantes,& musculi pollicem ad exteriora [y] euertentis (qui in nostra serie uigesimusprimus est) actionem excipientes. Porrò [z] musculi,quatuor digitos pollici adducentes, graciles & teretes sunt,singulis quatuor secundi musculi tendinibus (qui quatuor digitorum tertium os flectunt) singuli exporrecti: oriuntur enim ex membraneo inuolucro,tendines illos,cum brachialis sinum, & [a] transuersum ipsius ligamentum perreptant,induente. Hinc simul cum tendinibus ad digitos procedentes, ac interiori tendinum lateri attensi, in digitorum radicem inseruntur, ad internum eorundem latus, uersus interiora insertionem membraneam moliti,ista namque sede illos inseri decuit, qui in latus ad pollicem quatuor digitos erant inclinaturi. Præsentibus musculis hoc sanè rarum, perinde ac oculi [b] musculis obuenit,quòd non ex osse,aut cartilagine,sed ex membraneo tendinum inuolucro originem sumpserint. Iam si his quoque musculis tuum numerum,disciplinæ gratia auxeris,in uniuersum uigintinouem in hoc Capite descripti exurgent: quorum uigintiocto, digitorum duces sunt, [c] uigesimotertio interim ad brachiale relato. Porrò mirabitur forsitan aliquis,cur minus [d] musculos, quatuor digitos pollici adducentes, & [e] eum qui paruum à cæteris abducit,primo quatuor digitorum osi dixerim inseri, nulla interim mentione succedentium internodiorum osium ve facta:quum tamen Galenus in omnibus digitorum osibus secundùm totam illorum longitudinem, eorum musculorum tendines, membranæ modo inseri, connasciq;,in primo de Administrandis sectionibus studiò serioq; scriptum reliquerit:secus quàm in libro de Partium usu,ac illo etiam priores Anatomici. Ego nequaquam inficias eo, digitorum ossa secundùm eorum longitudinem,eregionè insertionis illorum musculorum membranis obduci, uerùm non talibus, quales commemoriati modò musculi porrigere deberent.quandoquidem illæ nullum fibrarum genus,secundùm longitudinem excurrens ostendunt, neque parem etiam ductum cum [f] musculorum ex cubito in exteriorem digitorum sedem insertorum tendinibus retinent. Quinetiam solius primi in quatuor digitis articuli,& primi secundiq; quodammodo in pollice beneficio,digiti in obliquum & latus aguntur:cuius causa,dum digitorum ossa persequerer, articulationis differentia esse commemorabatur. Si itaque quispiam eiusmodi membranas,musculorum in latera agentium tendines cum Galeno (quem articulorum in digitis discrimina & differentię latuerunt) esse cõtenderit,frustra eos & ligamenti tantùm uice secundis & tertijs digitorũ osibus comissos fateatur oportet. Rursus studiosior aliquis in Galeni libris uersatus,illũq; admodũ contraria de insertione tendinum docere animaduertens operietur, donec omnes musculorum digitos mouentium insertiones in unum numerum redegero, Galenum in primo de Partium usu imitaturus, qui eas parum rectè persequitur: quoniam [g] tredecim musculos,qui in manu locati,digitorum flexus autores sunt,omittens, falso [h] secundi musculi tendines, primo quatuor digitorum osi implantatos, inibi tradidit. Deinde etiam [i] decimoseptimo musculo,& [k] decimooctauo,& [l] decimonono, alios quàm educunt tendines,Galenus tribuit,ac proinde alias quoque quàm moliuntur insertiones. Et sanè nisi uaria illa tendinum,quos tres dicti proferunt musculi,ad digitorum radices commixtio,ac ipsorum ueluti in plures surculos diuisa per externam digitorum sedem series, obstarent,quo minus certum illorum ominum insertionum numerum statuere ipse breui oratione queam,Galenum intelligendi gratia,uniuersorum digitos mouentium musculorum insertiones tecum in catologum recensserem. Si tamen singulis quatuor digitorum,osibus,ex tribus dictis musculis quasi geminam (quum ego interim quibusdam illorum, & præcipuè parui digiti osibus,simplicem ferè ascribam) in posteriori ipsorum sede implantationem, Galeni nomine,& succinctę orationis causa, ascriberes, omniaq; deinde, ut ex nostra sententia habent, subaudires, sexaginta omnes ueræ insertiones (non accubitus,leues ve annexus dico) erunt: in primum scilicet pollicis articulum quinque,in secundum septem,in tertium tres, in minimi digiti primum internodium sex, in reliquorum autem trium digitorum prima internodia duntaxat quinque,in quatuor uerò digitorum secundum & tertium internodium tres. Quæ porrò eiusmodi sint insertiones, ipse tecum, ut musculos rursus in memoriam, quasi in epilogum contrahas, repetito: ac deinde rursus perpendito, quot uniuersæ essent, si etiam [m] musculi lateralibus motibus præfecti, qui in manu reponuntur, insertiones in succedentia ossa, quæ in latus (nisi secundariò) non aguntur, ex Galeni sententia molirentur: & deinde etiam, si [n] uigesimisecũdi musculi utrunque tendinem,primo pollicis osi inseri uera insertione admiseris, ut nunc primum pollicis internodium sex admitteret insertiones ([o] qui enim pollicem maximè abducit, in primum ipsius

os

Ex uiginti nouẽ descriptis musculis,28 digitorum motibus famulari.

De tendinũ insertionibus nõnulla.

Musculorũ insertionum collectio.

s 6 tab. λ.

t 10 ta. n. u 11 tab. r.

u 1 tab. h, 2 d. 9 g. 10 t. 11 f. 12 x 1, 2 fig. cap. 24 li. 1.

y 10 ta. n

z 6 tab. ζ. ζ ad γ. 7 ta. d ad f.

a 4 tab. h.

b 1, 2 fig. cap. 11.

c 10 ta. k.

11 tab. p.

d 6 ta. ζζ.

e 3 tab. r.

f 9 tab. Z. Θ. 10 ta. r, p, o.

g 6 tab. κ. λ. 7 ta. charact. 1, 2, 3. ta. 8 sub. Δ.

h 6 ta. Ξ.

i 9 tab. Z.

k 9 ta. Θ.

l 10 ta. p. 11 tab. t.

m 3 tab. r. p. 6 tabu. ζ. ζ. 11 tab. f.

n 10 ta. l. dein m, n.

o 3 tab. p.

os non uerè inſeritur) tertium autem pollicis os quinque, & ſecunda tertiaq́; internodia indicis, medij, & anularis etiam quatuor, parui autem digiti ſecundum & tertium internodium quinque inſertiones obtinerent, conſurgent omnes ſeptuagintatres. Si etiam dein tranſuerſorum ligamentorum beneficio factas oſsibus applicationes adnumeraueris, & ſecundum quinque digitorum internodium una applicatione, & primum quatuor digitorum duabus auxeris, inuenies (niſi me additio fugerit) octuagintaſex. nam primo pollicis internodio P tertij muſculi tendinem tribuere nequis: quamuis hic numerus adhuc & q lati tendinis applicationes ſibi uendicare poſſet, ut tria quatuor digitorũ, & duo pollicis internodia, adhuc una augerentur commiſsione, numerusq́; nonagintaocto conſtitueret. Quem ſi ad utranque manum conferens duplicaueris, quot numeris centum & octodecim Galeni ἐμφύσεις & παραφύσεις modò ſuperaſti? ac facilè expendis, quàm promptum ſit, cognita hominis fabrica, in Naturę laudes expaciari, multasq́; paginas in partium uſu diffuſe recenſendo abſumere. *Libr. 1. de Vſu partiũ.*

DE MVSCVLIS MOTVVM BRACHIALIS OPIFICIBVS. Caput XLIIII.

VM brachiali reliqua manus pars flectitur, ac extenditur: deinde etiam in utrunque latus agitur, idq́; quatuor maximè muſculorum beneficio. Quorum [a] primus ex [b] interiore humeri tubere [c] principium ex carnea nerueaq́; ſubſtantia mixtum aſſumit, hinc totius ulnæ longitudini adnatus, & in progreſſu ab ipſa exortus ſui robur aſſumens. Exporrigitur autem hic muſculus inferiori lateri muſculorum, [d] qui per cubitum repentes, digitorum flexionibus præſunt, unde etiam internam ulnæ ſedem [e] magna ex parte amplectitur: quemadmodum & medium quoq; inferioris ſedis cubiti occupat, cui ſcribentes innitimur. [f] Reliquum autem inferioris illius cubiti ſedis, quod exterius eſt, [g] alius muſculus ſibi uendicat, quem ante paruum digitum poſtbrachiali inſertum, illius extenſionem moliri audies. Duo enim illi muſculi, inuicem fibroſis nexibus ualidè hærentes, uelut ſtratum quoddam & puluinar, cui commodè totum cubitum inniti ſinimus, efformant. Cęterùm primus hic muſculus, quum ad ulnæ uſque finem prorepſit, paulo ante cubiti cum brachiali articulum, in [h] ualidum, & quodammodo teretem ceſſat tendinem, carniformi ſemper ſubſtantia interiori ſua ſede ad brachiale uſque auctum: ubi uerò id tranſcendit, prorſus excarnis eſt, ualidiſſima inſertione ſuperiori [i] quarti brachialis oſsis ſedi implantatus: quod rectum cartilaginoſumq́; appellari, ac [k] unico tantum oſsi committi, primo libro diximus. Præſens tendo, qua ulnæ appendice articuloq́; brachialis ſuffulcitur, peculiare ligamentum, quo ipſi tranſuerſim obducatur, nullum obtinet: ſed communi omnium muſculorum membrana, quæ ligamenti uice eſt, quamq́; inter manus ligamẽta quodammodo etiam recenſebimus, circundatur, & perquàm ualidè brachialis cum cubito articuli ligamentis connectitur. [l] Secundus brachiale mouentium muſculus, ab interiori quoque humeri tubere [m] exoritur, illius, quod nuper commemorauimus, capiti proximus, & inſtratum quoque habens [n] caput eius muſculi, qui internæ manus cuti dilateſcentem exporrigit tendinem. Secundus hic muſculus a ſuo initio ingreſſu obliquo ad elatius [o] primi digitos flectentis muſculi latus contendit, ipſi magna ex parte innitens, radioq́; exporrectus. [p] Ante brachialis autem radicem, in teretem ceſſat tendinem: qui ſimulatque brachiale ad pollicis radicem [q] contingit, incurioſe illum ſecantibus, ibidem brachialis oſsibus inſeri putatur. uerùm ubi [r] muſculus ab indice pollicem abducens, unà cum duobus primum pollicis internodium flectentibus, à brachiali liberatus eſt, hic brachialis muſculus conſpicitur internam brachialis ſedem præterire, & lateſcens in poſt brachialis [s] oſsis, quod indici præponitur, radicem inſeri, internæq́; tranſuerſi hic [t] ligamenti ualidè ad naſci. Duobus internis alij totidem externi reſpondent. [u] unus ab [x] exterioris humeri tuberis radice principium capit, ad latus eius [y] muſculi, qui præcipuus extenſionis minimi digiti autor eſt. Plurium enim ex eo tubere certa ſerie prodeuntium capitum, hic brachialis muſculus humillimam & ulnę proximam ſedem obtinet. unde etiam & ex [z] poſteriori ulnæ proceſſu, qui humero articulatur, hic muſculus nonnihil principium ducit, illi inſtratus [a] muſculo, qui originem inibi quoque ſumens, radium adit, illumq́; in ſupinum agit. Hinc itaque tertius brachialis muſculus [b] prodiens, humiliorem exterioremq́; ulnæ regionem amplexatur, [c] inter primum brachiale mouentium, & eum qui paruũ digitum extendit, exporrectus. Quando uerò brachiali appropinquat, in teretem finit [d] tendinem, qui [e] ſinui in appendice ulnæ exculpto innititur, [f] tranſuerſo ligamento, quod unicum ulna proprium nanciſcitur, obductus. Quum primùm ſuperato ligamento, brachiali ſuperuehitur, latior factus, poſtbrachialis [g] oſsis minimum ſuſtinentis radici inſeritur, nonnunquam ante inſertionem oſsiculum ſibi innatum obtinens ſeſaminum, quod nonnihil dictum modò poſtbrachialis os etiam ſuffulcire uidetur. [h] Alter exteriorum, qui ordine quartus eſt, latiuſculo principio longè ſupra exterius humeri tuber enaſcitur, ubi humerus uelut in oblongam [k] acutiem lineãque prominet. Hinc carnoſus, & longa utcunque linea prodiens, radio inſternitur, & paulo ſub illius longitudinis medio, in robuſtum definit [l] tendinem, qui bicornis bipartitus ve ſtatim ab ortu ſpectatur, utranque partem paulo minus toto teretem gerens: eſt enim nonnihil latior, quàm profundior. Hæ partes, aut tendines, etſi inuicem dirimantur, non tamen digno notatu interuallo diſsiti, recto tramite radio exporriguntur, ad illius appendicem iuxta brachiale contendentes: quò quum peruenerint, illis exculpto [m] ſinui incumbunt, & communi ipſis & illi [n] muſculo, qui pollicem uerſus indicem euertit, [o] ligamento circundantur. Quod deinceps ſuperantes, magis tum quàm prius, inuicem diſtant, in poſtbrachiale amplis inſertionibus (ne fortè craſsis & teretibus extra reliquam manus ſuperficiem hic emineant) P implantati: unus

Brachiale mouentium primus. *Secundus.* *Tertius.* *Quartus.*

p 6 tab. n. & 8.
q muſculi II ta. 3, ubi tendo l inſigniter.
r 4 tab. Σ. 11 ta. Z. 2 a. 3 m. 5 *. 9 Ξ.
b 1 fi. cap. 23 lib. 1 S.
c 4 tab. γ.
d 4 tab. β.
n 5 tab Θ.
e 6 ta. Ξ.
e 1, 6 fig. n. 24 lib. 1 d.
f 2, 6 fi. ca. 24 li. 1 e in xta a, a.
g 9 ta. Λ. quod deinc ẽ cognitũ Ξ.
h 4 tab. δ.
i 1, 3, 5 fi. cap. 25 li. 1 charakt. 4.
k eorũdem ſtabar. 3.
l 3 tab. A. 1 ta. X. 2 g. 4 e.
m 3 ta. f.
n 3 tab. i. muſculi II.
o 4 tab. β.
p 3 tab. g.
q 3 tab. h.
r 3 tab. p. dein 6 tab. xiX.
s 1 fi. cap. 25 lib. 1 I.
t 4 tab. θ.
u 9 tab. Λ. 2 Y. 10 q.
x 2 fi. cap. 23 lib. 1 P.
y 9 ta. Θ. aut uide qui in 2 tab. Y ducitur iter X & a.
z 1, 2 fig. cap. 24 li. 1 D.
a 10, 12 tab. Λ.
b 9 tab. c.
c 9 ta. inter Ξ & Θ.
d 9 tab. d.
e 2 fi. cap. 24 li. 1 V.
f 2 ta. charakt. 2.
g 1, 2 fig. cap. 25 li. 1 IIII. cui ſub eſt oſsiculũ N notatum.
h 11 ta. Λ. 1 b. 2 T. 3 c. 9 Y. 10 f. 12 o.
i 11 tab. i.
k 1, 2 fi. ca. 23 lib. 1 Q.
l 11 ta. k.
m 2, 4 fig. cap. 24 lib. 1 ε, ζ.
n 10 tab. o.
o 1, 2 tab. charakt. 5.
p 11 tab. l.

unus enim in radicem ossis indicem sustinentis, alter uerò in radicem eius cui medius innititur, insertionem tentat. Quartus hic musculus, unà cum tertio, brachiale, si ambo in se colligantur, extrorsum reflectunt, extendunt ve. hisq; auxiliatur q musculus, quem brachialis ossi, quo pollex sustinetur, inseri docuimus, quum superiore Capite illum in tota inibi descriptorum musculorum serie uigesimumtertium nominaremus: & ut his duobus brachiale extenditur, ita etiam duobus interioribus seu primis idem pulchrè flectitur. Dein eisdem musculis, quibus brachialis flexio extensioq; concreditur, brachiale ad latera quoque ducimus. r Si enim interior musculus, & exterior, qui indicem spectant, s reliquis duobus laxatis contrahantur, brachiale introrsum atque ad interius latus agitur: at si his laxatis, alij duo, qui minimum respiciunt digitum, in se colliguntur, brachiale ad exteriora in latus mouetur. Cæterùm præter hos, quos brachiali tribuimus, motus, Galenus ipsi uersionem in pronum ac supinum adscripsit, peculiarem ab ea quam secundariò manus radij beneficio adipiscitur. Mihi tamen manus aut brachialis, quiescente radio, in pronum supinum ve motum aliquem perfici, hactenus percipere non licuit. t Deinde radij sinus, cui brachiale inarticulatur, oblongus est: & ipsum brachiale, quà sinui imponitur, oblongum quoque, neque ut humeri, aut femoris superius caput, rotundum uisitur: adeò ut hic ossium articulus consurgat, prorsus ad circumactum ineptus. Verùm ut Galenus proprios in pronum & supinum motus brachiali ascribit, ita quoque quatuor enarratos musculos, illorum autores esse contendit: prout hic nimirum, ille ve contrahatur, aut quiescat. Cuius sententiam si non oscitanter perpenderis, hæc illum finxisse, imaginatumq; citiùs, quàm in resectione perspexisse (ut alia in libris de Vsu partium per Iouem pleraque) animaduertes.

Musculorũ munus.

Brachiale proprio motu in supinũ & pronum non agi.

Libr. 2. de Partiũ usu.

DE MVSCVLIS RADIVM IN PRONVM ET SVPINVM AGENTIBVS. Cap. XLV.

DVMMODO in præsenti eorum memineris, quæ a de radij ad rotundum humeri caput articulo, b & brachialis rursus cum radio, c radijq; & ulnæ inter se commissuris, superiore libro tradidimus: nunc mediocri negocio percipies, qua ratione radius à proprijs tractus musculis, quiescente interim ad humerum ulna, in pronum supinumq; circunducatur, & quo nam pacto radij beneficio manus eosdem motus secundariò obtineat. Quũ itaque radius ulnæ & superiori ipsius & inferiori extremo articuletur, quumq; per reliquam longitudinem duo illa ossa inuicem distent, operæprecium fuit, suprà & infrà musculos illum moturos extrui. Sunt autem hi quatuor, duo quidem superiori radij extremo subseruientes, reliqui autem duo inferiori, atque ex his duo internam cubiti sedem, alij duo externam occupant: interioresq; radium in pronũ mouent, exteriores eundem ad supinum conuellunt. d Interior, qui radij partem brachiali proximam mouet, secundùm ulnæ longitudinem, ex tota amplitudine interioris ipsius sedis, qua brachiali proxima est, enascitur: hincq; carneus, ad interiorem radij regionem transuersim procedens, ipsi carneus adhuc inseritur. Habet itaque musculus hic, si cum reliquis secundùm cubiti longitudinem expansis conferatur, fibras transuersas, ex ulna nimirum in radium transuersim conscendentes. Neque hic musculus, ut uisum est dissectionis professoribus, radium ulnamq; intercedit: sed secundùm cubiti amplitudinem, totam interiorem radij ulnæq; sedem complectitur, adamussimq; quadratus est. Tantam enim obtinet longitudinem, quanta est latitudo interioris cubiti regionis, quam simul cum radio ulna cõstituit: deinde tam latus uisitur, quàm longus. ad hæc omni ex parte carneus, & in ipsius medio spissus extuberansq; obseruatur, instar puluinaris ipsum transcendentibus ad digitos e tendinibus substratus. Huius musculi fibræ, radij partem, quæ brachiale spectat, introrsum trahentes, radium in pronum adigunt. f Exterior musculus, contrarij motus autor, & huic neque situ neque figura respondens, omnium qui cubitum perreptant longissimus est, quantum scilicet ad musculi uentrem, & longiorem carnis ductum attinet. Aliàs namque perperàm illum omnium longissimum esse Galenus dixisset, quum plerique ad digitos protensi, simpliciter multo longiores sint. Ab externa itaque humeri regione g elatius, quàm musculi bifido tendine brachiale extendentis caput constitit, huius radij musculi h principium educitur: quod quia secundùm humeri longitudinem latum nascitur, carneumq; est, longè supra exterius humeri i tuber elatiori sua sede reponitur. Musculus hinc deorsum expansus, & latus ualidusq; apparens, radio insternitur, superiori lateri musculi bifido tẽdine brachiale extendentis contiguus. Vbi uerò ad radij finem, cui brachiale coarctatur, processit, in exactum finit k tendinem, qui membranæ modo latescens, radij appendicis superiori l regioni inseritur, quadantenus in interiora productus. Musculorũ superiorẽ radij partem mouentium m interior, ex interioris humeri tuberis n radice, & o ex interiori ulnæ latere, quà humero articulatur, carnoso ualidoq; principio enascitur: & hinc admodũ obliquè internã radij sedẽ cõscendẽs, carnea p insertione ante mediũ radij lõgitudinis ipsi implãtatur. A carnea hac insertione, neruea implãtatio ad mediũ usq; radij lõgitudinis educitur, radijq; superiori regioni ualidissimè inseritur, peculiarẽ inibi in radio q asperitatẽ, cui firmetur, sibi uẽdicans. Musculus iste, quoties contrahitur, intrò radium ducens, illum constituit pronum. r Exterior, qui peculiarium radij musculorum quartus est, ductu figũraq; nunc dicto propemodum par, s enascitur ab exteriori articuli cubiti regione, ex articulum circundante ligamento, ualidè etiam ex ulnæ posterioris t processus externo latere, principij sui portionem sumens. Hinc ad radium in priora conscendit, & radio propter interioris musculi insertionem u applantatur. uerum huius insertio non æquè atque interiori neruosa est, neque adeò in radij longitudinem producitur. Attamen ductus breuitas hos duos, ut & x primum, qui ad brachiale habetur, exacto tendine destituit. y Musculus itaque, quem postremò recensui, superiorem radij partem

Quatuor radium peculiariter agẽtes musculi. Primus.

Libr. 1. de Admin. diss.

Secundus.

Primo de Admi. sect.

Tertius.

Quartus.

a 9 fig. cap. 24 lib. 1 D. u 12 tab. d iuxta e. x 7 tab. X. y 12 tab. Λ.

q 2 tab. h. 10 k. 11 s. r 3 tab. λ. unus, alter 11 tab. λ. s 9 tab. numi Λ, alter Ξ. t 1, 2, 4 fi figurarum ca. 25 lib. 1 char. 1, 2, 3 in x, y, z fi. 8 cap. 24 lib. 1. a 9 fi. ca. 24 li. 1 Q ad P 1 fi, ca. 23. b 1, 2, 5 figurarũ ca. 25 li. 1 tabr. rect. 1, 2, 3, in x y, z fi. 8 ca. 24 li. 1. c ca. 24 li. 1 fig 11 k. ami m 2, 9 fi. in l 11 fi. & rursus p 5, 10 fi. in o 7 figure. d 7 tab. X. 8 s. e 5 ca. musculi β. 6 tabu. musculi Ξ et u. f 6 tab. Λ. 12 Θ. 1 a. 2 s. 3 d. 4 a. 5 x. 7 Y. 9 X. 10 e. 11 h. g in 9 tab. X elatius i quàm Y, in 10 tabu. e quàm f. h 12 ta. a. 6 tab. b. i 2 fi. cap. 23 lib. 1 P. et in 10 ta. e distat à g. k 6 tab. u. 12 tab. b. l 2 fi. cap. 24 lib. 1. x uersus a. m 7 ta. Q. 11 V. 2 f. 3 e. 4 y. 5 i. 6 x. 8 R. 12 e. 13 f. n sub S & T 1 fi. cap. 23 lib. 5. o sub L fi. 1 ca. 24 li. 1. p 12 tab. e. 13 g. q 2, 4 fi. ca. 24 lib. 1 u. r 10, 12 ta. Λ. 11 m. 13 h. s 12 ta. e. t 1, 2, 11

tem extrorsum obliquè conuellens, radium in supinum mouet.

DE MVSCVLIS CVBITVM FLECTENTIBVS & extendentibus. Caput XLVI.

QVEMADMODVM radius sui cum humero [a] articuli beneficio pronus supinusq; constituitur, ita quoque ulnæ cum humero [b] articulus appositissimè cubiti totius flexioni extensioniq; famulatur: & interim radius in eum modum humero est articulatus, ut simul cum ulna ad humerum flecti extendiq; queat. Musculi uerò, horum motuum duces, si in maximum redigantur numerum, duo flexionem, & tres extensionem perficiunt. si autem ad minorem referantur, aut duo, aut unus, erunt extendentes: duo tamen, utcunque numeraueris, flectentes. In canibus & caudatis simijs necessariò tres extendentes perpetuò recensentur: quorum etiam descriptionem ilico atque hominis musculos enarrauero, subnectam, quo accuratiùs primi de Administrandis sectionibus Galeni libri calcem assequaris. Atque hos ea tradam lege, ut omnia de cubitum mouentibus musculis figmenta secundi de Vsu partium libri non cogar recensere. quandoquidem quum ueram illorum musculorum naturam didiceris, abundè ea tuo Marte refelles, stupens profectò, qua ratione eiusmodi sensui repugnantia Galenus posteris tradiderit, ac postea sectione peritior factus, ea cum alijs quibusdam in libris de Partium usu non recognouerit. [c] Primus itaque flectentium, duobus ualidissimis & mutuò distantibus enascitur principijs: [d] unum quidem exactè, nerueum, & ad amussim teres, exoritur ab eminentiori [e] parte ceruicis scapulæ, seu ex superiore supercilij ipsius acetabuli sede. Hoc sub [f] ligamentis humeri articulum continentibus, & huic principio transuersi instar ligaméti obductis, super humeri caput in anteriora procedit, [g] sinuq; uehitur, ipsi in prioribus capitis & ceruicis humeri regionibus priuatim cælato. [h] Alterum huius musculi principium, à tota inferiori sede & apice interioris [i] processus scapulæ, quem anchorę comparamus, duplex quodammodo enascitur, non quidem disiunctum, sed duplicem substantiæ speciem exprimens, & dicto nuper [k] principio (etsi Galeno secus uisum fuerit) multo latius. principij enim [l] pars, ab apice processus initium ducens, exactè nerua est, & crassa, & propemodum teres: [m] pars autem huic continua, ac ex reliqua processus sede prodiens, carnea lataq; uisitur. Neutrum istorum principiorum, statim ab exortu deorsum tendens, humeri ossi adnascitur. Verùm aliquantulo sub humeri capitis ceruice, ubi ambo [n] inuicem coitura, unum efformare musculum incipiunt, carnosa pars interioris principij, ab interno scapulæ processu enata, humeri ossi lata & utcunque carnea insertione aut nexu adnascitur, priuatam ossis [o] asperitatem, cui aptè committatur, nanciscens. Consistit autem hæc asperitas ad radicem eius [p] sinus, quem externo præsentis musculi principio incisum diximus. Eiusmodi nexus adeò ualidus interdum mihi apparuit, & carnosam illam interioris principij partem adeò proceram uidi, ut proprium musculum à scapulæ interiori processu in humerũ inseri arbitratus fuerim, qui brachium etiam attolleret. Postquam uerò hic anterior cubitum flectentiũ musculus, ex duobus illis efformatus principijs, hunc nexum in humerum molitus est, ab humero iam abscedens, & ad amussim teretis carnosiq; [q] musculi effigiem, ante resectionem in musculosis egregiè conspicuam præ se ferens, alium conscendit [r] musculum, ipsi toto progressu subtensum: non amplius enim, uel puncto etiam, humerum seu brachij os contingit. Cæterùm paulo supra cubiti articulum, [s] neruosior excarnisq; redditus, in robustum & crassum, & ad amussim teretem finit tendinem, qui articulo expansus, & subdito ipsi musculo suffultus, in interiorem radij partem modicè latescens [t] inseritur, nonnihil & articuli ligamento adnatus. Vt uerò commodior tendinis in radium efficeretur insertio, [u] latum, & modicè prominentem, inæqualemq; admodum in radij superiori fine processum extrui, iam antea diximus. Atque hæc primi musculi est series, hoc sibi cum alijs quibusdam proprium uendicantis, quòd liuidus comperiatur. [x] Secundus musculus huic succumbit, omnino carneus, & nusquam insigniter nerueam ostendens substantiam: præterea longè primo musculo breuior, multoq; iuxta humiliorem ipsius [y] sedem latior existit. Ex humero enim ea sede principium ducere incipit, ubi infima musculorum brachium mouentium fit [z] insertio, quam attollens brachium musculus, cum illo qui brachium pectori admouet, molitur. A latere namque exteriori insertionis brachium attollentis musculi, secundus hic musculus carneum [a] principium ab humero sumit, quod acutum est, & sensim deorsum obliquè in priora humeri tendens, secundùm attollentis brachium musculi insertionis formam (quæ transuersa est) dilatescit, ac ab exterioribus introrsum modicè uersus inferiora declinat. Quum autem principium id ad infimam insertionis brachium attollentis musculi sedem prorepsit, [b] sursum denuò ad internum insertionis latus modicè fertur, non adeò altè conscendens, atque iuxta externum ipsius latus enascebatur. Propter medium igitur longitudinis humeri, secũdus cubitum mouentium musculus enascitur carneo latoq; principio, quod [c] bicorne est, & in sui medio obtusum exprimit angulum. Quandoquidem principij exortus linea ab externo latere humeri in anteriora desorsum obliquè repit, & hinc ab anteriori parte sursum obliquè uersus internum humeri latus ducitur: adeò ut unum principij cornu in externo humeri habeatur latere, alterum uerò quodammodo in interno, & angulus in antica humeri sede consistat. Porrò si præsentem obliquæ huius lineæ ductum, illaq; duo principij cornua tanti æstimes, ut duplici principio posteriorem hunc musculum cum nonnullis Anatomicis enasci dicas, nunc me ueriſsimè, & multo aliter quàm ipsos, huius musculi initia enarrasse putato, atq; mihi uenius principij loco duo, quę ponis, principia haberi finito, ne omnib. latis musculorũ exortib. pręter morem plura principia cogar asscribere. Nisi enim id mihi donares, omnia lata musculorum principia geminanda,

Cubitũ mouent 6 musculi aut 5, aut 4, aut 3.

Primus flectentium.

Libr. 3. de Admin. diss.

Secundus, seu flectentium posterior.

a *figura 9 cap. 24 lib. 10 cum P fi. 1 cap. 23 lib. 1.*
b *1, 2 fig. cap. 23 li. 1 K, L, M cum C, D, E 1, 5, 11 fi. ca. 24 lib. 1.*
c *6 ta. Θ. 1, 9 Q, 2, 3 Z 4 t 5 ζ. 7 R. 10 c. 11 g.*
d *6 ta. m.*
e *1 fi. cap. 21 lib. 1 A.*
f *5 tab. d, e ad f.*
g *1 fi. cap. 23 li. 1 H, l.*
h *6 ta n, o.*
i *1, 2 fi. ca. 21 lib 1 E.*
k *6 ta. m.*
l *6 tab. n.*
m *6 ta. o. 1 tab. R.*
n *6 tab. p.*
o *1 fi. cap. 23 lib. 1 f.*
p *eiusdem fig. I.*
q *6 ta. Θ.*
r *6 tab. r, r. 8 tab. Γ.*
s *6 tab. q.*
t *8 tab. Q.*
u *1, 3 fig. cap. 24 li. 1 q.*
x *8 tab. Γ. 15, S. 2 N. 3, 13 a, a. 4 x, x. 5 θ. 6 r, r. 7 P. 9 R. 10 d. 11 g. 12 Y.*
y *8 tab. inter Γ & N.*
z *4 tab. g. h. 11 ta. P. a 8 tab. L.*
b *Ducito in 8 tab. angulum ab L ad M.*
c *8 tab. L, M.*

aut,si cum hoc secundi musculi principio conferantur,pleraq; principia etiam decuplanda præter omnem rationem forent.Præsens itaque musculus hoc enatus principio,sensim crassior carnosiorq; efficitur, deorsum rectà protensus,& humero ualidissimè adnatus,ex ipsoq; exortus sui robur toto descensu tantisper assumens,quousque cubiti articulum contingat,quem [d] sua amplitudine carneaq; substantia in tota anteriori sede integens,ualidissimè articuli ligamento,& anteriori ulnæ ac radij sedi, ampla implantatione inseritur,ea parte,qua articulum transcendit,montis speciem appositissimè repræsentans.Cæterùm ut huius musculi ductus recto perficitur tramite, ita quoque prorsus rectas obtinet fibras, quemadmodum & primus,quem nulla ratione secundi musculi fibris instar X literæ aut decussatim incumbere, ausim asserere. Et quantumuis accuratè horum musculorum functionẽ intueor,haud aliud colligo, quàm utrunque rectissimæ cubiti flexionis autorẽ esse,siue ambos unà,siue seorsim singulos duntaxat cõtrahi demus. Et cur,quæso,Galeni dissectionis professorum principis gratia, quas nunquam conspicimus, cubiti flexiones nos decet confingere?ut scilicet cubitum rectà primùm,& deinde in alterum latus inclinantem, flecti dicamus, ac dein utrisque simul musculis rectam flexionem,& insuper singulis priuatam ad latera flexionem tribuamus.quando interim Galenus sibi non constat,utri nam musculo,in internum latus, aut in externum, flexionis munus assignare debeat.Aliter enim longè in libris de Partium usu,quàm in libris de Administrandis consectionibus,de horum musculorum dignitate usuq; sentit. In his namque posteriorem musculum cubiti flexionis in exteriora inclinantis autorem esse censet:anteriorem uerò,flexum moliri tradit, introrsum uergentem.In illis autem,musculum anteriorem extrorsum magis, posteriorem uerò introrsum magis flectere,scriptum reliquit.Verùm non ignoro,quum hæc perpendis, te cubiti flexionem sedulò moliri, atque quum digitos summo humero adducis,arbitrari rectam flexionem effici: quum uerò ad clauiculam, pectorisq; ossis summum manum ducis,in internum latus flexionem fieri:dum autem uersus scapulam digitos agis,in externum latus inclinantem cubiti flexionem celebrari. Ac proinde, similiter ac ego quondam,Galeno nimium fidens,solebam,pulchrè colligis,ipsum rectissimè has flexionum species proposuisse:quantumuis etiam in enarranda musculorum functione, sibi in commemoratis modò libris haudquaquam consentiat.Cæterùm paulo pòst secus autumabis,quando iam humeri quoque in scapulæ acetabulo motum unà expenderis.Conare igitur nudis alicunde ascitis ossibus,quæ unà perspiciendo negocio adhibeas,ab omni circunductu tuum ipsius brachium immotum seruare, atque tum demum stude in eodem brachij situ diuersam cubiti flexionem moliri:quam si tunc obseruaueris,tempus erit, fibrarum decussationem seu intersectionem,& diuersum cubiti flexionis opificum musculorum ductum cum Galeno (etiamsi tale quid nihil sit) comminisci. Porrò quum præter rectissimam flexionem aliam nullam fieri conspicies,summi rerum Opificis solertiam encomio celebrabis, quòd huic motui duos ualidissimos præfecerit musculos,quia illum ualidum,& ad plurima utilẽ homini futurũ cognosceret, ne insuper alias in medium adferam rationes.Quæ modò de flexione dixi,de extensione quoque proposita arbitrator: quam etsi uarijs modis experiri queas,nullo tamen melius cubitum ne tantillum quidem in latus agi animaduertes, quàm si exactè protensum,uel pilo in alterum latus,quiescente brachio, dimouere frustra conatus fueris.

Primi & secundi musculorum munus.

Extendentiũ primus.

Inter cubitum itaque extendentes musculos, [e] primus ualido latoq; & nerueo prorsus principio, [f] ex humiliori scapulæ costa nõ procul ab eiusdẽ ceruice exoritur,peculiarẽ illic,unde prodeat, sinũ obtinens. Principiũ id paulo post exortũ carne adaugetur,musculũq; constituit, qui rectà deorsum ad internũ latus posterioris sedis humeri fertur,illi nõ nisi magno satis sub ceruicis ipsius interuallo firmiter adnatus. Iuxta infimã namq; sedẽ insertionis [g] musculi brachiũ ad dorsũ uersus inferiora trahẽtis, iste cubitũ mouens, musculus primùm humero connascitur: aut potius [h] alia ex humero inibi enata carnosi musculi pars ipsi cõmiscetur,qua musculus adauctus,deorsum rectà fertur,medio interni lateris humeri, & medio posterioris sedis humeri tantisper adnatus,dum partim carneus,partim nerueus, amplissimè in internũ latus [i] posterioris ulnæ processus inseratur,in descensu semper ab ea quã dixi humeri sede ad finẽ usq; ipsius, humero adnatus,ac ex ipso principij robur assumens. Integrum itaq; est,in homine hunc musculum uniuersum, aut unum dicere,aut duos:ut [k] unus quidem à scapula enascatur, [l] alter autẽ ab humero qui cum illo cõfunditur,cui scapula principiũ præbet. At Galeni nomine,illos duorum loco nunc recensеamus, [m] tertium extendentiũ enumerantes,qui extendentium à posteriori sede ceruicis humeri neruosus [n] enascitur, & sensim rectà deorsum descendens,& externã sedem posterioris humeri regionis occupans, carnosus euadit,& pertinacissimè humero adnatus,ab ipso principij sui uigorẽ mutuatur. [o] Priusquam uerò medium lõgitudinis brachij superauit,duobus nuper dictis ita commiscetur,& cum ipsis adeò coit,ut nullo prorsus pacto in hominibus ab illis ad insertionem usq; integer discerni queat,nihilq; aliud quàm unum ueluti corpus ex tribus musculis constitui uideatur.quamuis interim tertius musculus,suum seruans incessum, ualidissimè in externum latus posterioris ulnæ [p] processus partim carneus,partim nerueus inseratur. Atq; ita tribus his musculis mutuò coeuntibus,totus ille posterior ulnæ processus amplexatur, in sui sedis inferiori parte, [q] cui innitimur,neruosiorem insertionis portionem,quàm in lateribus,& superiùs,assumens. Mutuus enim ille musculorum concursus, in posteriori sede admodum liuidus conspicitur, tanto neruosior euadens, quanto ulnæ processui propiùs accedit.Vtcunque uerò inter se musculi hi concurrant, nullus tamen ab initio inceptum fibrarum ductum deperdit:sed rectæ omnes deorsum, nusquam implexæ, neque sese decussatim intersecantes feruntur, & eandem omnes functionem obeunt, qua cubitum in neutrum latus inclinantem extendunt. Constat igitur, tres hos musculos unius loco recensеri posse, qui ex tribus conformatus esset principijs: aut duorum,si uidelicet primum & secundum unius loco habueris. At in caudatis simijs & canibus fieri id nequit.nam his animalibus,perinde ac equo, & boui, & alijs plerisque, quæ

Carnosa pars, quæ primus extẽdentium augetur,quem secundũ constituere licet.

Libr. 1.de Admi. sect. Tertius extẽdentium.

Quomodo in canibus cubitũ agentes musculi habeant.

d 8 ta.N.

e 11 tab.f. 1,9,12 T.2 P.13 b.4 u. 5 u. 6 f.7 N.10 a.

f 1 fi. cap. 21 lib.1 Q. g 10 ta.O. 11 c.

h 12 ta.X. 13 tab.d.

i 11,5,11 fi. cap.24 li.1 D.

k 13 tab.b.

l 13 tab.d.

m 11 ta.O. 2 tabu.O.9 S. 10 b. 12 V. 13 c.

n 11 ta.a.

o 11 ta.c. 2 tab.Q.

P 2 tab.R.

q 6 fi.cap. 24 li.1 triãgulus in X, Y,Z conclusus.

quæ anterioribus cruribus innituntur, atque in ingressu ualida cubiti extensione indigent, tres obtigerunt musculi, egregiè conspicui, præter unum gracillimum in caudatis simijs, à scapula ad ulnam porrectum, & penitus à Galeno prætermissum. Quum interim canibus unicus tantum flexionis autor adsit, ut sanè simijs duo, illis prorsus similes, qui in homine uisuntur: nisi quòd posterior nonnihil posteriùs ab humero in simijs procedit, & neruosior in ipsa insertione conspicitur, adeoq; Galeni in primo de Administrandis sectionibus libro historiæ per omnia melius quàm hominum musculus conueniat. Cæterùm caudatis simijs extendentium cubitum musculorum primus ex scapulæ humiliori costa, ut hominibus, oritur: sed duo principia mox inuicem coeuntia obtinet: & deorsum tensus, carnosusq; admodum redditus, nulli connascitur musculo: sed paulo supra cubiti articulum extenuatus, nerueusq; factus, internæ sedi posterioris ulnæ processus inseritur. Secundus huic subiacet, & ubi homini secundus enasci dictus est, exoritur, toti humeri longitudini tantisper adnatus, quousque ualida insertione mediæ & posticæ processus ulnæ sedi inseratur. Tertius, ut in hominibus, ab humeri ceruice principium ducit: inde carnosus euadens, & nulli musculo, præterquàm fibrosis nexibus, hærens, in exteriorem sedem posterioris ulnæ processus implantatur. Atque hi sunt musculi, quos post scriptos de Vsu partium libros Galenus diligenter secuit, & obscurè in libris de Administrandis sectionibus descripsit, etiamsi interim prorsus nihil à prima editione libris de Partium usu, ad musculorum cubitum mouentium historiam adiecisse uideatur, uti aliàs sæpe lineas quasdam suo exemplari posteris asseruato immiscuit, quæ tãquam notæ illi fuerunt, quibus per ocium temporisq; rationem libros de Partium usu, perinde ac libros de Administrandis sectionibus, magis ueritati consonos reddidisset. Occurrunt uerò eiusmodi lineæ aut notæ, in [r] musculorum, qui in manu & pede positi, primorum digitorum ossium flexioni præsunt, & in transuersorũ [s] ligamentorum in digitis, & in [t] musculi in poplite latitantis leui & perfunctoria (sed seria tamen) mentione, & aliàs mehercule sæpius: quemadmodum facilè cõstabit, meis in Galeni anatomica annotationibus, iampridẽ non infœliciter cœptis, ac seorsum, aut cum Galeni libris, multo quàm antea emendatioribus, aliquando cudendis.

In Galeni anatomica annotationes.

t 6 ta. x, λ. 8 ta. Δ 14 tabu. β. 13 tab. L, r. s digiti manum 4 tabula.
t 14 tab. Γ. a in 3 tab. uola.
b manus 4 tabula.
c 5 ta. o. 6 tab. δ, γ, β.
d 4 tab. θ. 5. υ, ξ.
e 2 ta. 7 bastacl. 1, 2, 3, 4, 5, 6. et tabu. 1 charta. 3, 4, 5, 6. c
f 2 ta. chastacl. 1.
g 2 ß. cap. 24 lib. 1 θ.
h 2 ta. musculi V. aut 9 tab. Z. de inb.
i 2 tab. X. 9 Θ.
k 2 ta. chastacl. 2.
l 2 tab. Y. 9 Λ.
m 1, 2 tab. chastacl. 3.
n 2 ta. musculi V.
o 1, 2 tab. chastacl. 4.
p 10 tab. p.
q 1 2 tab. chastacl. 5.
r 11 ta. musculi Λ.
s 10 ta. o.
t 1, 2 tab. chastacl. 6.
u 10 ta. k, m, n.
x Hãc, quũ tenuissima & pellucida sit, picturis aliter ꝓponere nequiuimus, quàm tota 1, 2, 9 tabula se offerunt.

DE LIGAMENTIS, AB HVMERI CVM SCAPVLA ARTICVLO AD extremam usque digitorum aciem consistentibus, Caput XLVII.

INTER ligamenta in brachio, cubito & manu occurrentia, quædam omnium ferè ligamentorum differentiarum ac usuum occurrunt. Quæ in horum itaque numero sint [a] inuoluera, prius enarrauimus, quum singulis tendinibus per brachiale & uolam ad digitos reptantibus, obductas diximus membranas, mucore quodam imbutas, & ligamentorum ritu tendinibus circundatas, Quæ uerò subditis corporibus munimenta, & ne ex ipsorum cauitatibus declinent, simul quoque uincula censentur, transuersa sunt ligamenta, tendines in suis sinibus, ne ab illis assurgant, aut uagentur, continentia, Horum uniuersæ propemodum interiori [b] sedi quatuor digitorum unum exporrigitur, & pollicis etiam secundo & quasi tertio internodio unũ eius generis expanditur: illis nimirũ sedibus, quibus [c] tendines digitos flectentes, ab illis ligamentis amplexantur, & ueluti anulis cõtinentur. In interna brachialis regione [d] unũ conspicitur, omnes digitorũ tendines, qui hàc prorepũt, constringens. atq; hoc latũ est, & cæteris omnibus huius generis robustius: sed interim neq; postbrachiali, neq; cubito commune. Cæterùm in externis cubiti partib. quà brachiali articulatur, [e] sex trãsuersa ligamenta sese offerunt, quorum beneficio tendines in ossiũ sinibus reseruantur. At hæc, si in superficie tantùm spectentur, unicum esse uidebuntur, totius cubiti latitudini expansum: quod dissectum, sex spectandos offert anulos, transeuntibus tendinibus obductos. Vnde etiã id in sex ligamenta, perinde ac cæteri Anatomici, distinguimus: non sanè, quòd omnia ipsis cognita fuerint (nam Galenũ ut minimùm duo latuerunt) sed quòd ipsi hic tot ligamenta recensuerint, quot reperiere anulos. [f] Primum ex ulna in radiũ procedit, & ad communem ulnæ & radio [g] sinum refertur. at non [h] tendinibus decimiseptimi digitos mouentium musculi (ut Galenus arbitratur) obuoluitur: uerùm illi peculiare est [i] musculo, quem paruum digitum extendere asseruimus, eum digitos mouentium decimumoctauum enumerantes. [k] Secundum, ad externum primi ligamenti latus repositum, soli ulnæ, illiq; [l] musculo proprium est, qui ante paruum digitum postbrachiali insertus, brachialis extensionis opifex censetur. [m] Tertium, ad internum primi ligamenti latus habetur, soliq; radio proprium est, eos amplectens [n] tendines, qui indicis, medij & anularis extensionibus præsunt. [o] Quartum, ad internam latus tertij positum, angustissimum efficit anulum: ut & tendo, quem transmittit, gracilis est. ille enim à [p] musculo procedit, qui indicem & medium à pollice deberet abducere. [q] Quintum bicorni [r] tendini, quo brachiale extenditur, & [s] illi qui pollicem uersus indicem euertit, uiam largitur: quanquam interdum pollicis musculo priuatum quoque ligamentum obducatur, adeò ut septem tunc ligamenta in externa cubiti sede reponantur. Alioquin enim [t] sextum [u] tres tendines transmittit: quorum unus brachialis ossi ante pollicem, alter primo pollicis ossi, tertius autem secundo & tertio inseritur. Sanè & hos tendines, quum hæc ligamenta ad amussim, magnaq; cura perpendimus, singulos sua ligamenta sortiri, non semel obseruauimus. Præter hæc ligamenta, per uniuersam cubiti longitudinem, omnibus musculis ualida [x] membrana obnascitur, musculos inuicem committens, atque ne sua sede illi dimoueantur, aut inter sese implicẽtur transuersi alicuius ligamẽti ritu continens: cuiusmodi etiã in tibia quandam haberi audies, omnib. illic repositis musculis eleganter obductam. Quum itaq; & huius membranæ ligamenti ue naturã inter dissecandum ad amussim didiceris, id quoq; in trãsuersorũ ligamentorũ classe reponito: quanquã non laxè, sed pertinaciter

Ligamentorum in brachio, cubito & manu occurrentium, quæ instar inuolucrum habeantur.

Ligamẽta, anulorũ modo tendines continẽtia.

Libr. 1. de Admi. sect.

Membrana musculis obnata.

Ligamenta ossa inuicē committentia.

tinaciter musculis adnascitur, propriæ musculorum membranæ modo. Ligamenta quę ossa inuicem colligant, in omnibus sunt articulis, nullam peculiarem naturam à cæteris articulos ambientibus ligamentis ferè sortita. y Membraneis enim & articulum solum circundantibus ligamentis, digitorum nectuntur internodia. Postbrachiale etiam brachiali ualidis ligamentis per exteriora ductis colligatur. At postbrachialis ossa, quà mutuò in ipsarum radice iuxta brachiale se spectant, cartilaginis naturam referentibus ligamentis inuicem committuntur, quæ non orbiculatim ossa tantùm ambiunt, uerùm & in ipsorum medio habentur, quà uti diximus, ossa se inuicem respiciunt. Brachialis ossa ualidissimis ligamentis, cartilaginis naturā referentibus, simul unita hærent: atque hæc ligamenta ipsis undique obducuntur, & quibusdam etiam sedibus illa intercedunt: idq; potissimùm in illorum ossium interuallis, quæ in secundo ręponuntur ordine, quibusq; postbrachiale coarctatur. Quæ cubitum seu radium ulnamq; brachiali colligant, membraneis reliquorum articulorum ligamentis respondent, sed ab apice z processus stylum imitantis, ligamentum huius articuli durius efficitur, quasi hinc peculiare quodammodo teres in brachialis a os duceretur, quod rectum est, & cæteris magis cartilaginosum, uniq; tantùm ossi commissum. Huic ligamento Galenus dignio rem, quàm ego assequor, usum tribuit, nam ad nullum mihi motum priuatim magis, quàm uniuersum huius articuli ligamentum, famulari uidetur. Quinetiam ex apice radij appendicis simile & insignius quoque in brachiale fertur, quod liquidissimè cum usum, quem Galenus alteri ascribit ligamento, uanum esse commonstrat. Radius uerò & ulna, propter brachiale & cubiti cum humero articulum, ligamentis ualidis, in circuitu ossa ambientibus inuicem alligantur. At accuratissimè tibi in memoriam reuocanda uenit ea b cartilago, quam à radio procedentem ulnam à brachiali distinguere diximus, quæ ualidè etiam ulnæ ad radicem acuti illius processus, quasi ligamenti naturam nacta, inseritur. Per totam longitudinem, qua inuicē radius & ulna dehiscunt, ualidum & membraneum c ligamentum habetur, ab acutiori ulnæ d linea in radij quoque e lineam insertum. Hoc non simplex conspicitur membrana, uerùm (ut pleraque ligamenta) ex fibris conflatum spectatur, à radio deorsum in ulnam obliquè proreptantibus. Huius beneficio, præterquam quòd ipso ossa inuicem alligantur, interiores cubiti musculi ab exterioribus dirimuntur, & ut antea monui, ex ipso f musculi etiam nonnulli suorum principiorum robur asciscunt: quemadmodum & ab inuolucris g tendinum tertium quatuor digitorum os flectentium musculi prodeunt graciles, & hos digitos pollici adducentes. Radius humeri exteriori tuberi seu capiti ualidis, sed membraneis ligamentis, perinde ac cæteri articuli, alligatur. Et quamuis tutissimus sit ulnæ cum humero articulus, tamen robustis quoque ligamentis Natura humerum ulnæ commisit, quæ similiter articulum in circuitu amplexantur. Præter hæc ligamina, in manu aut cubito nulla sunt: nisi & horum albo h ligamenta, quæ in musculorum constitutionem ingrediuntur, & proprias ipsorum membranas efformant, reponere statueris; quæ interdum in tantam pertingunt crassitiem, ut quum musculi caro ipsis subsit, liuorem quendam musculis inducant. Atque eiusmodi crassius ligamentum uentri obducitur i musculi, pollicem à cæteris digitis maximè abducentis. Præter hunc, k musculus anterior flectentium cubitum, uentrem quoque liuescentem, ob membranæ crassitiem adipiscitur: quemadmodum etiam illi (idq; admodum clarè) qui cubitum extendunt, l multo ante ipsorum insertionem, quam in ulnæ posteriorem processum, moliuntur.

Ligamēta musculorum constitutionem subeuntia.

ADMINISTRATIO MVSCVLORVM ET LIGAMENTORVM BRAchium, cubitum & manum occupantium. Caput XLVIII.

Quot musculi in manu.

NVNC brachium id cum scapula depromendum est, quod ad musculorum cubitum, radium, brachiale & digitos mouentium administrationem, quum thoracis aggredereris musculos, aliquò relocandum præcepi. Priusquam uerò sectionem auspiceris, quot singulis partibus musculi reponantur, in memoriam reuoca. Vt autem id promptiùs facias, nunc omnes in compendium tibi digeram. In manu itaque uiginti nobis sunt enumerati: a decem nimirum, quibus prima quinque digitorum internodia flectuntur, quorum bini ad singulos referuntur digitos. b tres, quibus secundum pollicis flectitur internodium. c unus, pollicem maximè à reliquis digitis abducens. d unus, eundem proximè cæteris digitis admouens. e unus, qui minimum à cæteris ualidissimè in latus remouet. postremò f quatuor illi graciles musculi, quorum beneficio quatuor digiti ad pollicem laterali ductu aguntur.

In interna cubiti sede.

Internam cubiti sedem octo musculi occupant: quorum g primus latum educit tendinem, h secundus & i tertius, quibus brachiale flectitur. k quartus, secundum quatuor digitorum flectens os. l quintus, qui tertium quatuor digitorum os flectit. m sextus, qui tertij pollicis ossis flexus est autor. n septimus & o octauus, radium in pronum ducunt. Si uerò musculum, tertium quatuor digitorum os flectentem, unum esse cum illo qui tertio pollicis ossi famulatur, putaueris,

In externa.

interna cubiti sedes septem tantùm musculos habitura est. In externa cubiti regione decem deseripsimus: quorum primus est p decimusseptimus digitos mouentium: secundus, q decimusoctauus: tertius, r decimusnonus similiter digitos agentium. Deinde hic recensuimus s unum, qui pollicem ad indicem magis euertit: t alium, qui pollicem euertens, eundem ab indice magis remouet: u alium illi proximum, ac ad brachialis extensionem aliquid accommodantem: x duos insignes, brachiale extendentes: & y duos, quorum ope radius in supinum ducitur. Si uerò z tertium principium, quod ex ulna enascisci, & in a duas carnosas partes diffundi diximus (quarum altera indicem præcipuè, & medium digitum, altera pollicem petebat) unius musculi uice enumeratum esse uelis, hic reponentur nouem: deinde si b secundum principium iunxeris, c uniusq; musculi loco habueris, octo erunt. nam bis unum, ubi nos duos constituimus,

y Et hæc ex ossibus dum taxat petenda sunt.
z 1,2,5 fi. cap. 14 lib. 1 R.
Poteris autem hic sphæram i, k ita tab.
a 1, 3 fig. cap. 25 li. 1 charact. 4.
b 1,2,3 fi. cap. 24 lib. 1 T.
c 7 tab. V inter S & T, 13 tab. k inter e & i.
d 1 fi. cap. 24 lib. 1 e.
e eiusdem fig. r, r.
f 6 ta. Z. n. 10 ta. Ξ. Π.
g 6 ta. γ. 7 tab. d, f.
h Talia omnium musculorum sunt principia.
i 3 ta. p.
k 6 ta. Θ.
l 2 tab. sub Q ad R.
a 6 tab. x. λ. & 8 tab. sub Δ.
b 7 ta. charact. 1,2,3.
c 3 tab. p. 4 μ.
d 11 ta. f.
e 3 tab. r. 4 ν.
f 6 ta. ζ. 7 tab. d.
g 3 ta. Π.
h 3 ta. Λ.
i 3 tab. m.
k 4 tab. ß. 5 tab. Θ.
l 6 tab. Z.
m 6 tab. ν.
n 7 ta. Q.
o 7 tab. X.
p 9 tab. Z.
q 9 ta. Θ.
r 10 ta. p.
s 10 ta. o.
t 10 tab. l, et dein m, n.
11 ta. q, r.
u 10 ta. k. 11 tab. p.
x 11 ta. unus Λ. alter 9 ta. Z.
y 12 tabu. unus Θ. alter Λ.
z 10 ta. Π.
a 10 ta. o, p.
b 10 ta. Ξ.
c ut k & l unus esset musculus in 10 tab.

d 6ta. Θ. unus, alter 8tab. Γ.

e in 13ta. omnes tres dependent, b z, d insigniti.

f 3ta. musculi Π.

g uersus i 3tabulæ.

h 3ta. Λ. m.

i 3tab. m. k 3ta. Λ. l 4tab. β.

m 3ta. p. n 6tab. χ. λ.

o 3tab. τ. unt 4ta. n. p 4tab. ζ. q 3ta. Λ. m.

r ut 5ta. *. s ut in 4ta bulæ sinistræ manu.

t 5tab. Θ. atque in seriatim notatam in margine tabulæ & ipsam præcedentem et sequentem unà, uti in cæteris administrationibus, inspicito.

u 4tab. β.

constituimus, recenseres. In anteriori brachij sede, [d] duo flectentes cubitum sunt: in posteriori autem; aut [e] tres, aut duo, aut unus, extendentes, pro ratione nimirum collectionis in pauciores, uel distributionis in plures: quam tuo arbitratu proponere nihil obstat, si modò accuratè illorum situm, connexum, amplitudinem, compositionem, functionem, & id genus alia secando didiceris. Eo itaque, quod iam prius dixi, brachio in manus assumpto, cutem primùm cum adipe & membrana, quam carnosam uocare libuit, adimes: atque id perfeceris commodissimè, si ab externa brachij sede, secundum radij ductum, & pollicis exteriora, sectionem duxeris: quæ cutem membranamque carnosam simul diuidat. Dein ad cuiusque digiti latus alia ducenda est sectio, quæ depilem manus cutem ab exteriori dirimat, ut illa cum brachij & cubiti cute auelli queat, ea quæ internam manus sedem integit, adhuc relicta. Neque in cute adimenda nunc alio indiges artificio, quàm quo lanij boues excoriant. Quum tamen ad brachialis radicem in interna manus sede peruentum fuerit, transuersa sectione cutem nunc liberatam, ab illa quæ in uola adhuc reliqua est, resecabis. hæc namque latescentis [f] tendinis nomine asseruanda uenit. Priusquam uerò tendinem illum aggrediaris, accuratè perpendito, totam cubiti sedem: paulo minus toto liuescentem, ob membranam, quæ musculis proximè adnata, illos inuicem committit, neq; sua sede declinent, amplectitur. In conspectum enim cubitum occupantes musculi iam ueniunt, sed ita commissi, ut solùm lineas, quę ipsos dirimant, intuearis: qui tamen mutuò prorsus disiuncti apparebunt, si leues duntaxat sectiones secundùm dictas modò lineas duxeris. Huius uerò membranæ naturam eo obseruabis diligẽtiùs, quo magis perfunctoriè, imò nihil prorsus Anatomici illius meminerint. Cæterùm ut latescentem uideas tendinem, animum accommoda cubiti internæ sedi, in cuius longitudine ipsius musculus, & tendo, quum adhuc gracilis est, exporrigitur. Cultello itaque à brachialis radice sectionem leuem, ad tendinis, suiq; musculi latus utrinque, [g] uersus internum humeri tuber molieris, & postmodum iuxta brachiale tendinem, à subditis organis liberabis: & cultello transuersim ipsi subiecto, & sinistræ manus digitis tendine eleuato, uniuersum musculum ad ipsius usque caput à commissis ipsi musculis separabis. Deinceps acutiori nouacula cutem manus adhuc reliquam à uola & digitis abscecare conator, à brachiali sectiones semper transuersas molitus, eadem omnino ratione, qua cutem à carnea membrana diuidere iamdudum assueuisti. Quemadmodum enim in illa sectione membranam corpori affixam seruas, ita quoque tendinem dilatescentem manui iam hærere sinis. Quum uerò id tentas, duriusculus sese offeret adeps, cutem & tendinem illum intercedens: qui tanto accuratius quoque animaduertendus est, quanto tendinem magis à cute dirimit, & tendinem non toti cuti proximè adnatum, sed duntaxat fibrosis nexibus, membranæ carnosæ modo, & suimet ipsius interuentu pertinacissimè commissum ostẽdit. Examinata cute, musculi caput ab humero liberatum, à brachiali pendere sines, latescentem tendinem à subditis quoque aut nouacula, aut paruo & acutiori cultello auul surus. Si uerò aliquando uisum fuerit, licebit tendinem, priusquam cutem separas, unà cum cute adimere. at tunc arduum erit, tendinem à cute integrum liberare: quamuis non adeò, ut Galenus arbitratus est, nihil medium inter cutem & tendinem recensens. Porrò si hic musculus se in interna cubiti sede non offerat, [h] duorumq; musculorum, qui brachiale flectunt, capitibus, ad interius humeri tuber, nullum musculum incumbere uideris, præsentem musculum, à quo latescens educitur tendo, deesse conijcito: quod sanè non infrequenter tibi occursurum scio. Non quòd negligentia illum præteriturus sis, uerùm quòd prorsus deerit, eius uicem tunc supplente [i] inferiori, interdum etiam [k] superiori brachiale flectentium musculo, aut [l] transuersi in brachiali ligamenti portione, quam pari modo, ut latum tendinem, indagabis. Iam itaque omnia cute libera sunt: unde etiam & quosdam manus musculos citra aliam sectionem aggredi possis, cum uidelicet, [m] qui pollicem à reliquis digitis remotissimè abducit, & deinde [n] duos primum ipsius internodium flectentes, & [o] musculum, cuius beneficio paruus digitus à reliquis abducitur, & [p] exteriorem primum eius digiti os flectentium. At opportuniùs feceris, si, donec omnes manus musculos unà adimere queas, hos seruaueris, ad internamq; cubiti sedem te rursus contuleris, in qua nunc administrandi ueniunt [q] duo brachiale flectentes, quos primùm ab ipsorum tendinibus, iuxta brachialis radicem commodè aggredieris. Si enim hos à subditis musculis aliquantisper auulsos eleuaueris, ac deinde transuersis sectionibus illos ad internum usque humeri tuber à subditis liberaueris, uniuersam ipsorum ferè naturam mediocri negocio spectabis. Inferioris namque capite absecto, & musculo dein ab ulna liberato, ut is duntaxat ab insertione [r] dependat, ipsum, ut uisum fuerit, illinc aut adimes, aut adhuc appensum sines. Superioris autem tendo à brachiali non est absecandus: uerùm aut musculus suo liberatus capite, in latus est reponendus, aut [s] tendo nonnihil ante brachiale uenit resecandus, ut in sectionis serie, eius tendinis insertio reddatur conspicua. Cæterùm nunc [t] primus digitos mouentium sese totus offert, quem uel solis digitis à subdito dirimes: quemadmodum etiam omnes, quorum latera non committit neruosa illa membrana, quæ communis ligamenti munere fungitur. Vbi itaque ipsius capite adhuc ad exortum commisso, quatuor ipsius ante brachiale carnosas portiones inspexeris, ualidus cultellus in transuersum brachialis [u] ligamentum rectà est inijciendus, ut huius acie antrorsum ducta, id ligamentum diuidatur. Dein eadem ratione secundùm indicis longitudinem, transuersum internæ ipsius sedis ligamentum diuides, mentem accommodans, ne hàc prorepentes tendines lædas: quod optimè caueris, dummodo cultelli dorsum semper tendines respiciat, ipseq; cultellus rectus sit. Eandem sectionem in tribus reliquis digitis moliri in præsentia posses, nisi sensim magis magisq; horum ligamentorum naturam aut discere, aut alijs ostendere propositum esset. In indice itaque duntaxat, aut alio quouis digito hac ducta sectione, primi musculi digitos mouentiũ caput liberato: & illo apprehenso, & ad te sursum tracto, musculum ex brachialis sinu tantisper reponito, quousque quatuor ipsius tendines ad quatuor digitos porrigi conspexeris, & deinde priuatim illius tendi-

In brachio.

Brachij, cubiti & manus excoriatio.

Membrana præter carnosum musculis in cubito obnatæ administratio.

Musculi latescentem tẽdinem educentis.

Libr. 1. de Admi. sect.

Primi & secundi brachiale mouẽtium.

Primi digitos mouentium.

nis insertionem obseruaueris, qui indici exporrigitur. Hac enim inspecta, & musculo rursus in suam sedem reposito, eius caput trahendum uenit, ut ipsius innotescat munus, intuearisq;, qua ratione primo indicis articulo inflexu secundi, tendo ille adniti nolit: uti sanè reliqui transuersis adhuc ligamentis inuoluti tendines, suis quibus accumbunt ossibus innituntur, proximeq; attenduntur. Nunc ligamentis trium reliquorũ digitorum, ac cuiusque tendinis insertione & perforatione, qua subditum transmittit tẽdinem, notatis, musculum à manu in anteriora reflexum mensæ exporriges: aut si in sinu manum habueris, propendere à digi-

Secundi. tis sines, [x] eumq; qui tertium quatuor digitorum internodium flectit, suo capite liberabis, quod nonnihil occultatur sub [y] musculo, superiorem radij partem in pronum ducente. Priusquam tamen id ab ulna abradas, conducet ex brachialis sinu quatuor ipsius tendines attollere, & animum adhibere, qui citra omnem operam musculus hos tendines producens, ab [z] illo diuellatur, qui ipsius superiori lateri accumbens, tertij pollicis ossis flexionis autor habetur, adeò ut utrunque musculi unius loco in homine habere nequeas. Liberato itaque secundi musculi capite, & ipsius quoque exortu, quem ab ulnæ [a] ligamẽto assumit (quod inter radium & ulnam, ubi inuicem hæc ossa dehiscunt, obuium est) uniuersum musculum ex brachialis sinu repones, eius mucosam perpendens membranam, & tendinum ipsius seriem. Cauendum tamen est, ne quum eos attollere studes, gracilem [b] musculum, singulis tendinibus exporrectum, uioles: is enim, quum tendini committitur, atque etiam primo digiti ossi (eius ad pollicem adductioni subseruiens) implantatur, ad tertium usque articulum secundi musculi tendinem oscitanter eleuare prohibet. Quum itaque hos tendines [c] primi musculi tendinibus traijci, atque in tertium os inseri uideris, utrunque musculum in suũ locum reponito, examinaturus, num secundi musculi tendines primum digitorum os flectant soli, aut simul cum ipsis primi musculi tendines, & eius generis reliqua, quæ in horum musculorum functionis enarratione proposuimus. Primo nunc musculo à digitis resecto, ac suis, si quæ habet, sesaminis ossiculis aliquantulum obseruatis, secundum in brachialis sinu transuersim diuides, ut ipsius tendines adhuc in uola

Tertij digitos mouentium administratio. reseruentur, illorum gracilium musculorum causa, qui quatuor digitos pollici adducunt. Modò [d] tertium musculum, pollici subseruientem, à radio liberabis, & ad tertium pollicis internodium duces, ipsius tamen transuerso ligamento, ut in reliquis digitis, prius diuiso. Hunc ubi abstuleris, ac ipsius sesaminum ossiculũ animaduerteris, [e] musculi brachiale flectentium superioris insertionem speculabere, quam in radicem postbrachialis [f] ossis indicem sustinentis molitur. Atque nunc tibi in interna cubiti sede adhuc g duo tantum musculi supersunt, radium uidelicet in pronum mouentes: qui quum citra aliam operam conspicui sint, donec & horum oppositos uideas, opportuniùs seruabuntur. In præsenti itaque ad externam cu-

Transuersorum ligamẽtorum in externa cubiti sede. biti sedem accedas, in ea primùm obseruaturus [h] transuersa ligamenta, quæ ac si unum essent, sese offerent. Verùm dum tendinibus, quos ligamenta continent, mẽtem accommodabis, ac seorsum unumquodque, ut in interna digitorum sede præcepimus, dissecueris, ut minimùm sex numero occurrent, quæ, antequam musculos separes, diuidere possis, nisi prius in cubito cuiusque musculi tendinem separare statueres. At commodiùs erit, aut simul omnia ante musculos, aut priuatim unumquodque saltem ante suum, quem

Tertij brachiale mouẽtium. transmittit, musculum aggredi. Primus autem esse potest, [i] qui postbrachiali ante paruum digitum insertus, id extendit, cuius tendo ex suo [k] sinu eleuabitur: & deinde acuto cultello, aut nouacula, totus musculus ab ulna liberabitur, accuratè interim ab illo, [l] qui superiori ipsius lateri committitur, quiq; parui digiti extensioni potissimùm famulatur, diuisus. Vbi itaque huius caput ab externo humeri tubere dissecueris, illum postmodum à postbrachiali liberabis: nisi appensum ipsi asseruare lubeat, quo tandem brachiale ex-

Decimioctauum & 17 digitos mouentium. tendentium & flectentium musculorum munus conspicari ualeas. Post hunc [m] is ex suo [n] sinu & ligamento attolletur, quem decimumoctauum enumerauimus, paruiq; digiti extensionis autorem statuimus, cuius tendo ad digitos ducendus non est, nisi ab externo humeri tubere is, cum [o] subsequenti iam in enarratione musculo (qui digitos mouentium decimusseptimus numerabatur) liberatus fuerit. Illum autem diligenter ex suo, quem nos ipsi tribuimus, [p] sinu attolles: atque ab illis, qui superiori ipsius lateri exporriguntur, musculis, diuulsum, ab humero quoque resecabis, nunc sedulò animad uertens, num in tres aut quatuor ducatur tendines, & quibus nam digitis illi inserantur, quæq; ipsorum ad digitorum radices sit commixtio. Idem in illo qui paruum digitum præcipuè extendit, molieris, neutrum

Deciminoni administratio. ab ipsis digitis absecans, nisi & modò [q] subsequentem ad insertionem usq; deduxeris. Occurrẽt enim nũc [r] tria illa, quæ ulna producit, musculorum principia: quorum infimum & brachiali proximum, obseruandum uenit, à quo musculus pronascitur, qui indicem & medium à pollice abducit. Huius itaque principij portionem, quæ illum musculum constituit, ab ulna diuides: & ex suo peculiari [s] sinu & ligamento eleuatam, sensimq; à brachiali & postbrachiali, quibus fibroso nexu hæret, liberatam, ad digitos usque deduces, adnumsim nunc [t] trium illorum musculorum tendines & insertionem perpendens, quæ multo accuratiùs se offeret, quàm ego illam (quum uaria sit) describere possim. Cæterùm illis à quatuor digitorum internodijs ad unguium usque radicem resectis, qui pollicem euertunt, aggredieris. Ab ulna itaque, [u] reliqua

21,22 digitos mouentium, & de in eius qui in illorũ descriptione 23 numeratur. tertij principij parte resecta, musculus pollicem uersus indicem euertens ad ipsius insertionem ducetur: similiter [x] secundi principij musculi, qui bicornem transcendunt tendinem, ad pollicem & brachiale usque auellentur, atque unà cum reliquis à digitis reijcientur. [y] Qui bicorni tendine brachiale extendit musculus, modò prorsus est conspicuus, nisi quòd nonnihil sub [z] musculo longiori radium in supinum mouentium occultatur. Hic itaque suo exortu liberatus, ad postbrachiale ducetur: & ipsius examinata functione, etiam cum cęteris abijci poterit. Supersunt adhuc in externa cubiti sede, [a] duo radium in supinum agentes, qui citra sectionem etiam, ut & [b] interiores radij duces, occurrunt, longissimi, tantùm [c] capite excepto, quod penitiùs nonnihil inter [d] posteriorem cubitum flectentium musculum, & extendentium [e] exteriorem

Quarti brachiale mouẽtium.

Radium mouentium administratio

x 6 ta. E
y 6 tab. & 7 ta. Q
z 6 tab.
a 7 tab. inter S.T.
b 6 tab. ζ. 7 tab.
c 6 tab. transmitti tendines
d 6 tab.
e 5 tab Λ
f 1 fig. cap 25 lib. 1
g 7 ta. Q X.
h 2 ta ch racł. 1,2, 4.5.6.
i 9 tab. Λ
2 tab. Y.
k 2 fi. cap 24 lib. 1 V
l 9 tab Θ
2 tab. X.
m 2 fi. c 24 libr. 1 sius. liga mentum tem 2 tab charact.
s 9 tab. Θ. 10 ta.
t 10 tab
u 10 ta dein k, l trãsscende tes f.
x 11 ta.
y 12 ta.
z 12 tab Θ, Λ.
a 7 tab. X.
b 12 ta.
c 12 ta. 8 tab. Γ.
d 11 ta. aut illic ter Θ & oculitur

e 7 tab.V, inter S, T. 12 tab. h.
f 6 ta. ζ, ζ. 7 tab. d.
g 6 tab. γ. 7 f.
h 3 tab. p.
i 6 ta. κ, λ.
k 1, 2 fig. cap. 25 li. 1 T.
l 7 tab. cha ract. 1, 2, 3.
m 11 tab. f.
n 3 tab. r.
o sub Δ 8 tabula.
p 1 fi. cap. 25 lib. 1 V, V.
q 1, 2 fig. cap. 24 li. 1 T.
r eadem fig. R.
s ead. fi. a.
t 12 ta. i, k.
u 6 ta. Θ.
x 5 tab. f.
y 6 ta. n, o.
z 1 tab. R.
a 7 tab. R, R.
b 8 tab. T.
c 11 ta. Θ.
d 12 ta. T.
e 12 ta. X.
13 tab. d.

teriorem latitat, non tamen adeò impense, ut non liceat ipsius capite ab humero refecto, illum ad insertionem usque cum reliquis radium mouentibus perducere. Si itaque nunc [e] ligamentum in cubiti longitudine inter ossa obuium animaduerteris, repositos in manu musculos ordine aggredi tempestiuum fuerit: ex quibus [f] quatuor statim graciles euadunt conspicui, quos Natura [g] tendinibus tertium quatuor digitorum os flectentibus exporrexit. Deinceps [h] ille liberatur, qui pollicem ab indice maximè remouet, mox [i] duo primum pollicis internodium flectentes. Deinde [k] tres secundum pollicis os flectentes: quos eo diligentiùs obseruare oportet, quo magis antehac dissectionũ professoribus fuerunt incogniti, quodq; illorum tendinibus præcipua manus sesamina [l] ossicula sint innata. Hos subsequetur, [m] qui pollicem indici proximè accommodat, dein [n] qui paruum ualidissimè abducit: ut tantùm [o] octo adhuc sint reliqui, quorum ope prima quatuor digitorum internodia flectimus, quorumq; tendinibus exigua innascuntur [p] ossicula, quæ sesamo cõparamus, quæq; hic in primis sunt perscrutanda. Cæterùm nunc digitorũ articulos diuidens, ipsorum ligamentorum naturam, eorundemq; speciem perquires: ac brachialis postbrachialisq; nexibus haud neglectis, longè diligentissimè brachialis ad cubitum articulo animum accommodabis: quòd hic [q] cartilago examinanda ueniat, ulnam à brachiali dirimens. Quinetiam perpende, obsecro, [r] stylum imitantem processum, non proceriùs extra sinum, quo brachiale excipitur, prominere, quàm radij appendicis [s] mucronem. Dein expendito, parem ligamenti huius articuli in utroque latere [t] formam esse, ut unà mecum omnibus quoque similem usum ascribas: ne fortè quum Naturã celebrare instituis, illi inartificiosissimam constructionem cum Galeno imponas. Reiecta nunc manu, [u] priorem cubitum flectentium musculum suis principijs liberato, quorum exterius ex suo sinu eleuandum est: & [x] ligamento articuli humeri, ipsum continente, recta sectione dissecto, id à scapulæ collo adimetur. [y] Interius ualido quoque cultello ab interiori scapulę processu diuidetur: & utroque principio deorsum reflexo, huius musculi [z] carnosa insertio in os humeri animaduertetur; qua dissecta ad radiũ usque, sola manu à subdito musculo iste prior auelletur. Vbi uerò huius insertionem intuitus fueris, is [a] appensus seruabitur, & [b] posterior ab humero derasus, ad ipsius quoque insertionem ducetur. Posteriorum, seu cubitum extendentium, [c] illum primùm ab humero derades, quem tertium nominauimus. dein [d] primus à scapula absecabitur: ut illo postmodum deorsum tracto, [e] secundum animaduertas ipsi innatum, ac sub illo ab humero prodeuntem. Quando itaque hi ad insertionem producti sunt, neque ullam fibrarum intersectionem animaduerteris, cubiti articulum subinde flectito & reflectito, examinaturus, num uel tantillum quidem extra rectum tramitem dimoueri queat. quod quum in articulo solis ligamentis hęrenti, & iam propemodum luxato, obseruas, quid fieri in nobis arbitrabere, articulo tot musculis adhuc uestito? Vt tamen hæc omnia exactiùs rimeris, ossa inuicem seiungenda sunt, non solùm humeri cum ulna articuli gratia, uerùm & radij cũ humero, & radij rursus cum ulna. Præter hoc enim, ꝙ nihil utilius sese inspiciendum in tota resectione, luxationum gratia offert, nulla profectò eiusmodi articulorũ inspectione, in uniuersa Anatome mihi iucundior occurrit speculatio.


Musculorũ manum occupantium.

Ligamentorum reliquorum administratio.

Cubitũ mouentium administratio

DE MVSCVLIS PENI PECVLIARIBVS. Caput XLIX.

QVADRAGESIMINONI CAPITIS TABVLA, *quatuor figuris comprehensa.*



QVADRAGESIMINONI CAPITIS TABVLAE, eiusdemq; figurarum & characterum Index.

HAEC quadrageſiminoni Capitis tabula, quatuor complectens figuras, numero inſignitas, non huic tantum Capiti, uerùm etiam & aliis pleriſque utilis erit. Ne uerò dein pluribus præfigenda ſit Capitibus, hic omnes ſuarum notarum indices ſum explicaturus.

1 *Prima figura, corporis in menſa proni femora oſtendit, in latera admodum diſtenſa, & penis corpus, uniuerſo interim ſcroto cum teſtibus, cute, adipe, uenis, neruis, & arterijs undique abſectis.*

2 *Secunda figura, nuda quodammodo commonſtrat oſſa, quæ ſacri oſſis lateribus committuntur, quibusq; (hic femorum oſſium portiones adhuc appendent, unà cum ani & penis muſculis, quos ab ipſorum exortu dependere finximus, ut penis corporum origo, urinæq; & ſemini communis meatus inibi in cõſpectu eſſet, quà ſurſum ſub pubis oſſibus flectitur.*

3 *Tertia, penem tranſuerſim diſſectum in hoc oſtendit, ut penis corporum ſubſtantia, & eorundem cum urinæ meatu connexus oculis ſubijcerentur.*

4 *Quarta figura integrum commonſtrat penem, unà cum ueſica hic exporrectum, ut proprius ueſicæ ceruicis muſculus aliquo pacto intueri poſſit.*

A,B 1,2,3,4 *Duo corpora, penem quodammodo uniuerſum conſtituentia.*
C,C 2,4 *Duorum penis corporum exortus.*
D 1,2, 3,4 *Penis glans.*
E,E 3 *Fungoſa rubraq; penis corporum ſubſtantia.*
F 3 *Mutuus penis corporum connexus, & neruea eorundem ſubſtantia, quæ orbiculatim ſung oſam ſubſtantiam complectitur.*
G 1,2, 3,4 *Veſicæ meatus, urinæ ſeminiq; genitali communis.*
H,I 1,2 *Duo primi penis muſculi, in prima quidem figura ſuam ſeruantes ſedem, in ſecunda autem ab eorundem principio dependentes.*
K,L 1, 2 *Tertius & quartus penis muſculi, qui in prima figura integri, in ſecunda uerò ab origine ſua pendentes conſpiciuntur.*
M 1,2 *Muſculus orbiculatim recti inteſtini finem ambiens, fæciumq; excretioni præfectus.*
N 4 *Veſicæ ceruicis muſculus, urinam, ne præter noſtrum arbitrium defluat, cohibens.*
O,O 2 *Membrana, pubis oſſium foramina occupans.*
P 2 *Teres ligamentum, à coxendicis oſſe in rotundum femoris caput inſertum.*
Q 4 *Veſicæ corpus.*
R 4 *Glandoſum corpus, uaſorum ſemen à teſtibus deferentium inſertionem excipiens.*
S,S 4 *Portiunculæ meatuum, quibus urina è renibus in ueſicam ducitur.*
T,T 4 *Portiunculæ meatuum, ſemen in ueſicæ ceruicem eiaculantium. Muſculos autem in prima figura femur amplexantes, characteribus non inſigniuimus, quòd illi muſculorum tabulis diligentiſſimè annotati fuerint.*

Penis conſtitutio.

ETSI penis conſtructionis enarratio in quintum librum, ubi generationis organa commemorabuntur, opportunè reſeruanda uenit, nihilominus tantam huius mẽtionem modò facere expedit, quanta ad muſculorum penis deſcriptionem ex uſu eſt. Penem itaque, præter [a] cutem, qua inuoluitur, [b] duo grandia & neruea, & [c] intus ſpongiæ modo caua efformant corpora: quorum dextrum à pubis oſſis dextri [d] ſede enaſcitur, paulo inferiùs quàm ubi inuicem pubis oſſa dehiſcere incipiunt. Hoc uerſus ſiniſtrum latus modicè exporrectum, cum ſiniſtro coit corpore, à pubis oſſe ſiniſtro principium ducente. His corporibus præcipua penis conſtat moles. atque hæc corpora ad inferiorem ipſorum ſedem, qua coeunt, ueſicæ [e] meatum ſibi toto ipſorum ductu ad [f] glandis uſque radicem ſubnatum obtinent, ubi meatum hunc urinæ ſeminiq; communem, corpora illa in unum penitus corpus confuſa amplexantur, quemadmodum quinto libro auditurus es prolixiùs: ad quatuor enim penis muſculorum deſcriptionem, modò dicta abundè ſufficiunt. Ab

Primi duo penis muſculi.

anteriori itaque anularis [g] muſculi ſede, quem recto inteſtino, ut excrementorum præſit egeſtioni, obnatum eſſe docebimus, [h] duo carnei enaſcuntur muſculi, [i] illis prorſus ſimiles, qui à pectoris oſſe ad os u referens porriguntur. Ambo enim inuicem proximi ſunt, & internis lateribus mutuò committuntur: rectaq; ſurſum in priora, ad urinarij [k] meatus, ſub corporibus illis ad ſuperiora reflexum aſcendentes, eius meatus lateribus inſeruntur: & inuicem dirempti, corpora penis nonnihil digitorum modo amplexantur.

Tertius & quartus. Muſculorũ officium.

[l] Alij duo utrinque habentur ſinguli, ab [m] appendice oſſis coxendicis, paulo inferiùs quàm penis corpora, principium ducentes: quod carneum, ac gracile, ſurſum obliquè procedentem efficit muſculum, qui carnoſus ſemper permanens, ſui lateris corpori non procul ab exortu inſeritur. Quatuor his muſculis penis radix uoluntario impetu trahitur, hinc & erectionis tentiginis ve quandam uim, præter naturalem facultatem ipſi inſitam, obtinens. Quanquam duo priores muſculi in urinæ ſeminisq; excretionibus, communem illum urinæ ſeminiq; meatum ueluti digiti quidam aperire uideantur, ne meatus in obliquo hoc inflexu reſtrictus, eiuſmodi humorum expulſionem prohiberet, & potiſsimùm ſeminis, cuius eiaculationem (etſi urina multo craſsius ſit) Natura impetu perfici uoluit. Niſi enim fortè hi muſculi inferiorem meatus ſedem in hoc reflexu deorſum uellerent, in penis tentigine totus meatus occluderetur, quòd ipſius ſuperior pars à diſtentis corporibus adeò pertinaciter huc illuc allicerẽtur.

ADMINIſtratio.

Porrò ut muſculos hos commodè aggrediaris, reliqua cadaueris pars, quæ adhuc ex quadrageſimo Capite

a 20 *fi. lib.* 5 *r.*
b *præfenis cap. figurarum* A, B.
c 3 *fi.* E,E.
d 2 *fi. cap.* 29 *lib.* 1 *q. uerùm hic* 2,4 *fig.* C, C *exortus notatur.*
e 1,2,3 *fi.* G.
f 1,2,3,4 *fig.* D.
g 1,2 *fig.* M.
h 1,2 *fig.* H,I.
i 4 *tab.* 5, T.
k 1,2 *fi.* G.
l 1,2 *fi.* K, L.
m 2 *fi. ca.* 29 *l,m,n,o, p,q, & circa q enaſcitur muſculus.*

pite ſupereſt,reſumetur:ac diſtentis quàm maximè poſsis femoribus, orbicularem ſectionem in ani ambitu duces;qua cutem ad adipem uſque (quem hic habes copioſiſsimum,maximeq; humidum) diuidas. Deinde longam ſectionem per futuram,in penis inferiori ſede ac ſcorto conſpicuam, in cute perperinæum (quod interfemineum alij uocant) molieris,quæ ad anteriorem uſque orbicularis lineæ ſedem pertingat. Poſtmodum cutem hamulis aut digitis eleuatam,hinc inde à ſubditis organis nouacula diuelles: & muſculos,qui ſeſe abſecta cute offerunt,paruo cultello à ſuis exortibus liberatos, ad inſertionem uſque perduces,non per tranſennam ſingulos ſeorſum expendens,cùm calculorum eruendorum gratia, tum fiſtularũ ulcerumq; nomine,hac ſede non infrequenter homines infeſtantium. Deinde eo obſeruandi ſunt quoque exactiùs,quo minus aliquid à Galeno de his proditum habemus. Quandoquidem locus, in quo illos in opere de Adminiſtrandis ſectionibus proſecutus eſt,unà cum quinque & dimidio eius operis libris, incuria tẽporum intercidit,ſimul cum ipſius de Muſculis peculiari libro. Quantum uerò ex libris de Partium uſu augurari poſſumus,uidentur hoc Capite à me deſcripti [n] muſculi parum à Galeno fuiſſe animaduerſi, quum inibi nullos ad penem referat,quàm duos,ſecundùm [o] meatus urinarij longitudinem per totum penem digeſtos,& à me hactenus (quod lubens fateor) non repertos. Vt modò taceam, Galenum penis [p] corporum originem non rectè aſſecutum eſſe,quum is unum duntaxat,idq; prorſus cauum, & nullo humore intus imbutum proponens corpus,illud ex ſuperioribus pubis oſsium ſedibus pronaſci [q] doceat: non expendens,penis præcipuam molem inferiùs multo,quàm humillima pubis oſsium [r] commiſſuræ conſiſtit ſedes,enaſci,penemq; mox [s] ad anum & per ſcorti regionem æquè craſſum corpulentumq; eſſe,atque [t] ea parte,quæ à ſuperiori pubis oſsium ſede propendet,aut erigitur. adeò,ut quum penis origo Galenum lateret,neque is ſecus quàm Anatomes imperitus aliquis de illa ſenſerit, ueriſimile ſit, ipſum quoque eos non aggreſſum eſſe muſculos,qui peni non multo ultra ipſius initium exporriguntur.

n 1,2 *fig.* H,I,K,L.
o 1,2 *fi.* G.
p 1,2,3 *fi.* A,B, *dein* C,C.
quæſi oriretur ad q 4 muſc. tab.
r 1 *fi. ultimarũ li.* 1 s.
s 2 *fi.* C,C *ſunt iuxta* M.
t *ubi* G *conſiſtit* 1 *figu.*
Libr. 15. *de Parti.* ũ *uſu.*

DE CERVICIS VESICAE MVSCVLO. Caput L.

HVIVS muſculi effigiem in uiris quarta figura tabulæ præcedenti Capiti præpoſitæ commonſtrat, N litera notatam: quemadmodum & uigeſimaſecunda & uigeſimatertia figuræ libri quinti, ad characterem ρ. Muliebris uerò ueſicæ muſculum proponit uigeſimæquintæ libri quinti figuræ γ.



D uirilis [a] ueſicæ finem, ubi in collum ceruicem ve terminatur, [b] glandoſum quoddã corpus ipſi obnaſci,quintus liber declarabit. [c] Muſculus autem iam nobis propoſitus, inter glandoſum id corpus & [d] reflexum præcipuè conſiſtit,quem ueſicæ ceruix,poſteaquam modicè deſcendit,ſurſum ducta,ſub pubis oſſe primùm molitur. Muſculus enim totam hanc meatus ſedem ambit,orbicularis,& oblongi anuli, aut oblongi rotundique meatus effigiem exprimens,ac fibris tranſuerſim circularibus intertextus, & ſuperiùs iuxta glandoſum corpus,quàm inferiùs,craſsior. In mulieribus uerò, quarũ [e] ueſicæ [f] ceruici eiuſmodi corpus glandoſum non adnaſcitur, [g] muſculus totum meatum ambit, qui a ueſicæ corpore in ſuperiorem ſedem colli uteri,non procul à pudendo [h] ſubingreditur.

Virilis ueſicæ muſculus.

Muliebris.

Muſculus iſte in mulieribus & uiris parẽ præſtat uſum,in hocq; primariò à Natura conditus eſt,ut meatui ueſicæ præficiatur,obſtaculo futurus,ne tranſuerſæ ueſicæ fibræ motu ſuo naturali urinam, quoties aut copia,aut praua qualitate illi moleſta eſſet,præter noſtram uoluntatem & impetum excernant, & quouis abdominis compreſſu,ualidaq; ſpiritus retentione,illa mox profluat. Operæprecium enim fuit, egerendis ex corpore recrementis motus præeſſe uoluntarios. ſi caſu enim naturali duntaxat motui excrementorum propulſio committeretur,continuò recrementa emanarent: quod non duntaxat fœdiſsimum eſſet, uerùm inſuper plurimis munijs,quę tota uita obimus,inſignes noxas inferret. Quo minus igitur urina non noſtro arbitratu profluat, Natura meatui ueſicæ hunc muſculum circundedit,inſtarq; fidi ianitoris præfecit, qui ſeſe colligere ac ſtringere poſſet,quum preſſam alioquin à ueſica,& [i] abdominis muſculis, & [k] ſepto trãſuerſo,urinam emittere nolumus: quiq; etiam cum communi muſculorum ratione ſeſe non contrahit, ſed media ſua (ut ſic dicam) habetur figura,preſſæ à ſuperioribus corporibus urinæ cedit,ſeq; extra figuram illam & habitum ab ea educi laxariq; patitur. Quum uerò ſupernarum partium ceſſat compreſsio, ipſa ve urina uniuerſa effluxit,muſculus ſeſe colligens & conſtringens,quicquid ex urina reliquum meatui adhuc inhæret,protrudit. Relinquuntur autem tres quatuor ve guttulæ,quæ emiſſa continuo fluxu, & patente prorſus meatu urina,promanare ſolent. Atque is urinæ,quæ meatui adhuc fortè inhæreret, aut ſenſim tantùm promanaret,compreſſus,alter præſentis muſculi uſus habetur. Quòd uerò ad excretionis promptitudiuem uelocitatemq; quicquam (ut Galenus aſſerit) alioquin auxilietur,quodq; is præcipuus ipſius ſit uſus, ſatis aſſequi nequeo. Quanto enim magis remittitur,ſuamq; comprimendi uim impenſiùs laxat, ſeſeq; non ſecus ac quieſcentes,& ab alijs oppoſitis producti muſculi,educi dilatariq; permittit: tanto liberiorem reddit meatum,qui apertus & amplus,maiorem urinæ à ſuperioribus ſedibus preſſæ copiam tranſmittit,quàm ſi muſculus non prorſus laxatus,ſolutus ve,nonnihil ſuas fibras,ad expulſionem fluente urina, intenderet: ac neſcio qua ratione per uniuerſum egerendi tempus, muſculorum munere,quod contractione fit,fungeretur,meatum anguſtiorem neceſſariò reddens,fœlicioremq; aut craſsiorem urinæ excretionem uitians: quicquid hic tandem de urinæ acrimonia,prauaq; qualitate,laxiorem alioquin & magis ſolutum muſculũ requirentibus,comminiſcemur. Cæterùm quòd ad urinæ retentionem,præter hunc muſculum,meatus longitudinem & circumactum conducere Galenus atteſtatur,in uiris fortaſsis locum habebit. nam mulierculum

Muſculi uſus.

Libr. 15. *de Vſu partiũ.*

a 4 *fi. cap.* 49 Q.
b *eiuſdem fig.* R.
c *eiuſdem fig.* N.
d *inter* M *&* G 2 *fig. cap.* 49.
e 25 *fi. li.* 5 B.
f *eiuſdẽ fi.* d.
g *eiuſdem fi.* γ.
h 27 *fi. li.* 5 L.
i 3 *tab.* Θ. 4 *tab.* Π. 5 Δ. 6 Δ.
k 7 *ta.* Δ.

larum

larum [l] meatus breuis omnino est, rectaq; deorsum protensus, nusquam deflectitur, aut cõuoluitur. Quod Aristotelem latuisse uidetur, quum fœminarum uesicam, adeò in corporis alto repositam, non uerè arbitratur. l 23 fi. lib. 57. f.

Problemate 22 sectionis 10.

DE RECTI INTESTINI MVSCVLIS. Caput LI.

QVINQVAGESIMIPRIMI CAPITIS FIGVRAE, eiusdemq; characterum Index.

QVINQVAGESIMIPRIMI Capitis figura.



RECTI intestini hic delineatur portio, cum suis musculis à corpore resecta, quam aliàs ferè, dum reliqua eximimus intestina, in corpore adhuc relinquere solemus.

A *Rectum intestinum, quod in libri quinti figuris euadet conspicuum, præsertim autem octaua figura, & uigesima.*

B,C *Duo musculi, intestinum post egestionem sursum trahentes.*
Musculosa substantia, penis radici adnata, in mulieribus porrò ad infimam pudendi partem commissa.

D *Insuper D sedes notatur, à qua in penem musculi duo pronascuntur.*

E *Circularis musculus, ne præter arbitrium excrementa deijciantur, præcauens.*

Musculi sedem attollẽtes.

LAVDATA nunquam satis natura, [a] recti intestini extremo musculos largitur, qui in fæcium excretione protusum recti intestini finem, alacriter sursum reuellunt: dein alium ipsi dedit musculum, qui in tempestiuam inuoluntariamq; excrementorum egestionem prohibet. [b] Musculi itaque sedem sursum attrahentes, lati & tenues, neque admodum carnosi aut rubentes sunt, uix ab aliquibus ossibus originem ducentes. A ligamentis enim ex pubis ossibus, & coxendicis osse, & sacro exortis, quæ huius regionis musculis obducũtur, ipsaq; demum peritonæi infima sede, utrinque singuli enascuntur musculi, qui deorsum protensi, rectum intestinum amplexantur, [c] extimæ ipsius tunicæ inserti. Præsentes musculi, quum lati admodum sint, & suis finibus totam intestini latitudinem ambiant, ipsorum [d] portio radici quoque penis, mulieribus uerò uteri collo adnascitur. Quod nonnulli perpendentes, tres sedem sursum agentes musculos recensuerunt. Vtcunque uerò sit, omnes horum musculorum partes pari præficiuntur muneri, quo sedẽ ilico ab excretione sursum alliciunt, quæ deorsum pellebatur ui abdominis musculorum, & septi transuersi: auxiliantibus etiam subinde omnibus thoracem arctantibus, spiritumq; continẽtibus musculis. Cæterùm his qui anum sursum ducunt musculis, nullus eregionè opponitur contrariæ functionis opifex, quemadmodum in omnibus ferè alijs partibus, musculi equidem opponi consueuerunt. Neque oscitanter hic Natura priuatim ab aliorum musculorum constructione aberrauit: quum à musculis octo abdominis, unà cum septo transuerso, sedes adeò interdum propellatur, ut ne à relatis quidem musculis promptè queat retrahi. [e] Alius præterea musculus extremum recti intestini amplectitur, qui prædictis similiter non admodum carneus, sed mucore quodam oblitus existit, fibras orbiculares transuersas ve adeptus, & elatiori sede quàm inferiori crassior, & quà cuti (ut labrorum [f] musculi) permiscetur, commune cum ipsa corpus efformans. Cohæret autem fibrosis nexibus [g] meatui uesicæ in uiris, in mulieribus uerò [h] ceruicis uteri principio. quanquam etiam [i] duorum musculorum, quibus in uiris principium porrigit, interuentu, peni committatur. Cæterùm posteriori sua regione, [k] quatuor ad ossis sacri finem locatis ossiculis (quæ coccyx os nuncupauimus) adnascitur. Ex lateribus connectitur teretibus [l] ligamentis, à sacro osse, in coxendicis os pronatis. Presens musculus non adeò atque medentium uulgus arbitratur, breuis est: sed longus, secundumq; magnum recti intestini longitudinis interuallum exporrectus uisitur, mirè sedem attollentium musculorum insertioni commixtus. Quod non perfunctoriè ab illis uenit perpendẽdũ, qui sedis fistulas & excrescentias subinde scindere uerentur, huius musculi muneris abolendi metu. Licet enim musculi portio aut ferro diui datur, aut quauis alia occasione diuulsa laceretur, tamen quum latior secundùm intestini lõgitudinem sit, eius usus non ita promptè, atque uulgò arbitrantur, in eiusmodi administrationibus deperditur. Musculus iste circulatim intestinum ambiens, quum in media sua figura, ac ueluti quiete consistit, intestini recti finem ita collectum, in seq; concidentem seruat, ut excrementa suo duntaxat pondere defluentia, & non magnũ conatum ad excretionem molientia, haudquaquam transmittat: dein si quando illa ab intestinis, aut abdominis etiam [m] musculis, & [n] septo transuerso comprimuntur, uimq; ad egressum tentant, musculus propria functione sua, extra mediam figuram & habitum ita colligitur, constringiturq;, ut non uoluntariam excrementorum eductionem concinnè prohibeat. Quæ si fortè est tempestiua, musculumq; proprio munere fungi noluerimus, is extra mediam figuram sic sese exeuntium ui laxari educiq; permittit, ut excrementis egressus pateat: post quem musculus denuò cum cute, intestinoq; substantia, in mediam redit figuram, ceruicis uesicæ [o] musculo, ut imagine, substantia & cõformatione, ita quoque functione respondens, sedulioq; ianitoris uices gerens, & perinde ac ille σφιγκτὴρ Græcis, Latinis autem constrictor & anulus nuncupatus.

Musculus orbiculatim intestino obductus.

a 8 fi. li. 5 ab Y ad a. & 20 fi. li. 5 o. et 21 b.
b B. C. et 8 fig. li. 5 b.
c 9 fig. li. 5 L.
d D.
e E & 8 fi. li. 5 a. et 1, 2 fi. cap. 49 Lib. 2 M.
f 3 tab. F, G, H, I. 4 tab. M.
g 1, 2 fig. cap 49 G.
h 25 fi. li. 5 x, x.
i 1, 2 fig. ca. 49 H. I.
k 1, 2 fig. cap. 18 li. 1 G, H, I, K.
l 10 tab. f.
m 3 ta. 8. 4 tab. Π. tab. Δ. 6 bu. Δ.
n 7 ta. Δ.
o 4 fi. cap. 49 N.

COLLI

COLLI VESICAE ET ANI MVSCVLORVM administratio. Caput LII.

In uiris administratio

COLLI uesicæ & ani musculorum administratio, ab ipsa uesica inchoabitur: [a] hanc enim à peritonæo, quà internæ pubis ossis regioni obtenditur, cultello aut nouacula liberare adeò conuenit, ut ipsa non amplius aliqua sua sede peritonæo sit continua. Deinde penè à pubis ossibus dirimere oportet: quod, ubi inuicem hæc committuntur, mediocri negocio perficies, quum nerueis duntaxat & fibrosis nexibus penis ibidem hæreat. At ubi inuicem ossa remouentur, penisq; corpora [b] initium ducunt, acutiori cultello horum corporum initia proximè ab exortu sunt abradenda, ut penis ab ossibus liber pendeat. Mox cultro aliquo pubis ossa inuicem dirimes, sectione per ipsorum [c] cartilaginem ducta. quam sanè leuiori opera, quàm plerique autumant, perfeceris, si modò ossium medium ad amussim tetigeris. Hæc sectio, quoniam prius femora in penis musculorum administratione erant distensa, ilico ut inuicē ossa abscedant, occasio erit. [d] Quo uerò remotiùs ossa disiungas, uehementiùs quoque adhuc femora abducenda sunt. quod feceris longè cómodissimè, si uno cadaueris crure à mensa pendente, & reliquo adhuc illi incumbente, os sacrum in mensæ latus acutum ve collocaueris, & deinde utrinque femoribus & ilium ossibus reflexis, ossa pubis, quantū lubet, diduxeris. Nunc uesica uniuersa cum pene in conspectu adeò iacet, ut etiam [e] musculum uesicæ collo obductum, promptè animaduersurus sis. Vt autem sedis [f] musculos pariter intuearis, cultello sensim uesica simul cum ipsius ceruice à recto intestino transuersis sectionibus separanda est. In quo opere sanguinem, si is ex uenis & arterijs profluxerit, spongia sedulò elues. Vix enim (nisi fortassis admodum operose omnia uasa uinculis ita intercipere possis) fiet, quin inter dissecandum, uas aliquod, aut casu punctim ictum, aut transuersim necessariò incisum, sanguinem profundat. Ablata igitur uesica, & connexu recti intestini musculorum ad penis radicem, & ad musculum uesicæ propenso, ipsius intestini musculos aggredieris: qui sanè citra operosam sectionem sunt summè conspicui, si modò diligenter ab ipsis sanguinem, qui hic solet esse molestissimus, absterseris. Hæc administratio propemodum & mulieri communis esse poterit. ut enim uesicæ ceruicis [g] musculus in ipsa uideatur, uesica similiter ac in uiris, est à peritonæo & pubis ossibus liberanda: ut diuisis dein diductisq; pubis ossibus, in propatulo sit muliebris uesicæ collum, quod suo circulari musculo potissimùm conformatur. Recto autem intestino peculiares musculi, execto utero, erunt perinde ac in uiris examinandi. Operæprecium nunc foret, ualidiùs adhuc pubis ossibus diremptis, cultro aliquo acutiori ligamentum, sacrum os ilium ossi connectens, in sinistro latere diuidere, ut utrunque crus cum osse, quod sacro committitur, seorsum tractari possit, dextroq; cruri sacrum adhuc hæreat, aut [h] sinistro, prout nimirum musculos, qui adhuc reliqui sunt, in dextro aut sinistro crure aggredi uisum erit.

In mulieribus.

[a] 13 fig. lib. 10.
[b] 2 fi. cap. 49 C,C.
[c] ultimæ fig. lib. 15.
[d] Vti factū est in 22 fi. lib. 5.
[e] 22 fi. lib. 5.
[f] fi cap. 51 B,C,D,E.
[g] 25 fi. li. 5, quæ hæc administratione parata est.
[h] Talis fere est 16 ta.

DE MVSCVLIS TIBIAM MOVENTIBVS. Caput LIII.

Galeni in li. 3. de Vsu part. de tibiam mouẽtibus musculis sententia.

PROXIMVM quidem nunc erat, femur mouentes musculos describere, si demum explicatis antea musculis, situ uiciniores aggredi institutum fuisset: uerùm quando sectionis potius, quam uiciniæ seriem sequi propositum est, ante musculos femoris motuum opifices, tibiæ motores in præsentia ueniunt pertractandi. nam quousque hos asseruas integros, commodè illos administrare nequis. Cæterùm quo tibia mouentes musculi insigniores & proceriores, magisq; conspicui sunt, eo etiam minus Galeni sententiæ passim assentiri queo, quāuis interim etiam nō omni ex parte is sibi consentiat. Haud procul enim à calce tertij de Vsu partium, tibiæ motuum opifices musculos recensens, eos hac breui oratione nouē enumerat. Tres, qui anteriorem femoris sedem occupant, atque omnium huius loci musculorum maximi sunt, rectà ad genu feruntur: horum quidem unus implantatur patellæ carnosa apprehensione: duo autem reliqui unum maximum procreant tendinem, qui latescens, implantatur toti patellæ, stringens eam exquisitè, & continens cum subiectis. Deinde autem præteruectus articulum, anterioribus tibiæ partibus inseritur, eam, si iubeatur, extendens, unà cum toto ipsius genu articulo. Alij uerò duo musculi, utraque prædictorum parte, hic quidem externus, ille autem internus, in tibiæ lateribus inseruntur, ambo obliqui motus opifices. Qui namque internus est, crus intrò adducit, alter autem extrorsum abducit. Enascitur autem ille quidem ex commissura ossium pubis, hic uerò ab extremis partibus ossis coxendicis: optimè enim sic utrique crus ad motus obliquos abducturi erant. In medio autem inter hos spacio, aliæ tres sunt musculorū explantationes, paruis motibus ipsum genu mouentes. Flectit enim genu, & ad interiora adducit tibiā, is qui est continuus interioribus: abducit autem extrorsum simul flectendo, uelut inuoluens eam, is qui tangit externos. Reliquus, qui & medius omnium est, in femoris caput internū insertus, flectit quidem totum quoque femur, cum eo autem simul & totam tibiam euellit, immittens se eis quæ articulum ambiunt [ligamentis] usque ad [a] alterum maximorum musculorum, qui in tibia reponuntur, ut simul quoque tibiam ipsam totam trahat. Reliquus uerò nouem musculorum articulum genu mouentium, gracilis & longus, ex iliū osse enatus, tibiam sursum extendit, in ea potissimùm figura crus totum statuens, in qua mollientes, ac subigentes, pedem ad inguina alterius cruris sursum ducimus. Post hęc uerba Galenus, Naturam in horum musculorum constructione laudaturus, proculdubio in primis exemplaribus subiunxerat, Mirificè & hic Naturam omnia prouidisse: & quæ reliquo contextu subsequuntur. At eum [b] musculum, quem in poplite latitare

Quoniam in orationis serie tibiæ mouētes musculos seorsim singulos pertractabimus, ante nostram enarrationē nullas notas margini adijciemus.

[a] Intelligit opiner primum pedem mouentiū, & in 12 ta. insignitum.
[b] 14 ta. I.

itare innuit,temporis successu,& in resectione simiarũ peritior, cognoscens hæc quoque suo,quod ad nos
» demanauit,exemplari interiecit: Præter autem hos omnes, est paruus musculus in poplite, genu quoque
» flectens.ut simul omnes ab ipso hac serie enarrati numero decem censeantur. Hæc sanè ipsius oratio clarissima est,ex qua quiuis etiam citra inspectionẽ,cuiusmodi enarrat musculos,imaginatione sibi pulchrè confingit: at quàm sit ueritati consona,partim ab ipso in secundo de Administrandis sectionibus, partim uerò ex ipsa inspectione discito. Verùm quando ipsius orationis series in secundo de Administrandis sectionibus longior est,quàm ut tota hic describi debeat,ego femoris musculos eo ordine, quo ibidem recensentur,enarraturus sum,Galeni sententiam post musculi cuiusque descriptionem continuò ferè subijciens,ac pariter addens,quotum in præscripta ex libris de Partium usu oratione unumquẽque enumerauerit.Priusquam uerò musculos aggrediar,id summo studio abs te contendo, ut quot motibus tibiam agas, accuratè examines. Galenus enim in libris de Vsu partium,ut precedens attestatur oratio, tibiam extendi simpliciter dixit: non adiungens,eam magis aut introrsum, aut extrorsum, aut prorsus in medium rectà extendi. At flexionem uidetur triplicem enumerare: unam,qua tibiam retrorsum, seu in posteriora sursum uersus exteriora duci innuit: alteram,qua introrsum illam sursum tractam agi dicit: tertiam, qua tibiam in neutrum latus inclinantem, rectà flectimus. quanquam tertium hunc ductum duntaxat flexionis nomine, & præcipuè in secundo de Administrandis sectionibus donare uideatur. Deinde in prescripta ipsius oratione,secus atque in libris de Administrandis sectionibus,tibiam in latera moueri affirmat, quum unum musculum hanc extrorsum abducere, alterum introrsum adducere scribit. Verùm tamen in ambobus libris, tibiæ motum assignat,quo hæc sursum obliquè,uelut ad alterius cruris femur ducitur: & quo tibiam agi ab illis conspicimus, qui pedibus coria in ligneis stratis emolliunt, aut quum pistores massam apud pleraſque nationes calcant. Hos motus omnes ita Galenus enarrat,ut proprios prorsus tibiæ illos esse arbitretur,ipsisq; peculiares musculos assignet: quum interim tibia,quiescente femore, rectissima flexione & extensione solum agatur. Si enim tibia cum pede in latus digna animaduersione ducitur, id sanè femoris fit beneficio. Neque est quòd huic paradoxo corroborando prolixiùs insistam,quum ipse iam admonitus, luce clariùs animaduertas, tuam tibiam,immoto prorsus femore, duntaxat rectissimo tramite flecti, extendiq;. Quanquam quum motus hos,adhibitis etiam nudis ossibus, examinas, non perfunctoriè animus femoris motibus adhibendus sit. nisi enim gnauiter attenderis, te inscio femoris caput in conxendicis osse situm mutabit,moxq; alia tibiæ flexio extensioq;,quàm prius,apparebit. Cæterùm iam tempestiuum fuerit, musculos ipsos aggredi: quorum [c] primus acuto exortu [d] principium, è neruea substantia & modica carne commixtum ducit,ab [e] anteriori ossis ilium spinæ sede, seu ab ilium ossis appendicis anteriori extremo. Hic musculus non procul ab origine totus carneus euadit, & modicè dilatescens, gracilis permanet: eius tamen latitudo,ipsius crassitiem spissitudinem ue duplo (ut sic dicã) superat. musculusq; hac forma deorsum obliquè uersus interiora sensim adeò prorepit, ut internum femoris latus iuxta medium longitudinis femoris exquisitè occupet: hinc adhuc magis in interiora retrorsum paulatim procedens, eregionè [f] interni femoris capitis iuxta genu tandem consistit: ad quod ueluti obliquo ductu reflexus, & [g] angustior excarnisq; redditus,antrorsum descendit,tendinem educens,qui non latus,sed ad amussim (quicquid Galenus,suis fidens simijs,asserat) teres est, tibiæ ossi ad internum latus acutæ suæ [h] lineæ, secundùm ipsius longitudinem exporrectæ, [i] insertus. Hunc musculum Galenus in secundo de Administrand. sectionibus primum enumerat,in prescripta autem oratione nonum. & utrobique huius musculi beneficio tibiam sursum ad alterius cruris inguina,aut ad femur allici arbitratur: qui motus non huius solum musculi opera, uerùm femur mouentium & tibiæ musculorum auxilio unà perficitur. Tibia namque suis musculis flexa,& femore deinde suorum musculorum ope sursum in anteriora flexo,& simul extrorsum ualidissimè circumacto,motus ille succedit. Nisi enim flexa prius tibia,dictum iam femoris motum sequeretur,eiusmodi motu tibia nequaquam alterius cruris femori aut tibiæ obduceretur. [k] Secundus musculus amplo & prorsus neruco [l] principio ex pubis osse enascitur. Vbi enim pubis ossa inuicem [m] cartilagine committuntur, per commissuræ longitudinem duo sibi contigua oriuntur musculorum principia: quorum alterum ad dextrum crus,alterum uerò ad sinistrum defertur,secundum hunc musculum constituens. Tanta itaque huius musculi principij est amplitudo,quanta ferè pubis ossium commissuræ est longitudo. Principium hoc non procul ab origine strictius,sed crassius,carnosumq; prorsus ita efficitur,ut eius latitudini crassities uix cedat, & musculus paulo minus toto teres euadat:qui deorsum per femoris interiora descendens,sensim gracilior efficitur,ut iam internum femoris caput non procul à genu articulo contingens, in exactum teretemq; [n] tendinem finiat,eadem sede,qua primi musculi tendo,tibiæ innatum: sed tanto interiùs, seu posteriùs, quanta primi musculi tendinis est crassities.Hic musculus in parum obesis mulieribus, si quando femora diducunt,rigidum quoddam & durum ligamentum,seu neruus,aut tale quid esse apparet, eo quòd excarnis quodammodo in illis musculus nerueam substantiam duntaxat habeat,nulloq; obtegatur adipe. Præsentis musculi beneficio Galenus in præscripta oratione,tibiam ad internum latus duci attestatur,illum in serie quintum enumerans.In secundo autem de Administrãdis sectionibus,tibiam elatiùs & interiùs musculi huius auxilio attolli prodidit.hoc est (si modò rectè ipsius sententiam assequor) musculum hunc tibiam uersus interiora maximè inclinantem flectere.quod enim attollere ipse dixit, mihi flexum insinuat. Perficeres autem eiusmodi motum,si erecto prius corpore,dextram tibiam sinistro popliti, aut flexuræ genu nonnihil transuersim subijceres:qui motus nuper dicto,ac quem Galenus primo musculo tribuebat,tãto minus respondet,quo femur in exteriora minus est circumuersum:adeò ut & præsens motus, flexa tibia, & femore in anteriora subleuato,extrorsumq; simul circumacto, fieri debeat, quod sanè à Galeno haud perfunctoriè obseruandum fuerat. [o] Tertius,cum alijs ut minimùm tribus musculis, ex infima coxẽdicis ossis

Galeni in 2 de Admini. sect. sententia cum uera musculorum descriptione enarratur.

Tibiæ motus.

Primus tibiam mouẽs.

Libr. 1 de Admi. sect.

Secundus.

Tertius.

c 3 ta.Σ.1 tab.o.2 q.4 tab.charac. 2.9 tab. e. 16 L.
d 3 tab. f,
e 1,2,3 fi. cap.29 li.1 P.
f 1,2 fig. cap.30 li.1 E.
g 3 tab. t.
h 1, 3 fig. cap. 31 lib. 1 γ.γ.
i 3 ta.charact.1.
k 16 ta.Δ. 1 p.2 γ.31
4 χ.5 charact.6. 9χ. 10 5.
l 16 ta.N.
m ultima rum fi.lib.1 5.
n 3 ta.charact.2, iuxta quem ẽ sistis characte.1.
o 10 ta.Φ. 2 β.9 t.11 ta. charact. 5.16 ta.R.

ɔ 3 *fi. cap. 19 lib. 1 ab lat. qper Φ* ɔ 10 *ta. γ.* 11 *tab. λ.* 13 *fi. cap. 19 li. 1 m.* 1 10 *ta. ξ.* 1 3 *ta. cha pit. 3.* 1 19 *tabu. LM.* 1 10 *ta. Ψ.*

ossis sede enascitur. Ab eius namque ossis P appendice (quæ nobis stantibus, in eius ossis infima sede: in simijs uerò & canibus, quum anterioribus innituntur pedibus, in extima, & maximè postica habetur) ordinata serie, multorum musculorum capita principium ducunt, quorum tertius hic musculus omnium ɔ postremum obtinet. Ab elatiori enim, & maximè posteriori eius appendicis r sede, nerueum gracileq; principium educitur: quod deorsum descendens, aliquantulum sub origine carneum fit, teretem quodammodo constituens musculum, suo principio iam longè crassiorem. Hic deorsum per femoris posteriora prorepit, aliquantulum obliquè tantisper ductus, donec ad posteriorem sedem interni femoris capitis propter genu pertingat. s Ibidem enim extenuatus, & in teretem quoque (non uerò, ut Galenus docet, ac in simijs ferè occurrit, latum) degenerans t tendinem, in tibiæ anteriora reflectitur, eadem regione, qua nuper cõmemorati, insertionem tentans. Sed eius musculi tendo hoc sibi priuatim uendicat, quòd anteriori tibiæ sedi ad internum acutæ illius lineæ latus hærens, ad medium usque longitudinis tibiæ properet, alijs tendinibus tibiæ insertis, haud æquè descendentibns. Galenus nulli musculo tibiam mouenti, adeò obliquum adsignat ductum, atque huic tertio, non animaduertens, primum u musculum longè obliquiùs duci, quũ is scilicet ab ilium osse antrorsum, & hinc in interiora femoris ad posteriora usque propemodum descendat, & inde rursus obliquo ductu in priora tibiæ feratur. Deinde x musculus, qui ordine quartus erit, obliquior tertio uisitur. illum namque, similiter atque hunc à coxendicis osse pronatum, in anteriora tibiæ, secundùm femoris externum caput, prorepere audies. Vnde etiam tanto obliquiorem ipso tertio quartus iste situm nanciscitur, quanto coxendicis ossis sedes, unde uterque principium sumit, femoris interiora magis spectat. Tertius musculus, in præscripta Galeni oratione sextus est, quem inibi inquit tibiam in internum latus inclinantem flectere. In libris uerò de Administrandis sectionibus, ut obliquissimum illi ductũ assignat, ita quoque obliquissimi motus ipsum autorem statuit. Necesse enim (inquit) est, tibiam hac tractam ansa, retrorsum sursumq; ferri, & hac in orbem conuolui. Atque hunc quidem motum obimus, at nõ quiescente femore: necesse enim est, hoc motu tibiam flecti, & femur extrorsum non leuiter circumuerti.

Libr. 2. de Admi. sect.

Quartus.

ɔ 10 *ta. Ψ.* 11 *π. p. 1 u.* 12. 6 *tab. χ. 12 μ. ν.* 12 *fi. cap. 19 lib. 10.* 1 11 *ta. μ.* b 11 *ta. λ.* c 11 *ta. p.*

y Quartus musculus non æquè latum principium, atque tertius, ex coxendicis ossis z appendice ducit. Hu ius enim a principium gracilius est, sed spissum tamen. Deinde ad tertij musculi b externum latus, nonnihil sub ipso occultatum enascitur. Veritati enim parum consentit, quod à Galeno in quinti musculi enarratione, de capitibus à coxendicis ossis appendice principium ducentibus asseritur, quum quatuor capitũ, ab illo osse originem ducentium, quarti huius musculi extimum esse, & deinde tertij musculi caput succedere scribit. Cæterùm principium quarti musculi paulo sub exortu primùm efficitur carneum, exacti musculi formam multo quàm tertij crassiorem referens, ac per femoris posteriora sensim deorsum uersus exteriora descendens. Quum uerò musculus medium longitudinis femoris superauit, tenuior redditur, & externa sui sede nerueus admodum, quasi tendinem educturus, apparet. In interna autem sede, c alia pars carnosa, ex femore pronata, ipsi, ubi tendinem uidetur procreaturus, ita adnascitur, ac si alius hic oriretur musculus, qui quartum augeret: simulq; ex ambobus unus efformaretur musculus, qui denuò crassescens, carnei cuiusdam musculi imaginem exprimit, & deorsum protensus, exterioriq; parte admodum neruosus, insigni tendine fibulæ implantatur, ualidam insertionem in d processum superioris appendicis illius pertinaciter molitus. Huius enim tendinis occasione, fibula acutum huiusmodi processum, quà tibiæ coarctatur, exerit. Quinetiam femoris externum caput, in externo ipsius latere oblongum e sinum gerit, tendinis huius occasione, ut aptè ac tutò ueheretur, priuatim exculptum, læuiq; & lubrico ligamento incrusta tum. Cæterùm siue quartum hunc musculum unius loco, aut duorum enumeres, nihil interest: quanquam Galeni gratia, ne ordinem perturbes, unicum opportuniùs statues. Is enim, quum hunc musculum in homine non uiderit, unicum duntaxat ipsum recenset, utq; in caudatis simijs illum ego reperi, describit. In simijs enim nulla à femoris osse enascens portio, quarto musculo admiscetur: sed is unicus est, admodum insignis & latus. unde etiam Galenus illum perpetuò latum, in libris de Administrandis sectionibus appellat. Hunc musculum præscriptæ ex tertio de Partium usu orationis, septimum collocabimus, quo Galenus asserit tibiam extrorsum simul cum flexione abduci, & quodammodo inuolui. In secundo autem de Administrandis sectionibus, totam tibiam huius ope simplici motu in externam partẽ agi atteſtatur, eorum quæ in libris de Vsu partium tradiderat, oblitus, & proculdubio huius musculi naturam exactissimè, propter curſorem illum, cui hunc in certamine auulsum putauit, cognoscens. Verisimile enim est, Galenum illo curſoris (cui alij tibiam flectentes adhuc famulabantur) symptomate allectum, sedulò huius musculi naturam in simijs perpendisse, atque tunc (ut sanè debuisset in omnibus) didicisse, hunc simplici, quod ad genu articulum attinet, motui à Natura fuisse præfectum, & flexionem in neutrum latus inclinantem moliri, utcunque etiam obliquo ductu quartus hic musculus ad tibiam prorepat: quem sanè ossium situs compositionisq; ratione, & femoris formæ gratia, potius quàm ut non recto præesset motui, obtinet. Verùm interim ego Galeni sermonem, quo in exteriora tibiam simplici motu hoc quarto musculo duci scribit, ita interpretor, ac si per exteriora, posteriora intellexisset, itaq; flexionem, non uerò in externum latus ductum innueret. Aliàs enim Galeni sententia à ueritate nimium declinaret: quum tibiam in externum latus, idq; simplici motu, neutiquam agi, certo certius sit.

Libr. 2. de Admi. sect.

Libr. 2. de Admi. sect.

Quintus tibiam mouẽtium.

f 11 *ta. Ψ.* 2 *tab. δ, δ.* 9 *tab. ω.* 10 *tab. ϖ, ϖ.* 12 *ξ.* g 2 *fi. cap. 29 lib. 1 n.* h 11 *ta. λ, μ, quibus subest ν.* i 12 *tab. δ musculi Ξ, Σ, Π.* k 11 *ta. γ.*

f Quintus musculus etiam à coxendicis ossis appendice pronascitur, initium ducens inter h capita tertij & quarti musculorum tibiam mouentium, & i caput eius musculi, quem femur agentium quintum enumerabimus, cuiq; quartum caput eorum quibus coxendicis ossis appendix initium præbet, asseribemus: uti huic quinto tibiæ motibus præfectorum musculo, tertium k caput meritò tribuimus, quod prorsus neruеum est, & non nisi longè sub exortu carneum euadit, crassescitq;, hoc sibi præ cæteris corporis musculis rarum & peculiare uendicans. Nullus namque

alius tam longo ab ipsius principio ductu nerueus uisitur,præterquàm quòd in posteriori sua sede, etiam ultra medium longitudinis femoris,impense liuidus appareat, [l] sinumq; sibi eleganter & concinnè insculptum habeat,secundùm longitudinē musculi teretē, cui anterior [m] tertij tibiam mouentiū musculi pars ita pulchrè innititur,ut prorsus existimem, tertiū musculum cum quinto, unius musculi uice à multis Anatomicis ablatum dissectumq; fuisse. Vt uerò tertius musculus,mox ab exortu crassus,carneusq;,& teres denique efficitur,ac longè supra genu articulum extenuatur, in tendinemq; cessat: ita contrà quintus musculus,ut superiori sede diu nerueus permanet,sic humiliori sede crassescit, ac ueluti carneus & teres conspicitur,ad posteriorem primùm regionem [n] interioris capitis femoris,iuxta genu,tendinem [o] producens teretem,qui ad id femoris caput cum tertij musculi tendine reflexus, interiori lateri anterioris tibiæ ossis sedis insertatur,non adeò in tibiam descendens,uel etiam antrorsum prorepens, ac trium primorum tibiam mouentium musculorum tendines,quos hac in sede insertionem [p] moliri scripsimus. Quāquam uerò quinti musculi tendo non æquè demissam insertionem,atque nuper dicti tentet, non tamen interno femoris capiti,iuxta [q] initium musculi inseritur, quem pedem mouentium primum enumeraturi, ab interno illo femoris capite principium ducere testabimur. Et quemadmodum quinti musculi tendo in illud femoris caput non implantatur,ita neque tibiam femori committentibus [r] ligamentis præcipuo nexu firmatur,aut inseritur. Quod sanè haud oscitāter Galeni gratia est obseruandum,qui quinto suo musculo,in secundo de Administrandis sectionibus libro,in femoris caput & articuli genu ligamenta insertionem tribuit, & miris modis de huius musculi officio & munere solicitus, sibi parū constat. Primò enim ait,quinto loco enumeratum ab ipso musculum,tibiam sensim in exteriora circūuertere,ac motu tertij musculi fungi, quamuis non æquè magno. Secundò autem inquit,si hunc musculum ad caput suum tendas, cum femore etiam tibia retrorsum introrsumq; ferri uidetur. Tertiò uerò scribit,se propemodū dicturum,quintum ipsi enarratum musculum,tibiæ flexus solum autorem existere: addens,ipsum non magis tibiam flectere, quàm ad internam regionem abducere uideatur. Quartò addit, hunc musculum leuiter & obscurè quodammodo genu articulum mouere,aut flectere,ac [s] alium quendam in poplitis articulo latenter repositum esse, qui uel solus ipsum flectere potest, uel maxima potentia præditus est: cum subaudiens musculum quem nos in poplite latitantem ferè nuncupamus,quemq; priuato Capite post nouem tibiam mouentium musculorum historiam describemus,cuiq; Galenus dignissimum munus,quòd primus illum obseruauerit, immeritò ascribit. Ad hæc,in secundo de Administrandis sectionibus libro,Galenus ueteres (qui [t] quintū nostrum musculum,simul cum tertio fortassis,cum ita mutuò hæreant, unumq; quasi musculum efformare uideantur,unius musculi loco,inter dissecādum unà abstulerunt) non semel irridet,quòd quendam femur mouentem musculum,tibiam flectere scripserint: illum insinuans [u] musculum,qui omniū corporis musculorum crassissimus est,& femur mouentium quintus mihi,perinde ac Galeno in libris de Vsu partium, enumerabitur: qui eundem in libris de Administrandis sectionibus,femur mouentium primum recenset, & in tibiā non pertinere admodum uerè asserit. Vnde etiam miror,qui tertium de Vsu partium librum in præscripta oratione tum non restituerit,quum in poplite latitantis [x] musculi, post libros iam indubiè prius editos, mentionem fecit. In præscripta enim oratione,octaui musculi loco, non secus quàm Veteres factitasse innuit,unum enarrat,quem ego prorsus arbitror esse,posteriorem quinti femur mouentium musculi [y] portionem,suo tendine in internum femoris caput insertam,iuxta initium primi pedem mouentium musculi. quanquam interim illi eius quinti femur mouentium musculi portioni cum tibiæ motibus nihil prorsus sit commune: uti [z] quintus tibiam mouentium musculus mihi enarratus,solius tibiæ flexioni, non uerò femoris motibus,famulatur. Ac proinde si quando (ne hic in Galeni sententijs recensendis nimius sim) humani corporis fabricæ cognitionem adeptus eris,unà mecum promptè iudicabis, ex sedula dissectione Galenum potius posse intelligi,quàm ex ipsius libris adeò dissonis,illam posse ad amussim & uerè disci. At nunc deinceps reliquos tibiam mouentes aggrediamur,Galeni communis præceptoris, & Anatomes professorum facilè principis autoritate ob oculos semper posita. [a] Sextus itaque musculus (quem primo loco,nisi Galeni habita fuisset ratio,descripsissem) eo accuratiùs uenit inspiciendus, quo rariorem inter reliquos musculos naturam adipiscitur. A latere enim externo primi [b] musculi,ab ilium ossis spina enascitur, intus acutum carneumq; [c] caput obtinens,quod muris lacertæ ue modo latescens, deorsum ad regionem coxendicis articuli fertur,ubi rursus caput id seu musculus angustior redditur, & priusquam magnum exterioremq; femoris [d] processum perreptet,non [e] amplius carneus conspicitur. adeò ut sextus musculus aliud nihil tandem sit,quàm longissima & latissima membrana,tendinis naturam referens, cui nunc descripta & carnei exactiq; musculi formam repræsentans pars innascitur. Statim enim ab initio in exteriori parte,instar latæ membranæ in conspectum uenit,aliquousque coxendicis articulum amplexantibus musculis obductæ. Quum uerò membrana magnum femoris processum superauit, totam anteriorem femur amplexantium musculorum sedem,deinde & posteriorem & exteriorem cutis quasi modo tantisper integit, quousque ad genu articulum descendat: quem ubi similiter quoque membrana obuoluit, ipsa in anteriorē tibiæ sedem & externum illius latus inseritur. Cæterùm huius membranæ,seu tendinis, utcunque appellare lubeat,non eadem undique est crassities. Tota namque pars,quæ anteriori femoris sedi, & posteriori obducitur,tenuissima est: atque hæc tanto tenuior conspicitur, quanto interiorem femoris regionem uiciniùs accedit. Ea uerò membranæ pars,quæ externo femoris lateri exporrigitur,ualida crassaq; est,& accuratè lati tendinis speciem exprimit. Huius fibræ recto tramite,quousque anteriori tibiæ parti ad latus magis externum & ad fibulam inserantur,decliues descendunt. Tendo autem hic ad insertionis sedem illis tendinibus commiscetur,qui cum ipso quoque tibiam extendere dicentur. Præsens namque musculus extendentiū

Galeni de quinto musculo sententia.

Lib. 15.

Sextus.

l Φ pulsa est in dissectionibus in latus.
m totus posterius in ω, ϖ.
n 1 fi. cap. 30 lib. 1.
o 13 tab.
p 3 tab. 1, 2, 3.
q 12 tab. iuxta ε, musculi ϕ.
r fi. cap. 1. 5, V.
s 14 tab. Γ.
t 11 tab. Ψ.
u 12, 13 tab. Ζ, Π, Σ.
x 14 tab. Γ.
y 12, 13 tab. Ξ.
z 11 tab. Ψ.
a 3 tab. ϕ. 19. 2 r. 4 charact. 3. 9 tab. p.
b 3 ta. Σ.
c 3 tab. ab x ad y.
d 1, 2 fig. cap. 30 lib. 1 Y, Q.
e sub 5, 3 tab.

numero uenit aſcribendus. quanquam inſignem uſum femur ambientibus muſculis etiam præſtet, tranſuer ſi cuiuſdam ligamenti ritu omnes quos amplectimur muſculos, in ſua ſede (ne aliquo ſcilicet permutẽtur) continens. Atque ita eius membranæ uices gerit, quam cubitum occupantibus muſculis circulatim obnaſci, prius inſinuauimus. Quàm uerò perfunctoriè Galenus hunc muſculum deſcribat, tria, quibus illum dignatur, uerba, in ſecundo de Adminiſtrandis ſectionibus oſtendunt. Arbitror enim hunc in libris de Vſu partium Galenum latuiſſe, quum in trium, quos ibidem recenſet, tibiam extendentium claſſem illum non repoſuerit, quumq; quarti præſcriptæ orationis muſculi ortum ſermoni addiderit. Si enim ſimpliciter (ut de cæteris muſculis loquitur) quarti inſertionem & motum tantum expreſsiſſet, arbitratus fuiſſem, hunc [f] ſextum ab ipſo eius muſculi loco haberi, quem in externum latus tibiam abducere tradidit. Quod ſanè hic muſculus, ſi ſitum ipſius ductumq; ſpectes, præſtaret, modò tibia uel minimùm in latus ageretur. Verùm quum explicatiùs de quarto muſculo locutus, eius originem ſermoni addidit, liquidò Galenus commonſtrat, ſe ſextum hunc non proponere: quandoquidem hic non ab [g] appendice coxendicis oſsis, cum [h] tertio, quarto & quinto nobis enarratis principium ducit: ut ipſe tamẽ innuebat, ab extima ſede oſsis coxendicis abducentem muſculum exoriri affirmans. adeò ſanè, ut fateri cogamur, hunc muſculum Galeno in præſcripta oratione incognitum fuiſſe: & quemadmodum falſos tibiæ motus ſibi effinxit, ita quoq; muſculum aliquem, ſua imaginatione excogitatum, nobis tradidiſſe. [i] Tres, qui adhuc enarrandi ſuperſunt, dilucidiùs fortaſsis recenſerentur, ſi quem Galenus poſtremum numerat, nunc ſeptimi loco deſcriberemus: uerùm quum hoc Capite Galeni ordinem ſequi uiſum ſit, eos etiam qui adhuc reliqui ſunt, ſua ſerie aggrediamur. [k] Septimus itaque neruea, lataq; & ampla [l] origine ab externo femoris oſsis latere naſcitur, totam radicem magni femoris [m] proceſſus in orbem amplexus. Origo hæc ſtatim ab initio craſſa carnoſaq; efficitur: & ilico à femoris oſſe abſcedẽs, illi inſternitur [n] muſculo, quem octauum nominabimus. Is namque aliqua ſui portione huic ſeptimo ſubtenſus, in cauſa eſt, quo minùs ſeptimus tota femoris longitudine ipſius oſsi, quemadmodum ipſe octauus, adnaſcatur. Septimus itaque muſculus ſua amplitudine totum externum femoris latus citra omnem, præterquam in exortu, ad os connexum amplectitur, magnã quoque anterioris & poſterioris ſedis femoris partem occupans. Hic toto deſcenſu carnoſus uiſitur, [o] paulo ſupra molam aut patellam in amplum [p] tendinem deſinens, quem octaui muſculi & noni [q] tendinib. commixtum, ſimul cum illis patellam apprehendere, tandemq; in anteriorem tibiæ ſedem inferi audies. Quanquam etiam ſeptimi muſculi tendinis poſterior pars ualidè ſexti [r] muſculi permiſceatur tendini, qui huius ſeptimi externam ſedem præ cæteris femur occupantibus muſculis integit. Poſteriori autem ſeptimi ſedi [s] quartus tibiam mouentium muſculus attenditur, quemadmodum anteriori is qui [t] nonus omnium futurus eſt. Quotus uerò ordine ſeptimus hic muſculus in præſcripta Galeni oratione habendus ſit, ubi & duos alios adhuc abſoluero, ipſe augurabere. [u] Octauus muſculus totam propemodum femoris oſsis amplitudinem obcingit. In poſteriori enim duntaxat ſede, iuxta femoris longitudinis medium, nudam relinquit [x] lineam, cui maximus totius corporis [y] muſculus, ſeu femur mouentium quintus, inferi docebitur. Dein ad radicem quoque inferiorum femoris capitum, poſteriorem oſsis femoris [z] amplitudinem octauus hic muſculus non integit, cuius [a] principium à femoris oſsis ceruice nerueum exoritur: ſed ſenſim carne adauctum, à femoris quoque magni proceſſus radice ipſius portio ita enaſcitur, ac ſi eius obliqui ductus gratia, duo principia obtinere nõ perperàm diceretur: ac unum quidem femoris ceruici, alterum uerò magno illius proceſſui ferendum eſſet acceptum. Vtcunque ſit, muſculus obliqua hac & ampla origine enatus, deorſum deſcendit, femoris os, uti diximus, adeò ambiens, ut duo ipſius latera in poſteriori femoris regione paulo minus toto ſint contigua. Quo uerò magis deſcendit, craſsior ſemper carnoſiorq; efficitur, quouſque ad internum latus anterioris in femore regionis, quodammodo in craſſum & admodum carneum [b] ſemicirculum propter patellam extuberet, ex quo latus ualidusq; enatus tendo, [c] patellam, ſicuti paulo pòſt dicam, amplectitur. Hic muſculus tota ipſius longitudine è directo ſemper illius carnei ſemicirculi & ceruicis femoris carnoſior craſsiorq; apparet, quàm quà [d] ſeptimo muſculo ſubſternitur: ſub illo enim tenuior euaſit, attamen carnoſus inibi quoque permanet. Quando itaque ſecundùm femoris longitudinem in anterioris ipſius ſedis interno latere octauus muſculus proceriùs extuberat, & ſeptimi quoq; anterior pars è directo lateris exterioris eius ſedis femoris, quæ anterior eſt, exporrigitur, in medio anterioris femoris ſedis ſeptimus unà cum octauo [e] ſinum efformant impenſe liuidum, cui tota femoris longitudine muſculus innititur, quem ordine nonum eſſe dicam, ſimulatque octauum muſculum in Galeni oratione proculdubio primum eſſe addidero: quandoquidem adhuc quodammodo carnoſus, molæ ſeu patellæ injcitur. [f] Nonus (cui Galenus exortus ſedem perperàm aſsignat) non ex femoris oſſe enaſcitur, uerùm ex ilium oſsis [g] tuberculo, in anteriori ipſius regione, ſuper coxendicis oſsis acetabulum prominente. Ab hoc enim tuberculo nonus muſculus [h] principium neruеum acutumq; aſſumit, & deorſum rectà in femoris anteriora deſcendens, lacertæ muriſq; formam adipiſcitur, carnea ſubſtantia auctus, & illi ſinui incumbens, quem ſeptimum muſculum cum octauo efformare nuper retulimus. Priuſquam uerò nonus medium longitudinis femoris deſcendendo ſuperarit, [i] arctior graciliorq; ſenſim efficitur, multoq; ſupra genu arcticulum in [k] tendinem finit utcumque amplum, ſed tenuem: qui rectà patellam accedens, in anteriori ipſius ſede denuò dilatatur, [l] tendinibus ſeptimi & octaui muſculi permixtus. Attamen hic tendo alijs non adeò ualidè, atque ſeptimi & octaui muſculi tendines inuicem, connaſcitur. quandoquidem tranſuerſis, quæ nouacula ducuntur, ſectionibus, non admodum laceratus, à ſubditis tendinibus ad anteriorem uſque tibiæ ſedem auelli poteſt. Vtcunque ſit, ex tribus poſtremò enarratis muſculis, unus hic tendo conflatur, cui patellæ corpus uniuerſum innaſcitur. Nihil enim patellæ illo tendine non obducitur, præter interiorem

Septimus.

Octauus.

Nonus.

Libr 2. de Admi. ſect. & aliter li. 15. de Vſu partium.

f 3 tab. Φ. g 2 fi. cap. 29 lib. 1 ab lad q. h 11 ta. λ, μν. & cha ract & i 4 tab. Φ. 5 tabu. Λ. 6 tab. Π. k 5 ta. Λ. 11. 2 1. 4 ω 6 Φ. 9 r. 10 μ. 11 6. 12 β. l 5 tab. charact. 2. m 5 tab. υ. n 5, 6 tab. Π. o 5 ta. charact. 3. p 8 tab g. q 8 ta. h, i. quæ comprehendunt k. r 3 tab. Φ. 4 tab. charact. 3. s 10 ta. Ψ. attẽditur μ. t 4 ta Φ. at tenditur ω. u 5, 6 ta. Π. 11. 2 n. 3. 9 β. 4 4. 7 γ. 8 l. 10, 11 τ. 12 χ. 13 δ, δ. 16 Q. x 1 fi. cap. 30 lib. 1 d, e. 13 ta. t, t. y 12, 13 ta. Ξ, Σ, Π. z 1 fi. cap. 30 lib. 1 e. a 6 tab. τ. b 6 tab. υ. c 8 ta. k patella notatur, tendo autem b. d 5 ta. Λ. e 5 tab. Π. ex cuius characteris indice præſentia petes. f 4 tab. Φ. 5 tab. charac. 5. 1 ta. f. 3 tab. α. 9 γ. 16 P. g 1, 2, 3 fi. cap. 29 li. 1 5. h 4 tab. o. i 4 tab. ω. k 4 tab. ρ. l Specta hic 8 tab. Ω. g, h, i, k.

posteriorem ve ipsius superficiem,quæ læui cartilagine incrustata,sinum inferiorum femoris capitum respicit,mutuoq; ingressu cum illo respondet.Quum uerò tendo iste ad eum modum patellam amplexus,& posteriori ipsius sede,qua femoris ossi non connascitur,multo duriusculoq; adipe, & mucoso ac uiscido humore imbutus,genu articulum transcendit,arctior & crassior efficitur,ualidissimè in anteriorem tibiæ [m] sedem,non procul sub articulo ,implantatus.In caudatis uerò simijs non æquè arctatur , neque etiam pariter crassescit:sed membraneus quodammodo,tibiæ inferiùs multo,quàm hominibus , inseritur. Deinde illis quoque simijs reliqui tendines in tibiam implantati,membranosiores latioresq; quàm hominibus obtigerunt.Quod uel Galeni nomine expendendum est diligentissimè , qui omnes propemodum teretes tibiã mouentium musculorum [n] tendines,ac si lati ampliq; essent,ut in simijs uiderat, describit, ac aliorum ueluti Anatomicorum in hominum corporibus exercitatorum oscitantiam præter meritum subnotat. Si igitur septimum & nonum secundi & tertij loco in præscripta ex tertio de Vsu partium oratione enumerari uoles,per me quidem licet:si modò neque numero duntaxat nimium attentus,neque libris plus æquo fidens,rem ipsam aggrediaris,aut alteri sedulò administranti astes.Quod non solùm in nouem enarratis tibiæ motoribus præstabis,uerùm etiam in [o] musculo sub alijs in poplite recondito , cuius naturam secundo ab hoc Capite ipsi dedicando sum explicaturus.

Libr. 2. de Admi. sect.

m 1 *fi. ca.* 31 *lib. 1 A. B.a, b.*

n 3 *tab. ca. rect. 1,2,3.*

o 14 *tab. I.*

TIBIAM MOVENTIVM MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput LIIII.

SECTIONEM tibiam mouentium musculorum in illo crure aggredieris, cui , dum pubis ossa in ani musculorum administratione seiungeres,sacrum os adnexum siuisti.Ab ilium igitur ossis summo,ad medium usque tibiæ, longa ducetur sectio,cutem , adipem, & carneam membranam diuidens : absque omni enim arte cutis cum carnea membrana,laniorum artificio , ad medium usque longitudinis tibiæ auferenda est . Mox secundùm femoris longitudinem in interna ipsius parte obseruabitur [a] sexti musculi mẽbrana,seu tendo,quem cutis modo à subiectis liberare conuenit. Eius igitur parte , quæ anteriorem femoris sedem ambit, ad externum femoris latus deducta,eam quoque,quę posteriorem femoris sedem integit,similiter uersus externum latus à subditis dirimere necessum est : quo manu transuersim inter ipsius tendinem & [b] septimum musculum interiecta,& sursum deorsumq; mota, tendinis insertionem , & sui quoque musculi originem expendas.Vbi originis locum inueneris,nouacula aut cultello hanc ab ilium ossis spina abscabis : & illam digitis attollens,ad tibiam usque totum musculum auelles, accuratè tendinis istius amplissimi naturam,& carnosam huius musculi partem inspiciens,& musculũ à sua insertione pendentẽ relinquẽs, quo postea ipsius functio,præter insignem illum,quem cæteris musculis præstitit,usum,rectiùs innotescat. Post hunc, [c] primi musculi caput ab anteriori summaq; ossis ilium parte cultello liberabis:& ipsius capite digitis apprehenso,absq; negocio ad insertionem usq; à subditis diuelles.Mox nouacula à pubis osse, [d] quà id alterius lateris pubis ossi cartilaginis interuentu committebatur , [e] secundi musculi initiũ dirimes : & illo similiter digitis apprehenso,musculum uniuersum ad insertionem usque perduces. Iam [f] nonum aggredi liceret : uerùm commdiùs feceris,si uerso crure,illos [g] qui à coxendicis osse oriuntur,priùs administraueris. Quod ut rectè succedat,necesse est [h] insignem musculum,qui alteram natem constituit,auferre: qui à spina ossis coccygis & posteriori parte ossis ilium spinæ & dorsi enatus,magno femoris processui potissimùm inseritur,femur,uti suo loco audies,moturus. Nouacula igitur huius musculi carneum principiũ ab illis,unde prodit,ossium sedibus est abradendum,ut à subditis musculis quoque eleuatum, in latus commodè uersus suam insertionem reflecti possit : aliàs enim ex coxendicis ossis appendice pronati musculi, se se suis capitibus non ostenderent,quæ sua exortus serie iam ueniunt dirimenda. Cæterum ut exactiùs uoti compos fias,digitis in posteriori femoris sede musculos inuicem seiunges, ut [i] capitum mutuò incumbentium crassitiem leuiori cura coniectari queas.Animum itaque hic adhibebis,num [k] tertij musculi caput,ut ego dixi, [l] quarti insternatur capiti : num uerò tertij caput,quarti musculi capiti , ut Galeno uidetur,succumbat,& quo nam pacto eregionè illa inuicem magna ex parte situentur,connascanturq;.Quod ubi præstiteris,utrunque à coxendicis osse abscabis : & tertij capite in manum sumpto , illum ad ipsius usque insertionem à subditis detrahes,hoc solum perpendens,qualiter [m] quinti à me commemorati musculi sinui incumbat. Quum uerò quarti etiam musculi caput similiter diuellis , sedulò attendendum est [n] illi carnosæ parti,quæ à femore pronata,quartum auget.Hæc enim cultello à femoris osse liberanda est , priusquam totus musculus ad insertionem perduci possit.Posteaquam igitur tertij musculi [o] caput ab ossis coxendicis appendice resectum erit,ac totus [p] musculus à [q] quinto tibiam mouentium , ad ipsius usque insertionem distractus,quinti [r] caput ab exortu liberabitur : & ubi uniuersum musculum à [s] quinto femur mouentium diuulseris,ipsius insertionem sedulò expendes,quo constet,num in internum femoris [t] caput,& articuli genu [u] ligamenta,ut Galeni est sententia : an in tibię os,uti ego scripsi,musculus inseratur: modò Galeni quintum musculum eundem cum meo esse statuas : & non forte quinti tibiam mouentium loco , [x] posteriorem partem quinti femur mouentium musculi,Galenum habuisse,haud admodum fortè præter rationem existimes. Cæterùm uerso nunc crure , [y] noni musculi principium , altiùs nonnihil inter [z] quosdam femoris motores reconditum,ab ossis coxendicis [a] tuberculo separabis.quod ubi digitis attraxeris, ad genu usque citra sectionem adimetur:& liuida ipsius substantia,quę [b] sinui octaui & septimi musculi insidet,unà cum ipso sinu spectandam sese exhibebit.Nono hoc musculo ad genu relicto, [c] septimi musculi exortum

Septimi musculi administratio.

Primi.

Secundi.

Eorum qui à coxendicis ossis appendice enascũtur.

Tertij & quarti.

Libr 2. de Admi. sect.

Quinti.

Noni.

Septimi.

a 3 *tab. ϕ.*

b 3 *tab. α.*

c 3 *tab. Σ.*

d *ultimarũ fi. lib. 15.*

e 16 *tab. Δ.*

f 4 *tab. Φ.*

g 10 *ta. Φ, Ψ. 11 tab. Ψ. &.*

h 9 *ta. Π.*

i 11 *ta. λ. μ. ν. & 12 tab. β.*

k 10 *ta. Φ.*

l 10 *ta. Ψ.*

m 11 *tab. Ψ.*

n 11 *ta. ρ.*

o 11 *ta. λ.*

p 11 *ta. ς.*

q 11 *ta. Ψ.*

r 11 *ta. γ.*

s 12 *ta. Ξ, Σ. Π.*

t 1 *fi. cap. 30 E.*

u *fi. cap. 1 S. V.*

x 12 , 13 *tab. Ξ.*

y 4 *tab. Φ.*

z 4 *tab. ς, τ.*

a 1, 2, 5 *fi. cap. 29 li. 1 S.*

b 5 *ta. Π.*

c 2 *ta. Λ.*

exortum ab osse sedulò derades: & musculi principio sensim in exteriora reflexo, ab octauo musculo illum
d 6ta. II. ad patellam usque liberabis. [d] Octauum uerò operosiùs à femore deradere conuenit, quum undique ferè *Octaui.*
ossi adnascatur: ubi tamen ad patellam usq; abrasus, unaq; cum septimo & nono à femoris osse reflexus erit, operæpretium feceris, si singulorum musculorum motum expenderis: quod pari ratione atque in alijs musculis, præstiturus es, illorum scilicet capitibus ad sedes, unde pronascuntur, attractis. Verùm hic tibiæ motuum consideratio propter frequentia in genu & femore uulnera, tibi tanta esse debet, ut pede à tibia abscto, & tibiæ carnibus quàm possis examussim citra musculorum tibiam mouentium, in eorum insertionibus læsionem, ipsos nonnunquam aggredi debeas, ut num ego de tibiæ motibus immeritò secus atque alij omnes senserim, discas. Neque tunc sanè pedem cum tibiæ carnibus ademptum esse, sat foret: imò nihil æquè conduceret, atque omnem carnem coxendicis articulo incumbentem unà auferre, ne femoris motus tibi cum alijs Anatomicis in hoc opere illuderet. Nudo enim articulo, semper unà intuebere, num femoris caput uel tantillum in suo sinu mutetur. Et quo minus præter rectam flexionem extensionemq;, tibiam, immoto femore, aliam ullam moliri conspicaberis, expende quanto minus id in nobis tibia præstet, quum
e 8 tab. Q. dein g, h, i, ac insuper k. tot carnibus undique femur circumuestitur. Porrò extendentium tibiam [e] tendinum permixtio nouacula inquirenda uenit: ut scilicet intuearis, quis musculorum insigniorem commixti tendinis portionem obtulerit. Quinetiam attẽdendum erit, cuiusmodi patellę in illo tendine nexus sit: ac demum, qui nullius ligamenti beneficio, imò nullius prorsus corporis interuentu, patella femori innitatur.

DE MVSCVLO IN POPLITE OCCVLTATO, QVI NON RECTE Galeno præcipuus tibiæ flexionis autor habetur. Caput LV.

2 14 ta. I. 13 tab. n, n. 15 tab. C. b fi. cap. 1 V. c 14 ta. h. d 14 tab. i. e 2 fi. cap. 13 lib. 1 A, B. f 12 tab. Φ. & Ψ, ac 13 tab. Φ. g 13 ta. Ψ. h 1, 2, 3 fi. cap. 29 lib. 1. i 7 tab. Q.

Libr. 2. de Admi. sect.

INTER tibiæ motuum duces, Galenum quendam [a] musculum in poplite latitantem recensuisse, antè diximus: modò autem, qua sede is contineatur, cuiusq; formæ, ductus, & magnitudinis sit, narrabimus. Ex ligamẽtis itaque femur tibiæ connectentibus (quorum naturam peculiari Capite, unà cum coxendicis articuli & pedis ossium ligamentis persequar) [b] in externo genu articuli latere habetur, admodum ualidum & crassum, à cuius posteriori parte nerueum musculi [c] principium exoritur, quod sua amplitudine in exteriori latere posteriorem genu articuli sedem contingit, femoris ossi nusquam interim pertinaciter connatum. Hinc carnosis adauctum fibris, admodum obliquè deorsum uersus interiora adscendit, musculum efformans paulo admodum longiorem, quàm amplum. [d] Finis enim huius, seu insertio, iuxta radicem [e] appendicis tibiæ ossis, in ipsius posterioris sedis interno latere adeò ampla consistit, atq; totius musculi usitatur latitudo. Deinde ut musculus hic obliquus est, obliquam quoque molitur insertionem: à posterioris enim tibiæ sedis externo latere musculus iste deorsum uersus internum latus obliquè ita descendit, ut minima ipsius pars genu ligamentis, maxima uerò tibiæ cõmittatur. Præsenti musculo alius nullus, aut in exortu, aut in insertione subijcitur: sed articuli ligamentis & ossibus proximè attensus, sub illis [f] musculis occultatur, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, suram cum [g] quarto pedem mouentium musculo potissimùm efformant: adeò, ut non iniuria hunc in poplite latitantem Galenus uocauerit. num uerò huic tibię flectendæ munus rectè tribuerit, ipse ratiocinator. Eousque enim illi musculo (quòd fortè ipsum primus inuenisset, aût quòd alij Dissectores illum flectendi opificem non recensuissent) fauit, ut in secundo de Administrandis sectionibus, hunc solum posse poplitem flectere, aut maxima potentia præditum esse scripserit. Mihi uerò non modò haud maxima potentia ad tibiam flectendam ualere uidetur, sed nulla prorsus. quandoquidem musculus hic obliquus omnino, ac penè transuersus, recto motui præfici nequeat: deinde adeò est inualidus, ut ne tantillum tibiam sursum uellere possit. Ad hæc, nulla huic cum reliquis tibiam agẽtibus est proportio, quum breuissimus & tenuissimus sit, femorisq; ossi, & multo minus [h] illi ossi quod sacri ossis lateri commissum uidemus, non connascatur. At hæc inter secandum exactiùs multo obseruabis, quum hic musculus inuentu facilis sit. ilico namque ac suræ musculi, è femoris capitibus nati, à femore liberantur, deorsumq; reflexi pendent, is musculus est admodum conspicuus. Priusquam uerò ex dissectionis ordine detegetur, femur mouentes musculos describemus: quorum administratione absoluta, pedis, & deinde digitorum motoribus nos accingemus, in quorum anatome musculus in poplite latitans spectandum se offert: ac ostendit pariter, num commune aliquod munus obeat cum [i] superiori radium in pronum mouente musculo.

DE MVSCVLIS FEMVR MOVENTIBVS. Caput LVI.

Femoris motus.

FEMVR decem, aut si in maximum redigantur numerum, quatuordecim proprijs agitur musculis, qui id extendunt, flectunt, introrsum alteri cruri adducunt, extrorsum in latus amouent & circumagunt. Flectitur itaque femur, nobis id sursum antrorsumq; ferentib. extenditur autem, nobis stantibus, ac deorsum & uersus terram, in posterioraq; id deducentibus. Vnde etiam meritò Natura magnis & fortibus multisq; musculis extensionem concredidit, quos iam enitar persequi, eum Galeni ordinem seruaturus, quem ad calcem decimiquinti de Partium usu est secutus. ille namque mihi longè potior, & ex aliorum dissectionis procerum suffragio magis descriptus apparet, quàm is quo coxæ articuli musculos in secundo de Administrãdis

sectionibus nimis quàm obscurè,& secus quàm humana ostendit fabrica,pertractat, uti ad Capitis finem obiter adijciam. *Primus femur mouentium.* [a] Primus itaque ipsorum mox sub cute consistit, alterius lateris natem præcipuè efformans. [b] Exoritur enim lato & admodum carnoso principio,ex [c] tota spinæ ossis ilium posteriori parte, quæ uersus os sacrum magis eminet,deinde etiam spinæ superioris regionis portionem suo quoque exortu apprehendit. Infimam autem sui exortus partem à coccygis ossis & humillimi ossis sacri ossis posteriori sede assumit,inibiq; alterius lateris primo musculo est contiguus. Ex his sedibus, uelut ex semicirculo prona tus,in corporis latus nonnihil obliquè deorsum prorepit,toti coxendicis articulo superuectus. [d] Vbi uerò articulo insternitur, [e] gracilior angustiorq; tantisper efficitur, donec in latum & ualidum finiat tendinem,quo [f] exteriori magni femoris processus parti secundùm ipsius longitudinem obliquè inseritur. Principium enim insertionis paulo sub superiori eius processus apice, nonnihil uersus anteriora molitur: hinc deorsum in posteriora modicè descendens,& magnam,eandemq; ualidam sui tendinis [g] portionem in processus eius radicem,longa linea secundùm femoris posteriora inserens. *Secundus femur mouentium.* [h] Secundus magna ex parte [i] primo substratus,ab anteriori superioriq; ossis ilium spinæ regione, lato quoque & carneo exortu enascitur, [k] totam ferè ilium ossis spinæ sedem occupans,à qua primus initium non mutauit. Verùm hac tantùm sede secundus musculus non contentus,ab ilium ossis dorso,ubi primus musculus ab osse primùm abscedit,sub illo quoque enascitur:adeò,ut huius quoque [l] initium tanquam ex semicirculo prodeat,posteriori sua inferioriq; sede primo musculo subiectum. Ex his ossis ilium regionibus, musculus deorsum obliquè nonnihil ad latus descendit:& sensim arctior redditus,primum musculum totus subit, articulum quoque coxendicis integens:è cuius regione in membraneum, sed ualidum cessat [m] tendinem, qui elatiori magni femoris processus parti implantatus, [n] anteriorem quoq; processus regionem aliquantulum comprehendit,latam transuersamq; insertionem (si cum primo conferatur) molitus. Quum itaque primi musculi fibræ,quasi transuersim in latus,minimùm scilicet deorsum inclinatæ,prorepant:secundi autem fibræ,recto quasi ductu decliues,& modicè admodum in latus propagentur, utriusque musculi fibræ sibi mutuò X literæ modo decussatim incumbunt. Hic musculus,similiter ac primus,nulla ex parte aut crassior,aut carnosior conspicitur,quàm ubi ab ilium osse (unde principium ducit) primùm abscedit,ac [o] tertio insterni musculo incipit,qui tanto minor est secundo,quanto secundus primo. Subijcitur autem penitus secundo, [p] initium ducens ab [q] externis demissioribusq; ossis ilium dorsi sedibus, ubi id coxendicis ossis nomen primùm obtinet:atque id tertij musculi initium similiter latum & semicirculare est, & ut duorum primorum principia,carneum,crassumq;. Prætereà,hoc in priora modicè deorsum procedens,coxendicis articuli [r] ligamento fibrosis nexibus hæret:& arctius quoque redditum, in latum robustumq; cessat [s] tendinem,qui maiori femoris processui expansus,anteriori ipsius [t] parti,atque adeò apici innascitur. Hic musculus admodum,idq; præcipuè in musculosis,& non insigniter obesis, liuidus apparet:in quibus & secundus,quà tertio incumbit,pariter liuet:ut etiam tota ipsius pars,primo musculo non obtecta, quæ præterquàm quòd liuet,etiam ualida membrana obducitur,superiori lateri primi musculi pertinaciter ea sede connatus,qua illum subit. In obesis autem & præpinguibus,nimis quàm parum liuent: imò plerunque neruea fibræ,per hos musculos exporrectæ,in mulieribus per totam musculi carnosam partem, adipe enutritæ conspiciuntur,ita commodiùs stratum sedentibus futuri. *Quartus.* [u] Quartus musculus, magna etiam ex parte liuidus,& paulo minus toto teres,non autem dictorum modo amplus existit, neque cæterorum ritu ab iliu osse principium adipiscitur:at à lateribus [x] trium inferiorum ossis sacri ossium,quibus ilium ossa non coarctantur,carneũ crassumq; educit caput,non quidem duntaxat ab illorum ossiũ lateribus enatum, at non nihil quoque ità ex illorum interna sede prodiens,ut utriusque lateris musculi sese initijs aliquando in interna ea sede contingant. Hinc ad femoris magnum processum transuersim excurrens, carneus aliquousq; permanet:& tandem arctior redditus,priusquam femur contingat,in teretem cessat [y] tendinem, posterio *Quintus.* ri maioris femoris processus sedi implantatum,iuxta ipsius [z] summum & apicẽ. [a] Quintus musculus, sub [b] tribus capitibus,quæ à coxendicis ossis appendice pronata,tertium,quartum & quintum tibiam mouentes musculos constituere scripsimus,suum obtinet [c] initium. A tota namq; appendicis [d] sede,tribus modò dictis capitibus non occupata,ad pubis usque regionem,qua inferior pubis ossium [e] commissure sedes habetur,quintus hic musculus omnium totius corporis musculorum crassissimus,&,ut semel dicam, mole maximus,principium ducit: quo secundum appendicis illius amplitudinem prodiens, exactè carneum uisitur,ea tantum [f] parte excepta,quæ tribus commemoratis tibiæ musculorum capitibus proximè succedit, & neruea,admodumq; ualida existit. Musculus iste,eiusmodi enatus principio, [g] statim parui femoris [h] processus radicem,ad posteriorem ipsius regionem amplectitur, & deinde ab hac in acutam asperamq; femoris ossis [i] lineam continuò inseritur: quam in posteriori femoris sede, secundùm ipsius longitudinem deorsum à parui processus radice protendi,in primo libro dictum est. Quemadmodum autem musculi huius principij continuus est ortus,ita quoque continua eiusdem uisitur insertio,si modò [k] posteriorem musculi partem ab anteriore,quasi inscriptione quadam distinctam,subaudias, quæ [l] tendinem in interni femoris capitis radicem inserit. Hæc enim pars à coxendicis appendice neruco, ac dein [m] carneo exortu pronata,musculum quodammodo per se efformat:qui in miram uentris amplitudinem dilatatus, deorsum rectà per femoris posteriora fertur, donec denuò gracilescens, teretem educat tendinem, [n] in internum femoris caput insertum. Et nisi huic quinti femur mouentium musculi parti, reliqua musculi pars [o] adnasceretur, illa distincti & peculiaris musculi uice ab omnibus meritò haberetur. Nunc autem, quum posterior hæc pars adnatam continuamq; eiusdem musculi aliam habeat partem,nihil obstabit, diuersis doctrinæ modis, aut unum (uti nos hactenus fecimus) uniuersum hunc musculum appellare, aut primùm in [p] duos

a 9 tab. ¶. 2 tab. x. 19 x.
b 9 tab. i. k. l.
c Ossis ilij conscriptionem uide ex 2 fi. cap. 29 lib. 1.
d 9 tab. m.
e 9 tab. ab m ad n.
f 1 fi. cap. 30 lib. 1 S. de iu T.
g 10 ta. d λ uersus x.
h 10 ta. Σ. 2 tab. ϕ. 4 ta. μ. ϕ. 5. 9 o. 11 d.
i 9 tab. ¶.
k Hic uarios 9. 10 & 11 tabulas interse.
l 10 ta. u. x.
m 10 ta. ϕ.
n 2 fi. cap. 30 lib. 1 Y.
o 11 ta. Σ. 6 v. 12 t.
p 11 ta. x. ψ. ζ.
q 2 fi. cap. 29 lib. 1 a, b. uersus i, i.
r fig. cap. 1 P, P.
s 11 tab a.
t 2 fi. cap. 30 li. 1 X.
u 11 ta. Φ. 12 tab. v.
x 1 fi. cap. 18 li. 1 D, E, F.
y 11 tab. ß.
z 1 fi. cap. 30 lib. 1 Y.
a 12, 13 ta. Ξ, Σ, Π, ς ω. 6 ϛ 7 ß. 8 Φ, c. 9 χ. 10 ϕ. 11 &.
b 11 ta. λ. μ, ν.
c 12 ta. ß.
d 2 fi. cap. 29 lib. 1 a, ad q.
e ultimarũ fig. lib. 15.
f 12 ta. ß.
g 12 ta. Σ.
h 1, 2 fi. ca. 30 lib. 1 a.
i 11 fi ca. 30 lib. 1 d, d.
k 12 ta. Ξ.
l 12 tab. ν.
m 12 ta. ε. ζ.
n 1 fi. cap. 30 li. 1 K.
o ut e ad ϕ in 8 tab.
p 11 ta. Ξ distinguitur à Σ & Π.

duos illum distinguere: ut scilicet unus esset, qui femoris interno capiti tendinem porrigat: alter uerò, qui paruo femoris processui, & dein acutæ femoris lineæ implantetur. Atque hæc una est [q] inscriptio, istam posteriorem partem ab anteriori distinguens. Præterea [r] anterior pars priuatam quoque inscriptionem obtinet, non tamen adeò manifestam, ac modò narrata: uerùm talem, cuius gratia hanc partem in duas portiones, aut si quis uelit, in duos musculos subdiuidere, integrum sit. Huius namque anterioris quinti musculi partis portio, quæ enascitur ab anteriori appendicis ossis coxendicis sede, quæ à pubis ossium commissura, ad infimam usq; coxendicis partem pertinet, ab illa anterioris musculi partis portione, inscriptione quadam dirimitur, quæ à reliqua appendicis sede, usque ad posterioris partis musculi totius anteriorem regionem pronascitur. Dein duæ hæ anterioris partis portiones non inscriptione impressione ve solùm distinguũtur, sed etiam fibrarum ductu, ac item insertione: quemadmodum etiam totius musculi posterior pars ab anteriore, fibrarum insertionisq; occasione uariat. [s] Portio namque anterioris partis, quæ pubis ossium commissuræ proxima est, admodum obliquas, & ferè transuersas obtinet fibras, quæ ab exortu retrorsum ad radicem parui femoris processus contendunt, & superiori parti acutæ femoris lineæ inseruntur. Reliqua autem anterioris partis portio, quæ ad infimam magis coxendicis ossis sedem principium ducit, obliquas quidem nanciscitur fibras, sed propemodum rectas, & inferiori asperæ prominentisq; lineæ sedi continuò implantatas, & posterior dein pars penitus quodammodo rectas sibi uendicat fibras. Ac proinde aut mecum unum constituito in uno femore musculum, aut si uisum fuerit, ambas partes duorum musculorum uice enumerato: aut si maiori adhuc numero, iam in sectione peritior, caperis, anteriorem partem in duos musculos subdiuidito, tres tum enarraturus: ea tamen ratione, ut memineris, me de hominum, non autem simiarum musculis, secus quàm Galenum, loqui: ne fortè aliquando illum legens, me posteriorem huius quinti musculi partem, quæ radici interioris capitis femoris implantatur, ossitanter spectasse arbitreris, quòd illam tendine insertionem moliri scripserim, quum interim carneam insertionem in caudatis simijs tentet. Hactenus commemoratis quinque musculis, tensio femoris primariò concreditur, & ijdem quoq; femori in motu, qui in latus, & qui circumactu fit, famulantur. [t] Primus enim ualidæ extensionis autor est, femur retrorsum, ac quasi extrorsum in latus magis agens, prout ampli sui principij hanc illam ve partẽ, aut se simul uniuersum colligit. [u] Secundus autem extendit quoque non segniter: sed multo magis quàm primus, femur uersus exteriora in latus sursum agit. [x] Tertius & [y] quartus sursum modicè, ac in posteriora trahentes, femur extendunt: uerùm & ad femoris in exteriora circumactum uterque (sed magis quartus) pulchrè iuuat. At interim ambo infirmiùs multo huic qui in gyrum fit motui subministrant, quàm musculi, quibus hoc munus peculiariter ac ueluti proprium delegari, paulo pòst audies. Cæterùm [z] quinti musculi fibræ posteriores, seu musculi illius posterior pars, rectis donata fibris, crus firmum stabilit, ac terræ affigit, femur extendens. Anterioris autem partis posterior portio, non minus id ipsum suis fibris præstat, cũ modica tamen femoris ad interiora, ac uelut ad aliud femur adductione. Altiores uerò fibræ, quæ ossis pubis [a] cartilagini uicinæ sunt: aut potius anterioris musculi partis prior portio, introrsum ducit femur, flexionisq; quodammodo autor euadit.

Quinq; primorum femorum musculorũ munus.

Nunc enarratis quinque musculis, flectentes opponuntur, qui illis pauciores sunt: nempe tres tantum proprij, quos sextum, septimum & octauum, memoriæ iuuandæ gratia uocabimus. [b] Sextus itaque is est musculus, quem, dum dorsum mouentes recensserem, ac de lumborum musculis sermo incidisset, Galeni gratia descripsi, quòd is in lumborum musculorum, seu carnium enarratione, ab hominum compositione, suis simijs delectatus, aberrauerit. Hic igitur musculus, ex undecimæ & duodecimæ thoracis, & primæ & secundæ & tertiæ lumborum uertebrarum lateribus, carneo enascitur [c] principio: quod simulatque prodijt, musculum teretem constituit, deorsum obliquè uersus exteriora descendẽtem. Procurrit enim per interiora ossis ilium, semper carnosus permanens, [d] quousque ad eam ossis pubis [e] regionem deuenit, quà coxendicis ossis nomen assumit. Hic namque in ualidum & teretem cessans tendinem, dictam nunc pubis ossis sedem transcendit: & deorsum productus, tandem interiori seu minori femoris [f] processui [g] implantatur, elatiorem processus partem occupans. Musculi huius gratia, ubi pubis ossi expanditur, sinus aliquis ossi insculpitur, ligamento læui & lubrico, ac ex osse nato, obductus: ut simul tutò, nec errabundus, hàc sexti musculi tendo descenderet, nec intensus laxatus ve, ossis duritie uitiaretur. [h] Septimus ex tota interiori ossis ilium [i] regione, tanquam ex semicirculo quoque carnosam originem accipit: & lato hoc eductus principio, paulatim arctior crassiorq; redditur, deorsum in priora corporis procedens. Ex omnibus enim lati principij fibris, teres efformatur musculus, qui per altiorem ossis coxendicis [k] regionem uectus, adhuc carnosus ad minorem femoris processum descendit. Vbi uerò processui uiciniùs appropinquat, in teretem quoque cessat [l] tendinem, qui humiliori eius processus parti, prædicto nunc tendini proximus inseritur. Porrò quà hic musculus super coxendicis ossis elatiora deorsum tendit, cauitatem quoque quodammodo & sinum similiter læuem & lubricum, ne uagabundus feratur, in osse obtinet: eaq; parte, qua musculus iste sinum eum contingit, liuidus, neruosusq;, ac ualidus est, ut faciliùs in hoc ad hoc reflexu, quoties contrahitur, laxatur ve, ossis impetum & duritiem sustineat. [m] Octauus musculus, ossitanter secantibus femur mouentium [n] quinti portio censetur, ex pubis osse carneo amploq; initio in homine enatus. Ex tota enim ossis pubis [o] linea, ab anteriori coxendicis ossis acetabuli sede, ad ossium pubis usque commissuram extuberante, musculus hic principium ducit, quod ad posteriora admodum obliquè descendens, æquè amplum tantisper asseruatur, donec breui, sed amplo tendine femoris ossi [p] inseratur. Fit uerò ipsius insertio eregione parui femoris processus, in interius femoris latus, obliquè deorsum uersus posteriora tendens. Hic musculus in hominibus liuidum se spectandum offert; at non æquè atque in caudatis simijs, quibus

Sextus.

Lib. 2 & 5 de Admini. sect.

Septimus.

Octauus.

q *inter Φ & c 8 tab. t 13 ta, Σ, Π, quæ distinguitur in Π & Σ.*

s *Confer inter se 12 tabu. Σ, Π, Ξ.*

t *9 ta, Π.*

u *10 ta. Σ.*

x *11 ta. Σ.*

y *11 ta. Φ.*

z *12, 13 ta, Ξ, Σ, Π.*

a *ultima tũ fi. lib. 1 5.*

b *8 ta. Θ, 4f. 5 χ. 6 ω. 7 t. 13 ß. 14 c 16 K.*

c *8 tab. a.*

d *8 tab. b.*

e *1 fi. cap. 29 lib. 1 T.*

f *1, 2 fi. ca. 30 lib. 1 a.*

g *13 ta. ß.*

h *8 tab. Λ. 3. 13 ta. γ. 4 ta. ε. 5 9. 6 9. 7 x. 14 d.*

i *3 fi. cap. 29 lib. 1 inter P, L, K, K, N, O.*

k *eiusdem fig. T.*

l *13 tab. γ iuxta β.*

m *8 ta. Σ.*

n *8 tab. Φ. & c.*

o *2 fi. cap. 29 lib. 1 secundùm X, V ad u.*

p *1 fi. cap. 30 li. 1 c.*

Sexti, 7 & 8 munus.

quibus musculus iste minor,& non similiter lato principio enatus conspicitur. q Tribus his musculis Natura,ut simul femur flecterent,& introrsum uersus alterum crus admouerent,commisit. Sextus enim,quem flectentium primum recensuimus,sursum ualidè femur attrahit, flectitq;,ad interiora id agens. Septimus similiter femur sursum attollendo flectit,sed multo minus sexto uersus interiora admouet. Octauus modicè sursum femur contrahit,infirmæq; flexionis autor censetur:uerùm femur ualidè introrsum uellit,ita profectò,ut flectẽtes & extendentes musculos, duob. quoq; reliquis, ijsq; lateralibus ad interiora exterioraque motibus Natura præfecerit.Galenus,quum femur flectentium munus in libris de Vsu partium recenset, r unum tibiam mouentium, femoris quoque flexionis opificem facit,eum uidelicet,quem nos nonum enumerauimus,quiq; elatius quàm coxendicis est articulus (quod s septimo & t octauo tibiam mouentibus haud euenit)principium mutuatur: non quòd proprio motu musculus id efficeret, sed secundario. Num uerò id ueritati consentiat, tecum expendito, unà animaduertens, an cæteris quoque tibiam mouentibus, qui elatiùs quàm femur consistit aut non ab ipso femore principium mutuantur, aliquod in femoris motibus officium asscribere uelis.Ego,quo minus id faciam,ex multis musculis rationem sumo, qui non ex osse,quod mouendo,aut cui inseruntur ossi proximum est, originem ducunt: cuiusmodi in tibia & cubito & brachio occurrunt permulti,quibus secundarium munus (ut hic fecit Galenus)à nemine,idq; meritò,attribuitur.ut taceam, si uera esset Galeni sententia, debuisse femoris flexionem cum tibiæ extensione semper concurrere,aut saltem homini femoris extensionem,extensa tibia,molestam esse:quemadmodum flexis in uolam digitis,ægrè brachialis extensionem ferremus: aut brachio retrorsum acto, non lubenter cubitum flecteremus. Posthabitis itaque secundarijs illis, aut ex accidente euenientibus Galeni musculorum functionibus,duos,qui adhuc supersunt,ac femur contorquent,musculos sermoni addamus,eos nonum & decimum enumerantes. u Nonus igitur sub x octauo nobis commemorato occultatus musculo, anteriorem y foraminis ossis pubis regionem sibi uendicat, hicq; ex ossis & z membranæ foramen occupantis amplitudine principium ducit carneum,& anteriori sedo liuens,elegantisq; musculi speciem præ se ferens: qui transuersim in exteriora,secundùm posteriora coxendicis articuli, & a ceruicis femoris superiora ductus,ac sensim angustior redditus, ualido satis & utcunque amplo tendine insertionem molitur, in magni femoris processus b sinum,qui femoris ceruicem & caput, ossis coxendicis acetabulum subintrans,è directo respicit. c Decimus internam dicti nuper foraminis sedem occupat,& nono longè ualidior, principiũ ducit à tota d linea,quæ ab interna ilium ossis sede,qua primi ossis sacri ossis transuerso processui commititur,per internam coxendicis ossis & pubis ossis regionem, ad pubis usque ossium commissuræ elatiorem partem procedit.Latum hoc principium,quod ueluti tribus lineis seu inscriptionibus insignitur,carnosum est:& totam internam ossis pubis & ossis coxendicis sedem occupans, liuidumq; apparens,sensim adeò e arctatur, ut eius amplitudo coxendicis ossis f interuallum non uincat, quod inter acutum ipsius processum,& posteriorem sui appendicis sedem habetur.Ad hoc enim interuallum, quod amplum sinum sibi insculptum gerit,decimus musculus extrorsum g reflectitur,magnum femoris accedens processum. Hunc sanè reflexũ magna Conditoris industria musculus molitur:quà enim ad h sinum hunc circumuoluitur,externa parte carnosus est:ea autem parte,qua sinum tangit, omnino neruosus conspicitur,& ueluti i tres tenetes commostrat tendines,serie quadam ad sinum reflexos. Tendines hi in musculi substantia,paulo anteaquam musculus sinum contingat,lati existunt:sed quà sinui obuoluuntur,strictiores euadunt,singuli rursus in magno hoc sinu peculiarem sinum sibi uendicantes.Amplus enim sinus duas leuiter extuberantes ostendit lineas,quæ transuersim ductæ, illum ueluti in tres partiuntur, tribus eius musculi tendinibus celatos. Tendines,ubi sinum superarunt,inuicem collecti, in unum finiunt tendinem, k sinui magni femoris processus unà cum nono musculo implantatum. Quum itaque tres hos tendines,qui exteriori parte carnẽ obnatam habent, intueberis, facilè colliges, hic Naturam decimo musculo robur additum uoluisse: ne si carneus omnino esset(uti & de septimo femur mouentium musculo superiùs monuimus)in reflexu & motu,ossis duritia compressus laceraretur.Vnde etiam sinui ligamentum, seu crassa ualidaq; membrana obnascitur,ne ossis contactus musculum in reflexu uitiaret. Ad hæc, ligamentum id læue admodum, & uiscido unctuosoq; humore oblitum est,quo facilior musculi ad sinum efficeretur circumactus. quod Naturæ artificium in rotulis & cardinibus sedulò imitamur,non solùm motum accelerantes,uerùm ut seriùs, qui resticitur funis,attritu corrumpatur,studentes. Præterea ut solo rotulæ sinui funem non committimus,sed rotulam in trochlea aut furcula(ne ex sinu funis labatur)firmamus: ita quoque Natura,ossium sinu non contenta,à superiori sinus parte l unum,& ab inferiori alterum eduxit musculum:qui ambo unà cum decimo porrecti,illum,quo minus sua sede declinet,quodammodo asseruant. Ab acuto enim coxendicis ossis m processu carneus enascitur musculus, superiori parti decimi musculi, ad ipsius usque insertionem adnatus. Deinde ab n appendice quoque ossis coxendicis, alius similiter carnosus & gracilis prodit, inferiori decimi musculi sedi ad insertionem usque exporrectus. Vterque enim in sinum magni femoris processus,insertionem cum decimo molitur,& cum ipso circunductui femoris subministrat. Cæterùm subinde non solùm eiusmodi musculos ad elatiorem & humiliorem reflexus seu orbitæ sedem pronasci conspicies, o imò etiam ab interna regione,ubi iam flexus ac orbita non amplius obliquatur,carnosam substantiam à coxẽdicis osse enasci obseruaturus es: quasi p tres illi tendines in q carneam à coxendicis osse pronatam substantiam, post illorum circumactum immitterentur, itaque inuoluti, ad magnum femoris processum contenderent. In tuo igitur est arbitratu, aut hos musculos, aut carneam molem, tendines excipientem, decimo iungere, itaq; proprios femoris musculos decem enumerare: aut si mauis, utrunque distingues,& duodecim recensebis.Rursus si quintum musculum in tres diuiseris, omnes erunt quatuordecim.

Num aliqui musculi secundario femur flectãt Lib.15.

Nonus.

Decimus.

Carnea portiones,decimo musculo attensæ.

Quot femur mouentes musculi possint constitui.

q 8 ta. Θ. Λ. Σ.
r 4 tab. φ.
s 5 ta. Λ.
t 5 ta. Π.
u 8 ta. Ψ.
13 tab. a.
14 e.
x 8 ta. Σ.
y 1,2,3 fi. cap. 29 lib. 1 r.
z 14 ta. b. b.
a 1 fi. cap. 30 li. 1 B.
b eiusdem fig. K.
c 10 ta. t.
11 θ. 12 a.
13 r. 16 F, G, H.
d 3 fi. cap. 29 li. 1 M, N, O,
e 16 ta. Σ & G contrahitur ad H.
f 2 fig. ea. 29 lib. 1 inter d & l.
g 12 ta. a.
h 1,2,3 fi. cap. 29 lib. 1 k. 13 ta. y.
i 13 tab. ſ, t, u.
k 1 fi. cap. 30 li. 1 R.
l unus 11 tab. 1. 12 β. 13 x. 14 f. aliter earundem tab. χ. γ. Ζ. Ξ.
m 2 fi. ea. 29 lib. 1 d.
n 2 fi. cap. 29 lib. 1 l.
o 13 ta. γ.
p 13 ta. ſ, t, u.
q 13 ta. κ. γ. Ζ.

cim. In noſtro itaque numero decimus unà cum duobus illis gracilibus femur in poſteriora circumagit: nonus uerò in anteriora, nihilo ſecus, quàm ſi baculum inter duas manus extenſas repoſitum, alternatim in priora & poſteriora ductis manibus, circumuerteres. Hactenus itaque quàm potui ueriſsimè, femur mouentes muſculos recenſui: quos poſteaquam diligenti ſectione uideris, ac ſimiam hic hominis fabricæ adhibueris, licebit ſecundum librum Galeni de Adminiſtrandis ſectionibus accuratè euoluere, augurariq;, quam is tandem ſeriem in horum muſculorum enarratione obſeruet. Diuinandum enim potius, & conijciendum inibi eſt, quàm certò aliquid ſtatuendum, in primis, quum nemo non ſibi hodie conceſſum putet, ſibiq; non deroget, Galeni ſcripta ex libito emutare, & non uulgariter deprauare: quum alij ipſius ſcripta neutiquam aſſequantur, alij autem illa homini, non autem ſimijs conuenire cupiant: id tandem præſtiturі, ut neque homini, neque ſimijs, Galeni ſcripta à ſtudioſis in poſterum accommodari poſsint. Quo tamen per ea, uti adhuc ſeſe habent, meliùs, & tanquam filo quodam ducaris, addam, me ipſius ſententiam ſic modò aſſequi, ut arbitrer Galenum eum muſculum primo loco enarrare, quem [r] quintum appellauimus: dein obiter eum deſcribit, quem [s] nonum ſtatuimus, quemq; poſtea Galenus pleniùs aggreditur. Poſt hunc [t] octauum, in ſimijs aliter quàm hominibus conſpicuum, pertractat: & inſuper [u] ſextum, & [x] ſeptimum ſibi proponit, at uariè admodum, & ob hominis hic cum ſimijs diſcrimen, perquàm obſcurè. His ſuccedunt [y] primus, [z] ſecundus, [a] tertius, & [b] quartus, in ſimijs quoque aliter quàm in hominibus ſeſe offerentes: ac denuò [c] nonus, & poſtremò [d] decimus. Quàm uerè interim & horum muſculorum hiſtoria & munus à Galeno inibi commemorentur, promptè dijudicabis, ſi, quemadmodum prius monui, mea ſcripta cum Galeni ſententia, quæcunque tandem fingetur, & quouis pacto ipſius libri indies magis uitiabuntur, ſedulò, adhibita quoque rerum inſpectione, contuleris.

Quem horum muſculorum ordinem Galenus inſtituat in 2 libro de Admi. ſect.

r 12,13 *ta. Ξ,Σ,Π.*
s 8 *tab.Ψ.*
t 8 *tab.Σ.*
u 8 *ta.Θ.*
x 8 *ta.Λ.*
14 *tab.d.*
y 9 *ta.Π.*
z 10 *ta.Σ.*
a 11 *ta.Σ.*
b 11 *ta.Φ.*
c 8 *ta.Ψ.*
β 13 *ta.α.*
d 12 *ta.α, β,γ. & 16 tab.F, G.*
ε 9 *ta.Π.*
b 10 *ta.Σ.*
c 10 *ta.χ in ſiniſtro ture.*
d 11 *ta.Σ.*
e 11 *ta.Φ.*
f 11 *ta.χ.*
g 12,13 *ta bu.Ξ,Σ,Π.*
h 8 *ta.Σ.*
i 8 *tab.Θ.*
k 1,2,3 *ſi gu.cap.* 29 *lib.1 T.*
l 8 *tab.Λ.*
m 8 *ta.Σ.*
n 8 *ta.Ψ.*
o 16 *ta.F, G,H.* 12 *α.*
p 13 *ta.χ, γ,Z.*

MVSCVLORVM FEMVR MOVENTIVM ADMINISTRATIO.
Caput LVII.

EORVM qui femoris motibus præſunt muſculorum adminiſtrationem, ab extendentibus meritò in illo crure, in quo tibiæ motores aggreſſus es, exordieris. Aſſumpta itaque ex minus fragili ferro nouacula, quæ oſsis impetum aliquando ſuſtinere poſsit, [a] primi muſculi caput (ſi modò, dum mouentes tibiam muſculos diſſecares, illud nō abſtuleris) ab oſſe coccyge, & ilium oſsis ſpina dorſoq;, tranſuerſis ſectionibus niteris abradere, quo uſque in [b] ſecundum muſculum incidas. Quando autem uniuerſi muſculi principium ab oſſe deraſum erit, licebit hoc reflectere, & ſolis manibus (niſi nouacula quoque uti uoles) à ſubditis partibus ad magnum uſque femoris proceſſum liberare. Quod ubi præſtiteris, ipſius longam intueberis [c] inſertionem, procul etiam ſub magni femoris proceſſus radice deſcendentem. Hæc enim non uulgariter uenit perpendenda: uti neq; huius muſculi forma, ſubſtantia, fibrarum ductus, & munus, uel abſceſſuum dūtaxat nomine, quos crebrò in ipſo, & præcipuè iuxta magnum proceſſum, in illius tendine incidimus. Secūdus dein pariter ab ilium oſſe nouacula dirimendus eſt, mente adhibita, ne tertij quoque principium unà adimatur. exortus enim continuitas, quæ linea duntaxat interſtinguitur, utrunque muſculum unà facilè auferri ſinit. Vbi itaque ſenſim reflexo ſecundi muſculi initio, & tranſuerſis ſemper ſecundùm ilium oſsis dorſum factis ſectionibus, ad tertij muſculi principium deueneris, ſecundus iam totus uenit reflectēdus, & manibus attractus, ad inſertionem uſque à tertio diuellendus. [d] Tertius quoque eadem ratione ab oſsis iliū dorſo, poſt ſecundum abradetur: atque hoc ad ipſius etiam inſertionem deducto, [e] quartus ab oſsis ſacri lateribus cultello auferetur, & manibus apprehenſus, ad magnum uſque femoris proceſſum, à [f] ligamento, cui innititur, & coxendicis articulo, dirimetur. Facillima enim horum quatuor muſculorum, poſtquam primum adminiſtraueris, eſt aggreſsio: qua obita, licebit ſingulorum motibus examinatis, omnes abijcere. [g] Quintum poſt hos muſculum à coxendicis oſsis infima ſede, & pubis oſſe, acutiori nouacula ſimul totū callidè abrades: & hunc ad ſuam in femur inſertionem perducens, eam accuratè obſeruabis, non neglectis ipſius muſculi inſcriptionibus, ſeu delineamentis, fibrarumq; ductus differentia. Animum etiam, dū hunc præſcindis, accommoda, ne ſimul quoque [h] octauum muſculum, tanquam quinti partem, incautus auferas. Quinto itaque à femore reſciſſo, acutiori cultello à lateribus corporum undecimæ, & duodecimæ thoracis uertebrarum, & trium primarum lumborum, [i] ſexti muſculi caput uenit liberandum: & capite eius apprehenſo, totus muſculus ad paruum uſque femoris proceſſum, à ſubditis eſt dirimendus: quod, ſi uoles, ſolius manus ope perfeceris. niſi fortè & hunc muſculum, quum dorſum mouentes adminiſtrares, iamdudum inſpexeris. Poſtquam uerò ipſius tendinem, & quo ſuper pubis os fertur, [k] ſinum indagaueris, [l] ſeptimus opportunè aggredietur. Hunc itaque nouacula tranſuerſis ductis ſectionibus, ab interna oſsis iliū ſede, ad coxendicis uſque os, quà deſcendit, erades: & muſculo manibus eleuato, ad minorem uſque femoris proceſſum, ipſius inſertionem conſideraturus, detrahes, non præterita interim ſinus ſui, quo deducitur, inſpectione. Mox [m] octauum tranſuerſa linea à pubis oſſe abſectum, uſque ad inſertionem, quæ ſimiliter ſuo principio lata eſt, diuelles: obſeruans interea, ne [n] nonum quoque imprudens adimas. Duo qui adhuc ſuperſunt muſculi, quoniam pubis oſſa, dum ueſicæ & ſedis ſpectares muſculos, dirempta ſunt, atque iam unum tantum crus, in quo tibiam mouentes muſculi adminiſtrabas, ad manum habes, facilè ſecabuntur. Nonum itaque & [o] decimum à pubis oſſe & coxendicis abrades, & ipſorum connexum & in maioris femoris proceſſus ſinum implantationem examinabis, nequaquam perfunctoriè præteriens decimi reflexū & quæ ad huius latera undique naſcitur, [p] muſculoſam ſubſtantiam, cum decimo muſculo ad inſertionē uſque

Primi muſculi adminiſtratio.

Secundi.

Tertij. Quarti.

Quinti.

Sexti.

Septimi.

Octaui.

Noni & decimi.

Quorundã ligamentorum inspecti.

usque ipsius exporrectam. His femur circumuertentibus resectis, q membrana se spectandam offert, totũ pubis ossis foramen comprehendens,& hoc loco sibi utrinque incumbentes musculos dirimens. Similiter etiam ab acuto coxendicis ossis processu,in quinti sacri ossis latus r durum ligamentum produci contueberis,cui s quartus femur mouentium musculus innitebatur,quodq; hæc ossa firmiùs committit. Deinde t aliud iamdudum sese obtulit,ab eodem sacri ossis latere,cui nuper dictum inseritur,enatum,atque in posteriorem,illicq; elatiorem coxendicis ossis appendicis u sedem insertum, quod x recti intestini, ut & mox in enarratione præcedens,musculorum firmamentum efficitur. Articuli uerò coxendicis ligamenta, unà cum genu articuli & pedis ligamentis, in unum Caput reijciam, pedem & ipsius digitos mouentium musculorum sermoni subnectendum.

q 14 tab. b,b.
r 10 ta. γ 11 n.
s 10 ta. β 11 φ.
t 10 ta. δ.
u 2 fi. cap. 29 lib. 1.
x 8 fi. lib. 5 ab Yade. dein b,c.

DE LATESCENTE TENDINE, CVTI PLANTAE SVBNATO. Caput LVIII.

Ordo in reliquorũ adhuc musculorũ tractatione obseruandus.

Magna simiæ ad hominem differentia. Libr. 2. de Admi. sect.

OMNES quos hactenus non commemorauimus musculi,in tibia & pede reponuntur,pedis ipsiusq; digitorum motibus famulantes. Quo autem & hi aptiùs pertractentur, primùm pedis motores recensebimus,& deinde qui digitorum duces existunt: ut tunc post modum,quot quaq; sede reponantur,una colligentes,eorundem administrationem subnectamus. Verùm quanto Galeni oratio in secundo de Administrandis sectionibus obscurior imperfectiorq; est,& non undique suis in tertio de Partium usu placitis respondet,tanto eiusmodi musculorum diligentior nobis sermo instituendus uenit. Neque profectò cum Galeno arbitrari conuenit,simiam ab homine duntaxat in pedis digitorum diductu differre: quòd scilicet simia longiores & magis discretos digitos,quàm homines,adipiscatur: & insuper quòd a unico tantùm tendine simia hominem uincat,quem Galenus ad tarsum reflecti,cartilagineumq; inibi fieri,ac in pedij os, pollici præpositum,inseri docet,musculi tendinem intelligens, quem nos pedem mouentium septimum statuemus:quiq; talem in homine profert tendinem,qualem Galenus priuatim simiæ tribuit, & quo hominem, falsam proponens differentiam,priuat:facileq; attestatur,quàm hominis pedem nunquam sectione aggressus fuerit. Verùm aliàs homini cum simia in musculis, eorundemq; tendinibus, magnum est discrimen: quod si non uniuersum,ne prolixior fiam,explicuero,prout tamen orationis series, in eorum qui adhuc cõmemorandi supersunt musculorum historia,suppeditabit,id quod animo mihi obuersabitur, lubens enarrabo,amicè studiosos hic admonens, ut non solùm uera hominis musculorum enarratione & inspectione contenti,simiam quoque aggrediantur,quo Galenum (qui nusquam æquè ac in Anatome arduus est) fœliciùs intelligant:ne quum hunc (uti profectò debemus omnes)profiteri instituerint,suos præceptores imitati,elegantissimam maximamq; ipsius librorum copiam,qui Anatomica complectuntur,negligant:& solùm illis quos quiuis mediocriter in liberalibus studijs eruditus,citra omnem præceptoris operam assequitur,sese totos dedant:memores,quàm turpiter in leuibus Galeni operibus pedem, qui sese Galenicos hodie appellitant,retrahere cogantur,quoties in sectionis & corporis partium mentionem Galenus incidit. incidit autem creberrimè,tum quòd dissectionibus mirificè oblectabatur, tum quòd medico in corporis

Simia ab homine in tẽdine pedi subnato differẽtia.

quod sibi curandum proponit,mentionem subinde sit prorumpendum. At age, b tendinem plantæ cuti subtensum aggrediamur,in quo in primis homo à simia egregiè differt. Hæc namque proprium, qui hunc producat tendinem, obtinet musculum, ab externi femoris capitis radice in posteriori sede, carnoso principio enatum, & sub c duobus musculis occultatum, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, prominentem in sura partem efformare, atque in calcis os inseri dicentur. His itaque musculis is simiæ musculus coopertus,deorsum carnosus fertur, d illi forma perquàm similis, qui latum in manu producit tendinem. Postquam uerò ad medium usque longitudinis tibiæ descendit,in gracilem cessat tendinem, qui duobus illis musculis non amplius obtectus,ad horum tendinis, quem ipsi producunt, internum latus porrigitur,decliuis ad posteriorem calcis sedem descendens:quæ priuatim in caudatis simijs,ut & canibus, sinum sibi exculptum gerit, quo hic tendo non errabundo ductu tutò uehitur: calcis ossi interim, nisi fortasis transuersi alicuius,quo obducitur, ligamenti interuentu, non adnatus: atque in hoc à Galeni descriptione in primo de Administrandis sectionibus libro uarians, quòd in duas non discindatur partes,altera quidem calci insertus,altera uerò in latum tendinem explicatus. Calcem enim totus superat, & in pedis plantam dilatatur, e musculo, quem secundum quatuor digitorum articulum flectere audies, obnatus,manifestiusq; in inferiorem quinque pedis digitorum sedem protensus, quàm latus manus tendo digitos accedit. Deinde ut latus tendo manus cuti citra alicuius corporis medium non adnascitur, ita neque in pede:quandoquidem multus adeps tendinem & cutem intercedit, idq; potissimùm in hominibus,quibus nullus omnino musculus latum tendinem educit. Verùm ab infima calcis parte, qua terræ innitimur, f ualidum ligamentum prodit,totam inferiorem pedis amplitudiuem subiens,si unum utrinque musculum exceperis,cui id non obducitur. In interno quidem pedis latere is g musculus est, qui pollicẽ à cæteris abducere dicetur: in externo autem, h qui minimum digitum à cæteris amouet. Obnascitur itaque hoc ligamentum longè manus tendine crassius & robustius, toti inferiori sedi eius i musculi, quem secundos quatuor digitorum articulos flectere docebimus. Atque id eo fit pacto,ut quis propriam eius musculi membranam hoc ligamentum diceret: nisi iuxta digitorum radices, quà eius musculi tendines transuersum quatuor digitorum ligamentum subeunt, id à musculo abscederet: & dein transuersis digitorum ligamentis obductum,ac in quinque partes discretum,inferiori quinque digitorum sedi obnasceretur. Cæterùm

a 15 mus. tab. V, dea X, Y.
b 13 ta. α 14 s.
c 12 ta. ε, ϒ.
d 3 ta. Π.
e 14 ta. Θ.
f 13 ta. π.
g 13 ta. ρ.
h 13 ta. τ.
i 14 ta. Θ.

terùm (uti etiam paulo antè monuimus)plurima duriuſculi adipis copia ligamentum id(aut utcunque appellare tibi uiſum ſit) & cutem intercedit : quanquam interim fibroſis nexibus admodum frequentibus ipſi committatur. Eiuſmodi itaque ligamentum priuatim homines tendinis lati uice ſortiuntnr: quod ſi fortè ab aliquo ducendum fuiſſet tendine,profectò illum ualidum craſſumq; admodum procreari oportuiſſet. Nam ſi manus tendinem cum hoc corpore ligamentoſo contuleris,quadrupla tendinis per cubitum expor
k 13 ta.Φ. recti craſsities in tibia neutiquam ſuffecerit. Nihilominus tamen in poſteriori hominis tibiæ ſede [k] muſculum reponi audies,qui carnoſo principio ab exteriori femoris capite enatus,& carnoſus, priuſquam bene poplitem ſuperauit,eſſe deſinens,tendinem producit,longè illo qui manus latum tendinem emittit,graciliorem. Verùm hic tendo,pedis plantam hactenus mihi neutiquam ſubire uiſus eſt: at interno calcis lateri,ad poſteriorem ipſius ſedem implãtatur,neutiquam ſummè poſticam calcis ſedem, ut ille caudatarum ſimiarum muſculi tendo,attingens,multoq; adhuc minus ſinum in hac calcis oſsis ſede ſibi uendicans, quo non errabundus uehatur. Quòd uerò mihi commemoratum in hominis pede ligamentum, & ſimię latus tendo,parem uſum cum lato, qui manum ſubit, tendine præſtent, conformationis ſimilitudo argumento eſt.atque id eo adhuc firmiùs perſuadet,lati in manu tendinis non infrequens defectus. Haud ſemel enim
l 4 tab.θ. illum in manu deeſſe,& [l] tranſuerſum in interna brachialis ſede repoſitum ligamentũ,ſui portionem porm 3 ta.A. rigere,quæ tendinis lati uicem ſupplebat,in homine ſecus multo quàm in ſimijs comperi. Vti etiam à [m] tendinibus brachiale flectentibus,eum tendinem produci,interdum obſeruatum eſt,nunc ab illo qui quarto brachialis oſsi inſeritur, nunc ab illo qui per tranſuerſum brachialis internæ ſedis ligamentum ductus, poſtbrachialis oſsi indicem ſuffulcienti multo antè inſeri dicebatur.

DE MVSCVLIS PEDEM MOVENTIBVS. Caput LIX.

Pedis motus.

PEDEM uniuerſum perinde ac manum flectimus & extendimus, & deinde in latera ducimus. Quibus autem id fiat articulis, in pedis oſsium enarratione, ſuperiori libro non obiter percurrimus: hic pedem mouentium muſculorum hiſtoriam,à poſteriorem tibiæ ſedẽ occupantibus,opportunè inchoaturi. *Primus pedem mouentium.*

a 12 ta.Φ. ιθ.2 λ.3 p. 8 p.9ε.13 7.14n. 16 a. b 1 fi. cap. 30 lib.1 E. c 12 ta.ω. d 12 tab.ρ. e 5 ta.n,o. f 12 tab.s. g 12 ta.Ψ. 1κ.2 μ. 4 charact.16. 6 tab. charact.9.9 tabu.ζ.13 τ. 14ο.16 b. h 12 ta.τ. i 12 tab.υ. k 13 ta.Ψ. l 13 ta. ad κ. m 13 ta.λ. aut 8 tab.r adſ. n 13 ta.Φ. 1 tab.i.2 γ. 3τ. 8ſ. 9 μ.12 ω. 14 p,r.16c. o 13 ta.ζ ſuper Ψ. p 2 tab.γ. 16c.

[a] Primus itaq; à radice interni femoris iuxta genu articulum [b] capitis,unico enaſcitur principio,ſi modò ipſius continuitatẽ ſpectes. ſi autẽ ſubſtantiæ animũ attenderis, id principium duplex apparebit: [c] unũ quidem ſuperius,& magis iuxta femoris mediũ interius: [d] alterũ uerò inferius,& nõnihil exterius, pari omnino modo, quo rectũ abdominis muſculũ [e] enaſci retulimus. Superior namque principij huius muſculi pars, carnea lataq; eſt:& deorſum protenſa, paulo ſub genu articulo cum reliqua initij parte confunditur, quæ exactè neruea liuidaq; in exortu erat:& deorſum rectà per genu articuli poſteriora deſcendens,ualde carneum craſſumq; efformat muſculum,qui formam exacti(ut ſic dicam)muſculi refert. [f] Priuſquam uerò ad medium tibiæ longitudinis,iam anguſtior redditus,pertingat,carnoſus eſſe deſinit, & ex ſuæ inferioris partis amplitudinem tendinẽ latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnoſa muſculi pars porrigitur. Hic itaque muſculus in interno poſterioris tibiæ ſedis latere ducitur: in externo autem latere [g] ſecundus muſculus conſiſtit,qui ab externo femoris capite enatus,deorſum fertur, omni ex parte primo muſculo ſimilis. Quum uerò utrique à femoris capitibus deorſum tendunt, non procul ab exortu ſeſe [h] contingunt,inuicem fibroſis nexibus hærentes.& quo magis deorſum prorepunt,eo ualidiùs connaſcũtur: ut iam tendo,quem ambo producunt, [i] unus omnino exiſtat.Interior tamen,ſeu primus muſculus,prolixiùs nõnihil carneus, quàm ſecundus,deorſum ducitur:quod in muſculoſis citra confectionem eſt euidentiſsimũ. Duo enim in ſura prominentes muſculorum uentres,carneæ partes ſunt præſentium muſculorum, ſuræ magnam molem efformantium. Tendo autem ab ambobus muſculis enatus, & paulo anguſtior redditus, in caudatis ſimijs in poſteriorem calcis ſedem ualidiſsimè inſeritur.In hominibus uerò non multo ſub carnoſa muſculorum ſede, ſubiecto cuidam [k] muſculo [l] adnaſcitur, quem quartum inter pedis motores recenſebimus.Atque hic connexus adeò eſt pertinax,ut nulla ratione hunc tendinem ad calcem uſque à ſubiecto muſculo dirimere queas,& aſſerere cogaris,ab hoc tendine & quarti muſculi tendine [m] unum efformari,in poſteriorem calcis ſedem inſertum. Ac proinde etiam fortè Galeno ſuccenſebis,dum alios ſectionis profeſſores falſo increpat, quod duorum primorum muſculorum tendines tertio cuidam tendini commiſceri,neque alteri non connexos in calcem inſeri ſcripſerint. Hoc namque uerè de hominibus illi prodiderunt,parum ſoliciti,num tendines ſecus in ſimijs calci implãtarentur.Duobus his muſculis hoc priuatim inter cæteros ferè totius corporis obtigit,quòd in ipſorum capitibus non procul ab exortu ſingula innaſcũtur ſeſamo comparata oſsicula, quæ lęui ſua & lubrica ſuperficie, qua ex muſculorum eminent ſubſtantia, lævem ſpectant inferiorum femoris capitum ſuperficiem,cui innituntur,cuiusq; uim & impetum excipiũt, ſic communi ſeſaminorum oſsiculorum uſu ad robur muſculorum haud obiter conducentia. [n] Tertius muſculus ille eſt,quem ſuperiori Capite tendinem inſigniter gracilem producere diximus. Ab externo enim femoris capite teres enaſcitur principium, iamiam ipſo exortu carneum & gracile. Ab ortu tamen nõ ita procul dilateſcit, exacti muſculi uentrem uteunque craſsiuſculũ referens: uerùm mox ſub poplite uenter iſte [o] gracileſcens,ſummè gracilem tenuemq; educit tendinem,qui quemadmodum & muſculi uenter, ſub duobus nuper commemoratis muſculis occultatus,& ſuper quartum expanſus,ſenſim obliquè deorſum prorepit, quouſque ad internum duorum primorum muſculorum tendinis latus [p] elabatur, ubi is quartò muſculo ualidiſsimè connecti incipit. Tertij muſculi tendo hinc deorſum ad internum uſque calcis latus fertur,iuxta poſteriorem calcis ſedem ipſi implantatus,non autem pedis plantam ſubiens,illius muſculi mõ

Secundus.

Tertius.

Libr.2. de Admin.diſſ.

do,

Quartus. do, quem in simia latum plantæ tendinem educere, priùs recensui. q Quartus non solùm suram constituentium musculorum, uerùm etiam omnium tibiam amplexantium maximus, posteriorē tibiæ regionem sua amplitudine occupat. r Enascitur enim ex posteriore sede s coarticulationis fibulæ ad tibiam, nerueo & ualido initio, quod deorsum modicè ductum, adeò dilatescit, ut latitudinem tibiæ ossis & fibulæ uincat: non tamen æquè crassus est, ac latus, amplus ve. Ex hac uerò amplitudine, priusquam medium tibiæ longitudinis superauit, sensim arctatur, & paulo supra calcis regionem in ualidissimum & crassum degenerat tendinem, non solùm ab ipso. t formatum, sed etiam à primi & secundi musculi tendinis concursu. Ex tribus itaque his musculis procreatus tendo, uniuersæ posteriori calcis u sedi implantatur, quam Natura, quo facilior promptiorq; tendinis perficeretur insertio, depressam asperamq; effinxit. Cæterùm quia calcis os extra tibiæ ossis rectitudinem x prominet, & ipse quartus musculus propemodum toto progressu tibiæ ossi & fibulę incumbit, paulo ante insertionem tendo à tibiæ osse procul y abscedit, triangulam efformans cauitatem, cuius basis est longitudo calcis extra tibiæ ossis rectitudinem prominentis: alia autem duo cauitatis latera constituuntur, unum quidem tendinis ipsius anteriori sede, alterum uerò posteriori regione illorum z musculorum, qui sub quarto reconditi, posteriorem tibiæ regionem occupant. Atque hæc ea demum est cauitas, cui Homerus Achillem in Hectoris crure funem traiecisse, illumq; ad currum religatum, circum mœnia Troiæ traxisse cecinit. Quod etiam lanios, quum boues aut oues iugulatas attollunt, imitari conspicimus, baculum transuersim sub hoc tendine transmittentes. Porrò quartus musculus externa posteriori ve sede, qua primi duo, illi incumbunt, admodum liuidus est: quemadmodum & primus quoque, & secundus, ea potissimùm parte, qua quartum respiciunt musculum. Interna uerò, seu anteriori sede, quartus non admodum liuet: & ipsius etiam tendo in anteriori sede longiùs carniformi substantia enutritur, quàm in posteriori. Non enim à fine carniformis musculi huius substantiæ, ad calcem usque, insigne interuallum in hominibus uisitur, quamuis & id quoque notatu dignum sit. In simijs uerò quartus hic musculus quodammodo etiam carneus calci inseritur: quod Galenus animaduertens, alios Anatomicos insimulat, quos hominum cadauera, non autem cum ipso dumtaxat simiarum, secuisse, uel ex ijs constat, quæ præter meritum illis à Galeno imponuntur, digno sanè qui interdum (nisi ipsius obstaret autoritas, & quam illi tribuimus fides) à nobis notaretur, idque tunc potissimùm, dum pro hominum Anatome, suarum simiarum historiam; secus ac ueteres illi, nobis obtrudit.

Libr. 2. de Admi. sect. & 3 lib. de Vsu partiū.

Quintus. a Quintus pedem mouentium musculus, in posteriori etiam tibiæ sede locatus, sub b duobus musculis adhuc occultatur, quos digitorum pedis flexui famulari docebimus. Priusquam enim quintus in conspectum ueniat, c quatuor commemoratos iam pedis musculos, pariter cum duobus illis, digitorum flexui subseruientibus, ademptos esse conuenit. Quintus namque d ligamento membraneo proximè incumbit, quod secundùm tibiæ longitudinem, tibiæ ossi fibulam colligat. e Principium siquidem quinti musculi, à tibiæ osse & fibula, quà hæc ossa inuicem dehiscere incipiunt, exoritur, & statim ab exortu carneum latumq; uisitur, eadem prorsus latitudine ad inferiorem usque tibiæ ossis appendicem progrediens. Hac latitudine præsens musculus posteriorem illius membranei ligamenti sedem, & magnam quoque posterioris tibiæ ossis regionis partem integit, ligamento interim & interno fibulæ lateri adnatus, ab ipsisq; toto progressu, exortus sui robur asciscens. f Cæterùm ilico atq; inferiorē tibiæ contigit sedem, & propemodū æquè latus adhuc, atque in media tibiæ regione conspicitur, ab interno ipsius latere teretem profert tendinem, qui iam aliquousque in musculi carniformi substantia incipere uidebatur. Est enim hic musculus ex g illorum numero, qui sua carniformi substantia non coarctati, ex altero tantùm latere teretem emittunt tendinem. Vbi igitur tendo prorsus excarnis est, deorsum fertur, h sinui incumbens, in posteriori sede appendicis tibiæ processus, qui interiorem malleolum constituit, exculpto. In hoc sinu transuersum ligamentum tendini obducitur, hinc obliquè pedis inferiora i subeunti. Sub omnibus enim k musculis inferiorem pedis sedem occupantibus tantisper prorepit, dum in inferiorem l tarsi ossis sedem ualidè inseratur, quod cubitum tesseram ve imitanti ossi proximum est: quodq; cum alio sibi commisso, cunei formam appositissimè exprimere, præsentisq; musculi gratia priuato m processu donari, in primo libro diximus. Quinti enim musculi tendo, non in n primum tarsi os, quemadmodum Galenus scripsit, insertionem tentat.

Libr. 2. de Admi. sect. Sextus.

o Sextus pedem mouentium, in anteriori tibiæ sede locatur, omnium huius regionis anterior, & exacti musculi formam repræsentans. p Enascitur autem ab anteriori sede coarticulationis fibulæ cum tibiæ osse, ex utrisque ossibus, & communi illorum q ligamento, exortus sui portionem assumens, qui acuto incipit angulo, & ilico dilatatus, musculi uentrem constituit nonnihil latiorem quàm profundiorem. Priusquam uerò musculus medium longitudinis tibiæ superat, sensim arctatur, & multo supra pedem, in teretem finit r tendinem, qui deorsum per tibię ossis anteriora prorepens, transuersum s ligamentum à tibiæ osse in fibulam pronatum subit: & simulatque id superauit, deorsum in pedis interiora descendens, modicè patenti sinu, in intimi ossis tarsi, t cum osse cymbam referēte, ligamentum impresso, tantisper uehitur, quousque ad internum latus pedij ossis pertingat, quod pollici præponitur. Illius enim ossis peculiari u processui x inseritur, ualida sanè applātatione ossis pedij cum tarso commissuram apprehendens. Sexti itaque musculi anteriori sedi alius nullus obtenditur: posteriore autem sede illis incumbit y musculis, qui sub eodem transuerso tibiæ z ligamento contineri, & digitorum extensionibus præcipuè famulari dicentur. Verùm sextus musculus latere suo interiore committitur lateri externo acutæ tibiæ ossis a lineæ, quæ externum excarnis tibiæ sedis latus constituit, quæ etiam secundùm sexti musculi latus introrsum obliquatur, tum ut huic cedat musculo, tum ut alijs quoque sedes exhibeatur, qui sub sexto reponi commemorabuntur. Externum sexti musculi latus, in ipso ortu, & toto quo dilatescit progressu, committitur musculo, quem

q 13 ta. Ψ. r ta. χ. 2 ξ. 3 5 8 tab t. 14 q. 16 d. r 13 tab. β. s 2 fi. cap. 31 lib. 1 V. t 13 tabula λ constituitur à τ, τ u Ψ. u 2, 8 fig. cap. 33 lib. 1 c. x Obserua id in 2 & 3 ultimarum fig. lib. 1. y 13 ta. χ. z 14 ta. Λ. Ξ. a 15 ta. D, E, deinc. t μ. 2 p. 30. 8 x. 14 κ. 16 f. b 14 tab. Λ, Ξ. c 14 ta. n, o, p, q. d 15 ta. T inter S, R. e 15 ta. D, uersus E. f 15 tab. E. g 14 ta. Λ. Ξ. 15 O, P. h 2, 4 fig. ca. 31 lib. 1 m. et 15 ta. charact. 1. i 15 ta. d. k 13 14 p. dein 14 Θ. β. & λ, μ. at tendines δ. θ. & 15 tab. L. l 1, 2, 12, 13 fi. ca. 33 lib. 1 chara. 3 proximus charactę. 4 & 2. m 13 fig. cap. 33 lib. 1 θ. n 1, 2, 12, 13 fi. ca. 33 libr. 1 charact. 1. o 3 ta. Ψ. 1 Z. 2 φ. 4 ta. chara. 4. 16 tab. g. p 3 tab. β. q fi. ca. 1 Y. r 3 tab. π. s 1 tab. δ. & tab. Λ. t 1 fi. ca. 33 li. 1 charac. 1 cum. Θ. u 2 fi. cap. 33 lib. 1 ϖ. x 15 ta. K. y 4 ta. Ψ. et charac. 14. z 1 tab. δ. a 1, 3 fi. ca. 31 li. 1 γ. γ.

quem iam descripturus, pedem mouentium [b] septimum appellabo: qui quemadmodum & [c] octauus, à fibula principium ducit, totiusq; fibulæ externo ferè lateri attenditur: adeò, ut neque inter tibiæ musculos anteriores, neque posteriores recenseri deberet, sed priuatim in externo tibiæ latere reponi, aptè diceretur. Septimus itaque musculus nerueum ualidumq; [d] principium circa genu, ab externo [e] appendicis fibulæ latere, & ligamentis ossa hic connectentibus inibi assumit, quà [f] quartum tibiam mouentium musculum insertionem moliri diximus. Principium id non longo progressu fibulæ connatum, ab ipsa abscedit, sibi substratum obtinens caput [g] musculi pedem mouentium octaui. Quum igitur septimus musculus à fibula abscedit, externa ipsius sede liuidus semper apparet: interna autem, qua alijs accumbit musculis, rubicundus, & exactè quasi carneus uisitur. Non enim ita multo ab origine carneus factus, dilatescit, muris speciem exprimens. Ad hunc modum carnosus, paulo ultra medium longitudinis fibulæ rectà decliuis fertur, in exteriori ipsius sede non exquisitè carneus. Quandoquidem hic musculus istud sibi priuatim uendicat, quòd in externa ipsius sede, etiam supra medium longitudinis tibiæ, [h] utrinq; ad latera carneus sit, & inter duo illa latera ualidissimum [i] tendinem commonstret interna sede, & à lateribus carne enutritum. Vbi autem musculus digno notatu interuallo medium longitudinis fibulæ superauit, totus excarnis efficitur, teretem procreans tendinem, qui sensim obliquè retrorsum uersus fibulæ posteriora contendit. Non enim amplius tendo, perinde atque carnosa musculi pars, totum externum fibulæ latus integit: sed iam in posteriora reflexus, [k] externum malleolum excarnem nudumq; trianguli quodāmodo forma relinquit: & posterioré inferioris fibulæ appendicis [l] sedem adiens, hic sinum proprium, & transuersum quoq; [m] ligamentum obtinet. Tendo itaq; hoc ligamento inuolutus, quod à fibula in calcē talumq; procedit, deorsum in priora uersus pedis plantam [n] ducitur, adeò sanè inflexus, ut in radicem pedij ossis inseratur, quod pollici præiacet, quodq; in externo ipsius latere [o] processum exerit, cui septimi huius musculi tendo aptè implantatur. Aliquando tamē non in hoc pedij os septimus musculus insertionem moliri uisus est, at in radicem pedij [p] ossis, medium digitum suffulcientis. Cæterùm Natura non obiter, neque negligenter obliquum huius tendinis ductum molitur, sed tendinem inter ossa & musculos, pedis inferiora occupantes, medium [q] deduxit: ne si fortè inter cutem & musculos illum duxisset, is sursum contractus, musculos in planta locatos comprimeret, & ijs, quo minus suo fungi possent munere, obstaculo esset. Cæterùm quum non solùm ad posteriorem sedem exterioris malleoli tendinem hunc reflecti oportuerit, sed etiam ad aliud quoddam in externo pedis latere locatum [r] os, Natura incredibili artificio huic etiam reflexui prouidit. In inferiori enim sede ossis tesseram imitantis, quæ plantam & externum pedis latus spectat, [s] sinum latiusculum, neque admodum profundum exculpsit, quem uiscido humore obliniuit, & perquàm læui lubricoq; ligamēto circundedit. Dein ad hunc sinum Natura tendinem circumduxit, non quidem, ut reliqua ipsius regione, teretem: sed [t] quà tendo ad sinum reflectitur, illum dilatauit, ut eo firmiùs ad modicè patentem sinum reuoluere-tur: & ne, si teres permansisset, hinc aliquò declinaret. Denique hac latitudine nequaquam contenta, tendinem etiam peculiari artificio eousque inibi indurescere uoluit, ut cartilaginis speciem exprimat: imò interdum cartilaginis duritiem uincens, tendo ibidem osseus ac ueluti sesamino ossiculo donatus, conspicitur, quo is promptiùs ad acutum angulum flexuræ uim exoluat. Cæterùm quo diligentiùs hoc Naturæ artificium intueor, eo etiam magis Galenum admiror, quòd quum discrimen hominis digitorum in pede ad simiam in præsentium musculorum historia proposuisset, admodum apertè subiunxerit, discriminis eius occasione, homines illo priuari tendine, quem ad tarsum ita concinnè industrieq; reflecti diximus. Hac namque ratione, quum homines eum tendinem adeò eleganter proponant, Galenus facilè attestatur, quàm parum hominis pedem dissecuerit: quamq; nos turpiter demus, quando Galeni (qui etiam præsentis musculi officium parum est assecutus) historiam hominibus conuenire uolumus. nostrorumque aliqui eousque insuper insaniunt, ut ad homines potius, quàm ad simias, Galeni doctrinam inibi referant, ubi simiarum cum hominibus insignis occurrit differentia, & interim Galeni sermo simiarum fabricæ ad amussim congruit. [u] Octauus musculus, qui sub septimo prorsus (si tendinis ipsius anteriorem sedem excipias) reconditur, ex fibula quoque prodit. Aliquantulo enim sub fibulæ superiori appendice, ab externo fibulæ latere, uersus anteriora nonnihil enascitur: & ad amussim carneus, fibulæq; semper attensus, sub septimo deorsum prorepit. Quum autem medium longitudinis fibulæ aliquousque superauit, in teretem quoque cessat tendinem, qui similiter atque septimi tendo, deorsum uersus fibulæ posteriora reflectitur. Verùm hic tendo septimi tendine omnino non integitur: sed in priora prominens, anteriori septimi tendinis lateri attenditur, & sinui in posteriori fibulæ appendicis sede exculpto incumbens, transuerso etiam ligamento circundatur. Hinc rursus in priora descendens, [x] processui pedij ossis ualidissimè inseritur, quod tesseram referenti ossi adnexum, paruum pedis digitum sustinet. Verùm hic tendo, aliorum hactenus dictorum ritu, non simplicem [y] insertionem perficit: uerùm nonnihil ante ipsius insertionem tendo bicornis redditur, duplici & lata (ne fortè tereti & simplici nimium extuberaret) insertione dicto ossi implantatus. Neque est, quòd quispiam Galeno confisus, [z] sextum nobis commemoratum musculum, in duos quoque tendines diuidi arbitretur. Hominibus enim ad eum quem scripsi modum, sextus musculus habet, aliter sanè, quàm in caudatis simijs obseruatur: non enim in his tantùm duplex tendo uisitur, uerùm etiam duo sunt musculi, admodum conspicui, quorum anterior posteriore minor est, ambo in pedij os pollici præpositum implantati. Cæterùm quando his (etsi ad Galenum intelligendum iuuent) non admodum concinnè sermonem uera enarrantem interpellimus, [a] nonum musculum iam prædictis addamus: quem quis proprium per se musculum recensere poterit, alius uerò cuiusdam [b] alterius partem non ineptè dicet: prout nimirum ille motui & insertioni, hic uerò connexui & principio attenderit. A

Septimus.

Libr. 2. de Admi. sect.

Octauus.

Nonus.

[b] 6 tab. Φ. 1 ζ. 2 χ. 3 λ. 4 ta. charact. 17. 5 tab char. 8. 8 ta. *. 9 t. k. n. 13 tab. ξ. 14 k. 15 Y.

[c] 6 tab. Ψ.

[d] 6 ta. charact. 2.

[e] 1 fi. cap. 31 lib. 1 C.

[f] 6 tab χ.

[g] 6 tab. Ψ.

[h] 6 ta. charact. 3, 4.

[i] 6 ta. charact. 5.

[k] 6 tab. ω.

[l] 6 fi. cap. 31 lib. 1 q. q.

[m] 2 ta. Σ.

[n] 15 ta. X. Y.

[o] 2 fi. cap. 33 lib. 1 ω.

[p] 1 fi. cap. 33 li. 1 III.

[q] Ostendit hæc sinistræ figuræ 15 tabulæ ad X, Y.

[r] 1, 2, 12, 13 fi. ca. 33 lib. 1. char. 4.

[s] 2 fi. cap. 33 lib. 1 n. t 15 ta. X.

[u] 2 ta. ⊥. 4 tab. charact. 15. 5 ta. charact. 9. 6 tab. Ψ. 9 θ. 13 ν. 14 l, m. 15 a sub V, ad b.

[x] 2 fi. cap. 33 lib. 1 ρ.

[y] 6 ta. charact. 6. inx ta 8. & 15 tab. b.

[z] 1 tab. κ. 3 tab. Ψ.

[a] 4 tab Ω. 1 β. 2 iuxta ω. 5 charac. & 9 κ.

[b] 4 tab. Ψ.

musculo enim, qui in anteriori tibiæ sede locatus, quatuor pedis digitos extendit, [c] carnosa quædam portio iuxta medium tibiæ longitudinis, ab externo ipsius latere enascitur: quæ deorsum ducta, in tendinem degenerat, qui [d] transuersum anterioris tibiæ sedis ligamentum subit: & superiori pedis regioni exporrectus, fibrosisq; nexibus [e] musculis succumbentibus commissus, in [f] duas portiunculas bipartitur, quas pedij ossi, paruum digitum suffulcienti, latè inserit, non procul ab eius ossis superiori sede, qua imitanti tesseram ossi alligatur. Nihil itaque prohibet, hunc musculum aut partem digitos extendentis recensere, aut illum numero ab extensionis opifice distinguere, illumq; nonum pedem mouentium musculum enumerare: ut hactenus descripti, nouem censeantur, pedis motibus famulantes: quorum primus & secundus & quartus, [g] qui suram seu tibiæ uentrem præcipuè efformant, robustissimi pedis motus autores sunt. Calcem enim sursum in posteriora trahunt, pedemq; terræ firmant, seu in posteriora deorsum reflectunt. atque his [h] quintus suppetias fert, pedem quoque terræ admouens, & interdum, ut summis tantum digitis erigi queamus, in posteriora ducens. Quod uerò munus tertio pedem mouentium [i] musculo concredatur, non ita affirmare possum. nam latum tendinem in pedem non producit, & sanè inualidior uisitur, quàm qui cum insignibus illis quatuor musculis in pedis extensione conferri queat. Si tamen hunc tantum opus subire posse quis crediderit, id addendum prorsus erit, eum obliquo & in internum latus, pedis motui suppetias ferre. Cæterùm [k] sextus & [l] septimus, unà cum [m] octauo & [n] nono, contrarij quàm primus, secundus, quartus & quintus musculi, motus, quum simul tenduntur, duces sunt: pedem enim sursum ad tibiæ anteriora flectunt, motu sanè non æquè atque posteriores digno & ualido. Si uerò isti alternatim cum musculis posteriorem tibiæ sedem occupantibus contrahantur, in hoc illud ve latus pedem agunt: atque ita, qui flexionis extensionisq; autores sunt, etiam motus in latera appositissimè obeunt, quemadmodum de brachialis [o] motoribus abundè proposuimus.

Nouem musculorum pedem mouentiũ munus.

[c] 4 tab. Ω à Ψ. [d] 1 tab. ℓ. [e] 5 tab. Ψ. [f] 4 tab. ita rath. 13. [g] 13 ta. 7. Ψ. [h] 15 tab. D, E. [i] 13 ta. Φ. [k] 5 tab. Ψ. [l] 6 tab. Φ. [m] 6 ta. Ψ. [n] 4 tab. ℓℓ. [o] 3 tab. Λ. m. & 9 ta. Λ. 11 ta. ℓ.

DE MVSCVLIS, PEDIS DIGITOS MOVENtibus. Caput LX.

Pedis digitorum motus.

DIGITI pedis ijsdem prorsus motibus aguntur, quibus quatuor manus digitos duci relatum est. Pedis enim pollicis (qui duobus tantùm ossibus donatur) primum internodiũ pari omnino ratione cum primis reliquorum digitorum internodijs flectitur: nõ autem, ut in manu, opposito flexu alijs digitis obducitur. Atque hic primorum articulorum flexus, aut rectus est, aut in alteram partem modicè inclinans, quemadmodum primos quatuor manus digitorum articulos moueri diximus. Secundum autem pollicis internodiũ, & secunda quoque & tertia reliquorum digitorum internodia, simplici duntaxat, ac in neutrum latus uergente donantur flexione ac extensione, nullo interim proprio motu in latus prædita, quum interim prima internodia & adductionis & abductionis motum insuper nanciscantur. Cæterùm ut motus digitorum manus & pedis par quodammodo est ratio, ita ferè etiam similis musculorum in utrisque est series. unde etiã in illorum descriptione non inopportunè eundem ordinem, quem in manus musculis obseruauimus, aggrediemur. [a] Primus itaque is futurus est, qui quatuor digitorum secunda flectit internodia, in hoc à manus [b] musculo uarians, quòd breuior sit, & pro sua mole amplior & depressior, quodq; non ex tibia (quemadmodum musculus digitorum manus è cubito) porrigitur. Totus namque infernam duntaxat pedis sedem occupat, uniuersæ ipsius carnosæ substantiæ pertinaciter subnatum habens [c] ligamẽtum, quod lati in manu [d] tendinis uices gerere, iam antea proditum est. [e] Ab inferna itaque calcis ossis sede, & anteriori illius calcis tuberculi parte, quod terræ innititur, primus hic musculus [f] principium ducit partim nerueum, & partim carneum, quod ilico ab exortu prorsus carnosum euadẽs, sensim dilatatur, multo latius quàm crassius redditum. Quum uerò mediam pedis longitudinem, ad digitos repens, [g] superauit, in quatuor carnosas portiunculas dirimitur, quæ inuicem diductæ, & æquales constituentes angulos, singulæ unũ producunt tendinem, ad sibi præpositum digitum excurrentem. Tendo iste, similiter ac in manu, ad primi digitorum internodij radicem transuerso ligamento excipitur, quousque longa sectione diuisus, & subiecto sibi tendini [h] uiam præbens, in secundi internodij radicem implantetur, & toti ossis sui longitudini latescens innascatur. Huius musculi beneficio, secundum quatuor digitorum flectimus articulum, eũ quàm possumus proximè uersus calcem protrahentes. [i] Secundus uerò & [k] tertius digitorum musculi, tertij quatuor digitorum & secundi pollicis articuli flexus opifices sunt. Atque hi integri non in pedis planta reponuntur: sed in tibiæ etiam posteriori sede locati, totam illius ferè longitudinem perreptant. Sunt porrò hi, quos [l] quarto pedẽ mouentiũ musculo, qui surã constituentium maximus est, proximè substerni, & [m] quinto pedem mouentium musculo incumbere diximus. Vt uerò eandem cum eo musculo sedẽ occupant, ita quoque illi forma admodũ similes sunt. latiores enim, quàm spissiores uisuntur: deinde toti propemodum carnei, in tibiæ regione existunt. & quum ad calcem usque descendere, ab interno tantùm [n] latere non admodum prius arctati, unum singuli teretem promunt tendinẽ. Eorum itaq; [o] posterior, suræq; (ut sic dicã) uicinior, qui digitos mouentiũ secundus censebitur, à posteriori sede cõnexus fibulæ ad tibiã [p] enascitur, statim ab ortu carnosus, & latus utcunq;, uersus tibiæ extremum prorepens. Toto hoc progressu, maximo suram efformante [q] musculo cõtegitur: anteriore autem sua sede, posteriori fibulæ [r] parti attenditur, ipsi etiam aliquandiu adnatus: deinde qui ordine [s] tertius digitos mouentium futurus est, externo suo latere ipsi secũdo hic quoq; subijcitur. Ilico uerò atque secũdus ad infimã tibiæ sedem descendit, ab interno ipsius latere [t] tendinẽ edit teretẽ, qui [u] priùs aliquandiu in carne pronasci uisus est. Huius tendinis nomine,

Primus pedis digitos mouentiũ.

Secundus et tertius.

[a] 14 ta. Θ. [b] 5 ta. Θ. [c] 13 ta. π. [d] 3 tab. musculi II. [e] 2 fi. cap. 33 lib. 1 Y. Z. [f] 14 ta. x. [g] 14 ta. α. [h] ut in 5 tabule manu iuxta c, aut 6 tabule γ per ℓ. [i] 14 ta. Λ. 15 O. [k] 14 ta. Ξ. 15 P. [l] 13 ta. Ψ. 14 tab. q. [m] 15 tab. D, E. [n] 14 ta. ℓ. η. [o] 14 tab. Λ 15 O. [p] 14 ta. γ. [q] 13 ta. Ψ. [r] 15 ta. B & S. [s] 14 ta. Ξ. 15 tab. P. [t] 14 ta. η. θ. [u] 14 ta. ι.

x 15 ta. G, & chara. 3. y 1 tab. y. z 14 ta. λ. et μ. 15 ta. N. a 15 ta. L. b 15 ta. Q. c 14 tab. ψ. d 2 fi. cap. 33 lib. 1 *. e 14 ta. Ξ. 15 tab. P. 1 λ. 2 π. 3 υ. 8 υ. 16 e. f 15 ta. magis A quàm B. g 14 tab. ν. h 15 ta. F, & chara. 2. i 14 ta. δ, δ. k 14 ta. β. l 6 tab. γ, musculi scilicet Ξ insigniti. m 14 ta. Θ. n 15 ta. Q. o 14 ta. Λ. p 14 ta. Ξ. q 14 ta. δ, δ. m δ. r 14 ta. Θ.

nomine,ad internum calcis latus,ubi talum excipit, x sinus insculpitur,qui transuerso y ligamẽto obductus,præsentis musculi tendinem tutissimè deducit.Postquam tendo ligamentum id superauit, pedis inferiora obliquè subintrat:& inter z illos qui quatuor digitos pollici adducere dicentur, & a eos quibus primum digitorum internodium flectendi munus ascribitur,prorepit,totus propemodum ad pollicem cõtendens.A præsenti.n.tendine,circiter plantæ medium, b portiuncula diffunditur,quę aliquot c tẽdinibus eius quẽ tertium digitos mouẽtium numerabo, cõmiscetur,atq; unà cum illis ad tertij indicis,& quasi ad medij quoq; digiti,articuli flexionẽ auxiliatur.Reliqua autẽ tendinis secundi digitos mouentium musculi portio(quæ profectò ualidissima est)ad pollicẽ,uti diximus,obliquè perfertur, secũdumq; primi pollicis ossis longitudinẽ transuerso ligamẽto excepta,in secundi pollicis ossis lõgitudine lata insertione implãtatur,flexionis eius ossis autor. Huic tendini,priusquã secundo pollicis ossi inseritur,sesaminũ accedit d ossiculum utcunq; grande,& lubrica sua & læui superficie sinui præpositũ, quẽ in sui medio habent primi pollicis ossis capitula,secundi ossis sinus subeuntia. e Tertius musculus, qui quinto pedẽ mouentiũ insternitur,pari prorsus cũ secundo digitorũ musculo ratione,in posteriori tibiæ sede exporrigitur, ad internũ magis latus,quàm secundus,respiciens:longè enim f magis tibiæ ossi,quàm fibulæ innititur. Quũ aũt ad calcem ferè descendit,atque adhuc latus conspicitur, ab interno ipsius g latere teretem promit tendinem, cui peculiarem h sinum & transuersum ligamentum Natura fabrefecit,in medio duorum qui hic quoque habentur sinuum.Tertij itaque musculi tendo,hoc ductus sinu,teres adhuc pedis inferiora subit, secundi musculi i tendini uersus plantæ cutem subiectus,& cum illo X literæ imaginem efformans. Secundi enim musculi tendo ab exterioribus introrsum obliquè in anteriora fertur:tertij autem tendo quodammodo ab interioribus extrorsum contendit,ob idq; in plantæ medio cum secundi tendine decussatim constituitur. Tertij musculi tendo,pedis plantam hoc modo subintrans,ac iam in pedis ferè longitudinis medio repositus,modicè k dilatatur,ac in quatuor alios tendines digeritur,ad quatuor digitos excurrentes, illisq; manus l tendinibus respondentes,qui tertium quatuor digitorum inflectunt articulum. Sub primi enim musculi tendinibus occultati,digitorum radices subeunt,unà cum m primi musculi tendinibus,transuerso ligamento,ut in manu quoque,obducti.Vt uerò ad tertium usque os proreperent,primi musculi tendines sectione per longum diuisos permeant:& latiores redditi,tertij ossis longitudini implantantur. Cæterùm tendini indicem adeunti,& interdum illi pariter,qui medio exporrigitur,hoc priuatim obtingit,ut in plantæ medio n portiunculam secundi musculi tendinis ad pollicem proficiscentis nanciscantur, quæ cum illis digitorum tendinibus omnino coit & permiscetur.Interdum uerò quantumuis accuratè singula obseruies,à secundi tendine nihil porrigi,sed hunc totum in pollicem absumi conspicies. Atqué ita sanè tres digitorum primi habent musculi,quorum primus secundum quatuor digitorum flectit internodium: reliqui autem duo,ultimi quinque digitorum internodij flexionis opifices sunt.

Verùm hic non ambigo,studiosissimum quemque,qui accuratissimè Galeni loca iampridem euoluit,& illum sibi haud conformia dicere,librosq; ipsius hic quoque uitiatos esse intelligit, auidè expectare,quamobrem à Galeno dissentiam. Cui in præsentia aliud nihil additum esse uelim, quàm uerissima me hactenus de pedis digitorum musculis in hominibus enarrauisse,& Galeni loca (ut iam, simulatque aliquid de musculorum functione addidero,audies) uix simijs conuenire. Trium itaque dictorum musculorum functionem,cum manus digitorum musculis communem esse censui, quum o secundus musculus secundi pollicis internodij flexus autor poneretur,nulla primi articuli,quod ad flexum attinet,facta mentione:quẽ admodum p tertij musculi beneficio tertium reliquorum digitorum internodium moueri, iam antea scripsi:quum interim ex Galeni sententia,primos etiam articulos duobus posterioribus musculis flecti,dictum esse oportuerit.Arbitratur enim Galenus,eandem hic atque in manu horum musculorum functionem esse.imò exactè in secundo de Administrandis sectionibus,suum ipsius perpendens placitum, quo transuersorum ligamentorum ope primos manus digitorum articulos flecti innuerat,dixit, ab illis qui tertio digitorum internodio inseruntur in pede, non solùm tertios primosq; articulos in flexionem duci, uerùm primum,secundum & tertium internodium ipsorum ope flecti.quod sanè necessum esset, si modò transuersi ligamenti ui tendines illa quibus tantùm incumbunt,non autem inseruntur,ossa mouere donaremus. At ita non suffeciſſet adhuc illis q tendinibus,quos nos tertium internodium flectere diximus, à Galeno insigne illud flectendi munus ascribi:quin etiam r primum musculum,qui secundis quatuor digitorum internodijs inseritur,prima quoque internodia flectere,orationi addendum uenerat, quum & illius musculi tendines eodem cum alijs tendinibus in primo digitorum osse ligamento obuelentur. Quia igitur transuersorum ligamentorum gratia,oportere ossibus motum ascribi, non admodum concedimus: haud mirum quoque esse debet,nostrum placitum à Galeni decreto dissentire.Cæterùm functione postpositа, qualiter in caudatis simijs præsentes musculi habeant,enarrare non grauabor:haud interim immemor Galeni loci, quo tendines non eodem semper modo permisceri tradidit:ne fortè quis me ipsius dogmata nimis perfunctoriè arbitretur expendere.Simiæ igitur primũ musculũ,quo secunda digitorũ flectũtur internodia, cũ hominibus communẽ habent:at tanto longioribus donatũ tendinibus, quanto interuallo simiæ pes hominũ pedem unà cum digitis in longitudine pro proportione superat. Secundus quoque & tertius in tibia eodem modo simijs atque hominibus collocantur.quum tamen tendinem educunt, non ex altero latere illum promunt:sed cæterorum musculorum modo coarctati,illum emittunt:quod etiam in simiarum quinto pedem mouentium musculo usuuenit. Vnde etiam haud mirum uideri nobis debet, si Galenus raræ illius peculiarisq; tendinum eductionis nullo prorsus modo meminerit. Verùm interim tendines caudatarum simiarum,pedis plantam,ut in hominibus,subeunt: & ubi X literæ instar insectionem moliun-

Libr. 3. de Vsu part. Libr. 2. de Admi. sect.

Primus & 2 & 3 musculi quomodo in simijs se habeant.

Hæc ex hominis fabrica sunt obuia.

tur, secundi musculi tendo tendini tertij musculi prorsus permiscetur, atque ex ambobus unus quodammodo consurgit tendo, à quo transuersim portiuncula ad pollicem fertur, illi prorsus similis, quam in caudatarum simiarum manu, à tendine indicem accedente, è uolæ medio ad pollicem ferri retulimus. Reliqua uerò huius tendinum permixtionis pars in quatuor tendines diuiditur, eam portionem, quæ pollici exporrigitur, mole uincentes. Hi ut in homine sub primi musculi tendinibus deducti, & hos permeantes, tandemq; latiores redditi, tertio internodio inseruntur. s Musculi primos quinque digitorum pedis articulos flectentes, in homine illis respondent, t qui in manu inter postbrachialis ossa repositi, primorum quatuor digitorum ossium flexioni præsunt: quamuis interim in pede non ita exacto numero, atque in manu, comprehendi distingui ve queant. Rudis enim indigestaq; moles in planta conspicitur, quæ ad amussim carnea est, & fibris rectis interstincta: deinde secundùm pedij longitudinem ducta, & illius quoque u interualla opplens, in quinque digitorum radicem implantatur, utrinque ad primi internodij latus uersus interiora inferiora ve insertionem tentans. Hanc itaque carneam molem ex sententia in musculos proprios subdiuidere nequeo, quantumuis etiam sibi implicatas quasdam inscriptiones commonstret. Vtcunque tamē sit, hæc non minus quàm in manu ualida est, & primorum articulorum flexionem perficit, quam primus pollicis articulus parem cum cæteris digitis adipiscitur. Vnde etiam carneæ illius molis x pars, ad pollicem porrecta, illis respondet partibus, quę reliquos adeunt digitos. Atque huius etiam partis tendinibus admodum breuibus & latiusculis, maxima totius corporis sesamina innascuntur y ossicula, quorum interius exteriori longè maius esse diximus. Hæc lubrica sua & læui superficie inferiorem terram ve spectantem contingunt sedem capitis pedij ossis, quod primo pollicis ossi inarticulatur, utrinque ad eius sedis latera mutuò recedentia, hacq; secundi digitos mouentium musculi z tendini iter quodammodo parantia. His dein sesaminis ossiculis longè a minora reliquis etiam tendinibus carneæ huius in pede molis innexa sunt: adeò, ut ad singula reliquorum pedij ossium capita digitis inarticulata, duo reponantur sesamina ossicula, b illis grandiora, quæ ad quatuor manus digitorum radicem, musculis corū prima ossa flectentibus innata scripsimus. Quandoquidem igitur carneę huius molis tanta cum musculis quatuor digitorum manus primos articulos flectentibus est similitudo, integrum sanè erit, hic decem musculos, primis quinque digitorum articulis in flexione famulantes enumerare, ut bini ad singulos referantur digitos, atque hi decem tribus reliquis flexionis autoribus ascribantur. c Decimusquartus itaq;, cui quatuor digitos extendēdi munus concreditur, in anteriori tibiæ sede locatus, & sub d sexto pedem mouentium musculo reconditus, à tibiæ osse, qua id fibulæ sub genu articulo connectitur, nerueum sumit e principiū, quod ilico ab exortu carneum euadens, recto tramite deorsum uersus pedem descendit, in medio propemodum f ductu carnosam quandam sui g portionem ab externo latere diffundens: quę deorsum protensa, ea est, quam nonum inter pedem mouentes musculos recensuimus. Postquàm uerò eam eduxit portionem, reliquo suo corpore carnosus adhuc deorsum tantisper fertur, dum transuersum h ligamentum, anteriorem tibiæ sedem occupans, contingat. Ibidem enim in i tendinem degenerat, qui per id ligamentum, ueluti per anulum prorepit. Priusquam tamen ligamentum prætergreditur, in quatuor alios scinditur tendines, qui inuicem diducti, ac per pedis superiora æquales angulos constituentes, ad quatuor digitos pertingunt, & toti illorum longitudini, ampliores redditi, inseruntur, tres simul ipsorum articulos extendentes. k Decimusquintus musculus ad pollicem spectat, & in anteriori tibiæ sede collocatus, partim nuper commemorato l musculo subijcitur, partim uerò illius interno lateri exporrigitur. A tibiæ enim ossis m externo latere, ubi membraneum n ligamentum in tibiæ longitudine fibulam tibiæ ossi colligans, ab ipsa educitur, hic musculus principiū sumit, quod carnosum in ea sede exoritur, qua tibiæ os à fibula primùm dehiscit. Musculus hinc deorsum protensus, ac ligamentnto illi pertinaciter adnatus, anteriorem tibiæ ossis sedem adit: ac in o tendinem finiens, per trāsuersum p ligamentum, in anteriori tibiæ regione consistens, ducitur: dein per pedis superiora ad pollicem prorepens, toti ipsius longitudini inseritur. Huius musculi beneficio, pollex in neutrum latus insigniter uergens, extenditur. neque alius ex tibia homini in superiorem pollicis sedem inseritur: uerùm q quidam tori pedis superiori regioni secundùm longitudinem obductus, externo superioris pollicis sedis lateri tendinem inserit, cuius ope pollex alijs digitis adducitur. Iuxta latus enim tali, r ubi calcis ossi os tesseram refe rens coarticulatur, ab eius sedis ligamentis ampla moles carnea enascitur, quæ antrorsum obliquè uersus digitos porrecta, in quatuor carnosas partes dirimitur, quæ singulę teretem efformant tendinē. Horum quatuor tendinum intimus & maximus, pollicis externo lateri uersus superiora inseritur: secundus, indicis externo lateri implantatur: tertius uerò, medij digiti, quartus autem anularis. adeò, ut solus paruus huiusmodi tendine destituatur: quanquam semel, & admodum obscurè, illi quoque exiguum tendinem exporrigi animaduerterim. Tendinum istorum beneficio, quatuor digiti illis donati, in externum latus abducuntur. Num uerò huiusmodi carneum corpus, in hos diductum tendines, unius aut plurium musculorum uice numerandum sit, non uehementer instandum arbitror: quum in ortu unicus uideatur esse musculus, & postmodum, uti diximus, in quatuor tendines diuidatur. Verùm ex Galeni sententia, duo hic essent musculi: quorum unus indicē & medium à pollice abduceret, alter uerò anularem & paruum extrorsum in latus amouerent: deinde ex tibia in pollicem alius infereretur, eius tendinis uicem supplens, quem ab hoc carneo corpore, in pedis superiori sede locato, in pollicem inseri commemorauimus. At non mirum est, Galeni descriptionem hic plurimum à nostra uariare, ueterumq; placitis cōtradicere, quum simiæ ab hominibus hac in sede insigniter differant. Illis namque in pollicis superiora à tibia duo exporriguntur musculi, quemadmodum in manu accidit: deinde duo in superiori pedis sede repositi uisuntur, quatuor digitos à pollice abducentes, quibus perinde ac musculoso corpori, superiorem humani pedis sedem occupanti, obliquus admodum

Musculi primos articulos flectētes, qui tertium musculū in numero succedunt, ac de cē nobis enumerantur.

Decimusquartus.

Decimusquintus.

Musculus in superiori pedis sede locatus, & pollicē tresq; ipsi proximos digitos extrorsum abducens & numero 16.

s 15 tab. deinde. t 8 tab. fi. Δ.
u 2 fi. cap. 33 li. 1 ω.
x 14 tab. Ω.
y 2 fi. cap. 33 lib. 1 ω.
z 14 tab. ß. musculi Λ.
a Spectantur 2 fi. ca. 33 lib. 1.
b 2 fi. cap. 25 lib. IV. V.
c 4 ta. Ψ. 1 a. 2 ω. 3 γ. 5 Ω.
d 3 ta. Ψ.
e 4 ta. characl. 10.
f 4 ta. characl. 11.
g 4 tab. Ω.
h 1 tab. ß.
i 4 tab. characl. 12.
k 5 tab. Φ. 1 tabu. γ. 2 Θ. 3 μ. 4 charac. 14. 6 ta. chara. 7.
l 3 tab. Ψ.
m 1, 3 fig. cap. 31 lib. 1 ζ.
n 6 ta. Σ. 15 ta. T inter R. S.
o 5 tab. characl. 5.
p 1 tab. ß.
q 5 tab. Ψ. 6 tab. Ω. 1 ω. 4 ta. chara. 17. 7 ß.
r 1 fi. cap. 33 li. 1 chara. 4 ad Δ.

modum ſitus obtigit. Age igitur, doctrinæ gratia, in homine nobis enarratum iam muſculoſum corpus, u-
12 ta. Π. 9 λ. 13 ſ. t 1, 9 fig. ta. 33 lib. 1 f. nius loco habeatur, ſitq; is decimusſextus pedis digitos mouentium. [s] Decimusſeptimus igitur in exter- *Decimuſeptimus.*
no latere pedis reponitur, inſignis utcunque muſculus, & ab externo latere calcis oſsis, ubi id [t] tuberculũ
quoddam gerit, nerueo principio enatus, quod non procul ab exortu carnoſum efficitur, exquiſiti muſcu-
li formam exprimens. Priuſquam uerò ad primum parui digiti articulum pertingat, in teretem finit tendi-
nem, externo lateri primi illius oſsis inſertum. Hic muſculus, quum ualidus admodum ſit, etiamſi paruus
digitus à decimoſexto nullum nanciſcatur tendinem, eius digiti abductionem abundè perficit, quemad-
11 1, 3 ta. ξ. 2 tab. 7. 6 χ. 7 t. 13 ſ. 141. modum etiam in hominis manu factum eſſe affirmauimus. [u] Decimusoctauus, cuius beneficio pollex in *Decimuſoctauus.*
trorſum à cæteris digitis abducitur, interno pedis lateri ſecundùm totam ipſius longitudinem protenditur,
muris quoque effigiem proximè referens. à ligamentis enim calcem talo connectentibus, nerueum aſſu-
mit principium, quod craſsius carnoſiusq; effectum, tandem in teretem degenerat tendinem, externo late
ri prioris articuli pollicis implantatum. In ſimijs adhuc unus eſt, à pedij oſſe indici præpoſito in pollicem
pronatus, illumq; indici quàm poteſt proximè admouens, quo homines meritò deſtituuntur, quemq; inte-
rim Galenus (etſi digitorum in homine cum ſimia diſcrimen cognouerit) in ſecundo de Adminiſtrandis
ſectionibus, cum cæteris in pede repoſitis muſculis recenſet, planè ac ſtudio oſtendens, ſe ſimiarum undiq;
x 14 ta. λ, μ. 15 ta N. hiſtoriam potius quàm hominum proponere. Poſt decimum itaque octauum, in homine [x] quatuor tan- *Quatuor*
y 14 ta. β. dein y. tùm adhuc enarrandi ſuperſunt muſculi, quatuor digitos in internum latus ducentes: qui ſimiliter atque in *muſculi, digitos quatuor pollici adducentes, ſeu 19, 20. 21, 22.*
manu, illis [y] tendinibus exporriguntur, qui tertium digitorum flectunt internodium. quamuis in hoc pe-
dis muſculi à manus uarient, quòd illi non à tendinum inuolucris horum modo, ſed à calcis oſſe exorian-
tur. A ligamentis namque oſſa tarſi poſterioribus pedis oſsibus in planta colligantibus, muſculoſum cor-
pus enaſcitur, quod in quatuor poſtea graciles diductum muſculos, interno quoque lateri quatuor digito-
rum inſeritur. Si itaque carneam hanc molem, quatuor muſculorum loco habueris, omnes pedis digitorũ
in homine muſculi, duo erunt & uiginti: ſi uerò unius loco id corpus numeraueris, tantùm erunt decem &
2 6 ta. Ω. nouem. Rurſus, prout id [z] corpus, quod pollicem & tres ipſi proximos digitos in externum latus abducit,
in plures diſſecueris, numerum quoque augebis.

DE LIGAMENTIS, ILIVM OSSA SACRO COLLIGANTIBVS, ET coxendicis ac genu articulorum, deq; reliquis omnibus, quæ in tibia & pede habentur ligamentis. Caput LXI.

Perpauca ligamenta delineauimus: & quũ membranea ſint, ab oſsiũ potiſsimùm circunſcriptionibus petenda et confingenda neeniunt.
a 13 tab. o.
b 10 ta. ſ.
c 14 ta. b.
d 7 tab. V inter S, T.
e fig. ca. 1 P, P.

Ligamenta ſacri oſsis, et ipſi adnexorum oſsium.

ILIGAMENTVM, ilium oſsis ad ſacrum os contextum ambiens, membraneum quidem eſt, ſed admodum robuſtum. Ligamenti autem portio, ſeſe ubi oſſa inuicem committuntur, inſerens, ita ualidum craſſumq; euadit ligamentum, ut cartilaginei ligamenti naturam prorſus repræſentet: cuius beneficio, & demum cartilaginis quoque interuentu, ilium os ſacro ualidiſsimè nectitur. Quemadmodum enim cartilaginis interceſſu, & liga mento orbiculatim commiſſuram ambiente, pubis oſſa inuicem contexuntur, ita quoque ilium os ſacro coarctatur. Præter hæc ſacri oſsis ligamenta, [a] aliud ex latere connexus quinti oſsis ſacri cũ ſexto quodammodo teres enaſcitur, in acutum proceſſum coxendicis oſsis inſertum. Quinetiam ab eadem ſacri oſsis ſede, in oſsis coxendicis appendicem, aliud [b] ligamentum fertur, quod unà cum prædicto oſſa hæc firmiùs connectit, & præterea recti inteſtini, & muſculorum ipſius fulcrum exiſtit. Poſtremò, in pubis oſsis foramine [c] membrana uiſitur, illi [d] ligamento omnino ſimilis, quod ſecundùm cubiti longitudinẽ radium ulnæ colligat: ſubſtantia enim huic ad amuſsim reſpondet, & fibris conſtat deorſum in latus obliquè procurrentibus. Ligamenta femur coxendicis oſsi adnectentia, duo magis præcipua cenſentur, [e] unũ orbiculatim articulum amplectens, cuiuſmodi etiam alijs articulis eſt commune. Cæterùm ne aliquando femoris caput luxaretur, quoties uarijs motibus femur, magnam corporis molem ſuſtentans, mouetur, liga men hoc quod diximus, craſsiſsimum robuſtiſsimumq; euaſit, nulli ligamento ex his quæ articulos circun dant, craſsitie ſecundum. Et tanti momenti uſusq; id ligamentum Græci eſſe putarunt, ut etiam totius articuli nomine illud *ἰσχίον* appellare non dubitauerint. Quin etiam huic ligamento articulum ambienti, non ſolùm priuata craſsities duritiesq; acceſsit: uerùm hoc peculiariter ſibi uendicat, quòd neque capitis femoris, neque acetabuli oſsis coxendicis ſupercilio inſeritur, aut ab illis prodit: totam enim femoris ceruicem ambit, illi nuſquam quàm ad magni femoris proceſſus radicem orbiculatim circumnatum: reliquæ autem parti tantum citra omnem connexum incumbit. deinde acetabuli ſupercilio non adnaſcitur, ſed paulo ſupra ſupercilij radicem oſsi coxendicis. Atque hic prouidè Natura ab aliorum articulos ambientium ligamentorum fabrica reclinauit. nam ſi hoc coxendicis ligamentum aliorum ligamentorum ritu ſupercilijs connatum fuiſſet, neutiquam oblongum femoris caput aptè moueri permiſiſſet. quod ſanè ad amuſſim ſpectabis, quum inter ſecandum femora inuicem adducere, & rurſus abducere conaberis. Mirum enim dictu eſt, quàm femoris caput antrorſum extra ſinum feratur, dum alterius pedis calcem, ueluti perpendiculi lineam, medio interioris lateris alterius pedis adhibemus: quod in illo pedum ſitu fieri cernimus, quum in choreis notam, quam bis ſimplicem uocant, hocq; ſigno .ſſ. indicant, erecti fingimus. Ad hæc, præterquàm quòd coxendicis oſsis ſinus admodum cauatus eſt, aliud adhuc ligamentum, etſi non colliget, orbiculatim ſinus ſupercilio adnaſcitur, quod ſinum adauget, & eorum ligamentorum naturæ participat, quæ cartilaginea ſunt. Verùm id cauitatem non ſolùm auget, ſed etiam in cauſa eſt, cur minus oſſis ſupercilium in uehementibus femoris motibus, quum fragile ſit, abrumpatur: ſua enim duritie ligamen

Membrana, pubis oſsis foramen occupans.
Femoris ad coxẽdicis os ligamenta.

tum impetui resistit,& sua mollitie cedens, eundem exoluit, Porrò [f] aliud coxendicis articulo peculiare ligamentum,teres est,& adeò durum,ut cartilagineus neruus meritò ab alijs appellatum fuerit. Hoc ex medio capitis femoris enatum,non in acetabuli centrum inseritur, at in humillimam ipsius sedem, [g] ubi adeps,non autem cartilago sinui oblinitur,ipsumq; coxendicis ossis acetabuli supercilium [h] deficit. [i] In genu uerò articulo,præter commune ligamentum,omnibus obductum articulis, alia quædam ualida robustaq; (potissimùm quum illud uniuersum articulum certis rationibus ambire non posset) rerum Opifex fabrefecit.quando enim quinque sunt genu articuli regiones,anterior, posterior, interior, exterior, & media,singulis peculiare quippiam Natura præposuit.Anteriori quidem,quæ membraneo ligamento prorsus destituitur,& tamen regio admodum fallax,& summopere laboratura est, [k] mola patella ve simul cũ illam continentibus tendinibus prætenditur:quæ quum abundè articulum stringat, nullo hic opus erat ligamento,neque etiam (ut dixi) membraneo,omnes articulos ambiente, quod malè inter femoris os & patellam fuisset repositum.Posteriori similiter laboraturæ, robustum neruosumq; ligamentum præponitur, quod ex media posteriori tibiæ regione originem capiens, rectà sursum fertur, & bifidum [l] utrorumque femoris capitum posteriori sedi,qua maximè illa dehiscunt,implantatur. Cæterùm mediæ regioni duab. nuper dictis digniori maioriq; egenti firmamento, Natura ualidissimum & cartilagineum largitur ligamentum,quod ex tota prominẽtiori inter duos tibiæ sinus [m] parte enatum, femoris posteriori parti, quà ipsius capita maximè inuicem distant,cum paulo antè dicto inseritur.Verùm præter hoc ligamentum, interdum adhuc mucosum quoddam & gracile reperias,in medio genu articuli locatum, ad anteriorem iam dicti ligamenti regionem,quod similiter à tibia in femur pronascitur.Exteriori genu regioni iniurijs magis quàm interior patenti,crassum quoque & quodammodo teres obductum est ligamen, femoris & fibulæ tibiæq; ossa inuicem colligans. Huius ligamenti humilius extremum,capiti [n] musculi substernitur, cuius tendinem ad posteriora inferioris fibulæ appendicis perreptantem, uersus pedij os pollici præpositum protendi relatum est.Porrò interior genu regio,quæ cæteris omnibus in tibiæ motibus minus debebat dehiscere,& ijs quæ cruri occurrant,minus obuiam ire, ligamen nanciscitur, iam dicto tum gracilius, tum mollius.quod etsi ex interiori femoris latere enascatur,in tibiæ tamen latus non insertatur, sed uelut ad aliud exterius ligamentum in tibiæ priora maiori sua portione contendit. Cæterùm præter hæc omniã,peculiaris huic articulo,quemadmodum superiori libro scripsi, [o] cartilago inijcitur, quæ duritia exquisitæ cartilagini nonnihil cedit, & cum ligamento quippiam commune obtinet. Quantum uerò ad articuli genu securitatem ea cartilago ualeat, illic quoque diximus. nunc autem in exteriori ipsius circumferentia,qua quodammodo ex articulo eminet, membraneis ligamentis ex ipsa prodeuntibus, femori & tibiæ eam colligari,additum esse uoluimus. [p] Ligamen fibulam tibiæ iuxta genu articulum colligans,forte quidem est: sed ut in aliorum ossium commissuris,ab exteriori tantùm parte, ossium connexum circundat. Quà uerò tibia fibulaq; inuicem dehiscunt, per ossium longitudinem [q] ligamentum membraneum habetur,illi par, [r] quod in cubito repositum esse commemorauimus. atque id à tibiæ osse in fibulam porrigitur,fibris intertextũ,à tibiæ osse deorsum obliquè in fibulam excurrentibus.Quemadmodum uerò,cõformatione hoc tibiæ ligamentum cubiti ligamento respondet,ita ẽt parem cum illo usum præstat:fibulã enim tibiæ alligat, & interstitij ritu anteriores tibiam occupantes musculos à posterioribus dirimit, illisq; qui ipsi adnascuntur,exortus robur porrigit. Pedis ligamentorum nonnulla prius exposita sunt, [s] transuersa nimirum,quæ tendinibus obducuntur: quorum quædam ad ossium commissuram simul faciunt,alia uerò duntaxat munimenta quædam tendinum, & ne illi è suis finibus exurgant, uincula ac anuli existunt. Sunt uerò transuersa pedis ligamenta,si obiter considerentur, tria. [t] Primum in anteriori tibiæ sede, ad ipsius cum pede articulum consistit,& ad tibiæ os & fibulam refertur:hoc enim ossa connectit,& plurimos tendines transmittit. Istud utcunque perpendas, unum simpliciter est. [u] Secundum ab interno malleolo in calcis os inseritur,ossiumq; etiam colligationi auxiliatur.si uerò exactè diuidatur, tres anulos, & ueluti tria ligamenta efformare uisitur, quę priuatim ad suos quosque spectant [x] sinus, trium tendinum nomine,ut & ipsi tres sunt,exculptos: quorum calci proximus, [y] musculi tendinem admittit,qui pollicis secundum flectit internodiũ. Sinus huic accumbens,secundusq;, [z] tendini uiam prębet, tertios quatuor digitorum articulos flectenti. Tertius uerò sinus, unà cum ligamento in posteriori interioris malleoli sede repositus,à Natura illi tendini pręparatus est,quem [a] musculus efformat,inter pedis motores quintus. [b] Tertium porrò transuersum pedis ligamentum, à fibula in calcem fertur, itaq; ad ossium colligationem iuuat: quà autem duobus,quibus commune est,finibus obducitur (quum illi sinus in uno duntaxat cauentur osse) tantùm tendinibus famulatur, [c] septimi & [d] octaui musculorum pedem mouentium. Ad hæc, in inferna pedis digitorum regione,transuersa ligamenta perinde consistunt,ac in manu. Verùm pręter transuersa ligamenta,quæ etiã prius expressimus,in pede alia permulta habentur.Primum ex tibiæ osse in fibulam procedens,inferiùs tibiæ ossi fibulam colligat,membraneũ similiter ac aliorum articulorum ligamenta existens. Deinde & aliud quoque reliquis articulorum ligamentis respondet,quod uniuersum articulum tibiæ cum talo amplectitur. Post hæc,quatuor sunt ligamenta cartilaginosa,ex quibus nõnulla in alto conduntur,alia exteriùs ossa ambiunt: quæ simul omnia talum quatuor,quibus firmatur, ossibus connectunt. Primum ex internis tali partibus,quibus interno malleolo excipitur,originem obtinet, & in tibię ossis partem,quę talum respicit,innascitur,id os talo colligans. Secundum exterius est, interioriq; respondet,fibulam talo nectens. Tertium cæteris robustius, & admodum insigniter cartilagineum, ab inferiori tali sede, propter ipsius ceruicis radicem,nimirum quà calci is committitur,principium ducit,& calci inter duas,quibus talo coarticulatur,commissuras innascitur. Quartum, tali caput ossi nauiformi connectit: ex tali enim ceruicis

Ligamenta genu articuli.

Ligamenta fibulam tibiæ ossi committentia.

Pedis ligamenta trãsuersa.

Alia pedis ligamenta, ossa tantùm omittẽtia.

[f] *fig.cap.1 O.& 1 fig. cap.49 l.*
[g] *1, 2 fig. cap. 29 lib. 1 g.*
[h] *1, 2 fig. cap. 29 lib. 1 h.*
[i] *Petit hæc ex figura 1 cap. X,S,V, T,& c.*
[k] *8 tab. k.*
[l] *1 fig. ca. 30 lib. 1 E, F.*
[m] *7 fi. cap. 31 li. 1 inter F,G.*
[n] *6 tab. φ.*
[o] *8 fi. cap. 31 lib. 1.*
[p] *fi. 1 cap. Y.*
[q] *fi. cap. 1 a. 15 tab. T inter S,R.*
[r] *7 ta. V inter S,T.*
[s] *1 ta. δ, τ. 2 ta. Λ, Σ, ς.*
[t] *1 tab. δ, Λ.*
[u] *1 tab. γ, 2 tab. ς.*
[x] *15 ta. charact. 1, 2, 3.*
[y] *14 ta. Λ.*
[z] *14 tab. η & θ musculi Ξ.*
[a] *15 tabu. D, E.*
[b] *2 ta. Σ.*
[c] *2 tab. χ.*
[d] *2 ta. ϕ.*

Hæc nullibi picturis proposuimus, sed ex ossiũ delineationibus petũtur ex figuris scilicet cap. 31 et 33 li. 1.

ceruicis termino originem ducens,iam dicto ossi inseritur, uniuersumq; ambit articulum. Verùm præter cartilaginea hæc, membraneum aliud ligamentum omni ex parte calcis cum talo obducitur connexui, & ualidum quoque aliud à tali ceruice in tesserā imitans os implantatur. Porrò ligamen,calcis os huic tesseræ simili ossi committens,robustum quoque est,& cartilagineum,sed duntaxat articulum amplectitur. Quēadmodum uerò in manu brachialis ossa inuicem durissimis cartilagineisq; ligamentis colligantur, ita quoque tarsi ossa tum inuicem committuntur,tum etiam ossi cymbam imitanti. Validissimum autem & peculiare uinculum in inferiori parte tarsi ossa obtinent,quod non solùm extrema uincit, imò penitiùs singulis insertum,ossium quoque media inuicem constringit. Pedij autem & digitorum ligamenta, manus ligamentis correspondent. Sunt enim omnia membranea, his tantùm exceptis, quæ superiori pedij ossium interuallorum parti immittuntur: illa siquidem cartilaginea sunt, & in profundo seu medio articuli genu repositi, [e] ligamenti naturam referunt.

e *fi.cap.* 1 X.

MVSCVLORVM IN TIBIA ET PEDE SEDEM OBTINENTIVM, ET ligamentorum omnium quæ hactenus non resecta sunt,administrandi ratio. Caput LXII.

I modò omnes musculos,pedis ac digitorum motibus famulantes, memoriæ confirmandæ causa, in suis sedibus ordine recensebis, in posteriori tibiæ sede primùm [a] duo occurrent,à radice inferiorum femoris capitum ducentes originem, & suræ nō mediocrem portionem efformantes. Post hos sese exhibet, [b] qui totius corporis longissimum promit tendinem. Sub hoc suræ [c] maximus, seu pedem mouentium quartus consistit,in calcem cum nuper commemoratis insertus. Huic succumbit, [d] qui pollicis secundum internodium flectit: deinde, [e] qui quatuor digitorum tertij internodij flexionis pręcipuus autor est. Omnium autem intimus habetur, [f] qui pedem mouentium quintus enumerabatur,uniq; tarsi ossium implantatur. adeò, ut iam omnes posterioris tibiæ sedis musculi septenarium constituant numerum, præter [g] musculum in poplite latitantem. Si enim & illum posterioribus tibiam amplexantibus musculis adnumerare uisum fuerit,octo tunc in posteriori tibiæ sede constitues. In anteriori tibiæ sede, unà cum illis [h] qui propriè externum ipsius latus occupant,sex numero descripsimus: [i] primum quidem, qui pedij ossi pollicem sustinenti inseritur,ac pedem mouentium sextus recensebatur: [k] secundum,qui quatuor digitos extendit.huius autem [l] portio,quæ in pedij os minimo prælocatum digito inseritur,tertius erit. Aut si hanc portionem à secundo non distinxeris,iam duo duntaxat hactenus tibi in anteriori tibiæ sede habentur.At age,tres esse dona,ac [m] quartum enumera,cuius ope pollex extenditur: [n] quintum uerò, qui fibulæ exporrectus,pedisq; inferiora subiens,in os pedij pollicem sustentans inseritur: [o] sextum autem, qui iam dicto succumbens, pedij ossi ante minimum collocato implantatur. In inferiori pedis sede [p] ligamentum primum sese offert, lati tendinis uicem gerens: postmodum [q] musculus secundum quatuor digitorum os flectens: deinde [r] utrinque ad huius latera unus, hic quidem pollicem introrsum ducens in latus, ille uerò minimum extrorsum abducens. Post hos in conspectum ueniunt [s] tendines, tertia quatuor digitorum internodia flectentes: quibus exporriguntur [t] quatuor musculi, quatuor digitos pollici admouentes. Omnium autem intimi illi consistunt, [u] qui primos digitorum articulos flectunt.

Quot musculi in posteriori tibiæ sede consistant.

In superiori autem pedis sede illud duntaxat [x] musculosum corpus reponitur, quod pollicem & tres illi proximos digitos in latus externum abducit.Cæterùm dicta iam musculorum series, etiam sectionis rationem commonstrat,quam in eo crure aggredieris,in quo iam antè tibiam mouentes musculos resecuisti. Per suræ itaque longitudinem sectio in cute & adipe & carnosa membrana ad calcem usque ducetur:deinde alia ab interno pollicis latere ad calcem usque,& hinc per pedis exteriora ad paruum usque digitum tentabitur.adeò,ut uniuersam tibiæ & pedis cutem auferre possis,ea tantùm relicta,quæ plantam induit.Quum primum igitur laniorum more hoc præstiteris,acutiori nouacula à calce cutem adimes,per adipem transuersis semper ductis sectionibus.In quo opere,attento animo cutis connexus spectandus uenit,qui ad liuescentem perficitur [y] sedem musculi secundum quatuor digitorum os flectentis, num scilicet tendo aliquis (uti quorundam uidetur esse sententia) citra adipis interuentum cuti proximè adnascatur:ac deinde,quum nullus erit tendo,cuiusmodi ligamentum id censere debeas, quod ego nunc primus lati tendinis in manu uices gerere dixi.Vbi hæc (adhibita sectioni quoque simia) in pedis planta eo diligētiùs,quo ego hic plura recensuerim paradoxa,intuitus fueris,ad tibiam te conferes,ligamento illo,uel mēbrana,utcunque id tandem appellare tibi uisum est,à musculo,qui secundos quatuor digitorum articulos flectit,nondum deraso.Atque hic omnium primùm spectabis, qui ex tota excarni tibiæ ossis [z] sede membraneum ualidumq; ligamentum prodit, quod pertinaciter omnibus in tibia repositis musculis obnascitur,& eorum summas superficies unà connectit,& ueluti uinculi usum præstat,cuius beneficio musculi in sua sede non errantes,continentur.Mox nouacula aut cultello à femoris inferioribus capitibus, [a] duorū musculorum principia liberabis,quos primos in posteriori tibiæ sede dicebam occurrere. In horum capitū dissectione aliud nihil cauendum est,quàm ne cum externo musculo,tertij [b] musculi caput ab externo femoris capite unà imprudens auferas.Illud enim caput opportunissimè seruatur, donec primos duos à quarto eousque diuulseris,ut iam non amplius communem illorum tendinem à quarto [c] dissecare ualeas. Reflexis itaque his duobus musculis,& sesaminis,quæ illis innascuntur,ossiculis unà quoque obseruatis, tertij quoque caput liberabis:quod in manu siniſtra assumens, à quarto [d] musculo deorsum uelles. atque id citra negocium tantisper feceris,dum ad quarti musculi internum latus peruenias: hic enim cultello acu-

Ligamenti Latescentis tendinis uicem subeuntis.

Primi & secundi pedē mouētium.

Tertij.

a 12 ta.Φ. ψ.
b 13 ta.Φ.
c 13 ta.Ψ.
d 14 ta.Λ.
e 14 ta.Ξ.
f 15 ta.D. E.
g 14 ta.Γ.
h 2 tab.χ. ϕ.
i 3 tab.Ψ.
k 4 ta.Ψ.
l 4 tab.Ω.
m 5 ta.Φ.
n 6 tab.Φ.
o 6 ta.Ψ.
p 13 ta.ϖ.
q 14 ta.Θ.
r 13 ta.p.c.
s 14 ta.d. β.
t 14 ta.λ. μ. 15 ta N.
u 15 ta.L. c.
x 6 ta.Ω.
y 13 ta.ϖ.
z 1 tab.κ. χ.
a 12 ta.Φ. ψ.
b 13 ta.Φ.
c 8 ta.r ab f.
d 13 ta.Ψ.

tiori à subditis ad calcem usque est dissecandus. Dein ipsius insertio tanto accuratiùs est animaduertenda,
Quarti. quanto hæc in hominibus à simijs magis uariat. Hoc itaque musculo à calcis osse resecto, pedem mouentium quartum, & totius suræ maximum suo exortu libera, & utrinque ad ipsius latus, quà subditis incumbit corporibus, longam sectionem ducito, quæ membraneum id ligamentum inuolucrum ve diuidat, cuius auxilio musculos inuicem externa superficie connecti diximus. Siquidem ilico atque musculum suis lateribus & capite liberaueris, promptissimum erit, illum à subditis ad calcem usque detrahere. Vt uerò accuratiùs insertionem spectes, profuerit illum proximè à calcis osse acutiori nouacula separare: & dein studiosè expendere, num fortassis aliqua tendinis huius portio latum in pede produceret tendinem. nam & id quo-
Lib. 2 de Administ. sect. Primi digitos mouentium. Decimiseptimi. Decimioctaui. que semel Galenus uidetur innuere. Tempestiuum nunc erit, à [e] musculo quatuor digitorum secundum internodium flectente, [f] ligamentum illud abradere, quod ego tendinis lati uicem gerere protuli. Deinde sedulò à calcis osse [g] musculus ille liberabitur, qui paruum digitum in externum latus abducit, & statim ille [h] qui pollicem in internum latus à cæteris digitis amouet: ut [i] musculus quatuor digitorum secundum articulum flectens, sese offerat, isq; à calcis osse liberari, ac postmodum ad digitorum radices duci queat. In tendinum uerò ipsius administratione, pari modo, ut in manu fieri præcepimus, cultello exiguo transuersum digitorum ligamentum per ipsius longitudinem diuides: ac deinde, qualiter id subditos tendines transmittat, ac qui in secundos articulos illi inserantur, spectabis, sectionem rursus ad tibiæ posteriora conferens. Iam enim in poplite latitans [k] musculus, adeò pulchrè occurrit, ut ipsius naturam non minus, atque ego illam describere possim, intueri ualeas: & non oscitanter animaduertere integrum sit, num
Musculi in poplite latitantis. uel minimùm tibiæ flexioni opitulari queat. Hæc intuitus, illum à genu articulo liberabis: & nisi articulum ad ligamentorum inspectionem seruare propositum sit, nihil prohibet, à tibia femur liberare, quo commodiùs tibiam & pedem postmodum pertractes. Absecto igitur, aut relicto, utut lubet, femore, [l] musculum,
Secundi & tertij digitos mouentium. pollicis secundum flectentem internodium, suo principio liberatum, à subditis ad calcem usque detrahes. Deinde & illum quoque similiter auelles, [m] qui tertium quatuor digitorum os flectit: ut iam utriusque ad suos sinus deductis, transuersa ipsorum ligamenta, longa sectione diuidere, ac postmodum illorum X literæ instar incubitum examinare liceat. Ille enim eueſtigiò obuius est, quum ex suis sinibus detractos tendines, à pedis planta deorsum reflectis. Neque ita duntaxat incubitus ille conspicitur: imò etiam [n] portiuncula se offert, à musculi pollicem flectentis tendine, illi admixta tendini, qui tertium indicis internodium flexurus est. Quinetiam hac administratione occurrunt [o] musculi, quatuor digitos pollici adducentes:
Musculorũ tres digitos pollici adducentium, & primæ quinque digitorum ossa flectentium. quos à calcis osse liberatos, atque ad insertionem perductos, unà cum tendinibus, quibus illi porriguntur, adimere conuenit, ut [p] carnea moles, primos digitorum articulos flectens, inspiciatur: quam ex tuo arbitratu, aut prorsus à pedij ossibus abrades, aut illis connexam sines: neutiquam hic præteriens sesaminorum ossiculorum examen, quæ carneæ illius molis tendinibus diximus esse peculiaria. Iam [q] musculus, qui adhuc in posteriori tibiæ sede reliquus est, quiq; pedis motibus famulatur, à fibula & tibiæ osse, & horum membraneo ligamento, ad posteriorem usque interni malleoli sedem liberabitur: ac pro-
Quinti pedem mouentium. prio ipsius transuerso ligamento longa sectione diuiso, musculus ille ad insertionem usque ducetur. Cæterùm iam opportunum est, & anteriores tibiæ musculos aggredi, hicque omnium primùm transuersum in humiliori sede tibiæ iuxta pedem occurrens [r] ligamentum longa sectione diuidere. In quo ope-
Sexti pedẽ mouẽtium. re magna tendinum congeries sese exhibebit, quorum (ut singulos ordine intuearis) primùm attolles, qui à [s] sexto pedem mouentium musculo producitur: cuius capite, aliorum musculorum modo, ab exortu liberato, is ad insertionem usque ducendus est. quod mediocri fit negocio, si utrinque musculi latera ab ipsi connatis cultello aut nouacula diuiseris. Post hunc, totum sese ostendit quatuor digitos extendens [t] musculus, unà cum portione illa, [u] quam nonum pedem mouentium enumeraui. Vbi hic à tibia liberatus, ad insertionem ductus erit, is aggredietur, [x] qui pollicem extendit: quem similiter à tibia liberatum, ad insertionem ducere expedit: mente adhibita, qui eius musculi tendo, quà caput pedij ossis primo pollicis ossi inarticulatum superat, calli in modum indurescit, perinde ac quà primi pollicis ossis sedem secundum os subeuntem contingit. eo namque usu, quo innumeris sanè tendinibus sesamo comparata ossicula innascuntur, tendo iste cartilagineus, & in senibus penè osseus, dictis nunc locis efficitur. quod etiam cæ-
Decimiquarti digitos mouentium, unà & noni pedem mouentium. teris tam manus quàm pedis digitos extendentibus tendinibus inibi quodammodo euenit, ubi ossium læuem & cartilagine obcrustatam tangunt superficiem, quæ ossibus articulatur, quibus tendines, ut illa mo-
Decimiquinti. ueant, inseruntur. Supersunt adhuc in tibia [y] duo pedis motibus famulantes musculi, qui fibulæ exporri-
S saminis ossibus in tẽdinibus digitos pedis & manus extendentibus respondentium sedium examen. guntur: quorum administratio à [z] ligamentorum transuersorum, inter calcem & fibulam existentium, dissectione inchoabitur: & deinde illorum tendinibus eleuatis, uniuersum musculorum corpus à fibula dirimetur, ut postmodum ipsorum insertionem liquidò uideas. ac demum [a] musculosum corpus, quod superiorem pedis sedem occupat, suis principijs liberatum, ad ipsius tendinum insertionem perducas: atque ita uniuersæ musculorum fabricæ unà nunc mecum summam manum imponas, ac ligamentorum, quæ adhuc
Septimi & 8 pedẽ mouentium. reliqua sunt, naturam spectes, quorum administratio priuatim nihil, aut peculiare exigit. Si enim iam [b] ligamenta, ex latere ossis sacri, ubi quintum os sexto committitur, prodeuntia, simul cum [c] membrana, pubis ossis foramen occupante, inspexeris, integrum erit, ilium os à sacro, impetu abrumpere, & cõmissuram ambiens ligamen simul cum cartilagineis ligamentis intueri. Mox ad coxendicis articulum accedens, orbi
Decimiseptimi digitos mouẽtium. Ligamentorum adhuc reliquorum administratio. culatim ipsum ambiens, [d] ligamentũ acutiori cultello transuersim diuidito, eiusq; crassitiem & ortum & insertionem inspicito. Si modò femur in exteriora modicè duxeris, ex acetabulo ipsius caput elabetur, & teres [e] ligamentum se spectandum exhibebit: quo transuersim dissecto, acetabulum accuratè obseruãdum uenit, propter iam commemorati ligamenti insertionem, & id ligamentum, quod sinum augere diximus.

Priusquam

e 14 ta. Θ.
f 13 ta. T.
g 13 ta. S.
h 13 ta. Y.
i 14 ta. Θ.
k 14 ta. Γ.
l 14 ta. Λ.
m 14 ta. Σ.
n 15 ta. Q.
o 14 ta. λ. μ. & 15 tab. N.
p 14 ta. Β. & 15 tab. L., deinde.
q 15 tab. D, E.
r 2 tab. δ.
s 1 tab. Z. 3 tab. Ψ.
t 4 tab. Ψ.
u 4 ta. Ω.
x 5 tab. Φ.
y 6 ta. Φ. & Ψ.
z 2 ta. Σ.
a 6 ta. Ω.
b 10 ta. γ. δ.
c 14 ta. b. b.
d fi. cap. 1 P, P.
e 2 fi. cap. 49 P.

f *fig. cap.* 1 5, T, V, X. g 8 *tab.* k. Priusquā uerò genu [f] ligamenta administrentur, opportunum est prependere, anteriori articuli sedi, præter [g] patellam, cum extendentibus tibiam tendinibus nullum ligamentum præponi. id enim ubi cōstabit, exterius ligamentum á femoris capite liberatum, ad fibulam deduces. Post hoc, internum quoque à femoris interno capite liberatum, similiter uersus anteriora tibiæ dissecabis: posterioris uerò regionis ligamentum, opportunè à tibia dissectum, ad ipsius in femur insertionem perduces. Diuiso postmodum omni ex parte ligamento articulum ambiente, in latus tibiam postmodum reflecte, ac cartilagineum huius articuli ligamentum ad amussim obserua, h 8 *fi. cap.* 31 *lib.* 1. [h] cartilagines tibiæ ossis sinum augentes, ab articulo acutiori cultello separans. i *fi. ca.* 1 Y. [i] Ligamenti, quod hic fibulam tibiæ alligat, natura, si ad commissuram id diuidatur, citra negocium conspicitur. k *fi. ca.* 1 a. [k] Membrana quoque, ist hæc ossa, quà inuicem distant, intercedens, sese iam citra ullam sectionem offert. Transuersa omnia modò dissecta sunt, atque idcirco superest duntaxat, fibulam à tibia disrumpere, & ligamen hac humiliori sede ambo ossa colligans inquirere: dein acutiori cultello fibulam à talo, & postmodum à tibiæ osse talum liberare: ita enim duo sese offerunt tali ligamenta, cartilaginis specie donata. Duo autem reliqua disces, si cultello talum ab osse cymbam imitante diuiseris, & à calce talum abraseris: quod difficulter, idq; nisi acuto cultello perfeceris. Ad hunc modum reliqua pedis ligamenta aggredieris, nempe ipsis secundum ossium commissuras circumsectis. Quàm uerò concinnè hæc omnia sint formata, ex cuiusque ossis usu, & generali ligamentorum facultate, cuiuis notum esse arbitror. Quapropter neque hic, neque aliàs sæpius ad summi rerum Opificis encomia digressus sum, ne eadem semper aut de musculis aut ligamentis repetenti, in nimiam molem hæc excrescerent. præcipuè, quum nihil facilius sit, quàm prolixè in usus enarrationem excurrere: si modò partium munus & officiū, à me semper descripta, non lateant.

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI
FABRICA LIBER TERTIVS,

QVO VENARVM ARTERIARVMQVE PER VNIVERSVM CORPVS SERIES DESCRIBITVR, ET PECVLIARES ipsi figuræ, quibus potissimùm conueniunt, Capitibus præponuntur.

QVID VENA, ET QVAE IPSIVS SVBSTANTIA &usus. Caput I.

Quid tertio libro docendum.



SSIVM musculorumq; historia superioribus libris enarrata, proximum uidetur, uenarum arteriarumq; per uniuersum corpus distributionem aggredi: siquidem Galenus in primo de Administrandis sectionibus libro, hunc in Anatome discenda ordinem obseruandum rectè præceperit. Nam alius fortasse quispiam earum [a] partium, quæ peritoneo & costas succingente membrana & caluaria continentur, descriptionem, non uenarum modò, ac arteriarum, uerùm & neruorum quoque descriptionem oportere necessariò præcedere, haud ineptè arbitrabitur: quòd absque earum partium notitia, omnis de uenis, arterijs & neruis sermo tam difficilis futurus sit, ut ego nequaquam improbauerim, hunc librũ, & quartum, qui neruis dedicabitur, quinto libro, sexto ac septimo subijci, eosq; præsentem anteire: atque id maximè, cum quis sectionum prorsus rudis, in istos libros primùm inciderit, & non in nostra Epitome uel obiter sese exercuerit. Ne tamen longiùs in præsentia à Galeni & cæterorum qui ipsum præcessere dissectionis professorum placito declinem, hunc librum uenis arterijsq; consecrabo, à uenis, quòd plures sint, arterijsq; magna ex parte insternantur, sumpto sermonis exordio, liberaq; sententia lectori in nostris libris transponendis relicta. [b] Vena igitur pars est instrumentaria, teres, fistulæq; instar cauata, & sanguinem, corporis partes enutriturum, unà cum naturali spiritu, insigniter (si quis modò sit) caliginoso, deferens. Hæc unica peculiari propria ve constat tunica, quæ colore, ac quodammodo crassitie & forma membranis respondet, sed aliàs ab illarum natura plurimum discrepat. Membrana namq;, simplex ac similare corpus censetur: & omni ex parte, quomodocumq; discerpatur, perpetuò membranæ nomen retinet. Venæ autem tunica, corpus est instrumentarium, ex similaribus partibus, fibris uidelicet, cõformatum. Quemadmodũ enim membranei musculorum tendines ferè unico fibrarum genere intexuntur, atque hoc occasione non in similarium, sed instrumentalium partium classem reponuntur, ita uenæ tunica triplici fibrarum genere constituitur. Cuiusmodi fibræ Græcis ἶνες nuncupantur: & substantia quidem, forma & colore, musculorum fibris respondent, actione autem plurimum ab illis uariant. Hæ enim maxima ex parte, carnea musculorũ substantia obsitæ, arbitrario: illæ uerò nulla eiusmodi carne implicitæ, naturali motui præficiuntur. quippe ut motus è nostro arbitratu pendentes, fibrarum in musculis auxilio perficimus: sic naturales motus, uniuerso corpori subseruientes, fibris quibusdam obeuntur, quæ organis toti corpori famulantibus intertextæ sunt. Quanquam naturales motus non omnes, sed materiæ duntaxat alicuius attractio, retentio & expulsio, huiusmodi fibris adimpleantur. Voco autem in præsentiarum uim attractricem, retentricem & expultricem, non quæ singulis partibus ad sui nutritionem à Natura est ingenita, sed qua quædam corporis partes commune aliquod uniuerso corpori munus præstant. Etenim prorsus alia mihi censetur attractio cibi per stomachum in uentriculum, & sanguinis è caua uena in dextrum cordis sinum, & aeris ex arteria uenali in sinistrum cordis sinum, & seminis in uterum, & sanguinis in uenas, & spiritus in arterias, quàm attractio, cuius beneficio partes illæ nutrimentum sibi familiare, & quo priuatim aluntur, ad sese pelliciũt. Rursus longè alia excretrix facultas est, qua uentriculus cibum à se confectum, in intestina propellit, & qua rursus intestina superiora eundem in inferiora protrudunt, & qua cor sanguinem in pulmones, uitalemq; spiritum simul cum sanguine, impetu per corpus ruente, in magnam arteriam mittit, & qua sanguinem una uenæ pars in subsequentem continuò deriuat, & qua uterus fœtum & uesica urinam excernunt: quàm ea sit, qua nũc dictæ partes proprij nutrimenti recrementa à se abigunt. Ad hæc, prorsus alia putatur cibi potusq; in uentriculo, & fœtus in utero, & urinæ in uesica, & sanguinis in uenis, & spiritus ac sanguinis pariter in corde retentio: quàm ea sit, cuius beneficio cor, uẽtriculus, uesica, uterusq; familiare nutrimentũ sibi seruant & retinent. Motus igitur omnibus similiter partibus proprij, atq; alijs non subministrantes, insita partibus duntaxat ui, citra fibrarũ opem omnino fiunt. Sed partes, quas aut attractionem, aut retentionem, aut expulsionem partibus alijs, uel toti etiam corpori subseruientem & commodam obire necessum est, ad eam functionem fibras quasdam sibi uendicant, quarum auxilio illam complent. Et quemadmodum tres specie sũt motus, ita quoque triplex fibrarum genus à Natura constructum esse credimus: rectum uidelicet, obliquũ, & transuersum. Ac rectæ quidem fibræ attractioni conducunt, obliquæ autem retentioni, transuersæ expulsioni.

Quid uena.


Venæ corpus in quo à uniembrana differat.

Fibrarum quæ natura l motui præsunt, ab ijs quæ arbitrario famulãtur, differentia.

Fibrarum species & functio.

a *Ostendit has 5, 6, 7 librorum figura.*

b *fig. cap. 5. fi. cap. 6.*



Rudis fibrarum delineatio, in quæ A transuersas indicat, B autem & C utriusque obliquarum generis differentias, D uero rectas.

At E triplicis fibrarum generis implexum quodammodo exprimit, quē mox subijcienda uenæ effigies accuratiùs ponet.

sioni. Rectæ enim sunt, quæ secundùm organi longitudinem expanduntur. Obliquæ autem, quæ secundùm obliquum organo obduncuntur. Atque hæ circulares sunt: sed quum in duplici sint differentia, inuicem contrariantur, ac se mutuò X literæ, aut potius duorum inuicem implexorum circulorum modo decussatim intersecant, ita commode, quicquid organi cauitate comprehenditur, retinentes. Transuerse secundùm corporis latitudinem exactè transuersim locantur, corpusq; orbiculatim, quemadmodum obliquæ, ambiunt: quanquam transuersæ interim, circulares orbicularesq; priuatim nuncupentur. Discet porrò quiuis fibrarum naturam, si quum uētriculus, aut intestina alicuius animalis, mensæ apponentur, unguibus illorum fibras inuicem diuellere, eaq; corpora nihil præter fibras quasdam inter se ordine, & prout parti ex usu erat, intertextas esse, expendere haud grauabitur. Idem spectabit, dum nuper mactati bouis uesicam, aut anserum ingluuiem inflari intuebitur: quandoquidem triplex illud fibrarum genus in modicè distenta iam uesica manifestò sese spectandum offeret. Contrà, si membranam aliquam, ut quæ costas succingit, aut peritonæum, in manus quis assumpserit, leui negocio discet, hanc simplex similareq; corpus esse omni ex parte sibi par, nullisq; eiusmodi fibris conformatum. Quum itaque uena organū sit, uniuerso corporis in sanguinis administratione utiliter subseruiens, Natura corpus ipsius membraneum, ac fistulæ instar cauum constituit, ac certis quibusdam fibris, non autem ut fors ferebat, intertexuit: ijs nempe, quas sanguinis administrationi utiles fore cognouit. Quamobrem quum sciret, uenam necessariò sanguinē ad se admissuram, rectas illi communicauit fibras, quibus uena sangninem in ipsius alliceret cauitatem. Deinde quia sanguinis ad subsequentem uenæ partem, tanquā per riuum, propulsione opus erat, transuersis quoque fibris eam donauit. Ne uerò statim uniuersus sanguis in proximam uenæ partem citra moram ex alia assumeretur, propelleretur ve, obliquas etiam fibras uenę corpori implicuit. Ex tribus itaque fibrarum generibus, uenæ corpus istas albæ membraneæq;, seu neruea tunicæ conflatum est, distendi, & rursus (ut cōtentæ materiei appositè congruat) in se collabi aptum. Præter hanc peculiarem tunicam, uena aliam subinde ascisit, plerisque etiam corporis partibus communem. Quandocunque enim uenæ longo tramite aliquò ducuntur, aut ossi, aut duriori cuipiā corpori incumbūt, aut alicubi suspenduntur, tum ex conterminis membranis alia quædam instar membranæ tenuis tunica ipsis obuoluitur, cùm tutioris ductus, tum ad uicinas partes firmioris nexus gratia. Cæterùm uenæ uisceri alicui insertę, aut per musculi corpus digestæ, huiusmodi tunica toto insertionis progressu destituuntur, eaq; neutiquam indigent, quòd abundè in illis corporibus firmentur: quodq; ea tunica impedimento esset, quo minùs promptè sanguis ex uenis sudaret: aut ut sanguis in uenis collectus, substantiæ alicuius uisceris uim tardiùs experiretur. Omnes uenas primaria ratione, ut sanguinem singulis corporis partibus deferant, ac ueluti canales & ductus sint, ex quibus partes omnes suum alimentum sugant, rerum Opifex procreauit, quanquam quibusdam earum ramis, ut [c] portæ uenæ propaginibus, ad succi in uentriculo elaborati ad iecoris portas attractionē, ceu alijs, ad excrementorum (ut [d] quæ in renes serosum sanguinem deferunt) repurgationem quoque utatur, quas omnes suo loco commemorabimus. Num uerò ipse (ne sanguis frustra nullam à uenę corpore elaborationem sentiens, per uenas defluueret) quandam sanguificationis uim uenis indiderit, non adeò promptè asserum uelim, quantumuis id omnibus confessum sit dissectionis professoribus. & si fortasis hæc uirtus uenis tribuitur, ea non rubicundum parabit sanguinem, sed uenæ corporis instar album: siquidem in omni naturali corporis nostri partium concoctione, concoctum necessariò sibi cōcoquentis colorem ascisit. Verùm iam tempestiuum erit, ex quibus nam partibus arteria fabricetur, persequi.

Vena cauæ portio, à dextro cordis sinu ad iugulū usque conscendēs, qua fibrarum in uenarum corpore naturam, doctrinæ gratia studiosè finximus. Si fortè interim ramorū hic passim abtruncatorū rationem expetis, hanc uenæ portionē integræ cauæ uenæ delineationi quinti Capitis fini subijciendæ confer, in illa quid D F,G,H,I,K,N,S,T, *& a indicēt, perpendens.*



Vena cauæ portio, à dextro cordis sinu ad iugulū usque conscendēs, qua fibrarum in uenarum corpore naturam, doctrinæ gratia studiosè finximus. Si fortè interim ramorū hic passim abtruncatorū rationem expetis, hanc uenæ portionē integræ cauæ uenæ delineationi quinti Capitis fini subijciendæ confer, in illa quid D F,G,H,I,K,N,S,T, *& a indicēt, perpendens.*

Venæ compositionis usus

Ascitia & non peculiaris uenæ tunica.

Venarum usus.

c *fig. cap. 5. fi. 12 lib. 5 k.*

d *fig. ca. 6 b. & fig. 22 lib. 1 m,n.*

Libr. 4. de Vsu part.

QVID SIT ARTERIA, QVAEQVE IPSIVS SVBSTANTIA & usus. Caput II.

Quid arteria, & quis eius usus.


a *fi. ca. 12.*

b *1 fig. 38 cap. lib. 1.*

ARTERIA uas est, similiter ut uena, membraneum, teres, ac fistulæ modo cauū, [a] quo uitalis spiritus, & impetu ruens calidusq; sanguis per uniuersum corpus diffunduntur: quorum beneficio, accedente arteriæ ipsius motu (qui dilatatione ac contractione fit) naturalis singularum partium calor, uitalisq; spiritus refocillantur. Porrò Hippocratis adhuc, & Platonis & Aristotelis tempore, arteria nuncupabatur, [b] qua inspirantes, è naribus aut ore aerem in pulmones attrahimus: quaq; rursus expirantes, è pulmonibus eundem educimus. Nobis uerò uocatas arterias, illi uenas appellabant: atque arterias à uenis nonnulli ea æta te distinguebant, quū has quidem nō pulsantes, illas autē pulsantes appellarent. Ad hunc sanè modum Hip pocrati secundo de Vulgaribus morbis libro, arteria uenæ nomine donatur: cuius agitatio, quū in infantis partu uelox & magna & ualida reperitur, ualidam, ac uegeto feruidoq; calore præditā, in corde irascibilem uim esse

uim eſſe teſtatur. Cæterùm ſexto libro ſatis innuit, arterias ſubinde calidas uenas fuiſſe appellatas: uti arteriæ etiam nonnullis nominabãtur uenæ, flauum & ſpirituoſum, ac per corpus impetu diffuſum, & tenuis ſubtiliſq; ſubſtantiæ ſanguinem uniuerſo corpori deducentes. Ita enim Platoni arterias, uenas uocare libuit, quãdo in Timæo atteſtatur, cor ſimul & uenarum fontem eſſe, & ſanguinis, qui per omnia membra ue hemẽter circumfundiur. Ariſtoteles autem in libris de Animaliũ partibus, & eorundem hiſtoria, ſubinde arterijs uenarum nomen elargitur. Nam ut reliqua prætéream loca, is magnam arteriam cauæ uenæ comparans, in tertio hiſtoriæ de Animalibus, illam minorem uenam crebrò appellat. Sed ſucceſſu temporis, eam quæ ex ore in pulmones pertingit, aſperam uocare ueteres cœperunt: uaſa autem pulſantia, naturalemq́ue calorem recreantia, lęues arterias nuncupauere. Verùm nunc ſola quæ ab ore in pulmones diffunditur, ſuum nomen ſeruauit, aſperaq́; arteria uocatur. Arteria itaque, cuius modò hiſtoriam inſtituimus, ſimiliter ac uena, membraneo conſtat corpore, comprimi, ac in ſe collabi, & rurſus diſtendi idoneo: at longè ſolidiori, duriori, ac ex pluribus tunicis conformato. Arteria enim duas peculiares ſibi uendicat tunicas: quarum exterior profectò robore ac craſſitie uenarum peculiari tunicæ reſpondet: interior autem, plurium diſſectionis procerum ſuffragio ipſa exteriori tunica quintuplo ferè putatur craſsior: & dein totum arteriæ corpus ad uenam collatum, ſextuplum cenſetur. Interior tunica quibuſdam, quia durior, & quauis membrana longè craſsior exiſtit, χονδρώδης, ſeu cartilaginea appellatur. Vnde etiam Arabes forſitan, arteriam neruum pulſatilem uocauerunt. Tunicæ arteriæ, ſimiliter ut uenæ, fibris conformantur: ac interior quidem tranſuerſis duntaxat intertexitur, exterior uerò rectis, & quibuſdam mediocriter obliquis, tranſuerſis autem nullis conſtat. Interior arterię tunica, ceu cutem quandam internæ inteſtinorum & uentriculi ſuperficiei modo continet, latæ continuæq́; araneorum telæ mani feſtò perſimilem, & in grandioribus arterijs præcipuè conſpicuã, & à nõnullis tertiæ arteriæ tunicæ loco deſcriptam. Quarta uerò alia peculiaris nulla eſt: ſed ueluti quibuſdam uenarum, ita quo que arterijs alicubi membrana tenuis obhæreſcit & circumtenditur, contegens eas, aut ſtabiliens, connectens ve ipſas proximis partibus, quemadmodum de altera uenarum tunica retulimus. Atque hæc omnia iuſtiſsimè à ſummo rerum Opifice ſunt extructa. Fibras enim arteriæ corpus, eiuſdem quo uenæ uſus gratia ſortitur: ac plurimas quidem tranſuerſas obtinet, ut ocyus ipſi ex [c] ſiniſtro cordis ſinu immiſſum ſanguinem & uitalem ſpiritum toti corpori diſpenſet, neque alium in tranſmittendo recipiendoq́; rhythmum, quàm cor ipſum, efficiat. Ad hoc namque munus magnopere tranſuerſæ conducunt, quas expulſioni à Natura præfectas eſſe, dudum aſſeruimus. Quia autem expulſioni admodum obſunt obliquæ, ut quæ materias retineant ac reſeruent, Natura pauciſsimas obliquas arterijs elargitur. Quæ quum tenuiorem rarioremq́;, & uelociori impetu ruentem ſubſtantiam, quàm uenæ, erant amplexuræ, ac dum uiuit animal, perpetuò dilatandæ, conſtringendæq́;, meritò etiam duriori & craſsiori, pluribusq́; tunicis conformato corpore extruuntur.

c *Patet in 9 & 10 ſi. lib. 6.*



Arteriæ magnæ, quà ex corde pronaſcitur, portionem hic diſſectam apertãq́; finximus, ut arteriæ conſpicerentur tunicæ. ac A *quidem locum indicat, in quo potiſsimùm ea occurit tunica, quam araneæ telæ aſsimilamus.* B *autem &* B *interiorem notãt arteriæ tunicam. Numerus autem ille* 1, 2, 3 *inſinuat tres mũbranas, magnæ arteriæ orificio præfectas, ac in decima ſexti libri figura* B, C, D *notandas. Hic uerò* E *&* D *duarum coronaliũ arteriarum originem oſtendunt. Foramina autem in arteriæ trunco ad uertebras deorſum deflexo conſpicuæ, earũ propaginum ſunt ora, quæ coſtis, dein ſepto, & alijs ad renes uſque organis digeruntur. Verùm hæc ſuo loco erunt dilucidiora: in præſenti enim figura tantum arteriæ tunicas obiter aduotare uiſum fuit.*

Arteriæ corpus quales, & duæ ipſius peculiares tunicæ.

Aſcititia arteriarum tunicæ.

Arteriæ conſtructionis ratio.

QVIS VENARVM ET ARTERIARVM NVMERVS. Caput III.

AD hoc Caput omnes ſimul uenarum & arteriarũ ſpectant imagines: uerùm quia alijs locis opportuniùs quàm hic, reponendæ ueniunt, ab interiori margine ad illas commodè remitteris.

QVOT in uniuerſum corpus uenæ, & item arteriæ deriuentur, ſi uniuerſæ ſoboles, uaſorumq́; omnes prorſus diſtributiones enumerandæ ſint, indicare arduum eſt, propemodumq́; impoſsibile. At ſi uenæ arteriæq́; propriam obtinentes circunſcriptionem, ac prijs ueluti terminis finitæ duntaxat, numero quodam ſint complectendæ, in procinctu illarum eſt numerus. In natis enim abſolutisq́; hominibus omnes uenæ ut plurimùm quaternario numero comprehenduntur, quæ cæterarum omnium radices cenſentur. Atque [a] una, ex caua iecoris ſede prodiens, in bilis ueſiculam, uentriculum, lienem, inteſtina, meſentẽrium & omentum excurrit. [b] Secunda, ex gibbis iecoris, aut ut quibuſdam uiſum eſt, ex dextro cordis [c] ſinu originem ſumens, in reliquum corpus, ſolis duntaxat exceptis pulmonibus, innumera ramorum ſerie diſpenſatur. ita tamen in iecoris ſubſtantia huius rami, primæ enumeratæ uenæ propaginibus attenduntur, & quibuſdam ferè ſedibus eum in modum conuenire, uiriq́; ſuis mucronibus & terminis uidentur, ut quidam non dubitauerint, primam uenam ſecundæ eſſe continuam, aſtruere, utcunque duarum uenarum loco iam dictæ nobis recenſeantur. [d] Tertia itaque è dextro etiam cordis ſinu pronata, frequenti admodum propagine in pulmones digeritur. Verùm hanc uenam hoc ſibi priuatim uendicare audies, quòd arteriarum conſtat

Quatuor uenæ in maximum numerum redactæ.

a *5 cap. ſi. & 12 ſi. li. 5 h, k.*

b *figur. 6 capiti præpoſita. & 5 fig. li. 6 C, D, E.*

c *Patet in 7 & 8 fig. lib. 6.*

d *1 ſi. cap. 15. & 6 ſi. libr 6 I. & 8 ſi. C, D.*

constat [e] corpore,hinc etiam arterialis uena nuncupata:quæ etsi cauæ uenæ corpori citra alterius substantiæ medium non est continua (quum scilicet ambas uenas,quà inuicem proximæ sunt, cordis quædam substantia intercedat) in communem nihilominus ambæ spectant cauitatem,quam dextrum cordis sinum esse,in sexto libro docebimus.His [f] quarta fortè adnumerabitur,quæ ab umbilico,ut si dicam,repens,in iecur absumitur,ad fœtus enutritionem duntaxat animali subseruiens.unde etiam,hic in uenarum classe uix haberi debet,& potissimùm uenæ circunscriptione propria finitæ loco,quum si ad amussim singula examinentur,hæc non minus in iecoris uenas pertineat, quàm fœtui peculiares [g] arteriæ, in magnum arteriæ truncum,ipsius ve ramos aperiri,ac tanquam trunci illius quodammodo propagines esse spectantur. A commemoratis itaque uenis,utcunque eas in numerum redigere uoles,totius corporis uenarum soboles distributionesq; pendent,ac ipsis reuera sunt continuæ.Arteriæ uerò,in maximum etiam numerum redactę, duntaxat binæ censentur. [h] una,quæ ex siniſtro cordis sinu originem capiens, in uniuersum corpus,præter quàm in pulmones,dispergitur. [i] Altera ex eodem cordis sinu pronata, in solos pulmones distribuitur: quæ quia uenæ constat corpore,uenalis arteriæ nomen obtinuit.Cæterùm si fœtus interim arteriæ & uenæ peculiare quid nanciscuntur,id suis locis,ubi uasorum fœtus tradetur historia, fiet obuium. iam enim operæprecium est,à perfectorum uenis exordium sermonis sumere:ac singularum enarrata serie, ipsarum usum,distributionisq; rationem subiungere,simulatque nonnulla de glandulis addidero, quas Natura sectionis partitionis ve uasorum robori præesse uoluit.

Duæ arteriæ.

DE GLANDVLIS, VASORVM DIDVCTIBVS ROBORIS GRATIA immissis, adnexisq;. Caput IIII.

PRAESENTI Capiti nullam figuram duxi præponendam, quòd quàmplurimæ huc simul locari debuissent quinti ac sexti & septimi librorum figuræ,præter aliquot etiam musculorum tabulas, ad quas ab interiori margine opportunè remitteris.

HAVD secus quàm Natura uenæ & arteriæ,propter proprias ipsarum tunicas,aliam subinde membranam circundedit, cuius beneficio illæ cunterminis partibus aptè alligentur, tutoq; prorepant: sic quoque,quum minimè ignoraret,ununquodque uas inibi noxijs opportuniùs expositum esse,ubi in ramos discinditur,tutæ fissionis gratia, substantiam insuper quandam utcunque mollem, & nonnihil cedentem condidit,qua nodorum in arboribus ritu,uasorum diuaricationes sic passim repleuit, hancq; ramorum scissionibus substrauit ac circundedit,ut nulla ipsarum facilè findi,uel inualida fieri possit. At quoniam uiolentiori motu uasorum diuaricationes iniurijs potissimùm patent, & super molli mediocriterq; cedente substantia suauius uasa quiescunt,& demum eius auxilio, quãuis moueantur uehementiùs, impercussa intregraq; custodiuntur: haudquaquam, ut sors ferebat, singulis uasorum distributionibus huiusmodi substantiam (quæ communi nomine Græcis ἀδὴν & ὄγκος,Latinis uerò glans & glandula & glandium, & interdum caro dicitur) Natura interiecit. Quandoquidem illa pauciſsimam,aut nullam propemodum diuisionibus, quæ neque suspensæ feruntur,neque articulis,uario admodumq; laxo motu prędits,incumbunt, communicauit, quòd illas uasorum partitiones ex uiolento motu nihil passuras,ei perspectum esset. Verùm ubi diuisiones quapiam membrana suspensæ,aut super articulos,qui in acutos mouentur angulos, longius porriguntur, eæq; plures in istiusmodi sedibus numero habentur:Natura hanc,de qua agimus, substantiam non mediocri copia illis uasorum diuisionibus circundedit: [a] uti per uniuersam uenæ portæ distributionem est cernere,quòd hæc nimirum uniuersa membranis duntaxat suffulta,ad uentriculum, lienem & intestina excurrit.Pari insuper ratione in [b] membranis cauitatem thoracis interscpientibus,& in [c] cerebro, super [d] cerebri testes,ac [e] in anterioribus cerebri uentriculis (quòd inibi uasa in membranis suspensa ferantur) hanc,quæ distributionis robori præest,substantiam progigni,ex resectione doceberis:perinde ac [f] aliam, huic non admodum dissimilem,inter uteri superficiem,exteriusq; fœtum integens inuolucrum, contineri audies,quæ multiplici,uariæq; uasorum,de nouo in fœtus productione generatorum, distributioni & ductui implicatur,attexiturq;:ac demum illorum uasorum, quæ membranis quodammodo suffulcienda erant,robori miris modis auxiliatur.uti & umbilici [g] uasis eiusmodi substantia usui est,quà ab interiori fœtus inuolucro in ipsius umbilicum pertinent.Cæterùm [h] sub superiori pectoris ossis fine, [i] sub auribus, in axillis,in cubiti flexu, [k] in inguinibus,in poplite,& alijs nonnullis corporis sedibus, propter adiacentium partium motus,numerosæ uasorum distributioni glanduloſam hanc substantiam attexi adhiberiq; cernimus:etiamsi illa cauitatibus quoque quibusdam implendis,infarciendisq;,ea qua reponitur regione, subseruiat.quemadmodum & glandulas quasdam,ad uasorum securitatem ac robur etiam auxiliantes,alicuius maioris usus,quàm tuendorum uasorum gratia,à Natura procreatas scimus. Cerebri enim [l] glans, nuci pineæ aut coni imagini comparata,& cerebri testibus incumbens, præterquàm quòd [m] partitionis ipsi incumbentium uasorum robori confert,in causa etiam est, quo minus ea uasa deorsum dependentia, meatus [n] initium obstruant,qui ab anterioribus cerebri uentriculis ad quartum per cerebri testes natesq; [o] ducitur.Item [p] glans nonnihil quadrata,ac ossis cuneum referentis [q] cauitati seu sinui in interna cauariæ sede incumbens, [r] adstratis ipsi arterijs uasis ve aliquid accommodat, sed potissimùm excipiendæ cerebri pituitæ gratia procreatur.Dein [s] glandulæ superiori asperæ arteriæ laryngis ve sedi in faucib. appositæ,ac amygdalis cõparatæ,insuper [t] quæ laryngis radici totę propemodũ carneæ accũbunt, etsi uaso-

Cur & quãdo uasorum distributionibus glandulæ immittantur.

Non omnes glandes, uasorũ distributioni accõmodas, huic tantùm muneri subseruire.

a 1 fi. cap. 15 B,C.
f 2 fig. lib. 5 F.
g fi. capiti 12 præpos. tig. et 2 fi. lib. 5 K, L.
h fi. capiti 12 præpos. et 10 fi. lib. 6 A.
i 2 fig. ca. 15. & 9 fi. lib. 6 C, C.
2 Specta id in 3 figuræ lib. 5. & in 4 ad x.x. et c. deinde 10 fig. l. & 11 fi. L, M, M.
b 1 fi. li. 6 circa H, N, M, O. & 2 fi. ad F, G, G, I, I.
c 6 fi. lib. 7 H 7 fi. V.
d 7 fi. li. 7 M, N.
e 4 fi. lib. 7 O, O. & 6 fi. F, G, H, I, K, L, M, N.
f 1 tabella fig. 30 li. 5 E, E, E. 2 ta. I, I, I. fi. 31 lib. 5 A, A. fi. 32 li. 5 B, B.
g Noduli apparentes in 4 tabella fi. 20 lib. 5 ad X, X.
h 2 fi. lib. 6 F iuxta B, C.
i 1 muscul. tab. A.
k 1 musc. tab. I.
l 7 fi. li. 7 L incũbens M, N. et 10 fi. D supra E, G.
m 6 fi. li. 7 H. & 7 fi. V.
n 7 fi. lib. 7 K.
o 8 fi. li. 7 K ductũ p N, O, & P, Q. aut 10 fig. B, C.
p 16, 18 fi. lib. 7 A.
q 6 fi. ca. 6 lib. 1 M.
r 16 fi. lib. 7 E, F.
s 6 musc. ta. F. & 14 fi. lib. 5 E, E.
t 6 musc. ta. L. et 1, 3 fi. cap. 21 li. 2 M.

rũ distributioni conducãt,in hoc tamẽ magis creatæ sunt,ut saliuam parent,fauceśq; humore imbuant:uti & mamillarũ propria [u] substantia quodãmodo glandulosa,lactis generationi præest.imò [x] glãdosæ substantiæ,in omento & mesenterio passim occurrenti,à dissectionũ professorib.uis quædã tribuitur, qua humorem quendã irrorandis intestinis aptũ progignunt:non secus quàm stomachum humectat [y] glandosum corpus,in medio stomachi ductu ad cordis sedem dissecantibus subinde occurrens. Rursus mulierum [z] testes,etsi insigniter uasorum uterum adeuntium distributioni consulere uideantur, attamen ad seminis generationem in primis conducunt.Virorum uerò [a] testes, quantumuis fortè in glandularum classe recensẽri possent,uasorum tamen distributioni parum conferunt:etsi interim Aristoteles hos ideo potissimùm creatos attestetur,ut tanquam textricum planulæ uasa erecta &[!] dependentia seruarent. [b] Glandosum autem corpus,ad uesicæ ceruicem in uiris positum,etsi uasorum inibi uariæ partitioni opem ferat, excipiendis tamen uasis seminarijs, & peculiari humore procreando, potissimùm famulatur. Quandoquidem uerò singularum glandularum formam,substantiam,& propriũ priuatumq́; usum,suis locis sumus pertractaturi,harum hic longior non est instituendus sermo,oratione nunc ad uenarum seriem conuertenda:simulatque addidero commemoratis iam glandulis, non duntaxat illarum distributionis robori prospectum esse,uerùm etiam uenarũ corpus inibi [c] crassius compactiusq́; conspici, ubi ramus aliquis ueluti à caudice diducitur, aut truncus aliquis in ramos partitur : adeò,ut protuberans quid ipsis ramorum orificijs occurrat, [d] crassiori uentriculi substantiæ non absimile,quam instar circuli cuiusdam in ambobus ipsius orificijs nõ leui industria,roboris occasione procreatam audies.Imò uenarum hæc crassior substantia, quum uenæ sangnine inanitæ,intus conspiciuntur,flaccidæq́; secundum ipsarum ductum dissectæ propendent,ita uersus uenarum amplitudinem conniuet,ut inter secandum astantium nonnulli eam instar [e] mẽbranei corporis procreatam,aliquando cõtenderint,quod urinam in [f] meatus,hanc à renibus in uesicam deferentes,refluere retrudi ve prohibet : uti etiam nonnunquam eminentem illam uenarum corporis substãtiam [g] membranis comparare studuerunt,quæ magnæ arterialis & uenæ articulis, ubi hæc è corde prodeunt,spectantur orificijs.perinde sanè,ac si è uena sine pari ,& è uenis brachia,caput,renes & crura adeuntibus,eiusmodiq́; compluribus uenis,sanguinem in cauæ caudicem,uel in sanguinis missione, & uarijs animi motibus,eiusmodiq́; occasionibus remeare,refluere ve,secus multo quàm ego existimo, foret impossibile:qui crassiorem eam uenæ corporis in ipsa ramorum dissectione occurrentem substantiam, roboris cuiusdam gratia à Natura procreatam esse,in scholis contendere soleo,praui quorundam iudicij haud ignarus,qui integris uenis ne flatũ quidem è uena pari carente in cauæ caudicem duci posse, turpiter confingũt.

Quì propriũ uasorũ corporis in horũ distributionis crassitie eorundem robori Natura prospexerit.

u 25 fi.lib. 5 C,D, D.
x 3,4 fig. li.5 n.n.11
y 14,15 fi. lib. 5 F.
z 24 fi.lib. 5 M.& 25 fi. r.& 26 fig F.
a 22,23 fi. lib.5 ζ.
b earuudẽ fig.Ξ.
c Tale quid apparet sub interiori A et B figura 3 cap.6 inferiæ.
d 16 fi.5 lib.h,k.
e 23 fi.lib. 5 r.
f 23 fi.lib. 5 q.q.
g 8 fi.li.6 E,F, G.& fig. 10 B, C,D,

VENAE PORTAE PROPAGINVM SERIES. Caput V.

NVDAE VENAE PORTAE DELINEATIONIS, QVAM SEQVENS proponit pagina, characterum Index.

A,A, &c. *QVINQVAE his characteribus,portæ uenæ propagines indicantur, per iecoris corpus diffusæ, & hic ueluti iecoris formam secundùm cauam ipsius sedem exprimentes.*

B *Vena portæ,quà primùm à iecoris substantia libera & amplissima cernitur,ac ueluti suum caudicem constituit.*

C,C, *Duo ramuli,bilis uesiculam adeuntes.*

D *Vena ad posteriorem inferioris orificij uentriculi sedem excurrens.*

E *Hac sede uena portæ in duos maximos bipartitur truncos.*

F *Truncus sinister & elatior.*

G *Truncus dexter & humilior maximæ distributionis uenæ portæ.*

H *Vena dextram fundi uentriculi sedem perreptans, & geniculatim illi sedi ac superioris membranæ omenti dextræ parti ramulos præbens.*

I *Vena duodeno intestino & ieiuni principio exprompta.*

K *Vena,in dextram regionem gibbi uentriculi,quà id dorsum respicit,aliquot surculis digesta.*

L *Vena,in dextram sedem inferioris omenti membranæ,& colum intestinum,quà hàc fertur, excurrens.*

M *Soboles quædam à sinistro trunco in glandosum corpus inferiori membranæ omenti innatum,sparsæ.*

N *Vena insignis sub uentriculo,ubi dorso is innititur, uersus elatius ipsius orificium obliquè con-*

O,O. *scendens:quò priusquam pertingat,utrinque unam educit propaginem,O insignitam, & in uentri*

P. *culum hac sede,qua dorso incumbit,digestam.P uerò indicat præsentis uenæ reflexum, quem per*


Q. *dextrum orificij uentriculi latus in anteriorem uentriculi sedem molitur. Q autem reliquam præsentis uenæ seriem notat,quæ instar coronæ id orificium amplexatur.*

R *Ramus uenæ superius uentriculi orificium ambientis, qui secundùm elatiora uentriculi procedens,inferiori orificio surculos exhibet,soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora posterioraq́; uentriculi dispergens.*

S *Grandis utcunque uena,in inferiorem omenti membranam & colum intestinum, quà uentriculo exporrigitur,numerosa sobole procurrens.*

T,T *Sinistri trunci,ubi is iam lienem est accessurus,partitio.*

V *Venula in sinistram sedem inferioris membranæ omenti distributa,cuius radicem in integra figura (quod subinde desit) duntaxat delineauimus,eius seriem hac peculiari figura, quam margini adhibemus,exprimentes,in qua T uenam,quæ lieni exporrigitur,commonstrat utrinque abtrum-*



catam.

VENAE PORTAE, AB VNIVERSIS QVIBVS COMMITTITVR PARTIBVS LIBERAE, INTEGRA DELINEATIO,

in ea proportione expreſſa, ad quam ſecundùm præſentem figuram aliquis iecur, bilis ueſiculam, uentriculum, lienem, omentum, meſenterium & inteſtina, ex ipſorum magnitudine, ac inſuper in illorum ſitu depingeret.

catam. præſens uerò uenula, V inſignitur.

X, X *Vena ab illis quæ elatiora lienis petunt, in ſiniſtrum uentriculi latus diſpenſata.*

Y *Eiuſmodi etiam uena hic, qualem utrunque X indicabat, inſignitur.*

Z *Vena in ſiniſtram fundi uentriculi ſedem perreptans, multaſq; ſoboles uentriculo ſuperioriq; omenti membranæ offerens.*

a,a,a,a *Venarum in lienis ſubſtantia diſtributio, adeò frequens, ut lienis imaginem facilè oſtendat.*

b,b,b *Prima dextri portæ uenæ trunci in meſenterium ſeries, quæ dein ſanè eſt infinita, & impenſe uaria priuſ quam ſuis extremis in inteſtina amplicetur.*

c *Vena colo inteſtino, quà recto continuatur, exporrecta, ac à uenis diducta ſiniſtram meſenterij partem potiſſimùm intercurrentibus.*

d,d *Vena ſub recto inteſtino prorepens, & ramulos illi in progreſſu offerens.*

e,e *Venularum ſoboles, recti inteſtini finẽ amplexantes.*

Præter hanc figuram, cuius modò characterum indicem abſolui, aliæ complures, quinto libro dedicatæ, præſenti Capiti ſubſeruiunt, quibus illa exprimuntur organa, in quæ portæ ſoboles diffunduntur. Præcipuè autem huc ſpectant ſecunda, tertia, quarta, decima, duodecima, decimatertia, decimaquarta, decimaquinta. Quinetiam ad præſentem hiſtoriam maximè facit figura ex horum librorum Epitome ſumpta, quam ad huius libri calcem in hoc ſubnectam, ut uenarum & arteriarum mutua ſeries oculis obuerſetur.



Porte ramorũ in iecoris ſubſtãtia ſeries.

IN iecoris ſubſtantia, ab omnibus [a] demiſsioribus, & quæ orbiculatim conſiſtunt, extremis ipſius partibus, [b] exiguæ admodum, numeroſæq; uenarum propagines incipiunt, quę uerſus iecoris medium porrectæ, ſenſim in maiores ſoboles, & inde in grandiores adhuc tantiſper coeunt, donec omnes (quæ profectò ſunt quàm frequentiſsimæ) in caua iecoris regione, uerſus eius [c] medium, ad interiora tamen & poſteriora, iuxta dorſum magis, unitæ, ac in maiores ramos congreſſæ, [d] unã grandem & impenſe amplam conſtituant uenam, quæ nobis portæ uena nuncupabitur. Hæc ad eum modum ex iecoris cauo enata, aut (ſi non minus uerè, quàm clarè loqui uoles) omnes nuper dictos ramos, ſoboles & propagines in iecoris ſubſtantiam [e] diſpergens, obliquè ſiniſtrorſum deſcendit, in multos uenarum furculos, ad bilis ueſiculam, uentriculum, inteſtina, lienem, omentum, meſenterium, enarranda iam ſerie digeſta. Primùm [f] duos ualde exiguos ramulos ex ſuperiori, ſeu anteriori ſui corporis parte, bilis ueſiculæ ceruici diſtribuit: qui eam ceruicem amplexantes, ac in furculos capillorum modo prætenues diducti, in uniuerſum ueſiculæ corpus eo pacto excurrunt, quo in [g] alba adhærente ve oculi tunica uenulas porrigi cernimus. Poſt hos aliquanto inferiùs ab elatiori quoque & anteriori uenæ corporis ſede, uerſus dextrum tamen latus magis, [h] alius promitur ramus, nuper commemoratis inſignior, qui humilius uentriculi orificium, & uentriculi portionem, huic iuxta dorſum proximam, aliquot ramulis adit, nulla prorſus ſobole anteriorem uentriculi ſedem perreptans. Portæ uenæ caudex, poſtquam hos diffudit ramos, deorſum magis protenſus, [i] in duos maximos bipartitur truncos: quorum elatior (quem & ſiniſtrum, doctrinæ ſtudio opportunè nominabimus) propemodum uniuerſus in uentriculum & omentum, & quandam coli inteſtini [k] regionem, quæ ſecundùm humiliorem uentriculi ſedem fertur, deinde & in lienem abſumitur. Alter, qui & humilior & grandior eſt, ac dexter meritò appellabitur, totus, præter unam aut alteram ſobolem, in meſenterium & inteſtina exhauritur. Ab huius namque dextro latere, iuxta ipſam caudicis portæ in duos truncos diſtributionem, utcunque [l] inſignis ſoboles uena ve uentriculo exporrigitur, quæ omenti membrana

Porte caudicis extra iecur diſtributio.

Ad bilis ueſiculam.

Ad uentriculi humilius orificiũ

Portæ caudicis in duos præcipuos truncos ſectio.

Ad dextrã uentriculi fundi ſedẽ, & ipſi proximã omenti partem.

a 12 *ſi. lib.* 5 I, K, M, N, O.
b A, A, A.
c 12 *ſi. lib.* 1 *inter* N, N & T.
d B. & 12 *fig. lib.* 5 *h.* & 20 *ſi.* I.
e à B *ſpargerẽtur* A, A, A.
f C, C & 13 *ſi. lib.* 5 *g ad* V. *aut ab* I *ad* H *fig.* 20.
g 18 *ſi. ca.* 14 *li.* 7 *n.n.*
h D 15 *ſi. li.* 5 *a.*
i E *partitur in* F & G.
k 6, 8 *ſi. li.* 5, à P *ad* Q.
l H. 14, 15 *ſi. lib.* 5 *c. et* 2 *ſi.* R.

brana superiori suffulta,& sub dextra uentriculi fundi sede transuersim producta, [m] exiguas frequentesq; uenulas certo ordine,ac quodammodo geniculatim uentriculo diuaricat, qui & anteriorem & posteriorē fundi uentriculi regionem multis furculis aliquousque intertexunt. Hæc uena, ubi [n] ad mediam fundi uētriculi sedem processit,in quosdam exiguos ramulos finitur, [o] illi uenæ contiguos, quam non multo pòst reliquam fundi uentriculi regionem occupare audies. Porrò quemadmodum hæc uena plurimas uenulas seriatim ex elatiori ipsius sede uentriculo offert,ita quoque innumeras uenularum soboles per totam dextram superioris membranæ omenti regionem diffundit,illis ferè numero (quanquam non longitudine, & uario per omentum implexu) correspondentes,quas in uentriculi fundum spargi,paulo antè dicebam. Verùm præsens uena [q] interdum,neque id sanè infrequenter,à portæ uena, supra quam illa in duos grandes truncos bipartitur,originem obtinet:imò quandoque à [r] sinistro portæ trunco non semel hanc ipsam pro

Ad duodenum intestinum.

nasci obseruauimus. Quemadmodum uerò hæc subinde in ortu uariat,ita etiam [s] uena,quæ ipsam subsequitur,non idem semper principium exigit. nunc enim à dextro dextri trunci latere, nunc uerò à latere dextro uenæ portæ caudicis,priusquam is in duos eiusmodi truncos dirimitur, uena quedam originem ducit, quæ [t] primum intestinorum,quod duodenum uulgò uocamus,numerosa serie implicat. Hæc enim intestinum id ad medium ferè ipsius longitudinis primum contingens,deorsum ad reliquam intestini longitudinem paulo ultra ieiuni [u] principium exporrigitur:& superiori membrana omenti, & [x] glandoso corpore huic intestino adnato suffulta,geniculatim intestinorum sedi,quam perreptat,ramulos dispergit,non negligens interim glandosum,quo sustinetur,corpus. nam & illi,& membranæ,quà prorepit, furculos quos-

Sinistri trūci series.

dam impartitur. [y] Sinister portæ truncus transuersim ad inferiorem omenti membranam, quà h ęc posteriori uentriculi subijcitur regioni,properat:haęq; omenti sede,dein & [z] glandoso corpori, huic membranæ innato,sustinetur,apteq; suffulcitus,in plurimas notatu dignas soboles digeritur. Non procul enim ab ea sede,qua à portæ caudice truncus iste discinditur,inferioriq; omenti membrana implicatur, ab elatiori ipsius regione [a] uenam germinat,quæ non admodum frequenti ramorum serie in gibbum uentriculi,quà dextram dorsi sedem id spectat,diffunditur. Ab humiliori autem trunci sede, [b] alia diducitur uena,nuper dictæ quodammodo in ortu respondens,.quæ deorsum in dextram inferioris omenti membranæ regionē furculos aliquot deriuat,& in colū intestinū,quà hac omenti membrana id continetur, quibusdam ramulis pertinet. Porrò ulteriùs in sinistri trunci uersus lienē progressu,præter [c] exiguas soboles, quas is priuatim glāduloso ipsum suffulcienti corpori elargitur,ab elatiori sua sede [d] uenā promit, omniū uentriculū adeūtiū facilè capacissimā,quæ inferiore etiam omenti mēbrana continętur,& obliquè sinistrorsum sub uentriculo,quà dorso id innititur,cōscendens,mox uentriculo [e] duos cōmunicat ramos, utrinq; singulos,in hāc uētriculi sedē multis etiā furculis dispersos. Reliquum uenæ sursum ad [f] elatius uentriculi orificiū,per uētriculi posteriora exporrectum,ad dextrū orificij latus,ad anteriora ipsius orificij [g] emergit: & totā anteriorē sedem ambiens,per sinistrū eius latus denuò in posteriora retorquetur, aç (ut semel dicam) coronæ prorsus modo uentriculi superius orificiū concinnè (quod in canibus spectatu est iucundissimū) [h] perreptat,in progressu ramos rectà deorsum in uentriculi corpus geniculatim offerens, qui magnam uentriculi sedem occupant. A superiori autē sede,uena hæc ramulos etiam diffundit, sed exiguos prorsus,& in stomachi terminū,quà is uentriculo cōtinuatur,excurrentes. Porrò inter cæteras propagines, ab hac uena coronæ instar elatius uentriculi orificium succingente exortas, [i] utcūq; insignis uena ab ipsa pronascitur, quà à posteriori uentriculi regione secundùm dextrum orificij latus antrorsum contendit. Atq; hæc propago,à dextro eius uenæ latere nata,secundum superiorem uentriculi sedem, inferius uentriculi adit orificium,id frequentib.utcunq; furculis amplexans,& in progressu geniculatim ramulos in priorem posterioremq; uentriculi sedem spargens. Iam commemoratæ uenæ tot propaginibus in uentriculum pertinenti, [k] alia respondet,ab humiliori sede sinistri uenæ portæ trunci prodiens, ac inferiori omenti membranæ implicita, quę nō longè ab initio in duos ramos plurimū ab inuicē discedentes bipartitur,ex quib.denuò quàmplures furculi deorsum prorepunt, in coli intestini partem(quæ inferioris membranæ omenti beneficio,tanquam à mesenterio ad dorsum committitur) excurrentes, & nonnullis propaginibus in partem inferioris membranę omenti pertingentes,quæ intestinis incumbit,ac ueluti à colo intestino pronascitur. Atque hæc quidem de hominibus me dixisse arbitrator. nam à sinistro portæ trunco ne minima quidem soboles canibus ad colum intestinum digeritur,uti etiam in ipsis colum intestinum nulla ex parte omento alligatur. adeò,

In li. de Venarū et arteriarum sęctione.

ut neque mirandum sit,si hac orationis serie interdum à Galeni placitis recedam, qui simiarum uenas (uti ipse etiam ad Antisthenem scribit)ex professo docens,hominū uenas non persequitur. Cæterùm postquam sinister portę truncus commemoratas eduxit propagines,ad lienem transuersim accedens, in [m] duos secatur ramos, qui rursus in alios partiuntur: atque hi duo in alios tantisper dirimuntur, quousque inferiori membrana omenti perpetuò suffulti,numerosa serie in [n] cauam simam ve lienis sedem recta linea secundùm totam ipsius longitudinem implantentur, & [o] infinita sobole uenulas oppidò quàm graciles, inuicemq; implexas,per uniuersum lienis corpus digerant. Ab infimo ramo,lienis inferiora petente,priusquam sinister portæ truncus in frequentissimas soboles illas dispargatur, interdū [p] tenuis uena prodit,quæ in sinistram inferioris membranæ omenti sedem uno atque altero furculo dispensatur: idq; tunc potissimùm, quando primus [q] maioris in humiliorem omenti membranam pertinentis uenę deductus, angustior est, quàm ut commodè uniuersæ membranæ inibi furculos communicet. Præterea à ramo quopiam illorum qui ad superiorem lienis regionem repunt, quum is iuxta lienem consistit, [r] uena exoritur, quæ dextrorsum lata,& omenti membranæ superiori intertexta, in eam uentriculi sedem pertingit, quæ elatiori lienis sedi propinquior uisitur. Hæc quandoque,sed rariùs,in uentriculi tunicas adeò excurrit, ut non admodum procul

m T.T.

n Spectatabulas fi. 19 lib. 5.

o a,a,a.

p V. 4 fig. lib. 5 d.

q 5.

r X, X. 14 15 fi. lib. 5 g.

a K. 4 fig. lib. 5 n. 15 fig. b.

b L. 4 fig. lib. 5 x.

c inter K et N supra, infra M.

d N. 4 fig. li. 5 y. 14, 15 fig. d.

e O.O.

f 14,15 fi. lib. 5 G.

g P.

h Q.

i R à P. 14 fig. lib. 5 e contendens ad H.

k S respondet N. 4 fi. lib. 5 y.

procul à siniſtra ſede ſuperioris orificij uentriculi diſtet. Quòd autem hæc uena illud contigerit (ut ingenuè fatear) uidi nunquam. Neque etiam præſens uena ab elatiſsimo lienem adeuntium ramo promitur, ſed ab illo qui ferè huic proximus eſt. Quemadmodum uerò hæc iuxta eminentiorem lienis partem principiũ
s Z. 2 fig. li. 5 s. 4 fi. ζ. ducit, ſic à maiuſculo ramo, imam lienis ſedem accedente, s alia exurgit uena, utcunque inſigni amplitudine donata: quæ perinde atque nuper t dicta dextrorſum retorquetur, & siniſtram uentriculi fundi regionem perreptans, u illi accuratè conuenit uenæ, quam ad fundi x medium uſque dextram eius ſedem amplecti retulimus: ambæ enim iuxta hoc medium in exiguos deſinunt ramulos, mutuoq; implicantur.
t X.
u H.
x 2 fi. lib. 5 T. Dein siniſtra, perinde ac dextra in ſuo latere, ad siniſtram fundi uentriculi ſedem ſurculos geniculatim antrorſum retrorſumq; diſpergit, ac ſuperiori membranæ omenti in siniſtram ipſius partem oblongas frequẽ tesq; ſobeles communicat. Cęterùm canes ea quam fundi uentriculi dextram ſedem adire commemoraui, deſtituuntur: & illius uicem ea ſupplet, quæ siniſtram fundi ſedem ramis conſerit. Atque ad hunc modum frequentiſsimè siniſtrum portę uenæ truncum abſumi ſpectabis, non rarò autem adhuc in hominibus, ex
y Y. 14 fi. lib. 5 g. g. z X. Z. ſingulis ferè uenis concauę lienis regioni iam inſerendis, y ſingulas uenas in uentriculum ad eum modum digeri comperies, quo z duas nuper commemoratas, à uenis lienem accedentibus propagari ſcripſimus. Atque hic ſedulò obſeruandũ uenit, huiuſmodi uenas ab eis quæ lienem accedunt, in uentriculum digeſtas, & lienem pertinaciter uentriculo colligantes, neque diſtributionis forma, neque colore, neque implantationis ſpecie, quicquam ab alijs in uentriculum excurrentibus uenis differre. a Dexter uenæ portæ truncus (quem in inteſtina potiſsimum diffundi narrabam) quà primùm meſenterio à dorſo naſcenti com-
a G. 4 fig. lib. 5 t. 12 fig. k. mittitur, in b tres præcipuos diſcinditur ramos: qui in alias denuò inumeras uenarum ſoboles diſtributi, inter duas meſenterij membranas producuntur, ac inferiorem poſteriorem ve inteſtinorum partem, quę meſenterio alligatur, & quã diſſectionum profeſſoribus cauam uocare libuit, amplectẽtes, in ieiunum, ileũ, cęcum, & dextram coli ſedẽ, quà id dextro reni & iecori adiacet, finiuntur. Et à tertio dextri portæ trunci ramo, qui in siniſtram partem medij meſenterij potiſsimùm diſcinditur, c inſignis uena in d siniſtrum meſenterium, quod colon à lienis regione ad rectum uſque inteſtinum dorſo alligat, porrigitur: atque nunc dictis uenis, in inteſtina diffuſis ſimiliter, in plures deriuata ramos, eam coli regionem, quæ à uentriculi siniſtra ſede, ad rectum uſque inteſtinum pertinet, adit. Cæterùm omnium horum siniſtri meſenterij uenæ ramorum, e unus inſigni magnitudine inter duas ſui menſenterij membranas intertextus, ſecundùm coli finem deorſum ſub recto inteſtino prorepit, multas uenulas ex ſuperiori anteriori ve ipſius ſede, ad eam inteſtini partem, qua porrigitur, depromens. Hic ramus, quum ad recti inteſtini extremum uſque contendit, non amplius rectà ſub inteſtino deducitur: ſed in f plures utcunque exiles diffuſus ſurculos, finem recti inteſtini orbiculatim amplectitur. Porrò etſi frequentiſsimę ſint trium nunc dictorum dextri portę trunci ramorum ſoboles, tamen plures numeroſioresq; in gracilia, quàm craſsiora inteſtina diſtribui, cuiuis ex diſſectione obuium eſt. Quo enim inteſtina uentriculo ſunt magis continua, eo pluribus uenarum implicantur ſurculis: quoniam ex illis plus ſucci, quàm ex ſedi uicinioribus ſit exugendum. Quemadmodũ uerò
b b, b, b. de inſpecta 10 11, 12 fig. lib. 5. cc x. 12 fi. lib. 5 n. d 11 fi. li. 5 R. S. T. e d, d. 9 fi. lib. 5 k, k. f e, e.
Dextri exu dicis portæ trunci ſeries.
g 3, 4 fig. li. 5 11, 12 fig. i. nonnullis priùs enarratis uenæ portæ ramis, g corpora quædam glanduloſa, atque ad amuſsim quodammodo carnea attendi circumduciq; dicebam: ſic etiam ramorum per meſenterium ad inteſtina diffuſorũ ſectionibus, h glandulæ quædam interiacent, proportionem in magnitudine cum diſtributis propaginibus ſeruantes. In grandioribus enim propaginum diductibus (quemadmodum ubi dexter portæ truncus in tres primos ipſius ramos finditur) magnæ reponuntur glandulæ, in ſubſequentibus uerò horum ramorum diuaricationibus minores: quæ omnes capillorum modo prætenues uenulas, à uenis quas interiacent, mutuantur. In has igitur propagines portæ uena digeritur, quæ omnes aut ad nutritionem, aut excrementi alicuius expurgationem, aut in uentriculo excocti cibi in iecoris portas deductionem, propagatæ cenſentur: quippe i quas bilis ueſiculæ oblatas dixi, alimentum illi ſubminiſtraturæ, ad eam excurrunt. Pari modo k propagines numeroſa ſobole in omentum diffuſæ duntaxat, ut illud enutriant, multoq; adipe imbuant, à portę uena deriuantur. l Surculi etiam, capillorum modo tenues, in glandulas digeſti, duntaxat ſanguini ad enutritionem deducendo utiles ſunt. Propagines uerò lienem petentes rerum Conditor feciſſe conijcitur, ut ſimul lieni alimentum deferant, atque ex iecore fæculentum ſanguinem, ſeu melancholicum ſuccum, in ipſum expurgent. Quum enim craſsius ſanguificationis recrementum his propaginibus in lienem uehatur, & quum hę illud lieni porrigant, ſimul quoque neceſſariò lieni nutrimentum offerunt. Siquidem, ut in quinto libro, non ſine religione tamen quadam, & metu (quum de his impenſe dubitem) ſcripturus ſum,
h 10, 11 fig. li. 5 L, M.
Venæ portæ diſtributionis ratio.
i C, C. k 4 fi. li. 5 q, r, x, y, d. l M.
m T, T. n X, Y, Z. lien atrum illud ſanguificationis recrementum in ſui nutritionem conficit, & lien per n uenas, ab illis quę ipſi inſeruntur, in uentriculum profuſas, quod illi ex fæculentiori ſanguine reliquum eſt, neque ſibi concoquere ac adaptare ualet, in uentriculum eructat, id non (ut diſſectionum profeſſores malè arbitrantur) in ſuperius uentriculi orificium diffundens, ſed ad fundum præcipuè, quòd huc o maior uena, à uenis lienem adeuntib. exorta, in uentriculum pertinet. Cęterùm P reliquę omnes portæ propagines, in uentriculum & inteſtina digeſtæ, duplici nomine extruuntur, partim ut illis nutrimentum ſubminiſtrent, partim ut ſuis finibus & oſculis, in uentriculum & inteſtina hiantibus, confectum à uentriculo cibum, ex ipſo ac inteſtinis exugant, atque ad iecur, tanquam concoctionis officinam toti humano corpori communem, transferãt. Ingreſſus autem & aſcenſus in hanc regionem, ex multis, quæ nunc narrauimus, ſtrictis itineribus unus
o Z. p D, L K, N, G. q B.
Portæ nomina.
præparatur: ipſe nimirum portæ uenæ q caudex, quem ueterum quiſpiam Naturæ operum peritus, ante Hippocratem πύλας nuncupauit, à quo in hunc uſque diem portæ uenæ nomen ad nos manauit, ipſaq; (ut & Galenus teſtatur) à nonnullis porta iecoris, ab alijs ianitrix appellatur. Verùm nonnulli totam uenam hoc nomine donari nolunt, ſed partem ipſius duntaxat, quę primùm à iecoris ſubſtantia cernitur libera.
Libr. 6. de Placitis.

Dicitur & caudicis nomine κιττοχιαῖα: quod etiam nomen Galenus interdum cauæ uenæ, [r] quà iecori est proxima,& præterea magnæ [s] arteriæ,quà è corde pronascitur,tribuisse uidetur:quemadmodum & in quinto libro de Administrandis sectionibus, & quinto de Partium usu, portam uenam Magnam appellauit. Dein portæ uena ab alijs etiam iecoris manus nuncupatur,quòd iecur ea ad elaborati in uentriculo cibi attractionem tanquam manu utatur.Sunt qui lacteam appellent,quòd succus, quem hæc ab intestinis iecori defert,lacteus sit.Porrò uenam portæ,succum eum,quem è uentriculo, præcipuè autem ex intestinis ad se allicit,& in iecur deducit,iecoris modo in ipso deductu concoquere,ac eidem præparare, & in rudem sanguinem mutare,haud facilè concessero,quantumuis grauiter id in quarto de Vsu partium libro Galenus asserat.Nullam enim sanguificationis uim membraneo & coriacco uenæ corpori assignare possum: & si quæ esset,illa profectò album pararet sanguinem,non secus quàm à uentriculo emutata,lacteum colorem referunt:uti & uentriculi substantiam albam,non autem iecoris modo concreti sanguinis instar rubram esse liquidò cernimus.Atque hoc Galeni placitum,non semel ab ipso repetitum,altius refellerem, nisi Galenus ipse sexto de Dogmatibus Hippocratis & Platonis,eam mutasset sententiam,suijpsius,quo acriùs Aristotelem oppugnaret,oblitus. [t] Ramum portæ,quem sub recto intestino decliuem, ac mesenterio suffultum porrigi scripsimus,nonnunquam ad fæculenti sanguinis per ani uenulas,sanguine interdum manãtes,expurgationem plurimùm conducere arbitror.Quandoquidem dum aut ob lienis obstructionem, aut aliud quodcunque ipsius uitium,fæculentus sanguis non uniuersus, uel nullus planè in lienem absumitur, uel lien eundem ad uẽtriculum eructare nequit,huius rami beneficio,certis quibusdam interuallis, uti mulierum menstruæ purgationes solent,per anum excerni credo.Rariùs enim ex uniuerso corpore, hæmorrhoidum uitio laborantibus,ad uenæ cauæ [u] ramulos,in sedem pertinentes, lutosum eiusmodi sanguinẽ regurgitare,uerisimile nobis uidetur,dum ueram uenæ portæ distributionem perspectam habemus.Quippe ex hac coniecturari est promptissimum,qui is sanguis,à liene non attractus, aut ob meatuum obturationem non admissus,unde fluebat,rursus regurgitet, atque sua grauitate per ramum ad intestinum rectum pertinentem,deorsum procũbat:ibiq; tantisper reseruetur,colligaturq;, donec nimiũ turgentes uenæ, oscu lis reseratis,per anum manarẽ illũ sinant. Huic meæ sententiæ magnum robur adiecit is, quem hoc sanguinis defluxu per interualla laborantem,non ita pridem resecuimus.Huic enim minor, sed durior lien fuit:& uena sub recto intestino excurrẽs,pollicis quasi crassitiẽ superauit:coq; modo sanguine turgebat, quo iam parturientium animalium uenas,uterum amplexantes,insigniter amplas distentasq; cernimus.Verùm hęc paulo latiùs à nobis relata sunt in epistola,qua dextram axillarem in laterali morbo (si modò dextram aut sinistram fleces,quicquam interfit) aperiendam docui.ac proinde nunc ad uenæ cauæ seriem est accedendum:nam portæ uenam secandi modum,ad finem quinti libri reijciendum duxi,in quo omnium nutritionis generationisq; organorum administrationem unà persequar.

Porta uenã sanguinem non conficere.

Melancholi cum succum per portæ ramos purgari.

[r] *ſi. cap. 6 B.*

[s] *ſi. 12 ca. A. C.*

[t] *d. d.*

[u] *ſi. cap. 6. ad f.*

CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELINEATIONIS, adeoq; Figuræ Quatuor Capitibus iam seriatim subsequentibus communis, Index.

A,A *A TRES isti characteres,in regione,qua iecur in huius figuræ proportione consisteret, obuij,propaginem notãt, à uena cana in iecur perquàm numerosa ramorum serie sinistrorsum distributam.Alteram autem propaginem,in dextram iecoris sedem similiter diffusam,characteribus non insigniuimus:uti etiam nullas dextras uenæ cauæ soboles, quæ pariter utrinque habentur,& priuatim nihil in altero latere sibi uendicant, ne fortassis characterum copia delineationem obscuraremus.*

a *Gracilis soboles,à cana iecori sub grandibus illis propaginibus A indicatis digesta.*

B *Venæ cauæ sedes,inter iecoris gibbum & septum transuersum consistens.*

C *Sinistra propago duarum,quas cana septo transuerso offert, et à quibus etiam surculi in cordis inuolucrum septo obnatum pertingunt.*

D *Cauæ uenæ orificium,in dextrum cordis sinum pertinens,ipsum ve forsan cauæ initium.*

E *Vena,coronæ modo cordis basim amplectens,ac deorsum per cordis substantiæ exteriora ad ipsius usque mucronem surculos à se deriuans.*

F,F *Vena coniugis expers,quæ à cauæ dextro latere supra cor prodiens, decliuis secundùm dextrum uertebrarum latus ad secundam fere lumborum usque uertebram descendit.*

G,G *Venæ pari carentis propagines,quæ costarum offeruntur interuallis,ac postmodum in dorsalem medullam, & in musculos uertebris,ipsisq; costis instratos,ac etiam in membranas,thoracis cauitatem intersepientes,surculos promũt.*

H *Cauæ sub pectoris ossis elatiori sede iuxta iugulum bipartitio.*

I *Vena,primæ thoracis costæ immixa,atque ad alam transuersim perducta,brachijq; axillarem, postquam aliquot propagines diffudit,constituens.*

K *Exilis uena,in sui lateris succingentem costas membranam soboles deriuans,ad trium ferè superiorum costarum interualla.*

L *Vena sub pectoris ossis sinistro latere ad abdominis usque superiora descendens, ramosq; uerarum costarum cartilaginum interuallis,ac demum thoracem intersepienti sui lateris membranæ,ac etiam musculis pectori instratis,& abdominis cuti ramos exhibens.Præcipuum autem ramum sub recto abdominis musculo dispergit,qui supra umbilicum in aliquot finiens surculos,alterius uenæ,ab imo sursum ascendentis,ac Γ notandæ,terminos respicit, ea nimirum sede,*


M. *ubi M ascripsimus.*

N,N *Vena per foramina transuersis processibus uertebrarum ceruicis insculpta,ad caluariam properans, ac dorsali me-*

dullæ

INTEGRA ET AB OMNIBVS PARTIBVS

Libera uenæ cauæ delineatio.



dullæ geniculatim ramos offerens: ut & in musculos quoque, inibi cervicis vertebris adnatos, soboles dispensat.

O Vena musculis humiliorem cervicis, & superiorem thoracis sedem iuxta vertebras occupantibus, multipl ici utcunque sobole exporrecta.

P Vena ad musculos pectori instratos, & huius regionis cutem, & mamillam excurrens.

Q Vena in posteriora thoracis proficiscens, ac in cavam scapulæ sedem, vicinosq; musculos deriuata. Huic proximæ sũt venulæ in glandium axillæ excurrentes, quarum hic una inter P & R est expressa.

R Propago secundùm thoracis latera deorsum ducta, & potissimùm distributa in musculum, quo posterior axillæ cavitatis sedes constituitur, brachiumq; in posteriora deorsum nellitur.

S Interior jugularis, quæ graciles surculos asperæ arteriæ lateri, & hàc deductis neruis spargit. quod verò ipsius præter aliquot propagines reliquum est, in caluariam prorepit, & variè, ut in cerebri vasorum descriptione prosequar, inibi discinditur.

T Exterior seu superficiaria jugularis.

V Exterioris venæ jugularis iuxta fauces in duos ramos distributio.

X Exterioris jugularis ramus, oris interiora subiens, ac variè in laryngem & ossis ♄ referentis musculos, linguam, palatum, narium cavitatem, ac demum in caluariam tribus propaginibus, ac etiam aliquot surculis in oculos digestus.

Y Exterior ramus divisionis externæ jugularis, iuxta fauces factæ, qui numerosa venarum serie in faciei musculos et cutem, deinde ad tempora, & post aures, universamq; capitis cutem digeritur. Ac Z quidem portionem huius rami Y notati insinuat, quæ in faciem exporrigitur. Character verò 9, frontis venam indicat. æ, portionem secundùm tempora sursum repentem. & * eam notat, quæ post aures & ad occipitis cutem fertur. Reliqua venarum hic in capite series, ad cerebri vasa spectat: quam ob id characteribus non insigniui, quòd hæc peculiari figura, decimoquarto Capiti præponenda, explicabitur. Quanquam interim si quis hanc cavæ venæ effigiem characteribus occupare voluerit, ad eum modum, quo nos illam finximus, quæ huius libri adhibita calci, venas simul cum arterijs ostendet, primum characterem apponere licebit dextro lateri: ut is dextrum, seu primum, mihi sic appellandum, duræ cerebri membranæ sinum hic, quasi instar semicirculi porrectum, indicaret. Secundus character sinistro, seu secundo eius membranæ sinui inscriberetur, qui in sinistro latere semicirculi quoque modo fertur. Tertius character tertio duræ membranæ sinui adhiberetur, qui illic incipit, ubi primus & secundus sinus, seu duo illi semicirculi invicem congrediuntur, & ubi ab ipsis alius semicirculus quodammodo sursum exporrigitur, cuius posterior pars, occipitio propinquior, adumbrata cernitur: anterior autem, quæ frontem adit, lucida. Quartus autem duræ membranæ sinus, quem ex anteriori sede trium dictorum sinum concursus pronasci, atque rectà antrorsum duci, suo loco audies, hic non est delineatus. in figura tamen, huius libri calci insuta, y insignitur. Præterea tribus illis characteribus quartus succederet, qui in primi duræ membranæ sinus radice positus, ingressum indicaret venæ N notatæ: deinde ingressum rami interioris jugularis etiã insinuaret, qui per foramen sexto neruorum cerebri pari præcipuè exculptum, caluariam subit. Quinto characterе internæ jugularis ramus per proprium foramen in latera duræ cerebri membranæ excurrens insigniretur. Sextus ramum exterioris jugularis notaret, qui proprio foramine ad radicem posterioremq; sedem processus mamillaris temporum ossi exculpto, caluariam subit. Ad hæc, præter alios characteres, etiam unus illis venulis inscribi posset, quæ sub frontis venа 9 insignita, hîc umbratæ feruntur: ut scilicet venæ etiam indicarentur, quæ per caluariæ sedem, cui olfactus organa incumbunt, & per foramen, secundi neruorum cerebri paris gratia cælatum, in caluariam repunt.

a,a Vtrunque a venam humerariam indicat. verùm superiori a ipsius exortus ab externa jugulari T notata significatur: inferius autem a humerariæ sedem notat, qua iam humeraria ex alto in brachij superficiem cutemq; emerget. Verùm quando hanc tabulam delineaui, profectò meis oculis fidem derogans, et Galeno nimium credens, hunc ortum humerariæ venæ tribui, quum alioquin hanc à vena I insignita, ad externum latus characteris N debuissem deducere: uti in sinistro latere eius figuræ factum cernis, quæ ad finem huius libri posita, post præsentem est picta, iam me in propria sententia, aperienda audaciore. unde etiam hunc meum errorem, meæ in Galenũ pietati ascribet, quæ etiam præter sententiam, nimium profectò in fibrarum historia ad ipsius censa, non semel produxit.

b Humerariæ propago, ab ipsius elatiori sede, non procul ab exortu, in posteriores cervicem occupantium musculos, ipsamq; huius regionis cutem sparsa.

c Humerariæ propago, in gibbam scapulæ sedem frequenti utcunque sobole excurrens.

d,d Venæ ab humeraria, priusquam ipsa penitiùs sub summo humero contorquetur, pronatæ, ac in summi humeri sedis cutem, & superficiem musculi brachium attollentis, interdum quoque & ad mamillam digestæ.

e,e Tenues venulæ, ab humeraria in externæ brachij sedis cutem, anterioremq; regionem musculi cubitum flectentium prioris propagatæ.

f Humerariæ iuxta externum humeri tuber in ramos partitio, qui invicem amplitudine inæquales visuntur.

g Dictæ humerariæ partitionis ramus, non semper conspicuus, qui in altum immergens, iuxta musculos internum cubiti articuli latus ad inferiora occupantes, mox absumitur.

h Alius dictæ nuper partitionis ramus, qui sub cute deorsum obliquè ad mediam sedẽ flexus cubiti deductus, cum axillaris venæ ramo t notando coit, ac cum illo venam communem constituit, cui a ascriptum est.

i,i Humerariæ ramus, per radium in externam cubiti regionem obliquè contendens, ac venulas passim in proximam ipsi cutem dispergens: inter quas ferè præcipua superiori k insignitur, quam ad exteriorem cubiti articuli sedis cutem ad posteriora quodammodo digerit. Quando præsens ramus, in eum modum obliquè repens, ad brachialis usque radicem eregionè appendicis ulnæ pertingit (nimirum ubi hic l spectatur) axillaris venæ propaginis x notandæ soboles commiscetur, ac una ab hac axillaris sobole & humerariæ ramo vena consurgit, brachialis & postbrachialis sedem sub paruo digito, ipsumq; adeò paruum digitum, & quodammodo anularem, varia ramulorum serie in externa manus sede accedens.

m Axillaris uena, cuius nomina paulo pòst, perinde ac humerariæ, recensebuntur.
n Axillaris uenæ ramus, in capita deriuatus musculorum cubitum extendentium.
o Ramus nuper dictis musculis & posteriori brachij sedis cuti exporrectus.
p Insignis propago, obliquè deorsum sub humero, brachij ve osse, uersus exterius illius tuber ducta, quæ musculis hinc principium ducentibus ramos exhibens, aliquousque in externam cubiti sedem cum quarto brachium petentium neruo fertur.
q,r Axillaris uenæ in duos truncos distributio: quorum alter binis q insignitus, in alto semper, totoq; ipsius ductu occultatur, ac eodem prorsus modo, quo manus arteria digeritur, quam in totius magnæ arteriæ figura, duodecimo Capiti præponenda, licebit intueri. Alter uerò axillaris truncus (cui r inscribitur, & quæ tota orationis serie nobis axillaris uocabitur) passim sub cute excurrit, ac in uarias soboles dispensatur. Cæterùm hanc axillaris uenæ distributionẽ etiam superiùs fieri, quàm hic delineauimus, obseruabis.
s Vena ab axillari in anterioris brachij sedis cutem, & nonnihil quoque in posterioris sedis cutem digesta.
t Anterior axillaris uenæ ramus, eius diuisionis, quæ hic iuxta interioris humeri tuberis cutem est conspicua. Præsens ramus, t insignitus, obliquè ad mediam cubiti articuli flexus sedem sub cute fertur: ac cum humerariæ ramo h notato coiens, communem efformat uenam, z indicandam.
u Axillaris iuxta interius humeri tuber bipartitionis posterior uena, quæ plures easdemq; uarias à se soboles diffundit.
x,x Posterioris uenæ u notatæ ramus, qui sub ulna deorsum ad brachiale porrigitur, & passim in conterminam ipsi cutẽ digestus, sobolem offert humerariæ ramo, brachiale iuxta minimum digitum conscendenti.
y Vena in posterioris articuli cubiti sedis cutem excurrens.
z,z Notatur multiplex uenarum series, in interioris cubiti sedis cutem diffusa, & dein in interioris manus sedis cutem excurrens. Ac superius quidem z uenam notat, ab axillaris uenæ ramo t insignito principium ducentem. Inferius autem z indicat propagines, quas axillaris uenæ ramus, x & x insignitus, internæ cubiti regioni offert.
q; Venularum Veneris monticulum implicantium, cum ramo δ notando coitus. est namque ramus is propago illarum uenarum, quæ externam manus sedem inter pollicem & indicem perreptant.
a Vena communis, ab axillaris ramo t insignito, & humerariæ ramo, quem h notauimus, conflata: quæ per internam cubiti sedem, deorsum obliquè radium conscendens, exporrigitur: ac tandem radium supergressa, in exteriorem cubiti sedem, propter inferiorem ipsius regionem, excurrit, ramulos quosdam in progressu ad proximam ipsi cutem dispergens.
ε. Communis uenæ iuxta humiliorem radij partem, qua brachiale respicit, diuisio, γ aut ϒ aut Λ nõ absimilis: cuius quidem alterum crus, γ insignitum, externam manus sedem, pollici ac indici subiectam, ipsumq; pollicem & indicem ac
δ. cedit, & ramulum δ indicatum, in internam manus sedem digerit. Alterum autem crus, ε insignitum, uersus medium
ε. & anularem potissimùm absumitur.

Ramis externam manus sedem adeuntibus, uaria à nostris medicis imponuntur nomina; quæ quum inter se admodum pugnent, & passim sint obuia, aliquid de ipsis iam dicendum arbitror, hunc characterum indicem lubentiùs barbaris nominibus occupaturus, quàm orationis, qua has uenas describam, seriem. Græci igitur & Latiniores medici, in cubito & manu paucas uenas proprijs nominibus appellarunt. Venam namque per brachij interiora alamq; excurrentem, ac r, aut etiam m notatam, in utroque brachio, quia axillam seu alam perreptat, axillarem uocauerunt: quemadmodum et cubiti interiorem, quòd scilicet per cubiti interiora potissimum exporrigatur. Verùm priuatim dextri brachij axillarem, iecorariam uocarunt, quòd in iecoris affectibus illam diuidere soleant. Sinistri autem brachij axillaris, lienaria ipsis dicitur, quòd in lienis morbis hanc plerunque aperiant. Sic rursus ὠμιαῖα, seu humeralis, a insignita, simpliciter suum nomen obtinuit, quòd per humerum in manum feratur. & cubiti etiam exterior est nuncupata, quoniam cubiti exterius latus perreptat. Hippocrates in libris de Articulis, hanc uidetur crassam uenam nuncupasse. Quia uerò hæc capitis morbis mederi creditur, etiam capitis uena uocitatur. Ramos uerò h & t notatos, & uenam communem, quam α notauimus, constituentes, medias uenas nuncuparunt, quòd scilicet ad flexus cubiti medium ducerentur, aut quòd inter cubiti exteriorem uenam & interiorem essent mediæ. Ab obliquo autem ipsorum ductu, obliquas quoque illas uocarunt. Communem (quæ a insignitur) nuncuparunt, quæ ab illis ramis h & t notatis consurgit, atque interiori & exteriori cubiti uenis communis est. Præter hæc nomina, uix alia apud illos reperias At si Arabum libros leges, nominum acerui passim occurrent, eidem uenæ uix unquam accommodatorum. Quo autem aliquid certius de his quoque depromam, studiosorum gratia, qui me his nominibus in Anatome remorari solent, non grauabor Auicennæ interpretis nomina hic recensere, quæ Fen prima libri primi, doctrina quinta, Capite quarto leguntur. In quo Capite Auicenna ex proposito brachij uenas describit, earum seriem à Galeni libro tertio de Administrandis sectionibus, aut potiùs ab Oribasio petens. Auicenna igitur, aut ipsius interpres, Spatularem uocat humerariæ partem, à iugulari externa ad eam usque sedem ductam, qua humeraria brachij cutẽ primùm subit, quæ pars duobus a in nostra delineatione complectitur. Quà autem humeralis brachio exporrigitur, illam Cephalicam, quasi capitis uenam nuncupat. Hæc inter inferius a & f contimetur. Humerariæ ramum, quem i insigniuimus, Fumem brachij appellat. Axillaris ipsi Asellaris dicitur. Communis uerò, z notata, Nigra: ubi autem hæc obliquè ad radium contendit, Basilica ipsi uocatur. Alterum communis uenæ diuisionis, quam ε notatam, γ aut ϒ assimilauimus, crus ε insignitum, ac anularem & medium quodammodo petens, in postbrachialis sede Syelen Auicennæ appellatur. Verùm aliàs subinde apud Arabes & barbaros illam Syelem uocari obseruabis, quæ iuxta brachiale ab humerariæ ramo i notato, & axillaris uenæ propagine x insignita, constituitur, & l notatur. cui eadem quæ axillari medicorũ uulgus nomina imponit, hanc quoque Saluatellam & Salubrem uocans. Quanquam rursus communis uenæ ramum, γ notatum, uersus pollicis & indicis regionem exporrectum, alij Saluatellam uocent, huic eadem quæ humerariæ nomina largientes.

Variæ uenarũ brachij, cubiti et manus cutẽ per reptantium nomina.

largientes. Ad hæc, axillaris medicis potissimùm Basilica, interdum & Nigra, aliquando & Funis brachij nuncupatur. Humeraria etiam ocularis & auris, quòd scilicet earum partium inflammationibus medeatur. Nisi fortè horũ nominum impositores adeò stulti fuerint, ut cum Aristotele, & illis qui hodie uenas, à me rectè antea pictas, turpiter in lucem suo nomine emiserunt, arbitrati sint, humerariæ ortum sub aure primùm esse. Cæterùm communis uena, etiã Media, Mediana, & Corporalis uulgo dicitur.

ζ VENAE cauæ portio, qua partibus sub iecore repositis nutrimentum administratur.

η Vena in pinguem membraneamq; sinistri renis tunicam, contermnasq; sedes excurrens.

θ Grandis uena, ad dextrum renem exporrecta.

ι Grandis uena, sinistrum renem petens.

κ Propago à uena in dextrum renem deducta, in pinguem renis dextri tunicam excurrens.

λ λ Seminalis uena sinistra.

μ,μ Seminalis uena dextra.

ν Seminalium uenarum sedes, qua hæ primùm implicari, uaricumq; modo conuolui incipiunt.

ξ Venæ geniculatim à caua in dorsalem medullam, quæ lumborum uertebris continetur, ac demum ad ipsas lumborum uertebras, ipsisq; accumbentes musculos & peritonæum digestæ.

ο Venæ cauæ supra ossis sacri initium in duos truncos distributio, Δ, aut inuerso ν, aut V non absimilis.

π Ramus transuersim in peritonæum & lumborum carnes, abdominisq; musculos distributus.

ρ Ramuli aliquot, in superiora ossis sacri foramina missi.

ρ,ς Sinistri trũci magnæ illius super os sacrum bipartition s in duos ramos distributio, quorũ interior ρ notatur, exterior ς.

τ,τ Interioris rami, quem ρ notauimus, exterior propago, in musculos exteriorem ilium ossis sedem occupantes, & in clunium cutem conterminasq; partes frequenti ramorum serie transuersim digesta.

υ Interioris rami ρ insigniti interior propago, eiusq; propaginis rami humilioribus sacri ossis foraminibus distributi, χ

χ,ψ uerò & ψ reliquas huius propaginis soboles, uti hac parua tabella eas delineare datum est, exprimunt. Porriguntur autem illæ ad ani musculos, uesicæ fundum & cervicem: mulieribus etiam ad humiliorem fundi uteri sedem, ipsumq; adeò uteri collum.

ω Vena ab exteriori ramo, quem ς indicatum conspicis, deprompta, atque cum reliquo interioris rami ρ notati coiens, quà id pubis ossis foramen perreptat.

ε Hac sede uena, pubis ossis foramen permeans, præter alios ipsius surculos, uenulam in coxendicis acetabulum porrigit, hicq; in illius regionis musculos disseminatur.

ϱ Venæ pubis ossis foramen transeuntis ramus, cutem ad internam femoris sedem subiens.

χ Congressus dictæ nuper uenæ, cum ramo magnæ in crus distributæ uenæ, quem 2 notabimus.

Γ Vena ab elatiori sede exterioris magni illius trunci rami ς insigniti, quà is peritonæum perforat, principium ducens, quæ peritonæo & abdominis musculis cutiq; ramos offert: quorum præcipuus sub recto abdominis musculo sursum conscendit, & supra umbilici regionem in aliquot dissectus surculos, eas respicit soboles, quæ huc, ubi M consistit, à uena sub pectoris osse deducta pertingunt.

Δ Propago uenæ in crus tendentis, quæ transuersim ad genitalia conterminasq; sedes excurrit.

Θ Prima magnæ crus petentis uenæ propago, per interiorem femoris tibiæq; sedem sub cute deorsum ad summum usque digitorum pedis perreptans.

Λ Propaginis Θ insignitæ ramus, femoris interiora ad ingnina accedens.

Ξ Dictæ propaginis ramus, ad interioris femoris regionis cutem uersus exteriora digestus.

Π Propaginis Θ insignitæ ramus, primo tibiam mouentium musculo oblatus.

Σ Dictæ propaginis soboles, in anteriorem & posteriorem genu sedes dispensatæ.

Φ Hac sede propago Θ indicata, per sedem tibiæ interiorem, sub cute in uarios multiplicesq; ramos discinditur, hicq; opportune, dum sanguinem mittimus, aperitur.

Ψ Hàc ad anteriorem interioris malleoli sedem nuper dicta propago ducitur, atque uti cernere est, in pedis superiora terminatur.

Ω Ramus à grandi uena crus petente, in anteriorem coxendicis articuli regionem exporrectus, eiusq; sedis musculis & cuti soboles utcunque frequentes deriuans.

1 Ramus septimo nonoq; tibiam mouentium musculis, & cuti femoris iuxta externam ipsius sedem surculos deducens.

2 Grandis ramus, in quintum femur mouentium musculum digestus.

3,4 His duabus propaginibus inuicem coeuntibus uena constituitur, quæ inter musculos posteriorem femoris sedem occupantes excidens, sursum in femoris cutem ramos 5 insignitos porrigit, & maiori præcipuaq; sua portione 6 indica-

5,6. ta, sub cute per poplitem genu ue flexum fertur, & in suræ cutem ad calcem usque digeritur, 7 & 7 notata.

7,7. Vtrinque ad characterem 8 conspicitur soboles, à magna crus petente uena musculis oblata, qui ab inferioribus femoris capitibus principium sumunt. Atque ita præsens character uenam inibi notat, ubi inter commemorata nunc femoris capita repens, in duos truncos discinditur.

8 Exterior truncus bipartitionis à magna uena in poplite facta.

9 Ramulus exterioris trunci 9 insigniti, ad genu anteriorem exterioremq; regionem sub cute exporrectus.

10 Portio exterioris trunci secundùm fibulam internæ septimi & octaui musculorum pedem mouentium sedi oblata.

11 Portio exterioris trunci, externam tibiæ pediq; sedem sub cute perreptans. Cæterùm ubi hæc portio externæ pedis sedi exporrigitur, cæterisq; pedis cutem adeuntibus uenis commiscetur, 13 inscriptum obtinet.

12 Interior truncus diuisionis, quam magna uena in poplite molitur.

13. Ramus interioris trunci 14 insigniti, per internam tibiæ sedem, uersus posteriora tamen magis, in surculos dissectus, pediq;

16. *pedisq́; internum latus sub cute accedens, ubi etiam* 16 *inscriptum habet.*
17 *Ramus interioris trunci, secundùm quartum pedem mouentium musculum in tibiam digestus.*
18 *Interioris trunci propago, quæ inter tibiæ os & fibulam, uersus anteriores tibiam amplexantes musculos ducta, per transuersum ligamentum in anteriori tibiæ sede iuxta pedem occurrens fertur, ac in musculos finitur, digitos in externum latus mouentes.*
19 *Reliquum interioris trunci, quod inter musculos reconditum, post interiorem malleolum inferiora pedis subit, ac tandem in omnes digitos absumitur.*
Præter hanc uenæ cauæ nudam delineationem, cuius characterum indici modò finem imposui, ac deinceps quinti, sexti & septimi librorum figuras, huc in primis ea spectat, qua ad tertij huius libri calcem, uenarum arteriarumq́; simul seriem exprimere conatus sum. Quotiescunque igitur in quatuor subsequentium Capitũ interiori margine simplex character occurret, illum ad nudam cauæ delineationem referendum putato.

QVONAM PACTO VENAE CAVAE SOBOLES IN IECORIS SVBSTANtia, portæ uenæ propaginibus cõmittantur, quaq́; ratione uena caua iecori eas soboles offerat. Cap. VI.

QVOTIES alicubi in interioribus marginibus scribimus, fi. cap. 6. lib. 3. nudã uenæ cauæ delineationem, modo quæ præcessit, indicamus: non enim semper prolixè scribendum putauimus, Figuræ sexto Capiti libri tertij præpositæ.

a *tota figura huic capiti præposita.*

PROLIXE admodum de [a] uenæ cauæ exortu agendum esse, si quis autorum controuersiam in medium adferendam arbitraretur, cùm pleraque Galeni loca, ipsius operibus passim interiecta, tum maximè sextus de Hippocratis & Platonis dogmatibus liber attestatur, quem uniuersum huic quæstioni, ex quonam uiscere uenis origo ducatur dedicauit. Si enim ex proposito eadem disceptatio mihi aggredienda foret, neutiquam Galeni argumenta oscitanter præterire liceret: quin singula seorsim essent accuratissimo studio examinanda, & quæ uera & quæ falsa ducerem, enarranda. Haud quaquam enim adeò Galeni uerbis est acquiescendum, ut omnia quæ illic in Aristotelẽ congerit, uera indubitataq́; esse ducamus: uti iam in sermonis progressu, qui ueram uenæ cauę scirẽ enarraturus est, cuiuis reddetur obuium. quippe relicta de uenę cauæ ortu contentione, ipsius distributionem aggrediar: quam quidem [b] à corde auspicarer, si modò à maxima amplissimaq́; uenæ cauæ sede hanc inchoandam opinarer. Nam contra Galeni placitum, in Aristotelicæ sententiæ robur, uelimus nolimus, nobis quantumuis etiam ringentibus, fatendum erit, uenæ cauæ [c] orificium, quod ad dextrum cordis sinum pertinet, multo [d] amplius esse, quàm uenæ cauæ corporis amplitudinem, quacunque etiam ex parte hanc metiendam duxeris. Deinde subsequens Caput commentum Galeni falsum esse docebit, quo cauam, quà iecoris gibbo committitur, amplissimam esse astruit: quodq́; illam statim ab exortu in duos truncos, [e] arteriæ magnæ modo findi, ac unum superiora petere, alterum uerò deorsum explicari, & postmodum ex illis truncis eum qui deorsum secundùm lumborum uertebras fertur, grandiorem esse tradit. unde etiam ilico in Galenum propria ipsius iacula, quæ ex fontium fluuiorumq́; ductibus & arborum radicibus tanta industria & callidè texuit, repellenda ueniunt. Eodem modo Galeni dogma prorsus est respuendum, quo uenam cauam ex corde prodire inficiatur: [f] quòd illic non similiter, ut magna arteria, enascatur: hoc est, quòd mox ab ortu in duos truncos non diuidatur, sed rectà secundùm cordis latus ducatur. Primùm enim, ut falsum, & dissectionis professori indignissimum est, Galeni axioma, quo uenam è iecoris gibbo pronatam, in duos trũcos, perinde ac magnam arteriam, partiri affirmat: ita etiam non sua demonstratiua methodo concludit, hac occasione cauam à corde nõ oriri, quòd rectà secundùm cordis latus porrigatur. Nam si quis arteriæ ortum attentè examinauerit, animaduertet profectò, illam è cordis basis medio, tanquam ex ipsius centro enasci: ac proinde si arteriæ pars aliqua deorsum ducenda fuerit non ita multo post ortum arteriam necessariò diuidi oportuisse. Venam autem, quæ ex cordis basis latere (utpote uas mollius quàm arteria) secundùm Aristotelis sententiam enasceretur, nõ oportuit in duos truncos statim ab ipso ortu discindi: quum citra diuisionem peropportunè sursum deorsumq́; repere possit, illaq́; diuisio incassum fieret, præterquàm quòd prorsus esset inartificiosa. Nam si hinc prodiens uena, arteriæ modo bifurcaretur, primùm ipsius origo & caudex aliquousque in dextram thoracis sedem omnino proreperet, ac inde tãdem diuideretur, eiusq́; diuisionis trunci denuò sinistrorsum deberent duci: si modò uersus corporis medium (ut nunc fit) cauæ partes porrigi debuissent. Accedit huc Galeni argumentum, nunquam non grauissimè ab ipso resumptum: Si cor uenarũ esset principium, omnes uenas necessariò oportuisse ad cor pertingere, uti sanè ad iecur pertingunt. quasi uerò [g] arterialis uena ad iecur non minus, quàm [h] portæ uena ad cor, accederet: quamuis interim ramulos non paucos uenæ portæ cum cauæ uenæ propaginibus in iecore ita uniri uideamus, perinde ac si cauã uenã quis nõ immeritò portæ uenæ cõtinuam esse, hacq́; ratione etiam portæ uenam cordi communicari assereret, secus nimirum, quàm arterialis uena ad iecur pertingit. At si fortè Galeni sententiæ suffragaturi conten derimus, arterialem uenam ob id ad iecur nõ pertinere, quòd ar

Prolixã autoribus de uenæ cauæ ortu esse disceptationẽ.

Galeni argumenta de uenæ cauæ ortu in Aristotelẽ scripta, non omnia ex tripode dicta.

b *à D.*

c *7 fig. li. 6 C, C.*
d *D amplius ẽ quã B ζ.*
e *fi. ca. 12 C diuiditur in i ac V cũ D.*
f *Hic confer 5 fi. lib. 6 C, D, F, cum O, P, I figura 6. Dein specta hanc sedem in ultima 3 lib. figura.*

HAC *figura sinxi cauæ seriem, quam necessariò moliretur, si uno principio aliquousque progredièti enata, in duos truncos ad cordis dextrum latus discinderetur. Quò autem hoc Galeni argumentum toties ab ipso repetitũ, & hactenus optimæ demonstrationis loco habitum, ac curatiùs obserues, confer præsentẽ figuram cum aliquot sexti libri, & potissimùm cum quinta, & etiam cũ totius cauæ figura: ut animaduertas, qui illam citra diuisionem adhuc obliquari oportuerit, ut ex dextro dorsi latere ad ipsius medium tandem pertingeret.*



g *15 fi. 15 cap.*
h *fi. ca. 5.*

teriæ

teriæ constet corpore: concedamus rursus oportet, [i] uenalem arteriam uenæ corpore efformari, [k] atq; ab illa sinistri cordis sinus sede principium petere, à qua caua è dextro cordis sinu nascitur. Adde & hanc non secus ab origine, citra unius caudicis aliquousque productionem & incessum, in dextram pulmonis sedem & in sinistram duci, quàm caua sursum ac deorsum à corde fertur. ac dein adijce, uenam arterialem aliquandiu unum caudicem ab ortu seruare, ac postea in duos truncos diuidi: perinde sanè ac magnam arteriam, quæ similiter ut uena illa arterialis è cordis basis medio pronascitur. quod sanè Galeni etiam anatomici argumenti robur ostendit, quo conatur docere, uenam cauam arteriæ magnæ modo debuisse diuidi, si illa à corde, nõ autem à iecore initium duceret. Quod uerò ad Galeni rationem spectat, uenas omnes ad cor, perinde ac ad iecur, non pertinere asserentem, aliquid sanè de [l] umbilici uena in medium adferrem, si uenam in humano fœtu examinassem, quæ in canum fœtibus ab umbilici uena, maiori sua portione iecur petente, in mesenterium ac lumbos dirigitur. hæc namque doceret, umbilici uenam non debuisse in cor inferi, etiamsi cor uenarum statueretur initiũ, præcipuè quum umbilici [m] arteriæ non in cor cessent: sed sat ipsis fuerit, magnæ arteriæ illic continuas euasisse, ubi hæc in crura est deducenda. Pari quoque occasione, de primo in fœtus generatione organo nihil dico: quandoquidem etsi cæterorum Anatomicorum inuicem, sibiq; met ipsis pugnantium decreta facilè in multis improbare refellereq; queam, nihilominus quo mihi ipsi undique sanum ac indubitatum uideretur, nihil adferrem, adeò de fœtus formatione, cordisq; meherculè usu præcipua quædam mihi sunt obscura, & dubijs plena. Verùm irrefutabilis illa (ut Galenus inquit) demonstratio, quam in Aristotelem de animalibus dextro cordis sinu destitutis contexit, minimè efficax est: quandoquidem illis animalibus caua uena unico cordis sinui eum in modum tunc committitur, ut in alijs dextro sinui, quum & his animalibus sanguis à iecore ad cor, arteriarum saltem nomine (etiamsi non pulmonis occasione) diffundatur. Et quis obsecro eò uenit stupiditatis, ut Aristotelem cauã uenam eiusmodi animalibus ex dextro uentriculo, quem non habent, exoriri uoluisse, cum Galeno dicat: & non cognoscat, Aristotelem aliud orationis genus de animalibus pulmone destitutis, quàm de illis quæ hoc non priuantur, instituturum fuisse? Ad hæc, quis uel perfunctoriè in dissectionibus uersatus ambigit, argumentum quod à [n] membranulis uenæ cauæ orificio præfectis ducitur, per uenalis arteriæ [o] membranas dilui posse? Neque sat scio, quid de auium uenæ cauæ distributione Galenus comminiscatur, quum nihil peculiare in uenæ cauæ serie in illis obseruem: nisi quòd iecur duabus fibris seu lobis ipsis priuatim constituatur, à quibus si caua principium ducit, profectò arteriæ magnæ ritu ab origine in duos truncos nõ diuiditur. Insuper Galeno, quum cauam à corde non oriri asserit, eo quòd arteriæ modo nõ pulset, animaduertenda uenerat arterialis uenæ ac uenalis itidem arteriæ natura. Pariter quando obijcit, cor sanguificationis uim iecori per cauam non offerre, quòd illa coriacea sit, ipsi expendendum erat, quàm breue interuallum inter cor & iecur cõsistat: & quo pacto ipse in quarto libro de Partium usu, toti uenæ portæ sanguificationis facultatem, iecoris uirtuti simillimam tribuerit. Cuius uenæ distributionis seriem Anatomici à iecore inceperunt recensere, non autem ab intestinis & uentriculo, à quibus confectum ex cibo & potu succum in iecur diducit: qui quum ex ipso sanguis, urina & bilis, lienemq; petens recrementum, consurgant, neutiquam proportione illi respõdet sanguini, qui per portæ uenam remeans, illis quibus hæc committitur partibus alimentum suppeditat. Adeò, ut planè rhetoricum sit argumentum, quod Galenus à quorundam Anatomicorum in uenarum serie enarranda descriptionibus, contra Aristotelem colligit. Sed ne hic Galeni dissectionis, atque adeò totius medicinæ principis placita uilipendere, ac seriatim ipsius argumenta refellere uidear, à iecore seriem uenę cauæ iam auspicabor, quòd ab hoc sanguinem in cauam deriuari, aut saltem ex portæ propaginibus in cauę soboles assumi adhuc credam: etsi cauæ ortum hinc esse, non ita annuã, neq; quicquam à me de ipsius origine assertum uelim, quicquid etiam casu mihi inter scribẽdum exciderit: ne hircosis quibusdã medicis calumniandi ansan ipse suggeram, qui non nisi huius generis nugas morãtur, & ossium interim ac musculorum cognitionem, & uasorum reliquam seriem, tanquam ad ipsos nihil pertinentem, reijciunt. Verùm & ideo de cauę principio ex iecore nihil absolutiùs subijciam, quòd iecur mihi potiùs è uenis, quę ipsi intexuntur, quàm uenas ab ipso, uel etiam in prima fœtus conformatione, originem ducere uideatur. Aliud enim nihil in quinto libro iecur esse audies, quàm uenularum infinitam sobolem, cui concretus sanguis (qui propria iecoris est substantia) obnascitur: quum interim uenę cauæ [p] os ad cor pertinens, simile prorsus sit magnæ arterię, & uenalis arterię, arterialisq; uenę orificijs: quę à corde enasci, nemo sanę mentis inficiari potest. Cęterùm quemadmodum (ne fortè rursus aliò excurrat oratio) ab extremis iecoris partibus, orbiculatim ex ipsius concaua sede, [q] exiguas uenularum propagines, paulatim ad iecoris medium uersus posteriora contendentes, inuicem coire, maioresq; uenas constituere diximus: & deinde ex maioribus illis rursus grandiores tantisper effici, quousque omnes illę soboles in uenę portę caudicem finiãt: [r] pari etiam ratione, ad concauę uenę generationem (ut ita modò loquar) ex summis orbicularibusq; iecoris finibus, in gibba ipsius sede, innumeræ uenularum propagines exoriuntur, quæ sensim uersus medium posterioris sedis iecoris prorepentes, in insigniores uenas coeunt: atque hę rursus in ampliores cò usque colliguntur, donec tandem in elatiori iecoris parte, eius regionis quę dextram dorsi sedem respicit, in unam congrediantur [s] uenam, quę ab insigni amplitudine Græcis uocatur κοίλη μεγάλη, & interdum (quemadmodum & portę uena) σπλεχαία, deinde & ἡπατικὴ: Latinis uerò caua, magna, & iecoraria, rariùs autem caudicis uena nuncupatur. Huius uenę rami, per iecoris corpus exporrecti, portę ramis [t] incumbunt, & utriusque uenę ramulorum extrema osculis inter se conniuent, & multis locis congredi continuariq; iam dissecantibus apparent. Ipse autem ramorum in uenę cauę caudicem extremus coitus & congressus, non in medio gibbi iecoris perficitur, ut Anatomicorum uulgus ridiculè arbitratur: sed, ut iam prius

Uenæ cauæ distributionis descriptionẽ à iecore incipiẽdam.

Cauæ in iecore series.

Cauæ uenæ nomina.

i 2 fi. cap. 15.

k Confer C 5 fi. li. 6 cum G 6 figura, ubi aliã seriem etiam uicebis 1 quam G.

l 2 fi. li. 5 F.

m 11 cap. fig. 8. 2 fi. lib. 5 K, L.

n 7 fi. lib. 6 K, L, M.

o 9 fig. li. 6 E, F.

p 7 fig. li. 6 C, C, C. atq; ita inuicem confer 6, 8, 9, 10 figurat lib. 6.


q fig. ca. 5 A, A, A uersus B.

r A, A, A ad B.

s B, ζ.

t 13 fi. li. 5 Z incumbit Y.

Præsens figura, iecoris gibbum, posterioremq; ipsius sedem commonstrat. ac A quidem & A indicant elatiorem gibbi regionem, septo transuerso uersus anteriora conterminã. B uerò & B regionem humiliorem. C cauæ uenæ pars notatur, quæ hæc septum permeat, ipsiq; ramos exporrigit. D ad E usque sedẽ indicat, quæ cauæ iecoris substantiæ adnascitur. H portæ uenæ portiunculam insinuat. Cæteri characteres alio quàm ad præsens Caput referuntur.



u Alter A insignitur.

Hæc figura uenæ cauæ portionem oculis subijcit, posteriori iecoris sedi exporrectam, quam longa sectione secundum posteriorem uenæ sedem ducta dissecui, ac dein distendi, ut propaginum foramina, quæ cauæ in iecur diffundit, aut quæ cauam constituunt, in conspectum uenirẽt. Ac utrunque A, propaginis, quæ à cauæ in dextram iecoris sedem disseminatur, orificium, & ipsam denique propaginem notat. B uerò & B propaginẽ indicant, quæ per sinistram iecoris sedem spargitur. C autem et C paruas soboles insinuant, quæ iecori etiam à cauæ, præter duas maximas propagines, diffunduntur. Nihil enim interesse uelim, an propagines has, & soboles, à iecore enatas, cauam constituere, an à cauæ in iecoris substantiam diffusas esse dicam. Cæterum D cauæ uenæ sedes notatur, quæ hæc septum permeat, ipsiq; ramos depromit.



x a.

prius admonui, in ea iecoris parte, quæ dorsi dextro lateri proxima est. adeò sanè, ut nihil prorsus substantiæ iecoris, toti posteriori uenæ cauæ parti, quà dorsum spectat, obduci cernatur. Neque rursus, etsi Galeno & omnibus dissectionum professorib. aliter uisum sit, uenæ cauæ rami, ex iecore procedentes, cauam in eum modum constituunt, quo radices ad arboris caudicẽ pertinere colligiq; conspicimus. Nam cauæ rami, ac si uenam per posteriorem iecoris sedem, rectà quodammodo deorsum porrectam, & duntaxat iecoris cuidã sinui innatam ingrederentur, ipsi continuantur. Sunt autem hi u duo insigniores rami, propter iecoris elatiora, in anteriorem cauæ sedem, nõ autem latera, aut posteriorem sedem, subingredientes, & neutiquam cũ uenæ cauæ amplitudine comparandi. imò si non nimis anxiè in Galeni uerba mecum iuraueris, proculdubio asseres, uenam cauam à corde deorsum per iecoris posteriora ferri, atque ab huius anteriori sede duas insignes uenas pullulare, numerosa serie in iecoris substantiam diffusas, portæq; uenæ ramulis continuatas. Præter has insuper uenas, quæ à caua iecori offeruntur, in reliquo ipsius per uisceris posteriora descensu (qui sanè breuissimus est) x paruulos etiam spectabis ramulos, ab anteriori cauæ sede etiam in iecoris substantiam excurrentes, & in omnibus hominibus numero neutiquam pares. Atque hæc omnia hominem accuratè secanti, adeò sunt obuia, ut nullus nunc uenæ cauæ seriem spectans, non multo magis probauerit hanc, quod ad seriem attinet, oportere à corde primùm describi, ac demum ipsius ad superiora inferioraq; ductum enarrari. Sed quum sanguinem, qui in caua passim continetur, à iecore confici, cum Galeno adhuc arbitramur, uenæ cauæ ramorum distributionem à iecore quodammodo cum ipso auspicati sumus, deinceps eam uenæ partem describturi, quæ supra iecur consistit.

In quæ iecoris sede uenæ caudex consistat, ramosq; primùm profe rat.

EIVS VENAE CAVAE PARTIS, QVAE SVPRA IECVR CONSISTIT, distributionis series. Caput VII.

HAVDQVAQVAM Galeno satis fuit, nescio quàm uerum uenæ cauæ ortum à iecore cõminisci: ac, ut ab Aristotelis placito ueriùs, magisq; ex merito declinare uideretur, fingere, uenam cauam mox à suo è iecoris gibbo progressu, in duos truncos, arteriæ magnæ modo bipartiri, unumq; ad superiora corporis, alterum uerò ad inferiora duci: quin imò, ut etiam probaret, sanguinem in corde nõ generari, adijcere non est ueritus, truncum qui superiora petit, multo strictiorem esse, minusq; amplum illo qui deorsum porrigitur. Sed iam asseruimus, cauam in eiusmodi truncos non diuidi. a Et etiam ueritati neutiquam consonum est, cauæ uenæ partem, quæ inter iecur, b dextramq; cordis aurem conspicitur, angustiorem illa uideri, quæ sub iecore lumborum uertebris explicatur. quod non perfunctoriè inter dissecandum obseruari uelim. Nam si quis obiter sectioni studium impendat, & iecur, aut cor, aut aliud membrum inter secandum mouens, plus sanguinis in uenæ partem, uertebris lumborum exporrectam, quàm in illam quę supra iecur habetur, propulerit, is sanè Galeni sentẽtiæ subscribet: at si uicissim ex hac uenæ parte sanguinem compressum, in illam sursum duxerit, leui opera Galeno non amplius assentietur. Quum uerò hæc sectione constabunt, conduxerit Galeni rationem pressiùs expendere, qua conficit, ascendentem uenæ partẽ multo oportere minorem esse descendente, quòd hęc scilicet plures quàm illa partes enutriat. Nam si ista Galeni ratio uera est, etiam citra sectionem ipsius commentũ nulli non innotescet: quandoquidem ascendens pars plus sanguinis, contra Galeni dogma, quàm inferior, quę lumborum uertebris exporrigitur, requirit. unde etiam mox inferendum est, hanc partem illa angustiorem meritò oportuisse confici. Primùm enim neque bilis uesicula, neque uentriculus, neque intestina, neque omentum, neque mesenterium, neq; lien, ramulum aliquem à caua assumunt, hæcq; sub iecore collocantur. Verùm soli renes, altera uesica, testes & crura, & inferior abdominis pars, ab ea quæ descendit cauæ parte sanguinem adipiscuntur. Ab ascendente uerò, septũ transuersum, & uniuersus thorax, & superior abdominis sedes ad umbilicum usque alitur. nam & thoracis c F, F. partem iecori proximam, ad secundam usque lumborum uertebram pertinentem, à c uena coniugis experte nutrimentum obtinere audies. deinde brachia, collum, & caput uniuersum, ab ascendente uenæ por-

a respõdet B, ζ.
b 5 fi. lib. 6 n.

Cauæ partem septum transeuntẽ, illa quæ sub iecore consistit, non arteriosè esse.

tione alimentum assumunt. ut taceam nunc sanguinis copiam, in cerebrum tot uenis scaturientem, & earu que in cor defertur, non solùm cordis & pulmonis, omnium maximi uisceris nomine, uerùm & omnium arteriarum, quas sanguine ad cor delato impleri credimus. Sed quorsum spectat, eiusmodi rationes, ut Galeni placitum subuertatur, colligere? quum sectio iam admonitis studiosis abundè non hoc solùm infirmet, uerùm & alia, quæ in ipsius libris, de Hippocratis & Platonis decretis leguntur, quàm plurima, à medicis, propter secandi imperitiam, & nimiã quam autoribus damus fidẽ, tanquam Apollinis oracula, libenter concessa. Caterùm nunc tandem tempestiuũ fuerit, cauæ uenæ [d] partis supra iecur consistentis ueram seriem aliquousque persequi: ac postmodũ, ubi sermo à Galeni sentẽtia dissenserit (ne plus æquo ipsius autoritatem spernere uideamur) adijcere. [Vena itaque caua neruosam septi transuersi partem in dextro ipsius latere, peculiari foramine [e] permeat, unà etiam cordis [f] inuolucrum perforans, ac septo [g] duas non uulgares offerens propagines, per uniuersam septi sedem multiplici sobole excurrentes, & ramulos quoque cordis inuolucro, quà id septo committitur, diffundentes. Quum primùm uerò caua septum [h] superauit modicè sinistrorsum, uersus dextrum cordis [i] basis latus procedens, sinistro ipsius latere [k] adaperitur, atque in dextrum cordis sinum pertinet: non quidem, ut Anatomicorum fex scribit, aliqua propagine, aut ramo quopiam, uerùm duntaxat foramine quodam, seu scissione tam ampla, quanta ex uenæ cauæ partis sub corde consistentis, & eius quę mox supra cor habetur, amplitudinibus in unum circulum deductis, consurgeret. Anteriori cauæ uenæ sedi hic [l] dextra cordis auricula cõnascitur. A posteriori uerò cauæ ad cor connexus sede, [m] insignis uena promitur, quæ secundùm cordis posteriora & sinistrum latus antrorsum ita porrigitur, ut cordis basim coronæ modo succingat, ac ab inferiori ipsius sede [n] ramos deorsum ad cordis usque mucronem dispergat: quorum præcipui sunt, qui cordis substantiam illic petunt, ubi hæc est [o] crassissima. unde etiam frequentiores uena sinistro cordis lateri, & ubi sinum ipsius septum consistit, sparsas cernimus. Hæc uena interdum gemina uisitur, grandiori quidem à posteriori sede orificij cauæ initium ducente, minori uerò ab anteriori sede. Vena caua, à cordis basi sursum ascensura, cordis inuolucrum perforat: & uersus corporis medium sensim ducta, multoq; quàm sub corde gracilior, magnæ arteriæ [p] innititur: non autem magis retrorsum repens, uertebrarum corporibus insidet, ut quæ à stomacho occupantur, cui rursus, aspera incumbit arteria, & huic non infima magnæ arteriæ propago, cui ultimo caua insternitur. adeò sanè ut quum caua tantùm à uertebris distet, mirabili artificio illis uena fuerit offerenda, quæ ipsis costisq; sanguinem subministraret. Quum enim septum transuersum impedimento sit, quo minus caua, [q] ubi sub ie core exporrigitur, ac renibus soboles dispensat, uertebris ac costis propagines tribuere queat: & deinde, quum cordis basis adeò à uertebris eleuetur, & uasa in pulmonem diffusa, cauam à uerrebris ita subleuent, ut etiam hinc ad ipsas caua nullos deriuare queat ramos: rerum Opifex ab illa [r] magnam eduxit propaginem, postquam cordis inuolucrum transcendit, atque pulmonis dextræ partis cum sinistra [s] connexum superauit, ipsaq; dorso propinquiùs quàm antea accedit. Hæc propago, seu uena, à dextro cauæ latere pronata, deorsum ad quartæ propemodum thoracis uertebræ corpus contorquetur: & decliuis secundùm dextrum uertebrarum latus porrecta, suo [t] fine unà cum magna arteria, [u] sub septo transuerso ad aliquot usque lumborum uertebras pertingit. Hæc uena, cauæ uicem toto progressu gerit, quo ipsius caudex uertebras ita [x] atque in lumborum regione nequiuit contingere, ac geniculatim ramos ad uertebras, ipsasq; adeò dorsi partes offerre. Meritò igitur caua hanc uenam à se tam grandem deprompsit, [y] ut arteriæ magnæ ritu utrinque ad costarum interualla [z] ramos geminare posset, quos quidem à laterihus non diffudit, sed ex [a] media regione posterioris ipsius sedis, quæ uertebris innititur. Quia uerò coniuge priuatur, neq; in altero latere parem ascisit à caua propaginem, Græci eam ἄζυγον, nos uenã absque coniuge, & paris expertem nominamus. Oritur autem potius à dextro cauæ latere, quàm à sinistro: quòd secundùm dextram dorsi sedem explicari debuit, sinistra nimirum sede, & media quodammodo à magna arteria dignissimo organo occupandis. Ab anteriori etiam cauæ sede non enascitur: ne frustra tunc longiori ductu, quàm modò, uersus dextrum reflecti, itaq; spinam accedere deberet. A posteriori quoque principium sumere nequiuit, quòd hæc sedes alijs incumbat organis, quodq; hinc uenam coniugis expertem dextrorsum magis deduci, quàm nunc, oportuisset. Ab hac igitur uena utrinque geniculatim pullulant propagines, singulę ad nouem costarum inferiorum singula interualla perreptantes, quæ in uerarum quidem costarum interuallis ad eam usque [b] sedem contendunt, ubi hæ in cartilaginem degenerant: in spuriarum uerò costarum interuallis, etiam in anteriora magis abdominis, quàm interualla pertinent, propagines hæ pertingunt, abdominis musculis etiam [c] implicitæ. In ipso autem per costarum interualla progressu ramulos diffundunt, qui in musculos illi thoracis sedi, quam ipsæ perreptant, incumbentes, disperguntur. Præterea ab hac sine pari uena, ad omnes secundùm quas deducitur uertebras, soboles quædam pertinent, quæ in uertebrarum corpora, & dorsalem medullam, & in musculos his sedibus accumbentes excurrunt. Iusuper [d] membranis thoracem intersepientibus, quà illæ dorso continuantur, ab hac uena furculi etiam offeruntur. Deinde non obaudiendum est, ab hac uena, quum primùm ab ortu uertebras contingit, subinde ramum quoque educi: eumq; in tenues propagines diuisum, etiam sui lateris superiores costas adire, atque inibi in membranam costas succingentem numerosis, sed gracilibus furculis distribui. atque hi non seriatim ac rectà secundùm costæ ductum feruntur, quemadmodum propagines inferioribus costis digestæ, uerùm errabundo incessu excurrunt. Atque id adeò frequenter in hominibus (quòd his scilicet multo breuior thorax, quàm quadrupedibus, à Natura datus sit) usuuenit, ut præsenti anno in publica sectione, uiro & item mulieri omnes thoracis costas uenæ sine pari propaginibus enutriri, hic Patauij uiderimus. Et Bononiæ etiam (ut priuatas sileam sectiones) quum primùm illic dissectioni præessem, atq; de uenæ sectione in laterali morbo satis pertinaciter

Caua per septum trã situs, ac ipsius in septũ rami.

Caua in cordis dextrum sinum adapertio.

Cordis basim cingens uena.

Qui uenam coniugis expertem à caua educi oportuerit.

Varia uenæ pari carentis series.

d B.

e 7 musc. tab. S prope Δ. 5 fig. li. 6 D transit per E.

f 3 fig. li. 6 C, D, E, F, G. 4 fi. B, B.

g C altera notatur.

h 5 fi. li. 6 D.

i 4 fi. lib. 6 C, D.

k D. & 7 fig. li. 6 C, C, C, quæ cõ ferẽda sunt cum A, B.

l 5 fig. lib. 6 B.

m E & 7 fi. lib. 6 G. & 6 fig. D.

n 6 fi. lib. 6 E, E.

o Specta 11 fi. lib. 6. aut specta hic ultimã 3 lib. fig.

p F super H 4 et 5 fi. li. 6. aut specta hic ultimã 3 lib. fig.

q ζ, ι, θ.

r F, F. ult. fig. o. 5 fig. lib. 6 G.

s Specta 12 fig. lib. 6.

t infimum G.

u 7 musc. tab. q.

x 20 fi. li. 5 Q. & 22 fig. g.

y fi. ca. 12 i diffundit k, k.

z G, G.

a ad eã ferè rationẽ, quæ patet i fi. ca. 13 in serta.

b 1, 3 fig. cap. 19 li. 1 A, B.

1 fi. lib. c E.

5 1 fig. li. d H, H. aut 6 fig. G, G 2 I, I.

tinaciter contenderetur,una eademq; lectione tria nobis obtigerunt hominum cadauera, quibus omnes thoracis coſtas huius uenæ ramis enutriri,nemo ex tanto eruditorum uirorum cœtu inficiari potuit. Atque ut id ſubinde obſeruatur,ita ſanè interdum hanc ſine pari uenam, quum ad nonam ferè thoracis pertingit uertebram,in duos truncos diuidi cernes:quorum unus quidem dextri lateris coſtarum radicibus, alter autem ſinſtri exporrigitur,ſuiq; lateris coſtis,quà prorepit,ramos offert. Interdum uerò a ſiniſtro uenæ pari carentis latere,in eadem propemodum regione,grandem uenam pronaſci obſeruabis, [e] illi ramo prorſus ſimilem,qui à portæ uena inferiorem omenti membranam adeuntium facilè maximus eſt. Hæc enim ubi primùm tranſuerſim uertebræ illius,cui exporrigitur,corpus tranſcendit,in duos ramos diffunditur: quorum alter ſurſum, alter deorſum ſecundùm coſtarum radices fertur, ac ſuarum coſtarum interuallis propagines deriuat. Non ſecus ſanè, quàm ſi Natura aliquando maluiſſet,unum grādem ramum a dextro latere hic ad ſiniſtrum porrigi,quàm ſuper ſingulas uertebras unum tenuem gracilemq; ramulum ferri. Adeò,ut mihi etiam perſuaſum ſit (quamuis id nūquam uiderim) interdum a ſiniſtro cauæ caudicis latere,ubi iugulū contingit,uenam depromi,quæ ſecundùm ſiniſtrum uertebrarum latus decliuis ducta,ſiniſtris coſtis ramos offerat,illa quam ſine pari uenam nuncupamus,dextras coſtas duntaxat alente. Atque huiuſmodi uenæ ortum non tantùm a iugulo primùm poſſe fieri,ſed paulo inferiùs, etiam agnus atteſtatur,in quo tale aliquid ſemel obſeruaui. Verùm eiuſmodi non niſi rariſsimè occurrentes uenarum ſeries, Anatomes ſtudioſo non aliter expendendas putauerim,quàm ſi interdum ſextus in manu digitus,aliud ve monſtruoſum ſe ſpectandū offerret. Adeò,ut ſi quando in publicis ſectionibus hæc obſeruo,ea tanquā non eſſent, tacitè præteream, ne artis cādi dati in omnibus corporibus hæc obſeruari arbitrentur. Idq; tanto, non in ſectionibus ſolùm,ſed modò in abſoluti hominis hiſtoria perſequenda,faciendum duxi ſtudioſiùs,quanto ipſos monſtruoſa illa magis admirari,experientia non ſemel didici. Porrò iam ſermoni adijciendum eſt, mihi hactenus in homine nihil eſſe prætermiſſum: uti ſanè arbitrabitur, qui Galeni placita ſedulò euoluens, primùm a me quintam pulmonis ſi bram ſeu lobum requiret,quo caua in interuallo inter ſeptum tranſuerſum & cordis inuolucrum,ex Galeni ſententia ſuffulciretur. Quippe quū hunc lobum Galenus in ſimijs reperiſſet, oſcitātiæ alios diſſectionis proceres arguit,quaſi illum ignoraſſent:uti ſanè & Galenum is lateret, ſi hominum cadauera potius cum illis,quàm ſimiarum ſecare aggreſſus fuiſſet. Quum enim in homine nullum ſit interuallum ductus uenæ cauæ a ſepto in cordis inuolucrum, ſed hæc duo ſimul connata, unà ſemelque perforentur, nullus ſanè pulmonis lobus hic conſiſtere poteſt,qui in illo interuallo uenam ſuſtineret. In caudatis uerò ſimijs, & magis adhuc in canibus, amplum occurrit interuallum, inter ſeptum tranſuerſum, & inuolucri cordis mucronem: ac hic inter membranas thoracem interſepientes, inane uacuum ve eſt ſpacium, per quod caua prorepit, ſibi ſubſtratum habens pulmonis lobum, quo is cauæ caudex mirabili Naturæ beneficio tanquam manu apprehenditur & ſuffulcitur. Proinde quando Galeni deſcriptionem canibus, noſtram autem hominibus conferes,utranque ueram eſſe fatebere. Verùm Galeni ſententia nuſquam non a caua, priuſquam ad cor pertingat, uenas in membranas thoracem intercipientes, deduci ac diſtribui docens, ueritati parcit:quum hæ membranæ uenas aſſumant,partim ab [f] illis ramis, quos a iugulo ad has ferri audies,partim a uena ſine pari. Caua autem, quum ad cor fertur, interſepientes thoracis cauitatem membranas ne contingit quidem:tantum abeſt ut ramulos ipſis ita tenues, ut in illas digeri debent, priuatim offerat. Præterea alius,Galenum in libro de Venarum ſectione probè aſſecutus, mirabitur, qui,priuſquam cauæ ſupra cor progreſſum attingerem,à caua ſtatim atque in cor pertingit, [g] uenam arterialem in pulmonem porrigi,non aſcripſerim: quum interim illud Galeni ſit dogma. quod quàm ueritati conſentiat, ipſa uaſorum uicinia arguit. quippe quum nihil ab alio pronaſci uerè dicamus, niſi id ei ſit contiguum, aut ſaltem attiguum,arterialem uenam à caua principim ducere,neutiquam quis aſſeret. Præterquàm enim quòd arterialis uena ſextuplo craſsiori conſtat [h] corpore,quàm caua, illa hanc non contingit,& non mediocris cordis ſubſtantiæ portio inter cauæ orificij elatiorem ſedem, & dextram orificij arterialis uenæ, intercedit. Dein arterialis uenæ orificium non minus in cordis dextrum ſinum, quàm orificium cauę orbiculatim liberumq; pertingit: nihilq; minus apparet, quàm ſoboles aliqua,à caua ad arterialem producta. Vnde etiam hæc,quia propriam obtinet circunſcriptionem,non minus priuatim,quàm caua uenit pertractanda. Dein quis forſan me culpabit,quòd coronalem uenam dixerim eſſe (uti quoque profectò exiſtit) inſignem:quum in libro de Venarum arteriarumq; ſectione Galenus illam ſcripſerit eſſe exiguam: uti contrà in ſeptimo libro de Adminiſtrandis ſectionibus,hanc perpetuò geminam reperiri tradidit. Huc accedit Galeni,de uenæ pari carentis principio,ſibi non conſtans ſententia. Primùm enim in commentario decimo ſecundi libri in Hippocratem de Victus ratione morborum acutorū,ſibijpſi ter pugnat.nam in initio ſermonis de uenæ cauæ per thoracē diſtributione,uniuerſim inquit uenam octo inferiores coſtas enutrientem, à caua pronaſci,anteaquàm ad cor pertingat. Mox ſubijcit,in quibuſdam animalibus ſupra cor hanc à caua depromi:



Duabus his figuris geminas uenæ pari carentis ſeries expreſſimus, quæ ab illa uariant, quā integra uena cauæ delineatio indicauit. Notat autem hic A uenæ ſine pari trūcum. B ipſius ramum, qui in ſiniſtrā ductus, in plures digeritur propagines. C uerò priuatim in inferiori figura,inſinuat cauæ uenæ caudicis portionem.

Licebit hic 6 libri 3, 4 5,6 figuras et ultimam huius libri ſpectare.

Libr. 7. de Admi. ſect.

Libr. 6. de Placitis. li. de Sect. uena. lib. 7 de de Admini. et 2 Commentariorū in Hippocr. de Victus rat. in morbis acutis.

Galeni de uenæ ſine pari ortu ſententia.

[e] 5 cap. ſi. 5. & 4 fig. lib. 5 γ.

[f] L. 1 ſi. li. 6 M. N. Q.

[g] 6 fig. li. 61. 8 ſi. C, D.

[h] 1 ſi. cap. 158, C.

in homine autem ex ea cauæ sede eandem emergere,qua hæc dextram cordis aurem contingit. Rursus sui oblitus, aliquanto inferiùs subnectit, hominis infernas costas à uena enutriri,quæ sub corde à caua exorditur. Huic sententiæ propemodum conformis est, quæ in sexto libro de Hippocratis & Platonis dogmatibus legitur,quum scribit,cordis inuolucrum, simul cum omnibus membranis, quæ tum thoracis cauitatẽ intersepiunt,tum quæ pulmonem ambiunt,alimentum ex caua,priusquam ad cor deferatur, sumere. In libro de Venarum sectione,uenam sine pari à dextra auris sede ad sinistras thoracis partes proficisci,atque ad quintam thoracis uertebram perferri in quibusdam animalibus,attestatur. In simijs autem,paulo supra aurem in dextris partibus hanc poni docet: pluraq; hic quàm in libro de Victus ratione, costarum interualla præsenti uena enutriri fatetur. Eandem sententiam in septimo de Administrandis sectionibus complectitur,nisi quòd hic ipsam à uena,quę iuxta dextrum cordis sinum consistit,pronasci simpliciter tradit:quũ illic ad sinistras thoracis partes illam proficisci,malè adiecerit. Quinetiam alio septimi eius libri loco hanc sine pari uenam ex dextro cordis sinu,non secus ac [i] coronalem pronasci docet:quamuis id in simijs haud euenit. At non est quòd prolixiùs alia huius ordinis loca ex libro de Fœtus formatione & aliunde in medium adferam,quum ex modò propositis, Galeni de uenæ pari carentis ortu progressuq; sententia utcunq; constet: quæ quàm ueritati consentiat,ex nostra enarratione,ueram eius uenæ seriem prosequente,petere licet. In homine enim non minus quàm in simijs,& canibus,& suibus, & bobus, & quotquot uidi quadrupedibus, uena pari carens à caua procedit,postquam hæc cordis inuolucrum superauit, ac eousque pertingit.ubi nullus amplius,qui uasorum interuentu perficitur,pulmonum apparet connexus. Et si quis sectioni fidem derogans,rationem huius uenæ exortus petierit,illam sanè adinueniet ex nostro sermone, qui Naturæ artificium in illius uenæ propagatione superiùs enarrauit. Haudquaquam enim hæc pari carens uena,à cauæ caudice sub eorde enasci potuit, tum quòd nimiũ periculosè suspensa fuisset,propter ingens interuallũ,ab ea uenę cauæ sede ad uertebras usque conspicuum: tum etiam,quod si illinc uena pari carens exoriretur,tota dorsi pars sub corde,& ea sede,qua eius uenæ principium nunc exporrigitur,consistens,uenis indiga relinqueretur: aut Natura denuò aliam uenam illinc,unde nunc illa enascitur,producere debuisset, illi dorsi sedi alimentum submINistraturam. Eregionè autem [k] dextræ auriculæ pronasci nullo prorsus modo quiuit: quòd uasa pulmonem adeuntia,uenalis scilicet arteria, & arterialis uena, & aspera quoque arteria, illam ad dorsum ferri prohibuissent,nisi ipsa aliquousque prius aut deorsum aut sursum prorepens, aptam descensus sui sedem callidè inuenisset. Præterea si eregionè dextræ cordis auriculæ uena paris expers diffunderetur,ipsa etiam cordis inuolucrum peculiari foramine,secus atque nunc,permearet. unde etiam uel hinc affatim docet,quàm procul a corde principium ducat. Neque est quòd ad huius sententiæ robur,hominis dorsi,quà id cor spectat,obliquitatem adferam: quæ quum multo maior in homine, quàm quadrupedibus aut auibus sit,facilè liceret conficere,sine pari uenam homini etiam altiùs quàm illis animalibus à cauа oportere enasci,quòd his scilicet succinctior ductus eregionè dextræ auris ad dorsum,quàm illi uisitur: uti profectò inter secandum non solùm iucundum est expendere, sed etiam promptum. Quamobrem uerò Galenus ita uariè,& de hominis uena pari carente, ipsi nunquam indubiè uisa, magis peperàm adhuc, quàm de simiarum uena senserit, in ea Epistola utcunque perstrinxi, qua dextri cubiti axillarem in laterali morbo (si modò quid interfit,cuius lateris uenam diuidas) secandam docui. Galenus enim aliquam rationem alicunde comminisci studuit,qua Hippocratis sententiam probabiliorem redderet,qua is sanguinem non mittendum docet,quum dolor inferiora ac sub septum petit. Quasi uerò Hippocrates arbitratus fuisset, a [l] uena sine coniuge per phlebotomiam nihil educi posse, aut eam remotiùs ab [m] axillari distare, quàm ut hæc aut alia quæuis,illius gratia aperiri posset.quum interim in pulmonum,cordis,iecoris, uentriculi,lienis & renum affectibus,uenam in cubito non Hippocrates solùm, sed omnis medicorum chorus secet. Cęterùm quoniam Epistola nuper commemorata,hęc prolixiùs cum aliquot alijs paradoxis persequitur,cauæ uenę distributionem deinceps, sed quàm minimè potero interrupta sermonis serie, aggrediar.

Vnde uenã pari carentem enasci oportuerit.

Cauæ ad iugulũ iter, et ipsius inibi bipartitio.

Vena igitur caua,postquam sine pari uenam a se diduxit, ad iugulum rectà sub pectoris osse [n] conscendit, membranis thoracem intersepientibus eleganter suffulta, [o] molleq; & glandosum corpus hic iugulo passim adstratum obtinens,quod Græci θυμὸν,Latini uerò communi glandularum nomine glandium uocant. Est autem glandium id in elatissima thoracis sede extructum,ut ab omni noxa frequẽtissimas uasorum distributiones hic suspensas,immunes seruaret. Vena enim caua [P] inibi primùm in duos insignes truncos tota discinditur:& à sinistro trunco,quemadmodum & à dextro, [q] grandis uena promitur,quæ primæ thoracis costæ innixa,postquam aliquot à se disparsit ramos, sub clauicula in axillam [r] properat. Ab huius etenim radice [s] exilis uena enascitur, deorsum per costarum radices ad tertiam usque costam exporrecta,& exiguas soboles tribus,aliquando autem duntaxat duobus, superioribus costarum interuallis derivans. Præsens uena non semper ab eius quæ axillam petit radice pronascitur: uerùm nonnunquam a caua, priusquam in duos illos grandes truncos bipartiatur,principium ducit. Quinetiam interdum hanc penitus abesse obseruaturus es,aut araneæ filorum modo prætenuem existere:quum breuiora illarum costarum interualla, ab ipsis incumbente uena,quæ axillam petit,aliquando autem a uenæ pari carentis propaginibus (idq; potissimùm in dextro latere) satis nutrimenti assumant. Ab anteriori sede illius [t] magnæ in iugulo bipartitionis, [u] duæ prodeunt uenæ,quæ antrorsum ductæ,ad elatiorem pectoris ossis sedem contendũt, secundùm ipsius latera,quibus costarum cartilagines coarctantur,deorsum ad abdominis usque superiora perreptantes,numerosasq; soboles diffundentes. In progressu enim,ad sex superiorum utriusque lateris septem costarum interualla,singulas distribuunt propagines,quæ ad terminum ossis costarum,ubi uenæ cõiuge carentis [x] ramos cessare diximus,finiunt. Quemadmodum uerò a ramis uenæ pari carentis, propa-

Vena axillam adeuntis ortus.

Vena superiora costarum interualla petẽs.

Venæ sub pectoris osse deorsum repentes.

i E.

k 5 fi. li. 6 B.

l F.

m m, r, s.

n ab F ad H.

o 2 fi. li. 6 F.

p H.

q I.

r ut F sub E in 1 figura lib. 6.

s K.

t H.

u Altera L insignitur dein utraq; 2 fi. li. 6 B. C.

x G,G.

gines

gines, extra thoracis cauitatem ad musculos costis instratos excidere relatum est: sic quoque a uenis ad cartilaginum interualla disseminatis, ramuli notatu digni, in musculos pectori incumbentes, ipsasq; adeò mamillas propagantur, si modò ad has a uenis pectoris ossi exporrectis, furculi deriuentur. Porrò quod ex uenis sub pectoris osse deductis [y] reliquum adhuc est, ad latus mucronatæ cartilaginis deorsum in carnosam rectorum abdominis musculorum partem distribuitur. Venæ enim è thoracis cauitate prolapsæ, sub rectis musculis ad mediam usque abdominis sedem feruntur, ramulos quosdam in proximas partes utrinque transmittentes: quorum præcipuus ad abdominis cutem subit, atque obliquè secundùm costarum cartilaginum terminos propagatus, in gracillimas & capillorum modo subtiles uenulas cessat. Cæterùm insigniores uenarum rami, sub rectis musculis exporrecti, in plures furculos [z] supra umbilici sedem terminantur, qui rectorum abdominis musculorum substantiæ implexi, [a] illarum uenarum terminos finesq; spectant, quas in sermonis progressu, ab imo sursum sub rectis musculis conscendere audies. Harum uenarum sub pectoris osse reptantium originé, ex anteriori mediaq; in iugulo bifurcationis sede, utplurimùm educi animaduerti. interdum uerò eas ab [b] axillarium uenarum radicibus, postquàm illę nonnihil a iuguli medio in latera recessérant, enatas obseruaui: quemadmodum aliquando alteram ipsarum, & præsertim sinistram, ab axillari, alteram uerò ab ipsa bifurcatione pronatam uidi: quemadmodum etiam non infrequenter occurrit ab anteriori uenæ cauæ sede, ubi in duos insignes truncos partitur, unicam pronasci, quæ sursum ad pectoris os ducta, in duas discinditur uenas: ac unam dextro pectoris ossis lateri, alteram sinistro exporrigit. Ab his quoque uenis, secundùm pectoris os deductis, membranæ thoracis cauitatem interdiuidentes primos mutuantur furculos: ac subinde etiam à caua, ubi nunc dictas promit uenas, [c] graciles quasdam propagines sibi uendicant, secundùm totam membranarum longitudinem, cum [d] neruis septi transuersi exporrectas. Quinetiam, ut & antea monui, à [e] uena pari carente, in membranas thoracis cauitatem inter sepientes, furculi accedunt, uenis quæ [f] adhærentem oculi tunicam implicãt, quàm simillimi. A uenis dein has thoracis membranas intertexentibus, etiam soboles in cordis inuolucrum, ubi illæ [g] hoc continẽt, pertingunt. Cæterùm [h] uena axillam accedens, priusquam è thorace procidit, non ita procul ab ipsius initio, ex elatiori sede, [i] uenam utcunque amplam promit, quæ sursum obliquè in posteriora tendens, ad trã suersos uertebrarum ceruicis processus deducitur: & per [k] foramina illis priuatim exculpta conscendens, in musculos uertebris proximè adnatos, soboles spargit. At præter illas, certo ordine, & ueluti geniculatim singulas soboles unicuiq; foramini neruorum exortibus in ceruicis uertebris inciso deriuat, dorsaliq; medullæ, ipsisq; adeò uertebris alimentum suppeditat. Quod uerò eius uenæ reliquum est, in caluariam contendit, [l] peculiare sibi cum [m] sua coniuge arteria foramen obtinens, quod ad posteriorem occipitis ossis capituli sedem excauatur. Cæterùm quando uena in caluariæ amplitudinem pertingit, in [n] secundum seu siniſtrum duræ cerebri membranæ sinum, uti postea auditurus es diffusiùs, exhauritur. Præter hanc uenam, [o] alia adhuc ab illa quæ in axillam contendit, priusquam è thoracis cauitate omnino labitur, ex ipsius posteriori regione principium ducit, quæ in musculos, humilioribus ceruicis & thoracis elatioribus uertebris adnatos, ac capitis dorsiq; & thoracis motibus famulantes, dispensatur. Simulatq; uerò axillam petens uena, inter primam thoracis costam & clauiculam, ex thoracis cauitate est egressa, [p] musculumq; perforauit, qui secundi paris dorsum mouentium alter est, [q] eam, uti pòst audies, [r] promit uenam, quam humeralem uocabimus: & ilico atque decliuis ducta, glandulas in axilla ad firmam uasorum distributionem à Natura procreatas contingit, quas nunc dicam, à se diducit propagines. Primùm utrinque singulas emittit uenas: ad thoracis quidem anteriora [s] unam, ad posteriora autem [t] alteram. Quæ antrorsum exporrigitur, in [u] musculos à pectoris osse & costis ad brachij os & scapulam pertingentes diffunditur, & pectoris cutem simul & mamillas frequẽti admodum ramorum serie in mulieribus adit. Vena autem retrorsum proficiscens, in musculos cauam scapulæ sedem occupantes, uicinasq; sedes multiplici etiam sobole digeritur. Cæterùm nonnunquam à [x] priori, & quæ pectus accedit uena, interdũ uerò ab ipso qui in axilla consistit [y] trunco, [z] alia grandis utcunque uena exoritur, quæ deorsum secundùm thoracis latus exporrecta, potissimùm absumitur in [a] musculum, cuius beneficio brachium decliue dorsum admouemus. Præter hos ramos, maior uena, quæ in axilla habetur, [b] exiguos ablegat furculos glandulis & membranis, quæ inibi uasorum distributionibus, eorundemq; colligationibus præsunt. Qua autem serie axillaris uenæ reliquum, in totum brachium excurrat, peculiari Capite mox atque cæteras ascendentis uenæ cauæ partis soboles absoluero, expediam. Proinde ad iugulum rursus sermone conuerso, cæteros truncorum [c] magnæ illius in iugulo diuisionis ramos aggrediar. Vena itaque caua, ad eum quem dixi modum, priusquam pectoris ossis summum transcendat, in duos truncos diducitur: ac statim a diuisione, nuper [d] commemorata uena, quæ axillam petit, principium obtinet. quod autem alterius diuisionis illius trunci adhuc supereſt, a media iuguli sede, cui priùs innitebatur, modicè recedens, sursum extra thoracem protenditur: & simulatque clauiculam pectorisq; ossis summum superauit, in [e] duos impares ramos scinditur. Interior namque exteriori gracilior est, & secundùm asperæ arteriæ latus [f] ascendens, nonnullas uenulas, in speciem capillorum exiles, asperæ arteriæ conterminisq; membranis communicat. Hæc interior censetur iugularis, quæ cum sui lateris [g] soporali arteria uersus cerebrum fertur, ac in ascensu graciles ramulos membranulis [γ] sexti neruorum cerebri paris in collo, & in faucibus etiam septimi paris neruos colligantibus digerit, uniuerso ductu soporariæ arterię, ad caluarię usque basim comissa: quò cum [i] peruenit, in duos inęquales amplitudine ramos discinditur: ac [k] amplior obliquè retrorsum, secundùm caluarię basim ductus, caluariam simul cum quodam soporalis arterię ramo ingreditur, [l] foramine utens, sexti neruorum cerebri paris gratia excultpto. Qua uerò serie in caluarię cauitate prędens ramus digeratur, in cerebri uasorum descriptione affatim

Aliquot rami à uena axillam petente sparsi, priusquã brachium subeat.

Caua per collum caputq; series.

Interior iugularis.

1 *fi. lib. 5 K. 6 musc. tab. a. ubi etiã rectũ musculum f insignitũ spectabis.*
z M.
a Γ.
b *ab* I.
c 1 *fi. lib. 6* Q.
d 1 *fi. lib. 6* P, P.
e F.
f 18 *fi. ca. 14 lib. 7 hui.*
g *Id licet colligere ex* 1, 2 *fig. lib. 6.*
h I.
i N, N *ultimæ fig. f.*
k 2 *fi. ca.* 15, *li.* 1 T. 7 *fig. x.* 8 *figur. a.*
l 2 *fi. cap.* 12 *lib.* 1 *f.*
m *fi. cap.* 12 F.
n *ult. fi.* 1, 2. *& 7 fi. li.* 7 Q, Q.
o O.
p 8 *musc. tab.* C. *aut potius quæ reã musculũ in Epitomes tabu.*
q *a, a.*
r *ut in ult. fig. sinistro latere à* Z *a oritur, estq; hac figura hac in parte cæteris uerior.*
s P.
t Q.
u 3 *mu. ta.* Δ 4 *ta.* Γ.
x P.
y *m.*
z R.
a 10 *musc. tab.* Θ.
b *inter* P *&* R.
c H.
d I.
e S *&* T.
f *ult. fi.* Σ *ad* E.
g *fi. c.* 12 Z, *aut* X. *aut potius seriatim hic spectabis ult. fig.*
h 2 *fi. ca.* 2 *lib.* 4 *c, e. dein* γ.
i *figur.* 14 *cap.* A.
k *eiusdem fig.* C *cũ* I.
l 2, 3 *fi. ca.* 12 *lib.* 1 *c.*

perſequar:modò autem ſat erit,ad caluarię uſque cauitatem uenas, quę eò pertingunt, ſermone deducere. Ab ampliori hoc iugularis internę ramo,quum (uti diximus) in poſteriora ſecundùm caluarię baſim is cõtendit, [m] propago diducitur,in elatiorem ſedem [n] muſculorum pertinens, qui anteriorem ceruicis uertebrarum regionem occupant,ſtomachoq́; ſubiacent. [o] Gracilior uerò internę iugularis ramus, ſoporali arteria penitus relicta, [p] priuato foramine caluariam ſubit, quod iuxta foramen tertio [q] & quarto pari neruorum cerebri commune,celatur.Priuſquam uerò ramus ille in duram cerebri membranam pertingit, totusq́; in caluariam mergitur, [r] ſobolem non admodum inſignem ad auditus organum depromit, eam per [s] foramen quoddam tranſuerſum mittens,quod huic ſoboli & [t] neruulo cuidam quinti paris neruorum cerebri commune cenſetur.Porrò [u] exterior,idemq́; grandior ſupra iugulum factę diuiſionis ramus, ab exteriori ipſius latere,poſtquam muſculorum dorſum mouentium ſecundi paris [x] alterum perforauit, [y] inſignem ex Galeni ſententia profert uenam,quę deorſum uerſus clauiculam reuoluta, ad ſummum humerum,ipſumq́; adeò brachium contendit,humerariamq́; nobis nuncupatam uenam conſtituit. Quum tamen propter Ariſtotelem,qui humerariæ ortum ſub aure eſſe,falſo tradiderat: & Galeni locorum, quibus uenarum in iugulo & collo ſeriem perſequitur,obſcuritatem,ſtudioſiùs ſolito humerariæ originem indagatus ſum,uenam hanc non ita ut Galenus cenſet,ab externa iugulari,ſeu maiori, quem paulo antè narrare cœpi,ramo,enatam uidi:uerùm ab ea uena,quam tranſuerſim ſupra primam coſtam in axillam tendere ſcripſimus.uti ſanè rationi uidebatur conſonum,quæ tutiùs unum caudicem,quàm duos ramos, mutuò æquè diſtantes,aliquouſque ſimul progredi atteſtatur.Oritur autem humeraria, ab eius uenæ medio ferè ductu,qui à iugulo ad axillam metiri poſſet.Atque hinc humeraria ſub ſummo humero tranſuerſim brachiũ petit,illa uerò ſub humeri articulo magis obliquè in axillam deſcendit. Cæterùm priuſquam humeraria brachium ſubeat,non procul ab ipſius ortu [z] ramum edit,qui in cutem poſteriori ceruicis ſedi obductã, & externos eius ſedis muſculos,numeroſa uenularum ſerie digeritur. Præter hunc, [a] alium quoque grandiorem depromit ramum,in gibbam ſcapulæ ſedem frequenti etiam ſobole diſperſum. Deinde quando ad [b] ſummum pertendit humerum,atque ſub illo in brachium prorepit,priuſquã penitus demergitur,in ſummi humeri cutem [c] propagines deriuat,quarum præcipuæ in cutem digeruntur, quæ [d] muſculum integit brachium attollentem.Eiuſmodi propagines interdum,idq́; potiſsimùm in mulieribus, ad mamillarum uſque cutem [e] excurrunt,deorſum in priora ſecundùm clauiculam errabundo progreſſu deductæ, & anteſectionem in pleriſque mulieribus uireſcente quodammodo aut cæruleo colore conſpicuæ.Qua autem ſerie eius uenæ brachium adeuntis reliquum digeratur,poſteriùs dicam,quando peculiari Capite,ipſius axillarisq́; uenæ diſtributionem perſequar.Cæterùm [f] maior ramus,quem ſupra clauiculam haberi, atque ab externo ſuo latere,ſecundùm Galeni placitum,humerariam germinare diximus, ſub lato buccas mouente [g] muſculo,per colli latus ad fauces porrigitur,exteriorem efformans iugularem, quæ non pari ſemper modo (uti in uociferantibus,aut aliàs ui ſpiritum retinẽtibus,& uetulis,indies obſeruamus) per colli cutem fertur:ſed ferè quadruplicem,aut magis adhuc uariam diſtributionis ſpeciem proponit. Prima(quam frequentiùs eſt cernere) ea eſt,qua unus tantùm ramus hic ſub cute ad fauces uſque procedit,in ipſo progreſſu nullibi inſigniter diſciſſus:ſed duntaxat graciles ramos,in muſculos, conterminamq́, cutem partim rectà,partim obliquè,& interdum tranſuerſim conſcendentes,uariè ſpargens.Secunda autem ea uiſitur,qua in medio ductu iuxta colli longitudinis medium,iugularis in duos inſignes ramos dirimitur: & unus quidem in priora,alter in poſteriora quodammodo ſurſum properat. Tertiam cõſpicimus, qua propter clauiculam adhuc exterior iugularis in duas propagines diffunditur,quæ ſurſum ſub cute inuicem diſtantes feruntur. Quarta ex tertia paratur:aliquoties enim illæ propagines inuicem perpetuò diſtant, ac nuſquam ſe mutuò contingũt:interdum uerò ad humiliorem faucium ſedem mutuò rurſus coeunt, ac ex ambabus una conſtituitur uena,quæ mox bipartita, uti modò ſubiungam, in ramos ceſſat.Verùm ſubinde & ex tertia ſerie alia adhuc conſurgit differentia.Nam aliquando altera,neque illa ſanè minor propago, cuti non ſubtenditur, [h] muſculo recondita,qui à pectoris oſsis ſummo & clauicula pronatus, mamillari temporis oſsis proceſſui inſeritur.atque ea propago in eum modum ſubmerſa,frequenter adeò inſignis occurrit,ut etiam nonnulli diſſectionum profeſſores hanc internam iugularem uideantur appellaſſe:illam [i] uerò interim negligentes,quæ ſecundùm aſperæ arteriæ latus exporrigitur. Vtcunque uerò exterior iugularis,aut unica utrinque,aut in medio per collum ductu, aut ſtatim à clauiculis gemina aſcendat,ſemper cuti,quà prorepit, inſignes notatuq́; dignos offert ſurculos:ac quum ad fauces uſque,iuxta inferioris maxillæ humiliorem ſedem, ſub aurium regione [k] contendit,ſui [l] portionem ad oris interiora & duram cerebri membranam tranſmittit: [m] reliquum uerò ipſius,in faciei cutem,& illius muſculos,& ad tempora & poſt aures,& uniuerſam breuiter capitis cutem tranſfunditur. [n] Portio interiora oris ſubiens,in primis ſuis ſciſsionibus [o] glandulas obtinet interiectas,quas tertium glandularum in faucibus conſiſtentium genus in ſexto libro numerabimus.His glandulis,quæ uaſorum hic præſunt diſtributionibus,ab interiori externæ iugularis portione ramuli diſpenſantur:mox notatu digni in laryngem,& [p] glandulas ipſi proximè adnatas, & muſculos oſsis [q] referentis, & linguæ, & uniuerſim ad omnes faucium ſedes, ſurculi deriuantur: quorum

Exterior iugularis, humerariæq́; ortus, & priuſquam brachium ſubit, ſeries.

Exterioris iugularis ſeries.



PRIMAM *diſtributionis externæ iugularis uenæ ſeriem, nuda cauæ delineatio docet: reliquas uerò tres, priuatis & nunc ſeriatim hic repoſitis, formulis expreſsi, ac earum primæ eoſdem charactheres, quos integræ delineationi, accõmodaui, ratus ex illa hanc ita facilius poſſe perpendi.*

m ſi. cap. 14 Φ. n 8 muſ. tab. A, B. o ſig. cap. 14 F, faciẽs ramos o, o. p 2, 3 ſig. cap. 12 lib. 1 R iuxta Q. q 14 ſi. li. 7 I & K. r figur. 14 cap. n. s 2 ſi. ca. 12 li. 1 V. t 2 ſi. cap. 2 li. 4 b ab a enatum. u T. x 8 muſc. tab. C. y ſi. 6 ca. Galeni ſententiæ conuenit ad T, a. uerùm ultime ſig. ſiniſtrum latus ueram delineationem oſtendit ad z & a. z b. a c. b ultima ſi. lib. 1 λ. c d, d d 4 muſ. tab. Ξ. 10 tab. Δ. e 25 ſi. li. 5 A, A. f T. g 3 muſc. tab. Γ. h 4 muſc. tab. Θ. i S. k V. l X. m Y. n X. o 1 muſc. tab. A. p 6 muſc. tab. E.

quorum insignis sub lingua, secundùm ipsius longitudinem prorepit, in multiplices & errabunda serie pro
q *Hi sub lingua conspiciuntur.* repentes q ramulos sciſſus. Quinetiam ab hac iugularis portione, præter r grandem ramum, qui in caluariam per s foramen subit, ad posteriorem mamillaris processus sedem cęlatum: rami etiam in palatum, & tunicam narium cauitati obductam, digeruntur, à quibus postmodum non negligendæ t soboles caluariã petunt. Vna enim per u foramen, quod secundo cerebri neruorum pari insculpitur, caluariam accedens, in duram membranam aliquot furculis excurrit: quemadmodum & altera soboles duræ membranæ offertur, caluariam ingrediens per grandius foramen x illorum quæ in octauo capitis osse, odorum gratia exculpuntur. Hæ soboles, quum caluariam ingrediuntur, furculos quosdam oculo elargiuntur, in frontis cutem interdum disseminatos. y Exterior externæ iugularis portio, per capitis exteriora passim repens, mox glandulas suis quoque distributionibus præfectas obtinet, quæ inibi sub aure reponuntur, ubi inferior maxilla superiori articulatur. Prędens portio inter has glandulas bipartitur: & z uno ramo in buccas, narium alas, & ad a frontem uariè exporrigitur, b altero autem tempus & auris regionem adit. Hic enim ramus denuò in duos præcipuos furculos diuisus, c unum in sui lateris tempus admodum errabundo & inuoluto ductu digerendum offert: d alterum uerò post aurem & ad occipitis cutem diffundit. Exterioris iugularis soboles, in faciem ac capitis cutẽ digestæ, hoc sibi priuatim uẽdicant, q dextri lateris uenæ, siniſtri lateris uenis, qui busdã sedibus permisceantur, ac inuicem coeant, idq; potissimùm in facie & uertice, & in primis adhuc in fronte, adeò, ut frontis uena plerunq; ab utrarumq; iugularium propaginibus, per internos oculorum angulos sursum deductis, conflctur. Ad hæc, per e exigua uerticis ossiũ foramina & futuras, f gracillimæ uenulæ in caluariam procidunt: non aliter atque rursus ex caluaria in cutem alias emergere tum dicam, quando cerebri uasorum serię priuatim enarrabo. Quippe hæc opportunè tantisper dum in caluariam arterias quoque sermone perduxero, asseruabitur, quòd uaria cerebri uenarum arteriarumq; sit commixtio: quam incognito adhuc arteriarum ad caluariã deductu, arduũ foret percipere. Quanquam interim cuiuis integrum sit, Caput decimumquartum, cerebri uasis dedicandum, aut hic, aut suo, quo id reponam, loco aggredi.

r *fi. ca. 14 E. & ultima fi. λ.*
s *2, 3 fig. 12 lib. 1 g.*
t *sub 9. & uli. figu. μ. & fi. ca. 14 G, H.*
u *1, 3 fig. cap. 12 lib. 1 G.*
x *3 fi. cap. 12 lib. 1 I.*
y *Y.*
z *Z.*
a *9.*
b *e, *.*
c *e.*
d *.*
e *4 fi. cap. 12 li. 1 f, f.*
f *1 fi. lib. 7 F, F.*

VENAE AXILLARIS ET HVMERARIAE PER BRACHIVM cubitumq; & manum series. Caput VIII.

a *m & a. ult. fi. z & e.*
b *ult. figu. e nascitur quodammodo à Z;*
c *sub λ & Q. ult. figu. lib. 1.*
d *b, e, d, d.*
e *3 muscu. tab. inter P & Δ per lineam ab L ad Q.*
f *6 muscu. tab. Θ.*
g *e, e, e.*
h *f.*
i *f.*
k *2 fi. cap. 22 lib. 1 P, l g.*
m *5 musc. ta, Θ. 6 ta. Z.*
n *6 musc. tabu. Λ. 12 tab. Θ.*
o *h.*
p *t unitur cũ h ad α.*
q *q, q. ult. fig. f, f.*

VENAS a duas à caua in brachium propagari, prius relatum est, quibus una eademq; radix à iugulo extra thoracem usque extitit. Gracilior, quę ueluti ab alia crassiore b enascebatur, quòd c sub summo humero, ipsaq; adeò clauicula, in externam brachij sedem procidat, humeraria & cubiti exterior dicitur: crassior autem, amplior ve, quòd per axillam internamq; brachij sedem prorepat, axillaris interiorq; cubiti uena nuncupatur. & quanto hæc grandior ampliorq; humeraria uisitur, tanto etiam in frequentiores numero sioresq; soboles diffunditur. Humeraria namque d illos quos prędente Capite recensuimus ramos dispergens, ad posteriorem clauiculæ sedem contorquetur: ac sub summo humero, uti diximus, prorepens, e inter internum latus musculi brachium attollentis, & ualidum tendinem musculi brachium ad pectus ducentis, in brachium procedit. Dein carnea membrana sub cute suffulcitur: deorsumq; porrecta, etiam ante sectionem in omnibus euadit conspicua: nisi fortè graciliores omnino uenas homo obtineat, obesior ve sit. Porrigitur autem recto tramite per anteriorem (uersus exteriora tamen magis) brachij regionem, secundùm exterius latus f musculi cubitum flectentium anteriorís. In descensu uerò ad cubiti usque articulum, g graciles duntaxat ramos utrinque in cutem sibi proximam, anterioremq; dicti musculi sedem dispensat, qui partim rectà, partim obliquè & transuersim in cute ita prorepunt, ut interdum uersus internam brachij sedem ad axillaris uenæ h soboles in cutem digestas pertinere, cum illisq; coire uideantur, i Quando humeraria cubiti attingit articulum, iuxta k exterius humeri tuber, in tres ferè ramos tota diducitur. l Primus (quem frequentissimè, & potissimùm in hominibus, deesse conspicies) quotiescunque se offert, gracilimus uisitur: & penitiùs quàm sub cute immergens, exteriori sedi capitum m musculorum præcipuè offertur, qui quatuor digitorum secundos & tertios flectunt articulos, & interno lateri eius n musculi, qui radium in supinum mouentium longior existit. Ramus iste, mox in paucos furculos dissectus, cessat: neque, ut Galenus scribit, alicui axillaris uenæ ramo ita commiscetur, ut o præcipuũ humerariæ ramum, qui enaratione secundus erit, cum p quadam axillaris uenę propagine, in cubiti flexu sub cute uniri mox audies. Vt enim Galenum axillaris uenæ q prędipuam portionem, in alto inter musculos reconditam, minus uerè descripsisse, ex sedula refectione obseruabis: sic quoque primi huius humeriarię rami (si quando is unquam cernitur, & Natura prędter consuetum sibi artificium, à cute ad corporis penitiora, non autem ab his, utpote sedibus ad uasorum custodiam tutioribus, uersus corporis superficiem, cutemq;, uenas porrigi uoluit) serię non est assecutus, aut imaginatione illam sibi admodum inartificiosam confinxit. quanquam interim pereleganter uereq; eas Galenus enarrauerit uenas, quæ citra sectionem in nudato (uti in uenæ sectione fit) brachio, plurimùm & frequenter illi occurrerunt. Quas quum similis conuenire uidit, quàm illarum corpus humano simile sit, longa oratione inducere conatus est, nullam, nisi ante dissectionem omnibus obuiam, sibi perspectam habens differentiam: quum interim tam uarias & innumeras hactenus in ossibus, musculis, & uenis quoque proposuerim, mihiq; inde non uulgariter persuadeam, humanum corpus nunquam à Galeno fuisse aggressum. r Secundus itaque & præcipuus humerariæ ramus, eorum in quos iuxta exterius humeri tuber ea discinditur, obliquè sub cute, ad cubiti cum humero articuli flexus medium descendit: ac cum axillaris uenæ s ramo, quem postmodum commemorabo, coit: t unaq; ex ambobus ramis, humera

Humerariæ p brachium incessus.

Humerariæ series iuxta cubiti articulum.

Lib. de Venarum dissect. & potißimùm 3 libr. de Administ. sect.

r *h.*
s *t.*
t *α.*

riæ nimirum & axillaris,uena conflatur. [u] Tertius humeratię ramus, [x] musculum qui radio iuxta brachia le insertus, radij in supinum motus autor est,conscendit: paulatim deorsum prorepens,obliquus per radiũ ante medium ipsius longitudinis in externã cubiti regionem perfertur:quam ubi attigit, [y] surculos quosdam,ut & reliquo,quem hactenus confecit, ductu, in proximam sibi cutem depromit: quorum non [z] infimus esse solet,qui ab ipso educitur,quà humeraria in tres illos ramos iuxta externum humeri tuber partitur. Cæterùm tertius hic ramus sensim obliquè uersus ulnæ appendicem, brachialisq; radicem prorepens, tandem [a] alteri cuipiam inibi [b] commiscetur uenæ:hacq; adauctus, externam brachialis sedem conscendit: & in aliquot surculos, errabundo incessu sparsos, dissectus, regionem intercurrit, quæ ante paruum digitum & anularem habetur,externa etiam illorum digitorum sede soboles quasdam ab hoc ramo sibi uẽ dicante. Cuius uerò uenæ propago illa demum sit,quam tertio humerariæ ramo uniri iam scripsimus, subiungam,ubi primùm aliquot axillaris uenæ propagines absoluero: quippe à quodam axillaris ramo,sub cute per totam ulnæ longitudinem exporrecto, illius propaginis initium pendet. Axillaris itaque, [c] quum primùm axillam superat,brachiumq; subingreditur,inter musculos brachij os amplexantes delitescit, præcipuè uerò inter anteriorem sedem [d] primi cubitum extendentium,& posteriorem sedem tendinis [e] musculi, quo brachium pectori admouetur, & dein iuxta musculorum cubitum flectentium [f] posteriorem. Hęc primùm capitibus [g] musculorum,quorum ope cubitus extenditur, [h] propaginem offert, illis [i] uenulis eregionè eductam,quæ ab ipsa in glandulas hic repositas digeruntur. Post hanc,demissius axillaris ex posteriori sua sede [k] uenam ijsdem musculis dispensat, à qua mediocris etiam magnitudinis soboles in externæ brachij sedis cutem disseminantur. Ab externo latere axillaris uenæ, [l] alia notatu dignæ amplitudinis propago diffunditur,obliquè deorsum sub humero,seu brachij osse,ad [m] externum usque huius tuber descendens,ac sub [n] musculis cubitum extendentibus occultata: [o] musculorumq; capitibus, ab externo humeri tubere pronascentibus,ramulos quosdam exhibens:ac demum aliquousque semper profundè occultata,in externam cubiti sedem prorepens,simul cum [p] neruo, qui brachium petentium quartus opportunè enumerabitur.Has propagines axillaris adhuc in alto latitans edit,ipsaq; in [q] duos truncos dis scinditur,quos sanè accuratissimè examinatos uelim,non tantùm Galeni nomine, quem hæc axillaris diui fio latuit,uel quam iuxta cubitum,atque adeò in brachij extremo fieri scripsit: sed eorum quoque occasione,qui se operæprecium aliquod in Anatome arbitrãtur præstitisse,dum sectionem semel atque iterum aggressi,simul cum axillari uena humerariam porrigi,se animaduertisse scribunt, oscitanter humerariã (quæ etiam uel ante sectionem notissima esse debuit) unà cum carnea membrana à brachio auferentes, & postmodum [r] alteram axillaris uenæ partem (quam modò persequar) humerariæ loco describentes. Axillaris itaque hominis uena,non procul ab ipsius è thoracis cauitate in axillam egressu, in duos quodammodo pares discinditur truncos:quorum alter,qui ferè & crassior uisitur,toto ductu in profundo latitat, [s] arterięq; in brachium exporrectæ perpetuò attensus,eadem ferè cum ea distributionis serie digeritur, simul etiam [t] neruo brachium adeuntium tertio concomitatus.Inter [u] duos enim cubitum flectentes musculos, deorsum ad mediam sedem flexus articuli cubiti porrigitur, illis musculis, & dein membranis, quibus nerui induuntur,ramulos spargens.Quando autem cubiti articulum superauit, atque inter musculos digitorum flexus autores ferri incipit,in [x] duos dirimitur ramos,qui modicè ab inuicẽ recedentes, ac musculos quos perreptant surculis implicantes,unà cum tendinibus internam manus sedem petunt, qui per [y] ligamentum,in interna brachialis regione anuli modo conspicuum,porriguntur.Rami inibi in alias soboles partiti,sub [z] tendine feruntur,qui latescens,uolæ cuti subnascitur:atque hinc ita in internam digitorum sedẽ digeruntur,ut binæ soboles pollici,& totidem indici,& una medio offerantur, à ramo qui secundum radiũ per cubitum porrigitur.Ab illo autem,qui ulnæ attenditur,binæ soboles anulari & minimo, & una medio exhibentur:ab illoq; ramo surculus [a] musculos adit,externam uolæ sedem occupantes. atque ita ab altero etiam ramo surculus in [b] musculos penitiùs pertinet, qui primo pollicis ossi connascuntur. [c] Alter axillaris truncus sensim ex alto ad internæ brachij sedis cutẽ emergit, uersus humeri [d] interius tuber properans,ac ante sectionem sub media brachij longitudinis sede,non minus quàm humeralis supra cubitum, conspicuus.Vbi autem interiori humeri tuberi ferè incumbit, ad elatiorem eius tuberis sedem, in [e] duas magnitudine propemodum æquales partitur uenas: quarum anterior cuti substrata (quemadmodum & omnes præsentis trunci soboles) obliquè deorsum ad mediam cubiti articuli flexus sedem repit, ac cum [f] secundo humerariæ ramo ad humiliorem mediamq; flexus illius sedem coit, [g] unaq; inibi ex ambabus consurgit uena,quam communem,quia ex axillari & humeraria constituitur,meritò appellamus. uulgus tamen medianam uocat:etiamsi Græci,& Latinorum præcipui, [h] ramos qui hanc communem efformant, medias,ut & obliquas,nuncupauerint.uerùm interim Galenus in primo libro de Curãdi methodo ad Glauconem,mediam uidetur appellare,quam aliàs communem uocitat. [i] Posterior uena illius axillaris trunci iuxta interius humeri tuber bipartitionis,frequentes ramos deriuat inferioris cubiti sedis cuti, & interioris itidem exteriorisq; sedis humiliorum,ac secundùm ulnam sitarum regionum cuti. Ramorum per has sedes excurrentium, [k] unus primarius,secundùm ulnæ inferiorem sedem, ad exteriora tamen magis declinans,uersus brachiale porrigitur,& ipsius soboles cum humerariæ [l] ramo illuc contendente [m] coit:consurgensq; ex ramo hoc & sobole illa propago,perinde ac prius enarratum est,in externam manus sedem dirigitur.Interdum autem illo humerariæ ramo deficiente,ea axillaris uenæ soboles abundè eius rami uices in manu gerit. Rursus ramorum [n] posterioris illius uenæ trunci axillaris, qui sub cute consisti[o], [o] alius haud negligendus cutem adit,qua posterior cubiti articuli sedes induitur:quanquam is in externam cubiti sedem non admodum procul perreptet.Insuper [p] alij etiam rami notatu digni, ab hac posteriori uena

in

Axillaris in brachio consistentis series.

Lib. 3 de Administ. sect.

Præcipua axillaris in duos troncos distributio.

Axillaris uenæ portionis cutem subeuntis series.

Communis uenæ constitutio.

u *i.*
x *6 musc. tab. Λ. 12*
y *tab. Θ.*
z *superius k.*
a *x, x.*
b *l.*
c *f.*
d *1, 12 musc. seu. tab. T.*
e *3 ta. Δ.*
f *8 tab T.*
g *11 tab. Θ, f.*
h *n.*
i *inter P et R.*
k *o.*
l *q.*
m *2 fi. ca. 23 lib. 1 P.*
n *9 musc. tab. T, S.*
o *eiusdẽ ta. T, Z, Θ, Λ.*
p *2, 3 fig. cap. 11 lib. 4 Φ.*
q *in q & r.*
r *q, q. & ult. fig. f. f.*
s *fig. cap. 12 N.*
t *2 fi. cap. 11 li. 47.*
u *6 musc. ta. inter Θ & r, r.*
x *Pete hæc ex arteria serie.*
y *4 musc. tab. θ.*
z *4 ta. tendo musculi Π.*
a *4 musc. tab. n. Z.*
b *6 musc. tab. κ, λ. 7 tabu. charact. 1, 2, 3 11 tab. s.*
c *r.*
d *1. 2 fig. cap. 23 lib. 1 S.*
e *t, u, ac t anteriorẽ notat.*
f *h.*
g *a.*
h *t, h.*
i *u.*
k *x, x.*
l *i.*
m *l.*
n *u.*
o *y.*
p *inferius*

in internæ cubiti ſedis cutem digeruntur,qui uario & admodum incerto implexu, modò inuicem permi-
q κ,ν. ſcentur & coeunt,modò iterum mutuò abducuntur,ſurculos à primario illo q ramo,quem ulnæ exporrigi
dicebam,aſſumentes,aliosq; rurſus illi ſurculos impartientes. His ſurculis & propagínibus in eum modũ,
r ſuperius per cubiti interiora reptantibus, r alia frequentiſimè accedit non contemnenda, quam axillaris uenæ s
s ramus,communem uenam cum humerariæ ramo efformans,ab humiliori ſede & ex medio progreſſu emit
t t. tit.Hæc interdum rectà,interdum uerò errabundo ductu ad brachiale contendit, alijsq; huius ſedis propa-
ginibus commiſcetur:quæ adeò graciles ſunt,uarieq; inuicem implicantur, ut interna cubiti regio non mi
nus frequenter quàm tibiæ uenter,ſeu ſura,uaricibus moleſtetur, hicq; quidpiam retis imagini non abſimi
le commonſtret.Propagines hæ neutiquam ad brachiale terminantur:ſed partim obliquè, partim rectà,
partim uerò tranſuerſim,& modò inuicem commixtæ,modò rurſus diremptæ, totam manus internam cu-
tem perreptant,ipſi cuti paſsim connatæ.Porrò harum propagínum,quæ pollicis radicem, ſeu Veneris, aut
t ſ. ut alijs uiſum eſt,Martis collem accedunt,priuatim id ſibi uendicant, quòd ipſis t ramus ab illis uenis u
u φ. permiſcetur,quas à communi uena in externam pollicis regionem diffundi, iam dicturus ſum. x Commu *Communis*
x α. nis enim uena ilico atque è y duabus illis axillaris & humerariæ propagínibus conflatur, obliquè deorſum *uenæ ſeries.*
y ι,η. ducitur,ad elatiorem cubiti ſedem paulatim contendens,quouſque radium paulo ultra ipſius longitudinis
medium tranſcendat hinc inde:neque id eodem ſemper modo,in progreſſu ramulos diffundens, & nonnũ-
quam à propagínibus,internam cubiti ſedem ſub cute perreptantibus,alios,qui cum ipſa coeunt, aſſumẽs,
z β. donec tandem in externam cubiti ſedem pertingat.Vbi itaque communis uena eam ſedem attingit, z ſu
a γ,δ. pra radium nonnihil ante illius cum brachiali articulum,in a duos ramos diſcinditur, ſectionemq; oſten-
b γ. dit,quam non inopportunè Græcorum γ,aut Y,aut Λ, non autem Γ aſsimilaueris. b Alter iſtius ſectionis
c δ. ramus,qui elatior eſt, c portiunculam ad internam brachialis ſedem,uerſus pollicis radicem diſpẽſat,quæ
d φ. dictis nuper hanc ſedem perreptantibus ſurculis d commiſcetur. Quod uerò elatioris rami reliquum eſt,
exteriùs inter pollicem & indicẽ ſurſum repit:atq; hic in uarias ſoboles, inuicẽ nũc unitas nũc autẽ rur ſus
e ι. ſeiũctas, diſpergitur. e Alter ramus,qui inferius γ aut Y caput cõſtituit,indicis & medij,& aliquouſq; anu
laris ſedem petens,in uarias quoque ſoboles exhauritur.Quippe hæc uenarum in manus cutem ſeries adeò *Variã manus cutem implicantium uenarum eſſe ſeriem.*
uaria eſt,pugnansq;,ut hanc explicare prorſus arduum ſit,præſertim quum inter quàmplurimos homines,
uix duos æquali correſpondentiq; uenarum in ramos diſtributione inuenias.Adde, eiuſdem hominis dex-
tram ſiniſtræ rarò admodum congruere.Operæprecium itaque fuerit, uenarum in manum propagines nõ
hinc,ſed ex ſectione,& ante conſectionem,in brachijs uinculo interceptis,quum uenam diuidimus, con-
diſcere:atque ad amuſsim expendere,quàm in uenarum ſectionibus noſtri,ſi dijs placet, Aeſculapij hallu-
cinentur,qui grauiter num humeraria,aut communis,aut axillaris in manu diuidenda ſit,ridiculè conten-
dentes,humerariam ſeſe aperire exiſtimant,quoties uenam inter pollicem & indicis radicem aperiunt: &
axillarem,ſi uenam ad anularem & minimum digitos exporrectam incidunt.Ad hæc, quis non conſpicit,
f ι. ipſos in cubito propemodum nullam,præter axillaris uenæ f ramum, ad communem uenam exporrectũ,
diuidere?utcunque etiam ante uenarum ſectionem (quod ſanè abſonum eſt,& parũ anatomicum) de ape-
rienda uena non ſecus contendant,quàm ſi peculiaris quæpiam uena,à ſingulis partibus, quas inflammatio
g α et ϰ in ultima fig. ab uno pendent trunco. ne,aut aliter affectas ſuſpicantur,in brachium duceretur,& non,uti nos docuimus,ab g uno trunco,ex ma
gna cauæ uenæ in iugulo partitione educto,omnes quas hoc Capite deſcripſimus uenæ pullulent. Quan-
quam ridiculæ huic uulgi medicorum opinioni,Hippocratis,aut eius qui libros de Morbis conſcripſit auto
ritas ſatis congruat,qua hepatitis & ſplenitis ipſi uocatarum uenarum ductus & ſeries, imaginatione tantũ
traditur:& fortè qua nos de uenæ ſectione perpetuò diſceptantes,tantopere deuexamus, rectitudinis fun-
damentum iacitur.Cæterùm ut in manus cute (ne fortè aliò quàm ad humani corporis fabricam lubens *Venarum ſeriem crebrò uariare.*
noſtra expacietur oratio) etiam in eodem homine uenarum diſtributio uariat,pari quoque ratione & in cu
h b,ι ad α. bito ſubinde diuerſam uenarum propagationem uidere eſt.Interdum enim h duarum mediarum ad com
munis uenæ generationem concurſus non in cubiti fit flexu,ſed multo humiliùs,non procul à medio lon-
gitudinis cubiti.Aliquando humerariæ ramus,communem accedens,occultatur, axillaris ramo uiſum non
fugiente.nonnunquam rurſus contraria eſt ratio.Contingit etiam non ſemel, axillaris ramum, qui ad cõ-
munem fertur,humerariæ ramo longè aut graciliorem,aut ampliorem eſſe:& interdum hunc, aut illum ge
minum uideri.Quandoque (& id non infrequenter) i tertius humerariæ ramus, externam cubiti ſedem
i i. accedens,omnino deeſt,ipſius uicem ramulis tunc ſupplentibus,qui à k communi uena in cutem excur-
k α. runt,ac ſubinde etiam axillaris l ramo,qui toti ulnæ longitudini exporrigitur. Ne uerò hanc orationis ſe
l κ,ν. riem barbaris nominibus implerem,ac alioquin ſatis obſcuram,difficiliorem redderem, in uenæ cauæ de-
lineationis characterum indice,eiuſmodi nominum ratio mihi fuit inſtituta.

VENAE CAVAE PORTIONIS AD PARTES INFRA SEPTVM transuerſum locatas diſtributæ ſeries. Caput IX.

a ζ. & 20 fi. lib. 5 Q. 22 figu. g. 25 P.
b ν. & 20 fig. lib. 5 X ad V.

SIMVLATQVE uena caua ſecundùm poſteriorem iecoris ſedem deorſum a prorepens,non amplius iecori connaſcitur,nonnihil obliqua ex dextris quodammodo corporis partibus introrſum,ad medium dorſi fertur,ilico b ramum non admodum grandem ex ſiniſtro latere promens,qui potiſsimùm numeroſa uenularum ſerie in pinguem membraneamq; ſiniſtri renis tunicã digeritur,quæ à peritonæo pronata, renem inueſtit, eundemq; dorſo alligatũ continet.Hic ramus infrequenter ex dextro cauæ caudicis latere, uenam *Ad renis in uolucrum uenã.*

uenam congiugem adipiſcitur: quòd [c] uena dextri renis pinguem tunicam, conterminasq́;ipſi pertionæ ſedes accedens,non à cauæ caudice principium ducat,ſed ab elatiori regione [d] eius uenæ,qua dextro reni

Ad renis corpus uenæ.

ſeroſum ſanguinem deferri audies. Caua enim,ubi iam mediæ uertebrarum ſedi innititur, ab utroq;latere [e] ampliſsimam propaginem in renes diſtribuit, dextram quidem propaginem dextro reni, ſiniſtram autem ſiniſtro tranſuerſim deriuans. Atq; ut ſitus renum uarius eſt, ita quoq;harum propaginum exortus è directo ſibi neutiquam correſpondet. Quando enim dexter ren(uti plerunque accidit)ſiniſtro elatiùs locatur,dextri lateris propago altiùs quàm ſiniſtri renis, principium ducit: ſi uerò ſiniſter ren dextro ſuperior ſit, propago quoq; in ipſum repens,elatiùs quàm dextra propago, à cauæ caudice exoritur. Atque tunc etiam uena ſiniſtri renis,pinguem implicans tunicam, ex medio huius propaginis ductu originem ſumit, ea quæ dextri renis offertur tunicæ,à dextro cauæ uenæ latere initium mutuante. Hæ itaque propagines, ſeroſum ſanguinem ad renes,ut illum excolent,ac ab urina liberent,deferentes, ob idq; emulgentes uulgò dictæ,admodum craſſæ ſunt:ac quamprimùm concauam renum ſedem contingunt, hominibus in [f] duos ramos partiuntur:ac dein in renum ſubſtantiam,mirabili quodam artificio,hactenus nemini Anatomicorum cognito,digeruntur.Quod nam uerò id ſit,in quinto libro perſtringam,unà quoque rationem additurus,cur harum propaginum ortus nunquam è directo ſibi reſpondeat.Cæteràm priuatim ab humiliori ſe-


Seminaliũ uenarum in uiris ſeries.

de g propaginis ſiniſtrum renem petentis,iuxta ductus ipſius ferè medium, [h] uena pronaſcitur,in uiris ad ſiniſtrum teſtem tota excurrens:præterquàm quòd graciles [i] exiguosq́; ſurculos in peritonæum, quà porrigitur,ac in membranas tunicas ve,ſiniſtrum teſtem & ſeminaria ipſius uaſa ambientes,producat.Hæc enim uena peritonæo,quà id lumborum [k] carnibus inſternitur,adnata, deorſum ſuper pubis os incedit. quod quum ſuperauit,atque ex magna peritonæi cauitate elabitur,in [l] uarios anfractus gyrosq́; conuolui tur:quorum baſis ſuperiori teſtis ſedi connata,ramulos in tunicam, teſtis ſubſtãtiam proximè continentem,digerit,& alijs frequentioribus ramis in teſtis ſubſtantiam paſsim diſſeminatur: quemadmodum quintus liber, ubi generationis organa perſequar,diffuſiùs docebit. Vena hæc, ſiniſtrum teſtem accedens, aliquando propaginem à cauæ caudice, ſub uenæ ad ſiniſtrum renem exporrectæ,principio enatum aſciſcit: quæ non procul ab exortu ſiniſtrorſum deſcendens, cum reliqua teſtem petente coit,unaq́; ſeminalis uena ex amba bus conſurgit. [m] Vena autem dextrum accedẽs teſtem,non à [n] uena in eius lateris renem protẽſa,originem ſumit: at à cauæ caudice, aliquanto inferiùs quàm uenæ renibus oblatæ, principium ducunt.Huius ſeminalis uenæ exortus, non ut reliquarum ferè propaginum, in cauæ conſiſtit latere:uerùm ex ipſius eminentiori anteriori ve ſede,uerſus dextrum latus nonnihil, extuberanti ac ueluti rotunda origine enaſcitur. Præſenti uenæ ramulum quoq; ex ea quæ in dextrum renem procurrit,acceſsiſſe,ac ſimul cũ ea coiuiſſe, Galenus ſibi ſemel obſeruatum teſtatur. Et nos quoque to tam dextri teſtis uenam,à uena quæ reni offertur pronatam,ſemel uidimus.In mulieribus alia [o] harum teſtes adeuntium uenarum eſt diſtributio.quamuis enim illis par cum uirorum uenis ſit exortus, ipſæ tamen ex magna peritonæi cauitate haud elabuntur,neque ad pubis oſſa pertingunt: uerùm ad mulierum [p] teſtes, [q] pinguibus membranis ſuffultæ porriguntur,non uniuerſæ in ſeminaria naſa ceſſantes, aut totæ in teſtes exhauſtæ.Nam priuſquam ad teſtes deueniunt,utriuſque lateris [r] uena bipartitur:ac [s] una portio, uenæ uirorum teſti implicitæ modo,ſeminarium uas efficitur. [t] Altera uerò, membranis quoque pinguibus intertexta,in uteri latera digeritur,elatiorem ipſius fundi ſedem potiſsimùm implicans. Præter commemoratas propagines,caua,ubi lumborum uertebris,ac magnæ [u] arteriæ colligatur, ab ipſius inferiori ſede,quæ uertebras ſpectat, [x] uenas geniculatim diffundit,per [y] foramina, neruis in uertebrarum lateribus exculpta,ad dorſalem medullam digeſtas,& ramos dein à ſe ſpargentes in muſculos uertebris adnatos,à quibus rurſus aliæ ſoboles in abdominis muſculos orbiculatim ad abdominis uſque latera conſcendunt,& illis quas perreptant ſedibus alimentum elargiuntur. [z] Quum primùm uerò caua ad ſacri oſsis uſque [a] ſummum deſcendit, [b] atque iam magnæ arteriæ (quæ ipſi prius ad ſiniſtrum ſubijciebatur) tanquam digniori organo cedens,ipſi arteriæ ſe ſubſternit,in duos æquales partitur truncos: quorum hic dextro cruri,ille ſiniſtro (ubi eas quas modò dicam deprompſere ſoboles) offeruntur. [c] Siniſter enim truncus,perinde ac dexter quoque,ſtatim in ipſa partitione,aut potius ubi caua in duos truncos ſupra os ſacrũ diuiditur,ab exteriori ipſius latere [d] uenam promit maiorem ijs quas ad lumborum uertebras, & abdominis muſculos,& alios ibidem dorſo connexos,diſſeminari diximus. Vena hæc etiam interdum altius ac ante cauæ ſupra os ſacrum partitionem,principium ducens, tranſuerſim lumborum [e] carnibus inſternitur,ipſis & peritonæo abdominisq́; muſculis ramulos diſpergens,& in canibus multo quàm in hominibus manifeſtior.

Caua rami lumborum uertebris carnibusq́; oblati.

Qui caua arteriæ magnæ ſupra ſacri oſsis initiũ ſubijciatur, ipſiusq́; hic ſeries.

Quoniam in nuda integraq́; caux uenæ figura, uenarum ad renes, eorundemq́; pinguẽ tunicam pertinentium,ac dein ſeminalium uenarum originem, ita atq; frequentiùs ſecantibus occurrit, expreſsimus: præſenti figura quandam differentiam, quæ hic deſcribitur, pingere uiſum eſt.Notet itaque A, A, α, πβ, τκ, λ, μ, ξ, Ξ, ο, & π, idem quod in nuda cauæ figura. B uerò ramum,à cauæ caudice ad ſiniſtri lateris ſeminalem uenam porrectum, ac cum ipſa coeuntem. C ramulum ſignificet, à uena pronatum, quæ dextro reni offertur,atque is ramus dextræ ſeminali uenæ commiſcetur.



Lib.de Venarum ſectione. Mulieris ſeminalium uenarum ſeries.

c x.& 20 fig.li. 5 Y.
d β.
e β.et 26 fig.lib.5 a, b. 22 23 figur.m,n.
f Spectaid in 20, 22, 23, 25 fig. lib.5 in renum caus. g ι.
h λ.λ.
i 20 fi. li. 5 g ab eo de etiã, uti & ex 22, 23 figurit. huius uenæ ſeriẽ petes.
k 8 muſc. tab. Θ, Ξ.
l γ aut ſpecta 22, 23 fi.li.5 δ ad ε.aut 23 fi. N.O. ac de in Q & T.
m μ, μ.ex 20 fi.lib.5 f. et 22,23 fig.u,x.
n θ.
o 25 fi.li. 5 z,d.
p 25 fi.li. 5 r.
q In 26 fi. lib. 5 hæ cũ uaſis ſpectantur.
r 5 li. fig. 26 G.
s eiuſdem fig.I.et 25 fig. ab ο ad p.
t earundẽ fig.H, n. u 22, 23 fi.lib.5 h. x ξ.
y fig. cap. 14 li. 1 Q.
z ο.
a fi.ca. 14 lib. 1 charact. 25, aut G.
b Oſtendũt id 20, 22, 23, 25 fig. lib. 5.
c ρ, ς.
d ϖ.
e 8 muſc. tab. Ξ, Θ.

manifestior. Posteaquam sinister truncus hanc deriuauit uenam, obliquè deorsum uersus exteriora fertur, figuram cum dextri lateris trunco Λ literæ, aut Y in hunc modum ⅄ inuersi non absimilem constituens, & aliquot [f] furculos superioribus sacri ossis foraminibus offerens. Deinde mox in progressu in [g] duos impares ramos finditur: interior namque gracilior est exteriore. ac mox duas edit propagines, quarum alteram [h] interiorem, alteram [i] exteriorem, manifestioris doctrinæ gratia appellare consueui. Exterior itaque propago tota quodammodo [k] inter sacrum & coxendicis os, quà [l] maximus neruorum crus petentium ducitur, in exteriora transuersum prorepit, & numerosa ramorum serie in omnes musculos, ab ilium ossis e terna sede pronatos, fémorisq; motibus famulantes, dispensatur, furculos etiam deorsum in musculos diffundens, qui ab inferiori coxendicis ossis sede principium ducunt: atque ita articuli coxendicis ossis cum femore posterior sedes, & clunium cutis, ab exteriori hac propagine uenas mutuantur. [m] Interior autem propago ab interiori ipsius latere exiguas soboles sacri ossis quoque foraminibus dispensat: [n] & alias his maiores, in recti intestini [o] musculos, cutéq; ani digerit, quæ fęculētum sanguinem hàc expurgant, si quando is per uenam cauam huc decumbat, eodemq; colligatur. Deinceps hęc interior propago notatu dignum diffundit [p] ramum, qui in uiris dextrum uesicæ latus amplectitur: & in plures scissus furculos, uesicæ cerui cē seu penem adit, in eumq; numerose digeritur, ea semper serie, ut ceruici uesicæ crassiores amplioresq; furculi, quàm ipsius fundo, exporrigantur. In mulieribus uerò [q] præsens ramus, ab interna diductus propagine, pingui membrana suffulcitur: ac quibusdam furculis uesicam quidem adit, uerùm frequentioribus inferiorem fundi uteri sedem intercurrit, ramulos quoq; spectabiles in uteri ceruicem dispergens, per quos uirginibus mēstruas purgationes defluere, hactenus medici sunt arbitrati, hymenē in puellis corpus quoddam sibi confingentes, non peruium, & obstans, quo minus quicquam ex uteri fundo per ipsius ceruicem defluere possit. ac proinde colligunt, sanguinem illum oportere per uenas manare, sub hymene uersus ceruicis uteri os, pudendum ve spectantes: qui alioquin iam mulieribus, ac ex coitu, alio ve petulanti affrictu, lacerum abolitum ve hymenem obtinētibus, ab uteri fundo, aut ueuis hymene superioribus distillaret. Verùm si medicis hymenis fabrica, natura ve, quam quinto libro cum uteri descriptione meritò pertractabimus, cognita esset, neutiquam alias uenas uirginibus, quàm mulieribus sanguinem menstruum emittere contenderent: quum hymen carneam membranam transuersim in uteri ceruice repositam referens, oblonga sectione ita sit peruius, ut sanguinem illum facilè transmittat: perinde ac album illud profluuium, inuoluntario seminis fluxui non absimile, quod etiam admodum puellis nonnunquam obuenire Aristoteles uerisimè docuit. Cæterùm ut medici hymenis constructionem non sunt assecuti, ita quoque Arabum nonnulli parum rectè, scripserunt, quinque numero uenulas in medium longitudinis uteri ceruicis diffundi, & dextrarum uenarum ora cum siniſtrarum oris conniuere, committiq;, ac ab illis puellarum hymenem constitui, quam uenarum huc pertinentium copiam, centonem nuncupant. Quod uerò [r] interioris rami siniſtri trunci eius supra os sacrum factæ diuisionis adhuc post [s] duas iam ipsius commemoratas propagines reliquum est, ad pubis os contendit, & [t] ab externo ramo trunci uenæ cauæ sobolem assumit, quæ cum eo interioris rami reliquo congressa, unam cum ipso [u] uenam efformat, quæ primùm peritonæum, ac dein [x] decimum femur mouentium perforat musculum: & ossis pubis [y] foramen permeans, [z] proprium sinum in elatiori eius foraminis sede sibi uendicat, quo simul cum sua coniuge [a] arteria, ac item [b] neruo fertur: ac foraminis eius [c] membranam, & [d] nonum femur mouentium musculum transiens, illis quos perreptat musculis ramos porrigit. Quando autem in crus pertendit, in elatiorem [e] secundi tibiam mouentium musculi sedem, & in [f] quinti femur mouentium musculi partem, à pubis osse pronatam, ac postmodum in [g] octauum femur agentium, & penis [h] musculos, ramis nonnullis diffunditur, à quibus [i] furculi nimis quàm exiles in femoris internæ sedis cutem in inguinum regione prodeunt. Præter hos ramos, [k] unus etiam articulū coxendicis accedit, proprio [l] sinu coxendicis ossis acetabulū priuatim subiēs. Et utcunque multifariā hæc in crus prolabens uena digeritur, modicè tamē medium longitudinis femoris superat: & interdū præcipuus ipsius ramus quinto femur mouenti musculo dispensatus, propagini [m] commiscetur, [n] quæ huc pertinet, à maiori uena in crus deducta. [o] Exterior uenæ cauæ diuisionis supra os sacrū factę trunci ramus, quū obliquè crus accedit, priusquā peritonæū perforat, ab elatiori ipsius sede [p] uenā mediocris magnitudinis expromit, quæ sursum ad abdominis anteriora per peritonæū ducta, ipsi ramulos quosdam utrobiq; cōmunicat. Vbi hęc ad istū modū peritonæo connexa, ad rectū abdominis musculū [q] cōscendit, peritonæum permeans, in internam posteriorem ve recti abdominis musculi sedem inseritur, & utrinque uarias soboles in transuersum abdominis musculum, & ipsi incumbentes obliquos, reliquasq; proximas sedes distribuit, recto tramite sursum sub recto musculo protensus. [r] Vbi uerò ad abdominis medium paulo supra umbilici regionē prorepsit, ipsius extremum in plures furculos disseminatur, qui ramulos spectant, quos à [s] uena sub pectoris osse ab elatiori thoracis sede delata, diffundi commemorauimus. Huius uenæ interuentu, mamillis cum utero communionem consortiumq; existere uulgò creditur. eius quippe beneficio, ex mamillarum uenis in uterum, quum fœtus enutritur, sanguinis retractionem: quum autem mulier lactat, ex uteri uenis in mamillarum uenas menstrui sanguinis reuulsionem perfici, medicis pariter concessum est omnibus. Quid uerò me, cur minus in eam sententiam totus descendam, remoretur, in mamillarum & uteri historia explicabo. Vena interim ab imo sursum conscendens, [t] non ita procul ab uteri uenis originem ducit: & [u] alteram uenam in ortu quasi coniugem sortitur, ad pudendum excurrentem. [x] Exterior enim uenæ cauæ siniſtri trunci, quem nunc describimus, ramus, quando supra coxendicis os in femur procidens, peritonæum transit, ab interiori ipsius regione aliam promit uenam, quæ ad ossium pubis medium, quà inuicem [y] cartilaginis interuentu hæc uniuntur, accedens, uiris in penis [z] inuolucrum & scortum,

Venæ, è quibus falsò uirginibus menstruæ purgationes manare creduntur.

Vena per pubis ossis foramen femur petēs.

Inferiori abdominis sedi exporrecta uena.

[f] 9.
[g] *interior*
[i] *exterior notatur.*
[h] υ.
[i] τ.
[k] *inter* M & π 3 *ultimarū fig. lib.* 1.
[l] 10 *musc. tab.* ζ. 2 *fi. ca.* 13 *li.* 4. *chara.* 71.
[m] υ.
[n] ϕ.
[o] *fig. cap.* 51 *li.* 2 B, C, E.
[p] χ.
[q] 25 *fi. li.* 5.
[r] ρ.
[s] 7. υ.
[t] à 5 *oritur* ω.
[u] ει.
[x] 16 *musc.* 12. F, G, H.
[y] 1, 2, 3 *fi. cap.* 29 *lib.* 1 r.
[z] *earundem figu.* 5. 2 *fig. cap.* 12 5.
[a] 2 *fi. cap.* 11 *lib.* 4. *chara.* 66.
[b] 14 *musc. tab.* b.
[c] 8 *musc. tab.* Ψ. ω
[d] 16 *tab.* Δ.
[e] 8 *ta.* Φ, e.
[f] 8 *ta.* Σ, 1, 2 *fig. cap.* 49 *lib.* 2 HK.
[g] ν.
[h] *ad regionem* ει.
[i] 1, 2 *fi. c.* 29 *lib.* 1 h.
[k] *ad* χ. *chara.* 2, 5.
[l] Γ.
[m] 6 *musc. tab.* e *ad* f.
[n] M.
[o] L.
[p] Γ *nō procul à* χ, *aut* 25 *fi. lib.* 4 *non procul ab* y.
[q] Δ.
[r] 5.
[s] *ult. fig. lib.* 15.
[t] 20 *fi. li.* 5 r *f.*

scortum, mulieribus autem in pudendi colliculos, & in [a] coriaceas caruncul as (quas νυμφὰς uocant) uicinas quę; sedes numerosa ramorum serie digeritur. Porrò reliquum [b] rami illius sinistri trunci, quod in crus copiosa propaginum serie digeritur, peculiari nunc Capite prosequemur, illo uniuersam cauæ uenæ distributionem absoluturi.

a 25 fi. li. 5 e.
b 1.

VENAE CAVAE SOBOLES IN CRVS DIGESTAE. Caput X.

Quot uenarum radices femur petant.

PRAETER cauæ [a] propaginem, secundùm posteriorem coxendicis ossis sedem, in femur aliquousque propagatam, ad crus duę descendunt uenæ: [b] una quidem gracilior, quam per pubis ossis foramen ad quosdam interiora femoris amplexantes musculos per repentem, ad medium longitudinis femoris [c] cessare, iam antea narrauimus. [d] Altera uerò crassior, cæterarumq; uenarum in crus excurrentium caudex, ab [e] externo ramo alterius trunci uenæ cauæ supra os sacrum factę partitionis pendet: & simulatque è peritonæo elabitur, per [f] superiorem coxendicis ossis regionem, ad internum latus [g] sedis, qua sextus & septimus femur mouentium [h] musculi descendunt, in inguina fertur, anterioremq; (uersus interiora tamen magis) femoris regionem subit: & nullo occultata musculo, [i] sinui cauitati ve insidet, quæ in inguine efficitur, à [k] longo gracilique; musculo, tibiam mouentium primo, & [l] octauo femoris motuum autore. Vena itaque huic cauitati incumbens, in plures ramos discinditur: atque quo iniurijs minus redderetur obnoxia, primis suis distributionibus Natura [m] frequentes glandulas (uti in axillis, ac sub auribus) hic circumposuit, quæ firmam stabilemq; uenæ propagationem redderent, & quam diximus cauitatem cum uena simul, & [n] arteria, [o] neruoq; hac descendentibus opplerent, propugnaculumq; quoddam his uasis efficerentur. [p] Prima huius uenæ propago insignis est, ac ab interiori ipsius latere principium ducens, ad cutem femoris interiora inuestientem properat, & hãc deorsum per genu interiora, & hinc rursus per internam tibiæ regionem uersus [q] malleolum interiorem sub cute exporrigitur: ac demum in pedis superiora descendens, uariè inibi digeritur, alijs huc pertinentibus uenarum surculis commixta. Hæc propago, quà interiori exporrigitur malleolo, uniuersim non eundem seruat ductum. quandoquidem nonnunquam ab interna tibiæ sede, secundùm anteriorem malleoli regionem, ad pedis superiora [r] excurrit: aliquando uerò (sed rariùs) sub malleolo contorquetur, illàc pedis superiora conscendens. Deinde in ramorum ad pedis digitos & supra pedion serie plurimum uariat. [s] aliquando enim alijs quibusdam ramis hic commixta, ad minimum digitum, ipsiq; proximum præcipuè deducitur, aliquando uersus pollicem & indicem excurrit. Breuiter, in eodem homine uix parem unquam reperias huius propaginis ramorum in utrisque pedibus seriem. Rami quoque, quos in descensu profert, rarissimè inuicẽ aut numero, aut amplitudine correspõdent: siquidem inordinatè ad cutem permeant. utplurimùm tamen in superiorem internæ femoris regionis cutem, non procul à suo ortu, utrobique unam emittit sobolem. ac [t] interior quidem, femoris interiora & inguina, ipsumq; quasi perinæum seu interfœmineum accedit: [u] exterior autem, quæ & crassior est, femoris anteriora & exteriora sub cute perreptans, similiter ac interior, in surculos quosdam cessat. Quum [x] grandis hæc propago ad medium femoris longitudinis quasi deuenit, notatu dignos ramos hic etiam in cutem dispergit, & inter cæteros [y] unum [z] gracili longoq; musculo porrigit, quem tibiam mouentium primum recensuimus. Cæterùm quando ad genu articulum, uelut ad posteriora orbiculatim ea propago non nihil conuoluitur, [a] duas quoque emittit soboles, mutuò quidem mole pares, sed exiguas una in anterioris genu sedis cutem secundùm patellam dispergitur: altera interioris genu sedis, uersus genu flexum, cutem accedit. Hæc posterior soboles aliquando penitus deest, aliquando impense gracilis reperitur: tunc scilicet, cum [b] propria genu flexus cutem accedens uena solito amplior uisitur. [c] Ad inrerioris sedis tibiæ cutem, à magna hac propagine, & antrorsum & retrorsum ramuli diffundũtur, qui impari numero sparsi, rursus cum proximis uenis uariè coeunt, inuicemq; rursus dirimũtur. Præter istam propaginem, maxima crus subiens uena, eregionè illius [d] aliam promit, quę extrorsum ducta, in anterioré articuli coxendicis cutem, & eius sedis musculos quoque distribuitur. Postquam uerò maxima uena has edidit propagines, penitiùs inter musculos femoris os amplexantes immergitur, & [e] insignem ramum [f] septimo & [g] nono tibiam mouentibus musculis communicat, à quo etiam tenues surculi in cutem deriuãtur. Deinceps [h] aliũ magis in profundum distribuit ramum, nunc commemorato ampliorem, qui per [i] quintum femur mouentium musculum digeritur, sobolesq; in [k] octauum tibiæ motuum autorem dispensat. Ab hoc etiam ramo plures uenarum surculi in uniuersos propemodum hic femoris os ambientes musculos propagantur: inter cæteros autem præcipuus finem eius [l] uenæ, quam per pubis ossis foramen in femur delabi dictum est, ad se [m] assumit: eoq; adauctus, deorsum magis ad genu usq; quodãmodo, inter musculos occultatus, descendit. Cæterùm maxima uena sensim ad femoris os uersus posteriora contorta, ramulos oppidò quàm exiles [n] grandioribus femur petentibus neruis offert, qui in membranas neruis obductas digeruntur. Dein [o] aliam emittit propaginem, quæ in posteriorem femoris cutem excurrens, surculos etiam sursum cutem subeuntes deriuat. Huic propagini frequenter à [p] ramo, quem in quintum femur mouentium musculum dispensari diximus, soboles quædam accedit, quæ unà cum ipsa commiscetur: & uena ex duabus confluens, sicuti relatum est, cutem adit. Crebriùs tamen [q] duæ à grandi cruris uena enascuntur propagines, una humilior altera, & ex posteriori magis sede, quàm ex latere enata. Hæ in progressu inuicem unitæ, eam constituunt uenam, quæ hic in cutem promitur: ac ubi [r] ramulos sursum in posteriorem femoris cutem germinauit, recto tramite deorsum per mediam flexus genu sedem, seu poplitem, ad surę cutem [s] descendit, ipsi [t] numerosam

Maioris femoris uenæ series.

a 1 tab. 6.
b 1 tab. m.
c ad χ.
d truncus inter Θ & Ω.
e 5.
f 1, 2, 3 fi. cap. 29 lib. 1 V.
g eundi fig. T.
h 8 musc. ta. Θ, Λ.
i 1 musc. tab. l.
k 1 tab. 6.
l 1 tab. m.
m 1 ta. l.
n fig. cap. 12 Φ.
o 2 fi. ca. 11 lib. 4 chara. 60.
p Θ.
q ultima rum fi. lib. 1 Φ.
r Ψ.
s Inuenit & hic quę que continuò figurã 6 cap. prepositam & ultimam inspicere.
t Λ.
u Ξ.
x Θ.
y Π.
z 3 musc. tab. Σ.
a Σ.
b char. 6.
c Φ ad Ψ usque.
d Ω.
e char. 1.
f 1 musc. tab r.
g 1 tab. s.
h char. 2.
i 8 musc. tab. Φ, c. 22 tabu. Ξ, Σ, Π.
k 8 ta. Σ.
l et.
m χ.
n 10 musc. tab. ζ.
o char. 3.
p char. 2.
q charact. 3. 4. et charact. 4 ex posteriori uena magnæ procedit sede.
r char. 5.
s char. 6.
t char. 7.

numerosam ramulorum seriem porrigens, quæ sibi in omnibus minimè correspondet. Verùm ramulorum alij rectà, alij obliquè, alij transuersim in cutem excurrunt: & denuò nonnulli inuicem coeuntes, permiscentur: & denique cum aliarum uenarum, quas sub cute [u] tum internum latus suræ, [x] tum externam tibiæ regionem perrepere mox audies, propaginibus, subinde uniuntur. Atque ita præsens, quæ per poplitis flexum sub cute delabitur, uena, nonnunquam ad calcem usque duntaxat [y] incedit: nonnunquam uerò & ramulos in externum pedis latus depromit, nullibi interim in altum submersa. Cæterùm grandis crus subiens uena, posteriori femoris sedi, quemadmodum diximus, accumbens, exiguam sobolem [z] utrinque diffundit in exortus [a] musculorum, qui pedem mouentium tres primi enumerantur, hicq; ex humilioribus femoris capitibus prodeunt. Vbi autem uena in horum capitum medio iam ferè [b] existit, in duos impares discinditur truncos: quorum [c] exterior, qui [d] interiore longè est gracilior, obliquè uersus fibulæ cum tibiæ osse iuxta genu connexum fertur, [e] ramulum in cutem externæ & anteriori genu regioni obductam digerens: ac mox inibi in [f] duas portiones dissectus, quarum [g] præcipua posteriori interioriq; sedi [h] musculorum pedem mouentium septimi & octaui sese insinuat, secundùm fibulam deorsum tantisper protensa, ac dicti nuper musculi carnei permanent, secundumq; posteriorem malleoli exterioris sedem reflecti incipiunt: inibi enim portio hæc cessat, in progressu ipsis musculis soboles offerens', & nullibi ad cutem emergens. [i] Altera uerò, eademq; tenuior portio uniuersa cutem adit, & secundùm externam tibiæ sedem, exterioremq; malleolum, ad pedis superiora, uersus externũ ipsius latus contendit, in progressu pari cum [k] uena sub poplitis cute suram accedente, modo, surculos uariè diffundens, ad conterminam, quà descendit, ipsi cutem. Et quanquam eiusmodi surculi proximis uenulis permisceantur, [l] insignior tamen huius portionis coitus, & mutuus denuò diductus, in superiori pedis regione cum illius [m] propaginis surculis spectatur, quam à magna crus petente uena, non procul ab inguine pullulantem, per femoris tibiæq; interiora, ad pedem ferri narramus. Ab illius enim propaginis, & istius quam modò narramus portionis ramulis, uarius ille uenarum consurgit implexus, qui in pedis superiori sede, & digitis ipsis, ante sectionem sub cute est conspicuus, nec sibi semper uel in eiusdem hominis pedibus respondet. Verùm interim, uti externum pedis latus uenulas sibi nonnunquam à uena', per poplitis flexum sub cute deducta, assumit: ita quoque internum pedis latus à calce ad pollicem usque ramulos perpetuò sibi uendicat, ab ea [n] uena', quæ sola tibiæ cutem adeuntium adhuc nobis est enarranda. [o] Interior enim & crassior truncus diuisionis, quam grandis uena in poplite recondita molitur, rectà deorsum tendens, ab interno ferè ipsius latere [p] ramum depromit, qui ex alto emergens, per internã tibiæ sedem, uersus posteriora tamen magis, ad internum usque calcis ac pollicis denique latus, sub cute disseminatur, & suis surculis conterminarũ uenarum ramulis ita permiscetur, ab eisdemq; sursus diducitur, uti hactenus de tribus cutem implicantibus uenis recensere conatus sum. Consurgit enim (ut semel dicam) eiusmodi harum uanarum implexus & digestio, ut crebrius cutem hanc, perinde ac temporum & cubiti manusq; cutem uaricibus infestari, haud mirum censeri debeat. Videtur enim Natura sub cute undecunque propemodum multiplici illo uenarum implexu seu coitu, & rursus earundem diductu, perpulchrè lusisse: ne quum uenæ per cutem latæ, crebrò multisq; occasionibus sunt uulnerandæ, & transuersim absecandæ, mox contermina & subsequens sectionis cutis, alimento destituatur. Porrò [q] interior ille truncus diuisionis, quam grandis uena in poplite tentabat, posteaquam [r] ramum illum, quem postremum tibiæ cutem petentium enarrauimus, à se deprompsit, uniuerso suo incessu reconditus, & in alto latitans, ilico [s] ramum educit, qui secundùm posteriorem [t] quarti pedem mouentium musculi sedem exporrectus, exiguosq; surculos à se diffundens, paulo humiliùs cessat, quàm [u] duorum primorum pedem mouentium musculorum tendo', quarti musculi tendini commiscetur. Atque ut is ramus ex posteriori ferè interioris trunci sede pronascitur, ita quoque simulatque is inter quartũ & [x] quintum pedem mouentium, & [y] secundum [z] tertiumq; pedis digitos agentium musculos recondi incipit, ad eamq; regionem pertingit, [a] ubi fibula à tibiæ osse primùm dehiscit, notatu dignæ amplitudinis educit [b] propaginem, ab anteriori sua sede enatam. Hæc antrorsum ducta, [c] ligamentum, fibulam tibiæ ossi, qua mutuò distant, membranæ modo colligans, permeat, & secundùm tibiæ longitudinem inter musculos anteriorem tibiæ sedem occupantes prorepit, præcipuè attensa [d] musculo' quatuor digitos extendenti, & [e] illi qui pollicis extensioni præficitur. In hoc descensu, propago nonnullos surculos proximis sibi musculis exporrigit: & per [f] transuersum, quod in anteriori tibiæ sede occurrit, ligamentum ducta', in superiori pedis sede terminatur: & [g] musculosæ substantiæ, cui pollicem tresq; ipsi proximos digitos in externum latus ducendi munus asscribimus, ramulos offert, ligamentis ossium hac in parte attensa, & cutem nullibi subiens. Quod autem [h] trunci interioris, per tibiæ posteriora descendentis, adhuc [i] reliquum est, & inter dictos hac in sede musculos exporrigitur, simul quoque cum illorum tendinibus inter calcem & interiorem malleolum, pedis humiliora petit, & modicas soboles in conterminas ipsi sedes digerit, inter [k] musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem, & [l] tendines repens, quorum beneficio ultimi digitorum articuli flexum experiuntur. Atque ita huc pertinens eius trunci reliquum, in multos ramulos seriatim absumitur, quorum ferè bini inferiorem cuiusque digiti sedem perreptant. Hac igitur propemodum serie uenam cauam in crus digeri, sedula resectione didicimus. Quàm uerò nostra historia, Galeni descriptionibus undiquaq; conueniat, illi demum intelligent, qui hanc cum tertio libro de Administrandis sectionibus, & libro de Venarũ arteriarũq; sectione, non oscitanter conferent, ac pariter expendent, quàm pulchrè Galenus in duobus illis libris sibi consentiat, non leuiter, neque uno tantùm loco à uera humani corporis uenarum descriptione aberrans. Longum namque foret, pugnantia ea loca hic commemorare, præsertim quum præter compendia, nostræ ætatis medici uix quicquam perlegant, prolixè

Galeni de uenæ cauæ per crus seriem descriptiones uarias, & parum uerè.

u *char.* 15
x *char* 12
y *ubi inferior chara.* 7 *consistit.*
z *utrinque ad chara.* 8 a 12 *mus. ita.* Φ, Ψ, ω.
b *ad char.* 8.
c *chara.* 9.
d *char.* 14.
e *char.* 10.
f *in chara.* 11 & 12.
g *char.* 11.
h 14 *mus. tab.* k, l.
i *char.* 12.
k *chara.* 7, 7.
l *char.* 13.
m Θ, Φ, Ψ.
n *char.* 15, 16.
o *char.* 14.
p *char.* 15.
q *char.* 14.
r *char.* 15.
s *char.* 17.
t 13 *musc. tab.* Ψ.
u 13 *mus. tab.* T, T.
x 15 *mus. tab.* D, E.
y 14 *mus. tab.* Λ.
z 14 *mus. tab* Ξ.
a 15 *mus. tabu. ubi* S *distat ab* R.
b *char.* 18.
c 15 *mus. tab.* T.
d 4 *musc. tab.* Ψ.
e 5 *muscu. tab.* Φ.
f 1 *muscu. tab.* δ.
g 5 *musc. tab.* Ψ.
h *cha.* 14.
i *char.* 19.
k 14 *mus. tab.* Θ.
l 14 *musc. tab* δ, δ. θ, ν.

Ad finem tractationis uenarũ, in libro de Sectione uenarum, & art.

interim de superficiarijs pedem adeuntibus uenis, si quando earum aliquam aperiendam existimant, perinde disceptantes, ac si illæ ab uno trunco inguina subeunte tandem non deriuarentur, sed peculiares, sibiq; non continui essent riuuli, ex priuatis uisceribus, corporis ve trunci sedibus educti. Quum enim alicubi [m] quatuor uenas ad pedis superiora pertinere, in Galeno legerunt, totidem uenas pedi tribuunt, singulis rarum propriumq; sanguinis educendi munus ascribentes. ac primam statuunt, quæ internum perreptat malleolum, & Saphena & matricis uena & uirginalis ipsis uocatur. Secundam exteriori assignãt malleolo, Schiaticam illam nuncupantes. Tertiam in superiori pedis sede recensent, ex uenarum ramulo quopiam, pollici porrigendo eductam, illiq; Popleticæ uenæ nomen accommodant. Quartam renalem uocant, ipsam ex ramulis quibusdam confingentes, qui minimo digito sunt proximi. Verùm interim uenas in poplite & sub genu, in sanguinis missione magis quàm pedis uenę aperiendas, negligunt, uti & omnes in corporis alto reconditas. Qui autẽ uenæ cauæ series resectione sit perdiscenda, sedulò ad quinti, sexti & septimi librorum finem cõmemorabo, ubi earũ partiũ, quas cauæ uenæ soboles implicant, perreptãtq;, administratio describetur.

m Quũm dici sibi ti parum insserent, uix quas illi proponunt uenas, in figura indicaqueo.

DE VMBILICI VENA. CAPVT XI.

VMBILICI uenam, ut & alia eiusdem uasa, quæ in nati iam fœtus corpore relinquuntur, secunda figura libri quinti refert, ad literas E, F, G, dein K, L & M. Series uerò umbilici uenæ, quæ extra fœtum adhuc in utero repositum, inter dissecandum conspicitur, in quatuor tabellis figuræ trigesimæ libri quinti occurrit, ad literas E, E.I, I.L.N.R, S, S, X & X.

Quid umbilici uena appelletur.

IN uenarum historia, dissectionum professores, umbilici [a] uenam nuncupant, quæ ex uarijs uteri fundum petentibus uenis collecta, & tandem per fœtus umbilicum subiens, in ipsius potissimùm iecur exporrigitur, sanguinemq; ad fœtus enutritionem perinde defert, ac cæterę matris uenæ illis quas perreptant partibus sanguinem communicant. Quãdoquidem uerò hæc peculiaris quædam, & à [b] cauæ & [c] portæ uenarum corporibus quodammodo distincta putatur: ac post partum, quicquid ipsius in corpore adhuc remanet, aridum, ac ueluti exangue, solidioris q; instar funiculi efficitur: non inopportunè me facturum existimo, si priuato Capite ipsius historiam uel obiter saltem persequar: quod quum umbilici etiam [d] arterijs, quę fœtui quoque, dũ utero geritur, tantùm sunt utiles, nonnihil commune esse debet, ipsum sanè ad finẽ usque præsentis libri asseruassem, & Capiti quod [e] uenæ arteriali, ac [f] arterię uenali dedicabitur, adhibuissem: nisi arterias umbilici promptè cũ magnæ arterię ramis describere liceret, quum illæ tanquam huius propagines omnino haberi queant. Quòcunque igitur hoc Caput transpones, necessum sanè fuit, fœtum tantisper dum in utero consistit, perinde à matris uenis enutriri, & ab eiusdem arterijs illius calorem temperari, ac crus aliquod aut brachium matris, suis uenis arterijsq; frui nouimus. Quum itaque semen tam maris quàm fœminæ in uteri [g] sinum receptum est, ac ueluti formationem integram in se primùm assumit, etiam ab ipso [h] membranula generatur, quæ semini tanquam crassiori quopiam iam refrigescenti iusculo circundata, alicui uteri parti ualidiùs nouo quodam uasorum interuentu [i] adnascitur. Vteri enim [k] uenæ ac arteriæ sese in huius nexus regione aperiunt, & communes statim fiunt cum uasis in membranula ea formationem assumentibus, quę tot numero primùm sunt, quot uasorum ora in uterum tunc sese aperiũt, uasisq; illis nouis continuantur: adeò, ut hic ferè umbilici nobis uocatæ uenæ statuendum sit initium. Frequentes enim uenæ, in uteri sinum ita pertinentes, ac per exteriorem illam membranam (quę exterius fœtum ambiens est inuolucrum) exporrectę, sensim (ne omnes simul diuersis sedibus fœtum subeuntes, illum innumeris foraminibus perforarent) in se colliguntur: atque ex pluribus gracilioribusq; propaginibus semper crassiores paucioresq; eũ in modum exurgunt, ut tandẽ omnes in duas quasi uenas coaceruẽtur, quę ab exteriori fœtus inuolucro [l] proficiscẽtes, [m] interius inuolucrũ permeant: & posteaquã illi exiguos ramulos per ipsius amplitudinẽ sparsos obtulerũt (quicquid hac de re parũ rectè sentiat Galenus) in unã mox homini coeunt uenã, quæ tandẽ ad fœtus umbilicũ longo [n] incessu, instar funis aut cordæ properat, arterijs duabus, & [o] meatu, quo fœtus urina expurgatur, cõcomitata, & quasi cõmuni corpore firmata. Post ipsum autem per umbilicũ ingressum, uena ab arterijs eoq; meatu recedit: & anteriori peritonæi sedi in interna eius superficie nexa, uersus iecur cõtendit, & homini per propriã peculiaremq; [p] rimã, ac deinde foramẽ in iecur fertur, ad ipsius usq; cauũ illuc [q] pertingẽs, qua [r] portę uenę caudex è iecore labitur. Vbi hęc umbilici uena bipartitò scissa (si quid iudico) in quẽdã portę uenę ramũ inseritur, illius ve ramis cõmunis efficitur, perinde atq; in canibus, & quibusdã alijs animalib. ab umbilici uena, posteaquã umbilicũ subijt, ramũ quoq; ad mesenterij [s] centrũ deduci cernimus, qui portę uenę [t] præcipuo trunco in mesenterium dispersо committitur: quanquam sanè obscuriùs quàm umbilici arterias, magnæ arteriæ communes esse conspicimus. Dictis namque uenis undecunque ab interna uteri superficie, ad fœtus usque umbilicum, arteriæ attenduntur, prorsus eandem cum uenis seriem seruantes. quum tamen peritonæi cauitatẽ duæ arteriæ ingrediuntur, ab inuicem diductæ, ac anteriori peritonæi sedi in ipsius interna regione nexæ, deorsum feruntur: ac secundùm [u] ueficæ larera (uti suo dicemus loco) prorepentes, in magnæ arteriæ [x] propagines, paulo pòst per pubis ossium [y] foramina prolapsuras, ita inseruntur, illisq; propaginibus ita communes fiunt, ac si ab ipsis principium ducerent, illarumq; rami ac soboles essent. Cæterùm quia in quinto libro, ubi generationis organa prosequemur, de fœtui peculiaribus uasis & inuolucris, eiusmodiq; alijs quibusdam agendum erit, iam totius magnæ arterię seriem opportunè aggrediemur.

Vnde umbilici uena exurgat initiũ, & quæ ipsius series

Vmbilici arteriarum series.

a 2 fi. li. 5 F, G.
b fi. cap. 6.
c fi. cap. 5.
d fi. ca. 12 fi. 5 & 2 fi. lib. 5 K.L.
e 1 fi. cap. 15.
f 2 fi. cap. 15.
g 27 fi. li. 5 A, A, B, B.
h 1 tãbella fi. 30 lib. 5 F, F et 2 ta. K, K. et 31 fi. li. 5 B, B. & 32 fi. li. 5 A, A, A.
i 1 ta. fig. 30 lib. 5 E, E, E. & 2 ta. I, I, I. & 31 fi. lib. 5 A, A. et 32 fi. B, B, B.
k 25 fi. li. 5 i & y.
l Specta primũ 3 tabel le 30 fi. li. 5 N. deinde tabellæ 4 S, S ad T.
m 3 ta. 30 fi. li. 5 O, O & 4 ta. V, V, X, X.
n 4 ta. fi. 30 lib. 5 Y, Y.
o 2 fi. lib. 5 M.
p 2 fi. lib. 5 G inter H, H.
q 12 fi. li. 5 N. 20 fi. lib. 5 G.
r 20 fi. li. 5 I.
s 12 fi. lib. 5 l. et 11 fi. lib. 5 L, L.
t 12 fi. lib. 5 k.
u 1 fi. lib. 5 N.
x fi. ca. 12 p continuatur inter ξ & ε.
y 1, 2, 3 fi. cap. 29 lib. 1 r.


TOTIVS MAGNAE ARTERIAE DELINEATIONIS, ADEOQVE figuræ, duobus proximè sequentibus Capitibus communis, characterum Index.

A *Arteriæ magnæ initium, quod ex sinistro cordis sinu educitur.*
B,B *Duæ arteriæ, cordis basim coronæ modo succingentes.*
C *Magnæ arteriæ caudicis in duos truncos bipartitio.*
D *Arteria obliquè sursum ad primam sinistri lateris costam contendens.*
E *Ramus, qui quatuor superiorum sinistri lateris costarum interuallis soboles deriuat.*
F *Ramus per transuersos ceruicis uertebrarum processus ad caluariam usque prorepens, & geniculatim dorsali medullæ uicinisq; musculis soboles offerens, ac in sinistrum duræ membranæ sinum cessans.*
G *Ramus sub sinistro pectoris ossis latere ad umbilici usque sedem excurrens, à quo surculi digeruntur in uerarum costarum cartilaginum interualla, & hinc in musculos pectori instratos: insuper in sinistram, qua thoracis cauitas intercipitur, membranam, & abdominis musculos.*
H *Ramus posteriores ceruicem occupantium musculos accedens.*
I *Ramus ad cauam scapulæ regionem ac ad stratos illi musculos prorepens.*
K *Ramus ad humeri cum scapula articulum & summi humeri inferiora propagatus, nusquã interim ad cutem excidẽs.*
L *Propago in musculos anteriorem thoraris sedem integentes sparsa.*
M *Propago secundùm thoracis latera deorsum procidens, ac musculo brachium deorsum trahenti intertexta. Inter L & M ramulus occurrit, eorum unus qui hic in alæ glandulas dispargũtur.*
N *Arteria simul cum interiori axillaris uenæ trunco in brachium excurrens: ac primi illi surculi, sub N mox conspicui, in musculos humerum seu brachij os amplexantes propagantur.*
O *Ramus secundùm posteriorem humeri sedem, unà cum quarto in brachium pertinente neruo, aliquousque in externã cubiti sedem reuolutus, ac undique in alto interim latitans.*
P,P *Hi ramuli articulo cubiti cum humero sunt peculiares.*
Q *Arteriæ brachium petentis ramus, radio exporrectus, ac tandem pollici & indici medioq; digitis surculos offerens.*
R *Surculus ab arteriæ ramo Q insignito, uersus manus exteriora, inter primum pollicis os, & postbrachialis os, quo index sustollitur, deductus.*
S *Ramus ulnæ exporrectus, & paruo, anulari, medioq; digitis soboles communicans.*
* *Ramulus musculis elargitus, externum uolæ latus constituentibus.*
T *Arteriarum in manu series.*
V *Amplior ascendentis arteriæ trunci portio, quæ rectà ad iugulum contendens, in duos impares ramos dirimitur.*
X *Sinister graciliorq; diuisionis in iugulo factæ ramus, sinistram soporalem constituens arteriam.*
Y,Z *Duobus bis characteribus dexter in iugulo factæ diuisionis insignitur ramus, sinistro longè amplior. Verùm I priuatim propaginem indicat, quæ in dextro latere prorsus in easdem soboles digeritur, in quas arteriam D insignitam, in sinistro latere disseminari conspicis. Z autem priuatim dextram soporalem notat, quam, uti & sinistram, Arabum interpretes apoplecticam, & somni, & letargicam, & subeteni, & decolationis uenam appellant, quæ nomina plerique iugularibus uenis accommodant.*
a *Sinistræ soporalis arteriæ in faucium regionibus in duos ramos distributio.*
b *Exterior dictæ iam & a insignitæ distributionis ramus: in faciem & tempora posterioraq; auris excurrens.*
Interiorem uerò ramum, sub characteribus c & d nunc explicabimus.
c *Arteriarum ad laryngem, fauces & linguam series.*
d *Soporalis arteriæ pars, caluariam petens, atquè iuxta basim caluariæ in duos distributa ramos: quorum alter, qui sinistrum duræ membranæ sinum subit, hic quà in caluariam mergitur, abtruncatus est: quòd præsenti figura eius membranæ sinus non duxerim delineandos, eos postmodum cum integra cerebri uasorum serie, ad frontem decimiquarti Capitis peculiari figura exhibiturus: ex qua etiã alterius rami, soporalis arteriæ caluariam ingredientis, distributionem petes: & si uisum fuerit, huic delineationi ex illa characteres adijcies, qui ferè essent, L, q, r, ſ, u, u, x, α, β, γ, δ.*
e *Propago rami paulo antè b indicati, penitiùs inter faciei musculos excurrens.*
f *Rami b insigniti sub auris radice distributio: cuius anterior ramus, g notatus, per tempora fertur: posterior uerò, cui h inscripsi, secundùm auris posteriora sub cute pariter atque ille spargitur.*
g, h. *TRVNCVS magnæ arteriæ, deorsum ad dorsi uertebras explicatus.*
i *Propagines utrinque ad octo inferiorũ costarum interualla protẽsæ, à quibus dorsali etiã medullæ, ac musculis dorsõ et thoraci adnatis, ramuli offerũtur.*
k, k, k *Septi transuersi arteriæ.*
l *Veritus ne characterũ copia integrã magnæ arteriæ delineationẽ, alioquin hic satis obscurã, penitus corrũperet, priuata hac effigie modò utẽdũ duxi: quæ superiùs, ubi septo trãsuerso arteriæ l indicatæ offerumtur, inferiùs uerò ad seminalium arteriarũ, quas ι & κ indicabimus, exortũ, ueluti ex magnæ arteriæ caudice dissecta cernitur. An præsenti itaq; figura, iam enarrandis propaginibus duas radices pinxi, quum integra arteriæ delineatio unicam (ut frequenter etiã occurrit) tantũ habeat. Indicet igitur m utriusq;, aut unius duntaxat radicis exortũ. n dextrũ ramũ. o surculũ in humiliorẽ omenti membranã hic exporrectum. p propaginem in dextram uentriculi sedẽ, qua dorsum spectat, atq; inferius orificiũ educit, excurrentem. q ramũ duodeno intestino & ieiuni initio exporrectũ. r propaginẽ ad dextram*

m. z, o. p. q. r.



INTEGRA TOTIVS MAGNAE ARTERIAE AB omnibus partibus libera delineatio.




ſ. *tram fundi uẽtriculi ſedẽ deductã, uẽtriculoq́; & ſuperiori mẽbranæ omenti ramulos exhibentẽ. ſbilis ueſiculæ ar-*
t,u,x. *teriolas. t arteriam iecori diſtributam. Cæterùm u inſignitur ſiniſter ramus, qui potiſſimùm lienem adit. x propago ſe-*
y. *cundùm poſteriorem uentriculi ſedem, ad ipſius uſque elatiùs orificium progrediens. y eius propaginis ramuli, in uen-*
z. *triculum, quà dorſo innititur, deriuati. z ramus, orificium uentriculi ſuperius coronæ modo cingens. α ramus, ſecun-*
α,β. *dùm elatiorem ſedem inferius illius orificium accedens. β grandis in demiſſiorem omenti membranam excurrens pro-*
γ. *pago, quæ etiam colo inteſtino multis ſurculis implicatur. γ ſurculus in humiliorem omenti membranam hic ad ſi-*
δ. *niſtrum latus excurrens. δ & δ arteriæ, lienis cauum ſubeuntes. ε arteria ſiniſtram fundi uentriculi ſedem petens, ac*
ε. *uentriculo ipſiq́; ſuperiori membranæ omenti ſoboles deriuans. ζ ramuli ab alijs lienem accedentibus arterijs, in læ-*
ζ. *uum uentriculi latus deprompti.*
ζ. *In integra delineatione, & ea quam hic indici adhibuimus, aliud ζ occurrit, quo inſignitur arteria, in ſuperiorem ac propemodum uniuerſam meſenterij ſedem propagata, & ſuis propaginibus in ieiunum inteſtinum, et ileum, & coli partem, à iecore ad dextrum renem conſpicuam, ſparſa.*
η *Dextrum renem accedens arteria.*
θ *Arteria, quæ in ſiniſtrum renem exporrigitur.*
ι,ι *Dextri lateris ſeminalis arteria.*
κ,κ *Siniſtri teſtis ſeminalis arteria.*
λ *Arteria humiliorem meſenterij ſedem ſubiens, ac potiſſimùm in colon inteſtinum excurrens, quà id à lienis regione ad rectum inteſtinum pertinet, cui etiam à præſenti arteria ſoboles diffunduntur.*
μ,μ *Propagines geniculatim lumborum uertebras accedentes, & in peritonæum & muſculos uertebris adnatos diſtributæ. Propago autem ad humilius μ conſiſtens, cæterisq́; grandior, ad abdominis uſque latera excurrit.*
ν,ν,ν *Magnæ arteriæ ſupra os ſacrum in duos truncos diſtributio. Verùm iſti characteres etiam ſurculos notant, ab humiliori arteriæ regione in oſſis ſacri foramina deriuatos.*
ξ *Interior ramus ſiniſtri trunci iam dictæ diuiſionis.*
ο *Interioris rami exterior propago, in muſculos excurrens, qui externã ilium oſſis ſedẽ & coxendicis articulũ integunt.*
π *Interioris rami ξ notati interior propago, in humiliorem oſſis ſacri ſedem, ueſicam, & ueſicæ ceruicem, ipſumq́; penẽ: in mulieribus uerò, in inferiorem uteri fundi regionem, & pariter in illius ceruicem, ſurculos diffundens.*
ρ,ρ *Hic etiam arterias appinximus, quarum ſiniſtra ab umbilico hic inter ξ & ς ad interiorem ramum ξ inſignitum perinde pertinet, ac ſi uerſus umbilicum ab ipſo deriuaretur.*
ς *Interioris rami ξ inſigniti reliquum, quod ab externo ramo trunci diuiſionis quæ ſupra os ſacrum fit, portionem aſciſcens, per pubis oſſis foramen in crus delabitur: & inibi in muſculos pubis os occupantes digeſtum, ſuo termino cum alia arteria, ↓ mox ſignanda, coit.*
τ *Propago exterioris rami, ſurſum ad rectum abdominis ſui lateris muſculum conſcendens, atque præcipua ipſius ſobole umbilici regionem petens, reliquos autem ſurculos tranſuerſim in humiliorem abdominis ſedem diſpenſans.*
υ *Surculus tranſuerſim ſecundùm pubis os ad pudenda prorepens.*
φ *Sedes exterioris rami, qua is modò in crus delabitur, in ipſamq́; diſſeminari incipit.*
χ *Ramus maioris crus petentis arteriæ, in muſculos propagatus, anteriorem femoris ſedem occupantes.*
↓ *Ramus ad quintũ femur mouentẽ muſculũ; & eos qui internam femoris ſedẽ occupant, digeſtus, unoq́; ipſius ſurculo,*
ω. *inibi ubi ω repoſitũ eſt, cũ illius arterie cõiens fine, quam per pubis oſſis foramen procidere diximus, ac ς inſigniuimus.*
Γ *Ramus in muſculos poſteriorem femoris ſedem occupantes excurrens.*
Δ,Δ *Hic grandis arteria inter duo humiliora femoris capita reconditur, & utrinque ramulum offert genu articulo & pedem mouentium muſculorum capitibus, inibi principium ducentibus.*
Θ *In poplite iam conſiſtens magna arteria, ipſiuſq́; in impares portiones diuiſio.*
Λ *Ramus fibulæ exporrectus, ſub ſeptimo & octauo pedem mouentium muſculis.*
Ξ *Præcipua magnæ arteriæ crus adeuntis portio, per tibiæ poſteriora deſcendens.*
Σ *Ramus quarti pedem mouentium muſculi poſteriori ſedi oblatus.*
Π *Ramus, qui per membraneum ligamentum, tibiæ oſſi fibulam colligans, in tibiæ anteriora excurrit, pediſq́; ſuperiora*
Φ. *inibi ubi Φ inſignitur, per tranſuerſum anterioris tibiæ ſedis ligamentum accedit.*
Ψ *Propago internam pedis ſedem uerſus eius ſuperiora petens.*
Ω *Arteriæ in humiliori pedis regione ad digitos ſeries.*

Subſequentibus modò duobus Capitibus non ſolùm hæc, cuius indicem abſoluimus, figura conuenit: ſed etiam huc attinet, præter crebras quinti libri & ſexti & ſeptimi figuras, ea quam huius libri fini ſubiungam.

VNDE ARTERIA MAGNA PRINCIPIVM DVCAT, ET IN QVOS ramos ipſius aſcendens pars digeratur. Caput XII.

QVANDO in interiori margine alicubi ſcribitur, fig. cap. 12, ea ſubaudienda eſt, qua integram arteriæ magnæ ſeriem ante præſens Caput propoſuimus.

a *Tota figura huic capiti præpoſita.*



LONGE minor medicorum philoſophorumq́; proceribus, de [a] grandis arteriæ, quàm de uenarum neruorumq́; principijs, eſt diſſenſio. Hippocrates namque, Plato, Ariſtoteles ac Galenus pariter, cor arteriarum fontem ac originem (uti ſanè eſt) ſtatuunt. Et falſa prorſus eſt Pelopis Galeni præceptoris ſententia, arterias ſimul & uenas cum neruis è cerebro naſci docens, & ab eo autore propemodum tradita, qui ſpurium tractatulum de uenis, Hippocratis libro de Natura humana interiecit. Quandoquidem

Non prolixam de arteriæ magnæ ortu eſſe diſceptationem.

Arterias neque à cerebro, neq; extremis corporis partibus nasci.

ut cætera taceam, cerebrum uitalis spiritus, & sanguinis feruidi, ac impetu per corpus ruentis, quemadmodum cor, non est principium: arteriaq; nullibi, quàm [b] ubi è corde pronascitur, amplior occurrit. Dein hæc quoque illorum dogma improbant, qui arterias ab extremis summisq; corporis partibus non secus passim oriri arbitrantur, quàm si quis ab extremis arborum uirgulis illarum initium recenseret. Cæterùm etiamsi philosophiæ & medicinæ principes, cor arteriarum fontem statuerint, nihilominus tamen de cordis sinu, à quo grandis arteria pronasceretur, nonnihil inter se dissentiunt: quum illi quidem ex cordis medio sinu,

Arteriæ ortus sedes.

hi autem ex sinistro eam oriri contendant. Quia uerò eiusmodi controuersia, de cordis uentriculis sinibus ve potius, quàm de arteriæ exortu, accidit, quumq; duos tantùm cordis esse sinus, uerè censeamus, ex elatiori sede [c] sinistri sinus, propter basis cordis centrum, magnam arteriam [d] originem ducere attestabimur. qua etiam sede ([e] post dextram nimirum membranam, arteriæ uenalis orificio præfectam) Aristoteles tertium cordis sinum uentriculum ve reposuit, instar peculiaris ac à reliqua sinistri sinus amplitudine discretæ cauitatis. Neutiquam enim Galeno in libro de Venarum arteriarumq; dissectione assentiri queo, quum tertium cordis sinum, cui Aristoteles arteriarum originem tribuit, ad dextrum cordis refert uentriculum, eiusq;, non autem uti ego iam sinistri, portionem esse affirmat. Magna igitur arteria (quam Aristoteles, eo quòd neruosam ipsius partem uel in mortuis conspici posse diceret, instar uaginæ fortassis Macedonibus ἀόρτης nuncupatæ, ἀορτήν appellauit) in hoc ortu [f] orbicularis est, hicq; ipsius amplissima sedes & durior & cartilaginosior consistit. Ipsa autem arteria simulatque enascitur, [g] duos graciles promit surculos, qui coronæ modo, cordis basim unà cum coronali uena amplectentes, cordi secundùm ipsius longitudinem [h] ramulos transfundunt: quorum plures amplioresq; inibi se offerunt, ubi cordis substantia crassior uisitur. est autem id potissimùm in ea cordis sede, ubi sinistrum ipsius sinum continet, & quà septum utrisque sinibus commune porrigitur. Coronalium arteriarum ortus post membranulas consistit, quas resumptionem spiritus sanguinisq; ex ipsa arteria in sinistrum cordis sinum prohibere credimus. Verùm etsi utrarumque coronalium arteriarum par quodammodo sit amplitudo, ea tamen amplior longiorq; cernitur, quæ ex dextro magnæ arteriæ orificij latere originem ducit. una namque hinc à tergo dextræ membranæ pronascitur, altera autem à postetiori arteriæ orificij sede principium sibi uendicat, à tergo uidelicet posterioris membranæ, à [i] sinistræ interim, ut sic dicam, membranæ tergo, aut sinistra orificij arteriæ sede, nulla pronascente coronali arteria. Postquam uerò magna arteria coronales deprompsit, à cordis basis centro sursum quodam modo [k] sub uenæ arterialis caudice conscendit: ac cordis inuolucrum [l] perforans, bipartitò scinditur, ac [m] unam ipsius partem, quæ grandior est, deorsum ad quintam thoracis uertebram, & deinde per reliquam dorsi sedem detorquet, in omnes quæ cordi subsunt regiones, ramos exhibituram. At minor pars, sedibus supra cor repositis distribuenda, sursum contendit: ac statim in progressu asperæ arteriæ [n] innitens, ac uenæ cauæ inter membranas thoracem intersepientes substrata, ex sinistro ipsius latere [o] ramum distribuit, obliquè sursum ad primam sinistri lateris costam exporrectum. qui quidem, quà pulmoni accumbit, atque sinistræ thoracem intersepienti membranæ alligatur, nullas deriuat propagines: uerùm simulatque primam thoracis attigit costam, ab humiliori ipsius sede [p] propaginem deorsum diffundit, quæ costarum radicibus attensa, in tria quatuor superiorum costarum sinistri lateris interualla singulas soboles spargit: à quibus rursus surculi in dorsalem medullam, & musculos thoraci uertebrisq; hic instratos excurrunt. Cæterùm ab elatiori sede [q] eius obliquè ad primam costam conscendentis rami, [r] alia enascitur propago, nuper commemorata multo amplior, quæ ad sinistrum septimæ ceruicis uertebræ latus repens, in huius lateris transuersi processus foramen se inserit: ac deinde per transuersorum reliquarum uertebrarum processuum [s] foramina conscendens, perinde atque hàc [t] excurrens uena digeritur. Nam in progressu dorsali medullæ surculos communicat, ea subingredientes foramina, quæ neruis emittendis rerum Opifex exculpsit. Deinde & musculis ceruicem hic occupantibus, ab illa propagine ramuli quoque sparguntur. Quod uerò eius reliquũ est, simul cũ comite uena per [u] foramen in posteriori sede sinistri capituli occipitis ossis insculptum, caluariam subit, atque in [x] sinistrum duræ cerebri membranæ sinum exhauritur. Præter hanc propaginem uertebris exporrectam, [y] arteria primam adiens costã, [z] aliam ab anteriori ipsius sede pullulat, quæ pectoris ossis summum accedens, ac sinistræ thoracem intersepientis membranæ adhærens, decliuis perfertur secundùm pectoris ossis sinistrum latus, quà ipsi costarum coarctãtur cartilagines. Hęc propago in eosdem omnino ramos digeritur, in quos [a] uenam hàc repentem dispensari retulimus, præterquàm quòd nullæ soboles à præsenti propagine cutem accedant: nisi forsitan obscurissimæ, & mihi hactenus parum repertæ, in mamillæ [b] corpus pertingant. Quà itaque hæc arteriæ propago pectoris ossi exporrigitur, uerarum costarum cartilaginum interuallis ramos offert, à quibus alij ramuli in musculos assurgũt, cartilaginibus incumbentes. Deinde & ab hac propagine in sui lateris membranam, quæ thoracis cauitatẽ intersepit, & in [c] glandium in iugulo repositum, surculi mittuntur. Quod autem ipsius [d] reliquum est, secundùm sinistrum mucronatæ cartilaginis latus, thoracis cauitatem egreditur: & recto hic abdominis musculo subnatum, ad umbilici quodammodo regionem concedit, in progressu utrinque ad superiores abdominis partes ramulos offerens, & iuxta umbilicum in plures dissectum soboles, [e] alteriusq; arteriæ terminos respiciens, quam huc ab imo sursum contendere docebimus. Vbi [f] arteria obliquè ad primam protensa costam, hactenus commemoratas edidit propagines, sinistram aditura axillam, & [g] musculum perforatura dorsi motorum secundi paris sinistrum, ab ipsius elatiori parte, priusquam penitus è thorace labitur, notatu etiam dignæ magnitudinis [h] ramum deriuat, qui in posteriores ceruicem occupantes musculos ad occipitium usque discinditur, nullibi interim cutem subiens. At quum primùm illa arteria, thoracis cauitatem & primam costam euicit, iamq; uicinior axillæ redditur, ex posteriori ipsius sede [i] ramum utcunque

Coronales arteriæ.

Caudicis arteriæ bipartitio.

Ascendentis partis series ac primùm arteriæ ad sinistri lateris primam costam obliquè tendentis.

Sinistram axillam petẽtis portionis series.

b A. & fi. 10 li. 6 A.

c Patet in 9 fig. lib. 6. quam conferes cum 7 figura.

d 4 et 5 fi. li. 6 H. 6 fi. O.

e 9 fi. li. 6 L. ponitur post E, et arteria A quæ insignitur.

f A. aut 10 fi. li. 6 S, S.

g B, B. 10 fi. li. 6 E, E. post B, C.

h 6 fi. li. 6 E, E à D.

i 10 fi. li. 6 D.

k 6 fi. li. 6 O sub I.

l 4 fi. li. 6 H per A.

m i.

n 6 fi. li. 6 R super Y. aut spectà sedulo ultimam fi. præsentis libri.

o D.

p E.

q D.

r F.

s 2 fi. cap. 15 lib. 1 T. 7 fi. x. 8 fi. a.

t fi. 6 cap. N.

u 2 fi. cap. 12 lib. 1 f.

x 7 fi. li. 7 Q. Q. 9 fig. T, T.

y D.

z G. & 2 fig. lib. 6 E.

a fi. cap. 6 L.

b 25 fi. l. 5 C, D, D.

c 2 fig. li. 6 F.

d 6 musc. ta. a. & dein in musculo f notato.

e 7.

f D.

g 8 musc. tab. C.

h H.

i I.

que

que insignem spargit in cauam scapulæ regionem,& eius sedis musculos absumendum. Post hunc, ex superiori ipsius regione [k] aliam,sed non adeò crassam,depromit sobolem, quæ ad humeri cum scapula articulum,iuxta summum humerum & scapulæ gibbum,in ramulos digeritur: quorum unus cum [l] humerali uena,ubi adhuc in alto reconditur,aliquousque prorepit.Huic soboli [m] alius succedit ramus, nonnihil demissiùs ab axillam petente arteria enatus,ac in musculos anteriori thoracis sedi instratos,numerosa utcunque propagine digestus.Dehinc [n] ramuli in glandes axillæ cauitatem opplentes, ab hac arteria admodum rari sparguntur.Quinetiam priusquam tota arteria in brachium feratur, [o] propago quædam thoracis lateri exporrigitur,potissimùm in [P] musculum excurrens,cuius beneficio brachium decliue dorso adigitur. [q] Quòd præsentis arteriæ iam supersest, [r] axillari uena concomitatum, ac in brachium procedens, penitiùs occultatur:& primùm [s] graciles ramos internæ musculorum humerum amplexantium sedi, & membranis neruos hic continentibus distribuit.Insuper deorsum sensim adhuc prorepens, & continuò [t] interiori axillaris trunco attensa, [u] aliam emittit propaginem, quæ secundùm [x] posteriorem humeri sedem,quà ipsi cubitum extendentes musculi adnascuntur,obliquè prorepit,ad externum humeri tuber cótendens.Hæc enim propago,unà cum [y] uena,quam hàc duci retulimus, & dein cum [z] quarto brachium petente neruo,ad externam cubiti sedem pertingit,& sub musculorum capitibus aliquousque deducta cessat,qui hic ab humeri externo tubere principium ducunt:& partim radij, partim autem brachialis, partim uerò digitorum motibus famulantur.Vbi autẽ sinistri brachij [a] arteria has soboles digessit, inter [b] duos cubitum flectentes musculos recondita,ipsisq; ramulum præbens,ad medium cubiti articuli flexus prorepit,hic utrinque [c] sobolem ipsi articulo exhibens, & musculi cubitum flectentis posterioris [d] insertioni innitens hicq; subinde pulsum euidentem ẽdens.Hinc arteria inter [e] musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem,& [f] illum qui tertios eorundem digitorum articulos flectit,mergitur; ac ubi nonnihil per cubiti internam sedem prorepsit,bipartitò scissa, [g] unum ramum radio, [h] alterum ulnæ exporrigit.Qui secundùm radium fertur,cuiusq; pulsum indies in ægris exploramus, non procul à brachialis radice [i] sobolem deriuat,quæ sub [k] tendinibus pollicem extendentibus, ad manus externam sedem procurrit,in [l] musculos digesta,qui inter primum pollicis os,& postbrachialis os indicem sustinens, collocantur.Quando ramus radio exporrectus,illam emisit sobolem,unà cum tendinibus digitos flectentibus, [m] transuersum brachialis ligamentum transgreditur,& sub [n] dilatescente in manu tendine, similiter ac pertinens huc [o] uena,& [P] neruus quoque illi attensus,in tres ramos discinditur:quorum unus, in duas dirremptus propagines,internam pollicis regionem accedit,secundus uerò duplici ramo internam indicis sedem implicat:tertius autem indiuisus,internum latus interioris medij digiti sedis conscendit. [q] Ramus arteriæ,qui ulnæ exporrigitur,similiter per transuersum brachialis ligamentum, manus uolam subit: [r] & duos ramulos minimo digito,& totidem anulari,unum autem medio offert: sed interim nullam sobolem in externam manus sedem dispensat.quamuis interim [s] unam [t] illis musculis porrigat, qui externum latus postbrachialis ossis occupant,quo minimus digitus suffulcitur.Rami ulnæ exporrecti motum haud manifestò percipimus,nisi homo admodum gracilis ac macilentus,aut magno pulsu præditus fuerit. Quippe Natura,ut omnes propemodum arterias,hunc quoque ramum in alto retinet, tendinibus magis quàm is qui radio exporrigitur,occultatum:atque ita nusquam earum portionem Natura in cutem conspicuè emittit,quemadmodum soboles à uenis passim & frequenter perferri,prius commemoratum est. Meritò igitur nullam in externa manus sede aliam à nuper [u] dicta,quam pollici ac indici ascripsimus,reperies arteriam. Ad hunc sanè modum [x] primus arteriæ magnæ partis superiora petentis ramus diuaricatur, qui ad primam sinistri lateris costam contendit. [y] Maior autem ampliorq; ascendentis arteriæ partis portio,asperæ [z] innitens arteriæ,rectà sursum ad [a] glandium in iugulo repositum properat:id enim arteriæ huic, similiter ac uenæ,lectuli modo adsternitur,ipsiusq; beneficio ramorum scissio iniurijs innoxiè ferendis promptior efficitur.Quum uerò in hunc modum arteria sursum tendit, priusquam elatiorem pectoris ossis sedem superat, adhuc in thoracis cauitate,in [b] duos impares ramos finditur. [c] Sinister, qui gracilior est (amplus tamen & ipse) nonnihil obliquè in læuum deflexus,sursum cum [d] interiori iugulari,secundùm asperæ arteriæ sinistrum latus,per ceruicem exporrigitur,ipsaq; soporalis eius lateris arteria censetur. Dexter [e] ramus,sinistro crassior,similiter sursum tendit:& simulatque primam thoracis costam contigit, ex dextro ipsius latere [f] arteriam promit,in easdem prorsus soboles discissam, quas à [g] ramo, qui sinistræ axillæ offertur,distribui scripsimus:ad superiorum uidelicet costarum interualla, ad transuersos ceruicis uertebrarum processus,ad pectoris os,ad posteriores in collo locatos musculos: & ut rem in pauca contraham,arteria illa dextrorsum ducta,in eosdem omnino ramos digeritur,in quos sinistri brachij arteriam deserere commemorauimus. [h] Quod uerò maioris dextriq; rami illius in iugulo diuisionis adhuc supersest, crassitie illi congruit [i] ramo, quem secundùm asperæ arteriæ sinistrum latus prorepere, paulo antè diximus.atque ut iste illac exporrigitur, ita & illud dextri rami reliquum, secundùm asperæ arteriæ dextrum latus sursum conscendit,huius lateris soporalem efformãs arteriam,quæ, uti & sinistra,Græcis καρωτὶς nuncupatur. Quum autem sinistri lateris arteria (perinde ac dextri etiam) ad fauces usque [k] pertingit, in duos discinditur ramos: quorum grandior,idemq; interior, fauces subit: ac mox laryngi & linguæ [l] soboles deriuans,ad caluariæ basim [m] properat: priusquam uerò in caluariam mergitur,in duas impares ducitur propagines. [n] maior per [o] peculiare foramen,nulla concomitante uena, caluariam inibi ingreditur,ubi [P] glandula,cerebri pituitam excipiens,in quodam ossis cuneum referentis [q] sinu ponitur.Hęc pro

Arteriæ ramus, cuius pulsum ante brachiale exploramus.

Naturam arterias recondere.

Series maioris portionis magnæ arteriæ partis, quæ superiora corporis petit. Sinistra soporalis.

Dextrum brachiũ petẽs arteria.

Dextra soporalis.

Soporalis ad caluariã series.

k K. l *fi. cap. 6 a, a.* m L. n *inter* L & M. o M. p 10 *musc. tab.* Θ. q N. r *fi. cap. 6 m.* s *paulo sub* N. t *fi. 6 cap. q, q.* u O. x 2 *fi. cap.* 23 *li.* 1 *per* Y *uersus* P. y *fi ca. 6 p.* z 2, 3 *fig. cap.* 11 *li.* 4 Φ. a N. b 6 *musc. tab* Θ, r, r. c P, P. d 8 *musc. tab.* N *musculi* Γ. e 6 *ta.* Ξ. f 5 *tab.* Θ. g Q. h S. i R. k 11 *musc. tab.* n, q, r. l 11 *tab.* ſ. & 8 *ta.* Y. m 4 *musc. tab.* θ. n 3 *musc. ta.* l *musculi* Π. o à q *fig. cap.* 6. p *fi. ca.* 11 *li.* 4 *chara.* 44. q S. r *Spectantur hæc inxta* T. s *. t 4 *musculi tab.* n, ζ. u R. x D. y V. z 6 *fi. lib.* 6 R *super* Y. a 2 *fi. li.* 6 F. b 6 *fi. li.* 6 *in* X & S. c X. d *fi. ca.* 6 S. *aut ſpecta potius ultimam fi. huius libr. hæc in ſede.* e *fi.* 6 *li.* S *collatum cũ* X. f Y. g D, *cum cuius chara* p 16 *fi. li.*

Eleribus conferes arteriam Y *insignitam.* h Z. i X. k *a.* l *c.* m *d. & fi. cap.* 14 B. n *fig. cap.* 14 L. o 2, 3 *fi. ca.* 12 *li.* 1 X. 7 A. q 3 *fi. cap.* 12 *lib.* 1 M.

pago mox in ipso ingressu utrinque singulas emittit soboles: ac [r] unam per [s] proprium foramen ad narium cauitatem dispensat, quæ suo extremo inter nasi cartilagines, adeoq; ad nasi usque extremum ita cum aliquot faciei arteriolis deperditur, ut tactu, ipsius quoque motum inibi percipiamus. [t] Altera maioris eius propaginis soboles, in latus sinistrum duræ cerebri membranæ [u] multipliciter discinditur. [x] ipsa autẽ propago, iam caluariæ cauitatem ingressa, bipartitur: & caluariæ basi suffulta, in anteriora nonnihil tantisper repit, donec denuò colligatur. Subinde uerò hucusque non diuisa, neque collecta rursus, sed simplex prorsus fertur. Vtcunque autem sit, siue simplex huc pertingat, siue prius in duas partes diuisa, hic se rursus colligat, inibi [y] insignem utcunque ramum per [z] secundi neruorum cerebri paris [a] foramen, ad oculum & interiorem [b] temporalis musculi sedem, distribuit. Quod uerò ipsius [c] reliquum est, duram cerebri membranam [d] perforat: ac [e] partim in tenuem cerebri membranam, [f] partim ad sinistrum cerebri uẽtriculum conscendit, plexum inibi faciens, quem secundinis, potissimùm uerò exteriori fœtus [g] inuolucrotum comparabimus, quando cerebri uasorum seriem secundo ab hoc Capite persequemur, inibi etiam paulo diffusiùs nunc postremò commemorata explicaturi. [h] Altera propago interioris crassiorisq; rami eius diuisionis, quam soporalis arteria in faucibus molitur, cum [i] coniuge uena in posteriora secundùm caluariæ basim fertur, & [k] ramulum [l] musculis ceruicis uertebrarum anteriorem sedem occupantibus, iuxta primæ secundęq; uertebrarum interuallum offert, ac dein caluariam ingreditur: & [m] commune foramẽ cum [n] sexto cerebri neruorum pari nacta, simul cum uena in [o] sinistrum, seu secundùm durę cerebri mẽbranę sinum exhauritur. Porrò [p] exterior graciliorq; dictæ nunc in faucibus [q] diuisionis ramus, genis seu buccis [r] sobolem offert, penitiùs latitantem. [s] Insuper in duas propagines sectus, [t] unam sinistro tempori, [u] alteram secundùm sinistræ auris posteriorem sedem digerit, pulsum etiam edentes sensibilem. Atque in hunc sanè modum ascendens arteriæ pars in ramos finitur.

r *fi. ca. 14 f.*
s *3 fi. cap. 12 lib. 1 Y.*
t *fi. ca. 14 r.*
u *1 fi. ll. 7 D, D.*
x *fi. ca. 14*
y *q diuiditur in u, u. quæ coeũt in a, aut spectã 16 fi. lib. 7.*
z *14 fi. li. 7 G.*
a *1, 3 fi. ca. 12 lib. 1 G.*
b *4 musc. tab. T.*
c *fi. ca. 14 a.*
d *fi. 15 li. 7 C.*
e *fi. ca. 14 ß.*
f *fi. ca. 14 γ. aut 6 fi. lib. 7 G, N.*
g *2 ta fig. 30 li. 5 I, I, K, K.*
h *truncatus ramus iuxta d. & fig. cap. 14 à B.*
i *eiusdem fig. C.*
k *eiusdem fig. Φ.*
l *8 musc. tab. A, B.*
m *2, 3 fi. ca. 12 lib. 1 C.*
n *14 fi. li. 7 N.*
o *9 fig. li. 7 T, T.*
p *b.*
q *a.*
r *e.*
s *f.*
t *g.*
u *h.*
a *i.*
b *k, k.*
c *fi cap. 6 F, F. educit G, G.*
d *fi. ca. 14 lib. 1 Q.*
e *i.*
f *7 muscu. ta. q in Δ.*
g *l.*
h *3 fi. li. 6 C, D, E, F, G.*
i *Specta simul cũ integra delineatione figurã ipsius in o o. descri-*

AMPLIORIS DESCENDENTISQVE MAGNAE ARTERIAE TRVNCI in suos ramos series. Caput XIII.

Ad inferiora costarũ interualla arteriæ.

TRVNCVS magnæ arterię, deorsum ad thoracis uertebras [a] explicatus, ab inferiori posteriori ue ipsius sede, qua uertebris incumbit, non autẽ lateribus, utrinq; [b] propagines in octo inferiora thoracis interualla deriuat: quæ similiter ac [c] uenæ cõiuge carentis rami, secundùm interuallorũ ductum, ad costarũ usq; cartilagines in ueris costis prorepunt, spuriarũ uerùm costarũ interualla excedunt, in abdominis latera magis q̃ ipsæ costę pertinentes. Ab his propaginibus ramuli in dorsalẽ medullã, per [d] foramina, neruorũ gratia in uertebris sculpta, ac dein ad musculos uertebris thoraciq; adnatos sparguntur, pari omnino serie, qua uenam coniugis expertem disseminari, superius proditum est. [e] Ipse autem arterię truncus, sinistræ uertebrarum corporum sedi quodammodo innitens, deorsum [f] sub septo transuerso, quà id undecimæ thoracis uertebræ corpus respicit, extra thoracis cauitatem labitur: ac mox utrobique septo transuerso [g] unam offert propaginẽ, quæ in plures secta surculos, in humiliorem septi iuxta uertebras sedem præcipuè deperditur, exiguas soboles sursum ad septi elatiora, adeoq; ipsum cordis [h] inuolucrum, quà id septo adnascitur, spargens. Post commemoratas propagines, magna arteria, ex elatiori sui corporis sede [i] unum promit truncum, soboles in uentriculum, iecur, bilis uesiculam, lienem, omentum, & duodenum intestinum, & colon quoque, ubi uentriculo id exporrigitur, hunc in modum offerentem. Præsens truncus simulatque [k] prodijt, elatiori sede inferioris membranæ omenti suffulcitur: ac in duos magnitudine propemodum æquales ramos diremptus, hunc [l] qui gracilior paulo est, dextrorsum, [m] illum uerò qui modicè amplior uisitur, sinistrorsum mittit. Dexter ramus uenæ portæ, in [n] glandoso corpore, quod sub uentriculi posteriori sede huic omenti membranæ intertextum cernitur, adnexus, sursum ad iecoris cauum contendit, in medio ductu ex humiliori ipsius sede [o] surculum inferiori omenti membranę, ipsiq; adeò colo intestino hic offerens. Post hunc, ab elatiori parte [p] sobolem uentriculo exporrigit, quæ in posteriorem ipsius sedem, qua is dorsum spectat, pauculis ramulis digeritur. Ex humiliori rursus sede, dexter arteriæ ramus, ad iecoris cauum tendens, duas denuò profert soboles. [q] unam cum uenæ portæ ramo intestino diffundit, quod duodenum appellamus, secundùm cuius mediam longitudinem, & aliquousque ad ieiuni intestini initium, ea soboles porrigitur. [r] altera soboles, nuper commemorata paulo amplior, ad dextram fundi uentriculi sedem retorquetur: & superiori omenti membranæ innexa, ex elatiori sede in anteriora & posteriora fundi uentriculi, ramulos frequenti serie spargit, perinde ac ab inferiori sua sede alios in omenti superiorem membranam educit. [s] Atque hæc arterię soboles, cum portæ uenæ ramo hàc exporrecto, ad medium fundi uentriculi cessat. Quod uerò dextri arterię rami adhuc supereſt, postquam [t] duos insigniter exiles surculos bilis uesiculæ transmisit, in [u] ramulos aliquot sectum, ad iecoris cauũ terminatur, non admodũ altè in iecoris substantiam excurrens. [x] Sinister ramus,



HAC figur. portionẽ arteriæ à tergo finximus, ut aliquo pacto series proponeretur, quæ hæ ramos costarum interualis ex posteriori ipsius sede digerit.

Ad septum trãsuersum arteriæ. Arteriæ magnæ rami, omentũ, iecur, bilis uesiculam, uentriculũ, lienem, duodenum, & coli partẽ accedentes.

dici insertam m. k *3, 4 fi. li. 5 ß. unde etiam huius arteriæ seriem petes, uenæ portæ ramis exporrectam.* l *n.* m *u.* n *3, 4 fig. li. 5 n, n.* p *p.* q *q.* r *r.* s *2 fig. lib. 5 R ad T. aut 14, 15 fig. lib. 5 c. uerùm si hac in quinto libro spectare uisum est, recurrito ad marginem portaptionis, ne hic nimius in notando sim.* t *s.* u *t.* x *u.*

mus,quē y dextro modicè craſsiorē eſſe dicebamus,inferiori quoq; omēti mēbranæ,ipſiusq; glandoſo cor pori comittitur,ſeq; ramo uenę portæ hàc excurrēti ſociat,in totidē quot ille ſoboles digerēdus.Mox enim præſens arteriæ ramus ab eminētiori ſede z propaginē uentriculo,qua dorſo innititur,offert,quæ primùm a ſobolem unā utrinq; in mediā uentriculi ſedē eius quæ dorſo incūbit regionis exporrigit: deinde ſurſum aſcēdens,uenæ portæ b modo,ſuperius uentriculi orificium coronæ inſtar appoſitiſsimè c cingit,ramulos uentriculi corpori,& graciles ſurculos ſtomachi termino,quo is uentriculo continuatur, diſtribuens. Inter reliquos autem ramulos, d unus ſecundùm uentriculi ſuperiora dextrorſum exporrectus,uentriculi humilius adit orificium,ſurculos quoque in progreſſu,anteriori & poſteriori ſedibus uentriculi depromens. e Siniſter dein ramus,ad lienem properans, ab humiliori ipſius ſede f propaginem in inferiorem omenti membranam diffundit,quæ paulo poſt exortum in duos ramos inuicem ualde diductos diſcinditur,numeroſam arteriariarum ſobolem deorſum in nunc dictam omenti membranam & colon inteſtinum propagantes.Hac edita propagine, g ſiniſter ille arteriæ ramus ſiniſtrorſum magis ducitur, & uenæ ipſi attenſæ ritu,in duas diffunditur arterias:& hæ rurſus in alias tantiſper dirimuntur, donec h frequenti ramorum ſeric,lienis cauo ſecundùm rectam lineam implantentur.Priuſquam uerò omnes arteriæ in lienem ceſſent, ab humiliore parte eius quæ demiſsiorem lienis ſedem adit,plerunque i ramulus inferiori membranæ omenti offertur.Deinceps ab illa arteria,quæ infimæ lienis arteriæ proxima eſt,priuſquam hæc in lienem deperditur, k propago pullulat,quæ ſuperiori membrana omenti ſuffulta, dextrorſum ad uentriculi fundum contorquetur:ſiniſtramq; uentriculi fundi ſedem perreptans, geniculatim ramulos anteriori & poſteriori ſedibus,ac dein ſuperiori membranæ omenti ſoboles ſpargit. Item ab alijs lienem adeuntibus arterijs l ramuli enaſcuntur,qui ſiniſtrum uentriculi latus illo prorſus modo adeunt, quo à uenis lienem petentibus propagines eodem pertinere,ſuperiùs commemoratū eſt.Cæterùm à magna arteria, paulo inferius quàm m truncus,cuius iam ſeriem abſoluimus,principium ducit,ab elatiori quoque anteriori ve arteriæ corporis parte, n alia promitur arteria,quæ in ſuperiorem meſenterij ſedē in plurimas ſoboles diffuſa, uenæ portæ modo excurrit in ieiunum & ileum,& coli inteſtini partem,quæ à iecoris cauo ad dextrum renem uſque pertinet.Poſt hanc,inferiùs paululum ab utroque magnæ arteriæ latere, o ampla educitur arteria, in ſui lateris renem, p quemadmodum & uena,tranſuerſim prorepēs.Hæ arteriæ ortu, quum una elatiùs quàm altera,renum ſitus occaſione,pronaſcatur,è directo ſibi non correſpondentes, integræ in renes abſumuntur,uixq; uenarum modo ramulos notatu dignos in q pinguem renum tunicam diſſeminant. Inſuper ab arteria ſiniſtrum renem accedente,ſiniſtra r ſeminalis arteria non depromitur: ſed frequentiſsimè (ut & dextri teſtis s arteria) ab arteriæ magnæ quaſi caudice originem ducit.Aliquantulo enim humiliùs quàm dextræ ſeminalis uenæ t initium à caua exurgit,ab anteriori arteriæ magnæ ſede, ſeminalium arteriarum u exortus pendet,quæ ſuis principijs exortibus ve inuicem ſunt conterminæ:ac dextra quidem cauæ uenæ corpus x tranſcendens,dextræ ſeminali uenæ attenditur,quouſque pubis os ſuperans, ac ex magna peritonæi cauitate excidens,ipſi uenæ permiſceatur,atque cum illa anfractus gyrosq; efformet,quorum baſis,humilior ve ſedes,ſuperiori teſtis regioni implantatur,ac teſtis ſubſtantiæ & hanc proximè inuoluenti tunicæ ramos præbet.Ad hunc quoque modum ſiniſtra ſeminalis arteria ſiniſtræ congreditur uenæ, & in mulieribus quoque y arteriarum ſeries z earundem uenarum diſtributioni penitus congruit: ut ſcilicet a media arteriarum pars teſtes adeat,ſeminaliaq; uaſa conſtituat, b altera autem fundum uteri implicet. Enarratis hactenus propaginibus c alia ſuccedit,inferiùs quàm ſeminales arteriæ, ab anteriori etiam magnæ arteriæ ſede principium ducens,& in humiliorem meſenterij ſedem diſtributa, ac in colum inteſtinū, quà à liene ad rectum uſque inteſtinum prorepit,ac dein in ipſum quoque rectum in primis digeſta. A poſteriori autem ſeu inferiori magnæ arteriæ ſede,qua hæc uertebris committitur, geniculatim d rami utrinque ad ſingulas lumborum uertebras promuntur,qui deinceps in dorſalem medullam & muſculos uertebris hic adnatos excurrunt.Atque huiuſmodi rami inuicem ferè amplitudinis ductuſq; ſpecie conueniunt, ſi modò e unicum utrobique ramum exceperis,qui quum cæteris inſignior multoq; craſsior ſit, ac iuxta ſacri oſsis ſummum præcipuè prodeat,non ſolùm muſculos uertebris attenſos accedit,uerùm tranſuerſim per peritonæum abdominisq; muſculos ad latera uſque abdominis exporrigitur. f Hactenus magna arteria in lumborum regione ſiniſtro uenæ cauæ lateri ſuccubuit:quum uerò ſacri oſsis principiū attingit,uenę ſuperſternitur,in g duos grandes truncos inſtar Y ad hunc modum ⅄ inuerſi bipartita. Fit uerò ſitus huius permutatio propter arteriæ dignitatem:quum enim hæc dignior nobiliorq; cenſeatur, non immeritò ipſam magis quàm uenam recondi,occultari,& in alto corporis ferri,ac demum iniurijs ferendis pertinacem effici oportuit.Ne uerò hic ab excarni oſsis ſacri initio ea in dorſi motibus promptè lædatur, ſubditā prius arteriam inibi uena ſuperiorem eſſe,illamq; hanc conſcendere,perſuaſum eſt omnibus:ut ſcilicet uena inſtar ſubſterniculi cuiuſdam arteriæ inibi ſubderetur. h unde etiam, priuſquam uenæ cum arterijs in crus delabuntur,quum iam ſacrum os uaſa ſuperarint,uenæ arterijs ſuperiores uehuntur:arteriæq;,quoniam digniores ſunt,ſub uenis reconduntur.Cæterùm rami,qui à magnæ arteriæ ſupra ſacri oſsis initium diuiſione prodeunt,uenarum ramis exactiſsimè correſpondent,ſi i exiguos fortè ſurculos ſecluſeris, qui ab humiliori arteriæ ſede,quà hæc primùm bipartitò ſcinditur,deorſum ducti,ac oſſe ſacro ſuffulti, ipſius k foramina ſubeunt,hàc dorſalem medullam poſterioremq; ſacri oſsis ſedem petentes. l Siniſter itaque, quemadmodum & dexter,huius ſupra os ſacrum factæ diuiſionis truncus, non procul à diuiſione in duos grandes partitur ramos,quorum m interior n exteriore gracilior eſt:ac ilico duas à ſe diffundit propagines,quarum o unam rurſus interiorem, p alteram uerò exteriorem,doctrinæ ſtudio non ineptè appellaueris.Exterior ſimul cum q uena inter ſacrum os & coxendicis os,quà hæc inuicem dehiſcunt, in exteriora

Præcipua meſenterijs accedens arteria.

Renum arteriæ.

Seminales arteriæ.

Ad humilio rem meſenterij ſedem arteria.

Ad lumborum uertebras & carnes,abdominisq; latera.

Arteriæ magnæ ſupra ſacrū os diuiſio, arteriæq; ſuper cauā aſcenſus.

Truncorum diuiſionis ſupra os ſacrū factæ ſeries

y *m.*
z *x.*
a *γ.*
b *14, 15 fig. lib. 5 d.*
c *ζ.*
d *α.*
e *ν.*
f *β.*
g *μ.*
h *δ,ϛ.*
i *γ.*
k *ε.*
l *ζ ſuperius.*
m *m.*
n *ζ in integra arteriæ delineatione. dein conſules 3, 4, 6,7,8, aliquotij; ſequentes lib. 5 figuras.*
o *n,θ.*
p *22,23 fi. lib. 5 m, n.*
q *20 fi. lib. 5 T,V.*
r *x,x.*
s *ι, ι.*
t *22,23 fi. lib. 5 u.*
u *earundē fig. a.*
x *eiſdem ſpectatur figuris, uti et ſubſequētia pleraque.*
y *25 fi. li. 5 g, h.*
z *eiuſdem ſ. d, e.*
a *eiuſdem fig. o.*
b *eiuſdem fi. n.*
c *λ. & 20 fi. lib. 5, k.*
d *μ,μ.*
e *inferius μ.*
f *Oſtendūt hæc 20,22, 23, 25 fig. lib. 5.*
g *ν, ν.*
h *Hæc, ut & totā quoque arteriæ ſeriem, ab ultima huius libri pene ſi.*
i *ſub ν, ν, ν.*
k *1 fi. cap. 18 li. 1 chirurg. 2, 3.*
l *ſiniſtrum ν.*
m *ξ.*
n *à ν ad ϛ.*
o *π.*
p *ο.*
q *fig. cap. 6 τ.*

riora transuersim exporrigitur, & frequenti utcũq; sobole musculos ilium os amplexantes, ipsumq; adeò ex xendicis articulũ implicat. Interior autẽ propago, soboles in uiris quidem uesicæ fundo, & ceruici ipsius, seu peni, & paucas admodum etiã podici offert: in mulieribus autẽ (quibus hæc [r] propago grãdior obtigit) in humiliorẽ fundi uteri regionẽ numerosa serie distribuitur, muliebrẽq; uesicam & uteri ceruicẽ ramulis quibus dã intertexit. Quod interioris rami, qui binas nunc explicatas eduxit propagines, [s] reliquũ est, deorsum repit, sui lateris [t] arteriã, quę per umbilicum fertur, admittẽs. [u] Arteriæ etenim ab umbilico secundùm fundi uesicæ latera deorsum ductę, ac in natis hominibus coriaceę inanesq; redditæ, sui lateris arteriæ, portioni [x] continuãtur, quã modò ab interiori illo ramo reliquã esse, deorsumq; ferri dicebam. Hęc namq; nõ minus q̃ uena ipsi attensa, pubis ossis [y] foramen petit: priusquam uerò id transit, [z] propaginẽ assumit ab extrano trunci magnæ supra os sacrum factæ diuisionis ramo, ubi is iam in crus est prolapsurus. Præsens itaque interioris rami portio, ea propagine adaucta, per pubis ossis foramen ducitur, & in musculos foramen id occupantes, & illos qui à pubis osse principium sumunt, dispergitur, perinde ac [a] uena, pubis ossis foramen transiens. Ac quemadmodum hæc paulo infra longitudinis femoris medium, extremo quodam ipsius surculo, alteri uenę in [b] quintum femur mouentium musculum dispensatæ [c] commiscetur: ita sanè & arteria per pubis ossis foramen procidens, suo fine cum alia [d] coit [e] arteria, quam illi musculo à maxima crus petente arteria distribui, non ita multo pòst subijciam. Exterior namque ramus sinistri trunci eius [f] diuisionis, quam supra os sacrum fieri dicebam, per inguina læuum crus [g] descendit: anteaquàm uerò peritonæum permeat, [h] propaginem sursum ipsi exporrigit, [i] quæ ad rectum abdominis sui lateris musculum accedens, surculos In conterminas sedes transuersim utrinque digerit: & sursum ad umbilici usque regionẽ properans, in ramulos tandem discinditur, qui [k] arteriæ eòdem à pectoris regionibus tendentis soboles spectant. Quum uerò grandis arteria in crus descendens, peritonæum superauit, [l] ramulum ad pubis ossium commissuram mittit, qui exiguus est, neque ut eò excurrens [m] uena, in multas soboles dispergitur: quarum ne una quidem cutem subit, nisi fortè exilis quępiam in penis [n] inuolucrum diffundatur. In crure autem [o] arteria [p] ramum in anteriores femoris os amplexantes musculos digerit, qui etiamsi in frequentes scindatur soboles, nullam tamen cuti exporrigit. Deinde à grandi arteria [q] alius educitur ramus, in quintum femur mouentium musculum, & eos qui internam femoris sedem occupant musculos, ad genu usque quodammodo in propagines sparsus, & quadam sua sobole illius [r] arterię extemo [s] commixtus, unitusq;, quam per pubis ossis foramẽ in crus pertingere scripsimus. Cæterùm ipsa grandis arteria sensim deorsum prorepens, secundùm femoris os ita conuoluitur, ut ab anteriori inguinum sede [t] inter duo inferiora femoris capita in poplite feratur, nusquam non [u] uena grandiori, quæ crus accedit, concomitata. In hoc per femoris posteriora descensu, arteria [x] propaginem educit, quę in musculos posteriorem femoris sedẽ occupantes excurrit, & aliquousque cum illis uenarum [y] propaginibus deducitur, quas uenam efformare docui, quæ per genu flexũ, seu posteriorem ipsius sedem, in suræ cutem sparsa sobole pertingit, arteriæ interim nulla propagine ad cutem emergente. At grandis arteria in ipso poplite, uti diximus, recondita, [z] utrinque propaginem emittit, in alto quoque occultatam, & in genu articuli latus penitiùs digestam, illisq; [a] musculorum capitibus pariter communem, quæ à femore inibi principium ducunt, ac tres primos pedem mouentium musculos efformant. Posteaquàm uerò [b] arteria tibiam primùm subit, ab externo ipsius latere notatu dignę amplitudinis depromit [c] ramum, fibulæ ossis externo lateri præcipuè attensum, ac sub [d] musculis pedem mouentium septimo & octauo reconditum, illorumq; internæ sedi surculos exporrigentem. Hic ramus tantisper deorsum fertur, ac musculi illi adhuc carnei permanent, & secundùm exteriorem malleolum contorqueri reuoluiq; incipiunt. Dein paulo humilius quàm dictus modò ramus initium ducit, ex posteriori grandioris arterię sede, alia educitur [e] propago, per posteriorem [f] quarti pedis motuum autoris musculi regionem ad eum usque [g] locum excurrens, quo duorum primorum pedem agentium musculorum tendo, illi quarto musculo ualidè connatus cernitur. Ipsa uerò grandis arteria, sese inter quartum eum pedem mouentium, & [h] secundum & [i] tertium musculos, qui pedis digitorum motibus præficiuntur, & [k] quintum pedem mouentium submergit: & mox simulatque eam tibiæ sedem contingit, qua tibiæ os à fibula primùm seiungitur, [l] ramum educit, qui per [m] membraneum ligamentum tibiæ ossi fibulam toto interuallo, quo inuicem hæc ossa dehiscunt, colligans, in anteriorem tibię sedem fertur, musculis inibi repositis occultata, pręcipuè autem [n] sexto pedem mouentiũ, & alijs duobus: quorum [o] uni quatuor pedis digitos, [p] alteri pollicem extendenti munus concreditur. Verùm hic ramus cum carnea illorum musculorum sede haudquaquam cessat: quinimò cum eorundem tendinibus per [q] transuersum ligamentum in anteriori tibiæ sede obuium, ad pedis superiora [r] contendit, oblatus [s] musculis, quorum beneficio digiti in externum latus abducuntur. Atq; hic ramus inibi non adeò submergitur, reconditur ve, quin plerunque hac in parte ipsius motum pulsumq; tactu deprehendamus. Quod uerò [t] crassioris arteriæ adhuc reliquum est, ac inter secundum & tertium pedis digitos mouentium musculorum, & quintum eorum qui pedis motibus pręsunt, reponitur, rectà deorsum incedit, ac cum illorum musculorum tendinibus inter calcem & malleolum interiorem, pedis humiliora subit, in progressu [u] ramulum internæ pedis regioni offerens, qui [x] musculo pollicem in internum latus ducenti communicatus, ad ossis scapham referentis usque sedem, superiora pedis perreptat. Ipsum autem arteriæ [y] reliquum, inter [z] primum digitos mouentium musculum, & [a] tendines secundi & tertij musculorum digitos quoque mouentium, iam consistens

Arteriæ nephilici exitus.

Arteria pubis ossis foramen transiens.

Arteria in femore series.

Arteriæ per tibiam, & pedem distributio.

r 25 *fi. li.* 5 *f.*
s 5.
t *fuit.*
u 2 *fi. li.* 5 K. L.
x *inter* 5 5.
y 1, 2, 3 *fi. cap.* 29 *li.* 1 r.
z *accedit ad* 5.
a *fi. cap.* 6 *et.*
b 8 *musc. tab.* Φ, *c.*
c *fi. cap.* 6 Ω.
d ω.
e ⊥ *ortum à* Ω.
f *v. v.*
g Φ.
h τ.
i 6 *muscu. ta. e adf.*
k G. 6 *muf. tab. a adf.*
l *u.*
m *fi. ca.* 6 Δ.
n 20 *fi. li.* 5 r.
o Φ. *uerum spectta interim sedulò uniuersum crus ultima fig.*
p χ.
q ⊥.
r 5.
s ω.
t 1 *fi. cap.* 30 *lib.* 11. *inter* E & F.
u *fi. cap.* 6 *inter* Ω & Θ.
x Γ.
y *fi. cap.* 6 *chara.* 3, 4. *dein chara.* 6, & 7, 7.
z Δ, Δ.
a 12 *muf. ta.* Φ, Ψ, ω.
b Θ.
c Δ.
d 14 *muf. tab.* k, l & 15 *tab.* H, I *ad* B.
e Σ.
f 13 *muf. tab.* Ψ.
g 13 *muf. tab.* κ.
h 14 *muf. tab.* Λ.
i 14 *muf. tab.* Ξ.
k 15 *muf. tab.* D, E.


l Π. m 15 *muscu. tab.* T *inter* R & S. n 3 *muscul. tab.* Ψ. o 4 *muscul. tab.* Ψ. p 5 *muscu. tab* Φ. q 1 *muf. tab.* ∂. r *ubi* Φ *notatur.* s 5 *muf. tab.* Ψ. t Ξ. u Ψ. x 6 *muf. tab.* χ. y Ω. z 14 *musc. tab.* Θ. a 14 *musc. tab.* β, ∂.

consistens,ita in surculos digestum cessat, ut bini ferè ramuli ad inferiorem cuiusque digiti sedem contendant.Huiusmodi itaque magnæ arteriæ per crus seriem diligenti resectione didicimus. quandoquidem uerò Galeni scriptis hanc omni ex parte neutiquam respondere,facilè expendes, optauerim sedulò obseruari, quàm Galenus in tertio de Administrandis sectionibus,& in libro de Venarum arteriarumq; sectione sibi respondeat:ut dein partium anatome simul quoque adhibita,tandem constet, quoties ex merito nostra humani corporis fabricæ historia,ijs quæ Galenus posteris reliquit,parum conueniat : quod insuper manifestiùs cerebri uasorum indicabit series,quam modò opportunæ aggrediemur.

VENARVM ARTERIARVMQVE CEREBRI SERIES. Caput XIIII.

DECIMIQVARTI capitis figuræ, eiusdēq; characterum Index.

DECIMIQVARTI CAPITIS FIGVRA.



PRAESENTI figura,uasorum cerebri nuda proponitur delineatio, à uenis arteriisq; incæpta, priusquàm illæ penitus in caluariā mergantur. Ne autem ramorum frequentia,pleraque obscurarentur, unius duntaxat lateris uasorum seriem (nisi quādoque res secus exigat) delineatam conspicis.

A *Interior iugularis, quà iam caluariæ proxima est.*
B *Soporalis arteria.*
D *Prima caluariam petens uena.* C *Secunda uena.*
F *Tertia uena.*
E *Quarta uena.* G *Quinta uena.* H *Sexta uena.*
K *Prima caluariam ingrediens arteria.* I *Secunda arteria.* L *Tertia arteria.*
M *Dexter seu primus duræ membranæ sinus.*
N *Sinister duræ membranæ sinus,quem secundum nuncupamus.*
O *Primi & secundi sinuum congressus.*
P,P *Tertius duræ membranæ sinus.*
Q *Tertij sinus finis,osseo commissus septo,quo olfactus organorum sedes interdiuiduntur.*
R *Quartus duræ membranæ sinus.*
S,S *Ductus à dextro sinu in duræ tenuisq; membranarum sedes ipsi proximas excurrentes.*
T,T *Ductus ex tertij sinus latere in tenuem membranam diffusi,& ac si abtruncati essent,hic depicti.*
V,V *Ramuli ab infimo tertij sinus angulo in eum duræ membranæ processum deriuati,qui dextram cerebri partem à sinistra seiungit.*
X,X *Tertij sinus surculi,cum illis commissi uasculis,quæ per uerticem caluariam subingrediuntur.*
Y,Y *Exiguæ propagines,ab elatissimo quarti sinus angulo in duræ membranæ processum aliquousq; excurrentes, qui dextram cerebri partem à sinistra hic supra cerebellum interdiuidit.*
a,a *Ductus à dextro quarti sinus angulo deprompti,& in duram cerebri membranam,quà cerebello hic incumbit,ac dein in tenuem & cerebelli & cerebri membranam diffusi.*
b *Ductus à quarto pendens sinu,ac secundùm totam longitudinem, humilioremq; sedem eius duræ membranæ processus excurrens,qui dextram cerebri partem à sinistra dirimit.*
c,c,c *Surculi sursum à commemorato iam ductu,in dictum quoque duræ membranæ processum deriuati.*
d, e *A quarto sinu propagati ductus,qui uenarum prorsus modo, tenui membrana suffulti, secundùm cerebri longitudinem,supra callosum cerebri corpus ducuntur. Ac unus quidem d insignitus,parti dextræ cerebri attenditur: alter uerò e notatus,sinistræ parti exporrigitur.*
f *Ductus à quarti sinus humiliori sede in tenuem cerebelli membranam propagatus.*
g *Ductus f notati propago,per cerebri anfractus gyrosq; in humillimam dextri cerebri uentriculi sedem pertingens,ac cum hàc ascendente arteria,quam y notabimus,coiens.*
h *Ductus f notati propago retrorsum repens,uarieq; in tenuem cerebelli membranam dissectus.*
Præcipua quarti sinus propago,sub cerebri corpore,fornicis cameræ ve modo extructo, ad interiorē usq; sedē tertij uētriculi cerebri procurrēs,& uariè in ramos dissecta,rursusq; instar reticuli cuiusdā in se collecta, et carnea quadā substantia undiq; intertexta,quæ illi respondet,quam inter uterum & externum fœtus inuolucrum haberi cernimus.

k *Propaginis*

k Propaginis i notatæ in duas partes dissectio: in qua l partem indicat dextro exporrectam cerebri uentriculo, m uerò
l,m. eam quæ sinistrum adit, hicq; abtruncata cernitur.
n Tertiæ caluariam ingredientis uenæ surculus, ad auditus organum exporrectus.
o,o,o Series sinus duræ membranæ, in quem tertia uena exhauritur, cui perpetuò sinus attenditur, in quem tertiæ arteriæ ramus r notandus absumitur.
p,p Propagines eorum quos iam ultimò commemorauimus sinuum, in tenuem cerebri membranam sparsæ.
q Diuisio tertiæ & maximæ caluariam subeuntis arteriæ, quam mox ab ingressu molitur.
r Ramulus tertiæ arteriæ, qui in duræ mẽbranæ sinum absumitur, secundùm cerebri latera excurrentẽ, & o,o,o notatũ.
ſ Rãmulus tertiæ arteriæ, per proprium foramen in narium cauitatem digestus, & quodam surculo t insignito, nasi extremum accedens.
t.
u,u Duo grandes rami eius diuisionis, cui q inscribitur.
x Propago ex grandium illorum ramorum, quos u & u notauimus, coitu, per secundi paris neruorum cerebri foramen, ad oculum præcipuè excidens.
α Propago crassior dicti modò congressus, quæ duram cerebri membranam perforat, ac mox in duos ramos bipartitur, β & γ insignandos.
β Ramus propaginis α notatæ, in tenuem cerebri membranam frequenti sobole hic dispersus.
γ Ramus propaginis α insignitæ, dextrum accedens cerebri uentriculum, & plexum efformans, qui secundinis confer-
δ. tur, & hic δ notatur.

Præter hanc figuram, cuius modò characterum indicem absoluimus, huc ferè spectant omnes septimi libri figuræ: & ea quoque, quam huius libri calci adhibemus.

Sex uenæ, caluariã ex altero latere ingrediẽtes.

DVM superiùs uenæ cauæ rami, caluariæ basim subeuntes, recẽsebantur, utrinque sex eos obseruari relatum est. Arteriarum uerò distributionis historia, utrobique tres earum propagines caluariam ingredientes enumerauit. Ac [a] prima quidem illius enarrationis uena, propago ea censebatur, quæ per transuersos ceruicis uertebrarum processus conscendens, caluariam petebat. Secunda ac tertia internæ iugularis uenæ, [b] rami erant: [c] unus, qui cæteris caluariæ immissis uenarum propaginibus crassior ampliorq; uisitur, ac per [d] grande foramẽ, quod etiam [e] sexto cerebri neruorum pari paratum est, caluariam ingreditur, prius [f] propaginem in anteriorem uertebrarum sedem, uersus primam & secundam ceruicis uertebram diffundens. [g] Alter [h] peculiari foramine iuxta tertij quartiq; [i] parium cerebri neruorum foramen inciso utitur, caluariamq; citra arteriæ consortium subit, [k] Quartam externæ iugularis sobolem esse scripsi, quæ [l] priuato foramine caluariam petit, [m] ubi Λ imitans sutura, postremæ parti temporis commissuræ iungitur. [n] Quinta est, quam per [o] foramen [p] secundo cerebri neruorum pari exculptum, in caluariam porrigi dicebam. [q] Sexta caluariam subintrat, per foramen in octauo capitis osse exculptum, quod eorum [r] foraminum, quæ odoris gratia cælari putamus, maximè anticum amplissimumq; cernitur. [s] Prima uerò arteria, quum magnæ arteriæ seriem persequerer, illa occurrit, quæ unà cum prima caluariam subeunte uena, per transuersos ceruicis uertebrarum processus sursum attollitur, ac communi cum ea uena foramine in caluariam mergitur: secunda autem & tertia, rami [t] soporalis arteriæ censebantur. [u] Vnus, quem uenæ coniunctum, per foramen nerui sexti paris cerebri caluariam ingredi, atque [x] propaginem ad anteriorem cer uicis uertebrarum sedem deriuare dictum est. Alter uerò, qui commemorato nuper ramo amplior apparens, absque uena comite per [z] proprium sibi foramen caluariam petit. Atque huiusmodi ferè arteriarum uenarumq; in altero tantùm latere caluariam subeuntium est numerus. Qua autem ratione & serie inuicẽ committantur & coeant, rursusq; dirimantur, ac uariè in cerebri membranas excurrãt, hic enitar persequi: id ante omnia monens, nullam prorsus uenam aut arteriam in cerebri [a] substantiam ad eum modum intexi, quo pulmonibus, lieni, iecori, & plerisque etiam musculis eiusmodi uasa implicari nouimus. Nam uasa cerebri membranis duntaxat contenta, passim cerebro accumbunt, [b] uixq; ullibi ipsius substantiæ adnascuntur, quemadmodum in sermonis progressu audietur diffusiùs. [c] Dura igitur cerebri membrana, ubi quadam ipsius [d] portione seu processu inter dextram & sinistram cerebri partem consistit, ac dein [e] ubi inter cerebrum & cerebellum implicatur, penitiusq; uelut septum quoddam subintrat, [f] sinus quosdam obtinet, uenarum modo oblongos, & uenis caluariam petentibus capaciores, sed interim uenarum modo neutiquam teretes. Horum enim sinuum cauitas, secundùm ipsorum ductus longitudinem insinuata, trianguli speciem exprimit, qui tribus costis longitudine paribus, & instar quartæ partis circuli incuruatis constat. Veràm hæc trianguli costarum obliquitas, seu incuruatio, in omnibus sinibus non eadem existit. ipsa enim (uti postea auditurus es latiùs) alicubi trianguli imaginem refert, cuius una costa extrorsum obliquatur, reliquis duabus introrsum flexis: alicubi uerò trianguli formæ cauitas hæc accedit, cuius tres simul costæ æqualiter introrsum obliquantur. Sinus isti non solùm uenarum usum, sed & arteriarum quoque præstant. quanquam id à Galeno, cæterisq; dissectionum professoribus, haud animaduersum fuerit, quum illi hos sinus uenarum munere tantùm fungi arbitrentur: neque sinus eos arteriarum ritu pulsare, è uiuorum sectione, aut uulneratorum inspectione obseruauerint. Quinetiam ipsis non uidetur per spectum

Tres arteriæ, ex altero latere caluariam subeuntes.

Cerebri substantiæ uenas non innasci, sed ipsius mẽbranis implicari, membranasq; uenarũ modo caluari.

Duræ cerebri mẽbranæ sinuum usus. Li. 9 de Admini. sect.

VTERQVE *triangulus, tam superior, quàm inferior, tribus costis quartæ circuli partis modo curuatis costat, 1, 2, 3 insignitis. Verùm superior duo latera 1, 2 introrsum obliquata gerit: tertium autem 3 insignitum, extrorsum. Inferior triangulus tria latera 1, 2, 3 notata, introrsum curuata exhibet.*



a D. si. ca. 6 N. ult. si. ſ.
b ult. fig. c à δ educti.
c C.
d 2, 3 fig. cap. 12 li. 1 c.
e 14 si. li. 7 N.
f Φ.
g F.
h 2, 3 fig. cap. 12 li. 1 R iuxta Q.
i 14 si. li. 7 I, K.
k E. ult. si. λ.
l 2, 3 si. ca. 12 lib. 1 g.
m 4, 5 si. ca. 6 li. 1 C.
n G. ult. si. alter ramus μ.
o, 1, 2 si. ca. 12 li. 1 G.
p 14 si. li. 7 G.
q H ult. si. alter ramus μ.
r 3 si. cap. 12 lib. 1 I.
s K. si. ca. 12 F. ult. si gu. ſ.
t si. ca. 12 X.
u I. ult. si. ξ.
x Φ.
y L ult. si. o.
z 3 si. ca. 12 li. 1 X.
a Hæc obuia est in 3, 4, 5, 6, 7, 8 si. lib. 7.
b 4, 5 fig. li. 7 P. 6 si.

O. c potissimùm spectatur in 1, 2, 3, & 14 si. li. 7. d 3 si. li. 7 D, D inter A, A & B, B. e 7 si. li. 7 O, O. f 2 si li. 7 B, B. 7 si. P, Q, R, S, T.

ſpectũ fuiſſe,in iſtos ſinus & uenas & arterias pariter exhauriri,ſuamq;,quã amplexantur & cõtinent,materiam infundere: uenas quidem ſanguinem craſsiorem,arterias uerò uitalem ſpiritũ,unà cum ſanguine,impetu per corpus diffuſo. Præter iſtos ſinus,in duræ membranę proceſsibus excauatos,ipſa g alios quàm plurimos obtinet: ex quibus (quemadmodum & nuper commemoratis) h frequentes ductus in tenuem cerebri membranam,ac cum hac quoq; in cerebri uentriculos excurrunt, qui omnes exacte teretes uenarũ modo cauitates referunt.non tamen uniuerſi parem animanti uſum prębent: quum nonnulli uenarum pariter arteriarumq; munere fungantur,alij uenarum duntaxat,alij ſolùm arteriarum. Atque hæc duo,cerebri membranæ inter reliquas corporis partes peculiaria, rara & priuata ſortiuntur: eandem nimirum ipſarum cauitatem, ductum ve, arteriæ ac uenæ pariter munus obire, & interim in membranarum corporibus paratos ductus,ſeu ſinus, neque uenam, neque arteriam propriè cenſeri poſſe: uerùm proprias quaſdam, talesq; omnino fiſtulas ſinus ve exiſtere, quales quis formaret, quando ſtylos craſsiori cuipiam corio ſecundùm ipſius craſsitiem in longum,quaſi uenarum ſinus extructurus, impingeret.Horum itaque ſinuum,aut fiſtularum,aut cauitatum,aut uenarum,aut arteriarum,ſi mauis, ſeriem enarraturo, uariè nunc hac,nunc illa uoce, prout negocio accommodum uidebitur, uti, quid prohibebit? In dextro igitur latere (quod & de ſiniſtro,quum utrorunque eadem ſit ratio, ſubaudies) caluariam ſex ingredi diximus uenas, & tres arterias:ac i prima uena,ſimul cũ k prima arteria, deinde l ſecunda uena, & m ſecunda arteria, omnes ſimul in dextri durę cerebri membranæ n ſinus initiũ confluunt, qui ad earũ quas modò retulimus uenarum & arteriarum in caluariam ingreſſum o incipit, ad latus nimirum maximi in occipitis oſſe foraminis, quo dorſali medullę uia præbetur: deinde & ad eminentiorem foraminis ſedem, quod ſexti paris neruorum cerebri gratia inſculpitur.Sinus hic occipitis oſsi ſemper attenſus, ſecundùm p cerebelli circunſcriptionem ex q prioribus uerſus exteriora obliquè retrorſum ſurſumq; conſcendit, & ilico in progreſſu r quartam aſſumit uenam, quam ab externa iugulari proprio foramine caluariam ingredi recenſuimus. Præſens ſinus hinc rurſus retrorſum modiceq; ſurſum inſtar quartæ circuli partis protenditur, quouſque elatiſsimam cerebelli partem occipitis oſsi contiguam attingat: s ibidem enim dextri lateris ſinus cum ſiniſtro coit,atque ex ambobus una communis cauitas efficitur. Iſte amborum ſinuũ congreſſus, occipitis oſsi,quemadmodum & ſinus ipſi, contiguus eſt, non quidem ad amuſsim ſub t elatiſsima parte eius ſuturæ,quam A aſsimilamus,uerùm multo u humiliùs,& propemodum in media regione conſiſtit,quæ inter poſtremam foraminis, quo dorſalis medulla ducitur, ſedem, & dictæ modò futuræ uerticem habetur. Ex mutuo hoc amborum ſinuum x congreſſu, alij duo exoriuntur ſinus, longitudine & cauitatis forma inuicem uariantes: quippe y unus longior eſt, & caluariæ ſemper, quemadmodum prędicti duo, contiguus,ſecundùm capitis longitudinem antrorſum procedit.Ex eminentiſsima enim ſede congreſſus dextri ſinus & ſiniſtri principium ducens, z ſub elatiſsima futuræ Δ imitantis parte, & ſub ea quæ ſecundùm capitis longitudinem fertur,& deinde ſub frontis oſsis medio, ſinus ille protenditur uſque ad a oſſeum ſeptum, ab octauo capitis oſſe, in caluariæ cauitatem deducto. Quemadmodum uerò dexter & ſiniſter ſinus (niſi mauis illum primum, hunc uerò ſecundum nuncupare) inter cerebrum & cerebellum, quà hæc oſsi proxima ſunt, in dura cerebri membrana feruntur:ita quoque tertius ſinus, quem priorem ex mutuo duorum primorum congreſſu enatum recenſui, in ea duræ membranæ conſiſtit b ſede,quæ in ipſius c proceſſu,dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimente, ſecundùm totiùs capitis longitudinem eſt eminentiſsima,& caluariæ ſemper contermina. d alter uerò ſinus, ex communi duorum primorum ſinuũ congreſſu pronatus,& qui opportunè quartus enumerabitur,diſſectionum profeſſores,quantum coniector, latuit. Porrigitur autem ab anteriori ſede communis primi ſecundiq; ſinuum congreſſus, recto tramite uerſus priora cerebri,nuſquam deorſum neque ſurſum uergens.Conſiſtit enim in dura cerebri membrana, e ubi ſecundùm cerebelli longitudinem id & cerebrum,ad eas uſque cerebri f ſedes intercedit, quas teſtium & clunium imagini aſsimilamus.Quartus itaque ſinus ſuo ductu cerebelli longitudinem, & duræ cerebri membranæ inter cerebellum & cerebrum proceſſum haud excedit, dextræ & ſiniſtræ cerebri partibus & cerebello æquè conterminus:ac proinde id ſibi priuatim uendicans,quòd ſit breuiſsimus, & nuſquam caluariæ uicinus.Præterea ipſius cauitas correſpondet triangulo trium æqualium coſtarum,quæ omnes ex æquo introrſum curuantur.Infimam enim coſtam imprimit g extuberantior, ac teres quodammodo in cerebelli longitudinem prominens portio: duas uerò ſuperiores coſtas incuruant h dextra ſiniſtraq; cerebri partes, hic nõ in acutũ,ſed in obtuſum angulũ ceſſantes.Cæterùm tres priores ſinus, duas coſtas introrſum,tertiã uerò extrorſum obliquatas gerunt.Horũ enim ſinuum coſta,oſsi attẽſa,extrorſum curuatur:quandoquidem iſtorum duræ mẽbranæ ſinuũ,& reliquorũ ipſius uaſorũ ſeu ductuũ, qui paſsim per alias membranæ ſedes excurrunt,occaſione,Natura caluariã exculpſit, i ſinus quoſdã eſformãs,ſecundùm ſemicirculi cauũ inciſos,qui durę mẽbranę ſinus ea parte,qua caluariã ſpectãt, k connexos gibbosq; excipiũt & admittũt:ac deniq; in cauſa sũt,quo minus mẽbranæ ſinus à caluaria cõprimãtur, ipſorũ ve motus,qui arteriarũ modo fit,impediatur.Verùm reliquæ duæ trium primorũ ſinuũ coſtæ introrſum curuãtur:in primo quidẽ ſinu & ſecũdo,à cerebello & cerebro:in tertio autẽ ſinu,à dextra & ſiniſtra cerebri partibus.Hæ enim,perinde ac cerebellum,quà ipſis ſinus accumbunt,obtuſos & ueluti in quartã circuli partem extuberãtes angulos efficiunt.Quas uerò propagines,quatuor nũc commemorati ſinus, deinceps in duram cerebri membranam & tenuem,ac demum ad cerebri uentriculos diffundant, ſubſequens modò ſermo enarrabit.A primo itaque & ſecundo duræ membranæ ſinibus, in l uniuerſam eius membranæ

Cuiuſmodi cerebri mẽbranarum ſint ſinus.

Venæ & arteriæ in primum duræ membranæ ſinũ exhauſtæ,ipſiuſq; ſinus ſeries.


Primi & ſecundi ſinus congreſſus.

Tertius ſinus.

Quartus ſinus.

Cuiuſmodi quatuor ſinuũ ſint cauitates.

TRIANGVLI *ſpecies cauitati quarti ſinus correſpondens.*



TRIANGVLVS, *cauitati reſpõdens primi,ſecundi et tertię duræ membranæ ſinuum.*

Propagines à 1 & 2 ſinibus enatæ

g 1 *ſi. li.7* D, D, D. 3 *ſi.G,G.7 ſi. circũ O, O.*
h 2 *ſi.li.7* D,D,G,G. *& 6 ſi.* H.
i D.
k K.
l C.
m I.
n M.
o *infimum 5, aut* T 9 *ſi.lig.7.uel 3 ſi.cap.12 lib.1 i proximũ c, ad latus e, aut ſemel ſpecta ſedulò ultimã ſi. p ſentis libri.*
p 7 *ſi.li.7* X.X. 8 *fig.* R.R. 9 *fig.* B,C, D.
q 9 *ſi.li.7 ſecũdum S, S,S, aut* T, T,T.
r E.
s M,N *coeunt ad* O. *aut 7 ſi. li. 7 ad* R *coit ſinus* P, P *cum* Q, Q.
t 3 *ſi.ca.6 lib.1* D.
u 3 *ſi.cap. 12 li. 1 k.*
x O. 7 *ſi. lib.7* R.
y P,P. 1 *ſi. lib.7* C, C.
z *ſi.*B, B. 7 *ſi.* S.
Δ *ſecũdùm l,l,l ſi.4 ca. 12 lib. 1.*
a 3 *ſi.cap. 12 lib. 1 u.*
b 1 *ſi.li.7* C,C, C.
c 3 *ſi. li.7* D,D.
d R.7 *ſi.li 7* T *ab* R.
e 7 *ſi. li.7* O,O,O.
f *eiuſdem ſi.*M, N.
g 8 *ſi.li.7 medium* R.
9 *ſi.* C.
h 3 *ſi.li.7* A, A *et* B,B.
i 3 *ſi. cap. 13 li.1 i,i, k.& 4 fig. l,l,l.*
k 1 *ſi. li.7* C,C,C.
l 7 *ſi. li. 7* O, O. *&* 8 *ſi.*V,V. 9 *ſi.* P,Q, R.

partem, qua cerebellum operitur, [m] uarij furculi deriuantur, instar uenarum sinuati & sparsi. Ab his deinde furculis, & ipsis, dextro inquam sinistroque sinibus, extra duram cerebri membranam, [n] ductus aliquot, uenarum corpore donati, propagantur, in tenuem, quæ cerebellum ambit, membranam, & eam quæ cerebrum, quà id cerebello innititur, implicat, excurrentes. Porrò à tertio sinu [o] plurimi, ijdemq; ampli ductus utrinque ex lateribus pronascuntur, non quidem ulteriùs in duram cerebri membranam, uerùm in tenuem, quà hęc dextram sinistramq; cerebri partes secundùm elatiorem cerebri sedem amplexatur & continet. Præsentes ductus, quemadmodum & alij, paulo antè commemorati, simulatque tenuem membranam contingunt, numerosa admodum serie, uarijsq; anfractibus per eam excurrunt, dispergunturq;. Qua uerò id fiat ratione, quisq; ductuum sit numerus (quia multiplex is uisitur, raroq; eandem retinet seriem) hic non enitar prolixiùs commemorare, quum id etiam ex cerebri anfractuum, instar [p] tenuium intestinorum inuolutorum, forma numeroq; pendeat. Præter hos ductus, à tertio sinu in tenuem membranam dispersos, [q] graciles aliquot furculi ex demissiore cauitatis tertij sinus sede, in eum duræ membranæ processum decliues propagantur, qui dextram cerebri partem à sinistra interdiuidit. Deinde ex elatissima tertij sinus sede, [r] tenues admodum portiunculæ illis committuntur uenis, quæ ex uerticis cute in caluariam per [s] exigua ipsorum occasione insculpta foramina procidunt. Quartus duræ membranę sinus frequentes etiam educit propagines, pari quodammodo serie perpetuò diffusas. Quum primùm enim hic sinus ad eas cerebri [t] particulas, quas clunibus & testibus comparamus, pertingit, atque iam [u] ramulos quosdam exiles ex elatissima ipsius sede in eum quoque duræ membranæ processum, qui dextram sedem cerebri à sinistra disterminat, ac dein ex lateribus in eam durę membranę sedem, quæ cerebellum integit, in progressu obtulit, ex superiori ipsius regione [x] propaginem educit, cauitate uenis simillimam, & quæ in humillimam dicti iam duræ membranæ processus regionem, secũdùm capitis longitudinem, usque ad [y] septum sinuum olfactus organorum perfertur, & in itinere [z] furculos ex elatiori sua sede sursum in eundem duræ membranæ processum diffundit. Præter hanc notatu dignam propaginem, quartus sinus ex eadem sede, qua illam deprompsit, utrinque secundùm dextram & sinistram cerebri partem, [a] unum edit ductum uenarum corpori simillimum, qui [b] calloso cerebri nobis uocando corpori proximè secundùm capitis longitudinem propagatus, tenuiq; membrana suffultus, in progressu tenui membranæ ramulos aliquot communicat: ac dexter quidem ductus dextræ cerebri parti, sinister uerò sinistræ exporrigitur. Quemadmodum uerò quartus sinus ad utramque cerebri partem nuper dictas deprompsit soboles, sic quoque ab infima ipsius sede, propter suum iuxta cerebri testes terminum, [c] propagines distribuit in tenuem membranam cerebellum amplectentem. Harum propaginum [d] nonnullæ retrorsum tensæ, superiorem cerebelli sedem perambulant: [e] nonnullæ uerò per humiles cerebri anfractus, qui iuxta cerebri testes consistunt, etiam ad anteriores cerebri uentriculos repunt, plexui quem illic haberi docebimus, commiscendæ. Cęterùm præter has quarti sinus propagines, is [f] aliam insignem & amplam educit, quæ ex sinus ad cerebri testes extremo, recto tramite antrorsum uersus cerebri uentriculos excurrit, [g] plexum efformatura, quem Greci secundinis fœtus comparantes, χοροειδῆ nuncupant. Hęc namque propago, simulatque è quarto sinu prodit, aut ubi ipse sinus in hanc propaginem degenerat, illa pręter proprium ipsius corpus, à tenui membrana processus quosdam, seu membranulas adipiscitur, quæ ipsi obuolutæ, tutò illius ramos atque implexus colligant, ac suspensos aptè suffulciunt. Simplex namque & absque coniuge ex quarto sinu enascitur, [h] testiũ medio supertensa: quod ubi attigit, uelut in [i] multos discinditur furculos, qui unius retis texturæ instar inuicẽ dirimuntur & coeunt. Hæc propago [k] glandulã, cerebri testibus innixam, & nucis pineæ seu turbinis formæ haud absimilem, transcendit, ac sub [l] ea cerebri particula prorepit, quæ cameræ aut testudinis imagini à ueteribus fuit comparata. Quum uerò propago ad anteriorem usque communis dextri & sinistri uentriculorum cerebri cauitatis, tertij ve cerebri uentriculi sedem [m] pertingit, bipartitò scinditur, [n] unam partem dextro offerens uentriculo, [o] alteram sinistro. Cæterùm quo nam modo partes hæ, retis semper forma quasi contextæ, & membranulis ipsis adnatis, ac carnea ueluti substantia quadam contentæ, [p] arterijs eodem pertinentibus commiscеantur, opportunè subiungam, ubi arterias sermone in illos quoque uentriculos deduxero. At arbitrabitur fortasis quispiam, in hac duræ membranæ sinuum enarratione aliquid à me prætermissum, quòd nulla adhuc mentio regionis inciderit, à torculari λουὸν Græcis nuncupatæ: quam sanè non præterijssem, si modò quæ nam pars ita appellata fuerit, mihi certò constitisset. Apud Galenum namque ambiguum est, an [q] communem primi secundiq; duræ membranæ sinuum congressum, à quo & tertius & quartus prodeunt, ita primùm Græci appellauerint: num uerò quarti duræ membranæ sinus [r] terminum, cerebri testes respicientem, atque in uentriculos exporrectum. uidetur namque Galenus modò huic, modò illi parti, torcularis nomen accommodare: uti sanè utramque torcular dici, nihil obstat. Concursus enim ille in quartum & tertium sinum, sanguinem tanquam uinum è torculari promit: perinde ac terminus quarti sinus, in omnes quas emittit propagines, sanguinem dispensat. adeò, ut per me liceat, quamuis sinuum sedem torcular appellare, ac in illis regionem constituere, in qua Arabes sanguinem extra uenas consistere putarunt, modò sinuum ac cerebri uasorum seriem non perturbes: quorum quia iam primæ, secundæ & quartæ uenarum, & item duarum primarum arteriarum distributionem exequutus sum, modò proximum est, reliquarum uenarum & tertiæ arteriæ seriem subnectere. [s] Tertia igitur uena, quæ minor est internæ iugularis portio, simulatque [t] ramulum per [u] foramen ipsi & [x] neruulo cuidam quinti paris commune, ad auditus organum transmisit, caluariam ingreditur: ac duram contingens cerebri membranam, in [y] sinum uenæ prorsus modo cauatum & prorepentem cessat, qui nullam arteriæ sobolem in suijpsius cauitatem admittit, sed passim alium sinum sibi comitem asciscit, in quem tertię

Propagines à tertio.

Propagines à quarto.

Processus à quarto sinu, cerebri petens uentriculos.

Quid cerebri torcular

Tertia caluariam petentis uenæ series.

m 5,5.
n 8 fi.li.7 X,X.
o T,T. fi. 2.li.7 C,C. D,D. fig.3 E, E. unde etiã tenuis mẽbrana n cerebri anfractuũ naturã petit.
p tota 7 fi. li. 5.
q V,V.3 fi. li. 7 H,H.
r X,X.1 fi. lib. 7 F,F.
s 4 fi. cap. 12 li. 1 fi. t 7 fi. li.7 M, N.
u Y,Y. de ijs a,a.
x b. 3 fig. lib. 7 F.
y 12 fi. li. 7 G.
z c,c,c.3 fi. lib. 7 G,G.
a d,e 3 fi. lib. 7 I,I.
b 3 fi.li.7 L, L.
c f.
d b 8 fi.li. 7 s, s.
e g cõmiscendũ cum γ. 8 fi.li 7 T commiscẽdum cũ G.
f i.3 fi.li.7 K.6 fi.H.7 fig. V.
g δ.
h 7 fi. li.7 M.N.10 fi. E,G.
i i uersus k 6 fi. li.7 H uersus I.
k 7 fi. li.7 L.
l 6 fi. li. 7 A,A,A. atque eius figuræ et 5 fi. charac. indicem hic expendito.
m k. 6 fi. lib.7 I.
n l. 6 fi.li, 7 K.
o m.6 fig. lib. 7 L.
P γ obliquè uersus fertur. 6, 7, 8 fi. li.7 F,G.
q O.7 fig. lib.7 R.
r ante i.7 fi. li.7 ante V.
s F. ult. fi. alterramus diuisionis s insignita.
t n.

u 9 fi.cap. 12 lib. 1 V. x 1 fi.cap. 2 lib. 4 b. y 13 fi.lib.7 K.

tertiæ arteriæ [z] ramum exhauriri mox dicam. [a] Præsens sinus, in quem tertia absumitur uena, uarias soboles in totam duræ membranæ sedem, cerebri basi substratam, diffundit, à quibus denuò [b] ductus aliquot in tenuem cerebri membranam deducuntur. Inter cæteras autem huius sinus propagines, per duram membranam excurrentes, una secundùm cerebri latus sursum ad uerticem usque contendit, uenæ modo in multam sobolem deriuata. Ad hanc quoque speciem [c] quinta uena per foramen secundi neruorum cerebri paris ingressa, dein & [d] sexta, per maius octaui ossis capitis foramen, quà illi olfactus [e] organa incumbunt, caluariam petens, in proximam sibi duræ membranæ sedem exhauriuntur. Harum utrarumque & tertiæ uenarum sinibus (quia illi caluariæ perpetuò attenduntur) caluaria aptis [f] cauitatibus cedit, quas ipsi elegantissimè insculptas, primo libro recensuimus. [g] Tertia arteria, peculiari transuersoq; foramine in caluariam ingressa, in duos graciles & totidem crassos dirimitur ramos. [h] Vnus gracilium, qui exterior est, tertiæ uenæ mox attenditur, & in duræ membranæ sinum exhauritur, illi undique attensum & commissum, in quem tertiam uenam absumi diximus. [i] Alter gracilium ramus, qui interior humilioráq; uisitur, per [k] proprium & sibi duntaxat exculptum foramen rectà ductus, in narium cauitatem proccurrit: atque in plures dissectus ramulos, [l] unum nasi extremo offert. Verùm [m] duo grandes rami in dextro latere (quod, nisi aliud subiunxero, de sinistro quoq; intelligendum est) nonnihil inuicē deducti, & adhuc cal uariæ instrati, antrorsum prorepunt, & mox in [n] unum denuò coeunt, statimq; à congressu in duos impares ramos diuiduntur. [o] Minor quidem, [p] commune cum [q] secundo neruorum pari foramen sibi uendicans, tandem cum [r] uisorio neruo ad oculum prorepit, internæq; temporalis musculi sedi surculos communicat. [s] Grandior autem ramus, sursum conscendens, duram perforat membranam ad latus [t] glandulæ cerebri pituitam excipientis. Quum primùm uerò in duræ cerebri membranæ cauitatem contendit, in duos denuò ramos partitur: ac horum [u] unus multiplici sobole in tenuem membranam, hic cerebro obductam, spargitur: [x] alter uerò tenuis membranæ portiuncula concomitatus, in uarios surculos inuicem complicatos discinditur, ac in cerebri anfractus tantisper ascendit, dum in humillimam dextri uentriculi sedem pertingat. Hinc in posteriora primùm sursum ad postremam usque eius uentriculi sedem fertur, in ascensu [y] portiunculam propaginis cuiusdam assumens, quæ à quarto duræ membranæ sinu, cerebri anfractibus inibi offertur. Quum uerò hic arteriæ ramus, retis quasi modo implexus, posteriorem dextri uentriculi cerebri sedem [z] superauit, secundùm eius uentriculi ductum in anteriora porrigitur, donec ipsi [a] altera pars eius propaginis misceatur, quam sub cerebri corpore, fornicis aut cameræ modo extructo, à quarto duræ membranæ sinu huc pertingere, dictum est. Ab hac itaque arteria, & dextra eius propaginis parte, plexus ille, implicato sibiq; inuoluto reti admodum sanè similis, ac hinc forsan aliquando primumq; reticularis plexu à primis dissectionum professoribus appellatus, in dextro cerebri uentriculo conflatur, quem etiam Græci χοροειδῆ nuncupant, comparatione assumpta à membranea inuolucrorum fœtus substantia, uasorumq; per illam excurrentium serie: dein à fusca quadam & subrubra [b] carne, glandulosa ve substantia, quæ huic cerebri plexui quodammodo intertexitur, & aliquid commune obtinet cum [c] ea substantia, quæ inter uterum & exterius fœtus inuolucrum reperitur, uasorumq; distributionibus pulcherrimè præest. [d] In sinistro cerebri uentriculo, plexus iste secundinis assimilatus, constituitur ex præcipuo tertiæ eius lateris arteriæ ramo, & eodem tendente altera parte eius propaginis, quam ad cerebri uentriculos à quarto sinu pertinere, superiùs scriptum est. De reticulari uerò Galeni plexu nihil hic mentiēdum duxi, quòd iam cerebri uasorum seriem mihi perspectam esse haud dubitem. Atque ideo minus quoque modò aliquid confingendum est, quòd nouimus Galenum, boum cerebri dissectione delusum, non hominis cerebrum, uti neque ipsius uasa, sed bouis, idq; etiam parum exactè, recensuisse. [e] Si enim tertiæ caluariam petentis arteriæ seriem in homine examinaueris, illam, uti ego nunc enarraui, comperies: interdum tamen unicum obseruabis esse ramum, duos illos, quos aliquousque protensos, inuicem coire dixi. Cæterùm si bouis arteriā indagaueris, duramq; cerebri membranam iuxta glandis pituitam cerebri excipientis latera diuiseris, aliquid Galeni reticulari plexui simile comperies. Verùm hæc ad septimum spectant librum, qui principis animæ sedi consecrandus, horum uasorum dissecandi rationem lucidissimè persequetur.

Quinta ac sexta uenæ earum series.

Tertiæ arteriæ series.

Plexus in posterioribus cerebri ventriculis constitutio.

Quis Galeni reticularis sit plexus.

z e. 2 o, o, o. *utriq; sinus simul commissi notantur & 1 fi. lib. 7 D, D.*
a *p, p. 2 fi. lib. 7 G, G, G.*
c G. 13 *fi. libr. 7. H.*
d H 13 *fi. libr. 7. à G quodāmodo ad F.*
e 13 *fi. li. 7 L, L.*
f 3 *fi. cap. 12 li. 1 T, ζ. & 4 fig. T, T.*
g L. *ult. fi.*
a. *Species hic pariter 16 fi. li. 7. h r procedens cum F per o, o, o. & 1 fi. lib. 7 D, D.*
i *f.*
k 3 *fi. cap. 12 li. 1 Y.*
l *t.*
m *u, u, u. ult. fi. s, T.*
n *sub a.*
o *x.*
p 1, 3 *fi. ca. 12 li. 1 G.*
q 14 *fi. li. 7 G.*
r 13 *fi. li. 7 N.*
s *a. 13 fi. li. 7 P. 14 E. 15 D.*
t 16 *fi. li. 7 A.*
u *ß. 13 fi. lib. 7 Q.*
x *γ, 13 fi. lib. 7 R. dein 6, 7, 8 fi. F aut G.*
y *ζ. 8 fig. lib. 7 T.*
z *δ. 6 fig. quam apparet ad i, δ. & 6 fi. lib. 7 F, G, H, M, N.*
a *l. 6 fi. li. 7 K eductum ab H & I repentibus sub A, A.*
b *tabellæ fi. 30 lib. 5.*
c *Hanc aliter non potuimus exprimere,*
d 2 *tab. fig. 30 lib. 5 I, I, I.*
e *Expende 6 figuram lib. 7.*

DE VENA ARTERIALI, ET ARTERIA VENALI. Caput XV.


PRIMAE DECIMIQVINTI CAPITIS FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRIMA figura exhibetur nudæ, & ab omnibus partibus liberæ uenæ arteriosæ delineatio: cuius orificium apertum finxi, ut tres membranæ, sanguinem è pulmone in dextrum cordis sinum regurgitare prohibentes, in conspectum uenirent. notantur autem illæ notis 1, 2, 3.

1, 2, 3. *Sedes, qua arterialis uena ex cordis dextro sinu originem ducit.*
A Interior arterialis uenæ tunica, quintuplo propria uenæ tunicæ crassior.
B Exterior uenæ arterialis tunica, peculiari uenarum tunicæ crassitie respondens.
C Arterialis uenæ caudicis in duos truncos diuisio. ac E quidem dextrum truncum indicat, multiplici sobole dextræ pulmonis sedi distributum. F uerò sinistrum indicat truncum.
D, E, F.
G, G Arterialis uenæ per pulmonis substantiam series.

SECVNDAE PRAESENtis capitis figuræ, ciusdemq; characterum Index.

PRIMA DECIMIquinti capitis figura.



SECVNDA DECIMIquinti capitis figura.



HAEC figura nudæ omnibusq; partibus liberæ uenalis arteriæ delineationem proponit, ipsiusq; characteres ita se habent.

H *Venalis arteriæ à corde pronascens initium. Huius uasis orificij membranas, quia in corde consistunt, hic simul cum uase, ut in arteriali uena, non expressimus.*

I *Indicatur crassities simplicis arteriæ uenalis tunicæ.*

K, L *Prima uenalis arteriæ in duos truncos diuisio, mox in ipsius ortu facta.*

M, M *Series uenalis arteriæ, per pulmonis corpus innumeris propaginibus digesta.*

RELIQVA adhuc in uenarum arteriarumq; sermone duo sunt uasa, quæ singula duabus uocibus à dissectionum peritis explicantur: [a] ac unum quidem uenam arterialem, [b] alterum uerò arteriam uenalem appellant, nomen nimirum ab usu, & appendicem ab ea qua constant substantia indentes. Vena itaque arterialis, [c] uas dicitur, ex elatiori sede dextri cordis uentriculi in pulmonem numerosissima ramorum serie digestum, sanguinemq; in eo cordis uentriculo elaboratum, pulmoni subministrans. Atque hoc uas non [d] uenæ, sed [e] arteriæ constat corpore. unde etiam quia sanguinem uenarum modo defert, uenæ nomen obtinuit: quia uerò arteriarum tunicis conformatur, appendix iste arterialis illi adijcitur. Porrò alterum [f] uas, à sinistro latere basis sinistri cordis uentriculi egressum, sparsa etiam sobole in pulmonē discinditur, ac aere ex pulmone in sinistrū cordis uentriculū deferendo potissimùm famulatur, & interim uenarū [g] corpore constituitur. unde quia aeris deductui subministrat, spiritaleq; organū est, arteria appellatur: à substantia autē & conformatione, uenalis dicitur. Quamobrē uerò hæc uasa & ortu & usu ac substantiæ cōformatione à uena arteriaq; discrepent, deinde cuiusmodi [h] mēbranæ ipsorum orificijs præficiātur, in sexto libro, qui uitalis animæ partibus dedicabitur, exequemur. Nobis uerò huic libro finē imponētibus, nemini mirum uideri debet, prolixū Caput hic nō subnecti, quod uenas citra arteriæ consortiū in corpus diffusas, itē arterias citra uenę cōsortiū excurrentes, recēseret. Quandoquidē si quis earum desideret (uti sanè debent omnes) enumerationē, ilico hanc ex uenarum & arteriarū tabulis, cum has mutuò cōferet, spectabit. Integræ enim magnæ arteriæ delineationi nuda uenæ cauæ effigies proportione respondet, ambasq; in eandem circumferentiam digessimus. Cæterùm quo minus hac in parte meam operam quis requirat, ad tertij huius libri finem, præsentis Operis Epitomes tabulam impono, uenas & item arterias unà exprimentem: ac proinde etiam non obiter commonstrantem, quæ nam uena citra arteriæ consortium, & quæ rursus arteria absque uena coniuge per corpus digeratur. Verùm quum uenarum seriem superiùs prosequerer, non semel sanè ad uenæ sectionis, qua sanguinem minuimus, tractationem, sermo lubens prorupisset: modò uenam huic illi ve parti uiciniorem, modò remotiorem, eamq; aut grandem aut exilem, & secundùm rectitudinem, undecunque hæc tandem petatur, fibrarumq; tam rectarum quàm transuersarum consensum, huic aut illi parti correspondentem, enarraturus: & non uulgariter admoniturus, sanguinem è secta uena fluentem, in totius uenæ corpore complecti: ideoq; non partium uenis accumbentium situm, sed uenarum ductum atque distributionem in illa quæ omnibus in ore est, rectitudine, animaduertendam: itaq; de uenæ sectione agendum, atque de utero quopiam, qui hinc inde uarios processus educeret, & interim unicus cōtinuusq; esset. at semper, quantumuis inuitus, sermonem cohibui: quandoquidem ex uenæ distributionis enarratione, adeoq; ex uenarum effigie, cuiuis (qui modò tres euacuationis species, & præsentis aut eminentis affectus naturam minimè ignorat) promptissimum sit dignoscere, quæ nam uena huic illi ve membro, aut situ aut ductu propinquior sit, quæq; amplior, uel gracilior: deinde, quæ leui aut difficili opera diuidi possit: postremò, quæ fibras & rectitudinem cum laborantis membri uenis participet.

Vena arterialis. Arteria uenalis.

VNDE *uenarū & arteriarum simul aut citra consortium excurrentium petenda sit hi storia.*

a 1 fig.
b 2 fig.
c 6 fi. li. 3 I et 8 fi. C D prodiens ex aperturæ lic sinu.
d 2 fig. l.
e 1 fi. B, C.
f 6 fi. li. 1 G. 9 fi. C. C enatum u patente il uentriculo.
g 2 fig. l.
h 8 fi. li. 6 E, F, G. e 9 fi. E, F.

CHARACTERVM OMNIVM IN SEQVENTI FIGVRA CVM SVIS partibus contexta occurrentium Index.

IN *Sequenti figura primùm maiusculi Latinorum spectandi sunt characteres, organa præter uenas arteriasq; obuia notantes. Significatur itaque.*

A, A, A *Septum transuersum.*


B *Cordis inuolucri portio, inibi asseruata, ubi id septo continuatur.*

C *Cor, sua sede repositum.*

Quatuor

D, D, D, D *Quatuor pulmonis fibræ, lobi ve.* E *Aspera arteria.*
F, F *Gibbi iecoris magna portio.*
G, G *Cauum iecoris.*
H *Vesicula, excipiendæ bili flauæ parata. Si interim ex characterum serie aliqui omittantur, non ideo aliquid præsentis figura expressum, nos innotatam præterijsse arbitraberis: quum ex Epitomes nostræ tabulis huc duntaxat tantum assumpserimus, quantum uenarum arteriarumq; digestioni ostendendæ sufficere duximus.*
O *Lienis cauæ sedes.*
P *Dextri renis anterior sedes.*
Q *Sinister ren.*
S *Virilis uesica, simul cum umbilico, & uasis umbilico ascriptis, reliquisq; partibus, quas sparsim in characterum explicatione indicabimus.*
T *Venæ cauæ caudicis sedes, inter septum transuersum & cor consistens.*
V, X *Vasorum coronarum ritu cordis basim ambientium sedes, atque adeò cordis basis.*
Y *Cordis mucro.*
Z *Rami ab arterijs uenisq; coronalibus deorsum per cordis exteriora diffusi.*
a *Hac parte cauæ caudex in dextrum cordis sinum dehiscit.*
b *Dextra cordis auricula.*
c *Sinistræ auriculæ cordis mucro.*
d *Venæ arterialis caudex. Venalis autem arteriæ initium, quia in sinistro cordis latere (ut hic cauæ orificium in dex-*
e, e. *tro) consistit, conspici hac figura nequit. Notant tamen e & e uenalis arteriæ & uenæ arterialis in dextram pulmonis partem progressus, nondum pulmonis substantia undique circundatos.*
f *Magnæ arteriæ caudex.*
g *Magnæ arteriæ truncus, partes cordi subditas petens.*
h *Superiora petentis magnæ arteriæ trunci portio, sinistro brachio potissimùm oblata.*
i *Dicti modo trunci insignior portio, atque adeò ipsius in duos impares ramos distributio: quorum alter, sinistra est so-*
k. l. *poralis, k notata: grandior uerò dextram format soporalem, l insignitam, et arteriā potissimùm in dextrum brachium*
m. *excurrentem, & m notatam.*
n, n *Hac excurrunt septi transuersi nerui, suis principijs abtruncati.*
o *Venæ pari destitutæ initium: ipsius uerò series in præsentis figuræ tergo est conspicua.*
p *Cauæ in iugulo bipartitio, ac utrinque ad latera p exortus apparent uenarum pectoris ossi propriarum, ac ad umbi-*
q. ✱. *lici usque regionem excurrentium. Harum altera simul cum coniuge sibi arteria * insignita, in uno latere q notatur.*
r *Venæ superiora aliquot costarum interualla adeuntis initium.*
s, s *Vena per transuersos ceruicis uertebrarum processus caluariam petens, atque in secundum duræ membranæ sinum*
t, t. u, u. *simul cum coniuge arteria absumpta. Notatur enim primus sinus t, t. secundus u, u. tertius x, x. quarti ini-*
x, x. y. *tium y.*
z. *Axillam petens uena, quæ in sinistro latere humerariam α indicatam promit. In dextro autem latere illius initium hic*
a. *ab externa pendet iugulari: & delineatio Galeni potius sententiæ, quàm ueritati respondet.*
β, γ *Hic abtruncatæ propagines, illæ sunt, quæ ab axillam petente uena, in thoracis anteriora, posteriora & latera digeruntur.*
δ *Interior iugularis.*
ε *Interioris iugularis in duas uenas distributio: quarum altera secundum duræ membranæ petit sinum, altera in latus sinistrum duræ membranæ excurrit.*
ζ *Exterior iugularis.*
η *Exterioris iugularis ad fauces distributio. θ ipsius pars post aures ad occipitium excurrens notatur, ι pars excurrens*
θ, ι. *ad tempus & uerticem, κ pars excurrens ad faciem & frontem, λ portio accedens secundum duræ membranæ sinum.*
κ. *μ uerò duo ipsius rami indicantur: duorum alter per occipitium capitis os, alter per secundi paris neruorum cerebri fo-*
λ. μ. *ramen, caluariam ingreditur.*
ν *Aliquot subsequentes characteres in dextro ponuntur latere, soporalis arteriæ seriem indicantes. Atque hic ν arteriæ portionem indicat, caluariam petentem, postquàm ramum à se diffudit, cum externa iugulari ad faciem et ad tempus & post aurem digestum.*
ξ *Soporalis ramus, primum duræ membranæ petens sinum.*
ο *Præcipua soporalis portio, per priuatum foramen caluariam petens.*
π *Versus narium amplitudinem exporrectus ramus.*
ρ *Ramus in dextrum latus duræ membranæ excurrens.*
ς, τ *Rami soporalis præcipui.*
υ *Ramus oculos petens, ac præcipuorum ramorum congressus.*
φ *Ramus tenuem adiens membranam, cerebri basi obuolutam.*
χ *Plexus, quem fœtus inuolucris comparamus.*
ψ *Sexti paris neruorum cerebri dexter nerus, illic abscissus, quà secundùm laryngis latus deorsum fertur.*
ω, ω *Dexter recurrens neruus.*
1 *Sexti paris neruorum cerebri truncus sinister.*
2, 2 *Recurrens neruus sinister.*
3 *Neruulus, cordis basim accedens.*

VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM integra delineatio, in hoc potißimum parata, ut in conſpicuo eſſet, quænam uenæ cum arterijs porrigantur, et quæ abſq; arteriarum conſortio per corpus repant, ac rurſus cuiuſmodi arterias Natura coniugibus uenis deſtituerit.



4 Poſteriora cernicis & occipitium adiens uena.

5 Scapulæ poſteriora petẽs uena. Verùm etſi poſthac arteriam priuatim non inſigniamus, promptè ex delineatione liquet, cui nã uenæ arteria exporrigitur.

6 Vena ad cutem, quà ſummus humerus integitur, excurrens.

7 Humeraria, quà cutem ſubit, cubitũq; adit.

8 Humerariæ ramus, altiora cubiti articuli admodum rarò petens.

9 Ramus ab humeraria ad communis uenæ conſtitutionem repens.
Verùm modò conduxerit potius minores latinos characteres aſſumere, ne quum arithmetici characteres geminãdi eſſent, plura ipſis obliterentur.

a,a Humerariæ ramus, per radium cubitiq; exteriora ad ulnæ appendicem & brachiale properans, axillariſq; ramo

π. p notando, illic ubi π uiſitur, aucta, & paruum digitum, deinde & anularem præcipuè accedens.

b Axillaris ramus, cuti anteriorem interioremq; brachij ſedem inueſtienti diſpenſatus.

c Ad muſculos cubitum extẽdentes oblata propago.

d Ramus quartum brachij neruũ ad cubiti uſque exteriora concomitans.

e Axillaris in duos truncos partitio.

f,f Truncus in alto latitans, & arteria undique concomitatus, & per cubiti flexum in cubitum tendens.

g Dicti trunci ramus, radio exporrectus, & ſurculos pollici, indici & medio exhibens.

h Arteriæ dictum ramum concomitantis ſoboles, externam manus ſedem inter indicem ac pollicem accedens.

i Reconditi illius trunci ramus, ulnæ exporrectus, & paruo digito, anulari & medio ſoboles depromens.

k Sub cute excurrentis axillaris trunci iuxta cubiti articulum diuiſio.

l Axillaris ramus, communem conſtituens uenam.

m Communis uena.

n Communis uenæ inſtar Y diuiſio, ac dein ipſius per externam manus ſedem ſeries.

o Surculus communis uenæ, internam manus adiens ſedem, & his alijs commixtus ramulis.

p Axillaris ramus, ulnæ exporrectus, uarieq; in cutem diſſectus, et ſuo extremo cum quodam humerariæ ramo coiens,

π. ubi π poſuimus.

q,q Series uenarum internam cubiti cutem & uolam implicantium.

r Vmbilici portio.

ſ,ſ,ſ Vena ab umbilico in iecur exporrecta.

t *Meatus, urinam fœtus inter exterius ipsius inuolucrum & interius deferens.*
u,u,u,u *Arteriæ fœtui peculiares.*
ε *Portiuncula nerui, iecoris cauo à uentriculi neruis deprompta.*
s,s *Meatus bilis ueſiculæ duodeno inteſtino inſertus.*
τ *Venæ portæ caudex.*
υ *Iecori inſerta arteria, & neruus quoque illi exporrectus arteriæ.*
φ *Arteria & neruus, bilis ueſiculam accedentes.*
χ *Venæ bilis ueſiculam adeuntes.*
ψ *Vena & item arteria, poſteriorem uentriculi ſedem iuxta ipſius inferius orificium accedentes.*
ω *Vena uentriculum petens, quà poſterior ipſius ſedes dextram ſpectat regionem.*
a *Vena, arteria, neruus, dextram fundi uentriculi ſedem implicantes, ac θ etiam notati.*
b *Minor portæ maximæ diſtributionis truncus.*
c *Grandior truncus maximæ partitionis uenæ portæ.*
d *Vena & arteria, duodeno inteſtino potiſſimùm expor rectæ, & ipſis attenſo corpore glanduloſo ſuffultæ.*
e *Vena cum coniuge arteria, dextram ſedem adiens inferioris membranæ omenti.*
f,f *Radix arteriæ in iecur, uentriculum, lienem & omentum, & bilis ueſiculam digeſtæ.*
g *Vena cum coniuge arteria, ſuperius uentriculi orificium coronæ modo tandem cingens.*
h *Vena & arteria, præcipuam inferioris membranæ omenti ſedem petentes, & colon, quà uentriculo exporrigitur, implicantes.*
i,i *Glanduloſum corpus, uaſorum diſtributioni hic præfectum.*
k *Inferioris omenti membranæ ſiniſtram ſedem accedens uena.*
l,l *Vaſorum ſeries ad lienem.*
m,m,n *Vaſa ab illis quæ lieni inſeruntur, ſiniſtram uentriculi ſedem adeuntia. Verùm præcipua n indicantur, ſiniſtram ſedẽ fundi uentriculi implicantia.*
o,o,o *Series uenarum & item arteriarum inteſtinis propriarum.*
p,p *Radix præcipuæ arteriæ inteſtina petentis.*
q,q *Minor arteria inteſtinis propria.*
r,r *Glandulæ in meſenterio poſitæ, & nuper narratos uaſorum diductus corroborantes.*
ſ *Foramen ſepti tranſuerſi, ſtomachum tranſmittens, atque adeò ſinus iecoris, ſtomacho cedens.*
t *Iecoris ligamentum, quo ſiniſtra ipſius pars ſepto nectitur.*
u *Magna arteria, ſeptum permeans, atque adeò ipſius ramus, in dextram ſepti partem excurrens.*
x *Cauæ uenæ caudex.*
y *Vena, ſiniſtri renis pinguem accedens tunicam.*
α *Vena & arteria reni dextro oblatæ.*
β *Vena, dextri renis pinguem tunicam intexens.*
γ *Siniſtrum renem accedens uena & arteria.*
δ *Siniſtra ſeminalis uena.*
ε *Dextra ſeminalis uena.*
ζ *Arteriarum ſeminalium ortus.*
η,η *Siniſtræ ſeminalis uenæ & arteriæ congreſſus.*
ι *Siniſtrum teſtem unà cum tunica adhuc ipſi propria, atque à peritonæo pronata, & ni notata, delineauimus, ita tamen ea tunica hic eſt diſſecta, apertaq;, ut nihil, quo minus teſtis aptè cernatur, impediat: imò etiam muſculus illi tunicæ innatus commonſtratur, κ indicatus.*
λ *Hàc uena & arteria ſeminales peritonæi amplitudinem egrediuntur.*
μ *Varicoſum corpus, ipſaq; adeò uenæ & arteriæ uaria & admirabilis implicatio.*
ν *Siniſter teſtis, tunica ipſi proxima obtectus.*
ξ,ξ *Vaſis ſemen deferentis, ad teſtem reuolutio.*
ο,ρ *Vaſis ſemen deferentis aſcenſus ad pubis os.*
ϖ *Siniſtri uaſis ſemen deferentis, ad pubis oſſis poſteriora reflexus.*
ϛ *Dextri uaſis ſemen deferentis reflexus.*
τ *Dextri ſiniſtriq; uaſorum ſemen deferentium coitus.*
φ *Vaſorum ſemen deferentium inſertio.*
χ,χ *Glanduloſum corpus, uaſorum ſemen deferentium inſertionem excipiens.*
ψ,ψ *Meatus, urinæ ſeminiq; communis.*
ω,ω *Muſculus orbiculatim dicto iam meatui obductus.*
æ,æ *Penis atque adeò ipſius fiſtuloſa corpora.*
a,a *Venæ & arteriæ, lumborum uertebris, illisq; adnatis muſculis, & abdominis lateribus exporrecta.*
b *Venæ cauæ & arteriæ ſuper os ſacrum partitio.*
c,c *Arteriolæ ſacri oſſis foramina petentes.*
d *Siniſtri dictæ partitionis trunci diuiſio.*
e *Interioris rami dictæ diuiſionis propago, nates & coxendicis oſſi adnexa petens.*
f *Dicti rami propago, tandem ueſicæ & utero digeſta.*
g *Pars arteriæ, fœtui peculiaris, quam antea ad ueſicæ latera u, uti & hic quoq; in maiori figuræ portione notauimus.*

b Portiuncula exterioris rami dictæ antea diuisionis, ad reliquum accedens interioris ramì.
i Reliquum interioris rami, per pubis ossis foramen in musculos interiorem femoris sedem occupantes distributum.
k Sedes, qua soboles dicti reliqui alteri uenæ commiscetur. Verùm & hic quoq, ex tabula promptè animaduertis, quãdo & arteriæ subaudiendum est, quum scilicet uenæ arteriam attendi cernis.
l Exterioris rami propago, abdominis inferiorem sedem ad umbilicum usque perrepens.
m,m Vena per femoris & tibiæ inferiora sub cute ad digitos usque pedis distributa, & in progressu uarios edens surculos.
n Vena coxendicis anteriora petens, sub cute tamen.
o Musculos & cutem femoris exteriorem sedem occupantes intertexens uena.
p Vena musculis anteriorem sedem femoris occupantibus digesta.
q Dictæ modò uenæ congressus cum ea quæ per pubis ossis foramen femur adit.
r Hàc præcipua femur petens uena secundùm femoris os in posteriora reflectitur.
s,t Propagines musculos posteriorem femoris sedem occupantes, & cutem huius sedis ad suram ac ueluti calcem usque accedentes.
u Diuisio in poplite, atque adeò rami in musculos à femoris capitibus hic pronascentes distributi.
x Maioris dictæ diuisionis trunci uena, externam tibiæ cutem ad summum usque pedis implicans.
y Vena & arteria, fibulæ exporrectæ, ac inter musculos latitans.
α Maioris dictæ diuisionis trunci ramus, cutem, internam tibiæ sedem integentem, ad digitos usq; uariè subiens.
β Ramus dicti trunci suram ad calcem usque petens.
γ Propago grandioris trunci inter musculos tibiæ anteriorẽ sedẽ occupantes, ad pedis usq; superiora et digitos digesta.
δ Trunci grandioris reliquum, inter musculos posteriorem tibiæ sedem sibi uendicantes deorsum repens, & inter tibiam ac calcem pedem subiens, & ramulos digitorum inferiori sedi communicans.

QVONIAM magna figura cum ipsi annexis partibus, uiri uenas ac arterias omnes proponit, haud me studiosis incommodaturum duxi, si muliebrium uasorum tantam seriem hic proponerem, quanta à uirilibus uasis illa differt. Quod duntaxat in seminalium uasorum ad testes ductu perficitur, & uenis arteriisq; uterum implicãtibus. quæ omnia præcedenti figura ✻ insignita simul cum muliebri uesica proponuntur: uti iam subsequens characterum edocebit index.

β Ramuli à uena & arteria in membranam excurrentes, quà illæ peritonæo committuntur.
ι Portio uenæ & arteriæ testem adeuntium, superiorem fundi uteri sedem petens.
κ Commixtio uenæ & arteriæ seminalium, quæ instar pyramidis est, & uaricibus assimilatur.
λ Testis sinister.
μ,μ Vas semen à teste in uterum deferens.
ν Obtusus uteri fundi angulus, in quem uas semen deferens insertionem molitur.
ξ Hac sede fundus uteri (quem R indicat) in ceruicem terminatur, hacq; regione ipsius consistit orificium.
ο,π Vteri ceruix.
ρ Hic uesicæ ceruix, cui x inscripsimus, in uteri ceruicem producitur ac desinit.
ς Vasa inferiorem uteri fundi sedem & ceruicem implicantia.
τ,τ Ceruicis uteri oris colliculi.
υ,υ Meatus urinam è renibus in uesicam deducentes. quanquam hic abundè sit, uasorum rationem adnotauisse, ac non reliquorum omnium characterum huc non spectantium rationem habere.

TERTII LIBRI FINIS.

ANDRAEE

CHARTA PARVAS ALIQVOT FIGVRAS
COMPLECTENS, QVAE FIGVRAE AD COMMONSTRANDAM
uenarum arteriarumq; simul commissarum seriem paratae, ac in pagina, numero 318 insignita obuiae, ueniunt agglutinandae.

VT figuras hac charta impressas, commodè suis sedibus glutines, illaq; ualidiores reddantur, primùm praesenti chartae membranam sub glutinabis, singulasq; deinde figuras à superflua papyro resecabis.

PRIMA dein, quae uenae pari carentis distributionem proponit, magnae figurae tergo illic uenit committenda, ubi cauae caudex eã uenam promit, ac o in utrisque figuris scriptum spectatur.

SECVNDA, ubi à redundanti papyro circuncisa erit, duas partes constituet, quarum superior uenam arteriamq; dextri lateris exprimit, sub pectoris osse superiorem abdominis sedẽ petentes. Huius itaq; partis q, ad magnae figurae q in iugulo occurrẽs figetur, et * ad ramũqui ad dextrũ latus x & m in magnae figurae ibidẽ occurrit. Caeterùm humilior pars, uenã arteriamq; exprimẽs, quae inferiorem abdominis sedem implicant, illic est iungenda, ubi earum radices iuxta l in dextri quodammodo cruris initio, ac supra inguina spectantur.


TERTIA caeteris dignior, uenae portae distributionem, simul cũ arteriis illam concomitantibus, magnaq; inferioris membranae omenti portione & liene pariter exprimens, ad cauam iecoris sedem maiori figurae nectetur, ubi υ, φ, ς. & contermini aliquot characteres in utrisque figuris spectantur.

QVARTA, portionem gibbae sedis iecoris proponens, non inutiliter ueluti ex puncto illic glutinabitur, ubi A inter ſ & F maioris figurae consistit.

QVINTA, praeter testes, ipsorumq; inuolucra, & urinarios meatus, uenas arteriasq; seminales ostendens, illic est committẽda, ubi η in ambabus figuris obuium est, aut ubi uena seminalis arteria primum iungitur, meatusq; urinarij illis subijcimntur.


SEXTA, quae etsi nullae mẽbranae ipsi subglutinetur, satis ualida existit, primùm sub SEPTIMA uenit glutinanda. Septimae enim uesicae et penis anterioꝛẽ sedẽ proponit, unà cũ uasis quae umbilico ascribimus. Sexta autẽ humiliorem penis superficiem in hoc expreſsimus, ut tota figura ex ambabus illis consurgens, charactere φ super quintae figurae φ necti queat, ac postmodum ad languidi penis formam instar S implicari.


OCTAVA figura, mulieris uesicam, & umbilici uasa, urinariorumq; meatuum portionem continens, maiori non est committenda, sed illi figurae, quae ueluti sub sinistra magnae figurae manu repositae, uterum & ipsius uenas & arterias seminariaq; uasa commonstrat. Iungetur itaque octauae ad paruam illam figuram, ubi η occurrit, uenaq; seminalis arteria committitur: nexus uerò fiet urinarijs tantum meatibus, proportione à uesicae situ sumpta, ut scilicet κ ad π respondeat.















PRIMA
TERTIA
SEXTA
SEPTIMA
SECUNDA
OVARIA
OCTAVA
QUINTA

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI
FABRICA LIBER QVARTVS,

NERVIS PROPRIVS, AC IPSI PECVLIARES FIGVRAS in Capitum, quibus præcipuè conueniunt, fronte exhibens.

QVIBVS CORPORIS PARTIBVS NERVI NOMEN TRIBVATVR, ac quid propriè neruus uocetur, & demum quid is sit, unà cum ipsius differentia & usu. Caput I.

TERTIO libro uenarum, sanguinem à iecore in uniuersum corpus deferentium,& arteriarum quæ uitalem spiritum simul cum sanguine, impetu diffuso à corde,corpori subministrant, distributionis seriem complexus sum. nunc uero proximum est,neruorum à cerebro animalem spiritum membris, qui illo ad ipsorum munia indigent, communicantium propagationem persequi,à generali neruorum differentia sumpto sermonis exordio. Dissectionum enim periti triplicem neruorum differentiam(uti & antea alicubi monuimus)statuunt: quandoquidem [a] ligamentis ossa colligantibus,& non minimam musculorum portionem constituentibus,nerui nomen,perinde ac uulgus,accommodāt. dein [b] tendines,& uniuersas musculorum eneruationes,sub neruorum nomine, uulgi quoq; ritu complectuntur. & tertium insuper neruorum genus enumerant,quod nos in præsenti aggrediendum duximus: [c] organa uidelicet longa,teretia,nullamq; intus cauitatem,quæ sensu dignosci queat,sortita, & animalem spiritum à cerebro ad corporis partes deferentia. Atq; hæc organa dissectionum professores nerui nomine citra appendicem præcipuè dignantur. quod à Græcis ad nos demanauit, qui à functioue seu munere unicum instrumentū duobus nominibus nuncuparunt, νεῦρον id à νεύειν, & τόνον à τείνειν appellantes, quòd musculi neruorum potissimum ope & nutare & tendere ualeant:quippe quòd nulla corporis particula neq; motum arbitrarium,& qui è nostra pendet uoluntate,neq; sensum sine neruo nanciscatur:ac quòd neruo præciso,aut laqueis intercepto,aut alioquin corrupto,compressove,pars quam is accedit, confestim motu & sensu priuetur,concessum est omnibus. Quòd autem cerebrum,dorsalis medullæ origo ac principium sit, quodque nerui partim ex cerebro,partim à dorsali medulla oriantur,minimè omnibus notum exploratumque fuit. Alij enim cor neruorum iudicarunt esse principium,nonnulli duram craſſamve cerebri membranam: nullus interim iecur,aut aliud eius generis uiscus. Verùm Hippocrates,Erasistratus,Herophilus,Galenus,cęterique Anatomicorum præcipui,ex his quæ in corporum resectione conspiciuntur uerisimè asserunt,cerebrum neruorum esse initium: & præterea neruos ab illo spiritum animalem assumere, atque ad eas partes, quæ illo aut ad sensum aliquem,aut motum arbitrarium indigent,deriuare,est quoque fatendum. A corde enim neruos (ut Aristoteli potissimùm, & alijs non paucis usum est) neutiquam principium ducere, uel hinc liquidò colligitur,quòd dissectione nullus neruus ab illo pronasci uideatur. Nullus namque omnino cordi committitur,præter [d] unum impense gracilem,ac uix tandem summo studio à me inuentum, & à sinistro sexti paris neruorum cerebri neruo distributum. Quà enim neruus ille per sinistrum cordis latus decliuis fertur, atque sinistræ pulmonis parti, ac item cordis inuolucro ramusculos prætenues offert, [e] neruumq; recurrentem sinistrum constituit,à se neruulum deducit,qui cordis inuolucrum, ubi sinistræ [f] arterialis uenæ sedi id adnascitur,permeat, in cordis basim, iuxta sinistram posterioremq; arterialis uenæ sedem absumptus. Quum itaque huiusmodi neruulus perinde cordi à sexto cerebri neruorum pari exhibeatur, ac reliquis uisceribus uniuersis neruulos offerri docebimus, quumq; cordis neruulus maximè gracilis sit,promptè colligitur,cor ne sinistro quidem sexti paris neruo principium dare.tantum abest, quòd cæterorum omnium neruorum origo neruulus ille haberi possit. Præterea fibræ, quas cordis carni intertextas nouimus,non magis neruis sunt,quàm aliorum organorum,puta uentriculi,intestinorum, uenarum ac arteriarum fibræ. Ad hæc, [g] fibræ,quæ in cordis sinibus uentriculis ve excarnes occurrunt, quia duntaxat membranarum processus sunt,in neruorum etiam numero minimè ueniunt reponendæ. Nam fibræ in dextro cordis uentriculo se offerentes, trium membranarum processus censentur, uenæ orificio prefectarum. Fibræ autē in sinistro cordis uentriculo apparentes,processuli sunt duarum membranarum,quas arteriæ uenalis orificium sibi peculiares uendicat. Quum itaq; eiusmodi cordis fibræ neutiquā in corum neruorū classem referendæ sint,qui animalē spiritum tanquam riuuli quidā ad corporis partes perferunt: annuendum quoque est,fibrarum illarum gratia,non posse cor neruorum censeri initium, præcipuè quum ab illis membranarum processibus,extra cordis substantiam nihil prorsus aliò educatur. Cæterùm qui ex [h] dura cerebri membrana neruorum originem pendere affirmarunt (in quorum numero ad extremum usque senium fuit Erasistratus) exteriorem nerui partem duntaxat conspexere à dura cerebri membrana enatam. Vnusquisque

a *fi. cap. 1 lib. 2.*
b *1 fi. cap. 2 libr. 2 F. & passim in musculorū tabulis.*
c *passim in 1,2 fi. cap. 2. & 2,3 figu. cap. 11,*
d *6 fi. lib. 6 b à d dissectum.*
e *eiusdem fig. f, g.*
f *eiusdem fig. I.*
g *7 fi. lib. 6 sub K, L, M. & 9 fi. G, G sub E, F.*
h *1 fi. lib. 7 A, A, B, B. 2 fig. H, M.*

Ligamenta tendines & processus cerebri, dorsalisq; medullæ, neruos generatim uocari.

Organum nerui nomine priuatim nuncupatū.

Neruorum ortus à cerebro.

Non à corde.

Neruos non è dura cerebri membrana oriri.

Quibus partibus neruus constet.

quiſque enim neruus [i] triplici conſtat ſubſtantia: nimirum media quadam, & intimæ arborum medullæ quàm ſimillima, quæ haud dubiè à cerebro initium ducit, coagulatæ induratæq; cerebri ſubſtantiæ omnino reſpondens. exterioribus duabus: una, eademq; intimæ ſubſtantiæ propinquiori, quam à [k] tenui membrana cerebri: altera, quam à dura oriri, compertum habemus. Non aliter enim quàm cerebrum duabus illis membranis induitur, ita quoque proceſſus à cerebro propagati (ipſi nimirum nerui) illis integuntur, ſicq; inuoluti per corpus excurrunt. Adeò ſanè, ut nemo ſuis oculis fidem non derogans, inficiari poſsit, neruorum principium à cerebro pendere. ac proinde etiam uix ambigere licet, num neruis à cerebro, an uerò à corde animalis ſpiritus, quem partibus deducunt, influat. Nonnulli enim (ut inter cæteros Chryſippus) etiamſi cerebrum neruorum darent eſſe principium, non tamen id ſenſus motusque arbitrarij principium ſtatuebant. Quos profectò uiua ſectio plus ſatis redarguit, in qua [l] omnia à corde ad cerebrum pertinentia colliduntur, aut laqueis intercipiuntur, aut etiam præſecantur. Hæc namque, ſi debitè adminiſtretur, uti in publicis ſectionibus non ſemel à me eſt tentata, edocebit ſanè, quantum cordis munere, hoc eſt, uitali ſpiritu, cerebrum indigeat: non minus ſcilicet, quàm cor illum quem inſpiramus aerem, & iecoris ſanguinem, ad ſua officia exigit. Dein ea ſectio oſtendet, cor neruis non magis animalem ſpiritum porrigere, quàm uitalem ſpiritum cordi à iecore deduci cognoſcimus. Verùm quia huiuſmodi diſceptatio ad cordis cerebriq; hiſtoriam potius quàm ad neruorum naturam ſpectat, hac modò poſtpoſita, neruorum propriè dictorum differentias aggrediemur. Quemadmodum igitur cerebri, & ex ipſo pronaſcentis medullæ dorſalis ſubſtantia, omni ex parte non eandem ſeruat duritiem: ita quoque nerui ab his originem ſumentes, inuicem ſubſtantia non correſpondent, ſed duritie ac mollitie plurimum uariant. Principij enim, à quo nerui prodeunt ſubſtantiæ occaſione, [m] uiſorij nerui, perinde ac linguæ inſigniter [n] molles cenſentur: qui autem à dorſali medulla, [o] ubi hæc in ſacro oſſe conſiſtit, originē ſortiuntur, duriſsimi ſunt. Deinde aut propter longiorē uel ſuccinctiorem progreſſum, nerui uel mollio res uel duriores cōperiuntur. uiſus namq;, guſtus & auditus, [p] nerui molles ſunt, quòd breuiſsimo prorepāt interuallo. Gratia itineris uerò, uiæq; anfractuum occaſione, tertij neruorum cerebri paris [q] ramus, uitis aut cucurbitæ capreoli inſtar inuolutus, durior euadit. Præterea nerui per durum aut molle corpus tranſitus, eiuſce ve corporis contactus, illum molliorem aut duriorem efficit. Viſorius etenim neruus breuiſsimo ductu per [r] foramen in oſſe cælatum fertur: quemadmodum & [s] præcipua quoque tertij neruorum cerebri paris portio, quæ idcirco ex oſsium contactu, perinde etiam ac uiſorius neruus, minimùm induratur. At quinti neruorum paris [t] ſurculus, qui [u] cæcum tortuoſumq; temporis oſsis foramen perreptat, & [x] unus tertij paris neruorum cerebri ramulus, ab oculi ſede ad genas, ac [y] alius item, ad humilius labrum procidentes, quia longo itinere per os incedunt, oſsis contactus beneficio magis quàm ipſorum principia indureſcunt. Pari quoque cauſa, ob itineris longitudinem, & durarum membranarum contactum, omnes propemodum nerui muſculis exporrecti, duriores fieri conſpiciuntur, quàm ubi primùm à principio prodeunt. Quæ omnia mirabili induſtria à rerum Opifice ſunt excogitata. ſenſus namque organum neruo indiget molli: neruo quidem, quia ſenſus eſt inſtrumentum, quodq; ad ſuum munus obeundum multo animali ſpiritu indigeat: molli autem, quoniam affici & diſponi quodammodo oporteat, & pati aliquid ab extrinſecus occurrente ſenſibili. Eſt enim ad patiendum quidem aptius molle, ad agendum uerò & ad robur (quo neruus in longo ductu indiget) durum. Propterea igitur ſenſus organa neceſſariò mollibus, cæteræ partes, quas moueri neceſſum eſt, durioribus neruis donantur. Vnde etiam ſenſus inſtrumenta, quæ motu aguntur arbitrario, ut oculus & lingua, duplex neruorum genus ſibi uendicant: [z] unum quidem ſenſui, [a] alterum uerò motui præfectum. Meritò itaque neruorum ex cerebro & dorſali medulla proceſſus, nō eandem exortus ſedem nanciſcuntur, neque ijdem ductus meatusq; mollibus ac duris neruis exculpuntur: illi enim ex mollibus & anterioribus cerebri baſis ſedib. hi uerò ex poſterioribus, ipſaq; dorſali medulla principium ducunt: rurſus illi quidem rectà, hi autem tortuoſe longoq; itinere prorepunt. Cæterùm Naturæ triplex in neruoſi generis diſtributione uidetur fuiſſe ſcopus. Primus, gratia ſenſus in ſenſorijs organis: ſecundus, occaſione motus ad partes, quas moueri operæprecium fuit: tertius autem in cæteris partibus uniuerſis ad triſtātium dignotionem. niſi fortè cuipiam magis uiſum ſit, & tertium hunc ſcopum, quia ad ſenſum pertinet, eundem cum primo conſtituere. Senſus igitur nomine, oculis, linguæ, auribus maximi offeruntur nerui: uti etiam [b] internæ manus ſedi, & [c] clatiori orificio uentriculi, quæ uelut propria præcipuaq; tactus, ſicut oculi uiſus, & lingua guſtus, organa non ineptè cenſerentur. Per manus enim magis exacta, quàm per aliam partem, quamuis plures ſentiant, eſt tactus ipſius dignotio. In ore autem uentriculi ſenſum penuriæ eſſe credimus eorum quibus animal nutriendum eſt, quem famem nuncupamus: in omnibus enim ijs tanquam ſenſus inſtrumentis, maximi inſeruntur nerui. Motus uerò cauſa nerui ad muſculos arbitrarij motus inſtrumenta diſpenſantur: qui propterea quòd corporis partibus mouendis extructi ſunt, grandes neruos admittunt, aut ſaltem circumtenſos habent. At quoniam ex neceſsitate tactus ſenſus omni adeſt neruo, propter hoc muſculos & ſenſus organa uirtus amplior, quàm egebant ad tactilium dignotionem, ſubſecuta eſt. Reliquis autem partibus, tactus ſenſu tantùm indigentibus, ex proportione nerui offerūtur. Viſceribus enim, ut [d] pulmoni, [e] iecori, [f] lieni, quia in alto latitant, graciles tantùm neruorum ſurculi offeruntur: in cutem uerò, quòd prima extrinſecus occurſantibus obuiam eat, complures ſoboles paſsim digeruntur. Porrò neruorum originis ſpecies, forma ve, non eadem undique uiſitur, [g] aliqui enim, & præcipuè molliores, continuò neque quaſi in plures ſurculos diducto corpore exoriuntur, proceduntq;: in quorum numero uiſorij nerui, & ſecundùm quoque cerebri neruorum par, habentur. [h] Alij, tanquam plures funiculi inuicem connexi, ex cerebro prodeunt: quales ſunt tertij & quarti & quinti paris nerui. [i] Alij etiā in

Vnde neruis ſpiritus animalis p̄ beatur.

Neruorum diſcrimen a mollitie & duritie, quarum gratia multæ oriuntur neruorum differentiæ.

Cur alij nerui alijs molliores aut duriores reddantur.

Naturæ in neruis digerendis ſcopus.

Differentia ab originis forma.

i 17 fi. ca. 14 li. 7 a. β, γ.

k 2 fi. lib. 7 E. E. 3 fi. 0, o.

l Illa ſimul omnia pulchrè oſtendit ultima fi. 3 li. in collo.

m 1, 2 fig. cap. 2 G.

n earundē fig. M.

o 1 fi. cap. 11 ab F ad G.

p 1, 2 fig. cap. 2 G, M, a.

q 2 fi. cap. 2 R.

r 1, 3 fi. ca. 12 lib. 1 E.

s 1, 2 fig. cap. 2 M.

t 1, 2 fig. cap. 2 c.

u 2 fi. cap. 12 lib. 1 b.

x 2 fi. cap. 2 O.

y eiuſdem fi. V à T pro natum.

z 2 fi. cap. 2 C. dein ab M, Y.

a 2 fi. cap. 2 K. deinà v, π.

b Spectā manus 2 fi. cap. 11.

c 14, 15 fi. lib. 5 V, T.

d 2 fi. cap. 2 q.

e 2 fi. cap. 2 x.

f 2 fi. cap. 2 n.

g 1, 2 fig. cap. 2 G, K.

h 1, 2 fig. ca. 2 M, Z, a.

i 1, 2 fi. ca. 2 e, y. atque ita etiā hic ſpectabis 9 & 14 fi. li. 7.

in ipso ortu furculos hos, ueluti funiculos inuicem distantes, ac singulos propria tenuis membranæ portione circundatos habent: qui quum caluariam egrediuntur, omnes inuicem commissi, unica duriori membrana induuntur. atque id potissimùm in [k] pluribus dorsalis medullæ neruis obseruatur, ut & in sexto pari & septimo neruorum cerebri. Vnde etiam in multorum neruorum distributionis in ramos enarratione nihil interesse uidetur, siue prædictorum funiculorum frequentiam solui dicas, an totum neruum in ramos ad diuersas partes exporrectos discindi. At nescio qua fronte quidam Anatomicorum principes asserere au si fuerint, ex huiusmodi furculis funiculis ve alios quidem motui, alios autē sensui seruire: haud secus sanè, quàm si quosdam neruorum furculos tactus sensu Natura destituisset. Atque huiusmodi funiculorum imaginem discès, si inter edendum alicuius animalis ex axilla, aut inguine dissecta caro, mensæ apponatur, atque in illa nerui aliquam portiunculam uena & arteria plerunque concomitatam spectaueris. Cernes enim nerui extremum alicui chordæ crassiori respondere, quæ ex pluribus torta funiculis, transuersim obtusiori cultro diuisa sit. Cæterùm à neruorum cauitate uix ullam ausim petere differentiam, quum ne [l] uisorium quidem neruum unquam cauum perforatumq́; uiderim: etiamsi neruos non minus quàm uenas & arterias, uasa uocari, haud dubitem, uisorijq́; nerui dissectionum professoribus forati dicantur. Ab ipsa autem serie, seu distributione, hunc in modum differentiam sumere licet, quòd alij integri in aliquam partem absumantur, ut uisorij nerui in oculos: alij in plures dirempti furculos, quosdam musculis offerunt, quosdam cuti, quosdam ossibus, quosdam sensus organo: [m] ut tertium neruorum par, [n] quod quum linguæ quodammodo sit proprium, [o] etiam musculis quibusdam, ut inter cæteros [p] temporali, motus gratia, [q] & cuti, sensus nomine, ad labra nimirum, & dentibus quoque dirigitur. Alij rursus incommixti, neque cum alijs neruis coeuntes uniti ve feruntur: [r] ut secundum cerebri par nulli neruo commiscetur, ac uerè congreditur, licet ipsi [s] minor tertij paris radix in progressu attendatur. Alij uerò inter se commiscentur, ut primi paris neruus dexter sinistro [t] permiscetur. Alij alijs commiscentur: ut [u] qui brachium adeunt nerui, simulatq; è uertebris prosilierunt, non secus uniuntur, quàm pictores galerorum funiculos delineare solent. Verùm quum hæc in priuatis neruorum descriptionibus abundè sim persequuturus, iam tempestiuum fuerit, singulorum neruorum seriem oratione complecti: ac primùm paria, quæ à cerebro exoriuntur, deinceps quę dorsalis medulla educit, recensere. siquidem nullus neruus neque à cerebro, neque à dorsali medulla inconiugatus prodit: sed perpetuò alter ad dextram, alter ad sinistram eadem prorsus serie situm obtinet. eodemq́; prorsus modo dextri ac sinistri nerui in ramos diffunduntur, si sextum cerebri neruorum par excesperis, quod nonnihil secus in dextro latere, quàm sinistro, [x] digeri audies.

Neruū omnem tactus sensu præditum.

Differentia à neruorum cauitate.

A serie.

Neruos coniugatim enasci.

k *Vide 1 fi. cap. 11.*

l *1,2 fi. ca. 2 G fig. 14 li. 7 B,B. 13 fi. ca. 14 li. 7 k.*

m *2 fi. ca. 2 M.*

n *eiusdem fi. Y.*

o *eiusdem fi. R.*

p *4 musc. tab. I.*

q *2 fi. ca. 2 T,V,X.*

r *1,2 fig. cap. 2 K.*

s *1,2 fig. cap. 2 L.*

t *1 fi. cap. 2 H.*

u *Vide hos in 2, 3 fig. cap. 11. & uli fi. huius libri.*

x *Cæser in 2 fig. cap. 2 dextrū ner uū siniſtro.*

CHARACTERVM DVARVM nouem subsequentibus Capitibus communium figurarum Index.

DVARVM FIGVRARVM, QVAE NOVEM subsequentibus capitibus communes erunt, prior figura, qua totius cerebri & cerebelli à membranis ipsa inuoluentibus liberorum basis exprimitur, ut neruorum cerebri exortus opportunè oculis subijceretur. Hic enim simul cum primis illorū neruorum exortibus, tota ea dorsalis medullæ pars delineata est, quæ à primo ipsius principio ad eam usque sedem pertinet, quà hæc in ceruicis uertebras labitur.

A,A 1,2 *Cerebrum notatur.*

B,B 1,2 *Cerebellum.*

C 1,2 *Substantiæ cerebri tuber, huius lateris, cui characteres adhibiti sunt, mamillarem cerebri processum uulgò nuncupatum efformans.*

D 1 *Dorsalis medullæ principium, ex cerebri pēdens basi.*

E 1,2 *Dorsalis medullæ pars, iam caluariæ amplitudinem egressura, & in utrisque figuris inibi abtruncata, ubi hæc elatissimam subit uertebram.*

F 1,2 *Olfactus organo subseruientes processus, neruis similes: at caluariæ cauitatē, qua cerebrum continetur, notatu digna portione non egredientes.*

G 1,2 *Visorij nerui, seu primum cerebri neruorū par. In prima figura siniſtri nerui principium G insignitur, in altera autem dextri nerui in oculi sedem ductus.*

H 1 *Visoriorum neruorum coitus.*

I 1,2 *Oculi tunica, in quam uisorius neruus expanditur.*

K 1,2 *Secundum neruorum cerebri par.*


L 1,2 *Tertij neruorum paris minor & gracilior duriorq́; radix.*

M 1,2 *Tertij paris maior crassior ve radix.*

N 2 *Minoris radicis tertij paris propago, frontis musculosam cutem accedens.*

O 2 *Minoris radicis tertij paris propago, ad superiorem maxillam procidens.*

P,P 2 *Propago minoris tertij paris radicis, in narium degenerans tunicam, quæ humiliori P priuatim indicatur.*



Q 2 Minoris radicis tertij paris propago, in temporalem musculum digesta.

R 2 Maioris tertij paris radicis ramus, capreoli uitis instar conuolutus, qui in temporalem inseritur musculum: ac duos à quinto neruorum pari ramos, b & c notandos, admitteus, in mansorium musculum, & buccarium musculos, & cutem quoque diffunditur.

S 2 Maioris tertij paris radicis ramus, superiorum molarium dentium gingiuis, ipsisq; adeò dentibus soboles seriatim distribuens.

T 2 Maioris radicis tertij paris propago, in maxillæ inferioris os prorepens.

V 2 Propaginis T insignitæ ramus, inferiori labro multifidi sobole oblatus.

X,X 2 Surculi à propagine T notata ordinatim in dentium inferiorum radices diffusi.

Y,Y 2 Maxima maioris tertij paris radicis portio, in tunicã linguæ soluta.

Z 1,2 Quartum neruorum cerebri par. Verùm humilius Z in secunda figura palati tunicam denotat.

a 1,2 Φ. Quintum neruorum par, auditui dicatum. Φ autem in utraque figura priuatim huius paris portionem indicat, quæ in concauitatem temporis ossi, auditus organi gratia insculptam, expanditur.

b 1,2 Ramulus quinti paris, ex ipsius anteriori parte enatus.

c 1,2 Quinti paris ramulus, qui per cæcum repens foramen, tandem, ut & ramulus b insignitus, cum tertij paris propagine, capreoli modo intorta, ac R in secunda figura notata, coit.

d 1,2 Neruus nõ procul à quinti paris principio enatus, qui ab alijs Anatomes professoribus præteritus, in musculos maxillam inferiorem mouentes exporrigitur, nobisq; minor quinti paris radix quodammodo appellatur.

e 1,2 Sextum neruorum cerebri par, cuius utrorumq; neruorum series in secunda figura exprmitur. ac sinister quidem neruus est, qui umbrosus sub quinto pari quodammodo ducitur. Dexter autem magis candicat, & ipsi aliquot subsequentes characteres priuatim adhibitos cernis.

f 2 Sexti paris ramus, musculos posteriorem ceruicis sedẽ occupantes accedens.

g 2 Sexti paris ramuli, in quosdam laryngis musculos hic in descensu transuersim propagati.

h 2 Sexti paris ramus, costarum dextri lateris radicibus exporrectus.

i,i 2 Portiunculæ intercostalium neruorum, sexti paris ramum hàc descendentem adaugentes.

k,k 2 Rami neruorum sexti paris, in musculorum deprompti capita, quæ a superiori pectoris ossis sede, & clauiculis principium ducentia, sursum feruntur.

l 2 Dextri nerui sexti paris ramuli, recurrentem dextri lateris neruum efficientes.

m 2 Dexter neruus recurrens, seu reuersiuus.

n 2 Soboles dextri recurrentis nerui, laryngis dispensatæ musculis.


o 2 Sinistri sexti paris nerui soboles, recurrentem sinistri lateris neruum constituentes.

p 2 Sinister neruus recurrens.

q 2 Sexti paris ramuli, in pulmonis tunicam excurrentes.

r 2 Ramuli sexti paris, membraneo cordis inuolucro impliciti. A sinistri nerui surculis, ijs quos r indicauimus, correspondentibus, cordis neruulus principium ducit.

DVARVM FIGVRARVM, NOVEM MODO SVBsequentibus Capitibus communium secunda, dextrum latus proponens integri cerebri ac cerebelli, dictaq; in priori figura dorsalis medulla partis, cum nuda septem cerebri neruorum parium serie, in dextro latere expressa. Quanquam & sinistros septimi sextiq; parium neruos hic quoque delineauerimus, propter uariam sexti paris in utroque latere seriem. Caterùm uniuersa figura proportio, ea depicta est magnitudine, qua corpus circunscriberes, cuius uesica in infima figura sede consisteret, & cuius thorax & abdomen ex anteriori parte conspiceretur, facie interim uersus sinistrum humerum conuersa, prorsusq; ex dextro latere sese offerente.



Sexti

ſ2 *Sexti paris neruorum portio, quæ ſtomacho committitur, & ſeries quoque, qua utriuſque lateris neruus bipartitò ſcinditur. ac dexter ſiniſtram ſuperioris uentriculi oris ſedem adit, ſiniſter uerò eius orificij dextræ parti implicatur.*

t2 *Sexti paris ſurculi, in ſuperius uentriculi orificium & proximas illi uentriculi ſedes diſſeminati.*

u2 *Ramus ſexti paris neruorum dextram orificij uentriculi ſedem adeuntium, qui ſecundùm elatiorem uentriculi regio-*
x. *nem ductus, tandem in iecoris cauum abſumitur, ubi x aſcriptum conſpicis.*

y2 *Prima propago rami neruorum ſexti paris, qui dextri lateris coſtarum radicibus exporrigitur, atque ut proximi ali quot characteres oſtendent, in ramulos diffunditur.*

z2 *Ramulos propaginis y notatæ, qui in dextram ſedem inferioris omenti membranæ & colon inteſtinum hic digeritur.*

a2 *Soboles primæ illius propaginis, duodenum accedens inteſtinum, & ieiuni initium.*

β2 *Soboles dextram fundi uentriculi ſedem perreptans, ac frequentes ſurculos uentriculo & ſuperiori omenti membranæ diſpergens.*

•2 *Propaginis y notatæ ſeries, in iecur & bilis ueſiculam.*

γ2 *Propago dextrum accedens renem.*

δ2 *Propago in dextram meſenterij regionem, & huius ſedis inteſtina frequenti ſerie diffuſa.*

ε2 *Neruorum ſeries, dextram ueſicæ regionem ſubinde implicans.*

ζ2 *Prima propago nerui ſexti paris rami, ſiniſtri lateris coſtarum radicibus exporrecti.*

θ,ι2 *Duæ propaginis ζ inſignitæ ſoboles, quæ inferiori membranæ omenti, & colo inteſtino, quà ſub uentriculo repit, offeruntur.*

κ2 *Series neruorum qui lieni inſeruntur.*

†2 *Hac cruce ramum propaginis ζ notatæ inſigniui, qui ſiniſtram fundi uentriculi ſedem perreptans, uentriculo & ſuperiori membranæ omenti ſurculos deriuat.*

ϰ2 *Propago in ſiniſtrum meſenterij & eius ſedis inteſtina excurrens.*

λ2 *Siniſtrum renem accedens propago.*

μ2 *Series ramulorum ſiniſtrum ueſicæ latus admodum obſcurè implicantium.*

ν,ξ2 *Septimum cerebri neruorum par. In ſecunda etiam figura ambos huius paris neruos delineauimus, ν inſignitos.*

ξ2 *Septimi paris propago, muſculis diſpenſata, à ſtylum imitante temporum oſſis proceſſu enatis.*

ο2 *Septimi paris cum ſexto coitus.*

π2 *Septimi paris ſeries, compluribus linguæ ac oſſis υ referentis, & laryngis muſculis intertexta.*

1,2,3 *Numeri characteres in priori figura ad dorſalis medullæ principium iuxta D conſpicui, tria indicant foramina: quorum duo lateralia, 1 & 3 inſignita, illa demum ſunt, per quæ arteriarum ſoporalium rami ad dextrum & ſiniſtrum cerebri accedunt uentriculos. Medium uerò foramen, 2 indicatum, illud eſt, quo pituita ex tertio cerebri uentriculo ad peluim ducitur, quæ pituitam excipit.*

QVOT NERVORVM PARIA A CEREBRO ET DORSALIS MEDVLLAE parte adhuc in caluaria conſiſtente, originem ſumant. Caput II.

SI quando in totius Operis contextu, in margine interiori ſcripſimus, fig. cap. 2. lib. 4. duas, aut illarum alteram indicauimus, quas præſenti Capiti ad primi Capitis finem præpoſitas cernis.

a 1,2 *fi. A, A. aut quid quid cerebri in 7 libri figuris occurrit, præter cerebellũ. 7 fi. inſignitũ X. X. 8 fig. R, R, R. 9 fi. B, C, D. & tota 11 fig.*
b 1,2 *fi. B.*
c 3 *fi. li. 7 A, A, & B, B.*
d *ut in 1 fi. ſpectatur.*
e 1, 2 *fig. D, E.*
f 4, 5 *fi. li. 7 L, L.*
g 4, 5 *fig. lib. 7 M, M.*
h 6 *fi. li. 7 ubi conſiſtit H, I ſub A, A. 7 fi. H.*
i 7, 8 *fi. li. 7 K.*
k 11 *fi. li. 7 E.* l 9 *fi. li. 7 I.* 10 *fi. L, M, N, O.* m *Spectа ſedulò 1 fi. ca. 2.* n 1 *fi. à D ad E.* o 1,2 *fi. F.* p 1,2 *fi. L, M.*



LIBRO ſeptimo, quũ cerebri pertractabitur cõſtructio, duplex id eſſe docebimus: [a] unum anterius ſuperiusq;, quod cerebrum dicitur, uniuerſam propemodum implens caluariam: [b] alterum poſterius ac humilius, & cerebellum nobis appellatum, ipſoque cerebro etiam decuplo minus. Deinde anterius cerebrum tota ſuperiori ſua ſede [c] geminum eſſe, dextrum uidelicet & ſiniſtrum, aſſeremus. [d] inferiori autem parte, quà caluariæ baſis innititur medio, unicum indiuiſumq; eſſe, & [e] dorſalem medullam ab hac, non autem (ut Anatomicorum præcipui ſcribunt) à cerebello enaſci, & cerebellum potius dorſali medullę inniti, & tenuis membranæ, parum uerò ſuæ ſubſtantiæ interuẽtu, medullæ committi, quàm illius principium eſſe, oſtendemus. Ad hæc, addetur præter alios quoſdam cerebri ſinus, meatusq;, duos cerebri exiſtere uentriculos: [f] unum quidem dextrum, [g] alterum uerò ſiniſtrum: qui ambo in [h] unam communem coeunt cauitatem, ſinum ue, qui tertius in cerebro uentriculus recenſebitur, qui [i] meatu quodam ad ſinum, inter [k] cerebellum & [l] dorſalem medullam, ubi inuicem committuntur, conſpicuum, & tam cerebello quàm dorſali medullæ communem, pertingit. Cæterùm neruceæ propagines ex caluaria procidentes, aut ab ipſo anterioris cerebri [m] enaſcuntur baſi, aut à dorſali medulla, priuſquam uertebrarum ſinus ingrediatur, non autem à cerebello. Vt uerò eam dorſalis medullæ partem, quæ à cerebri baſi ſub cerebello, ad foramen uſque, quo è caluaria labitur, procidit, dorſalis medullæ [n] principium nuncupare liceat, mihi conceſſum uelim: cum quid illo intelligam principio, ſatis iam explicuerim, ac item in ſeptimo libro diffuſiùs id ſim enarraturus. Per me enim licebit, illi principio, ſeu parti cerebri, quoduis nomen indere: modò non ignoretur, qui illa à cerebello iure diſtinguenda ueniat. Porrò nerui omnes à cerebro, illoq; dorſalis medullę initio pronati, quia geniculatim in caluariæ cauitate, qua cerebrum continetur, originem ducunt, Latinis neruorum paria, ſeu cõiugia, Grẹcis autem συζυγίαι nuncupantur: quæ Marini, ac demum Galeni etiam ſuffragijs ſeptena enumerantur. quamuis, ſi accuratè ſingula expẽderimus, plura etiam cenſeri poſsint. Olfactus enim [o] organa, huiuſmndi enumeratione nerui non appellantur, quòd dictam nuper caluariæ cauitatem non excidant. Item par, quod nobis ex aliorum Anatomicorum ſententia tertium conſtituetur, ueriùs [p] duplex, quàm unicum

Qui cerebri ſedes et partes in ſeptimo libro diſtinguẽtur.

Qui uentriculi ſeu ſinus cerebri.

Vnde neruorum cerebri initiũ. Dorſalis initium.

Quot cerebri neruorum paria.

nicum enumeraretur. Dein iuxta quinti paris radicem q aliud omnibus incognitum dissectionum studiosis par enasci, diligens sectio me docuit. Verùm à ueteri neruorum cerebri enumeratione haudquaquam recessurus, ordine septem paria septenis Capitibus explicare contendam: prius tamen quædam de olfactus organis subnexurus, quum non uulgares etiam medici illis primum neruorum coniugium ascribant, illa ve ita nuncupent.

q 1, 2 fig. d iuxta a.


DE OLFACTVS ORGANO NONNVLLA. Caput III.

Multiplices de olfactus organo sententia.

VARIA profectò de odoratus organo, nostræ tempestatis medicis pariter ac philosophis est sententia: magnaq; inter ipsos, ob Anatomes imperitiam, oboritur dissensio. Quosdam namque reperias odoratus organum in illa [a] cauitate constituere, quam in frontis osse ad superciliorum regionem inter duas eius ossis squamas conspici, in primo libro recensuimus. qui si [b] duos etiam insignes sinus, quos in ossis cuneum imitantis medio, tanquam antra inter ipsius squamas subinde comperimus, adinuenissent, ac substantiam illam quodammodo medullarem, in illis cauernis repositam, summoq; studio hic expendendam, obseruassent, proculdubio & inibi quoque in osse cuneum referente olfactus organum collocassent. Alij uerò quosdam cerebri anfractuum reuolutionumq;, [c] apices, ac ad frontis ossis sedem uersus superciliorum medium protuberantia cerebri tubercula, olfactus organa statuunt: & tubercula illa, quòd promineant, carnisq; quasi modo rubeant, mamillares cerebri processus uocant, utrinq; unum (uti etiam est) enumerantes. Alij rursus ex aliquot Galeni locis, præcipuè autem octauo de Partium usu, simpliciter [d] anteriores cerebri uentriculos, olfactus organa esse astruunt, perinde ac si anteriores uentriculi, præsentis duntaxat sensus essent principia. Alij quidem duos anteriores cerebri enumerant uentriculos: uerùm deinde alios totidem confingunt, quos olfactus organa esse asserunt. Cæterùm quàm probè hi sentiant, ex dissectione discas licebit, dextri sinistriq; cerebri uentriculorum constructionem formam ve inspiciens: quam mehercule multo aliam esse, in septimo libro intelliges, quàm hactenus dissectionum periti tradiderunt. Quandoquidem uentriculi in posteriori ipsorum sede neutiquam lati conspiciuntur: & in priora procedentes, paulatim in angustum coguntur, inibiq; olfactus organa educunt. neque etiam ad olfactus organorum [e] sedē pituitam excernunt, multoq; minus ipsa olfactus [f] organa instar canalium cerebri pituitam, uel quantumuis maximè abundantem, eodem deducunt. [g] Præsentes namque cerebri uentriculi, secundùm cerebri longitudinem, superiùs ampli existunt, anteriori sede nequaquā angustiores redditi, imò potius magis quàm in ipso medio latescentes. In posteriori autem parte ampli quoque uisuntur: at hinc cornu modo per cerebri substantiam deorsum descendentes, atque antrorsum porrecti, tātisper angustantur, donec ad eam usq; cerebri pertingant [h] sedem, quæ [i] glandulæ pituitam cerebri excipientis regioni incumbit, ac sub qua grandiores soporalium arteriarum [k] rami duram cerebri membranam perforant, in cerebriq; uentriculos conscendere [l] incipiunt. Illi namque in hos uentriculorum angustos subeunt terminos, quos modò ad cerebri basim desinere dicebam. Eiusmodi itaque dextri & sinistri uentriculorū cerebri ductus uisuntur. A sede uerò, ubi uentriculorū angustos terminos desinere dicebam, [m] olfactus organa, aut saltem cerebri processus, animalem spiritum præcipuo olfactus instrumēto deferentes, ac [n] ipsi etiam uisorij nerui enascuntur. Hinc enim utrinque à cerebro alba mollisq; prodit substantia, quæ in progressu etiam cerebro, tenuis membranæ interuentu colligatur, quousque ad [o] sinus [p] octaui capitis ossis pertingat, qui his processibus excipiendis priuatim parantur. Ad posteriorem enim horum sinuum sedem albicantes cerebri processus, à cerebro abscedunt: neque amplius tenui membranæ connati, in suum singuli porriguntur sinum: & adhuc antrorsum magis protensi, ad sinuum finem, seu anteriorem illorum sedem desinunt, sinibus suffulti, ac cerebro interim proximè accumbentes. Nam etsi cerebro in sinuum regione non amplius adnascantur, nihilominus ipsi perpetuò attenduntur, illiq; sunt conterminī. Hi cerebri processus ductu, colore, formaq; neruis correspondent: quamuis interim longè neruis ipsis molliores sint, pauloq; (quod ad teretem spectat formam) latiores, quàm profundiores. Verùm quia illi reliquorum neruorum ritu, extra caluariæ, ut neque etiam extra duræ membranæ cauitatem, non procidunt, nerui nomine eos Herophilus haud dignatus est: ut neque etiam Marinus, neque Galenus. licet Anatomicorum nonnulli hos interim in neruorum habuerint numero, ipsos primum neruorum par recensentes. Porrò in horum processuum, qui canibus & ouibus multo grandiores quàm homini obtigerunt, natura non negligenter considerandum est, quo nam pacto illi duræ membranæ suis finibus adnascantur, & quæ foramina hinc à dura membrana, & ossium sinibus, quibus processus innituntur, ad nuper commemoratas frontis ossis & cuneiformis ossis cauitates pertingant. Ac demum expendendum quoque uenit, quod nam uerum sit olfactus organum, similitudine quadam sumpta ab auditus instrumento, dissectionum quoque ac philosophiæ professoribus nimis perfunctoriè cognito. Verùm de auditus instrumento, & olfactus quoque, & aliorum sensuum instrumentis, in septimo libro abundè pertractabimus. Modò autem sat fuisse uidetur, processus illos cerebri commemorasse, quos aliqui etiam mamillares & papillares nuncuparunt: qui sectionem paulo diligentiùs aggressi, dicta prius cerebri [q] tubera, mamillarum imagine prominentia, nihil ad olfactus organi constructionem auxiliari cognouerunt.

a 3, 4 fig. cap. 12 li. 1 K.
b 8 fi. cap. 6 lib. 1 C, D.
c 1, 2 fi. C. 12 fi. lib. 7 I, I. 13 fig. C, C.
d 4, 5 fig. lib. 7 L, L. M, M.
e 13 fi. li. 7 D, D, G, G.
f 1, 2 fi. F.
g H. c sectionis serie spectabis 5, 6, 7, 8 fi lib. 7.
h 1 fi. character. 1, 2, 3. aut 13 fig. lib. 7. iuxta M, P, Q.
i 16 fi. lib. 7 A.
k 13 fi. li. 7 P. & 15 fig. C, D.
l 13 fi. lib. 7 Q.
m 1, 2 fi. F. 12 fi. li. 7 C, D. 13 fi. L, L.
n 1, 2 fig. G. 13 fi. li. 7 M.
o 13 fi. li. 7 D, D.
p 8 fi. cap. 6 lib. 1 A, B, A.
q 13 fi. li. 7 C, C.

Huiusmodi ferè dextri siniſtriq; uentriculorum ductus uisitur. ac A & B superiorem siniſtri uētriculi indicant sedē, A quidē anteriorē eius sedis partē, B uerò posteriorē. C regionē notat, q̄ declinis antrorsū ducitur ad D, quod uentriculi extremū terminumq; hac in parte indicat. At hæc in cerebrum experimentibus septimi libri tabulis sunt longè euidentiora, potiſſimùm autē in quarta, & quatuor illam seriatim subsequētibus.



Processuum qui aut olfactus organū sunt, aut ipsi p̄cipuè subministrant, ortus.

DE PRIMO NERVORVM A CEREBRO ORIGINEM DVCENTIVM pari. Caput IIII.

INIBI unde [a] processus albos, & neruorum instar progredientes, à cerebri basis medio initium sumere scripsimus, utrinque [b] unus exoritur neruus, omnium corporis neruorum facilè mollissimus, & circumferentia cæteris (dummodo illi ex uarijs non permisceantur neruis) crassior. In crure namque, & item in brachio [c] neruos quidem hoc primo pari crassiores reperias, sed qui ex pluribus conflentur neruis, inuicem coeuntibus. *Primi paris ortus.*

Vterque primi paris neruus sub cerebri basi, quà [d] sinui innititur, cui [e] glandula insidet, cerebri pituitam excipiens, antrorsum nonnihil obliquè fertur, dextro quidem neruo sinistrorsum, sinistro autem dextrorsum protenso. In progressu, moxq; ab ipso ortu, ambo inuicem [f] coeunt, atque in eum permiscentur modum, ut dextrum à sinistro nulla prorsus ratione queas discernere. adeò sanè, ut uana penitus sit quæstio, num dexter neruus in hoc cõgressu dextram obtineat sedem, an uerò sinistrorsum continuo ductu feratur. Quandoquidem ille neruorum coalitus non aliud est, quàm commune corpus, à quo utrique nerui dicerentur pronasci, modò istius corporis ex cerebri substantia origo non indagaretur, atq; illic initia neruorum seiuncta non apparerent. *Primi paris neruorũ incessus.*

[g] Nerui à congressu è caluaria ducendi, inuicem mox dirimuntur: & per [h] foramina, ipsorum nomine insculpta, in oculorum [i] sedes extra caluariæ cauitatem procidunt, & [k] integri in oculos absumuntur, non quidem accuratè in posterioris oculi sedis centrum implantati: sed neruus dextrum petens oculum, ad dextrum magis latus posterioris eius sedis implantatur: qui uerò sinistro oculo proprius est, ad latus sinistrum centri posterioris sedis oculi ingreditur, ac (quemadmodum & dextri oculi neruus) quando oculum subijt, in latam degenerat expanditur ve [l] tunicam, uitreo humori proximam, & mediam oculi sedem duntaxat ambientem, & dilatatæ cerebri substantiæ admodũ similem, ac proinde mollem, nihilq; minus quàm membraneam. unde etiam Anatomicorum nonnulli hãc tunicam, quæ à retis quadam imagine ἀμφιβληστροειδὴς dicitur, tunicam appellare haudquaquam dignati sunt. Quòd uerò hæc tunica (aut quomodocunque ipsam appellare uisum sit) præcipuum uisus organum à multis habeatur, in oculi constructionis enarratione persequar. In præsentia enim neruos hos, aut oculos prolixiùs aggredi, omnino præter institutum foret: quum hic sufficerit dixisse, uisorios neruos illum quem recensuimus ductum citra omnem ramorum propagationem obseruare: hoc enim (perinde ac dextri nerui cum sinistro mox ab exortu coitum) peculiare rarumq; uisorij nerui sibi uendicant. Quinetiam inter reliquos corporis neruos, hi duntaxat meatu, qui sensu dijudicari possit, perforati dicuntur, hinc̃que Græcis περόνιοι nuncupantur. Cæterùm ego huiusmodi meatum mihi aliquando occurrisse, neutiquam queo asserere: quantumuis etiam canum adhuc uiuentium, & aliorum grandium animalium uisorios neruos, uel hac solùm occasione aggressus sim: & hominis, cuius caput adhuc à decollatione calebat, uixq; quarta horæ parte, quum iam cerebrum pateret, abtruncatum fuerat, neruos non oscitanter spectauerim, ac calente aqua sedulò fouerim. Atque ut eiusmodi meatus toto neruorum progressu me penitus latuit, ita sanè in mutuo neruorum coitu is neutiquam se obtulit. utcunque tamen hunc inibi oportebat esse insignem, si modò nerui ob hoc ex Galeni sententia congrederentur, quo minus simplicia, nobis gemina esse perperàm uiderentur. Porrò ijs qui de congressu hoc meatuq; acriter citra partium inspectionem indies altercantur, non grauabor duo, quæ in congressu animaduerti, hic adijcere, quò & hinc suarum nugarum habeant argumenta. Patauij itaque adolescens suspendio necatus, publicæ sectioni adhibitus fuit, cui ante annum dexter oculus à carnifice erutus fuerat: deinde mulier, eodem supplicio affecta, nobis obtigit, cui dexter quoque oculus ab ineunte ætate emarcuerat, sinistro interim integerrimo. Mulieri dexter neruus toto progressu longè tenuior sinistro uisebatur, non solùm extra caluariæ cauitatem, uerùm in exortu quoque, & in dextra congressus neruorum sede. ac præterquàm quòd dexter tenuis erat, durior quoque & rubicundior cernebatur, uti sanè & in adolescente: sed dexter non admodum neque crassitie, neque mollitie adhuc sinistro cedebat. His ille accessit, cuius neruos uisorios illo de quo hic sermo est congressu inuicem non connasci, neq; sese contingere uidimus: sed dexter nonnihil ea sede, qua caluariam egressurus fuerat, sinistrorsum, & sinister nonnihil dextrorsum reflectebatur. quasi non coalitus occasione nerui congrederentur, uerùm ut commodè per suum foramen è caluaria prociderent: potissimùm quum etiam hoc ductu progredientes, in oculi posterioris sedis medium non inferantur. *In oculum ingressus, et in tunicam quam reti coparamus, dilatatio.* *Num uisorij sint perforati.* *Neruorum cõgressus ratio.*

Quàm sedulò autem ac solicitè eius uiri, cui in eum modum nerui dehiscebant, familiares, num illi omnia gemina perpetuò oculis obuersarentur, interrogauerimus, neminem Naturæ operum cognitione flagrantem ambigere sat scio: at nihil aliud resciscere licuit, quàm ipsum de uisu nunquam conquestum fuisse, uisuq; præstanti semper ualuisse, familaresque de uisorum duplicatione nihil unquam intellexisse. Quòd uerò Cassius, & alij nonnulli, quum causam rimantur, quamobrem dextra cerebri sede uulnerata, aut alioquin læsa, corporis sinistra pars neruorum resolutione infestetur, integra parte dextra, asserant, neruos omnes in ortu decussatim ferri, seu neruos à dextra cerebri & dorsalis medullæ sede pronatos, in sinistram corporis regionem distribui, & econtrà neruos è sinistra sede ortos, in dextrum latus ferri, apud me elegantissimum, & inter somniandum ab illis problematũ interrogatoribus excogitatum figmentum habetur. quum [m] secundi paris neruorum, ac dein [n] tertij & [o] quarti parium, dextri exortu à sinistris aliquot digitorum amplitudine inuicem distent: ut modò de alijs neruis nihil dicam, idq; pariter sileam, qui uisorios porcorum neruos subinde non continuos, sed perinde



PRAESENTI *figura, neruorum quos hic describimus ductus exprimitur. ac A cerebri portiunculam indicat.*

ac crurum

a 1,2 fi. F.
b 1,2 fi. G
c 2 fi. cap. 11 Φ, et charell. 71.
d 3 fi. cap. 12 li. 1 M.
e 16 fi. li. 7 A.
f 11 fig. H. 3 fi. lib. 7 M.
g 13 fi. li. 7 N. O.
h 1, 3 fig. 1 E.
i Conspiciũtur facilè in 1 fi. cap. 12 lib. 1.
k 13 fi. ca. 14 lib. 7 k. aut simul cũ membranis in 18 ε. in 17 α, β, γ.
l 1,2 fi. I. aut 1 fi. ca. 14 lib. 7 E circum C.
m 1 fi. K.
n 1 fi. M. L.
o 1 fig. Z.

ac crurum neruos, quasi è multis funiculis conflatos spectarim: ne in aliam quampiam prolixiorem disceptationem sermo deflectat, præcipuè cum illis dissectionum professoribus, qui dextrum cerebrum penitus à siniſtro diremptum, posteris falso tradiderunt.

DE SECVNDO PARI NERVORVM CEREBRI. Caput V.

CONIVGII [a] secundi exortus, nequaquam ex infima mediaq; [b] quodammodo (quod ad latera spectat) basis cerebri sede, ut [c] uisoriorum pendet. Dein præsentis coniugij nerui plurimùm uisorijs crassitie cedunt: quamuis interim duritia eos superent, usuq; ab illis multum uarient. Paulo posteriùs enim quàm uisorij, ex cerebri basis laterib. principium ducunt, quòd hæc cerebri regio nonnihil durior illa sit, à qua uisoriorum origo sumitur. Atque id meritò accidit: siquidem secundi paris neruos musculis inserendos, ipsis uisorijs duriores esse oportuit. Defertur enim neruus dexter (quod & de siniſtro, nisi peculiariter sermoni quid addatur, in neruorum serie semper subaudiendum est) sub cerebri basis latere ad [d] foramen in oculi sedis radice sibi cum alijs aliquot [e] uasis commune. Quamprimùm autem è caluariæ excidit cauitate, in ramos dissectus, septem [f] musculis oculo proprijs offertur, illorum motibus subministrans.

DE TERTIO PARI NERVORVM CEREBRI. Caput VI.

Duplex utrinque tertij paris radix.

TERTIVM par duplici radice in utroque latere principium sumit: [a] una quidem crassiore, cui opportunè tertij paris nomen accommodaueris: [b] altera autem longè tenuore & duriore, & neque in ipso exortu neque etiam in progressu, crasiori radici commissa. Huius enim initium non modico in posteriora interuallo, ab illius exortu distat: adeò sanè, ut ueriùs graciliorem hanc radicem peculiare par quàm tertij paris portionem, quis esse assereret. At quum omnes Anatomicorum proceres hanc tertio pari ascripserint, nihil

Tenuioris radicis ortus et series

sanè obstiterit, manifestioris doctrinæ studio, & me etiam cum tertio pari tenuem illam posterioremq; radicem aggredi: priùs tamen studiosos admonentem, in libro de Neruorum sectione (quem Galeni libri uix fragmentum censuerim) parum rectè tertium par secundo mollius esse tradi: & in nono de Partium usu libro Galenum parum uerè astruxisse, tertium par in duos truncos, aut in eas quas hic enarrare statuimus radices, tum primùm distribui, quum duram cerebri perforauit membranam, perinde ac si utrisque radicibus unicus tantùm esset caudex, unicumq; principium. Exoritur itaque gracilior hæc tertij paris radix à latere basis cerebri, ubi dorsalis medulla ab ipsa [c] initium ducere auspicatur. Hinc recto tramite sub cerebri basi antrorsum progrediens, duram cerebri membranam perforat: & [d] secundo dein neruorum pari attensa, cum ipso per [e] commune foramen in oculi sedem procidit, ilico in quatuor dissecta propagines: quarum [f] prima sursum in adipe oculi musculis obducto excurrens, per [g] peculiare foramen ad frontis cutem & [h] musculosam huius sedis substantiã digeritur, frontis cutis & palpebræ superioris motibus præfectam. [i] Secunda propago deorsum ducta, mox in [k] foramen sibi priuatim exculptum fertur, quousque in anteriorem superioris maxillæ sedem prolabatur, ac multiplici serie dispensetur in [l] musculos superius labrum & nasi alam extrorsum in suo latere mouentes, ac demum in ipsum labrum, & incisoriorum dentiũ gingiuas. [m] Tertia propago, [n] foramine etiam priuato utens, post [o] caruncula m in interiori angulo oculi conspicuam, narium adit cauitatem, inibi in narium degenerans [p] tunicam, & ramulum exporrigens [q] tenui & membraneo musculo, introrsum nasi alam contrahenti. [r] Quarta propago, iam dictis crassitie non inferior, per [s] foramen, seu scissuram potius, quæ inter primum maxillæ superioris os, & cuneum imitans os, in extimo latere sedis oculi conspicitur, ad internam sedem [t] temporalis musculi contendit, tota in eum musculum absumenda. [u] Crassior tertij paris radix, à latere basis cerebri, anteriùs tamen, & penitiùs, seu iuxta dextri & siniſtri medium magis, quàm enarrata modò radix, principium sumens, rectà deorsum tendit, [x] foramen, quod ipsi & [y] quarto neruorum pari cælatur, perlabens. Hæc statim ab egressu [z] propaginem diffundit, quæ uitis aut cucurbitæ capreoli pampini ve instar inuoluitur, duriorq; paulatim efficitur, ac [a] binos tandem quinti paris neruorum cerebri ramulos (quorum seriem postea recensebo) in consortium admittens, ipsisq; unitus, in temporalem musculum inseritur: ac in [b] illum quoque, qui à iugali osse, enatus priuatim mansorius nobis dicitur, ramulos porrigit: deinde & [c] musculis buccas mouentibus, ipsiq; demum faciei in buccis cuti etiam furculos offert. Postquàm uerò crassior tertij paris radix propaginem hanc capreoli modo intortam exprompsit, nonnihil deorsum magis descendens, [d] furculum deriuat, qui antrorsum repens, gingiuæ molarium dentium, ipsisq; adeò dentibus soboles seriatim distribuit. Dein priusquàm maior hæc tertij paris radix decliuis ducta, linguam contingat, [e] ramum posteriori ex parte germinat utcunque insignem, qui [f] musculo in ore delitescenti, & maxillam inferiorem attollenti insertus, inferioris maxillæ [g] foramen adit, hic ubi is musculus ipsi inseritur conspicuum. Ramus ille in foramen delapsus, antrorsum fertur, suiq; lateris dentium inferioris maxillæ radicibus [h] singulas ferè soboles offert, quorum beneficio dentes inter cætera hominis ossa euidentiùs tristantium occursum sentire credimus. Neque uerò ramus hic uniuersus in dentes absumitur: imò non minima ipsius [i] portio per [k] foramen in anteriori maxillæ sede insculptum excidit, dextræ sedi inferioris labri complures furculos deriuãs. At [l] maior portio crassioris tertij paris neruorum radicis, quando linguæ basi committitur, cum alterius lateris neruo linguæ tunicam efformat, aptum saporibus dignoscendis instrumentum. Deinde & exiguos quoque

Crassioris radicis origo, et distributionis series.

a 1,2 fi.K. 14.15 fig. lib.7 G.
b 1 fig.G. aut adeò tractetes 1, 2, 3.
c 1 fig G.
d 1, 3 fig. cap. 12 li.1 G.
e fi. ca.14 li.3 G, deinde et 1,2 fi. cap.2 lib.3 L.
f figura ca. 12 lib. 2.
a 1,2 fi M. 14 fi lib.7 I.
b 1,2 fi.L. 14 fi. lib.7 H.
c 1 fig. D.
d 1,2 fi.K.
e 1,3 fi.ca. 12 li. 1 C.
f 2 fi.N.4 musc. ta.H.
g 1 fi.cap. 12 Lib 1 A.
h 3 musc. tab.A, dein C.
i 2 fig. O.
4 musc.ta.I
k 1 fi.cap. 12 lib 1 B.
l 3 muscu. tab. H, F.
m 2 fi P.
n 1 fi.cap. 12 li. 1 C.
o 19 fi.ca. 14 lib.7 λ.
p 2 fi.infe rius P.
q 3 musc. tab. K.
r 2 fig. Q.
s 1,2 fi.ca. 12 li. 1 D.
t 4 muscu. tab. F.
u 1,2 fi.M.
x 2,3 fi.ca. 12 li. 1 Q.
y 1,2 fi.Z.
z 2 fig. R.
a 1,2 fig. b,c.
b 4 musc. tab. Δ.
c 3 musc. tab. T.4 tu bu.M.
d 2 fig.S.
e 2 fig. T.
f 6 muscu. tab. D.
g 2 fi.cap. 10 li. 1 F.
h 2 fi.X.X.
i 2 fig. V.
k 1 fi.ca.10 libr.1 & 5 musc.tab.G.
l 2 fi.Y.Y.

quoque ſurculos penitiùs in linguæ ſubſtantiam diſpenſat. Horum enim & tunicæ linguæ producendorũ gratia, tertium par potiſsimùm à rerum Opifice creatum arbitramur: atque ut [m] primũ par uiſui, [n] quin tum uerò auditui ſubſeruit, ſic hoc tertium guſtui famulari annuimus.

m 1,2 *fig.* G.
n 1,2 *fi.a.*

DE QVARTO PARI NERVORVM CEREBRI. Caput VII.

HOC [a] par craſsiore tertij paris radice nonnihil gracilius duriusq; eſt. exoritur autem à dorſalis medullæ [b] principio, poſteriùs paulo quàm tertium par: ſed antrorſum modicè tenſum, poſteriori tertij paris ſedi committitur, atque unà cum illo per [c] commune ipſis foramen ex capitis cauitate, ſeu cerebri ſede, ad palatum elabitur: quò ſimulatque peruenit, in ſurculos quoſdam partitum, in palati degenerat [d] tunicam: quæ quum linguę tunica aliquantulo ſit durior, iure etiam quartum par poſteriùs tertio pari originem ducere, ac proinde etiam palati tunicam ſenſu hebetiore quàm linguæ [e] tunicam donari credimus.

a 1,2 *fi.Z gracilius quàm M. 14 fi. lib.7 K.*
b 1 *fi. inter D, E.*
c 2,3 *fig. cap.12 li.1 Q.*
d 2 *fig. inferius Z.*
e 2 *fig. Y.*

QVINTI NERVORVM CEREBRI PARIS SERIES. Caput VIII.

QVINTVM [a] par nonnihil quarto craſsius, ac ueluti pluribus enatum ſurculis, inuicem mox ab ortu connexis, principium ducit, ex media propemodum dorſalis medullæ ſede, [b] eius partis, quæ à medullæ exortu uſque ad eam regionem pertinet, quà hæc à caluaria in uertebras labitur, ac dorſalis ſpinalis ue medulla uerè nuncupatur. Hoc quintum par uniuerſum per [c] foramen fertur impenſe tortuoſum, & priuatim ipſi inciſum, quouſque in cauitatem pertingat, auditus organo præparatam, in qua quintum par uariæ diſcinditur, & propagines quaſdam membranę modo [d] dilatatas, eius cauitatis ſedibus offert, auditus organi non infimam partem conſtituens. Preter has uerò propagines, duos educit neruulos, ſeorſum ſingulos per proprium foramen elabentes. [e] Vnus quidem per [f] tranſuerſum ducitur foramen, quod etiam admittit [g] uenulam in auditus organum excurrentem: atque hic neruulus non procul ab egreſſu tertij paris [h] ramo commiſcetur, inſtar uitis capreoli inuoluto. [i] Alter uerò neruulus per [k] foramen repit impenſe arctum, & inſigniter quoque tortuoſum, & immiſſam ipſi ſetam aut plumbeum filum non admittens, ob idq; etiam Anatomicis cæcum appellatum. Neruulus iſte tranſuerſim ſupra [l] muſculum ducitur, qui à iugali oſſe pronatus, inferiorem maxillam mouet: ubi uerò ad anterius uſque eius muſculi latus antrorſum prorepſit, [m] dicto iam & capreoli forma implexo tertij paris ramo commiſcetur, in genarum cutem & muſculos buccæ motuum autures digerendus. Atque illi demum duo ſunt neruuli, quos illi tertij paris ramo commiſceri, ſuperiùs dicebam. Porrò quemadmodum [n] iuxta præcipuam tertij paris radicem, alia quædam radix enaſcitur, tertio pari aſcripta: ſimili etiam ratione iuxta quintum neruorum par, inferiùs paululum [o] alia exoritur radix, quinti paris radice multo gracilior, ac quodammodo durior. Hæc ſurſum uerſus priora ſub cerebri baſi aliquandiu protenſa, duram cerebri membranam perforat: ac per [p] proprium foramen, ſub ſecundi paris foramine exculptum, è caluaria procidens, in [q] temporalem muſculum, illumq; digeritur, qui in ore deliteſcens, inferioris maxillæ ad ſuperiora motus unà cum alijs autor cenſetur. Hanc radicem cum ſua coniuge liceret peculiaris coniugij loco cenſere. quo minus tamen aliorum Anatomicorum (qui eas radices prorſus ignorarunt) numerum perturbem, ipſas quinto pari aſcribam: ad eum uidelicet modum, quo minorem tenuiorem ve tertij paris radicem tertio pari ſuperiùs adnumeratam reliqui. Ad temporalem itaque muſculum [r] quinq; neruorum pertingunt propagines: prima quidem à graciliori tertij paris radice, ſecunda à maiori radice, tertia autem & quarta à quinti paris primario educuntur neruo: quinta autem is demum neruus eſt, quem iam quinto pari connumerebam. Neque ſanè fruſtà, atq; ut ſors fert, tot neruorum ſoboles temporali muſculo Natura uidetur porrexiſſe: ſciebat enim, hunc muſculũ pro ſua mole omnium corporis muſculorum ualidiſsimam functionem obiturum. Item quum haud ignoraret, quàm molles illi eſſent nerui, quos à cerebro eduxit, ſumma mehercule prouidentia illos, quantum licuit ex oſsium contactu, itineriſq; longitudine, uoluit indureſcere. Nulli enim non obuium eſt, quàm callidè ſurculũ inſtar capreoli inuolutum, duriorem effecit, quòd is ſolus oſsi minimo ſpacio contiguus ſit: alios autem non inuoluit, quòd longo interuallo oſsibus attendantur, ipſorumq; nonnulli per tortuoſos & inuolutos oſsium meatus etiam porrigantur.

Neruus iuxta quintipa ris radicem principium ducens.

Quot neruorum propagines têporali muſculo offerãtur.

a 1,2 *fig. Q.*
b 1,2 *fi.b.*
c 2 *fi. cap. 12 li. 1 V.*
d 2 *fig. R. b. c. d.*
e 2 *fig. X.*
f 1,2 *fig. Y.*
g *fi. ca. 14 lib. 3 u.*
h 2 *fi. R.*
i 1,2 *fi. c.*
k 2 *fi. cap. 12 lib. 1 b.*
l 4 *muſcu. tab. Δ.*
m 2 *fi. R.*
n 1 *fi iuxta M enaſcitur L.*
o 1,2 *fig. iuxta a oritur d. 14 fi. lib.7 L.*
p 3 *fi. cap. 12 li. 1 H. ſub G.*
q 6 *muſc. ta. unus A, alter D.*
r 2 *fig. Q. R. b. c. d.*

DE SEXTO PARI NERVORVM CEREBRI. Caput IX.

INTER cætera neruorum paria, in caluariæ cauitate principium ducentia, nullum æquè ſparſam ramorum edit ſobolem, neque in tam multas eaſdemq; uarias inſeritur partes, atque [a] ſextum cerebri neruorum coniugium, quod paulo inferius quàm quintum par, aliquot diſtinctis & à ſe inuicem diremptis ſurculis initium ſumit, qui mutuò mox ab initio commiſsi, unum efformant neruum, qui per [b] foramen caluariam egreditur, quod [c] minorem arteriæ ſoporalis ramum, & grandiorem internæ iugularis uenæ ramũ, ſimul admittit. Neruus hic non procul ab egreſſu in muſculos poſteriorem ceruicis ſedem occupantes [d] propaginem diffundit, numeroſa utcunque ſerie in ſoboles digeſtam: quarum pręcipuę [e] muſculo exporriguntur ſcapulam mouentium ſecuudo. Ipſe autem ſexti paris truncus, [f] ſoporariæ arteriæ, & internæ

a 1,2 *fi.e. 9 fi.li.7 N. 14 fi. N.*
b 2,3 *fig. cap.12 lib. 1 c.*
c *fi. ca. 14 li. 3 I et C.*
d 2 *fig. f.*
e 9 *muſc. tab. Γ.*
f *ult. fi. li. 3 k & δ.*

iugulari,ac g septimo pari cohærens,& simul cum ipsis membranæ interuentu connexus,ad laryngis usque latera protenditur,inibi portionem à septimo pari h assumens,illaq; se adaugens.Deinde sextum par, quũ hanc asciuit portionem,laryngis musculis i ramulos transuersim exhibet. Sunt autem illi musculi, k duo primæ laryngis cartilagini duntaxat proprij,qui ex stomacho, gulæ ve posteriori sede pronati,eius cartilaginis lateribus inseruntur.deinde l duo,tertiæ cartilaginis basim occupantes,& m duo primam cartilaginem secundæ committentium.Hinc uerò sextum par, soporali arteria & interna iugulari n concomitatum, ad thoracis usque elatiorem descendit sedem, ac mox o insignem utcunque propaginem ad primæ thoracis uertebræ latus deriuat,quæ sub membrana costas succingente, secundùm costarum radices prorepens,à p neruis in costarum interualla ex dorsali medulla porrectis, q furculos quosdàm assumit. Quum uerò hæc propago,eiusmodi adaucta furculis,septum transuersum prætergressa r est, in organa nutritioni subseruientia, uti mox audies,dispensatur. Prærer hanc propaginem, sexti paris neruus iuxta superiorẽ thoracis sedem s ramulos t musculo offert, à pectoris osse & clauicula ad mamillarem capitis processum deducto,& capitis motibus subseruienti.deinde & u musculo,qui hinc à pectore os v referens accedit. prę terea & x illi,qui hinc ad infimam cartilaginis primæ laryngis sedem perfertur.Huiusmodi sanè utrorum que sexti paris neruorum,priusquam thoracis cauitatem penitiùs subeant, occurrit series. Quæ autem adhuc enarranda supereſt,mox atque hic figuram contextui interiecero,describetur.

g 2 fig.
h 2 fig.
i 2 fig.
k 2.3 fig. cap. 21 lib. 2 I.
l 7, 8 fig. cap. 21 lib. 2 V.
m 4 fi. eius dem cap. N.
n ut in uli. fi. li. 3 t. k, f.
o 2 fig. h.
p Spectan tur 2 fig. cap. 11. uli furculi x, x notantur.
q 2 fig. i, i.
r ad q sub △ 7 musc. tab.
s 2 fi. k, k.
t 4 muscu. tab. ⊙.
u 4 tab. s.
x 5 tab. P.

QVAMVIS nuda septem neruorum cerebri parium delineatio, ad finẽ primi Capitis posita,omnem sexti paris seriem ostendat, atque ita pariter neruos recurrentes exprimat,non absre me facturum arbitror, si peculiarem eorum tabulam imà cum arteriæ magnæ & asperæ partibus,quantum scilicet ad ipsorum seriei ostensionem attinet, hic contextui Capitis interiecero,quum horum neruorum adeò frequens medicis sit mentio, & intuitus pariter ob summum Naturæ miraculum nulli non sit longè iucundissimus.

A Arteriæ magnæ ex sinistro cordis uentriculo exortus, ubi hæc duas coronales promit arterias.

B Arteriæ magnæ truncus,deorsum ad spinam reflexus.

C Arteriæ magnæ ramus, obliquè sursum ad primam sinistri lateris costam tendens,ac in sinistrum postea brachium excurrens.

D Aeteriæ magnæ portio,iugulum petens.

E Arteria transuersim in dextrum brachium procedens. Quas uerò hæc, & illæ quam D insigniuimus,soboles diffundant, ex nuda arteriæ magnæ figura, decimo Capiti tertij libri subiuncta,petas licebit.

F,F Soporalis dextri lateris arteria.

G.G Sinistra soporalis arteria.

H Asperæ arteriæ caudex.

I,K Duo asperæ arteriæ trunci, in quos hæc primùm ad pulmones finditur.

L Larynx,asperæ ve arteriæ caput.

M Glandula,larymgis radici ad latus utrinque connata.

N Dexter sexti neruorum cerebri paris caudex.


O Sinister sexti paris caudex.

P Dextri nerui ramuli,ad arteriam quæ dextræ exporrigitur axillæ, reuoluti, & in unum coeuntes neruum,qui interdum unico constat ramulo.

Q,Q Dexter neruus recurrens.

R Sinistri sexti paris caudicis furculi,qui ad arteriæ magnæ truncum uersus inferiora corporis deductum,reflectuntur.

S,S Sinister neruus recurrens. Reliquæ uerò sexti paris neruorum propagines, hic passim detruncatæ,in nuda cerebri neruorum tabula spectandæ sunt.



Dexter neruus recurrens.

Quum itaque dexter sexti paris neruus, thoracis cauitatem ingreditur,ac inter arterias & uenas in iugulo repit, ab interiori ipsius latere a modò tres, b modò duos inuicẽ succedentes diffundit ramulos, c reuersiuum dextri lateris neruum constituentes. Ramuli enim isti ad d arteriam,quæ in dextram alam exporrigitur,ueluti ad trochlei rotulam reuoluti, simul coeunt, neruumq; unum efformant,ad dextrum asperæ arteriæ latus sursum excurrentem. mox namque ex illis ramulis (quorum loco interdum simplex uisitur) unus conflatur neruus,qui dextrum asperæ arteriæ latus petit:& membranæ interuentu ipsi adnexus,ad dextrum usque laryngis latus properat, e glandulæ incumbens, quæ alijs glandulis neque colore,neq; substantia respondens,laryngis radici hic in dextro latere (uti in sinistro altera) connascitur.Ilico autem atque neruus laryngem contingit,in plures partitur soboles, in sui lateris musculos digerendas.Qui uerò illi sint,posteaquàm sinistrum recurrentem neruum sermone ad laryngem deduxero,subiungam. *Sinister recurrens.* f Sinister itaque sexti paris neruus,iam thoracis cauitatem ingressus, g arteriæ in sinistrum brachium propagandæ ramulos,qui sursum reflecterentur,exporrigere nequit: quòd ea obliquè sursum,non autem dextræ arteriæ modo,transuersim,in alam contendat. Haudquaquam enim æquè tuta ad obliquum atque ad transuersum,chordæ alicuius reflexus perficitur: imò hæc, si ad obliquum baculum reuoluitur,

a P. & 2 fig. l.
b 6 fig. li. 6 b.
c Q Q. 2 fig. m.
d E. fi. ca. 12 li 3 Y.
e M. & 6 musc. ta. L.
f O. fig. 6 lib. 6 d.
g C. fi. ca. 12 li. 3 D.

reuoluitur,ſenſim ſurſum conſcendit,eandem reflexus ſedem nunquam ſeruans. ac proinde ſiniſter neruus
h B. fi.ca. 12 lib. 3 i. tantiſper uerſus cordis baſim deſcendit, quouſque extra cordis inuolucrum arteriæ magnæ contingat [h] truncum,ad ſpinam deorſum explicatum. Atque hic mox [i] tres,aut etiam [k] pauciores à neruo educun-
i R. 2 fi. 6. k 6 fi. lib. 6 c. tur ſurculi,qui ad arteriæ truncum,quà is ad ſpinam deflectitur,reuoluti,inuicem uniuntur, [l] ſiniſtrumq; recurrentem neruum conſtituunt:qui ſurſum properans, membranæ beneficio aſperæ arteriæ ſiniſtro la-
l 5,S. 2 fi. p.6 fig.lib. 6 g.g. teri adnectitur:ac cum primùm laryngem contingit,non minus quàm dexter neruus in ramos deriuatur, qui omnes in ſui lateris muſculos,deorſum capita habentes,ceſſant.Sunt autem hi, ſi utriuſque lateris mu-
m fi.7 ca. 21 lib.2 P, R. ſculos iunxeris, [m] quatuor,ſecundæ cartilagini tertiam nectentes, quorum beneficio tertia cartilago re
n in fi. 11, 12, 13 ca. 21 lib.2. trorſum atque in latera ducitur,& laryngis [n] lingula adaperitur.Præterea [o] duo tertiam cartilaginem pri
o 8, 9 fig. eiuſdē cap. a, b. mæ iungentes,qui laryngis rimulam ſeu lingulam claudunt,ac ſoli propemodum tūc expirationi obſtant, quum egerentes,ui ſpiritum retinemus,ac interim quantum poſſumus, cæteris muſculis expirationem mo
p 1, 2 fig. cap. 19 lib. 2 D, D. limur.His præter alios nonnullos accedunt linguæ [p] muſculi,ab oſsis *υ* referentis medio, ut linguam mo-
Reuerſiui nerui cur facti credā tur. ueant,pronati.Quum itaque preſentes muſculi inferiùs ſua ſortiuntur capita,atque mouendū corpus deor-
q 2 fig. q. r 2 fig. r. ſum attracturi erant,neceſſum eſſe credimus, animalē ſpiritum ab inferioribus partibus ſurſum quodāmo-
s 6 fi. lib. 6 b. do ipſis deduci. Quod quanta induſtria immenſus corporis noſtri Opifex in horum neruorum (qui Græ-
t eiuſdem fi 1. cis ἀλινδ'ρομοῦντες uocantur) conuolutione molitus fuerit,etſi ex ipſa diſſectione, & ſuccincta hac neruorum
u 2 fig. ſ. & 14, 15 fi. lib. 5 T, V. diſtributionis narratione dignoſcere poſsis: nihilominus Galenum, qui hos neruorum inflexus omnium primùm à ſe inuentos aſſerit,adeundū hortor,ubi in ſeptimo de Partium uſu, ueros deo celebrat hymnos,
x 7 muſc. tab. r. magisq; attentam requirit mentem,quàm ſi Eleuſinia & Samothracia, uel aliam quamcunque celebratio-
y 1 fig. t. z 2 fi. n. & 15 fi. lib. 5 X. nē diuinam,æquis auribus aſtans,intentusq; ijs quæ fiunt dicunturq; à ſacerdotibus,audias.Iure enim Gale nus ſibi perſuadet,celebrationē inibi traditam his nulla parte inferiorem eſſe,neq; minus oſtendere incre-
a 2 fi. x. et 12 fig. li. 5 T. et 15 fi. Y. dibilem ſapientiam uirtutemq; omnium conditoris Dei.

Reliqua ſexti paris in thoracis amplitune ſeries. Porrò ſexti paris nerui,poſtquàm reuerſiuos exprompſere, ac iam cordis baſim ſpectāt, ramulos notatu
b 2 fig. h. c 2 fig. i. i. d 7 muſc. tab. q. dignę craſsitudinis [q] in pulmonis tunicā [r] & membraneum cordis inuolucrum diſpergunt.Item à ramu
e 1 fig y. Dein ſpecta ſeriatim 3 & 4 fi. li. 5 ubi cum uena & arteria horum neruorū occurrit ſeries lis ſiniſtram cordis inuolucri ſedē implicantibus,atque à ſiniſtro ſexti paris neruo depromptis, [s] ſurculus
f 2 fi. x. quidā cordis inuolucrū inibi permeat,ubi id ſiniſtro lateri [t] arterialis uenæ unitur. Atq; hic ſurculus op-
g 2 fig. a. h 2 fig ß. pidò quàm tenuis,& non niſi accuratiſsimè ſectionē adminiſtrāti obuius, ipſi arteriali uenæ adnaſcitur: &
i 2 fig. *. & f fig. 13 lib. 5. ad ſiniſtrū ipſius latus,uerſus poſteriora tamē magis,exporrectus,in cordis baſim fertur, inibi mox in ſobo
k 2 fig. y. les capillorū modo gracillimas cōſumptus,ac cordis baſis ſuperficiei uix proprius.Quod nunc ex neruis ſex
l 20 fi. li. 5 T. ti paris [u] reliquū eſt,deorſum ad ſtomachum defertur: ac dexter quidem dextro ipſius attēditur lateri,ſini
m 2 fi. δ. n 2 fig. ε. ſter autem ſiniſtro.Mox uerò atq; nerui ſtomacho, mēbranæ interuētu laxè adnectuntur, ſinguli in binos
o 2 fi ζ. et huius propaginis ſeriē petes ex 3, 4 & 14, 15 fig. lib 5. partiūtur ramos,adeò obliquè ſecūdùm ſtomachum conuolutos,ut dextri nerui rami ſiniſtrā ipſius ſedē in
p 2 fi. θ, ι. q 2 fig. †. progreſſu obtineant,ſiniſtri autem rami dextram ſedē amplexentur.Atq; ita quotuor præſentes rami ſeptū
r 1 fig. ν. s 15 fi. li. 5 g. g. tranſuerſum unà cū [x] ſtomacho permeāt,nullos prorſus in tranſgreſſu ſepto ſurculos offerētes.uerùm ſpar-
t 2 fig. κ. ſa admodū ſerie ſuperius uentriculi os [y] ambiunt, ramos in priora & poſteriora corporis uentriculi ſpar-
Sexti paris ſeries in nutritionis organa. gentes. Ab ijs ramis, qui dextrum huius orificij latus implicant, [z] propago utcunque inſignis depro mitur, quæ per uentriculi ſuperiora ſecundùm ipſius latitudinem inferius uentriculi orificium accedens, in progreſſu anteriori poſterioriq; uentriculi ſedibus ſoboles quaſdam diffundit. Quum uerò illa pro-pago inferius orificium ſuperauit, uenæ portæ inſtrata,in iecoris cauum [a] properat, ibidem in iecoris tu nicam abſumenda. Dextri nerui ſexti paris [b] ramus,quem ante recurrentium neruorum principia, coſta rum radicibus ſub tunica coſtas ſuccingente exporrigi, aliorumq; neruorum per earundem interualla ex-currentium [c] congreſſu augeri docuimus,ſimulatque ſeptum tranſuerſum unà cum [d] grandi arteria præ-tergreſſus eſt,propagines diffundere incipit: ac [e] primam quidem inferiori membranæ omenti offert,trāſ uerſim iecoris cauum adeuntem. Hæc in ipſo ductu inferiori membranæ omenti [f] ramum exhibet, qui deorſum tenſus,& in ſurculos diſſectus, tum ipſi membranæ omenti in dextra parte implicatur, tum etiam colo inteſtino,ubi id huic membranæ tanquam ad meſenterium committitur.Deinde [g] alius ramus ab il-la propagine duodeno inteſtino, & ieiuni initio deducitur, adeò gracilis, ut interdum conſpici nequeat. Poſt hunc alius longè [h] craſsior ſuperiori membranæ omenti depromitur, qui dextram ſedem fundi uen-triculi perreptans,multas ſoboles uentriculo & ipſi omento communicat. Quod autem primę illius propa ginis adhuc [i] ſupereſt, iecoris cauo & bilis ueſiculę ſurculos præbet. Secundam uerò [k] propaginem ſexti paris ramus,dextri lateris coſtarum radicibus attenſus, in dextrum renem & [l] pinguem membranam ipſi obductam digerit. [m] Tertiam porrò dictis iam grandiorem diffundit ad dextram meſenterij ſedem,& in inteſtina meſenterio hic cōnata ſpargendam. Quod autem eius rami [n] reliquum eſt,ſubinde in ueſicam, & in mulieribus in uteri fundum dextra ex parte nonnihil ceſſat: ueſica enim & uterus ſuos quoque neruos à dorſali medulla in ſacro oſſe deducta mutuantur. Ad eūdem ferè modum ſiniſtri ſexti paris nerui ramus, coſtarum exporrectus radicibus, digeritur. [o] Propaginem enim inferiori membranæ omenti largitur, tranſuerſim in lienis cauum porrectam: quæ in progreſſu, anteaquàm lienem contingit, [p] duos diffundit ſurculos,in humiliorem omenti membranam,& colum inteſtinum, quà uentriculo hic attenditur, diſper-ſos.Deinde [q] aliam ſobolem emittit,illis ſurculis craſsiorem,quæ ſiniſtram fundi uentriculi ſedem perre-ptans,uentriculo ipſiq; ſuperiori membranę omenti (qua etiam ſoboles ipſa ſuffulcitur) per multa germi na deriuat.Mo quoque à [r] propaginibus,lienis cauo ſe inſerentibus, [s] exiles ramuli ſiniſtrum uentricu li latus accedunt,illis concomitati uenis ac arterijs,quas à lienem petentibus uaſis huc reflecti, antea dixi-mus. [t] Secundam propaginem ramus ille ſiniſtris exporrectus coſtis,ſui lateris meſenterio,ipſiq; commiſ

sis intestinis offert,& post hanc [u] tertiam siniſtro reni exhibet, ac demum ipsius [x] reliquo siniſtram uesicæ ac fundi uteri sedem interdum amplectitur. A propaginibus in mesenterium sparsis, interdum cum [y] seminalibus uenis & arterijs surculos ad testes usque deductos me animaduertisse arbitror. Huiusmodi itaque sexti paris neruorum cerebri est series.


u λ.
x μ.
y ξ.
fi li. 5 z.
ω γ.

DE SEPTIMO PARI NERVORVM CEREBRI. Caput X.

NERVORVM cerebri [a] septimum ac ultimum par, uti cæteris paribus durius est, sic quoque ex duriori enascitur principio: incipit enim aliquot inuicem distantibus surculis à dorsali medulla, [b] ubi modò caluariam est egressura. Hinc in anteriora modicè tẽsum,& ipsius surculis in unum coeuntibus,per [c] foramen procidit, sibi priuatim exculptum. Simulatque uerò septimum id par è caluaria lapsum est, [d] sexto cohæret pari,& [e] propagines aliquot dispensat [f] musculis, qui à processibus stylum imitantibus principium ducunt: ex quorum numero est alter tertij paris musculorum ossi [υ] referenti peculiarium, isq; qui inferiorem maxillam deorsum trahit,& alius linguę proprius. Septimum par hinc ad linguæ usque radicem descendens, in plures diducitur [g] soboles, quæ in linguæ musculos,& ossis [υ] referentis, & in omnes laryngis musculos, superiori Capite non enumeratos, implicantur, eorumq; musculorum motibus præsunt. Verùm præter illas soboles, septimum par non minimam ipsius portionem sexto pari neruorum cerebri iuxta linguæ radicem inibi [h] offert, sextum par illa portione adaugens.

a 1,2 fi. & 9, 14 f. lib. 7 O.
b 1,2 fi. E.
c 3 fi. cap. 12 li. 1 d.
d 1,2 fi. e.
e 2 fig. ξ.
f 4 musc. tab. Q. &
5 tab. H. l. & 1,2 fig. cap. 19 li. 2 F.
g 2 fig. π.
h 2 fig. ρ.

PRIMA TRIVM FIGVRARVM, QVAE SVBSEQVENTIBVS capitibus communes habentur.



PRAESENS figura duabus modò consequentibus figuris, quæ neruorum à dorsali medulla prodeuntium nudam seriem ostendunt, potissimùm subseruit. Hac namque sola dorsalis medulla, ab ea sede, qua è cerebri basi principium sumit, ad extremum ipsius usque finem, ex humiliori sacri ossis sede procidentem, delineatur.

A *Dorsalis medullæ initium, è cerebri basi pronatum.*

B *Hac regione dorsalis medulla, caluariæ amplitudinem egrediens, primam ceruicis subit uertebrã: adeò, ut ipsius pars, adhuc in caluaria consistens, ac quinque quodammodo neruorum cerebri posteriora educens paria, ab A ad B metiatur.*

C *Hac sede dorsalis medulla non amplius simplex, ac uelut solida, deorsum ducitur: uerùm imaginem refert multorum funiculorum, qui simul commissi, rectà tenduntur.*

3,4,5,6,7 *His characteribus neruorum radices notantur, à dorsali medulla, priusquam è caluaria labatur, prodeuntium. Sunt autem radices hæ eorum cerebri parium, quæ singulis characteribus indicantur. Numeri autem in dextro figuræ latere repositi, triginta neruorum indicant paria, quæ à dorsali medulla, in dorsi ossibus iam consistente, producuntur, uti in characterum adhuc reliquorum indice modò explicabimus.*

D,7 *Inibi ubi dorsalis medulla, iam dorsi ossa subiens, primum ipsius neruorum par educit, E conspicitur, quod cum D in siniſtro latere, & charactere 7 in dextro, interuallum dorsalis medullæ denotat, ceruicis uertebris comprehensum, septemq; ex illis proferens paria.*

E,19 *Duodecimo pari neruorum, quos dorsalis medulla in thoracis uertebris contenta profert, E & 19 adhibentur. atque ita etiam media inter D & E, aut 7 & 19 consistentia undecim paria, citra characterum operam sunt obuia.*

F,24 *Quinto pari eorum neruorum, quos dorsalis medulla, lumborum uertebris complexa, emittit, F & 24 accommodauimus. adeò, ut inter E & F, aut inter 19 & 24, etiam reliqua quatuor occurrant paria, lumborum uertebris ascripta.*

G,30 *Sexto pari neruorum, à dorsali medulla in osse sacro reposita prodeuntium, G & 30 accommodauimus, ita ostensuri sex neruorum paria, & dorsalis medullæ partem, ad sacrum os relatam.*

H *Dorsalis medullæ extremum, quod inconiugatum ab ossis sacri fine procidit.*

CHARACTERVM SECVNDAE ET TERTIAE FIGVRArum, quibus Dorsalis medullæ neruorum series exprimitur, Index.

QVANDOQVIDEM hic characterum Index ad duas nunc subsequentes pertinet figuras, qua multos characteres unà habent communes, & dein pleroſque seorsim proprios, non inopportunè has notas 1,3 characteribus pro ipsorum ratione subscribam. & licet numeri characteres in figuris passim quoque sint obuij, notis tamen illis modò subiungendis parum obscuritatis acceßurum arbitror.

A 2,3 *Dorsalis medullæ sedes, qua primùm ea uertebras ingreditur.*


1,2,3, 4,5,6,7.2 *Septem ceruicis uertebræ.*

8,9, 10,11,12,13,14,15,16,17,18,19.2 *Duodecim thoracis uertebræ.*

20, 21, 22,23,24.2 *Quinque lumborum uertebræ.*

25, 26, 27,28,29,30.2 *Sex sacri ossis ossa. Os autem quod coccyx nobis in homine dicitur, hic non appinximus, quia dorsalem*

TRIGINTA PARIVM NERVORVM QVÆ A DORSALI MEDVLLA, *dorsi ossibus contenta, originem ducunt, nuda delineatio, quæ trium subsequentibus Capitibus communium figurarum secunda numeratur.*



salem medullam nõ continet, nullusq; neruus ab ipso elabitur. Cæterùm numeri characteribus, quibus iam dorsi ossa insigniuimus, etiam dorsalis medullæ neruorum paria indicabimus, quæ ad elatiorem sedem eius spectant ossis, cui numerus inscribitur. Priusquam tamen neruorum seriem nunc explicabimus, dorsi ossa in tertia figura notabimus.

B 2 *Prima ceruicis uertebra.*

C 3 *Prima thoracis uertebra. atque ita à B ad C septem ceruicis notantur uertebræ.*

D 3 *Prima lumborum uertebra. à C itaque ad D duodecim thoracis uertebræ indicantur.*

E 3 *Principium ossis sacri. unde etiam à D ad E quinque lumborum uertebræ in conspectum ueniunt, & sub F totius sacri ossis posterior sedes.*

F 3 *Primi paris neruorum dorsalis medullæ iam in uertebris positæ posterior propago.*

G 2,3 *Posterioris primi paris propaginis series. notatur autem præcipuè ramus ipsius, transuersum primæ uertebræ processum accedens, & inibi in musculos aliquot digestus.*

H 2 *Anterior primi paris propago.*

I 3 *Secundi paris posterior propago, atque hoc etiam charactere eius propaginis minor ramus insignitur.*

K 3 *Posterioris secundi paris propaginis crassior ramus.*

L 3 *Coitus tertij paris rami, in secunda figura S notandi, cum secundi paris ramo, K iam indicato.*

M,M 2,3 *Crassioris secundi paris rami series, ad uerticis & occipitij cutem.*

N 2 *Anterior secundi paris propago.*

3.2 *Tertium par.*

O 2,3 *Posterior tertij paris ramus, retrorsum ad spinam secundæ cer uicis uertebræ reflexus, ac inter musculos uertebris hac sede adnatos latitans. Quando uerò spinam contingit, extrorsum fertur per mutuum congressum dextri lateris musculorum cer uicis posteriora occupantium, cum musculis sinistri lateris: atque hinc rursus obliquè in latera ducitur. Hunc sanè ductum omnium parium à tertio hoc, ad uigesimumquartum usque, posteriores rami imitantur.*

P 2 *Anterior tertij paris ramus, qui in quatuor dirimitur propa-*
Q,R. *gines. ac Q in secunda figura primam indicat, musculis ceruicem flectentibus insertam. R in secunda & tertia indicat pro-*
S. *paginem, quæ cum quarti paris propagine Y notanda congre-*
T. *ditur. S in secunda figura tertiam notat, quæ posterioris secun di paris propaginis grandiori ramo K notato inibi commisce-tur, ubi L in tertia figura scripsimus. T in secũda et tertia quar tam anterioris tertij paris rami insinuat propaginem, muscu lis insertam, qui transuersis uertebrarum committuntur proceßibus.*

4,2 *Quartum par. Veritus ne characterum copia præsentes neruorum tabulas, neutiquam profectò casu ludoq; à me partas, obliteraret, quarti paris characteres in sinistrum latus reieci: ut dextrum latus, alioquin pluribus oneratum characteribus, hac saltem sede liberum esset, ipsæq; quinti paris & subsequentium parium notæ opportuniùs accommodarentur.*

V,2,3 *Posterior quarti paris ramus.*


X 2,3 *Anterior quarti paris ramus, in ternas diremptus propagi-*
Y. *nes. Y in secunda figura indicatur prima propago, tertij paris*
a.b. *propaginem R insignitam admittens. a in eadem figura insignitur secunda propago, in musculos dispensata, transuersos uertebrarum processus occupantes. b similiter in secunda figura notatur tertia propago, quinti paris portionem e indicandam, ad septi transuersi nerui constitutionem accedens.*

5,2 *Quintum par.*

c 2,3 *Quinti paris posterior ramus.*

d 2,3 *Quinti paris anterior ramus, ab ipsius interno latere ramulum musculis ceruicem flectentibus exporrigens, qui inter d & characterem 6 in secunda figura est conspicuus.*

TERTIA TRIVM FIGVRARVM subsequentibus capitibus communium, quæ ossium dorsi contextum posteriori facie ita commonstrat, atque modò præcedens eundem anteriori facie oculis subijcit. Dein uniuersa dorsalis medullæ neruorum series hac figura depingitur, quæ superiori figura minus aptè spectari potest, & cui characteres non satis commodè illic ascribere licuit. Cæterùm in utrisque figuris dorsalem medullam adhuc in dorsi ossibus repositam finximus, ut neruorum pariũm numerus & egressus in procinctu ocyus esset, quodq; iam antè in prima figura, dorsalis medullæ ossib. liberæ effigiem proposuimus.



Propago

e 2 *Propago anterioris quinti paris rami, maximam constituens septi transuersi nerui portionem.*

f 2,3 *Anterioris quinti paris rami propago, quæ inter musculos occultata, ad summum perreptat humerum. Characteres*
I,I. *in tertia figura hoc modo I,I conspicui, huius propaginis soboles notant, musculis scapulam attollentibus oblatas.*

g 2,3 *Propaginis f notatæ ramus, in cutem exporrectus, quæ summum integit humerum, & musculum quo brachium attollitur.*

b 2,3 *Propaginis f notatæ ramus, musculi brachium attollentis parti insertus, quæ à clauicula & summo humero, quà is clauiculæ articulatur, principium ducit.*

i 2,3 *Propaginis quam f insigniuimus ramus, brachium attollentis musculi parti iusertus, quæ à scapulæ spina exorditur: soboles autem rami i notati, quæ in brachij cutem exporrigitur, cum brachij neruorum notis π in secunda & tertia figura indicabitur.*

6.2 *Sextum par.*

k 3 *Posterior sexti paris ramus.*

l,m *Nescio qua inciuria l & m in secunda figura omiserim: num scilicet in apponendis characteribus eos præterierim, quum in sinistro latere fortassis illos adhibitos arbitrarer: an uerò appositos sculptor non expenderit. Vtcunque sit, ad sinistrum latus e, tuo marte adscribes l, ut sexti paris anteriorem indices ramum. m uerò accommodabitur illi surculo, quem à sexto pari uersus n, hoc est, septi neruum, deduci conspicis: Atque id figura hic inserta monitus, multo præstiteris facilius, quàm ego, delineationem fortè uitiaturus, & nihil interim promoturus, iam sculpta ac prælo subijcienda tabula, l & m cæteris characteribus adijcere possem.*



n,n 2,3 *Septi transuersi neruus, ex tribus surculis b, e & m conflatus. Quod uerò utriusque lateris neruus & in secunda figura & in tertia obliquo ductu incedat, hinc fit, quòd intersepientes thoracem membranæ, propter cordis inuolucrum quod inibi amplexantur, hac sede extuberant.*

o,o 2 *Septi transuersi nerui in septum series.*

p 3 *Sexti paris ramus, cauam scapulæ sedem petens, & uarijs oblatus musculis.*

q 2,3 *Anterioris sexti paris rami cum proximorum parium ramis implexus, porti oq; brachium accedens.*

7.2 *Septimum par.*

r 3 *Posterior septimi paris ramus, similiter atque alij huius sedis rami sparsus.*

ſ 2 *Congressus septimi paris cum proximis paribus, qui neruos in brachium deducit.*

t,t,t 3 *Propagines sunt septimi paris, seu potius nerui brachium petentis tertij, ac τ notandi, quæ in huius sedis musculos scapulam & brachium mouentes accedunt.*

8.2 *Octauum par, seu parium dorsalis medullæ in thoracis uertebris repositæ primum.*

u 3 *Posterior octaui paris ramus.*

x 2,3 *Octaui paris congressus cum septimo pari, à quo in brachium aliqui exporriguntur nerui.*

y 2 *Octaui paris propago, per superiorem primæ costæ sedem ad pectoris usque summum prorepens.*

α,α 3 *Surculi octaui paris, seu potius quarti brachium adeuntis nerui, in huius sedis musculos diffusi.*

9.2 *Nonum par.*

β 3 *Posterior noni paris ramus.*

δ,δ 2 *Ne γ uicinum ipsi y offenderet, anteriorem noni paris ramum δ insigniuimus, hic quoque notantes eius rami propaginem, primæ costæ exporrectam.*

ζ 2 *Propaginis δ insignitæ surculi, in musculos thoraci hic instratos protensi. Verùm huiusmodi surculi in subsequentibus paribus experimentur dilucidiùs.*

10,11,12 13,14,15,16,17,18,19.2 *Paria neruorum à nono pari ad uigesimum usque notantur, quibus eadem penè propaginum, & potissimùm ad costarum interualla est series.*

η,η 2 *Surculi intercostalium neruorum, sexti paris neruorum cerebri ramum augẽtes, qui sub tunica costas succingente harum radicibus exporrigitur.*

θ,θ,θ 2 *In dextro secundæ figuræ latere rami notantur, ab intercostalibus neruis in musculos uaria serie excurrentes, qui thoraci insternuntur. Verùm in sinistro latere paulo expressiùs eiusmodi ramos insigniui. Nam ι & ι ramos indicant in*
ι,ι. *elatiorem partem exporrectos musculi brachium pectori adducentis, cuius fibræ deorsum obliquè, ut & præsentes*
κ,κ. *rami, porriguntur. κ uerò & κ rami indicantur in humiliorem eius musculi sedem excurrentes, ac obliquè sursum re-*
λ,λ. *flexi. Porrò λ & λ rami ostenduntur, obliquè descendenti abdominis musculo exporrecti. μ & μ rami insinuãtur, in*
μ,μ. *musculum propagati, cuius ope brachium uersus dorsi humiliora ducitur.*

ν 2 *In dextro latere ν ponitur, indicaturum nerui sobolem, papillæ quodammodo elargitam.*

ο,ο 2 *Ramuli à decimooctauo pari & decimonono, accedentes principium musculi femur mouentium sexti.*

π,π 2,3 *Primus neruus brachium accedens, qui in externæ brachij sedis cutem digeritur. Verùm in secunda & tertia figuris, ρ secundus brachium subingrediens neruus erit, τ tertius, φ quartus, * quintus, ψ sextus.*

ρ 2,3 *Secundus brachium petens neruus, quem Galeni autoritati nimium addictus, graciliorem quàm oportuit expressi, secus ac in figura huius libri calci insuta, quam tunc delineaui, quum meis oculis plus fidei, quàm Galeni libris tribuere cœpi.*

σ,σ 2 *Secundi nerui propagines, quæ capitibus anterioris cubitum flectentium musculi digeruntur.*

τ 2,3 *Tertius brachium accedens neruus. Quòd uerò secundus & tertius neruus paulo magis quàm natura se habent, in brachij exteriora delineati sint, in hoc factum putato, ut nerui inuicem in pictura magis quàm natura distantes, omnia adamussim oculis subijciant.*

υ 2 *Tertij nerui propago, in brachij cutem aliquousque excidens, inter musculum pectori brachium adducentem, & eũ qui brachium sursum ducit.*

φ 2 Tertij nerui ramulus, capiti oblatus musculi cubitum flectentium posterioris.
χ 2 Tertij nerui propago, in cutem anterioris brachij sedis diffusa.
ϯ 2 Hic congressus tertij nerui portionis cum secundo notatur. uerùm iam sæpius obseruauimus tertium neruum à secundo augeri: uti in figura etiam pinxi, huius libri calci adhibita.
ω 2 Secundus neruus post congressum suæ portionis cum tertio neruo, deorsum prorepens.
Γ 2 Secundi nerui surculus, capiti exporrectus longi, & radium in pronum ducentis musculi.
Δ,Δ 2 Nerui secundi ramus, secundùm radium ad brachiale usque properans, ac externam primi pollicis internodij sedem sub cute inibi ascendens, ubi humilius Δ reponitur.
Θ 2 Nerui secundi ramus, iam dicto crassior, qui mox in duas propagines diuiditur.
Λ 2 Rami quem Θ insigniui elatior propago, sub cute secundùm internum latus repens longi, & radium in pronum ducentis musculi.
Ξ 2 Rami Θ insigniti inferior propago, iam Π & Σ notanda.
Π,Σ 2 Inferioris illius propaginis Ξ notatæ duo præcipui rami, secundùm internam cubiti sedem ad uolam usque frequenter exporrecti, quemadmodum & in dextra delineatum est manu.
Φ 2,3 Quartus brachium subiens neruus. Huius nerui propagines, etiamsi accuratè in secunda & tertia delineatæ sint figura, tertiæ tamen duntaxat characteres adhibiturus sum, ne secunda plus satis hic obfuscetur.
Ψ 3 Quarti nerui propagines, musculis cubitum extendentibus, diffusæ.
Ω 3 Quarti nerui ramus, in cutem posterioris brachij & cubiti articuli sedis exporrectus.
32.3 Quarti nerui propago, cutem accedens humiliori sedi externi lateris brachij obductam.
33.3 Quarti nerui soboles, in exterioris cubiti regionis cutem ad brachiale usque protensa.
34.3 Diuisio quarti nerui, quà iam externa humeri tuberi insidet.
35.3 Elatior dictæ modò diuisionis ramus.
36.3 Elatioris rami 35 notati, in exteriorem pollicis, indicis & medij sedem propaginum series.
37.3 Demissior ramus diuisionis 34 indicatæ, qui ulnæ ad brachiale usque exporrigitur.
38.3 Propagines demissioris rami 27 insigniti, quæ musculis inseruntur, ab externo humeri tubere initium ducentibus.
39,40 41.3 His notis propagines notantur demissioris illius rami, qui ulnæ exporrigitur, quas offert trium musculorum initijs, ab externa ulnæ regione secundùm ipsius longitudinem pronatis.
42.3 Rami 37 insigniti finis, ac surculi, quos is articulo brachialis cum cubito præbet.
* 2,3 Quintus brachium ingrediens neruus.
43.2 Tertij & quinti brachium accedentium neruorum series, in musculos internam cubiti sedem occupantes.
44.2 Tertij nerui ramus, radio exporrectus, ac in internam sedem pollicis, indicis & medij digestus.
45.2 Quinti nerui ramus, ulnæ attensus, & propagines deriuans internæ sedi minimi digiti, & anularis, & medij.
46.2 Rami 45 insigniti propago, externæ sedi minimi digiti, & anularis, & medij oblata.
ϗ 2,3 Sextus in brachium pertinens neruus.
47.2 Sexti nerui finis, non procul à brachialis cum cubito connexu desinens.
48,48.2 Surculi passim à sexto neruo in cutem, cui is exporrigitur excurrentes.
20, 21, 22,23,24.2 Quinque paria neruorum è lumborum uertebris egredientium.
49,49.2 Ramus à uigesimo pari principium ducens, & cum seminali arteria ad testem plerunque exporrectus.
50,50.2 Series neruorum per abdominis musculos.
51.2 Rami à neruis qui abdominis musculis offeruntur, in musculum excurrentes, quo brachium uersus dorsi humiliora ducitur.
52, 52.3 Posteriores rami neruorum è lumborum uertebris procedentium. Porrò ramuli qui in secunda figura hos characteres 20,21,22 spectant, illi sunt, qui ramum augent sexti paris neruorum cerebri costarum radicibus exporrectum, ac etiam ramuli sunt in principium sexti femur mouentium musculi excurrentes. Ramuli autem 23 & 24 spectantes, illi sunt, qui musculis hanc dorsi partem flectentibus offeruntur.
25,26, 27,28,29,30.2 Sex sacri ossis neruorum paria. Ramuli illi qui numero proximi sunt, illi censentur, qui uesicæ & uteri quoque ceruicibus implicantur, aniq; musculos pariter accedunt.
53.2 Primi paris ossis sacri, seu uigesimiquinti paris propago, internæ ilium ossis sedi, ipsisq; adeò abdominis musculi hinc ab ilium osse prodeuntibus exporrecta.
54.3 Vigesimiquinti paris propago, gibbum ossis ilium accedens, & musculis eam sedem occupantibus, cluniumq; cuti ramos offerens. Huc & à subsequentibus quoque paribus ramuli pertinent.
55.3 Ramus est propaginis 54 insignitæ, qui hic musculis exporrigitur.
56.2,3 Dorsalis medullæ terminus absque coniuge, induisusq; procidens.
57.2 Primus femur crus ve subiens neruus.
58.2 Primi cruris nerui ramus cutem accedens.
59.2 Primi cruris nerui portio, musculis exteriorem femoris sedem occupantibus implicita.
60.2 Secundus in crus prorepens neruus.
61.2 Secundi nerui ramus, per internàm femoris & tibiæ sedem ad summum usque pedem sub cute repens.
62.2 Rami 61 insigniti, in pedis summum distributio.
63.2 Rami 61 insigniti, notatu dignæ soboles, cuti anteriorem genu sedem, & interiorem quoque uersus poplitem ambienti digestæ.
64.2 Secundi crus petentis nerui portio, femoris profundiora subintrans.
65.2 Portionis, quam 64 notauimus, ramus facilè primarius, ac quinto femur mouentium musculo insertus.

Tertius

66.2 *Tertius in femur pertinens neruus.*
67.2 *Tertij femur petentis nerui soboles, in musculos digestæ, pubis ossis foramen occupantes.*
68.2 *Tertij femoris nerui ramus, in cutem exporrectus.*
69.2 *Tertij femoris nerui portio, in alto permanens, & musculis implicita.*
70.2 *Præcipua modò dictæ portionis soboles, musculo distributa tibiam mouentium secundo.*
71,2,3 *Quartus, idemq; crassissimus in femur procedentium neruus.*
72.2,3 *Quarti nerui propago, in posterioris sedis femoris cutem magna ex parte diffusa.*
73.2 *Quarti nerui soboles, in musculorum capita digestæ, à coxendicis ossis appendice exorta.*
74.2 *Quarti nerui ramus, primùm quarti tibiam mouentium musculi portioni à femoris osse principium ducenti oblatus, ac mox in cutem excurrens, quæ inferiori sedi obducitur posterioris regionis femoris & genu articuli.*
75.2 *Quarti nerui rami, initijs musculorum ab inferioribus femoris capitibus pronascentium oblati.*
76.2 *Quarti nerui in duos crassitie impares truncos diuisio, inter humiliora femoris occurrens capita.*
77.2 *Gracilior exterioráq; dictæ modò diuisionis truncus.*
78.1 *Trunci 77 insigniti ramus, cuti subtensus externam tibiæ sedem & externum pedis latus inuestienti.*
79.1 *Præcipua exterioris trunci portio, fibulæ cum tibiæ osse connexum petens.*
80.1 *Ramus præcipuæ illius portionis 79 indicatæ, qui anteriorem tibiæ sedem sub cute implicat.*
81.1 *Pars præcipuæ portionis 79 insignitæ, secundum fibulam inter septimum & octauum pedem mouentium musculos exporrecta.*
82.1 *Interior crassioráq; truncus diuisionis, quam quartus femur adeuntium neruus in poplite molitur.*
83.1 *Ramus internam tibiæ sedem uersus suram & internum pedis latus sub cute perambulans.*
84.1 *Ramus in cutem sparsus suræ potissimùm obductam.*
85,85.1 *Propago, quam crassior quarti nerui truncus in anteriora tibiæ mittit, per ligamentum fibulam tibiæ ossi tota sede committens, qua hæc ossa inuicem dehiscunt. Propago ista per transuersum in anteriori tibiæ regione occurrens ligamentum fertur, in superiori pedis sede absumpta.*
86.1 *Propago inter quartum pedem mouentium musculum, & duos primos pedem quoque mouentiũ musculos excurrens.*
87.1 *Reliquum interioris trunci quarti femur adeuntis nerui, quod tandem secundùm interiorem malleolum pedis humiliora petens, singulorum digitorum inferiori sedi binos surculos exporrigit.*

Præter figuras, quarum modò indicem absolumus, quædam ad præsentis libri reponetur finem, neruorum imaginẽ grandiori quàm superiores forma non ineleganter exprimens, & ad horum librorum Epitomen præcipuè apparata: adeò ut ad illam quoque ex interiori iam subsequentium Capitum margine uenias nonnunquam remittendus.

DE DORSALI MEDVLLA, ET NERVORVM AB IPSA prodeuntium numero. Caput XI.

SI quando alicubi in interiori margine toto hoc Opere occurrit, fig. 1, aut 2, aut 3 cap. 11 lib. 4, illæ consulendæ sunt, quas huic Capiti præposuimus.

a 1 figura trium quæ ad hoc et sequentia Capita spectãt

DORSALIS [a] medulla, neruorum modo substantiæ cerebri, à qua originem sumit, correspondens, quanto magis à cerebro recedit, protenditurq;, tanto (neruorum etiam ritu) compactior duriorq; efficitur. Variat enim plurimùm ab aliorum ossium medulla impensè humida, propemodumq; fluxili: siquidem hanc, & prçcipuè molliorem ipsius substantiam pinguedini, uel adipi assimiles licet, in ossium finibus cauernulisq; nutriendi humectandiq; gratia asseruato. Quinetiam hæc ossium medulla nec cerebri, aut dorsalis medullæ inuolucris obtegitur, nec præterea ipsi adeò dignæ notatu arteriæ ac uenæ obtenduntur: nec per inde ac dorsalis medullæ, aut cerebri substantia, candicans alba ve existit. Quapropter etiam nulla ratione cerebro & dorsali medullæ similis est, neque ulla illi cum sensus organis aut musculis existit communio. quum interim dorsalis medulla non paruam cum musculis communionem sibi uendicet. Quippe si rerum Opifex hanc, quàm alijs longum cerebrum appellare libuit, non produxisset, duorum alterum subsequeretur. aut enim omnes corporis partes capite inferiores, ac à [b] neruis sexti paris neruorum cerebri propagines nullas admittentes, motu destituerentur arbitrario, tristantiumq; sensu priuarentur: aut neruum in singulas partes à cerebro deriuari necessum esset. Verùm si motu carerent, tunc homo non amplius animal, sed lapideæ luteæ ve correspoderet statuæ. A cerebro autem in singulas partes exiguum neruum porrigere, artificis esset neruorum securitatem nihili pendentis. Nam non solùm gracilem neruum, ut qui rumpi confringiq; possit, longo progressu deduci non erat tutum: uerùm ne aliud quoddam ualidorum etiam organorum, & minus adhuc uenam aut arteriam. [c] Hæ enim ut dorsalis medulla à propria origine grandes amplæq; enascentes, instar arborum caudicis in progressu uariè dissinduntur: & quum corporis partibus appropinquant, surculos ipsis offerunt, qui materiam sibi à principio oblatam communicent. Vnde etiam fatius fuit dorsalem medullam uelut fluuium aliquem, ex fonte nimirum cerebro effluentem, per eam sedem qua transit, geniculatim neruos tanquam animalis facultatis aut spiritus uectores germinare, uti modò rerum Opifex probe est molitus. Cęterùm quando dorsalis medulla instar alterius cerebri omnibus propemodum partibus sub capite positis censetur, hanc quoque oportebat, similiter ac cerebrum, [d] duro & ferendis iniurijs pertinaci munimento, ac uelut propugnaculo cingi. Cuiusmodi uerò id sit, in primo libro,

Dorsalis medullæ ab ossium medullæ differentia.

Dorsalem medullã procreandi necessitas.

Dorsalis qui muniendi.

b 1,2 fig. cap. 2 e.
c fig. ca. 2 lib. 3 b. fig. ca. 62. D. & fi. cap. 12 A.
d fi. ca. 14 lib. 1.

Oſsibus. Membraneis inuolucris.

dum dorſi uertebrarum ſtructuram proſequerer,abundè dictum eſt. Præterea duæ etiam membranæ dorſalem medullam amplexantur, [c] ijs omnino ſpecie reſpondentes,quibus cerebrum obuoluitur, etiamſi diſtantia inuicem non congruant.Duram enim cerebri membranam à tenui in caluaria dehiſcere, gratia diſtentionis cõtractionisq; uaſorum tenuis membranæ, & ipſius adeò cerebri, in ſeptimo libro declarabitur. In uertebrarum autem ſinibus,ubi membranæ dorſalem medullam ambiunt,dura tenuem contingit. Atq; hoc uno inuicem membranæ pugnant: ac eo prçterea, quod tertium quoddam inuoluerum egregiè ualidum membraneumq;, duabus illis quæ dorſali obducuntur membranis,extrinſecus circunducatur: quòd dorſalis medulla uertebris quas uariè moueri neceſſum fuit,ſecus quàm cerebrum continetur, non mouendis ferè oſsibus amplexum. Dorſalem medullam unicam (uti & cerebri ſedes, à qua [f] principium ducit, unica ſimplexq;-eſt) iuſtè à Natura factam eſſe,neminem latere arbitror:quum homini duo dorſa procreari fuiſſet planè ridiculum, atque ad plurimas actiones ineptum, quodq; dorſalis medulla ualidior per uertebras,ceu unicum iter, ſimplex,quàm gemina prorepat. Quàm uerò uana ſit Galeni ratio,qua [g] cerebellum ſimplex eſſe docet,ut unica fieret dorſalis medulla, in ſeptimo libro explicabimus. Quanquam ſanè & hoc loco hominis medulla dorſalis adhuc inſuper ueniat expendẽda. per [h] totam namq; ceruicem, & ad thoracis uſque medium,aliquando & inferiùs nonnihil,ſimplex,ac indiuiſa, molliſq; adhuc deorſum fertur,neruos duntaxat geniculatim à ſe diffundens. [i] quum uerò thoracis medium perrepſit,ut duris duntaxat, ac motui potiſsimùm ſeruientibus neruis propagandis idonea redderetur,non ſimplex amplius, ſed in innumeras ſecta ſoboles deſcendit, non aliter profectò, quàm ſi frequentes multasq; tenuiſsimas chordulas ſimul rectà tenſas membranæ cuipiam illigares: ac deinde per ſingula uertebrarum dorſi ve oſsium [k] foramina,per quę nerui proſiliunt, unam atque alteram chordulam ex mutuo illo connexu tantiſper diſtribueres,quouſque unica tantum ſupereſſet chordula, dorſalis medullæ fini reſpondens. Cæterùm neruii,quos dorſalis medulla per uertebras ducta, ac paulatim in progreſſu gracileſcens diſtribuit, reſectionis profeſſoribus ſexaginta, & interdum quinquagintaocto enumerantur, modò tringinta, modò uigintiquinquem complexi paribus. A dorſalis enim medullæ ſede ſeptem ceruicis contenta uertebris, ſeptena exiliunt paria. A medullæ autem [m] ſede per thoracis uecta uertebras, duodena dependent paria: [n] à quinis autem lumborum uertebris, quina: ab oſſe ſacro ſena. quamuis interim quinque inferiora oſsis ſacri neruorum paria, ſi quando id ſex efformetur oſsibus, [o] gemina (uti ferè duobus prioribus è ceruice eductis paribus uſuuenit) quodammodo dici poſsint,quum nerui utrinque antrorſum & retrorſum P ducantur, ab una radice uix enati. Dorſalis uerò medullæ [q] terminus ex oſſe ſacro procidens, neruus non cenſetur: neque in ramulos, qui neruorum nomen merentur, ceſſat.quanquam aliquando illum iam ex ſacro oſſe decidentem,in tres impenſe breues ſurculos diffundi uiderim,tunc ſacro oſſe quinque ſolum oſsibus conformato. In canibus autem & alijs animalibus,pro dorſi oſsium numero, neruorum dorſalis medullæ parium copia differt.

Vbi dorſalis ueluti è multis fiuiculis cõpingatur.

Quot neruorum paria à dorſali diſcindantur.

Libr. 8. de Vſu part.

Dorſalis unica.

c *In prioribus ſi. li. 7.*

f *1 ſi. cap.* 2 *D uerſus E.*

g *11 ſi. li. 7.*

h *1 ſi. à ad C.*

i *1 ſig. ſub C ad H.*

k *ſi. ca. 14 lib. 1 Q*

l *1 fig. à B ad D. aut chara. 7.*

m *1 fig. à D ad E. aut à charac. 7 ad 19.*

n *1 fig. ab E ad F, aut à chara. 19 ad 24.*

o *1 fig. ab F ad G. aut char. 24 ad 30.*

p *Pete id ex 2 & 3 fig.*

q *1 ſi. H. 2, 3 ſi. charact. 56.*

SEPTEM NERVORVM PARIVM E CERVICIS VERTEBRIS proſilientium ſeries. Caput XII.

Quam uiã Natura primo parauerit pari.

MODO hactenus memoriæ non exciderint primæ ceruicis uertebræ cum occipitis oſſe, & ſecundæ item uertebræ cum prima ſuperius traditæ articulationum ſpecies, meritò in præſentia Naturæ prouidentiam admiraberis,quæ primo ceruicis pari, & ſecundo, non cæterorum ceruicis aut thoracis neruorum ritu,ſed peculiari quodam, durum primarum uertebrarum articulationibus impedita, uiam inſculpſerit, ac duos utriuſque paris, quemodum & in ſacro oſſe, utrinque machinata ſit exortus: unum quidem anteriori corporis ſedi,alterum uerò poſteriori exporrigens.Quippe ut [a] poſteriori primi paris propagini concinnè uia præpararetur,Natura in primæ uertebræ eminentiori ſede ad radicem,poſterioremq; regionem ipſius cum capite articulationis [b] ſinum cælauit:atque hic etiam occipitis oſsi [c] ſinum inſculpens, foramen effecit, primæ ceruicis uertebrę,ipſiq; occipitis oſsi commune. ne ſi fortaſſe integrum foramen tenui illi uertebræ (uti in canibus,quibus grandior eſt uertebra,euenit)inſculpſiſſet, ipſa, quum alioquin magno indigeat robore,multis perforationibus inualida redderetur.Quinetiam quo foramen id arctius eſſe poſsit,Natura poſteriorem primi paris exortum gracilẽ effecit,eumq; in muſculos duntaxat diſtribuit, [d] qui à prima ceruicis uertebra in occipitis os inſeruntur,& [e] eos qui ab occipitij oſſe in tranſuerſos illius uertebræ proceſſus implantantur. ac dextra quidem propago in dextri lateris deperditur muſculos, ſiniſtra autem in ſiniſtri: quod etiam ſemper tota neruorum ſerie ſubaudiri uelim. Ab hac præterea poſteriori primi paris propagine, [f] ſurculus etiam deducitur in principium [g] muſculi à primæ ceruicis uertebræ, & aliquot ſubditarum uertebrarum tranſuerſis proceſsibus principium ſumentis, ac ſcapulam ſurſum attrahentis. [h] Altera primi paris propago non ſemper conſpicua,ab anteriori dorſalis medullæ regione enata, excidit inter primam ceruicis uertebram,& occipitis os, iuxta latus [i] teretis ligamẽti ſecundæ uertebræ proceſſum (quẽdenti aſsimilamus) occipitio colligantis.Hæc propago uti gracillima eſt,ita etiam mox in [k] muſculos abſumitur,qui anteriori uertebrarum ſedi obnati,dorſum mouentium primum par recenſentur. Secundum neruorum par,quando prorſus ex lateribus ſubſequentium parium modo pronaſci nequiuit, utpote ab articulatione primæ uertebræ cum ſecunda offendendum,& articulationis robore foramen inibi non admittente,Natura uertebrarum noxam fugiens,id ut frequentiùs,binis propaginibus exoriri operæprecium putauit,ac [l] poſteriorem propaginem,quæ [m] anteriori longè eſt craſsior (quanquam & ipſa gracilis uiſitur)

Hãc memoriã, ſi opus erit,ex figuris cap. 15 lib. 1. reparabis.

a *3 fig. F.*

b *3. 11 ſi. cap. 15 li. 1 V.*

c *1 ſi. eiuſdem ca. H.*

d *14 muſ. ta. G, F.*

e *14 tabu. H, I.*

f *2, 3 ſi. G.*

g *13 muſ. tab. Q.*

h *2 fig. H.*

i *ſi. ca. 30 lib. 2 I.*

k *8 muſc. tab. A, B.*

Secundi paris egreſſus & ſeries.

l *3 ſi. I.*

m *2 ſi. N.*

n 10, 11 *fi. ca. 15 li. 11.* *sinus autem 4 fi. q. & 6 fig. p.* o *ad 13 fi.* p *3 fi. K.* q *2 fig. S.* r *3 fig. L.* s *2, 3 fig. M, M.* t *Petes hæc ex 3 figura medio.* u *3 fig. super B, et ad sinistram I.* x *24 musc. ta. A, B. K, L.* y *2 fig. N.* z *11 fi. ca. 15 lib. 1 m ad latus T.* a *8 tab. A, B.* b *2 fi. chir. 3.* c *7 fi. cap. 15 lib. 17 cum 8 & 9 figura.* d *2, 3 fi. O.* e *14 ta. O.* f *13 ta. A, B, C, etc.* g *3 tab. T.* h *2 fig. P.* i *2 fig. Q.* k *2, 3 fig. R commiscetur cum Y.* l *2 figu S. cum 3 figura K ad L.* m *2, 3 fi. T.* n *8 ta. C. 13 tab. H.* o *13 ta. Q.* p *2 fi. chir. 4.* q *2, 3 fig. V.* r *2, 3 fi. X.* s *2 fig. Y.* t *2 fig. R.* u *2 fig. a.* x *2 fig. b.* y *2 fig. e.* z *2 fig. m.* a *2, 3 fi. n.* b *2 fi. chi. 5.* c *3 figu. c.* d *2, 3 fi. d.* e *2 fig. à d ad char. 6.* f *2 fig. e.* g *2 fi n ex b, e, m. dein 1 fig. lib. 6 P. 3 fi. I.* h *7 musc. tab. Δ.* i *2, 3 fi. F.*

tur) per latus posterioris secundæ uertebræ processus, quem spinam uocamus, eduxit, ibidem opportunissimum tutissimumq; [n] iter (uti in primo docuimus libro) machinata. Præsens propago simulatque prodijt, in duos crassitie impares [o] discinditur ramos: ac [p] crassior à prioribus quodammodo ad posteriora sursum transuersim tendit, ex spinæ nimirum secundæ uertebræ lateribus, uersus spinæ mediũ, ubi mutuus est utriusque lateris musculorum posteriorem ceruicis regionem occupantium congressus. Ramus iste, tertij paris [q] sobole huc exporrecta [r] coauctus, ac ex dictorum iam musculorum medio in exteriora prolapsus, contrario penitus ductu ex posterioribus sursum in priora ad caput contendit, atque inibi in uniuersam capitis cutem, tam quæ circa aures, quàm quæ post aures in occipite ad uerticis usque summum habetur, [s] surculos spargit. Huius rami progressus accuratè propter subsequentium parium seriem uenit perpendendus. [t] Ab illis enim paribus rami à uertebrarum lateribus ad ipsarum spinas pertingunt, & hinc rectà extrorsum per mutuum musculorum utriusque lateris congressum, & rursus hinc à spinarum seu posteriorum processuum apicibus, dorsiq; medio, antrorsum seu uersus corporis latera ascendunt, & in musculos digeruntur à spinarum apicibus principium ducentes, uti subsequens neruorum series edocebit. Cæterùm posterioris secundi paris propaginis minor [u] ramus in proximorum musculorum principia diuaricatur. sunt autem illi, tertij & sexti parium [x] musculi, eorum quos capitis motibus præesse diximus. [y] Anterior secundi paris propago admodum gracilis, ab anteriori dorsalis medullæ sede originem mutuatur, atque [z] inter secundam & primam elabitur uertebrã ad latus radicis, eius secundæ uertebræ processus, quem denti comparamus. Digeritur autem hæc propago mox in [a] musculos anteriori ceruicis uertebrarum sedi adnatos, primumq; musculorum dorsum mouentium par constituentes. [b] Tertium par, ex [c] communi foramine secundæ ceruicis uertebræ & tertiæ procidit, mox ab egressu in duos discissum ramos. [d] posterior retrorsum flectitur, ac inter musculos ceruicem [e] extendentes, qui dorsum mouentium septimus & octauus enumerantur: ac deinde inter caput mouentium [f] secundum par occultatus, ad secundæ uertebræ spinam contendit: atque hinc ex mutuo musculorũ posteriorem ceruicis sedem occupantium concursu excidens, ad ceruicis properat latera, [g] musculo suffultus, qui ex carnea constitutus mẽbrana, bucca rũ motibus præest. [h] Anterior autem tertij paris ramus, in quatuor spargitur propagines, ac [i] prima musculorũ dorsum mouentium primum par implicat. [k] Secunda propago decliuis ducta, quartum adit neruo rũ par, cuidam ipsius furculo commiscenda, in dictos nuper musculos absumpto. [l] Tertia autem sursum cõtendit, ac posterioris secundi paris propaginis ramo in uerticis cutẽ excurrenti congreditur, unà cum illo (uti prius dictum est) dispergenda. [m] Quarta autem tertij paris anterioris rami propago in [n] musculos digeritur, qui transuersis uertebrarum processibus connati, ceruicem in latera mouent: & [o] eum pariter, qui à transuersis uertebrarum ceruicis processibus principium ducens, scapulam sursum uellit. [p] Quartum ceruicis neruorum par è communi tertiæ & quartæ uertebrarum foramine excidẽs, tertio pari similiter, in duos partitur ramos. [q] Posterior, aliorum qui retrorsum ad spinam inter musculos occultati reflectuntur modo, uersus tertiæ ceruicis uertebræ spinam contendit, in progressu illis quibus intertexitur musculis, surculos diffundens. Quando autem spinam contingit, per mutuum elabitur congressum musculorum posteriorem ceruicis regionem occupantium, atque hinc in latum membraneumq; digeritur musculum, buccarum motus autorem præcipuum. [r] Anterior autem quarti paris ramus, ternas educit propagines, ac [s] unam promit, cui tertij paris [t] propago cõmiscetur, quæq; in musculos deperditur stomacho subStratos, ac ceruicem flectentes. [u] Secundam uerò propaginem in musculos distribuit uertebrarum lateribus adnatos: cuiusmodi sunt, quorũ beneficio ceruix in latera ducitur, ac is qui à transuersis colli uertebrarũ processibus principiũ ducens, scapulã sursum allicit. [x] Tertia propago duabus nuper dictis gracilior decliuis fertur, cũ quinti paris [y] sobole congressura, ac simul cum illa & sexti paris [z] propagine, septi transuersi [a] neruũ cõstitutura. [b] Quinto pari quinta ceruicis uertebra cũ quarta uiam præbet: ipsum uerò similiter atq; quartũ in duos discinditur ramos, ac [c] posteriorẽ ad spinarum apices retorquet, eodem prorsus modo digerendũ, quo posteriorem quarti paris ramum digeri diximus. At [d] prior anterior'ue quinti paris ramus, primùm [e] sobolem spargit musculis ceruicem flectentibus. dein [f] grandiorem depromit, qui deorsum repens, ramulos utriusque uicini paris, quarti nimirum & sexti excipit: & illis adauctus, [g] neruum [h] septi transuersi efformat, qui præcipua quinti paris constat propagine, & exigua sobole quarti paris, & item exigua sobole sexti. Interdum uerò & septimi paris furculus septi transuersi neruo accedit, at tunc quarti paris soboles ipsi nulla offertur. Atque hæc sanè regio admodum industriè septo transuerso neruos elargitur. Variat enim id à cæteris musculis non figura solùm, uerùm & functione. Orbicularis enim formę (uti in secundo recensuimus libro) uisitur, & situ obliquo donatur. Mox caput ipsius, à quo fibræ dependent, non ut quispiam arbitraretur, ex pectoris osse, aut costarum cartilaginibus, aut uertebrarum corporibus educitur: sed in media totius septi regione, quæ neruosa est, id consistere nobis persuasum habemus. Ac proinde neruos fibris illis motum largituros, eò prorepere ab alto operæprecium fuit, ut in uniuersam ipsius sedem suam uim ex æquo diffunderent. Si uerò Natura neruos septi partibus, quæ pectoris ossi, costis & uertebris connascuntur, inseruisset, septi finis in ipsius medio haberetur: quum neruos in musculorum initia potius quàm fines exporrigi, Anatomes professoribus axioma sit. Atque hac ratione septum duntaxat neruos à ceruicis uertebris mutuatur. longo enim progressu eos ducere, quũ possent ex proximis sedibus emitti, opificis esset ignorãtis, quid magis in fabrica conduceret. Hac itaque ratione, septo ex altis partibus neruos exhiberi oportuit: quos Natura, ne toto progressu, quem per uniuersum thoracem moliuntur, parum concinnè ducerentur, interscipientibus thoracem membranis adnexuit, unum neruum singulis membranis exterius firmans. Neque profectò minorem conditoris industriam arguit [i] id quod adhuc anterioris

Tertij paris series.

Quarti paris series.

Quinti paris series.

Septi transuersi neruorum constitutio.

Reliquum anterioris rami quinti paris.

quinti paris neruorum ceruicis est reliquum, atque in [k] musculum præcipuè inseritur, cuius auxilio brachium attollimus. Natura enim ab hac portione [l] ramulos quosdam porrigens [m] musculis scapulam attollentibus, primùm ab externo huius portionis latere [n] neruum deriuat, qui foràs emergens, atq; in multas scissius soboles cutem implicat, qua attollens brachium musculus integitur. Deinde reliqua portio in profundo recondita, simulatque scapulæ ceruici appropinquat, in duos magnitudine impares partitur ramos. [o] Anterior, qui & gracilior est, sub summi humeri cũ clauicula [p] connexu porrigitur, & musculi brachiũ attollentis parti soboles spargit, quæ à summo humero & clauicula inibi principium ducit. Atque hic ramus cuti nullum exporrigit surculum, nisi interdum extremè gracilem, aliquousque [q] humeraria uena concomitatum. [r] Posterior uerò eius quinti paris portionis, quam in profundo reconditam, decliuem ferri diximus, ramus qui anteriori crassior est, postquam gracilem exprompsit ramulum [s] musculo hinc à scapula sursum ad os [v] referens proficiscenti, insidet [t] foramini instar semicirculi in scapulæ elatiori costa exsculpto. In hoc foramine posterior hic ramus uena quoque & tenui arteria concomitatus, mox propaginem diffundit [u] musculo sinum occupanti, quem inter scapulæ spinam & elatiorem ipsius costam haberi scripsimus. Insuper in musculi brachium attollentis sedem digeritur, à scapulæ spina & summo humero pronatam. Verùm hic ramus in præsentem musculum non totus dissoluitur, sed [x] surculo quopiam cutem externæ brachij sedi obductam adit, quem secundùm exterius latus [y] insertionis ramus ille ab alto transmittit, quam musculus is brachium attollens in humerum molitur. Eadem sanè industria & à succedentibus neruorum paribus, seu neruis in brachium progredientibus ad musculos scapulam mouentes, [z] nerui

Sexti paris series.

transmittuntur, qui omnes intimis musculorum sedibus potissimùm inserũtur. Cæterùm nunc tempestiuũ est, sexti & septimi parium seriem sermoni subijcere. [a] Sextum par sub quinta uertebra excidens, eadem cum cæteris paribus serie ad ceruicis musculos [b] posteriorem ramum dispensat, tum eos qui ceruicis & capitis præsunt motibus, tum illorum capita [c] qui respirationis opifices ex ceruice thoracem accedunt. quanquam & hi ipsorum neruos à septimo pari, & octauo quoq; seu primo thoracis pari potissimum mutuentur. [d] Anterior autem sexti paris portio, postquam [e] neruum exprompsit, qui quinti paris portioni ud neruum septi transuersi constituendum permiscetur, cum contiguis paribus, septimo nimirum & octauo [f] coit, & uariè rursus discinditur, neruos unà cum proximis paribus efformatura, qui in brachium contendunt. Priuatim uerò præter cætera ceruicis paria, sextum par [g] portionem notatu dignam deorsum ad scapulæ cauũ transmittit, & rami quoque tum ab hoc, tum & à cæteris coniugijs ad musculos digeruntur, qui scapulam sursum ducunt. Validis enim, & magnam molem attollentibus musculis, uarias quoque ac frequentes ner

Septimi paris series.

uorum propagines inseri, quàm maximè rationi est consonum. [h] Septimi etiam paris ex communi sextæ & septimæ ceruicis uertebrarum foramine prolabentis, magnus cum duabus proximis coniugationibus, sexta uidelicet & octaua, [i] congressus perficitur, atque huius potissima portio in brachium fertur. Ab hoc enim pari, & quinto & sexto ceruicis, & primo & secundo thoracis neruorũ parib. omnes brachij nerui propagantur. Qua autem serie illi digerantur, peculiari Capite persequar: modò interim adhuc addens, septimum par (uti & prius monui) interdum ramulum septi transuersi neruo offerre, & perpetuò [k] ramum in posteriora ad spinam ducere, qui præter cæteras propagines in musculos posteriori ceruicis sedi instratos digestas, aliquot etiam offert [l] lato membraneoq; musculo: qui buccas mouentium, ex carnea membrana constituitur. In hunc enim musculum à quinti paris neruorum cerebri [m] propagine per [n] cæcum foramen excidente, ac dein ab omnibus ferè paribus uertebrarum ceruicis (si primum excipias) soboles pertingunt, uniuersæ secundum musculi fibrarum ductum exporrectæ, ac proinde etiam ad uenas & ligamenta multifariam (ut ductum illum seruent) reflexæ, ac cuti etiam communicatæ.

SERIES DVODECIM PARIVM NERVORVM DORSALIS MEDVLLAE, thoracis complexæ uertebris. Caput XIII.

Dorsalis medullæ neruorum octaui paris, seu thoracis parium primi series.

PRIMVM thoracis neruorum [a] par, inter septimam ceruicis uertebrarum, & thoracis primam, quinque humiliorum ceruicis parium modo exiliens, si superioribus dorsalis medullæ neruorum paribus comparetur, opportunè octauum nuncupabitur. Hoc itaque simulatque excidit, in duos impares diductũ ramos, [b] posteriorem, qui & gracilior est, retrorsum ad spinam inter musculos uertebris hic adnatos reconditum detorquet, à quo in progressu surculos accipit radix [c] musculi à prima thoracis costa in transuersos ceruicis uertebrarum processus inserti, ac ceruicem in latus (uersus anteriora tamen) inclinantis. Dein & qui ceruicis capitisq; in posteriora motibus hic præficiuntur musculi, ab hoc octaui paris ramo surculos adipiscuntur. Quod autem eius rami, septimæ ceruicis uertebræ spinam contingit, extrorsum ducitur: & rursus transuersim à spina abscedens, propagines offert humiliori sedi eius [d] musculi, qui scapulam mouentium secundus ac maior enumeratur. Insuper & [e] musculo scapulæ basi inserto, scapulamq; ad dorsum trahenti, ac demum [f] illi quem hominis thoracem mouentium tertium recensuimus. At anterior octaui paris ramus, posteriori longè insignior, septimi, sed magis adhuc interdum noni paris non minimam portionem cum ipso congredientem [g] suscipit: totusq; uariè uicinis paribus commixtus, si [h] unicam ipsius dempseris propaginem, in brachium fertur. Ex demissiori namque ipsius sede, ubi iam proximis paribus se commiscuit, propaginem antrorsum emittit, quæ secundùm primæ thoracis costæ ductum ad pectoris ossis usque summum perlata, in progressu surculos dispensat thoracis [i] musculo à clauicula in primam inserto costam. Præterea huius propaginis terminus in illos digeritur musculos, qui à pectoris ossis summo principium ducentes,

k 2 *musc. tab. M.*
l 3 *fi. T, T.*
m 9 *ta. T.* *et* 13 *tab. Q.*
n 2, 3 *fi. g.*
o 2, 3 *fi. h.*
p *ult. fi. li.*
q *Q. ad λ. fi. cap 6 lib. 3 a, a.*
r 2, 3 *fi. i.*
s 5 *musc. tab. R, S.*
t 1, 3 *fig. cap. 21 li. 1 a.*
u 12 *tab. H, H.*
x 2, 3 *fi. π.*
y 10 *musc. ta. inter P. & d.*
z 3 *fi. t, t, a, a.*
a 2 *fi. tha. 6.*
b 3 *fig. k.*
c 11 *ta. F.*
d 2 *fig. l.*
e 2 *fi. m ad e, ad constitutionem u.*
f 2, 3 *fi. q.*
g 3 *fi. p.*
h 2 *fi. tha. 7.*
i 2 *fi. f. aut potius specta fi. cap. 14. aut ult. figu.*
k 3 *fig. r.*
l 3 *musc. tab. Γ.*
m 1, 2 *fig. cap. 2 c.*
n 2 *fi. cap. 12 li. 1 b.*

a 2 *fi. tha rach. 8.*
b 3 *fig. u.*
c 8 *musc. tabu. C. 14 tab. N.*
d 9 *musc. tab. Γ, Δ.*
e 10 *ta. Γ.*
f 11 *ta. E.*
g 2, 3 *fig. x, aut specta fig. cap. 14.*
h 2 *fig. y.*
i 4 *musc. tab. d.*

centes,ſurſum exporriguntur, [k] tum ad mamillarem capitis proceſſum[1], [l] tum ad os [υ] imagini compar[2]. tum,& [m] ad laryngis cartilaginem ſcuto non abſimilem,quanquam interim & his muſculis à ſexto par[1] neruorum cerebri [n] ſoboles offerantur,ut & à primo intercoſtali neruo,quem mox noni paris [o] propaginem eſſe dicam.Quæ autem octaui paris in brachium ſit ſeries,cum reliqua brachij neruorum explicatione perſequar:id etiam hoc loco ſubiungens,ab octauo pari,ſeu potius quarto brachium petente neruo, quũ is alam accedit,ex poſteriori ipſius regione etiam [p] ramos pullulare,in cauam ſcapulæ regionem digeſtos. [q] Nonum par inter primam & ſecundam thoracis uertebras originem ducens, octaui quoque paris ritu [r] ramum in poſteriora ablegat, ſimili quodammodo ratione atque poſterior octaui paris ramus digerendũ. Deinde non minimam ſui partem octauo porrigens, uti ſuo dicam loco, in brachium fertur. [s] reliquam uerò ipſius portionem primo coſtarum interuallo offert, quæ ſecundùm primæ coſtæ ductum ad pectus uſque fertur in progreſſu,ut & reliqui coſtarum interuallis exporrecti nerui, ſoboles diffundens in muſculos thoraci incumbentes. Porrò [t] decimum,undecimum,duodecimum, & reliqua ad primum uſque lumborum,ſeu uniuerſæ dorſalis medullæ uigeſimum par,ſubſequentia, eadem quodammodo ſerie digeruntur. Quippe omnia mox atque è uertebrarum lateribus exiliere,bipartitò ſcinduntur, ac minor graciliorq; ramus retrorſum ad uertebrarum ſpinas detorquetur,inter muſculos uertebris adnatos latitans. Sunt uerò illi,quos dorſi & thoracis motibus hic præeſſe retulimus. Videlicet humani thoracis motorum [u] quartus, in canibus uerò & ſimijs ſextus:deinde dorſum mouentium ſexti paris [x] alter, mox & [y] alter octaui dorſum mouentium paris, & circa ſuperiores thoracis uertebras [z] alter primi & [a] alter ſecundi paris caput mouentium,& [b] alter tertij paris,& [c] alter quoque quarti paris muſculorum dorſum priuatim mouentium.In hos enim muſculos thoracis neruorum poſteriores rami ſparguntur: ueruntamen in illos toti non abſumuntur:at ubi iam ſpinarum attigere apices,extrorſum properant, inter mutuum dextri ſiniſtriq; lateris muſculorum congreſſum excidentes,atque in muſculos poſtmodum digeſti, qui ab illarum quas contingunt ſpinarum apicibus principium mutuãtur:è quorum claſſe (præter aliquot nuper commemoratos, præcipuè autem alterum primi paris muſculorum caput mouentium) ſunt, [d] muſculus ſcapulam ad dorſum trahens,totiq; ſcapulæ baſi inſertus:& [e] humilior pars eius muſculi, quem ſecundum ſcapulam mouentium enumeramus,ac monachorum cucullis cõferimus, quiq; hac parte ſcapulam deorſum uellit,mox humani thoracis motus opificum [f] quintus,& [g] is etiam qui brachium deorſum dorſo adducit. Et præterquàm quòd à poſterioribus horum parium ramis ſurculi in muſculos digerantur, etiam aliquot in cutẽ dorſo inſtratam contendunt,at minus frequentes quàm nerui in brachij, aut pectoris, aut colli cutem exporrecti.Cæterùm anteriores præſentium parium rami [h] ſurculos offerunt ſexti paris neruorum cerebri [i] ramo ſub tunica coſtas ſuccingente coſtarum radicibus exporrecto,illiſq; ſurculis adaucto. Dein præſentes rami coſtarum oblati interuallis, [k] uena itemq; [l] arteria concomitantur, & proprio [m] ſinu coſtarum interiori inferioriq; ſedi inſculpto uecti,ſecundùm coſtarum ductum in anteriora properant. Rami enim ueris exporrecti coſtis,ad pectoris uſque os pertingunt: rami autem ſecundùm ſpurias delati coſtas, haud unà cum illis ceſſant,uerùm in abdominis uſque anteriora ſuper peritonæum repunt. Ab his ramis in progreſſu [n] ſparſa admodum propaginum ſeries in muſculos thoraci adſtratos diffunditur, è quorum numero [o] ſecũdus eſt thoracem mouentium,& [p] qui brachium pectori admouet, & [q] qui ſcapulam pectori adducit,& [r] qui brachium deorſum uellit,& [s] obliquè deſcendens abdominis muſculus. In hos enim muſculos propagines ab intercoſtalibus neruis offeruntur,ſingulæ tanta induſtria ad coſtas,& uenas,& arterias,& ligamenta reflexæ,ut muſculorum quibus porriguntur, fibrarum inceſſus adamuſim quodammodo retineant.Atque ut his muſculis thoraci inſtratis ab intercoſtalibus neruis propagines exhibentur, ſic à neruis ſpurias coſtas ſuperantibus,ſoboles quoque abdominis muſculis communicantur, fibrarum etiam illorum quibus attenduntur muſculorum ingreſſum utcunque obſeruantes. A propaginibus muſculos implicantibus,neruuli etiam thoracis cuti offeruntur,non quidem certa,neque nunquam aberrante ſerie:ſed ſparſim,eoq; prorſus modo,quo errantes uaſorum rami, *ἀποφύσεις* Græcis nuncupati, digeruntur. Vtcunque tamen uaria,neque ſibi conſtans ſit eiuſmodi neruorum cutem petentium ſeries, Natura nihilominus ſubuerita,ne tenero adhuc infanti lac familiare ipſius alimentum, à matre exigenti, papilla nonnunquam atrocius denegaretur,exactum papillæ ſenſum impartiri uoluit,quo tenerorum infantuli labrorum, mollisq; linguæ contactus illam uoluptate afficeret,qua homines illecti,hanc promptiùs ſugendam contrectandamq; offerant. Ac proinde à neruis ferè, qui quartum coſtarum perreptant interuallum, [t] propagines diffunduntur in muſculum,cuius beneficio brachium pectori adducimus:atque ab illis propaginibus ſurculi in papillam pertingunt,ſimili [u] qua penis efformatur ſubſtantia conſtantem. Cæterùm ut præſentes ſurculi duodecimo neruorum pari quodãmodo peculiares cenſendi ſunt, ita ſanè decimooctauo & decimonono paribus id priuatim aſcribendum uenit, quòd [x] ſurculos offerant principio [y] ſexti femur mouentium muſculi,quod hinc è uertebrarum lateribus pronaſci, iam multo antè commemorauimus.

Noni paris ſeries.

Reliquorũ parium è thoracis uertebris proſiliẽtium ſeries.

Nerui papillã petentes.

k 4 *ta.Θ.* l 4 *tab. S, aut T.* m 5 *ta.P.* n 2 *fi.cap.* 2 *k, k.* o 2 *fig. δ.* p 3 *fi.a.a.* q 2 *fi.cha.* 9. r 3 *fig. β.* s 2 *fig. δ.* t 2 *fi.cha-* *racł. 10.et-* *c. uſque ad* *tharac.20.* u 12 *muſ.* *tab. Δ.* x 13 *ta.Γ.* y 14 *ta.Y.* z 12 *ta.Γ.* a 13 *ta.A,* *B,etc. ad F.* b 13 *ta.H.* c 14 *ta.O.* d 10 *ta.Γ.* e 9 *ta. Δ.* f 11 *ta.Δ.* g 10 *ta.Θ.* h 2 *fi.n.n.* i 2 *fi. cap.* 2 *b.* k *fi. cap.6* *lib.* 3 G, G. l *fi.cap.* 12 *lib.* 3 k, k. m 1, 4 *fi.* *cap.* 19 *lib.* 1 K. n 2 *fi.θ.θ,* *θ. dein cha-* *racteres la-* *teris ſiniſtri* *fig.* 2. o 7 *ta.* L. p 3 *ta. Δ.* q 5 *ta.* Γ. r 10 *ta.Θ.* s 3 *ta.Θ.* t 2 *fig. υ.* u 3 *fi.tabu* *la ta.* 49 *li.* 2 E,E. x *ad latus* *characterũ* 18, 19. y 8 *muſcu* *tab. Q.*

NERVORVM PER BRACHIVM, CVBITVM ET MANVM ſeries. Caput XIIII.

PRAESENTI figura neruorum brachium accedentium plexum,de quo in huius Capitis contextu mox agetur,& qui ſupra primam thoracis coſtam in colli latere conſiſtit,nudum exprimere ita conatus ſum, quemadmodum in poſtrema diſſectione is mihi Patauij occurrit. Vt uerò delineatio eſſet apertior, omnes ramos qui à quinto, ſexto, ſeptimo,octauo & nono paribus aliò quàm in brachium deducũtur,reſectos finxi,uti contrà omnes ſunt conſpicui in fi

gura huius libri calci adhibita, & huius plexus imaginem ita exprimente, ut neutiquam pigere debeat & illam quoque istius plexus occasione intueri. Characteres autem, quibus hæc figura insignitur, ita se habent.

1, 6, 7, 8, 9 Radices parium nervos qui brachium subeunt constituentium, illic resectæ, quà à vertebris iam procidere. Nervi verò brachij illic sunt abtruncati, ubi iam in brachium prolabuntur.

A Portio quinti paris, à qua tandem nervus deducitur, qui brachium subeuntium primus numeratur.

B Secundus nervus.

C Tertius nervus.

D, D Quartus nervus, qui hic ex posteriori sede prodit congressus quinti paris & sexti, portionemq; assumit ex posteriori

E. sede congressus septimi paris: ac deinde sub octaui paris noniq, congressu prorepens, etiam ramum E insignitum ab illo ita atque hic expressimus assumit.

F Quintus brachium petens nervus.

G Sextus brachium petens nervus.



A quibus paribus nervi in brachiũ ducantur.

AD brachium à quinto, sexto, septimo cervicis nervorum [a] paribus, ac dein à primo secundoq; thoracis, seu totius dorsalis medullæ vertebris contentæ octauo & nono [b] paribus, [c] sex nervi digeruntur: quorum seriem prosequar mox atque addidero, nervos brachiũ adituros, statim ab ortu ad vertebrarum latera ita invicem permisceri coireq;, & rursus invicem dirimi, ac denuò congredi, & postremò separari, ut neutiquam dicere queas, quis nam brachij nervus ab hoc illo ve pendeat pari. at veriùs quodammodo sex præcipuos nervos à quadam commixtione, nervorumq; congerie, ac contextu reticulari, principium ducere astrues. Atque hic implexus tam elegans est, ut ab illius effigie chordulas, Cardinalium galeris appensas, artifices primùm miscere committereq; forsitam didicerint. Quòd autem Natura artificio hoc peculiari, spectatuq; iucundissimo utatur, quo nervos longissimo progressu deducendos, duriores, & ad iniurias pellendas pertinaciores reddat, neminem ambigere existimo, potissimùm si [d] implexum nervorum crus petentium unà quoque spectauerit, ac non nimium interim Galeno in primo affectorum locorum libro acquieuerit. Cæterùm [e] primus brachium subiens nervus, eius quinti paris nervorũ cervicis [f] rami, qui in [g] musculi brachium attollentis sedem à scapulę spina pronatam digeritur soboles est, quæ tantum in externæ brachij regionis cutem paulo sub medio longitudinis brachij diffunditur, inibiq; cessat. Quippe inferiorem huius regionis cutem [h] alia exilis propago implicat, quæ nunc dictæ sobolis modo ex alto emergens, ab eo editur nervo, qui nervorum brachij [i] quartus erit. Atque hæc propago non isti solum cuti furculos offert, sed & illi etiam, quæ externam posterioremq; cubiti ad humerum articuli sedem amplexatur. Præsentes nervi, ut & omnes quoque cutem accedentes, membrana, quam cum multis carnosam vocare libuit, pulchrè suffulciuntur, & inter hanc & cutem prorepunt, in homine multo adipe etiam immersi, membranamq; illam cuti pertinaciter committentes, at pilorum interim modo graciles. Deinde non eandem perpetuò in situ, numero & crassitie retinent seriem: sicut in minoribus vasis, neque parem numerum, neque situm, neque magnitudinem accurratè observari, iam antea relatum est. Porrò cæteri quinque nervi per axillam brachium subeunt, atque in plures ramos quàm primus sparguntur, singuliq; maiores crassiores ve spectantur. [k] Secundus itaque brachium petens nervus, ab implexu quem nervos brachium ingressuros ad vertebrarum latera efformare dixi, principium ducit. unde etiam nemo hunc nervum alicui pari verè ascribet: quum non uno, sed pluribus nervorum paribus textus ille constituatur. Cæterùm nervus iste sub [l] musculo cubitum flectẽtium anteriori brachium ingreditur. Vbi enim duo illius musculi capita invicem sunt coitura, nervus ille primùm in brachium fertur: quo etiam loco [m] musculus brachium pectori adducens, insertionem secundùm humeri longitudinem molitur. uti etiam [n] musculus brahium attollens, transversim inibi humero implantatur: præter insertionem, quam hac propemodum regione [o] musculus tentat, qui ab humiliori scapulæ costa pronatus, brachium in posteriora allicit. ac demum eius quoque [p] musculi insertio secantibus inibi occurrit, cuius beneficio deorsum versus dorsi humiliora brachium agitur. Secũdus igitur brachium petens nervus, priori cubitum flectentium subditur musculo: & sub [q] interiori eius capite, quod à scapulę processu anchoræ speciem referente originem ducit, occultatus, utriusque eius musculi capitibus [r] furculum offert: ac decliuis prorepens, sub posteriori nuper commemorati musculi sede reconditur. Quas verò propagines, dein diffundat, ubi & [s] tertium nervum huc sermone deduxero, subijciam: qui secundo humilior, ex illo quoque complexu, reti ve, quod iam prius à nervorum brachium adeuntium radicibus confici diximus, prodit: & quum alam perreptat, [t] ramum promit [u] inter musculum brachium pectori adducentem, & illum quo brachium attollitur, cuti exporrectum, quæ illorum musculorum obducitur lateribus, quà illi se mutuò contingunt. Simulatque verò tertius nervus humero, seu brachij ossi appropinquat, mox etiam cubitum flectentium anteriori musculo cooperitur: atque simul cum secundo nervo deorsum properans, [x] ramulum capiti præbet [y] musculi cubitum flectentium posterioris, quod etiam interdum & à secundo nervo propagine quadam donatur. Cæterùm Galenus asserit, à tertio nostri numeri nervo, postquam is ramulum hunc in caput musculi cubitum flectentium posterioris deprompsit, [z] tantam propaginem diffundi illamq; secundo nervo commisceri, quãta secundi nervi est portio hàc sub anteriori cubitum flenctentium musculo prorepens. Deinde subdit, se semel observasse, à tertio nervo ad

Nervos cutem subeuntes non eandem semper ponere seriem.

Secundi nervi ingressus

Tertij ingressus.

Secundi cũ tertio congressus.

Libr. 3 de Admi. diss.

secundum

Implexus nervorũ brachium adeũtium.

Primus nervus.

a 2 fi. char. 5, 6, 7.

b 2 fi. char. 8, 9.

c 2, 3 fig. α, ρ, τ, Φ, χ. u.

d circa ossis sacri regionem, in 2 fi. & huius lib. ult.

e 2, 3 fig. π, τ. ult. fi. R.

f 2, 3 fi. i.

g 10 mus. tab. Δ.

h 3 fi. char. 32. ult. fig. Z.

i 2, 3 fi. Φ. ult. fi. e.

k 2, 3 fig. p. ult. fig. S.

l 6 muscu. tab. Θ.

m 3 tab. Δ.

n 4 tab. Ξ.

o 13 tab. S.

p 10 tab. Θ.

q 6 tab. n. a. musc. Θ ab l.

r 2 fi. 55.

s 2, 3 fi. τ ult. fig. T.

t 2 fig. v.

u 3 musc. tab. per lineam ab L ad Q.

x 2 fig. φ.

y 8 musc. tab. Γ.

z 2 fig. ↓.

secundum nullam communicari propaginem. Nos sanè utrunque quodammodo animaduertimus: sed multo sæpius, & perpetuò ferè in homine, à secundo neruo [a] propaginẽ notatu dignæ crassitudinis ad tertium neruũ deductam spectauimus, qua tertius neruus crassior ualidiorq; reddebatur. Vtcunque uerò sit, siue tertius secundo propaginem impertiatur, siue à secundo (quod uerius duco) ad tertium propago pertineat, siue etiam nullus secundi cum tertio congressus fiat, [b] secundus neruus perpetuò deorsum ad anteriorem articuli cubiti sedem contendit, musculo cubitum flectentium anteriore tectus, & in progressu ab externo ipsius latere [c] ramulum spargens in caput [d] musculi ab humero principium ducentis, & radio ad brachialis radicem inserti, radiumq; in pronum mouentis. Quum primùm uerò secundus neruus ad anteriorem usque cubiti articuli sedem, cubiti ve flexum pertingit, secundum externum latus [e] tendinis musculi cubitum flectentium anterioris, ad carneam [f] ducitur membranam, in cutem dissipandus. mox enim atque ab alto emersit, in duos crassitie impares secatur ramos: quorum [g] unus, qui gracilior ac superior est, aliquousque cum humeralis uenæ [h] ramo, secundum radium, ad mediam usque cubiti longituginem exporrecto, ac dein uersus ulnæ appendicem tendenti deducitur, uniuersam cutem radio incumbentem prętenuibus furculis intertexens: quorum [i] præcipuus, inferiorem radij appendicem superans, ad secundum usque pollicis pertingit internodium hic, uti & toto progressu, inter carneam membranam & cutem repens, soboles q; tenuissimas diffundẽs. Huic furculo pollici exporrecto, interdũ ramuli accedũt, permiscenturq;, ab ijs secundi nerui propaginibus, quas modò internam manus cutem adire scribam. [k] Humilior enim crassiorq; ramus eius secundi nerui diuisionis, quę iuxta cubiti flexum perficitur, statim in duas quoque dirimitur propagines, sub [l] media prorepentes uena, ab humerali ad communis uenæ constitutionem proficiscente. [m] Vna harum propaginum, quam elatiorem appellare nihil prohibet, postquam dictæ iam uenæ succumbens, ad [n] uenæ communis usque originem obliquo ductu accesit, relicta uena cuti subtenditur: & in descensu elatiùs ad radij sedem nonnihil obliquè conscendens, secundùm internum latus [o] musculi longi, & radio proprij, ad brachialis usque radicem perfertur. [p] Altera propago, quam memoriæ doctrinæq; gratia in scholis humiliorem nuncupo, magis obliquè quàm medium cubiti flexus, aut uenæ communis origo consistat, deorsum fertur, ac tandem uenæ interioris cubiti sedis cuti potissimum oblatæ attensa, ad brachiale usque [q] prorepit, in multos exiles furculos in progressu absumpta. Nam priusquam longo ductu in cubiti regionem feratur, in duos præcipuos partitur ramos: quorum [r] unus quodammodo radij regioni exporrigitur, [s] alter uerò ulnæ: ac uterque crebrò brachiale superat, ramulos in cutem interę manus sedis dispargens. Dein ab illis ramulis, qui Veneris monticulum conscendunt, interdum soboles in externam manus sedem excurrunt, neruulis [t] commiscendæ cutem primi pollicis internodij externæ regioni obductam implicantibus. atque in hunc modum secundus absumitur neruus. Qui uerò Galenus huius nerui propaginem quandam diffundi scribat [*] arteriæ illi quoque adhærescentem, cuius ante brachiale pulsum tangimus, non satis assequor: quum ea arteria in corporis ducatur alto, profundeq; incedat: non autẽ, ut descriptæ nobis secundi nerui propagines, in cubiti quodammodo superficie. præterquàm quòd illa arteria simul cum attensa ipsi uena, toto ipsius incessu alium insignem sibi in profundo corporis exporrectum, ac coniugem adhærescentemq; uendicet [†] neruum, quem præcipuam tertij nerui brachium accedentium portionem esse, paulo pòst audies. Tertius namque neruus, simulatque in brachij regione secundi nerui [u] propagine adaugetur, frequenter [x] ramulum in cutem dispensat, anteriori brachij sedi hic obnatam. Hinc in alto uti ab initio repositus, cubiti flexum accedit, æquali propemodum interuallo in progressu à secundo distans, ac interiorem sedem sibi uendicans. Tertius enim neruus non adamussim per mediam cubiti flexus sedem in cubitum delabitur: uerùm anteriori sedi insidet [y] tuberis interioris humeri, ac super internum latus quodammodo uehitur insetionis [z] musculi cubitum flectentium posterioris. Quũ uerò hanc transcedit insertionẽ, in multas [a] dirimitur propagines, seriatim tunc recensendas, ubi [b] quintum neruum ad cubitum usque sermonis serie deduxero, qui unà cum tertio in musculos digeritur, sedem cubiti interiorem occupantes. [c] Quartus itaque neruus à reticulari illo neruorum iuxta uertebrarum latera implexu principium quoque ducens, omnium neruorum qui in brachium porriguntur longè crassissimus est, & similiter atque tertius occultatus cum ipso in brachium properat, [d] axillari uenæ & magnæ brachij arteriæ attensus, moxq; [e] insignes utcunque soboles [f] musculis distribuens, quorum ministerio cubitum extendimus. Priusquam uerò pręsens neruus ad medium usque longitudinis brachij pertingat, obliquè retrorsum [g] ad humerum brachij ve os contorquetur, hoc & musculos cubitum extendentes intercedens. Verùm anteaquam penitiùs reflectatur, ab interno ipsius latere [h] propaginem emittit, quæ [i] inter musculos cubitum extendentes, & posteriorem cubitum flectentium in internam brachij sedem procidit, uniuersa in illius sedis cutem absumenda, furculosq; partim sursum, partim deorsum multiplici serie sparsura. Porrò ipse quarti nerui truncus, ad eum modum secundùm humeri posteriora reflexus, sensim ad externam brachij sedem properat, ac ab externo latere [k] propaginem edit, quæ [l] inter exteriorem cubitum extendentium musculum, & caput longi musculi radium in pronum ducentis ex alto emergens, in cutem dispensatur externæ brachij & cubiti articuli sedi obductam. Quum primùm autem quartus neruus in alto semper latitans, [m] exterius humeri cõtingit tuber, posteriori illius sedi innititur, in qua huius nerui nomine [n] sinum à Natura priuatim exculptum, diximus, quò neruus musculis occultatus, atque hic in frequentem sobolem spargendus, tutò ueheretur. Mox enim atque neruus ille in cubitum ducitur, [o] ramum promit, qui ex alto emergens, errabundo ductu sub cute ad brachiale usque prorepit, frequentes furculos in progressu educens, à quibus cutis externam cubiti sedem obtegens intertexitur. Deinde quartus

Reliqua secundi series.

In 3 lib. de Admi. sect.

Tertij nerui ad cubiti usque flexũ progressus.

Quarti nerui in brachiũ ingressus, ipsiusq; series.

neruus

a *ult. fi. X.* b *2 fig. ω.* c *2 fig. Γ. ult. fi. Y.* d *12 tab. Θ.* e *6 tabu. q musculi Θ.* f *ult. fi. Z.* g *2 fig. Δ. ult. a.* h *fi. cap. 6 lib. 3 i.* i *2 fig. inferius Δ.* k *2 fig. Θ. ult. b.* l *fi. cap. 6 li 3 h, ad a.* m *2 fi. Λ.* n *fi. cap. 6 lib. 3 a.* o *1 musc. tab. a.* p *2 fig. Ξ.* q *Quasi secundũ m & q ult. fi. lib. 3.* r *2 fig. Π.* s *2 fig. Σ.* t *Quemadmodũ uenæ ad cbit. q; fi. cap. 6 li. 3.* u *fi. ca. 12 lib. 3 Q. & ultimæ fig. li. 3 arteriatum attensa illi uenæ notatur.* † *2 fi. cha. 44 ult. fig. l d.* u *ult. fi X.* x *2 fig. χ.* y *1 fi. cap. 23 lib. 1 S.* z *8 musc. tab. Γ.* a *2 figuræ cha. 43. ult. fig. c.* b *ult. fi. m ad n.* c *2, 3 fi. Φ. ult. fi. e.* d *ult. fi. li. 3 Z uersus b.* e *3 fig. Ψ.* f *11 musc. tab. Θ, a et f.* g *Ad Y fi. 2 ca. 23. li. 1.* h *3 fig. Ω. ult. fig. f.* i *Inter P et N 7 muscu. tab.* k *3 fi. cha. 32 ult. fi. g.* l *Inter S et X 9 musc. tab.* m *2 fi. ca. 23 lib. 1 P.*

n *eiusd. fig. V.* o *3 figur. charact. 33. ult fig. h.*

neruus in duos P discinditur truncos, in profundo, ut & ipsorum radix, reconditos. Horum q alter altero elatior est, ac radio exporrigitur: r alter autem qui humiliùs consistit, secundùm ulnam deorsum fertur. Elatior penitiùs s inter superius latus musculi bifido tendine brachiale extendentis, & exterius inferiusve latus musculi longi radium in pronum ducentis, ad brachiale contendit, in progressu graciles ramulos utrisq; quibus attenditur occultaturq; musculis cõmunicans. Vbi uerò elatior hic ramus brachiale accedit, per t transuersum repit ligamentũ, in externa radij sede bifido * tendini brachiale extendenti obductum. Mox autẽ atq; præsens quarti nerui ramus externã brachialis sedem u contingit, in duas dirimitur propagines: quarum altera duplici furculo externæ pollicis regioni offertur: altera uerò in duas secta soboles, unã indici porrigit, in ipsius externam sedẽ duplici quoq; furculo absumendã. alteram autẽ medio largitur digito, eã simplicẽ indiuisamq; interno lateri exterioris eius digiti sedis applicans. x Demissior ulnæq; exporrectus ramus quarti nerui iam cubitũ ingredientis y bipartitionis, ilico z frequentes educit soboles: ac primã donat capiti a musculi indicem, mediũ & anularẽ extendentis: secũdam capiti b musculi, cuius auxilio minimus extenditur digitus: tertiã autẽ offert c musculo, brachiale simplici tendine extendenti. In ipso autẽ secundùm ulnã processu, d tribus musculorũ principijs ab hac originẽ ducentibus propagines exhibet. Horum musculorum primus est, qui radium in pronum ducentium breuior uisitur: mox ille qui triplicẽ diffundit tendinem, ac unum brachialis ossi primum pollicis os sustinenti innectit, secundum primo pollicis ossi, tertium secundo pollicis ossi & tertio. Dein musculus, qui tribus pollicis ossibus insertus, pollicem extendendo uersus indicem ducit. Mox musculus, cuius beneficio index, ac interdum quoque medius à pollice in latus abducuntur. Quod uerò huius rami f reliquum est, brachiale non conscendit, multoq; minus in minores absumitur digitos: sed uniuersum hic ad brachialis radicem cessat, aliquot furculis brachialis cum cubito articulum implicans. ad hunc sanè modum quartus neruus in ramos spargitur. g

Quinti nerui in brachiũ ingressus, ipsiusq; series cũ tertio.

Quintus autem à commemorato iam sæpius nobis plexu inferiùs quàm quatuor hactenus descripti, principium obtinens, quartoq; attensus, per axillam in brachium fertur, nullas omnino soboles cuiquam brachij parti distribuens. Nam indiuisus h inter musculos cubitum extendentium interiorem, & cubitum flectentium posteriorem, secundùm internam brachij sedem occultatus, tantisper porrigitur, dum i internum humeri contingat tuber, ad cuius posteriorem reflectitur sedem, hic priuatim habens k sinum, quo aptè in cubitũ uehitur. Quemadmodũ enim tertius neruus anteriorẽ interioris humeri tuberis sedẽ occupare dictus est, ita sanè & quintus hic neruus in posteriori sede eius tuberis consistit, pariq; quodãmodo serie cũ tertio digeritur. A duobus namq; præsentibus neruis l propagines omnibus offerũtur musculis internã cubiti sedem occupãtibus, qui & ab interiori tubere humeri, & ab ipsa ulna radioq; principiũ mutuãtur. Ac à tertio quidẽ neruo potissimùm soboles spargũtur in m musculũ secũdos quatuor digitorũ articulos flectentẽ, & n illũ qui tertios eorundem digitorum flectit articulos, mox o illum qui tertij pollicis ossis flexus est autor. deinde propago quoque à tertio neruo P illi porrigitur musculo, qui ab interno humeri prodiens tubere, ac posterbrachialis ossi indicem sustinẽti insertus, brachialis flexus opifex habetur. Verùm is musculus etiam à quinto neruo furculum subinde asciscit, ut & omnes ab interno humeri tubere pronati. ex quorum classe, præter nuper commemoratum q is censetur, qui tendine lato internę manus cuti subnascitur: dein r qui quarto brachialis ossi insertus brachiale flectit, mox s qui radium in supinum ducentium superior longiorq; describitur. Porrò quintus & tertius nerui, etiamsi sparsam hanc propaginum deriuent seriem, penitus hic non absumuntur: uerùm utrorumque singuli adhuc supersunt rami, insignes sanè, & in plures furculos diffundendi. Ac tertij quidem nerui t ramus inter musculum quatuor digitorum secundos flectẽtem articulos, & illum qui tertium pollicis os flectit, radio exporrigitur, unà cum u uena ac arteria hàc deductis ad brachiale properans, & x transuersum permeans ligamentum in brachialis interna sede tendinibus obductum. Iste tertij nerui ramus furculos, sed nimis quàm obscuros, quibusdam musculis exhibere dicitur: qui in manu repositi, digitorum motibus quoque præsunt. cuiusmodi y is est, quo pollex ab indice maximè abducitur: dein z quo pollex indici proximè adigitur, & a duo pollicis primum flectentes internodium, & b tres secundi ipsius internodij flexus opifices, mox c qui indicem ac medium pollici adducunt, ac d duo qui indicis primum flectunt articulum, ac interior denique primum medij digiti os flectentium. Verùm his musculis, ut & e illi qui radium in supinum ducentium inferior est, nerui potius attenduntur, quàm inseruntur, aut etiam superficietenus adnascuntur. Ipse tamen tertij nerui ramus in uola tres notatu dignas emittit propagines, quarum prima pollicis internã accedit sedem, in duos prius dissecta furculos: secunda etiam binis furculis internæ indicis sedi implicatur: tertia uerò simplex, interno tantum lateri interior medij digiti sedis exporrigitur. Porrò quinti nerui f ramus, ulnæ attensus, inter musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem, & illum qui eorundem digitorum tertios articulos flectit, ad brachiale ducitur, g uena etiam & arteria concomitatus, quæ ulnæ exporriguntur, atque ad uolam per transuersum brachialis ligamentum tenduot. Hic ramus simulatque ligamentum id superauit, unam propaginem in duos diuisam furculos, minimi digiti internę sedi communicat: ac unam similiter in duos furculos diremptam, internæ sedi anularis digiti offert: mox unam quoque medio communicat, quæ indiuisa externo applantatur lateri internæ medij digiti sedis. Præter has quinti nerui propagines, nullas in manus musculos spargi animaduerto, in h illos dico, qui anularem & minimum ad pollicem ducunt, qui primum os minimi & anularis flectunt, cum externo musculo primum medij digiti os flectentium, & i illo qui minimum à cæteris digitis in latus remouet. Nam, uti prius monui, his musculis nerui potius attenduntur, quàm adnascuntur. Porrò præsens quinti nerui ramus, ulnæ exporrectus, ad hunc modum non totus

h *Ex nuper scriptis petuntur tabul.* i *3 tab. r.*

P 3 *fi. cha. 34. ult. fi. k, l.*
q 3 *fi. cha. 35. ult. fig.*
r 3 *fi. cha. 37. ult fig. l. l.*
s *Inter Y n*
t 1, 2 *mus. tab. char. 3.*
u 3 *fi. cha. 36.*
x 3 *fi. cha. 37.*
y 3 *fi. cha. 34.*
z 3 *fi. cha. 38.*
a 9 *musc. tab. Z.*
b 9 *ta. Θ.*
c 9 *tab. Λ.*
d 10 *tab. Λ, Ξ, Π.*
e 3 *fi. cha. 39, 40, 41.*
f 3 *fi. cha. 42.*
g 2, 3 *fig. * ult. fi. m.*
h 7 *musc. tab. P, N.*
i 2 *fi. cap. 23 li. 1. S.*
k *eius. fig. V.*
l 2 *fi. iuxta char. 43 ult. fig. c, n.*
m 5 *mus. tab. Θ.*
n 6 *ta. Ξ.*
o 6 *tab. N.*
p 1 *ta. X.*
q 1 *ta. Y.*
r 1 *tab. Z.*
s 1 *tab. V. aut 7 tabu. Q.*
t 3 *fi. cha. 44 ult. fig. d.*
u *ult. fi. li. 3 Z.*
x 4 *musc. tab. Θ.*
y 3 *musc. tab. p.*
z 11 *tab. f.*
a 6 *ta. X. Λ.*
b 7 *ta. cha. 1, 2, 3.*
c 6 *ta. Ζ, Ξ.*
d *Ad alterũ latus Δ*
8 *tab. u.*
e 7 *tab. X.*
f 2 *fi. cha. 45 ult. fig. o, o.*
g *ult. fi. li. 3 i.*

k 2.fi.cha. 46 ult. fig. f. l 9 muſcu. tab. inter Ξ & Λ. m 3 fig. Φ educebat cha. 36.

tus abſumitur. nam non perfunctoriè expendendam promit [k] propaginem, paulo inferiùs quàm medium ulnę longitudinis conſiſtit. quũ. n. ramus hic ulnę medium emenſus eſt, ab externo ipſius latere propaginem illam educit [l] inter muſculum brachiale flectentium inferiorē & inferiorē brachiale extendentium. Propago hinc ex profundo elabens, ſecundùm ulnam in externam ſedem cubiti porrigitur: & quum externam brachialis ſedem contingit, in externam regionem illorum digitorum ramulos ſpargit, in quam [m] quartus neruus nullas ſoboles prompſit. Diuiditur itaque ea quinti nerui propago in tres ramos, quorum primus duplici ſurculo externam minimi digiti ſedem adit, ſecundus duplici quoque ſurculo externæ anularis ſedi exporrigitur: tertius autem indiuiſus, externo implicatur lateri exterioris medij digiti regionis. Quoniam uerò quintus neruus hanc externæ manus ſedi exporrectam diffundit propaginem, ſubinde uidimus quintum neruum tot atque dixi ſurculos in internam manus ſedem non digerere. Haud ſemel enim obſeruaui, à tertio neruo etiam externum latus interioris ſedis medij digiti, & internum latus anularis ſurculos aſſumere, quinto tunc duas tantum propagines internæ minimi digiti ſedi, & unam anularis interiori ſedi porrigente. Dictam nunc neruorum in manum ſeriem non iniucundè in teipſo obſeruabis, modò adamuſſim neruos alterius manus pollice aut cubiti innixu, ad os ita compreſſeris, ut animalis ſpiritus tranſitum compreſſione cohibeas, ac pars cui nerui inſeruntur ſtupeſcat. Fit uerò id iuxta cubiti articulum non multis intectum ueſtibus, aut non multa adipe (ut in obeſis mulieribus) inueſtitum commodiſsimè. nam ſi pollice quartum neruum aliquandiu compreſſeris, ſenties externam pollicis & indicis ſedem, & internum quoque latus exterioris ſedis medij ſtupeſcere. Quod autem quartum neruum compreſſuro, pollicem inter poſteriorem ulnæ proceſſum, & externum humeri tuber ui impingere oporteat, neminem latet, qui modò ſurda aure quarti nerui ſeriem non obaudiuerit. Iam ſi quintum neruum compreſſurus, pollicem ad poſteriorem interioris tuberis ſedem ui admoueris, mox interna externaq; ſedes minimi digiti & anularis, & inferior medij, ſtuporem experientur. At ſi maiori conatu anteriorem interioris humeri tuberis ſedem compreſſeris, atque ita tertium neruum obſtruxeris, ilico interna ſedes pollicis & indicis, & pars medij, ſtupore laborabunt. Quum uerò hæc exploras, perpende pariter, quàm leue ſit, nonnunquam motum integro adhuc ſenſu perire, & ſenſum quoque motu adhuc integro aboleri. Nam ut cæteros taceam neruos (& ne à reconditis magis exempla petam) da uulnere aut alio affectu quartum neruum, quà is ſecundùm humeri poſteriora reflectitur, aut etiam quà à reticulari plexu ad uertebrarum latera conſiſtenti exorditur, præſcindi, aut aliàs ex humoris affluxu, eiuſq; generis malo quopiam ita uitiari, ut animalis ſpiritus cum ipſo non deducatur, & quintus neruus interim illæſus (uti factu eſt facillimum) ac integer ſit, non ne minimi digiti & anularis extenſio perdetur, illorum ſenſu haud uitiato? Nam quintus neruus ſenſum ſuppeditans, illæſus eſt: at propter quarti uitium, muſculorum digitos extendentium munus intercidit. Quid ſi caſu quintus neruus, integro interim quarto, contuſus, aut alioqui oblæſus fuerit: non ne paruus digitus & anularis ſtupeſcent, ipſorum interim motu haud corrupto? Atque ut hæc de quarto neruo & quinto, exempli gratia propoſui: ita ſanè illi, quem neruorum ſeries, & muſculorum natura non fugiunt, expendere confingereq; promptiſsimum eſt, qui ſenſus illæſo motu aliquando abolea tur: aliquando autem ſeruato ſenſu, motus corrumpatur. Neque neceſſum eſt eò deflecti, quòd maioris animalis ad motum, quàm ad ſenſum requiratur: & multo minus admittenda eſt Anatomicorum quorundam ratio, qua illi confingunt quoſdam neruorum ſurculos motui tantum, alios autem ſenſui præeſſe. quaſi uerò quis neruorum ſurculus ſenſu tactus deſtitueretur, & non quæuis tandem corporis pars ſua eſſentia conſtitutione ve ſenſui haud repugnans, à quolibet neruorum ſurculo ipſam perreptante, tangendi uim obtineret. Quia uerò hæc aliò ſpectant, ſexti nerui (qui adhuc enarrandus ſupereſt) ſeriem quoque perſtringemus. [n] Iſtius principium ab infima retis iam ſæpius dicti ſede enaſcitur, & incõiugatus per axillam in brachium properat, nullibi in alto reconditus, ſed cuti internæ brachij ſedis ſubſtratus, ad internum humeri accedit tuber, in progreſſu conterminis eius quam perreptat cutis partibus [o] frequentem depromens ſobolem. Ad internum uerò humeri tuber, in plures partitur ramos, uenæ axillaris [p] propaginibus ſub cute exporrectis partim incumbentes, partim quoque ſubſtratos. Hi deorſum numeroſa propaginum ſerie ſecundùm ulnam digeruntur, inter cutem & carneam membranam deducti, & priuſquam brachiale contingant ceſſantes, perpetuoq; ſecundum inferiorem cubiti regionem ſeu ulnam exporrecti. [q] Præſens neruus craſsitie ſecundo reſpondet, ubi is cubitum accedit. Quintus autem neruus iuxta cubitum tertio in craſsitie conuenit. in axilla autem tertius quinto gracilior uiſitur, ipſiq; ſimilis tunc propemodum eſt ſecundus, priuſquam ſcilicet ſui portionem tertio commiſcuit. Atque ita quintus, tertius & ſecundus ipſorum in axillam ingreſſu ſexto numeris aliquot ſunt craſsiores: omnium autem pleniſsimus eſt, quem quartum enumeraui: quemadmodum ſummè etiam gracilis occurrit, qui primus recenſebatur.

Qui citra ſe ctionem neruo in brachium ſeries experiri poſſit.

Senſum ſeruato motu perire, et cõtrà.

Libr. 1. de Affectorum locorum cognitione.

Sexti nerui in brachiũ ingreſſus ac ſeries.

Neruorum craſsities.

n 2,3 fi. u. ult. fi. q. q. o fi. 2 cha. 48, 48. p fi. cap. 6 lib. 3 u, x.

q Cõfer inter ſe neruos in 2, 3 fig. ſed magis in ulti.

QVINQVE PARIVM NERVORVM E LVMBORVM VERTEBRIS prodeuntium ſeries. Caput XV.

a 2 fig. & ult. fig. cha. 20, 21, 22, 23, 24. b 3 fi. cha. 52, 52. c 12 tabu. muſc. Δ. * 13 ta. Γ. d 14 ta. Γ.

DORSALIS medullæ lumborum uertebris complexæ [a] nerui, in hoc thoracis uertebrarum neruis magna ex parte conueniunt, quòd à ſingulis [b] rami retrorſum ducantur in muſculos uertebris adnatos. Committitur autem hic uertebris [c] muſculus humani thoracis motorum quartus, dein dorſum mouentium * undecimus, ac demum [d] qui huic ſubſternitur decimustertius. Atque his muſculis propagines à poſterioribus ramis offeruntur, quum illi adhuc reconditi ad uertebrarum ſpinas ducuntur. Quando autem

rami

ramì ex mutuo utriusque lateris musculorum connexu,atque ab ipsis spinarum apicibus procidunt, ad latera denuò excurrunt,cuti & [e] musculo præcipuè intexti, cuius ope brachium uersus dorsi humiliora agimus. [f] Anteriores autem horum parium rami in abdominis musculos,ac illum qui brachium uersus dorsi humiliora detrahit,ipsamq; adeò cutem disseminantur,ut & in [g] musculorum dorsum mouentium nonũ, & eum qui femur mouentium [h] sextus mihi numeratur. Dein à uigesimoprimo pari, seu secundo lumborum,unà cum seminaria sui lateris arteria perquàm [i] exiguus surculus ad testem ducitur, si modò à sexti paris neruorum cerebri [k] ramis costarum radicibus exporrectis,atque in intestina propagatis,nullæ soboles ad testes pertingant.nam & ab illis ramis interdum surculos testibus exporrigi anim aduertimus. Quinetiam ab anterioribus ramis trium primorum parium ex lumborum uertebris prosilientium, [l] surculi etiã diffunduntur,qui nuper dictos sexti paris ramos costarum radicibus exporrectos accedunt,illosq; adaugẽt. A tribus uerò humilioribus è lumborum uertebris elabentium paribus, non minimi sanè nerui crus accedunt:qua autem serie in illo digerantur,secundo ab hoc Capite exequar.

e 10 ta. 8.
f 2 fi. cha. 50,50. de-in 51.
g 8 mus. ta.
h 12 mus. tab. Θ,Ξ.
i 2 fi. cha. 49,49.
k 2 fi. cap. 2 h.
l Ad lam. charac. 20, 21, 22 fig. 2.

NERVORVM E SACRO OSSE PROSILIENTIVM SERIES. Cap. XVI.

QVAM concinnè Galeni ossis sacri descriptiones inuicem ac demum [a] hominis ossi congruant,primo explicuimus libro,addentes quoque inter sex hominis sacri ossis ossa anteriori & posteriori sede foramina exculpi:adeò sanè, ut hominis neruorum series à canum & caudatarum simiarum serie plurimum discrepet. Ac [b] primum quidem partam in hominibus quàm quadrupedibus inter os sacri ossis primum, & infimam lumborum uertebram ea prorsus ratione,qua neruorum paria è lumborum uertebris egrediuntur, procidit,moxq; ab egressu ramum in posteriora non secus ac superiora paria diffundit, qui etiam similiter atque posteriores illorum parium rami,digeritur. Priuatim uerò à posteriori illo primi paris sacri ossis ramo, [c] propago utcunque insignis in musculos spargitur,ab ilium osse principium ducentes,potissimùm autem in [d] primum femur mouentium. Dein eius propaginis soboles non pœnitendę in cutem clunibus obductam deriuantur. Anterioris uerò præsentis paris rami præcipua portio neruis in crus deducendis permiscetur. Is enim totus in crus non absumitur, quum ab illo [e] propago secundùm internam ilium ossis sedem exporrigatur,surculos offerens abdominis musculis,& illi pariter [f] musculo, quem ab interna ilium ossis sede pronatum, femur mouentium septimum recensui. [g] Cæterùm quinque humiliora sacri ossis neruorum paria peculiari procidũt ratione.nam priusquam ex ipso osse elabantur, gemina ab utroq; latere sunt, & unus neruus utrobique à singulis paribus in anteriora procidit, & unus item utrobique retrorsum: atque hæc series in hominibus uisitur. In simijs uerò & canibus alia occurrit.uti enim tria tantum in illis sacri ossis neruorum sunt paria,sic etiam duo solùm inferiora anteriùs posteriusq; excidũt. Dein reliqua paria(quæ in canibus & caudatis simijs cernũtur numerosa)ab ossis coccygis (ut sic etiam de illis animalibus loquar) lateribus(uersus posteriora tamen magis) in eũ modum prodeunt,quo ex thoracis & lumborum uertebris nerui egrediuntur, quũ interim ab hominis osse nobis coccyge uocato,ne unus quidẽ exiliat neruus. Adeò sanè,ut minimè mirandum sit,si ego in horum neruorũ paribus recensendis,à Galeni sententia in libro de Ossibus procul declinem. Quinque igitur sacri ossis inferiora paria neruos in posteriora excidentes ad musculos potissimùm digerunt, qui ilium ossis & sacri ossis posteriorem occupant sedem: ex quorum classe in dextro latere est musculus dorsum mouentium [h] undecimus, ac dein [i] decimustertius, prẹter membraneum initium [k] musculi brachium ad dorsi humiliora agentis, & * quartum humani thoracis motorum. Item [l] quatuor primi femur mouentium,ac cutis denique clunibus obducta, propaginibus quoque aliquot ab illis neruis donantur. Anteriores uerò nerui uariè magis digeruntur. siquidem tres superiores, primi paris modo in crus (uti subsequenti narrabo Capite) properant. Duo autem humiliores nerui, qui se ti sepimiq; parium propagines sunt,in ani musculos digeruntur.ad hæc, in uteri ceruicem frequenti sobole,uti etiam in uirorum uesicæ ceruicem penem ve,pertinent.Nam uesicæ ac uteri item fundus plerunque [m] neruulos ab illis mutuantur ramis,qui à sexto pari neruorum cerebri costarum radicibus sub tunica costas succingente exporriguntur. [n] Terminus uerò dorsalis medullæ ex sexto sacri ossis osse procidẽs, nerui ritu mihi haudquaquam digeri uisus est, etiamsi hunc à quibusdam neruum coniuge carentem uocari non ignorem. In homine tamen, cuius sacrum os quinque tantum efformari uidebatur ossibus, medullæ dorsalis terminus ab osse procidens, unum utrinque diffundebat surculum,hac ratione sexti paris sacri ossis uices supplens.

a Spectatur hac fig. ca. 18 li. 1.
b 2 fig. & ult. cha. 25.
c 3 fi. cha. 54.
d 9 musc. tab. Π.
e 2 fi. cha. 53.
f 8 tab. Λ.
g Cæter si cundam figu. tertia.
h 13 mus. tab. Γ.
i 14 ta. Γ.
k 9 ta. Θ.
* 12 mus. tab. Δ.
l 9 tab. Π, 10 Σ, 11 Σ & Φ.
m 2 figu. cap. 21 μ.
n 23 figu. char. 56.

NERVORVM FEMVR, TIBIAM ET PEDEM ADEVNTIVM distributionis ratio. Caput XVII.

Quatuor neruos crus petere.

RVRI iuxta femoris initiũ à dorsi medullæ lumborum uertebris, & osse sacro complexæ neruorum paribus, [a] quatuor nerui offerũtur, à reticulari quodammodo plexu perinde procedentes, atque præcipuos brachium petentes neruos pronasci,iam antea relatum est: quanquam magis uarius in ceruice,quàm hic ad lumbos sacrumq; os neruorum implexus occurrat.His neruis non eadem obtigit crassities, multoq; minus par series & ductus. qui enim primus ac tertius recessebuntur, graciles sunt. Secundus autem duobus illis crassior subinde reperitur, licet interea tenuis quoque sit. quartus uerò illorum trium unà complexorum crassitiẽ longe

a 2 fi. cha. 57,60,66, 71. ult. fig. Θ,γ,ζ.

b 2 *fi.cha.* 57. *ult fig.* &. longe uincit. [b] Primus à ſuprema parte implexus neruorum in cruś pertinentium originem ducit, ubi ſcilicet tertij lumborum paris (quod ordine in uniuerſo dorſo uigeſimumſecundū eſt) anterior ramus quarto lumborum pari commiſcetur. Neruus hic lumborum incumbens [c] carnibus, ac peritonæo ſubſtratus, in femur procidit ſecundùm exterius latus tendinis [d] ſexti femur mouentium muſculi, qui unà cū ſeptimo femoris motuū autore muſculo hàc ſupra coxendicis os ad [e] minorem femoris proceſſum contendit. Simulatq; uerò neruus ille femur contingit, [f] ramum depromit cuti paulo minus quàm ad genu uſq; exporrectum, quæ anteriori femoris ſedi uerſus externum ipſius latus obducitur. Porrò [g] maior præſentis neruii portio in alto latitans, aliquot propagines deriuat [h] primo tibiam mouenti muſculo, qui ab antica ſede appendicis ilium oſsis principium ducit: dein & [i] ſeptimo tibiam mouenti muſculo, qui à maioris proceſſus femoris radice enaſcitur: mox quoque [k] nono tibiæ motuum autori, atque cum illis muſculis primi huius nerui grandior portio decliuis ducta, elatiùs quàm genu conſiſtat articulus, terminatur. [l] Secundus neruus ſuum principium inferiùs quàm primus adipiſcitur, eregionè uidelicet uigeſimiſecundi paris neruorum dorſalis medullę, ſeu eregionè articulationis tertiæ lumborum uertebræ cum quarta. Hic neruus peritonæi etiam poſteriori regioni ſubtenſus, ſimul cum [m] uena & arteria per inguina femur petētibus in crus porrigitur, ac mox ab interno ipſius latere [n] ramum deriuat, † uenæ ad pedis uſque pollicem [o] attenſum, quam ab inguine per internam femoris ſedem, ac per genu articulum, internamq; tibię originem ſub cute ad ſummum uſque pedem protendi commemorauimus. Atque ut illa uena uarias ſoboles in progreſſu ad cutem illi conterminam diffundit, ita ſanè & hic ſecundi crus petentis nerui ramus anteriori uenæ illius ſedi toto ductu contiguus, ſoboles paſsim in cutem ſpargit: quarum [p] illæ ſunt præcipuæ, quas anteriori & interiori uerſus poplitem, genu regionibus offert. Neq; ſanè oſcitanter obaudiendum eſt, præſentem ramum anteriori uenæ parti exporrigi, ut in eius uenæ ſectione, quam mox ſub genu aut iuxta interiorem malleolum molimur, ſcalpellus retrorſum atque in poſteriora impingatur, ne is caſu antrorſum actus, neruum præſecet. Cæterùm [q] grandior ſecundi nerui portio ſimul cum uena ac arteria ipſum concomitantibus, reconditur, & in muſculos anteriorem femoris ſedem occupantes quoque digeritur: præcipuè autem in [r] quintum femur mouentium, & in [s] octauum tibiam mouentium, cum quo etiam ſecundùm internum latus [t] noni tibiam mouentiū muſculi deorſum fertur, & ſupra genu articulum nō minus quàm primus neruus ceſſat, in progreſſu membranulis uaſa colligantibus exiguas porrigens ſoboles. [u] Tertius neruus ſecundo ſuccedit, illic potiſsimùm enatus, ubi quarta lumborum uertebra quintæ articulatur. unde peritonæo quoque ſuccumbens, & [x] muſculo femur mouentium ſeptimo uectus, ad pubis oſsis [y] foramē contendit. quod quum permeat, [z] nono & [a] decimo femur mouentibus muſculis ramulos porrigit: mox uerò & [b] illis muſculis, quī à pubis oſſe pronati, peni peculiares cenſentur. At ubi paulo demiſsius prorepſit, duorum neruorum, quos iam deſcripſimus, [c] ramum emittit cuti internā femoris ſedem iuxta inguina occupanti. Dein eius nerui [d] reliquum, ſobolem offert [e] ſecundo tibiam mouenti muſculo, ac dein [f] quinti etiam femur mouentis muſculi portioni à pubis oſſe pronatæ ramum deriuat, ſupraq; medium longitudinis femoris terminantur. [g] Quartus cruris neruus tertio quidem ortu ſubſequitur, at ſextuplo etiam craſsior eſt. atq; ex uigeſimiquinti ac triū ſuccedentiū pariu m anterioribus ramis potiſsimùm conflatur: nō ſolùm omniū corporis neruorū craſsiſsimus, uerùm etiam quū hinc à dorſalis medullę quaſi termino principiū obtineat, duriſsimus, pariterq; ualidiſsimus. Hic neruus peritonæo quoq; ſubditus, inter ſacri oſsis latus, & ilium os, quà hæc oſſa inuicem dehiſcunt, tanquam per [h] ſinum ipſi peculiariter paratum ducitur, & mox [i] ramum ex poſteriori ipſius ſede pullulat, qui aliquouſque ſub [k] primo femoris motorum latitans muſculo, tandem ad cutem procidit, ſoboles diſtributurus cuti, inferiori clunium ſedi obtenſæ, & illi pariter cuti, quæ poſteriorem femoris ſedem nonnihil ultra medium longitudinis femoris integit. Cutis enim ſupra genu in poſteriori femoris ſede repoſita, ab [l] alia quarti nerui propagine ramulos obtinere mox docebitur. Poſteaquam igitur quartus neruus hūc ad cutē depromſit ramum, [m] alias utcunq; grandes diſtribuit ſoboles in muſculorum [n] capita digerendas, quæ à coxendicis oſsis appendice principiū ducunt, quorum tria tibiæ motibus famulantur, ac tertium, quartum & quintū tibiam mouentes conſtituunt muſculos. quartum uerò caput, quintum femur mouentium efformat muſculum. Quartus neruus hinc inter muſculos poſteriorem femoris ſedem ſibi uendicantes reconditus, deorſum fertur, ac paulo ſub medio lōgitudinis femoris [o] ramum educit in quarti tibiam mouentis muſculi [p] partē à femoris oſſe, ac ſi peculiaris eſſet muſculus, enatam. Ab hoc ramo propagines in cutem excurrunt humiliori ſedi poſterioris femoris regionis iuxta genu obductam. Simulatque quartus neruus inferiorum femoris capitū radicem ſpectat, [q] utrinque unam edit propaginem, in [r] capita muſculorū diſſeminandam, qui tres primi pedis motores enumerātur. Quando autem quartus neruus in [s] ſinu [t] conſiſtit, quem duo inferiora femoris capita mutuò dirempta efficiunt, in [u] duos craſsitie inæquales truncos partitur, à quibus uniuerſæ propemodum tibiæ & pedi itē nerui offeruntur. Nullus enim in tibiam neruus procidit, à quarto non diductus; præter [x] ramum ſecundi crus petentis nerui interiori femoris & tibiæ & pedis ſedi exporrectū. cuius etiam uices is quarti nerui [y] ramus non ſemel ſubire uiſus eſt, quem paulo pòſt ſecundùm internam tibiæ ſedē (uerſus ſurā tamē magis) ſub cute ad internū uſq; pedis latus diffundi ſcribā. Cęterùm nemīnem mirari uelim, quòd quartū neruum non ſecus quàm ſi unicus eſſet, non autem (ut Galenus docet) geminus, ſecundùm totam femoris longitudinem ſermone deduxerim: quum uniuerſus in homine unicam obtineat circunſcriptionem. & ſi quis ipſius qua inueſtitur membrana unguibus direptā, hunc uelut in duos neruos dirimere propoſuerit (quod

Primi neruī ſeries.

Secundi neruī ſeries.

Tertij neruī ſeries.

Quarti neruī ſeries.

Qui quartus neruus uelut pluribus ſyniculis coītare uideatur. Libr. 3. de Admi. diſſ.

h 3 *muſc. tab.* Σ. i 5 *tab.* Λ. *ab u.* k 4 *tab.* Φ. l 2 *fi. cha.* 60. *ult. fig.* γ. m *ult. fig. lib.* 3 *d.* n 2 *fi.cha.* 61. *ult. fig.* δ. δ. † *ult. fi. li.* 3. *m.m.* o 2 *fi.cha.* 62. p 2 *fi cha.* 63. q 2 *fi.cha.* 64. *ult. fi. e.* r 8 *muſcu. tab.* Φ, *c.* s 6 *ta.* Π. t 4 *tab.* Φ. u 2 *fi.cha.* 66. *ult. fi.* ζ. x 8 *ta.* Λ. y 1, 2, 3 *fi. cap.* 29 *lib.* 11. z 8 *ta.* Ψ. a 16 *ta.* F, G, H. b 1, 2 *fig. cap.* 49. *lib.* 2 K, L. c 2 *fi.cha.* 68. *ult. fi.* n. d 2 *fi* 69. *ult. fig.* β. e 16 *muſ. tabul.* Δ. f 8 *ta.* Φ, *c.* g 2, 3 *figu. cha.* 71 *ult. fig.* 1 *ac etiā* 10 *mu. tab.* ζ. h 2, 3 *fig. cap.* 29. *lib.* 1. *c.* i 2, 3 *figu. charact.* 72 *ult. fig.* ν. k 9 *ta.* Π. l 2 *fi.cha.* 74. m 2 *fi.cha.* 73. *ul. fi.* μ. n 10 *muſ. tab.* ν, ρ. & 30 *lib.* 11.

11 *tabu.* λ, μ ν, &. o 2 *fig. charact.* 74 *ult fig.* ξ. p 11 *tabu.* ρ. q 2 *figur. caract.* 75. *ult. figura* o, o. r 12 *tab.* π, ρ, ω. s 1 *fig. ca.* t 2 *fig. cha.* 76. u 10 *muſcul. tab.* θ. ω. x 2 *fig. cha.* 61. y 2 *fi. char.* 83.

leui etiam fit negocio,si manum ab ea [z] sede, qua neruus propè femoris inferiora capita bipartitò scinditur,sursum ad mediam usque femoris longitudinem duxeris)etiam licebit in quàmplurimos neruos ipsum hac ratione diuidere: quum is aliud nihil sit, quàm plures nerui instar plurium rectorum funiculorũ protensi,& membranis circundati. Ac proinde ea ratione, qua quis quartum neruum geminum esse contendet, ego illum decem & octo neruis constari astruam, quum aliquando tot ipsius portiunculæ seu funiculi illos studiose numeranti occurrerint. Quotcunque uerò quartus neruus constet partibus, in poplite, uti prius dicebã,uniuersus in duos impares dirimitur truncos. [a] Exterior,qui & gracilior est,uersus fibulæ cũ tibia connexum prorepens,mox [b] ramum à se profert,qui secundùm externum tibiæ latus, exterioremq; malleolum,ad pedis usque externam sedem,minimumq; digitum,sub cute exporrigitur,surculos utcunque graciles ipsi conterminæ cuti toto incessu offerens. [c] Præcipua uerò exterioris trunci portio, [d] septimi pedem mouentis musculi caput subiens, [e] ramum ex alto quoque dispargit sub cute, ultra medium longitudinis tibiæ excurrentem,quæ anteriori tibiæ sedi obducitur. [f] Ipsum autem [g] præcipuæ portionis reliquum,iuxta fibulæ externum latus descendit,inter septimum eum musculum,& [h] octauum pedem agẽtium occultata,& illuc usque prorepens,ubi in exactos tendines illi musculi desinunt, uersusq; exteriorem malleolum reuolui incipiunt. [i] Interior idemq; crassior diuisionis, quam quartus neruus in poplite molitur,truncus, rectà deorsum incedit, & ab interno latere [k] ramum depromit, secundùm internam tibiæ sedem,modicè uersus posteriora ad internum malleolum, & hinc ad internum pedis latus ad pollicem usque sub cute exporrectum, & utrinque soboles in progressu perinde à se edentem, ac reliqui assueuerunt rami,inter [l] cutem carneamq; nobis uocatam membranam excurrentes. Huius generis alius adhuc ramus,etsi non adeò insignis,ab interiore quarti nerui trunco, humilius paulo quàm nuper dictus emittitur, in cutem quæ suram integit,uariè disseminatus. Verùm ipse truncus in tibiam nunc plenè delapsus,ac sub musculis latitans posteriorem tibiæ sedem occupantibus, notatu dignam inibi edit [m] propaginem, ubi fibula primùm à tibia hic iuxta genu dehiscit, [n] membraneiq; ossa ea ipsorum tota longitudine nectentis ligamenti superior sedes occurrit. Propago enim illa ligamentum hoc permeat, & in anteriorem tibiæ sedem ducta,secundum illud ligamentum deorsum repit,inter [o] musculum pollicem extendentem, & [p] eum qui reliquos pedis digitos extendit, recondita, illisq; quibus attenditur musculis soboles quoque dispensans. [q] Quod autem ipsius est reliquum, unà cum dictorum musculorum tendinibus per [r] transuersum incedit ligamentum, in anteriori tibiæ regione iuxta pedem occurrens. Atque quum propago hæc in superiora usque pedis contendit, [s] musculis potissimùm distribuitur pollicem, & tres ipsi proximos digitos in externum latus abducentibus. Quemadmodum uerò [t] propago hæc antrorsum ab interno quarti nerui trunco educitur,ita quoque [u] alia (sed multo gracilior) in posteriora ab illo distribuitur, inter posteriorem [x] quarti pedem mouentium musculi sedem, & anteriorem [y] duorum primorum musculorum eidem muneri præfectorum regionem eousque descendens, sparsaq;: ac trium horum musculorum tendines inuicem plenè non uniuntur. Porrò [a] quod ex quarti crus petentis nerui trunco interiore adhuc supersest,secundùm posteriorem tibiæ sedem,cum [b] quinto pedem mouentium musculo,& [c] secundo & [d] tertio pedis digitos mouentibus, deorsum fertur: & illorum musculorum tendinibus concomitatum,ad posteriorem malleoli interioris sedem reuoluitur,pedisq; inferiora subit,musculis inibi repositis attensum, & ita in surculos dissectum, ut duo ferè humiliori cuiusque digiti communicentur sedi, totusq; quartus crus adeuntium neruus eum in modum absumatur. In cuius serie (potissimùm uerò per tibiam) commemoranda,si haud leuiter à Galeni placitis me declinasse animaduerteris,non sit obsecro molestum, ipsius descriptionem cum uera humani corporis sectione expendere: ut unà mecum discas, quàm timidè quantumuis etiam probatissimis autoribus ueniat acquiescendum. Quibus autem modis neruorum omnium sectio opportunè sit administranda,sub finem trium sequentium librorum suo loco utcunque enarrabo: nunc grandiore neruorum imagine quarto huic libro colophonem adiecturus.

z 2 fi. cha. 76.
a 2 fi. cha. 77. ult. fi. 7.
b 2 fi. cha. 78. ult. fi. 6.
c 2 fi. cha. 79. ul. fi. 7.
d 6 musc. ta. Φ. 2 ta. χ.
e 2 fi. cha. 80. ul. fi. 9.
f 2 fi. cha. 81.
g 2 fi. cha. 79.
h 2 musc. tab. Ψ.
i 2 fi. cha. 82. ult. fi. 8.
k 2 fi. cha. 83. ul. fi. 9.
l 2 fi. cha. 84. ul. fi. 10.
m 2 fi. cha. 85. ult. fig. Ψ.
n 15 musc. tab. T inter R & S.
o 5 musc. tab. Φ.
p 4 musc. tab. Ψ.
q 2 fi. cha. inferior 85
r 1 muscu. tab. δ.
s 5 muscu. tab. Ψ.
t 2 fi. cha. 85.
u 2 fi. cha. 86.
x 13 musc. tab. Ψ.
y ead. tab. τ, τ.
a 2 fi. cha. 87. ult. fig. ω.
b 15 musc. tab. D, E.
c 14 musc. tab. Λ.
d 14 musc. tab. Ξ.

CHARACTERVM INDEX.

PRAESENTI figura cerebrum unà cum cerebello cerebriq; exortibus eum in modum delineauimus,quasi à caluaria euudatũ in ipsius basi ita conspiceretur, ut appareret,si quis erectus caput in posteriora quàm maximè flecteret,sursum retrorsumq; oculos acturus. Vt uerò characterum Index huic chartæ pulchrè adhiberi posset,figuram ac si altero careret brachio ac crure delineauimus,præcipuè quum eadem utrinq; sit ratio.

A,B,C *Cerebri ex altero latere basis notatur, ac A indicat partem ipsius ad narium summum prominulam, nonnulliq; mamillarem processum nuncupatam. B uerò cerebri partem insinuat, amplum caluariæ sinum subeuntem,qui ad latus sinus consistit,quo glans cerebri pituitam excipiens reponitur. C autem maximè posticam cerebri sedem notat.*

D,D *Cerebellum.*

E *Sinister cerebri processus,organo olfactus præcipuè subministrans.*

F *Nerui uisorij sinistri ortus.*

G *Neruorum uisoriorum coitus.*


H *Tunica,in quam uisorius neruus exoluitur,degenerat ve.*

I *Secundum neruorum cerebri par.*

K,K *Minor radix tertij paris.*

L *Crassior radix tertij paris.*

NERVORVM DELINEATIO, QVAE SEPTEM parium neruorum qui à cerebro & dorsalis medullæ initio pronascuntur ortus proponit, & distributionem seriemq; omnium parium quæ à dorsali medulla in dorsi ossibus complexa originem ducunt, pulcherrimè refert.



M *Quartum par.*
N *Quinti paris gracilior radix.*
O *Quinti paris insignior radix.*
P *Membrana, in quam quintum par in auditus organo præcipuè exoluitur.*
Q,R *Maioris quinti paris radicis propagines, quarum hac per cæcum elabitur foramen, illa uerò per aliud sibi proprium.*
S *Sextum neruorum par.*
T *Septimum neruorum cerebri par. Atque horum neruorum progressus hic nõ delineari potuere, uti elegantissimè proponuntur secunda figura, huius libri secundo Capiti præposita.*
V *Dorsalis medullæ ex cerebri basis medio initium.*
X *Dorsalis medullæ sedes, qua caluariam egreditur.*
1,2. &c. *Numeri characteres septem cervicis, duodecim thoracis, quinque lumborum, & sex sacri ossis indicant uertebras, atque adeò triginta neruorum à dorsali medulla iam in illis uertebris contenta prosilientium paria, quorum seriem quàm potui accuratissimè & simplicissimè in hac tabula meo marte expressi. Verùm quia hic locus exiguam characterum declarationem admittit, non omnes neruorum soboles literis insignituras sum.*
P *Septi transuersi sinister neruus, quẽ citra aliam characterum operã ex quarti, quinti & sexti parium propaginibus efformari conspicis.*
Q *Nerus à quinto pari, cuti summũ humerum inuestienti, & dein musculo brachium attollenti præcipuè distributus.*
R *Primus brachij neruus, ipsiusque propagines hic in cutem excurrentes.*
S *Secũdus brachij neruus, ipsiusq; in anteriorem cubitum flectentiũ musculum soboles.*
T *Tertius brachij neruus, ipsiusque propago, cuti anteriorem brachij sedem induenti oblata.*
V *Tertij nerui propago ad posteriorem musculum cubitum flectentium.*
X *Secundi nerui portio, tertium accedens neruum.*
Y *Ramus secundi nerui caput adiens longioris radium in pronum mouentium musculi.*
Z *Secundi nerui distributio in duo impares ramos.*
a *Minor ramus secundùm radium cuti ad pollicem usque exporrectus.*

Crassior ramus, mox in duas propagines diuisus, quarum series in conspicuo est.
Tertij nerui soboles, in musculos internam cubiti sedem occupantes digesta.
Tertij ramus radio exporrectus, ac dein pollici & indici & medio surculos offerens.
e,e *Quartus brachij neruus, atque inferius e ramos notat musculis cubitum extendentibus depromptos.*
f *Quarti ramus, internam brachij cutem adiens.*
g *Quarti ramus, externam & posteriorem brachij accedens cutem.*
b,b *Quarti ramus, cuti externæ cubiti digestus.*
i *Quarti præcipua distributio ad ingressum cubiti.*
k,k *Quarti ramus radio exporrectus, & externæ sedi pollicis, indicis, & medij soboles offerens.*
l,l *Quarti ramus, ulnæ exporrectus, & musculis ab externa ipsius sede initium ducentibus ramulos exhibens, ac ante brachiale cessans.*
m *Quintus brachij neruus.*
n *Quinti nerui series in musculos ab interno brachij ossis tubere pronatos.*
o,o *Quinti nerui ramus, ulnæ exporrectus, & internæ sedi parui digiti, & anularis, aliquando & medij ramusculos dispergens.*
p *Dicti modò rami soboles, in externam manus sedem reflexa, & externæ parui digiti sedi & anularis & medij surculos dispensans.*
q,q *Sextus brachij neruus, ipsiusq; sub cute tantum ducta series. Quis uerò brachij neruorum sit exortus, eorundemque principiorum plexus, absque notis promptè dignoscitur.*
r,r,r *Nerui sunt intercostales, illic præcisi, quà cum costis antrorsum reflectuntur.*
s, *Rami in posteriora deducti, hic etiam undique obuij.*
t,t *Huiusmodi serie nerui musculos adeunt thoracis ossibus instratos.*
u,u *Propagines indicantur, sexti paris neruorum cerebri ramum costarum radicibus exporrectum augentes.*
x,x *Propagines neruorũ ex lumborũ uertebris exilientium, quæ abdominis & huius sedis musculis & cuti dispensantur.*
y *Neruulus testem frequenter petens, hicq; resectus.*
z *Propagines sextum femur mouentium adeuntes musculum.*
& *Primus femur petens neruus.*
α *Primi nerui propago, cuti oblata.*
Primi nerui propago, altius inter musculos absumpta.
γ *Secundus femur petens neruus.*
δ,δ *Secundi nerui soboles, per internam femoris & tibiæ sedem ad pedis usque superiora sub cute excurrens.*
ε *Secundi nerui propago, musculis anteriorem femoris sedem occupantibus deprompta.*
ζ *Tertius femoris neruus.*
η *Tertij propago, internam femoris cutem implicans.*
θ *Tertij propago musculos adiens.*
ι,ι *Quartus femoris neruus, cuius exortus æquè atque trium superiorum est conspicuus.*
κ,κ *Series anteriorum propaginum inferiorum parium è sacro osse prodeuntium.*
λ *Dorsalis medullæ extremum.*
μ *Quarti femur petentis nerui propagines, ad capita musculorum à coxendicis ossis appendice prodeuntium sparsæ.*
ν *Quarti nerui soboles, in posteriorem femoris cutem ad medium usque longitudinis femoris excurrens.*
ξ *Propago præcipuè in quartum tibiam mouentium musculum, ac dein in reliquam posteriorem femoris cutem iuxta genu digesta.*
ο *Soboles in musculos sparsæ ab inferioribus femoris capitibus pronatos.*
π,ρ *Quarti nerui in duos truncos distributio. ac π quidem minorem, ρ uerò insigniorem notat.*
ς *Minoris trunci propago, externæ tibiæ cuti ad parui digiti usque extremum diffusa.*
τ *Propago fibulæ inter musculos exporrecta.*
υ *Ramulus anteriorem tibiæ cutem implicans.*
φ,φ *Grandioris trunci ramus, internæ cuti tibiæ ad pollicem usque digestus.*
χ *Grandioris trunci ramus, posteriori tibiæ seu suræ cuti exporrectus.*
ψ *Grandioris trunci ramus, qui ligamentum fibulam tibiæ, quà hæc ossa inuicem dehiscunt, committens permeat, ac de in ad digitorum usque superiora excurrit.*
ω *Præcipua grandioris trunci portio, inter tibiæ os & calcem pedis inferiora petens, singulisq; digitis surculos offerẽs.*

LIBRI QVARTI FINIS.


ANDREAE

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI
FABRICA LIBER QVINTVS,

ORGANIS NVTRITIONI, QVAE CIBO POTVQVE FIT, ET DEIN PROPTER PARTIVM CONNEXVM AC VICINIAM

instrumentis generationi famulantibus dedicatus,& omnes sibi peculiares figuras seriatim simulq; mox in initio ostendens,quo minus eædem figuræ plerisque Capitibus passim præponendæ ueniant.

PRIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



SECVNDA QVINTI LIBRI FIGVRA.



PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

PRAESENTI figura tanta humani corporis portio delineatur,quanta ad peritonæum ostendendum sufficit: exprimitur enim hic anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaque ex parte dissecta.

A,A, *B,C,D* *His characteribus peritonæum insignitur.*

E,E *Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis usque ossium commissuram procedens, cui obliquè descendentium & obliquè ascendentium,& transuersim procedentium abdominis musculorum neruosæ tenuitates pertinacissimè connascuntur.*

F *Vmbilicus,quem inter dissecandum etiam ademptis abdominis musculis, gratia opportunæ umbilici uasorum demonstrationis,reseruare solemus.*

G *Seminaria sinistri lateris uasa,suis membranis,quas à peritonæo mutuantur,adhuc obuoluta.*

H *Seminaria dextri lateris uasa.*

I *Vena ac arteria,quæ potissimùm inferiori sedi rectorum abdominis musculorum exporriguntur, quorum & hic quoque propendet portio, pubis ossibus adhuc connexa.*

K *Vena & arteria,quæ sub osse pectoris exporrectæ,in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, præcipuè rectis ab-*

dominis oblatæ musculis, ac superiorem abdominis sedem uniuersam quoque implicantes: quemadmodum illæ quas I insigniuimus, per humiliorem, & pubis ossibus uiciniorem abdominis regionem expaciantur.

L Soboles uenarum in peritonæi latera excurrentium, ac ab illis uenis deductarum, quæ aut à coniuge carente uena, aut à cana geniculatim pronascuntur, quà ipsius caudex lumborum uertebris colligatur.

M Transuersi abdominis musculi portio, à peritonæo diuulsa, retrorsumq; flexa.

N Ilium ossis sedes hic nuda conspicitur, cui obliqui transuersiq; abdominis committebantur musculi. Verùm quum præsenti figura, uti etiam subsequentibus omnibus, ea duntaxat organa explicare uisum sit, quæ hoc pertractabuntur libro, non est quòd illas quoque indicem partes, quæ figuris ob hoc adduntur, ut describendæ partis sedes in conspectu promptior esset: cuiusmodi in hac figura est thoracis inferior sedes, abdominis musculis, & ijs qui brachia & scapulas agunt, libera: ut & femorum initia, cute duntaxat denudata.

SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

HAEC figura primam sectionis serie subsequitur. hic namque peritonæum recta linea a pectoris ossis mucronata cartilagine ad pubis usque os ita diuisum est, ut umbilici uasorum nullum uitiauerim: dein transuersa sectione à sinistro ilio ad dextrum ducta, quatuor peritonæi anguli ab anteriori corporis sede in posteriora reflexi conspiciuntur. Præterea umbilici quoque pars, unà cum ipsius uasis, quæ peritonæo prius connectebantur, oculis subiacet. Ad hæc, præsens figura iecoris portionem, & uentriculi sedem, ac omenti intestinis obducti situm indicat, quem omentum obtinet, quum manibus ipsum uersus pubis os inter dissecandum trahitur, si quando sursum uersus sinistrum latus (uti plerunque accidit) retractum adinuenitur.

A, B, C, D Quatuor peritonæi partes dissectæ, ac in posteriora reflexæ, adeò ut interna anterioris peritonæi sedis regio hic ex sectionis serie in conspectum uenerit.

E Vmbilicus à peritonæo liberatus.

F Vena ab umbilico in iecur porrecta.

G Venæ umbilici in iecoris rimam ingressus.

H, H Portio iecoris, ex gibba ipsius sede apparens.

I Præcipuum ligamentum iecur septo transuerso connectentium, quod uersus dextrum latus mucronatæ cartilaginis consistit. Scutum enim id ad sinistrum latus I conspicuum, mucronata est pectoris ossis cartilago.

K Dextra arteria ab umbilico secundùm dextrum uesicæ fundi latus ad ramum quendam magnæ arteriæ prorepens.

L Sinistri lateris arteria, ab umbilico secundùm uesicæ sinistram sedem, ad sui lateris quendam arteriæ magnæ ramum exporrecta.

M Meatus, quo à uesicæ fundo fœtus urina inter duas illum inuoluentes tunicas expurgatur.

N Vesicæ fundus.

O Peritonæi ad uesicæ fundum nexus.

P Ventriculi anterior pars, quæ neque iecore, neque omento obtegitur. Cæterùm hæc uentriculi sedes ob hoc amplior apparet, quòd uentriculus quem hic depinximus, impensè inflatus fuerat: quemadmodum & huius cadaueris uesica paulo quoque elatiùs solito, supra pubis ossa superiori sua parte efferebatur.

Q, Q Q, Q Omentum.

R Vena & arteria simul cum neruo dextræ sedi inferioris partis uentriculi exporrectæ.

S Sinistri lateris uasa, quæ sinistram fundi uentriculi sedem amplexantur.

T Hac sede dextri lateris uasa sinistris committuntur, ac proinde etiam R, T & S futuram indicant, cuius Aristoteles tertio Historiæ de animalibus libro, ut & quarto de Animalium partibus, meminit, quum à medio uentre omentum oriri dependereq; asserit.

V, V Vasorum uentriculi fundum perreptantium soboles, huc geniculatim in uentriculum sparsæ.

X, X Venarum arteriarumq; propagines, superiori omenti membranæ exporrectæ, & multo adipe undique cinctæ.

TERTIAE FIGVRAE, QVAM SEQVENS PROPONET PAGINA, eiusdemq; characterum Index.

TERTIA figura secundam administrationis ordine subsequitur, ac humiliorem omenti membranam à superiori diuulsam laceratamq; gerit. Superior enim omenti membrana anteriori thoracis sedi hic est exporrecta, & ui sursum simul cum uentriculo ex peritonæi amplitudine euulsa, ut uasorum series in conspectu foret, quæ ad posteriorem uentriculi sedem in inferioris membranæ omenti superiori parte admodum numerosa consistit, utq; etiam inferioris membranæ omenti ortus ac natura promptius spectaretur, quæ hic ita in sinistrum latus, sursumq; collecta cernitur, atque uniuersa omenti pars intestinis alioquin obducta, sursum conuulsa inter dissecandum plerunque occurrit. Intestina autem nusquam perturbata, suo loco hic iacent: uti & lien quoque, cuius etiam pars oculis hac figura subijcitur.

K, L, M, N & O eadem hic atque in secunda figura notantur. nam K indicat umbilici arteriam dextram, L uerò sinistram. M meatum, quo fœtus urina in exterius ipsius inuolucrum excernitur, quiq; hic, ut & arteriæ, abtruncatus conspicitur. Cæterùm N uesicam notat: O autem peritonæi cum anteriori uesicæ sede connexum. In hac figura peritonæi angulos, qui secunda figura A, B, C & D insigniti erant, resecuimus

a, a Superioris membranæ omenti posterior sedes, qua inferiorem membranam integro adhuc omento spectat.

b, b Extuberans hæc sedes, uentriculus est, superiori membrana omenti tectus.

c, c Inferior omenti membrana. Cæterùm extuberans pars, cui duo superiora c & c inscribuntur, colum est intestinum, quà

quà uentriculi exporrigitur fundo, ac inferiori membrana omenti, uice meſenterij utitur.

d *Hic lien quoque, etſi omento obducitur, protuberans ſeſe oſtendit, ad quod etiam pellucida omenti iuuat ſubſtantia.*

Inferior omenti membrana hic modò, qua uentriculo ſubijcitur, quàmpluribus notanda erat characteribus: uerùm quo minus illam characterum copia obliterarem, eos in ſubſequenti figura ponendos duxi. præcipuè quum leui opera lector eoſdem characteres utriſque figuris mihi adhibitos fingere poſſit, ubi ambæ figuræ idem exprimunt.

QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.

HAC figura omentum ſuis quibus adnaſcitur, aut potius à quibus initium ducit, partibus liberum, & nulla interim alia ſede diuulſum delineatur, integraq; ſua conſtructio, & præcipuè uenarum, arteriarum & neruorum per ipſum ſeries, & glanduloſa corpora ipſi innata commonſtrantur. Inſuper quàm concinnè omentum ſacculo, aut peræ, aut minoribus piſcatorum retibus aſſimiletur, hæc quoque figura diſcitur.

e,e,e *Omenti circulus, ſeu orificium, quo id initium ducit.*

f,f,f *Omenti ſuperioris membranæ anterior facies.*

g,g,g *Inferioris omenti membranæ anterior facies. at hæc non integra, ut ſuperioris membranæ anterior facies, hic conſpicitur: quum ea tantùm inferioris membranæ ſedes obuia ſit, quæ uentriculo ſubſternitur, atque ad colon uſque inteſtinum, quà id uentriculo exporrigitur, pertinet, reliqua interim inferioris membranæ, parte adhuc à ſuperiori membrana obtecta, & ſequenti figura utcunque proponenda.*

h,i,k *Tribus his characteribus ad ſiniſtram latus ſuperioris membranæ omenti poſitis, omenti conſtructio inſignitur. Nam h omenti partem notat membraneam, uenis arteriſq; & adipe quoque carentem, i uerò uaſa indicantur, k autem adeps uaſis attenſus adnatus ve exprimitur. Atque ut iſtos characteres hac omenti parte repoſui, ita etiam quauis ipſius ſede eos potuiſſe collocari, nemo ambigit.*

l *Venæ portæ caudex, quà ex iecore prodiens, inferiori membrana omenti continetur ac ſuffulcitur.*

m *Arteria, iecoris cauum & bilis ueſiculam petens, neruoq; concomitata, qui à dextri lateris ſexti neruorum cerebri paris nerui ramo, dextri lateris coſtarum radicibus exporrecto depromitur, ac iecoris cauum, biliſq; ueſiculam adit.*

n *Principium uenæ poſteriorem inferioris uentriculi orificij ſedem potiſſimùm accedentis, & arteriam habentis coniugem.*

o,o *Arteria & uena & neruus, ſecundùm ſuperioris omenti membranæ principium, dextræ fundi uentriculi ſedi exporrecti.*

p,p *Illorum uaſorum quæ dextræ fundi uentriculi ſedi exporriguntur ſurculi, corpus uentriculi implicantes.*

q,q *Dictorum iam uaſorum, quæ fundi uẽtriculi dextræ ſedi exporriguntur propagines, in ſuperiorem omenti membranam ſparſa.*

r *Vena arteriaq; duodeno inteſtino & ieiuni inteſtini principio exporrectæ, neruulumq; ſocium frequenter admittentes.*

ſ *Portæ uenæ in duos truncos bipartitio. quòd uerò uenas r & o indicatas hic elatius quàm in nuda portæ uenæ figura delineauerimus, in hoc factum putato, quòd earum uenarum ortus in hunc modum ſubinde uariet.*

t *Dexter ſeu grandior uenæ portæ truncus, in meſenterium, adeoq; in ipſa inteſtina excurrens.*

u *Vena in poſteriorem uentriculi ſedem citra arteriæ conſortium diſtributa.*

x *Vena cum arteria & neruo in dextram inferioris membranæ omenti ſedem ſparſa, ac colon quoque inteſtinum hac parte accedens.*


y *Vena ſimul cum arteria in uentriculi poſteriora exeurrens, & tandem coronæ inſtar ſuperius uentriculi orificium amplectens. uerùm huius uenæ arteriæq; tanta duntaxat delineatur portio, quãta inferiori membrana omenti ſuſtinetur.*

α *Hic grandior meſenterij arteria nonnihil ſe offert, etiamſi minimo interuallo inferiori membrana omenti ſuffulciatur.*

TERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA.



QVARTA QVINTI LIBRI figura.



ß *Truncus arteriæ, qui inferiori omenti membranæ intertextus, uentriculo, iecori, bilis ueſiculæ, colo, quà id uentriculo exporrigitur, ac dein lieni ramos depromit, neruosq; has partes adeuntes concomitatur.*

γ *Vena ſimul cum arteria & neruo, mediam potißimùm ſedem ſubiens inferioris membranæ omenti, & ramos quoque offerens colo inteſtino, quà ad uentriculi prorepit fundum.*

δ *Vena coniugis arteriæ expers, quæ ſiniſtræ ſedi inferioris omenti membranæ pauculas ſoboles (ut & ipſa gracilis eſt) diffundit.*

ε *Venarum, arteriarum & neruorum in lienem ſeries.*

ζ *Vena pariter cum arteria neruoq;, uentriculi fundi ſiniſtræ ſedi exporrecta.*

η *Glanduloſum corpus, inferiori membranæ omenti innatum, uaſorumq; robori præfectum.*

θ *Glanduloſi corporis, quod duodeno inteſtino ſubnaſcitur, portio.*

QVINTA QVINTI LIBRI FIG.



QVINTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

QVINTA figura omentum aliter prorſus quàm quarta figura expreſſimus. totam namque coli inteſtini partem è corpore reſectam huc repoſuimus, quæ a iecoris regione ſecundum uentriculi fundum ad lienem uſque pertinet, atque in hominibus uocata nobis inferiori omenti membrana ad dorſum contînetur. Dein cum ea coli parte, inferior omenti membrana oculis quoque ſubijcitur, magna iam ſuperioris membranæ omenti portione diſtracta & abſecta, ut omenti ad colum inteſtinum connexus coalitusq; quouis tandem modo demonſtraretur, inferiori interim membrana non ita atque in tertia figura in ſeſe conuoluta, & ſupra colum quaſi contracta.

A,A *B,C,D His characteribus eius omenti partis portio inſignitur, quæ à dorſo pronata, uentriculi poſteriori regioni ſubijcitur, ac meſenterij quaſi modo duabus ſibi inſtratis membranis efformatur, coli partem ſecundùm uentriculi fundum exporrectam continentibus. Cæterùm B, C, D priuatim quædam, uti modò ſubiungam, inſinuantur.*

B *Prima uena à ſiniſtro portæ uenæ trunco in humiliorẽ omenti membranam ſparſa, cum comite ſibi arteria, & attenſo ipſi plerunque neruulo.*

C *Secunda uena, eaq; inſignis, à ſiniſtro etiam portæ uenæ trunco in inferiorem omenti membranam diffuſa, & præ cæteris huc pertinentib. uenis, colo inteſtino oblata cũ coniuge ipſi arteria, cui quibuſdam ſedibus neruulus attenditur.*

D *Hæc uena ſimiliter à porta tum omento offertur, quum uena nuper C inſignita, hanc omenti & coli inteſtini ſedem non ſatis implicat.*

E *Hic uinculo coli inteſtini pars eſt intercepta, & poſtmodum præſecta, quæ iecoris cauo ſubſternitur, aut dextræ iecoris ſedi maximè eſt contermina.*


F *Coli inteſtini portio hic quoque uinculo eſt intercepta, quæ lieni incumbit. atque ita totam coli regionem aſſeruauimus, quæ uentriculi fundo exporrigitur, ac G & G inſignitur.*

G,G.

H,H,H *His characteribus inferioris membranæ omẽti pars indicatur, quæ ſub dicta nunc coli ſede G & G notata, cæteris in-*

SEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA, TERTIAM

ſectionis ſerie ſubſequens, iecur, uentriculum & inteſtina in propria oſtendit ſedibus: omento interim, quà à uentriculo enaſcebatur, coloq; inteſtino continuum erat, prorſus reſecto, ne fortè id relictum, alicuius organi ſedem obliteraret. Præterea ut ſingula opportunius oculis ſubjcerentur, coſtarum aliquot fines (uti inter pingendum factũ eſt) effregimus, ipſas unà cum peritonæo ſeptoq; tranſuerſo illis connato in poſteriora reflectentes. Veſica autem hic reſpondet tertiæ ac ſecundæ figurarum ueſicæ. Cæterùm quia præſentis figuræ characteres magna ex parte cum duabus nunc ſuccedentibus communes ſunt, non abs re erit, ante illarum indicum explicationem eas figuras proponere, ac dein communem characterum indicem ſubjcere.



cumbit

cumbit intestinis, unicaq; est membrana à colo intestino quodammodo pronata, ubi superiora H,H conspicis. Vasa autem hanc partem passim intertexentia ab illis pendent, quæ colo intestino alioquin quà secundùm uentriculi fundum incedit, offeruntur.

I,I,I,I *Portio in hunc modum hic relicta est eius omenti partis, quam superiorem membranam uocamus: quæ quum magna ex parte est diuulsa, promptè etiam ostendit, qui omentum sacculo aut peræ conferri queat.*

CHARACTERVM SEXTAE, SEPTIMAE ET octauæ Figurarum Index.

SVBSEQVENS modò characterum Index sextæ, septimæ & octauæ figuris communis est. Si quis uerò interim character harum alicui peculiaris sit, illi pro figuræ numero aut 6 aut 7 aut 8 adijciam: characteres uerò, quibus huiusmodi nulla subiungetur notula, tribus figuris communes censebis.

A 6 *Mucronata pectoris ossis cartilago.*

B,B 6 *Peritonæum unà cum disruptis costis, illisq; adnato septo transuerso retrorsum atque in latera flexum.*

C 6 *Primarium ligamentum, quo iecur humanum septo transuerso colligatur.*

D,D 6 *Gibbi iecoris magna sedes.*

E 6 *Portiuncula uenæ ab umbilico iecori insertæ.*

F,F 6 *Ventriculi anterior sedes, quæ hic ampla occurrit, quòd uiri huius ventriculus cibis admodum erat turgidus.*

G 6 *Lienis sinistrum latus, seu ipsius pars in corporis anteriora uergens.*

H 7 *Ventriculi portio, quæ inferius uentriculi constituit orificium, seu intestinorum principium, quod hic cordula ligatum finximus.*

I,K 7 *Pars intestinorum ab I ad K protensa, uulgato nomine nunc duodenum intestinum, nunc intestinum duodenum digitorum longitudine, nobis uocatur.*

L 7 *Ieiuni intestini initium, graciliumq; intestinorum sedes, qua hæc primùm in anfractus conuolui, antrorsumq; assurgere incipiunt.*

M 7,8 *Ilei intestini terminus, atque adeò gracilium intestinorum finis. Verùm quanam sede ieiuni intestini terminus, aut ilei intestini principium sit ponendũ, augurari nequeo: quũ toto ductu, qu ab L in septima figura ad M usq; pertinet, nullibi insigne discrimen occurrat, quo ieiunũ ab ileo liceret interstinguere.*

N *Extuberans crassorum intestinorum initium.*

O *Appendiculus iste admodum tenuis, & uermis in modum conuolutus, cæcum intestinum nobis appellatur.*

N,P, Q,R,S,T 6,8 *Colum intestinũ his characteribus insignitur: uerùm singuli priuatim aliquid notant. N enim ad P usque coli intestini ductum notat, à dextri renis sede ad iecoris usque cauum pertinentem. à P uerò ad Q coli ductus insinuatur, secundùm uentriculi fundum à iecoris cauo ad lienis usque regionem protensus. à Q autem ad R ductus coli occurrit, à lienis regione ad pubis os secundùm sinistrũ ile procedens. Cæterùm ab R ad S (quod in octaua figura priuatim uisitur) coli indicatur ascensus anfractusq;, quẽ sursum ad umbilici usque regionem molitur. At S ad T usque progressum notat, dicti nunc ascensus ad recti usque intestini initium.*

V,V 6,8 *Depressa coli intestini secundùm ipsius longitudinem sedes.*

X,X 6,8 *Coli intestini utrinque ad depressam eam sedem V & V insignitam extuberantes semiglobuli, quos cellulas uulgus uocat.*

Y 6,8 *Recti intestini initium. Quicquid uerò sub Y consistit, rectum est intestinum.*

Z 7 *Portio meatus bilem in intestina perferentis.*

a 8 *Musculus recti intestini finem orbiculatim amplectens, & intempestiuæ fæcium excretioni præfectus.*

b,c 8 *Duo musculi rectum intestinum post fæcium excretionem sursum contrahentes.*

d 8 *Hac sede rectum intestinum uirorum peni, & mulierum uteri ceruici, musculosæ substantiæ interuentu connascitur.*

e,f 6 *Duæ arteriæ fœtui peculiares.*

g 6 *Hoc charactere uesicæ fundus indicatur: uti & meatus, quo fœtus urina è corpore ipsius educitur, quemq; hic, ut & nuper commemoratas arterias, abtruncatum finximus.*

SEPTIMA QVINTI LIBRI *figura, qua tenuium duntaxat intestinorum ductum delineauimus, aliqua etiam uentriculi & coli intestini simul cum cæco asseruata portione, ut præsens figura iam subsequenti facilius conferatur. Quòd autẽ coli intestini initium paulo magis quàm par sit, ab ipsis tenuibus intestinis abductum uideatur, in hoc factum arbitrator, ut sola gracilia in conspectum accuratè uenirent: potissimùm quum coli intestini circum tenuia situm ingressumq; sexta figura pulchrè proponat.*



OCTAVA QVINTI LIBRI FIGVra, qua cæci intestini & coli & recti imago ductusq; commonstratur, unà cum ilei intestini extremo, & musculis recto intestino proprijs.



NONAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

HAC figura recti intestini, & coli quoque, quà id recto continuatur, partem expressimus, intestinorum tunicas aliquo tandem pacto commonstraturam.

Prima

b *Prima inteſtinorum tunica, quæ & in tima eſt, ac ſolis tranſuerſis circularibus ve conformatur fibris.*

i,i *Secunda inteſtinorum tunica, quæ trã ſuerſis quoque conſtat fibris. attamen rectis etiam eo donatur pluribus, quo recto inteſtino uicinior eſt.*

k,k *Meſenterij portio, quæ rectum inteſtinum oſſi ſacro committit, ac tertiam ipſi exporrigit tunicam.*

L,L *Tertia inteſtinorum tunica, à meſenterij pronata membranis.*

DECIMAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum Index.

VT decima figura, quæ ſectionis ſerie ſextam ſubſequitur, meſenterij ſitum quam appoſitiſſimè oculis ſubijceret, gracilia inteſtina undecunque ad latera ſurſum deorſumq; inuicem ma uibus diducta continet: ac proinde meſenterij commonſtrat cẽtrum, & rationem qua meſenterium inteſtinis uaſa porrigit, inteſtinaq; dorſo connectit. Ad hæc, meſenterij etiam partem oſtendit, quæ coli finem, & rectũ quoq; inteſtinum dorſo alligat.

A,B, C,D *Portiones peritonæi, aperto iam abdomine in latera extrorſum flexæ.*

E,E, *E* *Tenuia inteſtina.*

F *Cæcum inteſtinum.*

G,G, *G* *Colon inteſtinum.*

H *Recti inteſtini initium.*


I *Veſica, cui peritonæum ea potiſſimùm ſede connaſcitur, ubi alteram ipſi offert tunicam.*

K *Meſenterij centrum, eaq; dorſi pars, qua id à peritonæi membranis initium ducit, quæ magnam arteriam & cauam uenam hic uertebrarum corporibus adnectunt.*

L,L *Corpus glandulоſum, mox in ipſa uaſorum diſtributione poſitũ, quæ meſenterij centro inſeruntur.*

M,M *Glandulæ uaſorum diſtributionibus interiectæ, quas uaſa in ipſo per meſenterium moliuntur progreſſu.*

NONA QVINTI libri figura.



DECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA

VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

VNDECIMA figura ipſum duntaxat delineatur meſenterium, è corpore exemptum, omnibusq; partibus ipſi connatis liberum, præterquàm ab inferioris membranæ omenti portione, qua colon dorſo inibi colligatur, ubi ſecundum inferiorem uentriculi ſedem procedit.

K *Character K, ut & in decima figura, meſenterij indicat centrum.*

L,L *Hi quoque characteres, ſimiliter atque in decima, glanduloſum corpus notant, totius meſenterij maximum.*

M,M *Glandulæ illis interpoſitæ uaſorum diſſectionibus, quæ iam inteſtinis appropinquant.*

N,O *His characteribus meſenterij circunſcribitur pars, tenuia inteſtina dorſo alligans.*

P *P ad Q uſque meſenterij indicat portionem, colon inteſtinum dorſo affirmantem, qua id à dextri renis ſede ad cauum uſque iecoris protenditur.*

Q *Q ad R uſque inferioris omenti membranæ partem notat, quæ colon tota illa ſede dorſo committit, qua id ſecundum uentriculi fundũ exporrigitur.*

R *R ad S uſque meſenterij inſinuat portionem colo inteſtino tota ea ſede propriam, qua id à lienis regione ad rectum uſque inteſtinum pertinet.*

S,T *Quod S & T intercluditur, meſenterij pars eſt, rectum inteſtinum dorſo nectens.*

V *Hac ſede meſenterij naturam exprimere conati ſumus, quandoquidem unam meſenterij membranam ab altera unguibus diuulſam pinximus: umi quidem X, alteri uerò Y adhibentes.*

X,Y. *In harum membranarum medio, meſenterij uaſa excurrunt, & ipſius adeps, ut et glandulæ, etiam continentur, quemadmodum in uigeſimaquarta huius libri figura quoque*

VNDECIMA QVINTI LIbri figura.



que est cernere, ad characteres F,F & G,G.

CHARACTERVM DVODECIMAE ET decimætertiæ figurarum Index.

PRAESENS characterum Index, duodecimæ & decimæ tertiæ figuris habetur communis. ac proinde quum character occurret duodecimæ figuræ peculiaris, illi 1 subiungemus, illis qui decimætertiæ priuatim inscribuntur, 2 adiecturi. Si uerò quis utrisq; figuris simul communis erit, illi 1 & 2 addetur.

H,H 1 *Peritonæi unà cum costis euersi portio.*
I,K 1 *Cauum iecoris.*
L 1 *Portiuncula gibbæ sedis iecoris.*
M 1 *Iecoris sectio, cui fœtum alens uena primùm inseritur.*
N,N 1 *Rimæ ac impressiones et tubercula in iecoris cauo iuxta uenæ portæ exortum conspicua. N uerò superius, seu sinistrum, seu ipso Tuicinius, sedem indicat, qua ab umbilico procedens uena, iecoris cauo, ubi portæ caudex prodit, inseritur. Ab M enim ad sinistrum N usque foramen pertinet, quod liberè quodammodo per iecoris corpus umbilici transmittit uenam, ad sedem illo N insignitam.*
O 1 *Ligamentum sinistram iecoris partem (quæ in angulum quodam modo acutum desinit) septo transuerso hic colligans.*
Φ 1 *Sinus iecori hic incisus, ac stomacho cedens, ubi is superiori uentriculi orificio continuatur.*
P,Q 1 *Ventriculus sinistrorsum ueluti ex peritonæi cauitate pressus.*
R 1 *Ventriculi superius orificium, seu stomachi finis, unà cum uenis, arterijs, & neruis id orificium amplexantibus.*
S 1, 2 *Humilius uentriculi orificium, ipsiusq; duodeni intestini initium, quod in duodecima figura secus quàm secundùm naturam se habet, antrorsum refleximus, ut in conspectum ueniret bilis uesiculæ meatus in ipsum insertus, ac mox c notandus.*
T 1 *Neruus iecoris cauo insertus, & à neruis diductis uentriculi superius orificium implicantibus.*
V 2 *Bilis uesicula. Hæc in utrisque figuris est conspicua: uerùm priuatim illam duntaxat in decimatertia figura charactere notaui. ac proinde primùm decimætertiæ, ac dein duodecimæ mentem hic & in subsequentibus aliquot characteribus accommoda, quòd duodecimam characteribus haud obscurandam duximus.*
X,X 2 *Bilis uesiculæ meatus per iecoris corpus inter portæ uenæ & cauæ item uenæ ramos exporrecti.*
Y 2 *Venæ portæ propago in iecoris substantiam diffusa.*
Z 2 *Venæ cauæ propago in iecoris substantiam digesta. Volui enim hic utcunque exprimere uasorum in iecoris substantia situm, qui scilicet portæ uenæ rami propaginibus cauæ subijciantur, & quo nam pacto in horum medio bilis uesiculæ meatus excurrant. Quamuis interim modò secantibus, portæ uenæ propagines, cauæ uenæ propaginibus continuæ esse uideantur.*
a 2 *Concursus coitus ve meatuum bilis uesiculæ, qui per iecoris corpus digeruntur.*
b 2 *Vesiculæ bilis cerui x, cui meatus ex iecore ductus, ac a notatus inseritur communisq; efficitur.*
c 1, 2 *Bilis uesiculæ meatus, in duodenum insertus intestinum. In decima*
d. *tertia figura duodenum intestinum humiliori sede apertum finximus, ne meatus illius insertio d notata lateret.*
e 2 *Arteria in iecoris cauum & bilis uesiculam digesta.*
f 2 *Nerulus iecori & bilis uesiculæ communis, & à sexti paris neruorum cerebri propagine depromptus, quæ dextri lateris costarum exporrigitur radicibus.*
g 2 *Tenues portæ uenæ propagines, in bilis uesiculam excurrentes.*
h 1 *Portæ uenæ caudex.*
i,i 1 *Glandulosum corpus, quod duodeno intestino adnascitur, uasaq; ipsi exporrecta opportunè sustinet.*
k,l,m 1 *Mesenterium. Verùm singuli characteres priuatim quid indicant. k enim uenæ portæ dextri seu grandioris trunci distributionem in mesenterium notat. l uerò, glandulosum corpus in mesenterio primis uasorum distributionibus præfectum*

DVODECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA, *quæ iam præcedentibus integris figuris sectionis serie succedit. Habet enim dissectum peritonæum, & omentum quoque in hac ablatum est, & costas aliquot etiam hic effregimus, quo uniuersum iecoris cauum opportuniùs delineari posset. Dein uentriculi quoque apparent orificia, quem perinde ac intestina in sinistrum latus depressimus, ut in conspectu esset mesenterij pars, ac uenæ portæ in ipsum series, & insuper bilis meatus in intestinum insertio, uti characterũ index huic figuræ & subsequenti modò communis insinuabit.*



DECIMATERTIA QVINTI LIBRI FIGURA, *nudam bilis uesiculæ, einsdemq; meatuum delineationem exprimens.*



Etum.m autem,meſenterij inſinuat partem,cui colon inteſtinum tota illa ſede committitur,qua à dextri renis ſede ad iecoris uſque cauum pertinet. Hic namque colum inteſtinum à meſenterio diuulſum eſt, quo meſenterij centrum aptius delinearetur.

n 1 *Vena quæ ſub poſteriori recti inteſtini ſede deorſum protenditur,ipſiq; recto inteſtino ſoboles porrigit.*
o 1 *Veſicæ fundi ſuperior pars etiam hic eſt conſpicua.*
p 1 *Quod hic extuberat,dexter eſt ren,ſua pingui membrana adhuc obtectus.*
q 1 *Meatus urinarius,à dextro renem urinam in ueſicam deducens.*
r 1 *Vena & arteria ſeminales dextri lateris.*
ſ 1 *Vas ſemen à dextro teſte uerſus ceruicis ueſicæ initium perferens.*

CHARACTERVM DECIMAEQVARTAE & decimæquintæ figurarum Index.

CHARACTERES hoc Indice explicandi, partim utriquefiguræ communes ſunt,partim nunc huic,nunc illi peculiares: ac proinde communes,his notis 1 & 2 indicabimus: peculiaribus uerò decimæquintæ figuræ characteribus,iſtam 1 ſubijciemus, decimæſextæ autem figuræ proprijs characteribus hanc 2 notam addemus.

A 1,2 *Stomachi pars, in oris amplitudinem pertinens,hic à faucibus præſecta cernitur.*

A,B 1,2 *Ab A ad B uſque ductus ſtomachi notatur, rectà ſuper mediam uertebrarum ceruicis & quatuor ſuperiorum thoracis ſedem deſcendens.*

B,C, 1.2 *A B ad C uſq; ductus ſtomachi pertinet in dextrum latus ſuper quintam & aliquot ſequentes thoracis uertebras modicè declinans.*

C,D 1,2 *A C ad D uſque ſtomachi ductus inſignitur, ex dextra ſede ſiniſtrorſum ſupra magnam conſcendens arteriam, & per ſeptum trāſuerſum in uentriculi ſuperius orificium pertinens.*

E,E 1 *Duæ tonſillæ,quæ non procul à ſtomachi ſede in oris cauitatem pertingente diſtant.*

F, F 1,2 *Glanduloſum corpus ſtomacho frequenter adnatum, qua quintæ thoraeis uertebræ corpori inſidet.*

G 1,2 *Superius uentriculi orificium.*

H 1,2 *Inferius uentriculi orificium.*

I 1,2 *Superior uentriculi pars.*

K,K 1, 2 *Ventriculi demiſſior pars,ſeu fundus.*

L,L 1 *Anterior uentriculi ſedes.*

M,N, O 2 *Poſterior uentriculi ſedes.*

P 1,2 *Duodenum inteſtinum,quod hic ad ieiuni inteſtini principium reſectum finximus.*

Q 2 *Bilis ueſiculæ meatus,in duodenum inteſtinum inſertus.*

R 2 *Hic character in interna dicti nuper inteſtini ſede uiſitur, inſertionem meatus illius notans,quem modò Q inſignimi.*

S 2 *Glanduloſum corpus duodeno inteſtino ſubnatum, uaſaq; illi inteſtino exporrecta ſuffulciens.*

T 1,2 *Dextri nerui ſexti paris neruorum cerebri propago, ad ſtomachum exporrecta,multipliciq; ſerie in elatius uentriculi orificium diſtributa.*

V 1,2 *Propago ſiniſtri nerui paris ſexti neruorum cerebri ſtomachum amplectens.*

X 2 *Siniſtræ propaginis ramus,ſecundùm elatiorem uentriculi ſedem ad iecur uſque ex currens,hicq; quà iecori proximus eſt,Y inſignitus.*

a 2 *Prima (uti doctrinæ ſtudio nuncupare eam ſolemus) uentriculi uena & arteria.*

b 2 *Secunda uentriculum accedens uena,quæ coniuge caret arteria.*

c 1,2 *Tertia uentriculi uena,cum coniuge arteria, & neruo quoque, ſecundùm dextram uentriculi fundi regionem exporrecta.*

d 1,2 *Quarta uentriculi uena,coniugem obtinens arteriam, & elatius uentriculi orificiū coronæ ritu amplectens.*

e 1 *Rami iam dictæ uenæ & arteriæ,qui ſecundùm uentriculi elatiorem ſedem ad inferius uſquè ipſius orificium contendunt.*

f 1,2 *Quinta uena,ſimul cum coniuge arteria & neruo, ſiniſtram ſedem fundi uentriculi perreptans.*

g,g 1,2 *Aliæ uenæ ac arteriæ,ab illis pronatæ uaſis,quæ lieni inſeruntur.*

DECIMAQVARTA QVINTI libri figura, anteriorem integri uentriculi & ſtomachi faciem exprimens, unà cum uenis,arterijs & neruis uētriculo inſertis.



DECIMAQVINTA quinti libri figura,integri uentriculi & ſtomachi poſteriorem exhibens faciem.




DECIMAESEXTAE

DECIMAE SEXTAE figuræ, eiusdemq; characterum Index.

DECIMA SEXTA
quinti libri figura.



DECIMA SEPTIMA
quinti libri figura.



HAC figura uentriculum à stomacho ac intestinis liberauimus, ac dein inuertimus, ut interior uentriculi sedes, seu superficies cibos & potus amplectens, in conspectum ueniret. Occurrit uerò hic posterior uentriculi pars: non autem, ut in subsequenti, aut decimaquarta figura, exterior.

b Circulare uentriculi tuber, ea sede conspicuum, ubi stomachus uentriculo continuatur, aut ubi elatius ipsius consistit orificium.

k Tuber orbiculatum, in humiliori orificio uentriculi apparens.

DECIMAE SEPTIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENS figura uentriculi tunicarum seriem, numerumq; & naturam, quantum pictura assequi potuimus, docet.


k Tertia uentriculi tunica, à peritonæo pronata, atque hic à uentriculo magna ex parte diuulsa.

l Secunda uentriculi tunica, minus quàm tertia à uentriculo diuulsa.

m Prima intimaq; uentriculi tunica, hac in parte à duabus exterioribus tunicis libera.

DECIMAE OCTAVAE FIGVRAE, eiusdemq; characterum Index.

DECIMA OCTAVA
quinti libri figura.



DECIMA OCTAVA figura, iecoris gibbam posterioremq; sedem unà cum cauæ uenæ caudicis portione exprimit.

A, A Iecoris gibbi superior pars.

B, B Iecoris gibbi postoriorisq; sedis infima regio.

C Cauæ uenæ sedes, qua septum permeat, ipsiq; soboles exporrigit.

D, E Hoc interuallo sedes notatur, qua cauæ caudex posteriori iecoris sedi innascitur.

F Portio præcipui iecur septo alligantis uinculi.

G Ligamentum, iecoris partem in sinistra maximè exporrectam septo transuerso alligans.


H Venæ portæ portio.

I Sinus, quo iecur stomacho cedit, quà is sinistro uentriculi orificio continuatur.

QVATVOR decimænonæ figuræ tabellarum, earundemq; characterum Index.

DECIMA NONA QVINTI LIBRI FIGVRA
quæ quatuor complexa tabellis, seu imaginibus, lienem omni ex facie commonstrat: ipsius autem situm, & ex proportione magnitudinem, uigesima quæ mox subijcietur figura, literis O, O, P explicabit.

PRIMA. SECVNDA. TERTIA. QVARTA.



PRIMA effigies, seu tabella, lienē anteriori facie exprimit, unà cum omenti portione, seu inferioris superiorisque omenti membranarum partibus. A namque lienis

A. sinistrum indicat latus, dextra interim ac

B.B. media ipsius sedibus omento intectis. B, B enim & B inferioris omenti membranæ portionem indicant, lienis uasa de-

C.C. ducentem. C uerò & C superioris omenti membranæ portionem significant, qua ad uentriculum uasa perferuntur, ab illis uasis pronata, quæ in lienem iamiam inserenda ueniunt.

SECVNDA tabella, lienis caua regio exprimitur, ab omnibus quæ illi committuntur partibus libera. ac hic

D.E.F.G.H. D notat superiorem lienis sedem, E inferiorem, F sinistram, G dextram. H uerò & H lineam indicant in caua lienis


regione conspicuam, cui lienis uasa inseruntur, & omenti membranæ innascuntur.

TERTIA tabella, lienis gibbum commonstrat.

QVARTA, lienis quoque cauam sedem delineatam continet. At huic c priuatim duas indidi sectiones, ut lie-
I,K. nis substantia conformatioq; oculis subijceretur. Atque hic I & K dictas modò sectiones indicant.

VIGESIMAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum Index.

VIGESIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



PRAESENS figura sectionis serie duodecimæ succedit: ab hac enim omnia intestina executimus, relicta duntaxat uētriculi portione, superioris orificij uentriculi sedem commonstrante. atque ita hæc figura pleraque indicat, quæ nunc opportunè cum characterum indicibus seriatim insinuabuntur.

A,A Portio septi transuersi, peritonæo succincta, atque unà cum costis aliquot sursum reflexa.

B,B Caua iecoris sedes.

C Iecoris ligamentum, quo ipsius sinistra pars septo alligatur.

D Venæ per umbilicum iecori exporrectæ portio, ubi & sinus ille indicatur primùm hāc admittens uenam, quæ per priuatum ipsi in iecore humano incisum foramē ad iecoris usque sedem perreptat, ubi hic G non procul à K adhibitum conspicis.

E Hac sede iecur sinum obtinet, quo cedit stomacho, per septum transuersum ad elatius uentriculi orificium contendenti.

F Superius uentriculi orificium, uentriculiq; portio.

G,G Lineæ, impressiones ve, tuberaq;, in iecoris cauo, ubi portæ uenam educit, conspicua.

H Bilis uesicula.

I Portæ uenæ caudex hic abscissus. Verùm I quoque radices exortus ve indicat duarum uenularum bilis uesicam adeuntium.

K Iecoris neruus, ab illis propagatus, qui elatiori uentriculi implicantur orificio.

L Arteria iecori & bilis uesiculæ communis.

M Neruus, à sexti neruorum cerebri paris propagine initium ducens, quæ dextri lateris costarum exporrigitur radicibus. atque hic neruus iecori pariter & bilis uesiculæ communis censetur.

N Bilis uesiculæ meatus hic abtruncatus uisitur, qui ad intestina pertinet.

O,O Lienis anterior cauaq; regio.

P Lienis linea, cui uasa ipsius implantantur.

Q Vena caua.

R Magna arteria.

S Radices arteriarum in uentriculum, iecur, lienem, omentum, mesenterium, ipsaq; demum intestiua excurrentium.

T Dexter ren, pingui sua adhuc obductus tunica.

V Sinister ren, pingui ipsius adhuc inuolutus tunica.

X Vena in sinistri renis pinguem diffusa tunicam.

Y Vena pinguem dextri renis accedens tunicam.

a Vena arteriaq; dextro reni seorsum sanguinem deducentes.

b Vena arteriaq; in sinistrum renem protensæ.

c,c Meatus, ex dextro rene urinam in uesicam deferens.

d,d Meatus, quo sinistri renis urina in uesicam ducitur.

e Seminalis uena, sinistrum accedens testem.

f Seminalis uena dextri testis.

g,g Surculi à seminalibus uenis, quà peritonæo cōmittuntur, in ipsoq; adeò uersus testes progressu, ad peritonæū deriuati.

h Seminalis arteria, dextrum testem petens.

i Arteria seminalis, quæ sinistro testi est propria.

k Arteriæ in humiliorem mesenterij sedem ad colon intestinum & rectum excurrentis radix.

l Arteriæ magnæ super cauam uenam ascensus, ac ipsius magnæ arteriæ & cauæ supra ossis sacri initium in duos trunc os diuisio.

Præcipuæ

m,m Præcipuæ uenæ ac arteriæ earum quæ geniculatim à magnis uasis lumborum carnibus, ipsiq; peritonæo offeruntur.
n Arteriæ magnæ soboles, sacri ossis foramina accedentes.
o Recti intestini pars, à colo liberata, &, ut inter secandum fit, uinculo intercepta.
p Vesica, urinæ receptaculum.
q Vasis semen à teste ad penem deferentis portio, quà secundùm pubis os deorsum ad uesicæ ceruicis initiũ retorquetur.
r Cutis, quæ penem inuestiebat.
ſ Scortum, à tunicis testes inuoluentibus resectum, hucq; reflexum.
t Carnosæ membranæ pars, quæ haud secus atque scortum, utrunque ambiebat testem.
u Tunica, à peritonæo inibi pronata, ubi id seminarijs uasis, iter præbet. estq; hæc testis tunica, earum quas testibus singulis proprias peculiaresq; ascribimus exterior.
x Denudati penis portio.

TRIVM VIGESIMAEPRIMAE FIGVRAE tabellarum, earundemq; characterum Index.

PRIMA tabella sectionem secundùm renis longitudinem per gibbum ipsius inductam habet adeò profundam, ut in secundum renis pertingat sinum, interim nulla renis substantiæ ablata
α,β. portione. Significetur igitur α dextri renis anterior pars, β uerò posterior.
γ,γ Orificia ramorum primi sinus renis, seu ipsius membranei corporis, quibus inuicem illi rami coeunt. Hic enim rami necessariò per sectionem in mutuo coitu diuiduntur.
δ,δ Primi sinus renis corpus, seu membraneum corpus, in quod uena et arteria renis terminantur.
ε Foraminulum hoc, urinarij meatus est initium.
λ Vrinarij meatus pars.
ζ,η Super membraneum corpus δ & δ insignitum, secundus renis consistit sinus: cuius interius, & corpori illi membraneo proximum latus, in hac sectione tantùm apparet. Eius enim partes, quæ in exteriora ad utrunque septi ex renis substantia conformati latus producuntur, ipsumq; sinum uelut bipartitum efficiunt, nisi specillo in circuitu sub ζ hic & η deducto intueri nequis. Septum namque illud præsenti sectione in duas partes, anteriorem scilicet & posteriorẽ, diuisum cernitur: ac η quidem partem ipsius notat anteriorem, ζ uerò posteriorem.

SECVNDAE tabellæ omnia cum nuper commemorata sunt communia: nisi quòd uniuersa propemodum renis substantia, septum illud (cuius in primæ tabellæ indice memini) constituens, cultello orbiculatim adempta sit. neque aliter sanè septi illius figuram ob oculos ponere licuit. Conspicitur hic itaque secundus renis sinus uniuersus, at non quemadmodum externo suo latere est bipartitus, eo quòd septum abstulerim, sinum hunc in exteriori ipsius latere dirimentem. α igitur, & β, & γ, & λ, eadem hic quæ in prima tabella notant. Circulus autem in hac tabella inter
θ. α & β ductus, secundum renis indicat sinum. θ uerò anteriorem partem primi sinus, seu membranei corporis, qua hæc
ι. in ramos discinditur. ι corporis membranei posteriorem partem indicat, adeò ut θ & ι simul membraneum notent cor
κ. pus, seu primum renis sinum. κ autem urinarij meatus insignitur regio.

TERTIA tabella primi sinus seu membranei corporis ramos omnes insinuat: renis enim substantia, quæ summis eius sinus ramis adnascitur, penitus derasa est. Atque hæc citra characterum operam sunt obuia.


VIGESIMAESECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENS figura sectionis serie uigesimæ succedit. in hac namque costarum aliquot fines effracti, & extrorsum sursumq; retorti occurrunt, ut iecoris gibbum ita hic spectaretur, ut ipsius cauum in uigesima figura erat in conspicuo. Renes etiam pingui ipsorum tunica denudati, sese hic offerunt, & uenarum arteriarumq; seminalium exortus ductusq; etiam ostenduntur. Verùm in hac figura priuatim à cauæ uenæ caudice ramulum pronasci effinximus, sinistræ seminali commixtum uenæ. Præterea peritonæum, quà uasis seminarijs iter præbet, unà cum tunica ab ipso pronata, testemq;, & sui lateris uasa seminaria amplectente, dissectum est, unde etiam seminaria uasa & testes cum suis musculis obuia sunt. Insuper pubis ossa inuicem ita dirempta, atque adeò reflexa uidentur, ut inuicem insigniter dehiscant, & uesica, & glandosum corpus uesicæ ceruici proprium, unà cum ipsius musculo, & penis corporibus, eorundemq; progressu, oculis subijciantur. Quòd autem præsenti figura, à dextro femore cutem prorsus, & à sinistro aliqua ex parte ademimus, neminem ambigere reor.
a,a Peritonæi pars, cum septi transuersi portione, & effractis costis sursum extrorsumq; reflexa.
b,b Iecoris gibbum.
c,c Caua iecoris sedes, aliqua ex parte hic conspicua.
d Præcipuum iecoris ligamentum, ad dextrum latus mucronatæ cartilaginis consistens, & hic à iecoris anteriori sede, magna ex parte diuulsum.
e Ligamentum, quod iecoris partem in sinistro protensam septo committit.
f Venæ portæ caudex, unà cum arteria & nernis iecur petentibus, & bilis uesiculæ meatu intestina petẽte, hic uinculo

VIGESIMAPRIMA QVINTI libri figura, quæ tres proprias continet tabellas, sectionis serie inuicem subsequentes, ac appositissimè renum sinus, meatuumq; urinariorum principia ostendentes.

PRIMA. SECVNDA. TERTIA.





est interceptus, & dein præfectus.

g Venæ cauæ caudex.

h Arteriæ magnæ truncus, deorsum ad uertebrarum corpora exporrectus.

i Principium uenæ pinguem sinistri renis tunicam adeuntis.

k Radices arteriarum in intestina excurrentium, & uentriculo, iecori, bilis uesiculæ, lieni, & ipsi demum omento ramos offerentium.

l Initium uenæ dextri renis pingue inuolucrum petentis.

m Vena ac arteria dextrum accedente renem.

n Vena ac item arteria sinistro reni sero sum sanguinem deducentes.

o,o Dextri renis pingue inuolucrum, ab anteriori sede renis liberatum.

p,p Sinistri renis pingue inuolucrum, ab anteriori etiam sede sui renis diuulsum, & peritonæo, unde principium ducit, adhuc connexum.

q,q Et dexter & sinister meatus, quo urina è renibus in uesicam fertur, q insignitus est.

t Seminalis uena, dextrum accedens testem.

u Principium seminalis uenæ dextrum testem adeuntis, quod instar rotundi tuberis prominet.

x Seminalis uena, sinistro testi exporrecta.

y Venula à renæ cauæ caudice pronata, ac uenæ seminali sinistræ commixta, unita ue. Quamuis enim hæc uenula rariùs occurrat, tamen quum in alijs figuris sinistra uena absque hac delineatur, illaq; hic nihil obscuret, ipsam exprimere uisum est.

α Seminalium arteriarum origo.

β Surculi, quos uenæ seminariæ peritonæo inibi depromunt, quà ipsi connexæ, deorsum ad pubis ossa contendunt.

γ Dextræ seminalis uenæ, & item arteriæ, per peritenæum supra pubis ossis, coxendicisq; regionem descensus, & ascensus pariter uasis semen à teste deferentis, quod ν, ι & κ mox notabitur.

δ Venæ seminalis & arteriæ commixtio, & corpus quod uaricum imagini conferam, initium.

ε Varicosi corporis in testem insertio.

ζ Testis intimo ipsius inuolucro adhuc obtectus.

ν Principium uasis semen à teste deferentis.

ι Sedes, qua deferens semen uas sursum secundùm testis humillimam sedem reflectitur, & à teste ipsi non amplius connatum abscedere incipit.

κ Hic semen deferens nas nullam amplius conuolutionum ostendit speciem, at sursum instar nerui teres porrigitur.

λ Vesica, urinæ receptaculum.

ξ Glanduloſum corpus, uesicæ ceruicis initio adnatum, & semen deferentium uasorum insertionem excipiens.

ρ Circularis uesicæ ceruicem ambiens musculus.

ς,τ Duo penem constituentia corpora, quorum sinistrum à suo principio, quod à sinistro pubis osse ducitur, liberatum est: dextrum autem corpus suo principio adhuc pubis dextro ossi firmatur. Præterea hic S nostri figura in conspicuo est, quam penis flaccidus languidusq; cum uesica effingit.

υ Venarũ & arteriarũ neruorumq; penem adeuntiũ series, tam aptè ac in huiusmodi figuris id moliri datur, expressa.

φ,χ Peculiarium testis inuolucrorum exterius, inibi à peritonæo pronatum, ubi φ ascripsimus: ubi uerò χ locatur, ea huius inuolucri sedes notatur, qua id infimæ testis parti connascitur.

ψ Testis musculus, iam dicto inuolucro innatus.

ω Musculus femur mouentium septimus hic se spectandum offert, quà super coxendicis os deorsum ducitur.


* Recti intestini portio, quæ in corpore, dum intestina aliqua auferuntur, relinqui consueuit. Supra hanc recti intestini portionem, uenæ cauæ & arteriæ magnæ circa ossis sacri regionem distributio eleganter quoq; uisitur.

VIGESIMAETERTIAE FIGVRAE, IPSIVSQVE PARTIVM & characterum Index.

VIGESIMAETERTIA figura, multas peculiares obtinens effigies, tabellas ve, simul cum illa quæ mox præcessit,

præcessit, ac ordine uigesima secunda fuit, potissimùm ad uirilium organorum generationi subseruientium inspectionem facit: & ambas, quum primùm characteribus insignirentur, decimotertio huius libri Capiti præponẽdas ducebam. unde etiam in utrisq; eadem prorsus est characterum ratio. Verùm quòd iam satius fore arbitrer, omnes præsentis libri figuras hic seriatim collocari, priuatum indicem huic uigesimætertiæ figuræ dedicabo, characteres qui huic & uigesimæsecũdæ cõmunes sunt, denuò non grauatè explicaturus. Porrò in hac uigesimatertia figura duæ sunt præcipuæ tabulæ, quarum unam non inopportunè dextram, alteram uerò sinistram appellabimus. ac in utrisque quidem tabulis renes, uesicam, & seminaria organa, cum uenæ cauæ & arteriæ portionibus excelta è corpore finximus. Atque hæc quidem in dextra, anteriore facie: in sinistra autem, posteriore delineantur. & in dextra adhuc priuatim uesicam, & ipsius ceruicem, seu meatum seminiurinæq; communem, aperuimus, quum hæc in sinistra adhuc sint integra; quemadmodum in characterum explicatione dicturus sum diffusiùs, simulatque tabellas expressero, quæ sinistrum latus, & inferiorem præsentis uigesimætertiæ figuræ sedem occupant, ac maiusculis Latinorum literis in hunc modum notantur.

VIGESIMATERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA.



A,B Duabus his tabellis dextrum testem anteriori facie, at magis secundùm sinistrum latus ostendentibus, idem exprimitur. Verùm superior tabella A insignita, ab inferiori B indicata in hoc differt, quòd ipsa semen deferentis uasis situm inturbatum ostendat: quum interim inferior deferentis semen uasis partem, quæ secundùm testis anteriora sursum fertur, neque amplius testi adnascitur, ex sua sede sinistrorsum habeat reflexam, detrusam ve, ut insertio applicatioq; uenæ & arteriæ seminalium ad testem in conspectum ueniret. At hæc characterum utrisque tabellis communium operа, iam reddentur dilucidiora.

C Vena & arteria seminales, illic abtruncatæ, ubi iam ex magna peritonæi cauitate excidentes, inuicem implicantur, commiscenturq;, ac corpus quod uaricosum mihi appellabitur, efformare incipiunt. Atque ita huius uaricosi corporis, quod pyramidi assimilabitur, conus, C insignitur.

D Basis uaricosi corporis, seu sedes qua uena & arteria seminales testi inseruntur, & ramulos in testis intimum inuolucrum & testis substantiam spargunt.

E Vasis semen à teste deferentis initium.

F Reflexus uasis semen deferentis secundùm humiliorem testis sedem.

G Sursum conscendens deferentis semen uasis portio, & ipsius regio, in qua testi connascì desinit.

H Præsens tabella, deferentis semen uasis portionem ostendit, quæ testis intimo connata erat inuolucro: & foraminula illa asperitatesq; cernũtur, quæ post sectionem in eius uasis sede conspiciuntur, quæ inuolucro illi connascebatur.

I Hac tabella, eadem uasis semen deferentis portio, quæ & mox præcedente, delineatur. uerùm hæc sedem eius portionis ostendit, quæ gibba est, testisq; inuolucro non connascitur.

L Testis, à quo semen deferens uas abscessum est, ipseq; adhuc testis cum intimo ipsius inuolucro & uaricoso corpore remansit.

M Hæc tabella, eadem cum tabella L notata indicat. uerùm ut illa anteriorem testis faciem exprimebat, ita hæc posteriorem: & duæ subsequentes notæ utriq; sunt communes.

N Prima uenæ & arteriæ seminalium commixtio, seu uaricosi corporis conus.

O Varicosi corporis basis, & in testis substantiam, ipsiusq; intimum inuolucrum insertio.

P Testis suo intimo adhuc obductus inuolucro, sed à uaricoso liberatus corpore, & superiorem ipsius regionem ostẽdens, in qua uaricosum illud corpus inseritur. Apparent namq; hic foramina ramulorum uaricosi corporis, qui (uti dicebam) testi implantantur.

Q In hac tabella intimam testis tunicam inuolucrum ve nouacula dissecui, et ex altero latere à testis substantia eius in-

R. uolucri partem R notatam diremi, in posterioraq; reflexi, ut ductus in conspectum uenirent, qui à ramis inuolucrum
S. intertexentibus in testis substantiam pertinent. Alteram uerò huius inuolucri partem S insignitam, testi adhuc connatam reliqui.

T Hic testis per medium dissectus iacet, uasorum per ipsius substantiam diffusorum, ac V & V insignitorum naturam,
V,V, distributionisq; seriem commonstrans. Qui uerò modò subsequuntur characteres, duabus grandioribus & magis præcipuis uigesimætertiæ figuræ tabulis proprij habentur.

1 Hac numeri nota indicatur anterior renis regio.
2 Posterior renis regio.
3 Superior renis regio.
4 Inferior renis regio.
5 Externum renis latus.
6 Internum renis latus : in quo 6, 7 & 8 sinum eius lateris indicant. uerùm 6 priuatim notat eius sinus tuber : 7 au-
7,8. tem & 8 sinus eius angulos, impressionesq;.
g Venæ cauæ caudex, inibi abscissus, ubi primùm sub iecore consistit, dorsiq; medium spectat.
b Arteriæ magnæ truncus, inibi resectus, ubi primùm sub septo transuerso in peritonæi cauitatem fertur.
k Radices arteriarum, quæ mesenterio & inferiori membranæ omenti digeruntur.
l Venæ pinguem dextri renis tunicam petentis principium.
m Vena & arteria dextro reni serosum sanguinem deducentes.
n Vena & arteria sinistro reni in serosi sanguinis ductu famulantes.
o Venæ in pinguem sinistri renis tunicam excurrentis origo.
q,q Meatus urinam è renibus in uesicæ amplitudinem deportantes.
r Meatuum urinam è renibus deducentium, in uesicam insertio. ac in dextra quidem tabula orificia, quibus hi meatus in uesicam pertinent, et membranei processus his orificijs præfecti, indicantur. in sinistra autem tabula sedes spectatur qua illi meatus primùm uesicæ applantantur.
t Seminalis uena dextra.
u Tuberculum, seu protuberans seminalis uenæ dextri lateris principium.
x Vena seminalis, sinistrum petens testem.
α Seminalium arteriarum ex magnæ arteriæ caudice initia.
β Radices surculorum, quos uenæ seminales peritonæo offerunt, quà ipsi secundùm lumborum regionem committuntur.
δ Venæ arteriæq; seminalium coitus, commixtio ve, & uaricosi corporis initium.
ε Venæ & arteriæ seminalium ad testem insertio, seu uaricosi corporis basis.
ζ Testis, intimo ipsius inuolucro adhuc obtectus.
η Principium uasis semen à teste deferentis.
θ Descensus uasis semen deferentis secundùm posteriorem testis regionem.
ι Locus, quo deferens semen uas, rursus secundùm testis humiliora sursum fertur, neq; amplius testi connascitur, uti ab
η per θ ad, connatum cernitur.
κ Sedes deferentis semen uasis, ubi primùm nerui modo citra omnem reuolutionem spiram ve sursum properat.
λ Hac sede semen deferens uas ad posteriorem regionem uenæ ac arteriæ seminalium reflexum, in peritonæi cauitatem contendit.
μ Dextri semen deferentis uasis cum sinistro coitus, propter uesicæ initium.
ν Vesica. Hæc in dextra tabula priuatim adaperta est, suam commonstrans cauitatem.
ξ Glandulosum corpus, uasorum semen deferentium insertionem excipiens, ac in dextra tabula longa sectione ad meatus usq; urinarij cauitatem dissectum.
ο Amplitudo cauitasq; ceruicis uesicæ, in quam uasa semen a testibus deferentia insertionem moliuntur.
π Musculus uesicæ ceruicem ambiens, ac urinæ excretioni præfectus.
ρ,τ Duo penem potissimùm constituentia organa.
υ Venæ ac item arteriæ penem ceruicemq; uesicæ accedentes.
φ Sedes notatur meatus urinæ seminiq; communis, quæ reliquo ipsius ductu amplior in penis glande uisitur.

VIGESIMAEQVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

HAC figura muliebris corporis truncus humi stratus exprimitur, cuius peritonæum unà cum abdominis musculis adapertum est, ac in latera (uti inter secandum fit) reflexum. Deinde intestina omnia à mesenterio præsecuimus, recto intestino adhuc in corpore relicto, simul cum integro mesenterio, cuius membranas hic aliqua ex parte inuicem diremimus, ut mesenterij natura oculis subijceretur. Verùm præsens figura in hoc potissimùm delineata est, ut uteri & uesicæ positum ita ostenderet, quemadmodum in hac muliere, utero nobis nulla ex parte moto, is occurrit. Nulla enim hic ab utero diuulsa est membrana: sed omnia integra ita hic uisuntur, quemadmodum in mediocriter obesis mulieribus, iam amotis intestinis, secanti obuiam ueniunt. Mulieres namque adeò pingues sunt, ut longo etiam morbo enecatæ, & macilentissimæ, nullam uasorum seriem (nisi membranis mutuò diremptis) ostendant.

A,B,C,D Anterioris peritonæi sedis interior superficies.
E,E Mesenterij pars, tenuia intestina dorso connectens.
F,F Altera mesenterij membrana notatur, ab altera quam G & G insigniui diuulsa. Vtraque autem membrana uasorũ

per

G,G per meſenterium ſeriem,& glandularum uaſorum diſtributionibus interpoſitarum naturam indicat.

H,H Hac meſenterij parte colon inteſtinum, quà recto erat proximum continebatur.

I Hac meſenterij parte,coli inteſtini initium, dein cæcum quoque inteſtinum conſiſtebant.

K Rectum inteſtinum inibi præſectum, ubi colon deſinit, quæ ſedes eſt eregionè connexus ſacri oſſis cum infima lumborum uertebra.

L Anterior uteri fundi ſedes, à qua nihil prorſus auulſum cernitur.

M Dexter mulieris teſtis.

N Mulieris ſiniſter teſtis,cuius anterior pars hic tota oculis ſubijcitur, quum interim dextri teſtis modica uideatur portio: idq; ideo accidit, quòd dextrum teſtem ita delineauerimus,quemadmodum uterque teſtis membrana tegitur,ſeminaria mulieris uaſa deducente, atque à peritonæo nata:ſiniſtrum uerò teſtem illa membrana ſolius manus beneficio deteximus. Hæc namque membrana anteriori teſtis ſedi nulla ex parte adnaſcitur, ſed incumbit ſolùm.

O,O Membrana à peritonæi dextra ſede pronata, & teſtem dextrum unà cum huius lateris ſeminalibus uaſis ac illis quæ elatiorem uteri ſedem implicant,uenis & arterij dorſo committens, uterumq; pariter continens, & deniq; cum alterius lateris membrana ſecundam uteri tunicam conſtituens.

P Hàc in nuper dicta membrana carneæ excurrunt fibræ, dextrum uteri conſtituentes muſculum.

Q,Q His characteribus ſiniſtræ lateris membrana notatur, quæ illi correſpondet,quam nuper O,O indicarunt.

R,S Vteri ceruicis anterior pars,inter R & S ea adhuc obducta tunica, quam peritonæi partes illi offerunt, quæ ipſi uaſa exporrigunt,deducunt;q;, ac illum peritonæo adnectunt. Cæterum interuallum inter R & S conſiſtens,uteri ceruicis amplitudinem quodammodo ſignificat. Rugæ uerò hic conſpicuæ,illæ ſunt,quas uteri ceruix in ſe collapſa,neq; aliàs diſtenta,inter ſecandum commonſtrat.

T Veſica,cuius poſterior facies hic potiſſimùm ſpectatur. Ita enim in figuræ huius delineatione oculum direximus,ac ſi in proſtrato corpore,poſteriorem ueſicæ ſedem,quæ uterum ſpectat,potiſſimùm cernere uoluiſſemus. Si enim præſens muliebre corpus,ſimiliter ac id quod modò ſubſequetur,erectum arbitrareris, etiam ſecus atque res ſe habet,uteri fundum multo elatiùs ipſa ueſica delineatum eſſe,tibi perſuaderes.

V Vmbilici portio,à peritonæo inter ſecandum liberata,& unà cum uaſis fœtui peculiaribus hic deorſum reflexa.

X Portio uenæ ab umbilico iecur petentis.

Y Meatus à ueſicæ fundi elatiſſima ſede ad umbilicum pertinens,ac fœtus urinam inter duo ipſius inuolucra deducens.

Z,et & Huc unà cum cæteris umbilici uaſis reflexæ ſunt duæ arteriæ ſecundùm ueſicæ latera prorepentes, ac magnæ arteriæ ramis,pubis oſſium foramina potiſſimùm adeuntibus,inſertæ,ſeu continuæ.

VIGESIMAEQVINTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

A dextra præſentis figuræ mamillacutem abſtulimus,ut quàm fieri poſſet proximè mamillarum natura hic oculis ſubijceretur. Deinde uentriculum,& cum inteſtinis meſenterium & lienem reſecuimus,recto interim inteſtino non ſecus quàm in mox præcedente figura adhuc relicto. Ad hæc, uterum ſuo exteriore quod peritonæum ipſi porrigit inuolucro quodammodo ſpoliauimus,omnes membranas quàm licuit accuratiſſimè paſſim, ideò amputantes,ut uaſa ſeminis materiam teſtibus deferentia,& alia ſemen à teſtibus utero deducentia,in conſpectum uenirent. Veſicam uerò deorſum in ſiniſtrum latus reflexímus,unà meatum qui ueſicæ à dextro rene urinam defert,abrumpentes, ut urinariorum meatuum inſertio appareret,ipſáq; ueſica,uteri inſpectionem non occuparet. Poſtremò,pubis oſſium portionem ab hac figura exſecuimus,quo uteri ceruix ac ueſicæ etiam collum appoſitè uiderentur.


A,A Venæ ad mamillas ſubinde excurrentes,ab illis quæ cuti ſummo humero obductæ offeruntur.

B Venæ ab illis pronatæ,quæ per axillam in manum porrigumtur.

C Præcipuum mamillæ corpus.

D,D Glandulæ ac adeps undecunque corpori illi glandoſo ac C inſignito adſtratæ.

VIGESIMAQVARTA QVINTI LIBRI figura.



E,F,G,H *Peritonæi anteriòris sedis interior superficies. est enim hic anterior peritonæi regio, ad latus, & sursum deorsumque flexa.*

I,K *Venarum ac item arteriarum sub pectoris ossa deorsum ad abdominis superiora, à iugulo repentium portiones.*

L *Gibba iecoris sedes.*

M *Iecoris cauum hic quoque aliqua ex parte conspicuum.*

N *Venæ ab umbilico iecur petentis portiuncula, & cauæ sedis iecoris pars.*

O *Venæ portæ caudex, hic simul cum uasis ipsi attensis præsectus.*

P *Vena caua.*

Q *Arteria magna.*

R *Arteriarum uentriculum, iecur, lienem, omentum, ac intestina petentium radices.*

S *Principium uenæ pinguem sinistri renis tunicam implicantis.*

T *Vena ac arteria, dextro reni serosum humorem deducentes.*

V *Vena ac arteria, sinistro reni serosum humorẽ deferentes.*

X *Principium uenæ pinguem dextri renis tunicam adeuntis.*

Y *Dextri renis anterior sedes.*

Z *Anterior sinistri renis facies.*

a,a *Meatus à dextro rene urinam in uesicam deducens, &* b. *humilius a effractus. portio autem huius meatus reliqua, ac uesicæ adhuc continua, b insignitur.*

c,c *Meatus urinam à sinistro rene in uesicam deferens.*

d,d *Dextra seminalis uena, cuius initium elatius d indicat.*

e *Seminalis uena, sinistrum petens testem.*

f *Seminalium arteriarum ortus.*

g *Seminalis arteria dextra.*

h *Seminalis arteria sinistra.*

i,k,l *Anterior uteri fundi pars. ac i priuatim dextrum fundi obtusum indicat angulum. k autem notat angulum sinistrum. l uerò insinuat regionem uteri, ubi ipsius fundi consistit orificium, ipsiusq; ceruix inchoatur.*

m *Rectum intestinum, hic à colo cæteris ve intestinis abscessum. Quo minus autem utrunque figuræ latus inibi ubi par utrinque est ratio, characteribus onerem, uni duntaxat lateri eas iam opportunè adhibebo.*

n *Venæ ac arteriæ seminalis portio, superiorem uteri fundi accedens sedem.*

o *Venæ ac item arteriæ seminalium portiones, testem adeuntes, & inuicem coeuntes, corpusq; instar pyramidis con-*

p. *stituentes: cuius conum o indicat, p uerò ipsius basim insinuat, testi commissam.*

q *A nuper dicto corpore, pyramidis formam exprimente, eiusmodi uascula in membranas excurrunt, testem peritonæo committentes.*

r *Testis anterior facies.*

s *Vasis semen à teste in uterum deferentis initium.*

t,t *Vasis semen à teste in uterũ deferentis reflexus, quos id uermis imaginẽ pulchrè referens, circũ testis latera conficit.*

u *Vasis semen deferentis ad uterum progressus.*

x,x *Vteri ceruix.*

y *Vasa inferiorem uteri fundi sedem ac uteri ceruicem implicantia.*

z *Vena uesicam ab illis uasis accedens, quæ uteri ceruicem intertexunt. atque hic etiam character urinariorum meatuum insertionem notat.*

ß *Vesicæ fundi posterior sedes, cui etiam a inscriptum est.*

γ *Vesicæ ceruicis musculus.*

δ *Hac sede uesicæ ceruix uteri ceruici implantatur.*

ε *Cuticulares ceruicis uteri orificij caruncula. Atque hic uteri colles, & ceruicis ipsius orificium, citra characterum operam neminem latent.*


ζ *Arteriæ humillimam mesenterij partem accedentis radix.*

η *Vasa ab illis quæ crus adeunt uenis ac arterijs sursum ad abdominis musculos, ad umbilici usque regionẽ ascendẽtia.*

VIGESIMAESEXTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENS figura uterum unà cum illum peritonæo alligantibus membranis à corpore exsectum commonstrat.

VIGESIMAQVINTA QVINTI LIBRI figura.



ſtrat ipſiusq; ceruix adeò hic ſurſum eſt conuoluta & euerſa, ut fundi uteri orificium in conſpectu ſit. Veſicæ uerò fundum & ceruicem pariter ſectione aperuimus, ut ueſicæ cauitas, meatuumq; urinariorum inſertio in propatulo eſſent.

A Vteri fundi anterior facies, nulla membrana prorſus de tecta.

B,B Vteri ceruix, uti iam diximus, extrorſum inuoluta.

C Fundi uteri pars, glandis in pene modo ad ſuperiorem uteri ceruicis ſedem protuberans.

D Orificium fundi uteri.

E,E Membrana uterum peritonæo connectens, ipſiusq; uaſa continens.

F Siniſter uteri teſtis.

G Vena & arteria ſeminales.

H Portio uenæ ac arteriæ ſeminalium, ſuperiorem uteri fundi ſedem accedens.

I Portio arteriæ & uenæ ſeminalium, teſtem accedens.

K Vas ſemen à teſte in uterum deducens.

L Veſicæ cauitas.

M Vrinariorum meatuum inſertio.

N Vrinariorum meatuum fruſtula hic propendent.

VIGESIMAESEPTIMAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum Index.

PRAESENS figura uterum à corpore exemptum ea magnitudine refert, qua poſtremò Patauij diſſecta, & quæ ſæpius pepererat, proceraq; ad modum ſtaturæ fuit, mulieris uterus nobis occurrit, uulgarem uterorum molem utcunque excedens. Atque ut uteri circumſcriptionem hic expreſſimus, ita etiam ipſius fundū per medium diſſecuimus, ut illius ſinus in conſpectum ueniret, unà cum ambarum uteri tunicarum ſubſtantiæ in non prægnantibus craſſitie.

A,A. B,B Vteri fundi ſinus.

C,D Linea quodammodo inſtar ſuturæ, qua nirile ſcortum donatur, in uteri fundi ſinum leuiter protuberans.

E,E Interioris ac propriæ fundi uteri tunicæ craſſities.

F,F Interioris fundi uteri tunicæ portio, ex elatiori uteri ſede deorſum in fundi ſinum protuberans.

G,G Fundi uteri orificium.

H,H Secunda exterioráq; fundi uteri tunica, à peritonæo pronata.

I,I,I Membranarum à peritonæo pronatarum, & uterum continentium portionem, utrinque hic aſſeruauimus.

K Vteri ceruicis ſubſtantia hic quoque conſpicitur, quòd ſectionem, qua uteri fundus diuiſus eſt, inibi incæpimus,

L Veſicæ ceruicis pars, uteri ceruici inſerta, ac urinam in illam proijciens.

Vteri colles, & ſi quid hic ſpectandum ſit reliqui, etiam non appoſitis characteribus, neminem Naturæ operum ſtudioſum latent.

VIGESIMAEOCTAVAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum Index.

HAEC figura canum, non prægnantem exprimit uterum, quem propter Veterum deſcriptiones hic humano utero adijcere uiſum eſt: uti magis adhuc uaccinum, quem modò ſubiungemus.

A Vena & arteria ſeminales.

B,E Venæ & arteriæ ſeminalium portiones, uteri ſuperiori

VIGESIMASEXTA QVINTI LIBRI figura.



VIGESIMASEPTIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



ſedi

sedi uasa porrigentes.
C Testis ac uas semen à teste deferens.
D,D Membranæ uterum peritonæo committentes, & secundum exterius ve ipsius inuolucrum efformantes.
E Vena ac arteria, uteri ceruicem & humiliorem fundi partem implicantes.
F Dextra fundi uteri pars, exteriori ipsius tunica adhuc uniuersim obducta.
G Sinistra fundi uteri pars, quam media ex parte, exteriore ipsius liberauimus inuolucro. G enim exH. terius inuolucrum, H uerò interius notant.
I Sinistri lateris uas, semen deferens, hic à teste liberatum, ac in ipsius sede seruatum.
K Regio, qua fundi uteri orificium consistit.
L Vteri ceruix, etiam sinistra ex parte exteriori inuolucro detecta.
M Portio ceruicis uesicæ.
N Cutis ad pudendum adhuc reliqua.

VIGESIMA octaua quinti libri figura.



VIGESIMAE NONAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENTI figura uaccini uteri fundum, & ipsius ceruicis portionem ita delineaui, ut magna fundi ceruicisq; sedes exteriore uteri tunica sit detecta, interiorq; tunica ob id oculis subijciatur.
A Testis sinister.
B Vas semen deferens à teste in uterum.
C Sedes orificij fundi uteri.
D Sedes, qua uterus primùm sua interiore tunica geminus fit, ac ueluti duæ uteri partes constituuntur, quæ simul unaq; longo adhuc interuallo, exteriore uteri tunica obteguntur.
E Hac sede prorsus duæ uteri partes, etiam cum exteriore uteri tunica inuicem, arietum cornuum modo dirimuntur.
F,F Exterior uteri tunica, his sedibus adhuc seruata.
G Interior uteri tunica, innumeris ac uermium implexu non absimilibus uasis intexta, quæq; hic etiam C & D indicari possent.
H Hic adhuc uisitur membranæ portio, uterum sinistra in sede peritonæo committentis.

VIGESIMA NONA QVINTI libri figura.



TRIGESIMAE QVINTI LIBRI FIGVRAE tabellarum, earundemq; characterum Index.

TRIGESIMA figura quatuor tabellis, seu peculiaribus effigiebus constante, fœtus humani tunicas seu inuolucra exprimere conatus sum, quæ de nouo cum fœtu in uteri fundi cauitate ac sinu generantur.

PRIMA itaque tabella, uterum dextro suo apice magis extuberantem, ac ueluti masculino fœtu turgidum effinximus, quem in anteriore parte una sectione longa, & altera transuersa dissecuimus: ut dein uteri tunica in latera extorsumq; reflexa, et à fœtus exteriori inuolucro diuulsa, id in conspectum ueniat, simul cum carnea illi obnata substantia, quemadmodum iam subsequens characterum Index proponet.

A,B, C,D Interna superficies uteri, quæ ante sectionem, ac ipsius in exteriora euersionem ac inflexum, fœtus inuolucris obducebatur.
E,E,E Sedes, qua uteri uenæ ac arteriæ sese aperiunt, ac noua ueluti uasa illis adgenerantur, quæ in uaria multipliciq; eorundem collectione attextam habent carneam substantiam, quam præcipuæ lienis substantiæ conferimus, quæq; firmandis continendisq; uasis hic etiam præficitur.
F,F Exterius fœtus inuolucrum, hic quoque magna ex parte uisitur, ubi membraneum prorsus est, neque dicta iam carnea substantia illi obnascitur: adeò ut E,E,E simul cum F,F exterius inuolucrum fœtus designent.
G Vteri ceruicis pars, adhuc ex sectione reliqua.
H Vena & arteria membranis utrinque uterum & ipsius ceruicem continentibus nectentibusq; suffultæ, & à magnis uasis post illorum supra sacrilossis summum diuisionem enatæ, uterumq; uariè implicantes.

SECVNDA tabula fœtus inuolucra ita refert, atque se habent, quum carnea quæ exteriori inuolucro obnascitur, uasaq; continet, substantia, ab utero est diuulsa, ac fœtus cum suis inuolucris aliàs non laceratis, inter dissecandum ex utero liberatus, exemptusq;, mensæ alicui aut pelui imponitur.

I,I,I Carnea, lienisq; carni similis substantia, exteriori fœtus inuolucro obnata: & in prima tabella E,E & E insignita.
K,K Exterius fœtus inuolucrum illis sedibus hic notatur, quibus carnea ea quam I,I & I indicauimus, substantia non obnascitur. Quia autem inuolucrum his regionibus membraneum prorsus est, & exiguis tantum uenulis & arteriolis proprij ipsius usus gratia ornatum: haud mirum quoque est, id pellucidum esse, interiorisq; ueluti inuolucri effigiem nonnihil

nonnihil modò transparere.

TERTIA tabella, sectionis quodammodo serie exterius inuolucrum aperuimus, & ab interiori inuolucro abstractum, in latus reposuimus, ut modò interius inuolucrum adhuc integrum, cum fœtu illi incluso facilè occurrat.

L,L L,M Exterius fœtus inuolucrum ac L,L,L exteriorem ipsius notant superficiem: M uerò interiorem, quæ aliàs interiori fœtus inuolucro est proxima.

N Corpus, & ueluti funis aut corda quæpiam, in quam uenæ & arteriæ ab utero in exterius fœtus inuolucrum pertinentes, ac per carneam lienisq; substantiæ similem substantiam sparsæ, ad umbilici tandem uasorum constitutionem colligumtur, & ab exteriori inuolucro interius hic petunt, ubi meatus desinit, fœtus urinam inter exterius inuolucrum & interius mediam diffundens.

O,O Interius fœtum ambiens inuolucrũ, omnino membraneum, præter uenulas quasdam, et arteriolas, sparsim per ipsum excurrentes. Quandoquidem uerò istud inuolucrum exactiùs pellucidum est, fœtum quoque in suo ferè, quo in utero consistit, situ proponit.

QUARTA tabella exterius quoque inuolucrum ab interiori reflexum habet. Verùm id interioris suæ superficiei ampliorem exhibet sedem, quàm in tertia tabella: ut scilicet carneæ ipsius, & lienis carni non absimilis substantiæ effigies sese hic offerret, quam in interiori inuolucri superficie per pellucidam membranæ partem ea substantia exprimit, alioquin in externa tantum inuolucri superficie consistens. Deinde hac tabella interius etiam inuolucrum longa sectione diuisum est, & à fœtu abstractum, utranque suam proponit superficiem. Atque ita hic præter umbilici uasorum ductum, inter fœtum & ipsius inuolucra occurrentem, etiam fœtus spectatur, ea propemodum figura, qua plurimùm in utero recumbit, & quæ omnibus partibus pulchrè uidetur media, lassitudiniq; ob id minus obnoxia.

P,Q Exterius fœtum ambiens inuolucrum. ac P quidem externam ipsius notat superficiem: Q uerò internam, quæ etiam S & S insignitur, etiamsi illis characteribus aliud quid priuatim indicetur.

R Carneæ substantiæ exteriori fœtus inuolucro obnatæ portio hic externa sua sede conspicitur, qua illam utero aliàs connatam reperimus.

S S,T In internam exterioris inuolucri superficiem, quæ læuis & lubrica, membraneaq; existit, hunc in modum transparet uasorum collectio & series, quæ ab uteri uasis pronata, per carneam digeruntur substantiam, exteriori inuolucro obnatam, quæ unà quoque per pellucidam alioquin membranam hic spectatur. Ac S & S uasorum ferè orbem indicant, T autem extremam collectionem.

V,V Exterior superficies interioris inuolucri.

X,X Interior superficies interioris inuolucri.


Y,Y Vasorum umbilici progressus, qui ab interna superficie interioris inuolucri hic in fœtum pertinet, quem aliàs satis conspicuum, characteribus non insigniuimus.

Nihil obstaret, his trigesimæ figuræ tabellis illam adijcere, ac ueluti cum tertia tabella enumerare, quæ decimiseptimi Capitis contextui inseretur, membraneam, impensèq; mollem & amplam ostensura uesicam, quæ non raro inter duo fœtum uniuersum amplectentia inuolucra consistens, quodammodo à meatu fœtus urinam ex umbilico deferente producitur, tertiæq; fœtus membranæ loco non paucis dissectionum professoribus recensetur, illam farciminis speciei aliquo tandem pacto conferentibus.

TRIGESIMA QVINTI LIBRI FIGVRA, quatuor peculiaribus complexa tabulis.

PRIMA TRIGESIMÆ figuræ tabella.

SECVNDA tabella.



TERTIA TABELLA. QVARTA TABELLA.

TRIGESIMAE PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENTI figura, Galeni descriptionum occasione, exterius canini fœtus inuolucrum delineatur: ut discrimen in conspectu esset, quo id ab hominis inuolucro differt. Hæc namque figura sectionis serie secundæ respondet tabellæ, trigesimæ figuræ, qua fœtus humani inuolucra, perinde ac si integra, neque ullibi dissecta, ab utero euulsa essent, exprimuntur. Præterquàm igitur quòd hæc figura secundùm proportionem ea tabella oblongior est, etiam prorsus aliam ostendit imaginem eius carnosæ substantiæ, quæ exteriori inuolucro obnata, lienis substantiæ à me assimilatur, hic A & A insignienda.

Carnea

A,A Carnea substantia exteriori superficiei exterioris canini aut suilli fœtus inuolucri obnata, quæ transuersim orbiculatim ve totum inuolucrum, secus quàm in homine, ambit & complectitur.

B,B Exterioris canini fœtus inuolucri sedes, carnea ea substantia, quam A & A indicauimus, non obtecta: sed membranea, & uenulis quibusdam & arteriolis interstincta apparens.

TRIGESIMÆ prima quinti libri figura.



TRIGESIMAE SECVNDAE QVINTI LIBRI FIGVRAE, & eiusdem characterum Index.

HAC figura bubali fœtus inuolucra in eum modum delineauimus, quo canini fœtus inuolucra in trigesimaprima figura, & humani fœtus inuolucra in secunda trigesimæ figuræ tabella exprimuntur: perinde scilicet, ac si aperto per sectionem utero, fœtus inuolucra nullibi læsa, ab ipso essent distracta, ac huc ab utero sepositа.

Adhibemus uerò hanc quoque figuram ijs quæ hominis partibus ostendendis faciunt, ut discrimen appareret, quo uaccæ, bubalæ, capræ, ceruæ, cornutorumq; adeò & acetabula in uteris post conceptum uerè demonstrantium animalium fœtus inuolucra, ab hominis fœtus, ac rursus à canis, aut suis, aut alicuius plures fœtus simul educentis, ac à me interim dissecti animalis fœtus inuolucris differunt. Mirum namque est, quàm eius modi discrimen autorum scripta perturbet, intellectuq; ardua reddat, quum in uteris & inuolucris animalium nullam statuunt differentiam: quumq; omnia inuicem respondere autumantes, quod animal ipsi potissimum dissecuerint, descripserint ve, non exprimunt. Quandoquidem uerò nostræ orationis in partium historia contextus, quantopere eiusmodi figuræ etiam utiles sint, abundè testabitur, præsentis effigiei characterum indicem nunc tantum subijciam.

TRIGESIMA SECUNDA quinti libri figura.



A,A A Exterius bubalæ fœtus inuolucrum, hic quibusdam sedibus insignitur, quib. membraneum conspicitur, & illam substantiam non habet obnatam, quæ nunc B,B & B uenit indicanda.

B,B,B Sedes, quibus exterius bubalæ fœtus inuolucrum utero connectitur, uasaq; admittit, & carnea ea substantia constat, quæ lienis substantiæ comparatur: hicq; ita sparsim occurrit, ut nigræ leopardorum pellis maculæ.

C,C,C Series concursusq; uenarum & arteriarum per exterius fœtus inuolucrum ad umbilici uasorum productionem digestarum.

D Sedes, ad quam uenæ arteriæq; per exterius inuolucrum sparsæ magis colliguntur, ipsisq; umbilici uasis constituendis sunt proximæ.

QVINTI LIBRI FIGVRARVM, ET IPSARVM characterum Indicum finis.

HOMINEM, VT AVGERETVR, DIVTIVSQVE VIVERET, INSTRVMENTIS eguisse uariæ nutritioni famulantibus, ac demum quæ instrumenta nutritioni circa cibos potusq; uersanti, priuatim sint extructa. Caput I.

Præcipuæ instituendæ nutritionis causæ.

VTCVNQVE uarias instituendæ nutritionis causas commemorare liceat, tamen ea haudquaquam infima est, quæ augendi corporis gratia hanc utilem necessariamq; esse commonstrat: quemadmodum & illa quoque existit præcipua, quæ continuum substantiæ fluorem, ab insito calore excitatum proponit. Quũ itaque tota hominis moles, etiam post iustum ipsius incrementum, in perpetuo sit fluore, quumq; nisi altera similis substantia in defluxæ locum accederet, uniuersa ilico euaporata dissiparetur, summus rerum Opifex homini insitas quasdam uires, deficiens ac desideratum semper appetẽtes, ab initio statim indidit. Non enim fugere, uesci, bibere, aut respirare à quoquam discimus usquam: sed statim a principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra docentem perficiant. & cibo, quicquid siccioris substantiæ effluxit, restituimus: potione, quicquid humidioris: atque ita ad pristinam commensurationem ambas reducimus. Sic uerò & aereæ igneæq; substantiæ modum, respiratu arteriarumq; pulsu tuemur. Cæterùm quum id quod singulis partibus defluit, tale natura esse credimus, qualis ipsa est particula: nihil autem eorum quæ bibuntur, eduntur ve, aut inspirantur, eiusmodi prorsus occurrit: necessum fuit animanti, ea primùm assumere, dein emutare & cũcoquere, ac quàm maximè licet, corpori alẽdo restituẽdoq; similia efficere: ac demum recrementa, quæ necessariò has emutationes subsequuntur, expellere. Atq; hac potissimùm occasione Natura nutritionis instrumenta in corpore triplicia instituit: quædam prima ratione ad id quod assumitur concipiendum elaborandumq;, & in totum corpus deferendum: alia secunda, quæ excrementorum sunt receptacula. Reliquas partes ratione tertia, quæ horum excretionibus mittendis, & ne intempestiuè profluant cohibendis, suoq; tempore expellendis subseruiunt. Porrò partes aeri assumendo, conficiendo, deferendo, ipsiusq; recrementis ex concoctione alteratione ve succedentibus expellendis à Natura conditas, sequens liber persequetur, cordi omnibusq; respirationis organis dedicandus. Præsens uerò cibi ac potus instrumentis, & demum propter sedis uiciniam nexumq; generationi subministrantibus

Instrumentorũ triplicium nutritioni subseruientiũ necessitas.

organis

organis consecrabitur. Ex ore itaque per stomachum cibus & potus in [a] uentriculum, uelut in communem quandam officinam seu promptuarium assumitur, quod omnia quæ amplectitur cogit, confundit, & concoquit, concoctum in [b] intestina protrudit: ex quibus quod cocti illius succi melius est, sanguiniq; efficiendo conueniẽs, unà cum humidiore huius concoctionis recremento, [c] uenæ portæ rami exugunt, id iecoris cauo deferentes. Recrementum uerò siccius, ac sectioni ineptum, intestina depellunt: & hominis arbitratu, laxante se [d] orbiculari podicis musculo, & [e] abdominis musculis, simul accedente etiam [f] septi transuersi opera, compressis, excernunt. Iecur autem, postquam eum succum cremorem ve admisit, illi ornamẽtum adijcit, ad sanguinis perfecti generationem necessarium, duplici recremento ipsum expurgans: flaua scilicet bile, ceu recremento tenuiore & leuiore: deinde atro bilioso succo, ceu lutoso, terrestri & crassiori. Ac illud quidem in bilis uesiculæ [g] meatus transmissum, in ipsam uesiculam defluit à qua rursus in intestina excretum, cum durioribus fæcibus egeritur. Hoc autem, uti uulgò arbitramur, per portæ uenæ [h] ramos ad [i] lienis nutritionem transmittitur: & quicquid is conficere, ac in familiare nutrimentum sibi adaptare nequit, id in uentriculum eructat, postmodum cum intestinorum excrementis subducendum. Ergo qui in iecore ad hominis nutritionẽ præparatur sanguis, illa duo recremẽta deponens, portionemq; sui in portæ uena ad partium quibus illa digeritur, enutritionem asseruans, ruber iam ac purus ex [k] arctissimis, maximeq; frequentibus eius uenę ramis per iecoris substantiam diffusis, ad gibbam iecoris partem in cauę uenę [l] propagines similiter innumeras angustissimasq; conscendit, tenui adhuc aquosoque recremento, quod ex intestinis cum optima succi in uentriculo confecti portione exugebatur, concomitatus: eiusque aquosi recrementi, tanquam uehiculi cuiusdam auxilio, arctissimas uias minori opera perreptans. Quum uerò sanguis eos superauit angiportus, [m] renes recrementum hoc ad se sedulò alliciunt, illoq; sanguinem purgant, id per [n] urinarios meatus in uesicam huius conceptaculum depellentes: à qua rursus opportuno tempore, relaxato suæ ceruicis [o] musculo, excrementum illud seu urina è corpore redditur. Sanguis autem per [p] uenam cauam copiosissima ramorum serie propagatam, ad corporis partes deducitur: & quod in ipso singulis partibus familiare ac idoneum est, illæ sibi attrahunt, assimilant, & apponunt: duplexq;, quod & in hac concoctione consurgit recrementum, à se per proprios ductus excludunt. Ista quidem de cibi potusq; instrumentis in uniuersum dicta sufficiant. Quanta uerò sapientia hæc rerum Opifex creauerit, eo ordine persequar, quo ipsa nutritioni famulari commemoratum est. A peritonæo autem sermonis opportunè statuetur initium, quòd id horum organorum commune sit inuolucrum.

Quid præsenti libro docendũ, ac partium nutritioni ex cibo potuq; facta famulantiũ breuis enumeratio.

a 14 *fi. per A, B, C in L, L. aut 12 fi. in P, Q.*
b 12 *fig. a P, Q in S, ac ina deinceps, aut in 7 & 8 fig.*
c *fi. cap. 5 li. 3. aut 12 fig. l, k, h in I, K.*
d 1, 2 *fig. cap. 49 lib. 2 M.*
e 3 *muscula. Θ, 4 Π, 5 Δ, 6 Δ.*
f 7 *tab. Δ.*
g 1 *in X, X. & inde in V, & rursus per c in S ad d 13 figur.*
h *fi. cap. 5 li. 3 T, T ad a, a.*
i 3 *fi. d. 20 fi. O, O.*
k *fi. cap. 5 lib. 3 A, A.*
l *fig. cap 6 li. 3 A, A, a.*
m 25 *fig. Y, Z.*
n 22 *fi. q, q in y. 25 fi. a et c in β.*
o 22 *fi. p. 25 fi. y.*
p *fi. cap. 6 lib. 3.*

DE PERITONAEO. Caput II.

PERITONAEO ostendendo pleræque quinti huius libri conducunt figuræ, & potißimùm prima, id integrũ anteriore externaq; facie proponens. Secunda autem anteriorem ipsius partem interiori sede ostendit. Posteriorem uerò peritonæi sedem, illæ figuræ in primis intus referunt, quæ ex ipso plura organa habent dissecta, ut uigesima secunda & uigesima quinta.



LATINI nomen peritonæi (quod abdominis membranam aliqui nuncupant) à Græcis mutuantur. illis namque id quod multis organis circuntendatur, *περιτόναιον περιτόνεος*, & *περιτόνιον* appellatur. Neque ita absolutè tantum, uerùm à nonnullis hæc tota appellatio ipsi inditur, *περιτόναιον ὑμὲν*, nomine uidelicet à substantia ipsius, quæ membranea potissimùm est, deducto. à nonnullis hæc *περιτόναιος χιτών*, à nonnullis *περιτόναιον σκέπασμα* ab usu scilicet, quo inuolucri ac tunicæ cuiusdã modo omnibus propemodũ quæ quinto hoc libro prosequemur, organis obducitur. Arabes communi membranarum nomine ziphac & zimphac & chamel peculiariter id nominant. Peritonæum itaque ex simplicium & primorum corporum, quæ similaria nuncupare solemus, numero censetur. Membrana enim est, nullis omnino fibris: secus ac uenarum arteriarumq; [a] tunicæ, aut tenues membraneæq; [b] musculorum eneruationes intertexat. estq; inter cæteras corporis simplices membranas amplissima & maxima. Carnosa namque nobis uocata membrana, etsi amplior ipso peritonæo sit, ac uniuerso corpori cutis modo obducatur, tamen simplex non est, quum quibusdam carneis donetur fibris, & musculosa in ipso [c] collo & [d] fronte efficiatur. Porrò peritonæum uniuersam [e] cauitatem, quæ sub septo transuerso, ad os usque coccygis, totius corporis cauitatum facilè capacissima habetur, succingit, ac omnibus quæ illa continentur organis obtenditur, ea conceptaculi ritu amplectens: uentriculum scilicet, intestina, omentum, mesenterium, iecur, lienem, renes, utranque uesicam, uterum, & uasa demum quæcunque inter septum transuersum & crura situm habent. Atque hæc quidem peritonæum interna ipsius sede continet, externa uerò undecunque musculis connascitur. Ex ligamentis enim, quæ lumborum uertebras connectunt, & quæ sacrum os ilium ossibus committunt, peritonæum utrinque principium ducit, membranę latæ modo ab illis enascens. Mox ab utroque latere ascendens, lumborum [f] musculis, & ijs qui internam ossis ilium & coxendicis ac pubis sedem occupantes, femorum præsunt motibus, obducitur: & fibris talibus, qualibus inuicẽ musculos committi uidemus, illis adhęresçit. At ubi hos musculos, qui quaternario numero utrinque complectuntur, peritonæum superauit, internę [g] transuersorum abdominis musculorum, & uniuersæ [h] inferiori septi transuersi sedi subtenditur, pertinacissimè ipsis, potissimum uerò neruosis illorum tenuitatibus connatum, & quodammodo proprię musculorum membranę uicem gerens. Refert itaque peritonęum oblongum oui instar utrem, seu sphęram aliquam, cuius longitudo pertinet à septo transuerso ad humilimam amplitudinis cauitatis ve sedem, quam [i] sacrum os cum ossibus ipsius

Peritonæi nomina.

Peritonæũ insimilariũ partium est se numero.

Peritonæi magnitudo & situs.

Connexus. Ortus.

Forma. Ipsius superficies cuiusmodi.

a 2 *fi. cap. 1 li. 3 inserta & fi. cap. 2*
b *In abdomine 3, 4, 5, 6, musc. tab.*
c 3 *musc. tab. Γ.*
d 3 *ta. A.*
e 7 *ta. à Δ multo sub 3, aut passim in integrioribus 5 lib. fig.*
f 7 *ta. t, u. dein x, & 16 tabu. F, G.*
g 6 *ta. Δ.*
h *quæ 7 ta. spectatur, ac Δ insignitur.*
i 1 *fi. ultimarum lib.*
1 *Mũ Θ.*

ipſius lateribus cõmiſsis efformat.& quẽadmodũ utres ex tergoribus parati,exteriùs hirti aſperiq́;,intus plani ac læues quodãmodo eſſe ſolent:ita quoq; peritonęum externa parte, ut aptiùs muſculis undiquaq; hæreat, aſperum fibroſumq́; ad eum prorſus modum uiſitur,quo membranas mutuò connatas, inæquales eſſe dicimus.Interna autem peritonęi ſedes,uiſcera quæ complectitur ſpectans,impenſe lęuis & terſa,ac ueluti aqueo humore oblita,ſecantibus occurrit,adipis copiam ſibi interdum (ut in ſuibus quaſi perpetuò) adnatam obtinens. Verùm hunc non omni ex parte æquè copioſum reperies. Anterior namque ſuperior ue internæ huius peritonæi ſedis [k] regio, qua uentriculum contingit, ac dein poſterior quoque [l] regio ad lumbos & ſacrum os pertinens, copioſiori abundant adipe, quàm ſedis eius internæ [m] latera, [n] parsq́, umbilico contermina. Præterea hæc interna peritonæi ſedes quaſdam portiones ſeu proceſſus ijs quę continet organis porrigit, illisq́; proceſsibus ea organa inuicem colligat, & ſibi quoque adnectit, ac ſingulis præter peculiares ipſorum tunicas (ſi modò quas habeant) aliud etiam inuolucrum tunicam ve obducit. Atque hinc etiam fit, ut ijs organis quę duas peculiares ſortiuntur tunicas, quemadmodum uentriculus & inteſtina, [o] ternæ attribuantur: quæ autem unicam duntaxat peculiarem tunicam obtinent, è quorum numero ſunt uterus,& utraque ueſica, [p] binas nanciſcantur. Verùm organa, nulla peculiari donata tunica,ut iecur & lien, [q] eam quæ ipſis obducitur,à peritonæo adipiſcuntur. Quònam pacto autem,quibusq́; ex locis hoſce proceſſus in eiuſmodi tunicas dilatatos degenerantes ve, peritonæum educat, & quo modo illi inuicem craſsitie differant,in cuiuſque organi enarratione opportuniùs quàm hic recenſebitur. Quemadmodum uerò interna peritonæi ſedes ab externa uariat, ſic neque omni ex parte peritonęum ſibi craſſitie & robore correſpondet. Quà enim ex uertebrarum ligamentis pronaſcitur, craſsiſsimum eſt: deinde quà lumborum incumbit muſculis,craſſum quoque cernitur. Anteriore uerò parte, quæ à mucronata pectoris oſsis cartilagine ad pubem uſque pertinet tenuius graciliusq́; & inualidius occurrit. Ad hæc uiris peritonæum craſsius ualidiusq́; eſt iuxta mucronatam cartilaginem, quàm iuxta pubis ſedem.in mulieribus uerò ad pubem craſsius ualidiusq́; conſpicitur: neque his, uti uiris, peritonęum hic ad inguina utrobique ſeminarijs uaſis [r] uiam præbet.Eſt enim peritonæum peculiariter in uiris inibi foraminibus, ut ita dicam,peruium: & tunicam utrique teſti priuatim offert, quo is & ipſius ſeminaria uaſa tutò obuoluũtur. Dein in uiris pariter atque in mulieribus,peritonæum quà ſepto ſubducitur, [s] tria cum ſepto quoque cõmunia oſtendit foramina: primum quo uenam cauam, ſecundum quo ſtomachum cum ipſi cohærentibus neruis,tertium quo magnam arteriam uena coniuge experti,& aliquot ſexti paris neruorum cerebri ramis concomitatam deducit. Præterea [t] umbilici quoque uaſorum gratia, & in muliere quidem finis uteri [u] ceruicis,in uiro autem [x] ceruicis ueſicæ,in utriſque uerò [y] podicis nomine,peritonæum perforatur:ac demum [z] multis uenis,arterijs & neruis crus petentibus, deinde [a] illis quæ maxima portione in rectos abdominis muſculos ſurſum tendunt, & [b] alijs nonnullis, quæ dorſi & abdominis muſculis, & cuti à uaſis lumborum uertebris incumbentibus offeruntur,peritonæum iter præbet, ab ijſdem uaſis ſurculos ſibi aſſumens. Quà enim ſepto ſubductum eſt, ſepti uaſis ad nutritionem utitur: in lateribus autem ab ijs ramis, qui in lumborum regione geniculatim à magna uena & arteria porriguntur, [c] plurimas ſoboles quoque mutuatur. In anteriori uerò regione, peritonæum ſupra quidem, quà mucronatam ſpectat cartilaginem,à [d] uaſis ſub pectoris oſſe ad rectos abdominis muſculos excurrentibus ſoboles exigit: infrà autem, propagines aſciſcit ab [e] illis uaſis,quæ ſurſum ſub rectis exporriguntur muſculis. Cæterùm quòd peritonæo medici tactus ſenſum adimant, ridendum potius quàm refellendum eſt: quum unà cum illis quæ tranſmittit organis,frequentibus quoque neruis uiam offerat,à quibus ſurculos etiam adipiſcitur, idq́; ab ijs potiſsimùm [f] qui abdominis diſtribuuntur muſculis.& inſuper peritonæum ſua eſſentia conſtitutioneq́; à tactus ſenſu admittendo neutiquam eſt alienum. Peritonęi uſus complures enumerari ſolent.primus quidẽ, ut omnia ea quę diximus contegat: ex quibus quum pleraque tendi remittiq́; debeant, peritonæum (quo aptiùs fieri id poſsit) nerueum & membraneum meritò factum cernitur. ualidum quidem, ut opportunè contineret: ſed tenue,quo minùs pondere moleſtum eſſet. Secundus, quo omnia quæ amplectitur ab extrinſecus ambientibus muſculis interſtinguit, ne quando inteſtinorum aliqua in media muſculorum ſpacia incidant: & dum ipſos premunt, aut ab illis premuntur, inteſtina motui muſculorum obſtent, ac ne recrementa inteſtinis complexa difficiliùs deorſum tranſmittantur. Tertium peritonæi uſum Galenus cũ cæteris Anatomes profeſſoribus recenſet, quo id ſicci alimenti ſuperflua ſepti tranſuerſi accedente opera propellit: quaſi uerò idem officium, quod abdominis muſculos unà cum ſepto in fæcium excretionibus obire commemorauimus,peritonæum præſtet, & arbitrario motu, quo ſe contrahat, diſtendatq́;, præditum ſit,ac non tranſuerſorum abdominis muſculorum,& ſepti,quibus connaſcitur, motum neceſſariò ſequatur.adeò,ut peritonæum non magis quàm cutis,aut abdominis adeps,ipſum ve omentum, illi uſui ſub ſeruiat. Miror membranam coſtas ſuccingentem, quæ peritonæo ſubſtantia, uſu & conformatione penitus correſpondet, in thoracem arctantium organorum numero ab illis habitam non fuiſſe: quum illa non minus thoraci comprimendo, quàm hoc fæcibus eijciendis auxiliari deberet. His quartus peritonæi uſus ſuccedit, omnibus quæ peritonæum ambiunt, & potiſsimùm abdominis muſculis communis, quo is ceu inuolucrum exactè circundatum, omnia ſtringit,ne leui occaſione laxior uentriculus, aut inteſtina etiam flatibus infeſtentur. Præcipuus autem peritonæi uſus eſt, quo omnia quibus circundatum eſt, ab eo continentur,& ueluti à pelle quadam ſingula ſeorſum tecta,tutò colligantur, ſuisq́; ſedibus fixa hærent.

Proceſſus à peritonæo orti.

Peritonæũ non undiq; pariter craſſum.

Quibus partibus peritonæum peruium ſit.

Vaſa & nerui quibus peritonæum implicatur.

Peritonæi uſus.

Libr.4.de Vſu part.

k 2 *fig.* k, B, *quib. ante ſectionẽ committebatur* F, G, *ſupra* P.

l *ad latera* g, h. 22 *ſi.* & P, Q *figura* 25.

m 24 *fig.* C, D.

n 2 *figura* C, D.

o *Vide* 9 *figu.* & 17

p *Specta* E, E, H, H 27 *figu.*

q *Educitur ab* F, G 18 *ſi. dein* B, B, C, C. 1 *ta. fig.* 19.

r 1 *fig.* G, H *et* 22 *ſi.* φ, φ, *tranſmittit* γ, *et educit* χ. *et* 20 *ſi.* u.

s 7 *muſcu. tab.* r *ſ.* q.

t 2 *ſi.* E. 4 *tab.* 30 *fig.* X.

u 25 *ſi.* x.

x 1, 2, 3 *ſi. cap.* 49 *libri* 2 G.

y 1, 2 *ſi. eiuſ. cap.* M.

z *In ult. ſi. li.* 3 *& ult. ſi. lib.* 4.

a 1 *fig.* I. 25 *ſi.* u. *aut* 6 *muſ. ta.* e.

b *ſi. cap.* 6 *li.* 3. ξ, π *et ſi. ca.* 12 *li.* 3 μ, μ.

c 1 *fig.* L.

d 1 *fig.* K.

e 1 *ſi.* l.

f *In* 2 *fig. ca.* 11. *li.* 4 *ad abdominis regionẽ.*

DE

DE STOMACHO ET VENTRICVLO. Caput III.

STOMACHVM & uentriculum præcipuè oſtendunt decimaquarta & decimaquinta figuræ: quibus in uẽtriculo commonſtrando ſuccedit decimaſexta, quæ hunc inuerſum refert: dein decimaſeptima, quæ illius tunicas uti commodiſſimè eas effingere potuimus, exprimit. Inſuper uentriculum ſua ſede repoſitum proponit ſecunda figura, ſimul cum ſexta: ſua ſede autem nonnihil motum refert duodecima.

VENTRICVLVS, qui promptuarij modo eſculenta poculentaq; ſuſcipere, eaq; primo labore concoquere ac mutare debuit, non ſtatim poſt os collocatus eſt, quanquam is ſitus ad cibi dentibus attriti aſſumptionem fuiſſet accommodus. Thoracem namque, & contenta illo uiſcera, rerum Opifex uentriculo prælocauit, ut is in demiſsioribus ſedibus excrementorum haberet effluxus, illaq; procul à ſenſibus, qui in capite ſedem obtinent, deducerentur. Thoracem uerò aerem per os & narium foramina attracturum, ac rurſus eundem neceſſariò emiſſurum, ut uocis reſpirationisq; autor efficeretur, elatiùs collocari decuit. Porrò ne nimium uentriculus ab ore remoueretur, quumq; longus ab ipſo ad recrementorum expulſionis locum, uel inteſtinorum occaſione, ductus eſſe potuit, Natura illum quàm licuit proximè ori ſubiunxit. Sub thorace enim & [a] ſepto tranſuerſo inter iecur & lienem ſtatim [b] ponitur, [c] uiamq; ab ore cibos ad ſe deferentem obtinet, quæ ab uſu οἰσοφαγος Græcis nuncupatur, & communi nomine quo omnem anguſtum ductum, iſthmi ſeu colli modo alicui ampliori uentri præpoſitum uocitant, στόμαχος illis quoque dicitur: qua uoce nos Celſum & Ciceronem imitati: potius utemur, quàm gula alijs (uti & meri & ueſcet) non infrequenti dictione. Hæc itaque uia linguam ad radicem eius hærens excipit, & utraque parte [d] tonſillas attingens, à palati extremo principium ſortitur: ac agitatione motibusq; linguæ depulſum, & quaſi detruſum cibum ſuſcipiens, illum deorſum pellit, partibus ipſius quę ſunt infra id quod deuoratur dilatatis: quæ uerò ſuprà, contractis. Neruoſa enim, membranea ve, ut facilè dilatetur, prompteq; rurſus concidat, effecta eſt: & fibris ſuo muneri famulantibus concinnè intertexitur: ac reliquorum denique ductuum ritu teres, & intus accuratè lęuis lubricaq; cernitur. * Duabus etenim proprijs conſtat tunicis, ſubſtantia, duritie, craſsitie, & fibrarum ſpecie uariantibus. Harum namque interior, & totius oris palatiq; tunicæ continua, neruoſior quidem & durior, & paulo tenuior eſt, & rectis fibris manuum inſtar ciborum attractioni ſubſeruientibus donatur. Exterior uerò craſsior, mollior, propemodumq; muſculorum natura participans, carnoſior uiſitur: & tranſuerſis tantum circularibus ve abundat fibris, quæ ciborum interioris tunicæ fibrarum beneficio attractorum fœliciorem, magisq; ſubitam in uentriculum propulſionem efficiũt: & ſi quando uomentibus uentriculus quippiam protrudit, ad eius quoque eductionem ſummopere auxiliantur. Duabus his ſolùm fibrarum differentijs ſtomachus indiguit, ut rectæ quidem attraherẽt, tranſuerſæ autem pellerent. Nam ſi obliquæ acceſsiſſent, cibus in ſtomacho longiori mora hæreret: quod non ſolùm homini inutile, ſed & importunum moleſtumq; eſſet: quando nimirum ſtomachus cibo plenus, ita diutius diſtenderetur, aſperæq; arteriæ, ac pulmoni, & magnæ item arteriæ, dum ea dilatantur, longiori mora obſtaculo eſſet. Natura enim ſtomachum tutò, & ea quæ modò innuebam organa minùs moleſtaturum, per ceruicem thoracẽq; ad uentriculũ porrigens, illũ [e] exactè ſupra mediã ceruicis uertebrarũ, & quatuor primarũ thoracis ſedẽ, in neutrã partẽ inclinantẽ, aſperæq; arteriæ ſubtenſum [f] deducit. Ad principiũ uerò quintæ thoracis uertebræ [g] ſtomachus, ut ampliori magnæ arteriæ trũco ſecũdùm dorſi uertebras inferiora corporis petẽti cedat, nõnihil in dextrũ latus à media uertebrarũ regione abſcedit, arterię illi proximus, ad nonã uſq; thoracis uertebrã repens: [h] quò ſimulatq; pertingit, ab eius uertebræ eleuatus corpore, arteriã elatiùs (ne illa fortè à deuorato cibo comprimatur) aſcendit, neruoſam ſepti tranſuerſi partem uerſus ſiniſtrum latus [i] penetrans. Non equidem, ut cum Hippocrate Galenus cenſuit, arteriæ hic ad inferiora corporis prolabentis utens [k] foramine: uerùm peculiari, quod ipſi neruisq; cum illo deſcendentibus (dum ſeptum deſcriberetur) præparatum eſſe diximus. Ad nonæ igitur thoracis uertebræ uſque initium, ſtomachus uertebrarum corporibus interuentu membranularum ex dorſi ligamentis originem ducentium committitur, atque ab illis membranulis tertiam tunicam nullis omnino fibris interſtinctam, & uelut ſecundæ ipſius tunicæ inuolucrum poſsidet. Quòd uerò iuxta quintam thoracis uertebram ad dextra potius arteriæ, quàm ad ſiniſtra ſtomachus explicetur, in cauſa ipſa eſt arteria, non adeò tyranni ritu (quamuis multo ſit dignior) mediam dorſi ſedem occupans: ſed quum à [q] ſiniſtro cordis ſinu ortum ducat, & per reliquum ipſius ductum uerſus ſiniſtrum cauæ uenæ [r] ſubijciatur, ſiniſtrorſum maiore ſui parte neceſſariò uergens, ac proinde aliquantulum ſtomacho cedens, communicatorem ac uelut ſocium ſedis uertebrarum admittit: adeò ut ſtomachus & minus obliquetur, & firmiorem adhuc ſedem quàm in ſiniſtro latere reperire poſſet, obtineat. Dein ſtomachus non dextram ſepti perforat ſedem, rectaq; in uentriculum ex dextro dorſi latere porrigitur: ſed arteriæ, uti diximus, ſuperuectus, [s] obtuſoq; obliquatus angulo, ſiniſtram petit, ne is uentriculum adeundo, iecur uniuerſam dextram ſedem inferioris regionis ſepti occupans, perforare cogatur: uerùm illam ſepti partem adinueniat, qua minor iecoris pars ipſi facilem aditum præbitura, conſiſtit. [t] Talis ſanè eſt tenuior totius iecoris portio, ſiniſtræ ſepti ſedi hic ſubtenſa: cui in poſteriori regione, quà ſtomachus ſeptum permeat, [u] ſinus inſtar ſemicirculi inſculpitur, ſtomacho (cuius anteriorem ſedem inibi amplectitur) proportione congruens. Neque eſt quòd quiſpiam ijs credat diſſectionum profeſſoribus, qui ſeptum, & ipſius in primis quod ſtomachum tranſmittit foramen, ne cibus è uentriculo ſuperiora repetat, obſtaculo eſſe arbitrantur: quum idem quoque tunc pari opera in uentriculum cibi deſcenſum potius prohiberet.

Ventriculus ſub thorace locatus.

Vix cibum potumq; uẽtriculo deferentis nomine. Initium. Subſtantiæ et formæ ac tunicæ.

Inceſſus.

Libr. 5. de Admi. ſect. Stomachum non eodem cum arteriæ magnæ uti foramine ſepti.

a 7 muſc. tab. Δ.
b 6 fig. F, F inter D, D & G.
c 14, 15 fi. A, E, C, D.
d 6 fi. muſ. tabu. F. 14 fi. E, E.
* Harũ delineationẽ pete ex ſimilitudine 9 aut 17 figurarum.
e 7 muſc. ta. E ſuper B ac ſub F.
f 15, 14 fi. ab A ad B.
g einſ fig. B uerſus C, ut cederet 1 fi ca. 12 li. 3.
h 15, 14 fi. C uerſus D, G.
i 7 muſcu. tab. r.
k 7 muſc. tab. q.
q Specta totam 10 fi. lib. 6. ac O, P, 6 fig. huius lib. 6.
r 22 fig. h ad g. & 20 fi. R ad Q.
s 14, 15 fi. D. uerſ. G.
t Pete id ex 12 fi. ad Φ, R. 20 fi. ad E, E.
u 18 fi. 1.

hiberet. Quemadmodum & mera quoque est fabula, qua alij angustiorem stomachum hic, quà uentriculo continuatur, quàm in ceruice esse contendunt: atra bile in uentriculi superius os à liene eructata, eum colligi constringiq; falso existimantes. Cæterùm obliquus ille ductus, quo stomachus arteriam conscendens in siniſtrum fertur, [x] neruis etiam (ne scilicet plus æquo extendantur) commodus est, quos paulo pòst uentriculo inferi audies. Neque profectò sufficit Naturæ, stomacho in cum modum obliquato, ad uelocem ciborum transitum commemoratas tribuisse fibras: uerùm ut ipsius cõcauitas semper humecta ac uelut obuncta esset, glandulas illi adiunxit, in faucibus quidem [y] quasdam stomacho & laryngi communes, quæ saliuam humoremq; illis organis, ne exiccentur, præparantes, Latinis tonsillæ appellantur. [z] In medio autem propemodum stomachi ductu, quà is asperæ arteriæ in [*] duos truncos ad pulmonem diuisæ subijcitur, binas alias sæpe stomacho non apponit modo, sed & in posteriore ipsius sede & ad latera adnectit, [a] illis planè respondentes, quas uesicæ ceruicis initio in uiris Natura circumdedit. & quemadmodum has urinæ seminisq; genitalis in pene meatum irrigare suo loco commemorabimus: sic etiam glandulæ stomacho adnatæ, illius cauitatem irrorant, ac ne ob siccitatem cibus in uentriculum difficilius prolabatur, saliuali quodam humore imbuunt. Cæterùm si quid de stomacho adhuc dicendum superst, in uentriculi descriptione id iam persequemur. [b] Ventriculum igitur (qui inter reliquos corporis uentres sinus ve non minimam cauitatem obtinet, hincq; etiam γαστὴρ & κοιλία Græcis, ut nobis uenter & uentriculus potissimum appellatur) mox sub thorace collocari, iam obiter diximus: nunc exactè ipsius situm, reliquamq; historiam pertractaturi. Galenus itaque uentriculum in corporis medio repositum asserit: quod plerique dissectionũ professores ab ipso mutuati, non simpliciter enunciant, uerùm hunc secundùm omnes positionis differentias ad amussim mediam sedem, instar communis omnium partium officinæ, & regis alicuius, adeptum contendunt: perfunctoriè admodum in hominis erecti, aut etiam diductis maximè cruribus & brachijs, ueluti in circulo positi proportione metienda uersati. Neque etiam æqualis uentriculi portio dextrum & siniſtrum occupat, neque uentriculus in posteriora adeò atque in priora corporis exporrigitur, quamuis fortè [c] elatius ipsius orificium id sibi non immeritò uendicare posset. Statim enim ac stomachus septum in siniſtra neruosæ ipsius partis sede penetrat, continuum cum uentriculo corpus [d] efficitur, quod in siniſtro latere amplam septi sedem contingens, totam regionem inter iecur & lienem uacuam complectitur. In dextro autem latere uentriculus nusquam septum attingit, sed iecoris duntaxat concauo subtensus, tota ipsius parte superiore, & dextro item latere à iecore occultatur: tantumq; à dextra septi sede passim abscedit, quanta iecoris est crassities, quum interim magnam septi sedẽ (uti modò dicebam) siniſtro suo latere contingat. Neque id sanè admodum lien impedit, qui non ita uentriculi siniſtro lateri attenditur, adeoque in corporis anteriora, ut medicorum uulgus arbitratur, pertingit, sed potius in posteriora humilioraq; (tamẽ & ad latus nonnihil) substernitur. Dein, non solùm in siniſtrum (ad septum usque scilicet) magis quàm in dextrum (utpote ad iecoris tantum cauum) uentriculus protenditur: uerùm ipsius forma in homine (nulla enim nunc mihi cum Galeno, neque canum, neque simiarum est consideratio) talis cernitur, ut maxima ipsius quoque portio in siniſtro collocetur, haud secus quàm si inibi maiorem quà aptè contineri possit sedem adinuenisset, idq; illius functionibus uideretur accommodum. Ventriculus enim forma perquàm uarius est: at si quis illum obiter examinet, rotundus, & à dextro in siniſtrum oblongus, aut secundum latitudinem quodammodo teres, primùm occurrit: rotundus quidem, quòd rotunda omnia sint capaciſsima, & interim minimum noxijs expositа: oblongus uerò, quòd id sedes qua continetur, & deinde bina ipsius [e] orificia, alterum quo cibos admittit, alterum quo iam confectos in inteſtina protrudit, exigere uideantur. Cæterùm si deinceps uentriculi forma accuratius expendatur, in siniſtro latere multo amplior rotũdioráq; & ad inferiora quoque prominulus cernitur: ac dein hinc uersus dextra uergens, paulatim in angustum cogi, & superiore quidem sua regione descendere, inferiore autem ascendere conspicitur, adeò ut in dextro latere multo quàm in siniſtro quadat gracilior. Sic quoque superiore quidem sede, quæ ab uno orificio ad alterum pertinet, strictior angustioráq; est, inferiore autem latior ampliorq;. [f] Anteriore parte æqualiter undique gibbus occurrit, nulla ex parte deformatus. Posteriore sede duos quodammodo gibbos commonstrat, [g] unum siniſtrum, eundemq; magnum, proceriusq; extuberantem: [h] alterum dextrum, minorem, ac depressum magis. Atque hos gibbos [i] sinus quidam impressio ve parat, secundum corporis longitudinem posteriori uentriculi sedi impressa. Quà enim uentriculus dorsi uertebras, ipsisq; exporrectos uenæ cauæ & arteriæ magnæ descendentes [k] truncos respicit, ac sedi quam sortitur sese utcũnque adaptat, posterior ipsius regio introrsum quasi ad suam cauitatem nonnihil imprimitur: quamuis interim uentriculus è corpore auulsus inflatusq;, eiusmodi sinum non ostendat, & perinde totus inibi ac anteriori regione gibbus conspiciatur. Porrò ad uentriculi quoque formam duo ipsius pertinent orificia, è quibus [l] unum quo cibus & potus assumi dicebatur, in elatissima siniſtræ uentriculi partis sede ob hoc consistit, quòd stomachus inibi septum commodè perforans, illic primùm uentriculo connasci, commune ve cum ipso corpus fieri potuit. Et quanquam superius uentriculi os in siniſtra eius parte haberi dicimus, propinquius tamen mediæ ipsius sedi quàm siniſtro lateri accedit: quod tanto apparet manifestius, quanto uentriculus occurrit turgidior. Alterum uentriculi orificium cibos in cremorem emutatos ad inteſtina transmittens, & πυλωρος inde Græcis, nobis autem ianitor & inferius seu dextrum os appellatum, [m] in dextra uentriculi sede consistit: non quidem, ut reliqui dissectionum professores tradunt, illiq; existimant, qui tam pertinaciter de ciborum assumendorum ordine altercantur, huicq; orificio nomen à situ non admodum aptè imposuerunt, & nunquam auium ingluuiem & stomachum, ruminãtiumq; animalium uentres expenderunt, in eius sedis inferiori regione, sed in elatissima, dextroq;

uentriculi

Glãdulæ stomacho crebrò adnatæ.

VENTRICULI *historia.*

Libr. 4. de Vsu part.

Ventriculi situs.

Ventriculi forma.

Duo uentriculi orificia

x 14, 15 *fi.* I, V.

y 14 *fig.* E, E.

z 14, 15 *fi.* F, F.

* *fi. capit. 6 lib. 4 inserta* K, L.

a 22, 23 *fig.* Ξ.

b 2 *fi.* P, P. 6 *fi.* F, F. *de inspectis* 14, 15, 16 & 17 *figuras.*

c 12 *fi.* R. 20 *fi.* F.

d *ad* G 14 & 15 *fi. atque ita eas figuras, & inſupee* 6, 12, & 20 *expendito.*

e 14, 15 *fi.* G, H.

f 14 *figu.* L, L.

g 15 *figu.* M.

h 15 *fi.* N.

i 15 *fi.* O.

k 22 *fi.* g, *h.* 25 *fi.* P, Q.

l 14, 15 *fi.* G.

m 14, 15 *fi.* H. 12. *fi.* S.

uentriculi lateri proxima. Non enim ſat erat mutuo, è directoq́; hæc orificia inuicem (ne ocyus cibus adhuc immutatus è uentriculo laberetur) non opponi : uerùm inferius ex elatiori quoque uentriculi ſede explantari oportuit, quo minus ſua grauitate cibus uentriculum præterfugeret : ſed tunc primùm, quando confectus,& in cremorem exquiſitè mutatus eſt, uentriculi potius excernendi robore, quàm ſuo pondere, in inteſtina propelleretur. quorum principium, iſtud uentriculi orificium conſtituit, explantatq́;: quare etiam [n] primum inteſtinorum, quod duodecim digitorum eſt longitudine, Exortum plerique nominarunt. Neque profectò iniuria alterum hoc orificium dextram uentriculi ſedem occupat, quum hæc medio cauæ iecoris ſede contermina ſit, in quam iecur ſuarum uenarum beneficio, e inteſtinis, ipſoq́; adeò uentriculo, quicquid ſucculentum ab illo confectum eſt, arripit ac depaſcitur. quod eo iecur præſtat facilius, quo partes elaboratum à uentriculo cremorem primùm excipientes, illi uicinius collocantur. Præterea uentriculi orificia non ſitu duntaxat inuicem uariant, ſed inferius quoque ſuperiore arctius eſt : quòd rudes, non tritas, duras, magnasq́; moles homo ſubinde deuoret, ad quarum ingreſſum amplam uentriculi uiam eſſe oportuit. Per inferius è contrà, rariùs magnum, durum, non conuerſum in ſuccum crudumq́; tranſit : quanquam ſanè non adeò anguſtum ſit, ut ſolum cremorem tranſmittere queat. quandoquidem non pauci quamplurima fructuum oſſa impenſe etiam magna, crebrò deuorata innoxiè excernunt, & Galenus à quodam anulum aureum qui ore tenebatur, imprudenter deglutitum, eundemq́; promptè excretũ narrat. Neque orificij huius amplitudinem ſe ignoraſſe callidus ille Hiſpanus docuit, qui ſuperiori anno Clinianæ cuipiam Bacchidi quadraginta uniones, ex illis quas hic nobiles matronæ collo geſtant, unà cum aurea cruce quinque gemmis inſtructiſsima,& fide pariter qua hęc continebantur, ſuffuratus eſt. Illa nanque quum huic noctem ſe daturam, niſi prius numeratis quinquaginta aureis, negaret, atque is lætè annuiſſet : ipſa à patricio Veneto pathico ſuo, ut comptior ornatiorq́;,& magis placida eſſet, elegantiſsimum uxoris ſuæ monile obtinuit. cui Hiſpanus, quo meretriculæ uices reponeret, inhians, eam quàm potuit ſalaciſſimè, ut ſuauiùs tandem obdormiret, exercuit: ac poſtmodũ ſoluto monili ſingulos uniones,& crucem, ac poſtmodum fidem (ne quid ſuo furto obſtaret) deuorauit. Cæterùm Galenus & omnes eius aſſeclæ [n] ganldoſam carnem inferiori orificio priuatim tribuunt, hanc ad eius orificij conſtrictionem auxiliari, ac in quibuſdam animalibus manifeſtiorem eſſe affirmantes. Iſtam ſanè in canibus primum, qui illa donantur maxima,& carnis colorem inſigniter prædita, deinde in homine examines uelim. Eam ſiquidem hanc eſſe arbitror, quę duodeno inteſtino adnaſcitur, qua portæ uenæ [o] ramus cũ coniuge arteria, illi ſubtenditur. Verùm hæc non in hoc ut inteſtinum illud, aut inferius uentriculi orificium claudat, arctet ve, procreata eſt : ſed ut uaſa inteſtino exporrecta ſurſulciat, ac parem cum glandio [p] iuguli & [q] meſenterij, & [r] humilioris membranæ omenti uſum præſtet. Deinde ſi quæ conſtringendi uis huic glandoſo corpori præter communem glandularum, quæ conterminas ſibi partes lubricas humectasq́; reddunt, uſum, indita eſſet, ipſum orificium aut inteſtinum neceſſariò ambiret, fibrarumq́; natura participaret, aut tranſuerſarum, muſculi ueſicæ ceruicis inſtar, aut obliquarum ueſicæ & uteri corporis modo : quum interim id fibris omnibus deſtitutum, ad inteſtini longitudinem recta duntaxat linea illi adnaſcatur. Quanquam non deſint, qui ſolis libris edocti, ſuoq́; arbitratu Naturæ opera comminiſcentes, glandoſum id corpus muſculum eſſe ſcribant, eo inferius uentriculi orificium orbiculatim amplecti nugaciter affirmantes, atque hinc etiam corpus id perinde ferè ac Galenus octauo de Partium uſu τύλωρον ianitoremq́; appellantes. Porrò (quod illis animaduertendum erat hominibus) [s] non ſolum in inferiore uentriculi orificio, ſed & in ſuperiore, ſubſtantia uentriculi craſsior ſpiſsiorq́; eſt, ac orificia uelut in interiora extuberantiorem inſtar circuli partem obtinent, uentriculum membraneæ neruoſæq́; prorſus ſubſtantiæ, non uerò uti hoc in loco Galeni nomine quis ſibi falſo perſuadere poſsit, glanduloſæ cuipiam, penitus reſpondentem : quæ quidem inter diſſecandum integro adhuc uentriculo tactu percipitur, aperto autem inuerſoq́; in conſpectum uenit, manifeſtè uentriculi initium ſtomachi ve finem & duodeni inteſtini originem proponens. Videtur enim tunc ſtomachus, idq́; inteſtinum ex ipſo uentriculo quodammodo enaſci, aliæq́; omnino quàm uentriculus ipſe, partes eſſe: quum tamen exteriùs nihil tale appareat, neque ulla uentriculi portio præter reliquam ſuperficiem emineat. Hæc craſsior adauctaq́; uentriculi ſubſtantia ac ſedes in internam ipſius regionem educta, ad hoc potiſsimum procreatur, ut ora uentriculi robuſtiora denſioraq́;, quàm reliquum eius corpus, euadant, ne fortè à tranſeuntium impetu diuellantur, rumpanturq́;,& dein fortaſsis, ut quum ora conſtringuntur huius extuberantioris particulæ introrſum conniuentis occaſione, citius arctentur occludanturq́;. Et ſanè quemadmodum [t] exterior uentriculi ſuperficies læuis & plana eſt, ſic & [u] interior quoque ipſius amplitudo, ſi modò duo, quæ iã diximus, tubera circulatim prominentia exceperis. Ventriculus enim inibi nihil præter rugas quaſdam, ſi uehementer conſtrictus reperiatur, oſtendit, inteſtinorum & [x] ueſicæ cauitati reſpondens, quamuis interim obfuſcum & quaſi nubeculis intenſe rubentibus interſtinctum colorem exprimat, quum tamen exteriùs omnino penè albicet. Verùm interim nonnunquam in admodum obeſorum hominum uentriculis, utcunque copioſus, ſed læuis & lubricus, adeps circa fundi in ſiniſtro latere regionem internæ ſuperficiei adnatus reperitur : quam nonnulli, ruminantium omaſis tot ueluti alueolis faui quaſi in modum interiori amplitudine obſitis ornatisq́; deluſi, cellulis quibuſdam & continuis ſinibus abundare, falſo ſcripſerunt. Ventriculi quantitas, uaria eſt admodum. nam ſi è corpore exemptus, ueſicæ modo infletur, haudquaquam miraberis tantam ciborum uim, uiniq́; copiam uno tempore poſſe abſumi. Neque in homine æquè ſemper eſt turgidus, ſed quum pro ſua natura ſe habet, conſtrictoriaq́; ui utitur, quamlibet exiguum multum ve ſit quod continet, totum id undique complectitur, nullam uacuam ſedem relinquens. ac proinde pro aſſumptorum ſe habet ratione, ut & multa (ne perpetuò edere cogatur homo)

Orificiorũ non par amplitudo.

Lib. de Naturalibus facultatibus.

Glandulosa caro nõ procul ab superiori orificio distans.

Protuberãs uẽtriculi in orificijs substantia.

Ventriculi superficies.

Vèntriculi quantitas.

n 14, 15 fi. P. 7 fi. ab 1 ad K.

n 12 figu. pi. 15 fi. S.

o 12 fi. h.

p 2 fi. lib. 6 F.

q 10, 11 fig L, L. M, M.

r 3, 4 fig. n, n.

s Iuuere 16 fi. ad h, k.

t 14 fig.

u 16 fig.

x 23 fig. v in dextra figur.

Ventriculi substantia quibus formetur tunicis.

assumere amplectiq; possit: & rursus si modica offerantur, ea undique amplexetur ac concoquat. Huic actioni ipsius congruit substantia nimirum maxima ex parte membranea, quæ commodè usu exigente ampliari dilatariq; queat: & rursus quum opus est, colligi ac constringi. y Constat enim uentriculus duabus latis tenuibusq; tunicis sibi inuicem iunctis, perinde ac stomachus, sed nonnihil dissimilibus. Quandoquidem interior uentriculi similiter, atque interior stomachi, neruosa membraneaq; est, & totius stomachi, oris & labrorum, uti sanè & intestinorum interiori tunicæ continua: duritie tamen ab oris stomachiq; tunica modicè differt. quòd duriores asperioresq; cibos, priusquam in uentriculum decidant, ore conficiamus: à quibus id contunderetur & raderetur, nisi dura densaq; eiusmodi tunica euasisset. Vnde etiam tunica ori, & stomacho, & uentriculo communis, sensim ad uentriculi fundum accedens, mollior efficitur. Fibris hæc duplicibus intertexitur, quo etiam ab interna stomachi uariat. Interior enim tunicæ pars, uentriculi cauitatem respiciens, rectis ijsdemque plurimis donatur fibris. Attrahat namque uentriculus cibos & potus per stomachum oportet, huiusmodi fibris ceu manibus alliciens: quæ quum contrahuntur, stomachum uentriculumq; breuiant: adeò ut inter deglutiendum z larynx, descendente stomachi initio, sursum conscendat, quòd mutuus stomachi & laryngis sit connexus: & interior laryngis tunica, cum interiori tunica stomachi, adeoq; uentriculi, cernatur esse continua. Secundum uerò fibrarum interioris uentriculi tunicæ genus, obliquarum est, in externa tunicæ sede, qua secunda illam amplectitur, situm. Quemadmodum enim cibi potusq; attractio, eorundem necessariò præcedit retentionem, ita rectas fibras interiùs obliquis Natura coordinauit. Deinde ut retentionem, ciborum iam confectorum succedit expulsio, ita quoque secunda exterior ve uentriculi tunica transuersas fibras obliquis exteriores meritò nanciscitur. Hæc enim interiore crassior & mollior, minusq; compacta, transuersis abundat fibris, secundæ stomachi tunicæ respondens, nisi quòd illa paulo minus quàm hæc carnosa est, & aliquot etiam obliquis implicatur fibris.

Exteriorem uẽtriculi tunicã in fundo impense non esse carnosam.

Cur autem uentriculum, aut hanc exteriorem ipsius tunicam adeò impense carnosam secundum uentriculi fundum, humiliorum ue ipsius sedem, esse plerique scribant, non satis assequor. Videntur enim suis somnijs confisi, a fundum uentriculi, quo melius concoquat (uti & stomacho, propter exteriorem ipsius tunicam utcunque musculosam, conficiendorum ciborum uim tribuunt) insigniter carneum statuere: quum interim uentriculus illic neque carnosior, neque crassior sit, quàm ad elatiorem ipsius sedem. Imò si uerùm fateri licet, b superior uentriculi pars carnosior est inferiore: ut nunc taceã neruorum superioris sedis frequentiã, tunicarum eius sedis crassitiem insigniter adaugentẽ. Cæterùm duabus his uentriculi tunicis c tertia accedit, instar operimenti & propugnaculi cuiusdã, tunicæ exteriori circundata & peritonæo, d qua id septi partem stomacho iter præbentem integit, pronata. Hic enim peritonæi portio primum elationi uentriculi orificio, deinde uniuerso ipsius corpori ad duodeni usque intestini originem obducitur. Atque hæc à peritonæo procedens tunica, omnium quas id reliquis secundùm uterum organis exporrigit, facilè crassissima cernitur: ac, ut postea dicturus sum, e superiori membranæ omenti principium præbet, omnes uentriculum petentes uenas, arterias & neruos primùm excipiens, firmansq;. Venæ omnes à sola portæ f uena originẽ ducunt. Nulla enim quantũuis exilis à g caua uena uentriculo secundùm corporis longitudinem substrata, ac peritonæi hac in sede initio proxima, uentriculum accedit. Quanquam fortè quispiam, perinde ac ego aliquando feci, secus arbitraretur, qui Galenum in sexto de Administrandis sectionibus libro, & quarto item de Partium usu, de caua, atque adeò magna uena, non autem de uniuersa portę uena, aut * sinistro ipsius trunco loqui existimaret: quum peritonæi uarios enarrans processus, & omenti exortum cum mesenterij principio edocens, in uentriculum uenas uariè propagari scribit, à magna uena sub uẽtriculo, secundùm ipsius longitudinem delata. Cæterùm arteriæ in uentriculum digestæ, omnes ab illis ortum habent, h quæ à magna arteria in humiliorem omenti membranam primùm digeruntur, ac in id & iecur, & bilis uesiculam, & lienem, & in uentriculum denique ipsum deriuantur. Ac i prima quidem uentriculi uena, à portæ uena, priusquam in duos grandes ipsius truncos discinditur, principium obtinet, ad inferius uentriculi orificium, conterminaq; ipsi ad posteriorem eius sedem loca excurrens. k Arteria autem huic uenæ coniunx, propago eius arteriæ censetur, quæ secundùm portæ ductum, iecoris cauum adit. l Secunda uena coniugem undecunque habens arteriam, toti dimidiæ inferiori uentriculi parti subtenditur, superiore membrana omenti suffulta, à qua & anterior & posterior fundi uentriculi dextra sedes furculos mutuatur. Præsens uena frequenter ortum ducit ex dextra uenæ portę regione, quà in duos grandiores ipsius truncos finditur. m Arteria uerò ab illa pronascitur, quam in iecur deriuari diximus. n Tertia uentriculi uena impense gracilis est, comite carens arteria: & à uenæ portæ graciliori sinistro ve enata trunco, in posteriorem uentriculi sedem (qua dextrum ipsius gibbum inibi prominet) pauca ramulorum serie dispergitur. o Quarta uena ab eodem quo nuper dicta trunco prodiens, toto incessu p arteriã, ab ea quæ per inferiorem omenti membranam lienem petit, enatam, sibi coniugem asciscit, omniumq; uentriculum accedentium uenarum (ut & arteria arteriarum) facilè est præcipua, ac in numerosiores ramos diuisa. Procedit enim sursum ad medium posterioris sedis uentriculi, ac primùm utrinque ramum spargit in plures furculos per posteriorem uentriculi sedem diuaricatum. Dehinc sursum ad dextrum superioris uentriculi oris latus sensim conscendit, illudq; coronæ modo amplectens, ramulos complures deorsum in uentriculi corpus digerit: paucos, eosdemq; graciles in stomachi finem, quo is uentriculos committitur, sursum offerens. Ab hac uena, quum dextrum oris uentriculi latus ambit, q propago editur, secundùm elatiorem uẽtriculi sedem ad ipsius usque humilius orificium pertingens, ac in progressu deorsum quoque geniculatim soboles aliquousque diffundens. r Quinta uena comite arteria non priuata, sinistram uentriculi fundi sedem implicat: & superiori membrana omenti suffulta, ramos elatiore sua sede in uentriculi anteriora poste

Ventriculũ petentes uenæ ac arteriæ.

y *Quòd fieri licuit, uẽtriculi tunicas 17 figura expressimus.*

z *Laryngi simul cũ stomacho ostendunt 2, 3, 5 fi. ca. 21 li. 2 ubi stomachus H. notatur.*

a *Secundũ K, K. 14, 15 fig.*

b *14, 15 fi. iuxta G.*

c *17 fi. k, k.*

d *7 musc. tab. r.*

e *2 fig. Q, Q, Q, 3 fig. a, a, a.*

f *fi. cap. 5 lib. 3.*

g *22 fi. g.*

* *fi. 5 cap. lib. 2 F & 4 fig. f.*

h *fi. indict. fi. ca. 12 li. 3 inserta m hic uerò 4 fig. ß.*

i *fi. ca. 5 li. 3 D. fig. 15 a uersus H.*

k *fi. ca. 12 lib. 3 p.*

l *fi. cap. 5 li. 3 H. 2 fi. R. 14, 15 fig. c.*

m *fig. cap. 12 lib. 3 r.*

n *fi. cap. 5 lib. 3 K. 15 fig. b.*

o *fi. cap. 5 li. 3 N. 14, 15 fig. d.*

p *fi. ca. 12 lib. 3 x natum ab u.*

q *14 fig. e uersus H.*

r *fi. cap. 5 li. 3 Z. 14, 15 fig. f. 2 fig. S.*

rioraq;

rioraq́; emittit. Huius principium dependet ab ampliore uenę portæ ramo, lienis infimæ ſedi inſerendo: & [s] arteria, uenam eam concomitans, ab arteriæ ramo pullulat, lienem hic accedente. Sexta uentriculi uena, ea demum eſſet, quæ ſola Anatomicis in ore uerſatur, quamq́; à liene in ſuperius uentriculi orificium perferri omnes aſtruunt. Ego ſanè, ut uerum fatear, non unicam, ſed [t] plures, easq́; non ſemper pari numero ab illis quæ lieni exporriguntur uenas pronaſci, præter quintam antè enumeratam, obſeruo, ſiniſtri lateris uentriculi ſedem lieni proximam accedentes: inter quas ferè ea ſolet eſſe præcipua, quæ à maiori uenæ portę ramo, altiori lienis parti inſerto, principium ducit: à qua rarò furculi, pilorum inſtar graciles, quaſi ad ſuperius uentriculi orificium pertingunt. His uenis ſiniſtrum uentriculi latus adeuntibus, comites perpetuò iunguntur arteriæ, ab illis quoque quæ lienem ſubeunt propagatæ. Commune omnium uentriculi uenarum officium eſt, ut & alimentum ipſi adferant, & ſucculentioris ab illo confecti cremoris ad iecoris cauum, non aliter ac inteſtinorum uenę deducant. Proprium uerò earum quas ſexto loco enumeraui uenarum, & potiſsimùm quintę munus, cum alijs diſſectionum profeſſoribus eſſe (at timidè interim, & præter animi propemodum ſententiam) fatebor, ut ſi quid in uentriculum lien eructet, illæ eius ſint uehiculum, idq́; in uentriculum fundant. Cæterùm frequentes uentriculi arteriæ innatum ipſius calorem recreant, & ſucculenti etiam aliquid (ſi auſim modò proloqui) ex uentriculo fugere uidentur. Præter has uenas & arterias, uentriculo nullum aliud uas implantatur: & ſi fortè meatuum bilem deducentium aliquis in uentriculi fundum pertineat, id ſanè fit quàm rariſsimè: & mihi ſemel hactenus duntaxat eius generis tenuiſsimus meatulus occurrit in bilioſiſsimo homine, quem ex longis pontificijs nauibus ſectioni adhibuimus. Nerui uentriculi in hunc habent modum. [u] Præcipuæ ſexti neruorum cerebri paris portiones, poſtquam [x] recurrentes diffunderunt neruos, ramuloſq́; cordis inuolucro & pulmoni communicarunt, deorſum ad ſtomachum properant, dextra quidem ad dextrum latus, ſiniſtra autem ad læuum. Simulatq; uerò aliquantiſper nerui cum ſtomacho deſcenderunt, fibrarum duntaxat interuentu illi commiſsi, uterque neruus bipartitò ſcinditur: & dexter quidem ſuis ramis obliquè ſiniſtrorſum fertur, ſiniſter autem dextrorſum: atque ita ambo nerui ſtomachum concomitati, ſeptum tranſuerſum permeant, nullam interim (ut diſſectionum rudibus uiſum fuit) ſepto ſobolem offerentes. Vbi autem quatuor duorum neruorum rami [y] elatius uentriculi orificium contingunt, multiplici propaginum ſerie id amplexantur, ſurculos notatu digno interuallo rectà deorſum promentes. A ſiniſtro ſexti paris neruo dextram eius orificij uentriculi regionem implicante, [z] inſignis utcunque ramus ſecundùm elatiorem uentriculi ſedem, ad ipſius uſque inferius orificium diducitur: qui etſi in progreſſu aliquot diffundat propagines, uentriculiq́; inferius orificium ſurculis quibuſdam implicet, non tamen inibi totius abſumitur, ſed in iecoris quoque cauum [a] prorepit. Cæterùm humiliorem uentriculi partem [b] alij duo accedunt nerui, à ſexti neruorum cerebri paris [c] propaginibus, ſecundùm coſtarum radices deorſum deductis principium obtinentes, ac illarum [d] arteriarum coniuges, quæ ſuperiore membrana omenti ſuffultæ, in uentriculi fundum digeruntur. Quinetiam interdum ſiniſtro uentriculi lateri [e] quædam neruorum offeruntur ſoboles, à [f] neruis pronatæ, qui cum arterijs lienem accedunt. Inter hos tam uarios neruorum, quos uentriculus obtinet, ſurculos, nulli profectò tantam Naturæ oſtendunt prouidentiam, atque ſuperiori ipſius orificio [g] inſerti. Non enim duntaxat id, ut noxam à bilioſo, eius ve generis humore aliquo inductam ſentiat, adeò frequentibus neruis ſcatere credimus: ſed ut per illos ueluti riuos & ductus, animalis uis ipſi in primis diſpenſaretur, ac cibo potusq́; indigentiam uentriculus ſentiret, ad ſumendaq́; cibaria excitaretur. Atque hi demum illi ſunt nerui, quibus [h] obliquum ſtomachi ductum conferre, prius retuli. Molles enim quum ſint, & graciles, ſi longa uia recto tramite tenderentur, & uentriculum cibis recipiendis deſtinatum, à ſe ſuſpenſum haberent, ab eius mole perpetuò tenſi, leui occaſione rumperentur, niſi eiuſmodi implexibus & tortuoſis ductibus Natura illis ſedulò proſpexiſſet. Ventriculus (ut iam ipſius munus aggrediar) octo habet facultates: ac quatuor quidem omnibus uniuerſi corporis partibus, quæ nutriuntur, communes: quatuor autem ſibi peculiares, quibus uniuerſo corpori famulatur. Verùm hæc nimium obiter perpendunt, integros libros hac quæſtione, An uentriculus ſuo quẽ iecori conficit ſucco, aut ſanguine ſeorſum, an ſimul ambobus enutriatur? cõmaculantes. Quandoquidem beneficio illarum facultatum, quas uentriculus cum reliquis partibus communes adipiſcitur, proprium ſibi nutrimentum ex uenis allicit, retinet, elaborat: & ſi quid ſuperfluum ipſi fuerit, à ſe abigit. Munijs uerò, quibus toti ſeruit corpori, eſculenta quidem poculentaq́; rectis fibris per ſtomachum ex ore aſſumit, mox obliquis fibris aſſumptum retinet: totumq́; tantiſper amplectitur, donec id ingenita ſibi uel eſſentiali forma, facultate, in ſuccum cremoremq́; colore ſubſtantiæ ſuæ ſimilem reddat: ac demũ quod confecit inteſtinis exhibiturus, inferius orificium ſuum laxet, tranſuerſisq́; fibris quod amplexabatur, deorſum protrudat. Cæterùm uim ipſius alteratricem, undequaque eum circundantia organa, ac uelut lebetem ingentes foci ſolent, excalefacientia, non parum adiuuare credimus. totam enim ſuperiorem eius ſedem uerſus anteriora, & dextrum ipſius latus, iecur complectitur. elatior uerò ipſius pars, ad ſuperioris ſui orificij poſteriorem ſedem conſiſtens, & ſiniſtrum eius latus uniuerſum, ſepto ambitur: excepta ſolùm ea regione, quam lien ad ſiniſtrum uentriculi latus humiliori poſterioriq́; parte occupat. In poſteriore autem ſede, uentriculus inferiorem omenti membranam, & quæ in illam excurrunt uaſa proximè ſubtenſa obtinet. Dein ſub hac ſepti tranſuerſi pars, & uena caua, & magnæ arteriæ truncus, præter dorſum, ipſiusq́; muſculos, conſiſtunt. & uniuerſæ inferiori uentriculi ſedi omentum partim attenditur, partimq́; connaſcitur. præterea & huic ſedi ſub omento colum inteſtinum elatiùs, tenuia uerò inteſtina demiſsiùs attendun tur. At alij anteriorem uentriculi ſedem omento integi ſomniant: quum tamen elatior omenti membrana, recta duntaxat linea, inferior ipſius parti ſecundùm anteriora adnaſcatur, nulla interim omenti parte

Venarum uentriculi munus.

Arteriarũ. Veſiculæ bili meatus in uentriculũ.

Ventriculi nerui.

Neruorum uẽtriculi uſus.

Totius uentriculi munus.

Qui uentriculi munijs ſubſeruiant partes ipſi accumbentes, atq; ita illius ad alias partes contactus.

Nullam omenti partem anteriori uentriculi ſedi obduci.

[s] 5 ſi. ca. 12 lib. 31.

[t] 5 ſi. cap. 5 lib. 3 X, Y. 14, 15 fig. L.

[u] 2 ſi cap. 2 li. 4 ſ. 14 15 ſi. T, V.

[x] 2 ſi. cap. 2 lib. 4 m, p.

[y] 14. 15 fig. G.

[z] 2 ſi. cap. 2 li. 4 u ad x 15 ſi. X. a 15 ſi. Y. 20 ſi. K.

[a] 2 ſi. cap. 2 li. 4 ß. t.

[b] 2 ſi. cap. 2 lib. 4 b. d 14, 15 ſi. e, f.

[c] 15 figu. g, g.

[d] 2 ſi. cap. 2 lib. 4 n. g 14, 15 ſi. T, V.

[e] 14 figu. B, C, D.

Hæc petes è 2, 3, 6. 12, 20 figuris: uti quũ uentriculi ſitũ enarrare-mus, collige re promptũ fuit.

uentriculi anteriori sedi obducta. [i] Vacat itaque magna anterioris uentriculi (si quando impense turget ac distenditur) sedis regio, neque iecore, neque septo transuerso, neque omento, neque liene obducta: quanquam omenti uice aliud uentriculus hic obtineat subsidium, in calefaciendo iam dictis auxilijs non absimile. Præter peritonæum enim, & octo abdominis musculos, [k] uena ab umbilico iecori deducitur, qua fœtus nutrimentum accipit, quæq; post partum exanguis inutilisq; efficitur. Huic uenæ, quà peritonæo nexa uentriculo insternitur, in circuitu adeps multus, non tamen omnibus æquè copiosus, adnascitur: qui ut & uentriculus suo in concoquendo munere alacrius laboret, aliquid auxilij præbet. Impensius enim conducit iecur, lien, & quæ posteriori uentriculi sedi subtenduntur uenæ ac arteriæ, ut & ipsum quoque septum indefesso suo motu uentriculum minimè negligit. Quinetiam cordis septo incumbentis calor, ad perfectiorem uentriculi functionem non censetur inutilis.

i *Istud i. potissimum exhibet.*

k 2 *fig. l. dein G.*

DE OMENTO. Caput IIII.

OMENTI delineationem in primis proponunt quarta & quinta figuræ, ac dein secunda & tertia: uti ex illarum figurarum indicibus est colligere.

Omenti sermonem nũc instituendum.

PROXIMVM fortè nunc erat, intestinorum, ut quæ confectum à uentriculo succum excipiant, enarrationem subiungi: sed quia illis omentum incumbit, & uelut innatat (unde & à Græcis ὀπὶ πλεω & ὀπίπλοον, uulgoq; uentris mappa dicitur) & quia dissecantibus prius quàm intestina occurrit, ac demum non minus quàm intestina uentriculo continuum magna ex parte est, non admodum inopportunè id hoc loco aggrediemur.

Omenti situs.

[a] Omentum itaque, Arabibus Zirbus nuncupatum, in peritonæi amplitudine positum, mox anteriori illius sedi subijcitur: & super [b] intestina extensum, ad lienem quoque, & iecoris cauum, ac posteriorem uentriculi sedem propemodum uniuersam, eiusq; fundum exporrigitur. Verùm etsi omentum iecori, uentriculo, lieni, ijsq; demum sedibus, à quibus originem ipsius pendere audies, proximum attensumq; in dissectionibus perpetuò reperitur, non semper tamen ad pubis usque os, intestinis obductum uisitur. Huius enim portio, quæ in homine alioquin intestinis, perinde ac in canibus, porcis & simijs, [c] insterni debebat, rarò ultra umbilici regionem dimissa, [d] sed maxima sui parte sinistrorsum lienem uersus retracta conuolutaq; secantibus sese offert. quamuis interim omentum humiliori sua sede manibus apprehensum, ac ueluti deorsum & in latera distentum, promptè ad pubis ossis usque regionem, posterioremq; uesicæ [e] sedem, ac ilia procedat, intestinaq; penitus obtegat. Neque hunc omenti ad superiora retractum, in suspendio necatis tantùm obseruamus, ne quis forsan id corporis concussu, motu ve uehementiori in sese conuolui existimet: at in ijs quoque non infrequenter idem occurrit, qui aqua suffocantur, & qui morbo laterali, aut cerebri inflammatione, aut consimili aliquo affectu placidè, & citra corporis agitationem pereunt, & quibus thorax abdomenq; uiuentibus in publicis supplicijs aperitur. Quinimò in sanis, quod ad omentum attinet, hominibus, id tam rarò ad pubis usque ossis sedem descendere inter secandum animaduertitur, ut nonnulli dubitauerint, num ramices ex omenti in scortum, aut [f] exteriorem potius testis uasorumq; seminalium tunicam descensu produci queant: & num omento uteri [g] os ita secundùm Hippocratis sententiam in admodum obesis comprimi possit, ut conceptum impediat. Verùm ego nõ semel sanè omentum in eam quam dixi testis seminaliumq; ipsius uasorum tunicam (cui peritonæum [h] originem præbet) deuolutum, ac miris modis extra mediocrem omenti aliàs constitutionem, adauctum deprehendi. Nam quum tota omenti [i] pars alioquin intestinis incumbens, in mediocriter pingui homine, uix libræ aut fesquilibræ pondus excederet: uidi tamen omentum ita præter naturam in ea testis tunica auctum, ut quatuor aut quinque librarum pondus penderet, & uentriculum ex sua sede ita deorsum distraheret, ut uentriculi deficiente munere, uarijsq; obortis singultibus, id pondus mortis occasionem fuisse, inter secandum collegerim: quum in morbo quodam laterali, qui alioquin bene expurgatus fuerat, scrotum ex more ab ægro astantibusq; subligari neglectum fuisset. Quinetiam quo exactiùs ramicum herniarum ve, uti uocamus, rationem perquiro, eo etiam magis omnes illos molles ramices, quos carnosos uulgus appellitat, ac meritò à uaricosis affectibus distinguit, ex omenti prolapsu, incrementoq; progigni, mihi persuadeo. Atque ut omentum in scorto ita nonnunquam augeri decumbereq; sæpius conspeximus, ita quoque indubiè Hippocrates quibusdam mulieribus id ita increscere arbitratus est, ut eius incrementi moles [k] inter uterum uesicamq; collecta asseruataq;, fundi uteri os ita comprimere arctareq; posset, ut ad seminis conceptum sese recludere aperire ve nequiret, & ceruicis uteri iuxta fundum amplitudo à pene, eoq; potissimùm languidiore, minusq; procero, ita distendi haud posset, ut semini in uteri fundum aditus pateret. Præterea ab hac forsan omenti mole augmento ve, nonnulli primùm ὀπαλοκομιςὰι, quasi dicas, omenti gestatores, fuerunt nuncupati. uix enim arbitror omnes homines ita appellatos, quasi inter cætera animantia maximum, uti Galenus tradidit, nanciscerentur omentum: quum quadrupeda ferè omnia maiori, & perpetuò supra intestina undique distento, explicatoq; omento, quàm bene habiti homines, donari mihi uideantur.

a *In 1 fig. Q, Q, Q mox in & sub A, B, C. D.*

b *Confer 2 figuram sexta, & sedulò spectã 3 figur. & 4 & 5.*

c *Vt appareret in 2 fi.*

d *ita sese ac inferiora membrana conuoluta iacet in 1 fi. c, c, cinguita.*

e *sub N secunda fig. aut ad g 25 figur.*

f *20 fig. 22 fig. q. q. χ.*

g *26 fig. C. 27 fi. G.*

h *22 fig. ad q. q.*

i *uniuersum id quod 2 fi. spectatur.*

k *24 figu. inter T & L, R, S. ac 25 fi. inter β & l, x.*

Omenti figura.

[*] figura proximè marsupij, aut sacculi, aut peræ imagini conuenit: ac in primis aucupum peræ, quæ orbiculatum habet orificium, posteriori sua parte elatiùs quàm anteriori ascendens. Huiusmodi namque pera omenti figuræ adamussim congrueret, si uno constaret corio, aut ex lana texeretur, ac undequaque inconsutilis, & unum duntaxat, uti sic dicam, corpus esset. cuiusmodi profectò est omentum, quod substantia est membrana nullis fibris implicita, sed multis abundans uenis, arterijs, neruis, & aliqua sui regione

Omẽti sub substantiæ breuis enumeratio.

* *Hanc pulcherrimè ostendit 4 fig. & 5 fi.*

gione glandosum sibi innatum habens corpus, & multum quoque adipem. Vnde uerò hæc omnia ortum ducãt, intelliges promptissimè, si talem peram, qualem antea proposui, animo conceperis. in qua unam partem, anteriorem superioremq; : alteram, posteriorem inferioremq; appelles. Ad eum namque modum unam omenti partem, [h] superiorem anteriorem ve membranam, & alteram rursus, [i] inferiorem seu posteriorem membranam dicimus. etiamsi omentum re uera dunraxat [k] unica (idq; potissimùm in canibus) sit membrana, anteriorq; pars posteriori, ut in dicta nuper pera, incumbat, continuaq; sit, & omentum quo que sacculi modo, quæ repleri posset, cauitatem constituat. Inferioris itaque membranæ omenti origo à peritonæo pendet ea sede, qua [l] primùm sub septo magna arteria descendit, ac primùm uenam cauam ibi dem contingit. Peritoneum enim, quà à uertebrarum ligamentis principium ducit, ac utrinque tanquam à uertebrarum corporibus abscedit, membranulas magnæ arteriç & uenæ cauæ offert, quibus illæ dorso affirmantur. dein ab his mẽbranis iuxta eam septi [m] partem, quæ undecimæ thoracis uertebræ corpus respicit, aliæ propagines membraneæ exurgunt, inferiori omenti membranæ originem præbentes, illudq; dorso hic alligantes. Hæc omenti membrana hinc dextrorsum ad iecoris cauum, unde portæ uena prodit, perforatur: ac iecoris portioni aliàs alij nonnunquam adnascitur, ut & alicui septi transuersi sedi spuriis cortis inibi obductę: at id rarius accidit, neque ex eiusdem costæ semper regione. Presens omenti membrana à iecoris cauo ad dextrum uentriculi latus, cui etiam connascitur, procedit: & ad duodeni intestini exortum, cui propemodum ad ieiunum usque intestinum etiam subnascitur, hincq; [n] orbiculatim ad infimam uentriculi partem continuò ascendit: quam simulatque attigit, aĉ ex dextro uentriculi latere uersus anteriora repit, ea omenti pars, quam superiorem ipsius membranam dicimus, à uentriculo exoritur. [o] Tertia enim uentriculi tunica, à peritonæo pronata, secundùm totius uentriculi latitudinem [p] recta linea, & ut Aristoteles dicebat, futuræ modo ex humili sede uentriculi uersus anteriora, superiorem omenti membranam ex se deducit. Quæ ex dextris uersus sinistra secundùm uentriculi fundum procedens, cauæ lienis sedi recta linea [q] implantatur, quò etiam inferioris omenti membranæ sinistra pars contendit: ambæq; superior uidelicet & inferior membranæ, lienis cauo simul commissę innascuntur. ita sanè, ut commemoratus iam omenti ductus orbicularem efficiat circulum à dorsi medio ad iecoris portas, & hinc secundùm uentriculi fundum ad lienis cauum, & inde ad dorsi medium procedentem. Totum igitur semicirculum inferiorem à lienis cauo per dorsum ad uentriculi usque dextrum latus pertinentem, inferiori omenti membranæ attribuimus. superiori uerò membranæ eam circuli partem ascribimus, quæ à uentriculi dextro latere per ipsius fundum ad cauam lienis sedem ducitur. Inferior membrana toti posteriori uentriculi sedi [r] subtensa, decliuis, ac uersus anteriora fertur, atque ad humillimam uentriculi sedem secundùm corporis latitudinem omenti membranam superiorem contingit. hincq; ambæ mutuò sibi incumbentes, deorsum super intestina, subq; peritonæo ducuntur: & si in hoc super intestina ductu membranæ fortè non implicentur, illa anteriore parte, ac in lateribus obtegunt, & ad pubis usque os humiliori suo extremo pertingunt. Si uerò membranæ, intestinorum sedem duntaxat operiant, quæ supra umbilicum consistit, ac, quod frequenter euenit, in sinistrum latus contractæ iaceant, illæ sese uisui offerunt reuolutæ admodum, & uelut in spiras collectæ. Membranæ hæ nullis nexibus intestinis connascuntur, præter inferiorem membranam, quæ in hominibus colo intestino pertinacissimè [*] continuatur per totam eius intestini sedem, quæ secundùm uentriculi fundum prorepit. Neque id segniter obseruandum uenit, quum inferior omenti membrana mesenterij loco ipsi colo intestino sit, qua id uentriculo exporrigitur. Colum enim toto illo ductu nullam obtinet mesenterij partem, secus multo quàm in canibus & simijs, quibus omentum uix colo connascitur. quũ tamen homini inferior omenti membrana, quà uentriculo substernitur, non solùm mesenterij, quemadmodum nunc diximus, uicem gerat: imò si accuratè singula examinaueris, membranæ inferioris omenti portionem intestinis exporrectam quodammodo ex tertia coli intestini tunica pronasci fateberis. Atque id eo expendi uelim diligentius, quo minus à Galeno, qui simijs nimium tribuit, animaduersum est: uti sanè Herophilo & Aristoteli uidetur fuisse perspectissimum, qui omenti partem colon dorso colligantem, omenti loco non habuere: sed eam tantum partem, quæ à uentriculi fundo & colo intestino enata, intestinis obducitur. Quanquam satius fore arbitror, eam quoque omenti partem, quæ uentriculo subtenditur, columq; continet, omento attribuere, quum ea omenti reliquæ portioni ferè continuetur, & eosdẽ usus cum inferiori canum omenti membrana suppeditet: quamuis interim ex abundanti hominis colo, mesenterij uice sit: ac quum duplici propemodum membrana inibi sub uentriculo extruitur, mesenterij constructioni ac fabricæ plurimum respondeat. Dein superior quoque omenti membrana in homine inferiori membranæ ad coli regionem, qua id uentriculo exporrigitur, adeò connata occurrit, ut quispiam nonnullis nexibus superiorem omenti membranam colo quoque intestino secundùm uentriculi fundum connecti, haud absurdè dixerit. Quod autem Galenus omentum modicis, & ijsdem laxis nexibus, idq; ad dextrum duntaxat latus colo intestino committi prodiderit, in causa fuere simiæ, mediam inter canes & homines naturam sortitæ. Omentum namque canibus nulla ex parte colo, alicui ve alteri intestino adnascitur. Simijs autem medio se habet modo: licet illæ adhuc ad canis constructionem potius, quàm hominis accedant. Venæ omento implicitæ, solius uenæ portæ sunt soboles. nullæ enim à caua in omentum, uel ubi id principium sub uentriculo ducit (etsi aliter Galenus senserit) pertinent. Venas namque inferiori membranæ omenti dispensatas, si ad amussim singulas examinaueris, ab eo portæ [s] trunco dispergi inuenies, cuius præcipua portio in lienem exhauritur, quemq; doctrinæ studio graciliorem & sinistrum portæ truncum appellamus. Primùm itaque omentum portæ [t] caudicem ex iecore proficiscentem excipit, sibi iam commemorandas in ipso ductu propagines assumens. Ac inferior quidem omenti membrana [u] tres uenarum radices admittit, ex humiliori

h 4 *fi. f, f, f. 3 fi. a, a, a 5 fi. I, I.*

i 4 *fi. e, e, e. 5 fig. H, H. 3 fi. c, c, c.*

k *Qualis ẽ tota 4 fig. l 22 fi. ad g, k, h.*

m *Ad q 7 musc. tab.*

n *Hunc ductum potissimum petes ex 3 figura dei ex quarta e, e, e, n, n, ζ, p, p, o. qui characteres circulum quadã modo circũscribunt.*

o 17 *fi. k, k, k.*

p *Secũdùm R, T, S. 2 fi. q Intuere 1 tab. 19 fig.*

r *Vt cernere est in 3 fig.*

s *fi. cap. 5 li. 3 P. 4 fi. ad siniſtrũ latus f.*

t *fig. cap. 5 li. 3 B. 4 fi. l.*

u *fi. cap. 5 li. 3 I. S. V. fi. 4 x, y, ſ. fi. 5 B, C, D*

Omenti ortus, ac deinde uenæ.

Lib. 3. Historiæ de animal. et li. 4. de partibus animalium.

Expende hic ſedulò quintam ſi.

Omenti cũ colo nexus.

Venæ omentum implicantes.

Libr. 6. de Admi. diſſ.

Libr. 4. de uſu part.

ex humiliori sede eius portæ trunci, qui ad lienem fertur, depromptas. Vna notatu satis dignæ magnitudinis in dextram potissimùm eius membranæ partem multiplici serie dispergitur, quibusdam surculis in colon quoque pertingens. Secunda iam commemorata amplior, aliquantulum post originem in duos mutuò multum abscedentes ramos diducitur, à quibus postmodum in mediam inferioris membranæ omenti sedem, uersus sinistrum tamen magis, frequentes admodum soboles diffunduntur, quæ homini in colum intestinum ea [x] serie pertinent, qua uenas mesenterio intertextas, alijs intestinis exporrigi nouimus. Tertia radix exigua, & non semper apparens, in sinistram humilioris membranæ partem aliquousque, perinde ac in ipsum quoque colum, deducitur. Porrò superior omenti membrana uenas mutuatur à [z] duabus secundùm inferiorem uentriculi sedem in ipsa membrana exporrectis. Ab his enim innumeræ soboles deorsum in eam omenti membranam excurrunt, non quidem recto prorsus tramite, sed obliquo quodammodo, & errabundo, ac ita ut retium funiculos implicari cernimus, in se nunc coeunte, ac nunc rursus abscedente. Ac proinde etiam omentum Græcis γαγγαμὼν & σαγήνη, ut & uulgò rete & reticulum dicitur. Quanquã fortè non à uario uasorum ductu omẽtum ita fuerit appellatum: sed quòd ab ijs quibus committitur partibus [a] liberatum, & deinde distentum, rete piscatorium uni accommodatum orbi referat. [b] Arteriæ omenti ab illis pendent, quæ uentriculo, lieni, iecori, & bilis uesiculæ distribuuntur. has namque omnes non secus ac uenas omentum tutò deducit, ac ab illis suarum peculiarium uenarum coniuges adeò numerosas adipiscitur, ut quàm paucissimi uenarum surculi, citra arteriæ consortium, ipsum perreptent. Item præter commemoratas modò arterias, inferior omenti membrana aliquousque [c] grandiorem in intestina porrectam defert arteriam. Sic [d] neruis quoque illis omentum intertexitur, qui à sexti paris cerebri neruorum portionibus secundùm costarum radices experrectis, iecori, lieni & uentriculo implantantur. Cæterùm [e] adeps, quo omentum abundat, in obesis præpinguibusq; hominibus plurimus, in macilentis modicus, in extremè siccatis & marasmo mortuis, etiam aliquis reperitur: isq; perpetuò uenis & arterijs omenti attensus, ad uasorum quidem latera duntaxat quibus mediocris est: superius uerò, ac inferius quoque, quibus multus, accidit: adeò ut illis etiam uasa alioquin gracilia pinguedine prorsus occultentur. In [f] intermedijs autem uasorum spacijs, nullus adeps asseruatur: ut nec in alijs membranis, quibus adeps innasci consueuit. unde etiam promptius colligitur hunc ab exudante è uenis sanguine, & membranarum frigore incrassato, mutantisq; corporis colorem mutuante progigni. Præter adipem, qui ambabus omenti membranis communis est, inferior ipsius membrana posteriori uentriculi sedi substrata, priuatim [g] glandosum quoddam corpus impense magnum nanciscitur: quod quia simplicis carnis speciem quodammodo exprimit, Græcis καλλίκρεας & πάχρεας appellatur, in canibus magis quàm hominibus rubens. Hoc præcipuis uenæ portæ, arteriarum & neruorum ramis attenditur, ut illorum diuaricatio inferiore membrana omenti duntaxat hic suffulta, reddatur securior, utq; uentriculo instar substerniculi ac puluinaris etiam subijciatur. Huiusmodi planè [h] corpus substantia ve est, quæ duodeno intestino subtenditur, quæq; hactenus falso uentriculi humilius orificium (ne quid incoctum efflueret) occludere credita est. Atque is profectò præcipuus maximusq; omenti usus mihi censetur, ut securè ramos portæ in lienem, uentriculum, & duodenum intestinum, ac coli non infimam partem exporrectos suffulciat, ac ipsi implexos deducat: ac dein ut arterias quoque & neruos illis quas modò dicebam partibus inferendos sustentet ac tueatur: & demum usui potissimum respondeat, in utero quidem [i] exteriori fœtus inuolucro, in capitis autem cauitate [k] tenuis qua cerebrum inuoluitur membranæ. Deinde, quod haudquaquam minimum est, omentum dorso uentriculum colligat, & rursus iecur lienemq; uentriculo unà cum uasorum neruorumq; interuentu connectit: ut iam taceam, quantum homini firmando colo officium seperatim subministret. ex accidente uerò uelut quoddam intestinorum inuolucrum tegumentumq; efficitur, ipsorum calorem instar penicilli cuiusdam fouens ac continens. His sanè usibus omenti fabrica respondet. membraneum namque est, ut fortius uenas, arterias, nernosq; ipsi implexos colliget, meliusq; intestinorum calorem reflectat, ac promptè cum intestinis subsidere extendiq; queat. Tenue autem, & potissimùm quà intestinis innititur, ne pondere grauet. Vnde etiam Bruxellensi nostro idiomate plumæ nomen meretur. Quòd uerò omentum sanguine & spiritu frequentibus illis uenis arterijsq; asseruato, intestinorum & uentriculi, qua parte ipsi attenditur, fouendo calori accommodum sit, etiamsi non dicatur, manifestum esse arbitror. Cæterùm num adeps insita ac peculiari natura calefaciendo prosit, an tantum penicilli carnis ve aut membranæ potius ritu iuuet, non æquè ab omnibus conceditur, alijs quidem frigidum adipem, alijs uerò calidum pronunciantibus.

Omenti arteria.

Nerui omẽti.

Adeps.

Glandulosũ omenti corpus.

Omenti usus.

Omenti fabricam suis usibus respondere.

x 10, 11 *fi. in mesentery imagine.*

z *fi. cap. 5 li. 3 H, Z. 1 fi. R, S. duo X, X. 4 fig. o, o, ζ duo q, q.*

a *Quemadmodu 4 fi.*

b *In 2, 3, 4. fig. uenæ attenduntur, et fi. ca. 12 lib. 3 maxime tota illius trunci series.*

c *4 fi. a. et fi. ca. 12 li. 3 ζ.*

d *Venis quæque & arterijs in 2, 3, 4 fi. adiunguntur. & 2 fi ca. 2 li. 4 γ, Z, a, δ, ζ, θ, ι, †*

e *4 figu k ad i.*

f *4 fi h.*

g *4 fi n.n.*

h *4 figu § 12 fi. i, i.*

i *fi 30 tabulæ 1 E, E, F, F, 2 tab. I, I, K, K.*

k *conspicitur pulchrè 2 fi. lib. 7.*

DE INTESTINIS. Caput V.

INTESTINORVM imaginem potissimùm sexta figura, & septima, & octaua, & nona exprimere conati sumus, quanquam huc etiam faciat tertia figura, simul cum decima & duodecima.

Quæ hic intestinorum nomine cõplectantur.

INTESTINORVM constructionem, ipsorum officio & usui conuenire, tum demum opportunè narrabo, simulatque eorum situm, formam, substantiam connexum, quæq; ipsis implantantur uenas, arterias & neruos, ac si quid aliud ad eorum fabricæ enarrationem reliquum erit, explicuero. Intestinorum igitur, quæ Græcis ἔντερα dicuntur, nomine, non omnia in præsenti complectimur uiscera, uel quæ costas succingente membrana & peritonæo amplectuntur [a] organa: neque etiam uel stomachum & uentriculum, ijs quæ nunc intestina uocabuntur, ascribemus: quum [b] ductus ab inferiori orificio uentriculi ad podicẽ usque

a *Huius et 6 li. figuris sunt obuia.*

b *7 fi. 1 ab H, ad 8 fig. a.*

usque pertinens,ac ulnas Italicas utplurimùm quatuordecim & dimidiam longitudine æquans, peculiariter nunc inteſtinorum uoce ueniat comprehendendus. Et quamuis ille, ipſa ve adeò inteſtina continuum idemq; ſint corpus, quum tamen in uarios & multiplices & figura differentes anfractus ſpirasq; circunducantur,neque omni ex parte eandem ſitus,ſubſtantię & formæ naturam obtineant, ac denique alia alij ſedi contigua efficiantur, neque præcipuus omnium eorum uſus par eſſe uideatur, ac ſi plura inteſtina forent,diſ- *c 8 fig.* ſectionum peritis ipſa enumerantur, primùm in [c] craſsiora & [d] graciliora hæc diuidentibus, atque ex il- *d 7 fig.* lis rurſus ſingulis ternarium numerum,ut ſex ſint uniuerſa conſtituentibus, ad eum quaſi modum,quo idē continuumq; perpetuò iter plura uarijs occaſionibus nomina ſortiri conſtat. Quemadmodum Lutetiæ à diui Iacobi porta,ad eam uſque quæ ſancti Martini dicitur, iter,etiamſi penè rectum ſit,neque per uarios gyros procedat,nihilominus tamen ſexies (ſi rectè memini) nomen euariat: primùm à diuo Iacobo, inde à paruo ponte,mox à templo beatiſsimæ Virginis, & non multo pòſt ab eiuſdem ponte, inde ab œnopolio quodam, & poſtremùm ab æde ſancti Martini appellationem mutuans. Idem multo magis in fluminibus non regijs,& continuis,quæ per multos gyros procedunt uijs,fieri cernimus. Cæterùm utcunque inteſtina inuicem uarient,omnia tamen inter uentriculum,& qua excrementa egerimus ſedem collocantur, forma tereti donata,ſed non omni ex parte æquè capaci & orbiculata.Subſtantiam habent membraneam,uerùm undique non pariter aut craſſam, aut tenuem: deinde duas peculiares tunicas orbicularibus, & alicubi etiam rectis fibris intertextas ſortiuntur,tertiam ad has tunicam à peritonæo obtinentia. Venarum prætea,& arteriarum,& neruorum ſurculos ſuſcipiunt, ſed non ubique ſimiliter numeroſos: quemadmodum nunc perſequi enitar,ab ipſo inteſtinorum exortu ſumpto ſermonis initio. Ex [e] humiliori itaque orificio *e 14, 15 fi. H. 16 fi. k.* uentriculi, quod in ſua elatiori, & dextro ipſius lateri proxima conſiſtit ſede, [f] principium inteſtinorum *f 7 figu. I ex H.* exoritur,illi ve orificio,ubi id craſsiori ſua † ſubſtantia introrſum protuberat, continuatur, & ſimulatque *† 10 fi. k.* è uentriculo prodit, in poſteriora retortum, ſub ſede uentriculi poſteriore ſecundùm dorſi dextrum latus *g 7 fi. ab I ad K. 14, 15 fig. P.* rectà deorſum [g] proficiſcitur, in nullos omnino anfractus reuolutum. Quum primum uerò ad inferioré uſque uentriculi ſedem inteſtinum iſtud ſic occultatum, [h] pertingit, ſub colo inteſtino(quod paulo pòſt, *h 7 fi. K, L.* hàc [i] porrigi audies) latitans,mox ſiniſtrorſum retorquetur,ac uelut ex alto antrorſum aſſurgens, in frequentes innumerosq; gyros & anfractus [k] reuoluitur,ac nullis omnino inteſtinis obtectum,ſedem uniuerſam quæ ſub uentriculo ad pubis uſque oſſa,& ad ilia utrinque habetur,implet: eā demū excepta, qua huic *i 6,8 fi. P. uerſus Q* inteſtino colum inſtar orbis ad latera [l] circunduci,poſtea dicam. Horum ſanè anfractuum ſeu reuolutio num nullus omnino neque numerus, neque idem penitus ordo habetur, neque illę magis dextram quàm ſiniſtram uentris ſedem occupant, præterquàm quòd in dextro latere ſupra ilium os ad pubem uſque,ampliorem ſedem,quam in ſiniſtro infarciant,coli nimirum, [m] anfractu quopiam eum in ſiniſtro latere lo- *k 7 fi. ab I ad M continuo ductu. l 6,8 fi. N, P, Q, R, S, T.* cum ſibi priuatim uendicante. Vtcunque uerò multiplices, uarijq; huius gracilis inteſtini conſpiciantur anfractus, perpetuò tamen [n] è directo mediæ ſedis dextri ilij ipſius forman amplitudinemq;, & pleraque alia (uti pòſt ſubiungam) euariat, eandem nihilominus craſsitiem amplitudinemq; ab orificio uentriculi infe- *m ab R, S ad T.* riori,ad illam uſque ſedem obſeruans,niſi aliquando huius inteſtini [o] pars ſub uentriculi fundo ad dorſum proximè affirmata,inter diſſecandum capacior,ampliorq; reliquo inteſtini ductu (quemadmodum ſubin- *n ad 7,8 figure M.* de fit) occurrat. Huiuſmodi itaque præſentis inteſtini ductus uiſitur,quod ter nomen,ac ſi tria eſſent inteſti- *o Eſſet iuxta L et K 7 figura.* na,uariat. [p] Primum quidem conſtituitur tota ea inteſtini pars,quę uentriculo ſubſtrata, ab inferiore ip- *p 7 fi. ab I ad K.* ſius orificio rectà quodammodo eouſque deſcendit, ubi inteſtinum in anfractus orbesq; primùm conuolui incipit. ac de huius inteſtini nomine aniles admodum contentiones apud illos reperies, qui reſectione neglecta, futiliter de uoce altercantur. Sunt qui totam hanc partem quæ duodenum digitorum longitudinem in uiro ut plurimùm æquat,non inteſtinum,ſed ἔκφυσιν & exortum,ſeu proceſſum, uocandum contendant. Alij,etiam ſi ipſius principium è uentriculo naſcatur,inteſtinum tamen eſſe, ipſiusq; orificium ἔκφυσιν,reliquum uerò ipſius ductum,inteſtinum uocari affirmant,integros commentarios nugaci diſceptatione implentens. Vocetur itaque nobis uulgato nomine tanquam ſuccinctiore, duodenum, aut inteſtinum longitudinem duodecim digitorum æquans:ſiquidem id Græcis, δωδεκαδάκτυλον appellabatur. Secundum *q 7 fi. K.* inteſtinum [q] illic incipit,ubi iam commemoratum in anfractus gyros ve primum conuoluitur:& νῆστιν, ſeu ieiunum uocant,quòd inter diſſecandum reliquis inteſtinis inanius & magis uacuum reperiatur. Huius nomen alij explicare conantes,tanquam nihil unquam in ſe contineat, ac per ipſum à uentriculo confectus cremor nunquam tranſeat,aut momento tantùm in eo hæreat,ſcribere uidentur. Tertium inteſtinum uulgo nobis inter diſſecandum,uti & Græcis ἴλεον, à frequentibus fortaſsis quibus inuoluitur gyris anfractibusq; nuncupatur:& morbo nomen dedit,qui ex huius inteſtini inflāmatione obſtructioneq;, & interdum implexu quopiā obueniens,ægrosq; miris cruciatibus torquens, ἴλεος Græcis, & uoluulus Latinis paſsim dicitur.etiāſi nonnulli tam ἴλεον quàm ἴλεος,non inteſtini cuiuſdam,ſed dicti nunc morbi, nomē eſſe contendant,gracilis tenuis ve inteſtini partē,quā nunc enarrare ſtatuimus, cōmuni uoce, tenue inteſtinū ad eum modū appellantes,quo colon inteſtinū ſubinde craſsi pleni ve inteſtini nomine priuatim donari nouimus. Vtcunque uerò præſentem inteſtinorum portionem,interuallum ve,tenue inteſtinū,aut manifeſtioris ſer- *r 7,8 figu. N committitur M.* monis gratia,ueluti peculiari quapiā uoce uoluulū,aut ileō nuncupare lubeat, [r] id in craſsi inteſtini principium deſinit. Vbi autem ipſius ſtatuendum ueniat initium,non ſatis conijcere ualeo. Equidem me latet, quantam totius gracilis inteſtini portionem ieiuni nomine,grauiter de nominibus litigantes, comprehendi uelint: neque ſanè [s] à ieiuni inteſtini initio,ad ilei uſque finem, manifeſtum aliquod indicium obſer- *s 7 fig. ab L ad M.* uo,quo ieiuni finem ileiq; initium internoſcere queam. Vbi enim duodenum inteſtinum in ieiunum finire,ieiunumq; inteſtinum incipere dicimus,copioſiores uenæ ac arteriæ, quàm propter ilei ad craſsiora inte

Inteſtina cotinuū quidem eſſe corpus, ſed pluralitatis numero, nacq; nominibus, diuerſas ob cauſas donari.

Breuis inteſtinorum hiſtoria enumeratio.

Inteſtinorū à uentriculo exortus. gracilis ductus ſeu ſitus.

Græcilis inteſtini in tria diuiſio. Primum.

Secundum.

Lib. 5. de uſu part. Tertium.

ſtina

ſtina terminum,occurrunt:uerùm media medio ſeſe habẽt modo.Deinde ieiuni initiũ rubicundius eſt,ileí finis magis albicans.Ad hæc,inter ſecandũ ieiuni initiũ fortè magis inane ilei termino offenditur: at in medio ductu,uti & antea dixí,omnia ſunt media.Quapropter quis ieiuni habendus ſit finis,aut quod ilei principium,nõ ſtatuo:id intrepidè affirmans, nihil minus ieiunũ ab ileo quàm inanitione,quæ à pleriſq; Anatomicis proponitur,dirimi poſſe. neq; profectò minus duodenũ,quàm id quod ieiunum uocant,inane reperitur: idq; maiores (ut dicam poſtea) ob cauſas . Huiuſmodi igitur gracilis inteſtini ter nomen emutantis, ductus ſitusq; ſunt. Forma autem undecunque conſtat ſimili , ad amuſsim uidelicet tereti,& omni ex parte æquè ampla,niſi interdum (ut prius quoque innuebam) quà dorſo proximè committitur, ieiunumq; incipit,ad [t] uaſis nimirum bilem ad inteſtina deferentis inſertionem , amplius obſeruetur.Subſtantia quoque toti inteſtino gracili eadem eſt,membranea ſcilicet,modiceq; admodum carnea . Conſtat enim [u] tunicis duabus,quarum interna durior magisq; membranea eſt , uerùm interiore uentriculi tunica mollior: externa tenuior,magisq; carnea : utraque tamen eſt,& tranſuerſis orbicularibus ue fibris tantum intertexitur : niſi fortaſsis externa,idq; potiſsimun ad ilei in craſsiora inteſtina [x] terminum, rectas quoque , ſed illas quàm rariſsimas nanciſcatur fibras. [a] Tertia præter duas peculiares tunica, à peritonæi membranis uaſa ad inteſtina ſecurè deferentibus originem ducit. Hæ namque unà cum uaſis ad [b] cauam inteſtinorum ſedem pertingentes dilatantur,tertioq; inuolucro inteſtina induunt. Caua autem inteſtinorum pars in externo ipſorum orbe,externa ve ſuperficie,Anatomicis nuncupatur,quam uaſa primùm attingunt , ſeu quæ meſenterium reſpicit:gibba uerò,huic contraria.Ac duodeno quidem inteſtino tertiam tunicam ea omenti [c] pars exporrigit,cuius beneficio inteſtinum id dorſo colligatur. Ieiunum uerò ac ileum tertiam tunicam à meſenterio,quod ea dorſo firmat,accipiunt.Sic duodenum quoque & ieiuni initium [d] uenam [e] arteriamq; habent peculiares,ſecundum ipſorum longitudinem rectà deorſum ductas , multoſq; ſurculos in progreſſu illis diffundentes.Ac uena quidem à portæ uena priuſquam meſenterio inferatur,principium obtinet:arteria autem,ab ea quæ iecori offertur.Ieiunum ac ileum frequentes uenas arteriasq; ſuas nanciſcuntur ab [f] illis quæ meſenterio à portæ uena,& ab arteriæ radice ſupra renum arterias à magna originem ducente exporriguntur.pauci enim rami in graciliora inteſtina ab arteriæ [g] propagine diffunduntur , quæ à magna arteria poſt ſeminalium arteriarum principia originem ſumit.Neque etiam uaſa , quemadmodum in duodeno,ſecundum ieiuni & ilei longitudinem deducuntur,ſed [h] uelut ex meſenterij cẽtro ex alto ſurſum tendunt,rectaq; antrorſum in inteſtina pertingunt, in quæ numeroſa ſobole arboris radicum modo implantantur,oſculis ſuis in internam inteſtinorum ſedem hiantia.Ileum & ieiunum [i] neruos quoque obtinent,deriuatos à ramis ſexti neruorum cerebri paris,qui coſtarum radicibus exporriguntur.duæ enim ab illis propagines utrinque ſingulæ,ad meſenterium , & dehinc ad inteſtina , frequenti utcunque ſobole diſcinduntur.Duodenum uerò [k] neruos,ſi quos habet,ab illis aſciſcit,qui inferius uẽtriculi orificium,& dextram fundi ſedem adeunt.Dein duodenum priuatim id ſibi uendicat,quòd [l] meatus bilem flauam ad inteſtina deferens,illi implantetur . Idem quoque inteſtinum in hominibus , & adhuc magis in canibus [m] glandoſum illud corpus,cuius antea uentriculum deſcribens memini,peculiariter ſubſtratum poſsidet , ad uaſa illi inteſtino propria ſuffulcienda,& cauitatem eius inteſtini lento humore irrigandam . Quanquam non duodenum ſolùm,ſed & reliqua inteſtina omnia lento quodam & lubrico humore interna ſede imbuantur,atque ut Rhazes non ineptè dicebat,fictilium uaſorum more inuitrentur, inſtanneantur ve. At quum huiuſmodi pleraque craſsis etiam inteſtinis ſint communia, illa quoque nunc ueniunt recenſenda. Ileum itaque inteſtinum ſub dextri renis regione à quodam craſſo inteſtino multis modis ipſo gracili inteſtino ampliore [n] excipitur,non quidem ac ſi quis diceret exactè in craſsi eius inteſtini initium,ſed in illius iuxta originem latus ſiniſtrum.Hoc enim inſtar globi cuiuſdam præmagni extuberat , in ſiniſtro ſuo latere duo obtinens orificia. [o] unum quidem ileo inteſtino cõtinuum,& magis ab origine diſtans: [p] alterum uerò humilius,& ipſi origini propinquius.cui continuum eſt in hominibus inteſtinum, quod τυφλὸν, ſeu cæcum ueteribus diſſectionum profeſſoribus uocatum eſſe nihil dubito.haud ignarus interim, quid hodie plerique de cæco inteſtino commententur:decepti profectò, quod inter craſsiora inteſtina id à Galeno alicubi recenſeatur,neque aliter quàm ſi amplus quiſpiam ſaccus,ac ueluti alter quidam eſſet uentriculus,ab ipſo cæterisq; qui illum ſubſequuti ſunt Anatomicis deſcribatur.quum tamen in homine [q] id quod cæcum appellandum duco,cæteris omnibus inteſtinis ſit breuius, atque arctiſsima omnium inteſtinorum parte multo anguſtius ſtrictiusq;,& craſsiori lumbrico in orbes conuoluto potiùs quàm inteſtino ſimile: adeò ut cæcum uia inteſtinorum appendicis loco,ac proinde minus longè in craſſorum inteſtinorum numero habendum eſſe uideatur.Atque hinc fit,ſaccoſos noſtros cæcosq; Rabinos , quando hanc gracilem portiunculam in homine cæci inteſtini loco me commonſtrare uident,Galeni deſcriptione mihi obſtrepere,ac [r] amplum illud coli inteſtini initium ſaccum,aut ut ipſi loquuntur , Orbum & Monoculum neutiquam eſſe,turpiter contendere.Imò nonnullos reperias,qui de cæco inteſtino ſe paradoxa conſcribere gloriantur,quòd non unum cum Græcis in cæco orificium,ſed duo ſibi proxima eſſe,in mediũ adferant . Quæ ſi uiderint,aut imaginati rectè fuerint,ea demum ſunt [s] quæ in extuberantiore coli initio occurrunt:ac unum quidem foramen ilei inteſtini terminus eſt,alterum uerò eius quod cæcum eſſe dico , initium. Neque eſt profectò cur minus credamus,gracilem illam inteſtini portiũculam meſenterio non annexam,ſed ſibiipſi in orbes conuolutam,& fibrarum beneficio hærentem,in homine cæcum eſſe inteſtinum : quantumuis eam amplitudinem uſumq; Galenus ipſi tribuat,quæ huic minimè adeſſe uiſuntur : quandoquidem is, ſuas potius caudatas ſimias hac appendice deſtitutas,quàm homines deſcripſerit , ueteres autem qui homines aggrediebantur appendicem hunc inteſtini cæci nomine proculdubio donauerint. Deinde Galeni deſcriptio

Gracilis inteſtini forma.

Subſtantia.

Caua inteſtinorũ pars quæ Anatomicis dicatur.

Cracilium inteſtinorũ uenæ & arteria.

Nerui.

Inteſtinorũ glandes.

Craſſorum inteſtinorũ hiſtoria.

Cæcum inteſtinum cuiuſmodi.

t 13 fig. ind.
u Petit harum coſtructionem 9 fig.
x 7,8 fi. M.
a 9 fi. k, l finitur in l ambiem i.
b Vide inteſtinorum nexũ adm ſenteriũ 10 figura.
c Ad 0 4 fi.
d fi. cap. lib. 3 I.
e fi. ca. 11 lib. 3 q. ca ſimul 4 figura r.
f fi. ca. 5 li. 3 G. 12 fi. k. dein fi. ca pit. 12 li. ζ.
g fi. ca. 11 lib. 3 λ.
h Vt cérni re eſt in 10. 12 fig.
i 2 fi. ca. 1 lib. 4 δ, λ.
k eiuſ. fi. a.
l 13 fig. c.
m 12 fi. i, j.
n 7,8 fi. M. in N.
o 7,8 fi. M.
p 7,8 fi. O.
q 6,7,8 fi. O. 10 fi. F.
r 6,7,8 fi. N.
s Sunt O et M ad N fi. 7, & 8.

ſcriptio cani fortaſsis accommodari hic poſſet, cui cæcum inteſtinum multo quàm homini contigit amplius:neque in illo,ut in homine,inane propemodum reperitur. Quin etiam ueras glires & ſciuros cæcum hoc inteſtinum adeò amplum nactos ſcimus,ut amplitudini ipſorum uentriculi facilè reſpondeat, fæcibuſq; turgidum in ſectione obſeruetur:atque hinc conſtat,gracilem hunc appendicem in homine cæcum eſſe,quum uidelicet ductu ac ſitu & forma pariter (licet non amplitudine) illorum animalium cæco inteſtino congruat,unumq; (unde etiam cæcum primò dictum eſt) nanciſcatur orificiũ. Inſuper ſummus profectò Naturæ admirator Galenus,ſi hominis inteſtina unquam intuitus fuiſſet,hunc appendicem, & extuberans illud coli initium,ileiq; cum ipſo unitatem,& coli formam,longè ſecus deſcripſiſſet. quippe ſi aliud homo cæcum nanciſceretur,eum appendicem minimè præterijſſet Galenus, quanquam ortu nonnihil in homine à cane uariet.nam etiamſi utriſque in dextro ileo collocetur,hominis tamen cæcum ex ſiniſtra magis coli initij ſede,quàm dextra principium ducit:ſecus ac in canibus,& quàm Galenus atteſtatur. Porrò ſi cum nonnullis,qui ſecanti mihi aſtiterunt,in homine quidem ad eum uſum,quem Galenus cæco inteſtino tribuit,appẽdicem hunc à Natura primàm formari dicerem,& ob nimiam hominum ingluuiem ex ileo inteſtino à uentriculo confectum ſuccum,abſque eo ut is totus cæcum ſubintret,protrudi: atque hinc appendicem in nobis,tanquam inutilem & marcidum,aliter fortè quàm in temperatis Galeni hominibus, pendere affirmarem,ad nugacem illam tergiuerſationem deueniendum foret,qua alios quandoque quàm modò homines fuiſſe fateremur,præcipuè quum amplum hoc coli inteſtini initium in homine cæci inteſtini uſum abundè ſuppleat,& notæ duntaxat gratia cæcum in homine haberi uideatur. In dextro itaque ileo ad humiliorem [t] renis dextri ſedem,extuberans [u] illud, & amplum rotundumq; coli principium habetur, quod hinc ſenſim rectà ad iecur ſurſum [x] contendit,iecoriſq; cauæ parti nonnihil ſubſternitur, ac [y] bilis ueſiculam in homine contingit:cuius etiam contactu,inteſtinum hic quandoque flauo colore tingitur. [z] inde ex dextro latere ſecundùm inferiorem uentriculi ſedem in ſiniſtrum fertur, uentriculi fundo attenſum:haud tamen,ut alijs uiſum eſt,eum conſcendens:aut,ut uulgò dicitur,uentriculi fundo ſuperequitans. Quum primùm uerò ad ſiniſtrum uentriculi latus pertingit,ſuper demiſsiorem anteriorem ve [a] lienis partem anfractus quoſdam leuiter inflexos obtinet,ac paulatim ſupra [b] ſiniſtrum renem per ilium ſiniſtrum decliue fertur,ſecundùm peritonæi latus ad pubis uſque oſsis regionem [c] deſcendens. [d] Hinc rurſus ſiniſtrorſum,quaſi ad umbilici uſque ſedem aſcendit,ac anfractum (quem à medicis clyſterum colicorumq; cruciatuum occaſione perpendi optarim) hic conſtituens,ad oſsis ſacri initium denuò fertur, [e] rectà deorſum ad podicem uſque deſcendens:ac in [f] uiris quidem ſub ueſica,in [g] mulieribus uerò ſub utero oſsi ſacro & coccygis oſsi inſtratum.Huic inteſtino,ab ilei inteſtini fine ad podicem uſque pertinenti: & ſi par, undique propemodum,præterquàm in initio,ubi multo capacius apparet,ſit amplitudo, ipſum tamen figura ductuq; uariat:ideoq; tanquam in duo inteſtina ſubdiuiditur,ut [h] quicquid à dextro ilio ſuper dextrum renem ſub iecoris cauo,deinde ſecundùm uentriculi fundum ad lienem properat, & hinc rurſus ſuper ſiniſtrum renem uerſus pubem fertur: ac alium anfractum ſupra internam oſsis ilium ſedem faciens,ad ſacri uſque oſsis initium prorepit, Latinis pariter ac Græcis colon appelletur. [i] quod uerò ab oſsis ſacri initio ad anum uſque pertinet, Græcis ἀπόβυσμένον & ἀρχὸν dicatur, Latinis longaon, rectum, & princeps. Colon enim in hominibus, non ad amuſsim, ut in canibus, teres eſt: uerùm per uniuerſum ipſius ductum ſuperius inferiusque [k] depreſſum, æqualeque ac leue uiſitur, ad latera utrinque quadam ſerie, uelut in [l] medios globos cellulasque extuberans. Atque hæc figura eo minus conſpicua fit, quo colon recto inteſtino uicinius accedit:quod exactè teres, non autem coli modo depreſſum extuberansque cernitur. Ambo itidem,ut & cæcum quoque,tunica extruuntur [m] duplici: quarum, ut in gracilibus inteſtinis, interna exteriore neruoſior,membranea ve magis, & durior eſt. uerùm colon interim utramque tenuiorem gracilioremq; quàm rectum obtinet: & quanto colon recto magis conterminum eſt, tanto quoque ipſius tunicæ craſsiores,meliusq; enutritæ conſpiciuntur. Interna utriuſque inteſtini tunica tranſuerſis duntaxat circularibusq; fibris,ijſdemq; frequentiſsimis abundat:externa uerò in colo inteſtino tranſuerſas quidem nanciſcitur,ſed & rectas quoque quamplurimas obtinet, non quidem ſecundum uniuerſam inteſtini ſuperficiem protenſas,ſed inferiùs duntaxat & ſuperiùs,ubi colon [n] depreſſum eſſe diximus.Secundùm enim eas coli impreſsiones rectæ fibræ protenduntur,& coli tunicæ ibidem ſunt robuſtiſſimæ,admodumq; ſpiſſæ:& ut Galenus de pluribus animalibus innuebat,colon fortibus ligamentis utrinque ſingulis inibi conſtringitur,ſecundùm longitudinem deſuper ad inferna porrectis: quod mehercule & homini aſcripſiſſet,niſi illius inteſtina canum inteſtinis ciuſmodi ligamentorum ſpecie carentibus, reſpondere putaſſet. Porrò exterior inteſtini recti tunica per totum inteſtini ambitum rectis fibris admodum frequentibus paſsim abundat, adeò ut hæc plures rectas quàm orbiculares ſortiatur. Cæterùm [o] tertia craſſorum inteſtinorum tunica, quemadmodum & tertia gracilium tunica, à meſenterio ipſis uaſa porrigente pendet. quanquam coli inteſtini pars, uentriculi fundo attenſa, priuatim in hominibus ab [p] inferiore membrana omenti tertiam aſciſcat tunicam, quòd hæc coli ſedes eius membranæ beneficio ita dorſo affirmetur, atque reliqua inteſtina meſenterij interuentu dorſo colligari nouimus. Coli itidem & recti inteſtinorum uenæ & arteriæ, quas pauciores hæc quàm inteſtina gracilia adipiſcuntur, à portæ & magnæ arteriæ ramis pendent. Colo quidem inteſtino toto progreſſu, qui à dextro ilio ad ſiniſtrum ferè renem pertinet, arteriæ uenæque, non ſecus quàm ieiuno & ilio, implantantur, ex alto ſcilicet ſurſum ſeriatim conſcendentes.at parti ipſius inferiori à ſiniſtro rene ad rectum uſque inteſtinum ductæ, & ipſi pariter recto, uenæ arteriæque, perinde ac [q] duodeno [r] porriguntur. [s] Vna enim inſignis uena à portæ ramis in meſenterium excurrentibus enata, & arteria etiam ab [t] illa principium

Craſſi inteſtini ductus ſitusq;.

Craſſum inteſtinum in colon & rectum diuidi.

Coli à recto differẽtia.

Craſſorum inteſtinorũ tunicæ.

Libr. 4. de Vſu part.

Coli & recti uenæ ac arteriæ.

t 20 *fi.* T.
u 6,7,8 *fi.* N.
x 6,8 *fig. ab* N *ad* P.
y 20 *fi.* H.
z 6,8 *fig. à* P *ad* Q. *in ſexta ſecundùm* F, F.
a 6 *fig.* G.
b 20 *fi.* V.
c 6,8 *fi. à* Q *ad* R.
d 8 *fig. ab* R *ad* S. *& inde ad* T *ac* Y.
e 8 *fig. ab* Y *ad* a.
f 22 *fig.* * *ſub* y.
g 24 K *ſub* L.
h 8 *fig. ab* N *per* P, Q, R, S *ad* T.
i 8 *fig. ab* Y *ad* a.
k 6,8 *fig.* V, V.
l 6,8 *figu.* X, X.
m *Has petes ex* 9 *fi.*
n 6,8 *fig.* V, V.
o 9 *fi.* k, k *educit l ſuper i & h.*
p 4 *figur.* e, e, e. *&* 3 *fi.* A, A.
q 12 *fi. h.*
r *ſecundum* H. *fi.* 10 *et* 12 *fi.* n.
s *fi. cap.* 5 *li.* 3 *c ad d, d, e, e.*
t *fi. ca.* 12 *lib.* 3 λ.

pium ducens, quæ ab arteria magna ad mesenterium sub uasorum seminalium exortu depromitur, secundùm dictam coli partem & rectum intestinum mesenterio suffultæ, rectà protenduntur, ac in progressu furculos seriatim unoque ordine intestinis offerunt. Verùm de intestinorum uenis ac arterijs in mesenterij descriptione rursus pertractabitur. Neruos autem crassiora hæc intestina cum gracilibus communes habent, & utraque lento uiscidoq; humore intus oblinuntur. Exteriori autem coli intestini superficiei, quà id recto proximum est, & ipsi quoque recto, pingues quidam appendices magno numero passim subinde ac peculiariter adnascuntur. Dein rectum intestinum [u] musculos uoluntariæ fæcium excretioni præfectos sibi priuatim uendicat: quos quum in secundo libro sim persequutus, non est necesse hic quoque recensere. Sed admirabilis potius Naturæ industria nunc consideranda uenit, quæ intestina primùm potissimumque extruxit, ut horum beneficio quicquid in cibo uentriculi opera elaborato esset succulenti, ad iecur sanguinis officinam duceretur: dein ut fæces, & quæ fuctui inepta essent, debitè excernerentur. præterquàm quòd intestina coquendi alterandiq; ui modica etiam prodesse credimus, ut à uentriculo scilicet prius confecta, absolutius paulùm in ipso per intestina ductu emutarentur. Atque ad hos sanè scopos Natura respiciens, intestina artificiosissimè fabrefecit. quod enim præcipuè neque gratia eductionis excrementorum, neque concoctionis, sed ut id quod in cremorem uersum est, per uenas assumptum in iecur totum deferatur, intestina ad eum quem diximus modum, fabricata sint, collectu est promptissimum. Primò quidem, quòd in nullo animali constructus sit uentriculus illis organis contiguus, quibus egerendo idem expurgatur. quamuis non impossibile esset, uentriculum ad anum usque extendi. Deinde, quòd plurimis animalibus intestina in multos frequentesq; gyros & anfractus inuoluuntur. Postremò, quòd constet uentriculum cibum non antea demittere, quàm probè illum confecerit. Ventriculum igitur sedi non esse contiguum, aut illi recto saltem meatu ductu ve iunctum, liquidò commonstrat aliud concoctionis esculentorum, aliud uerò redditionis digestionisq;, organum fieri oportuisse. Quippe si idem omnino existeret, metuendum esset, ne frequenter uenæ crudum inconcoctumq; assumerent cibum: qui postmodum à iecore malè confectus, homini inutilis noxiusq; foret. Sed & redditionis instrumentum, quod non rectà à uentriculo ad anum extenditur, at quamplurimis orbibus & anfractibus spirisq; (ne ocyus hominis nutrimentum non exuctum elabatur) inuolutum uisitur, nunc dicta confirmat. Si enim alius uenter uentriculo succederet, essetq; ille redditionis, sicut hic concoctionis, promptuarium, nequaquam exiguo tempore, plurimum alimenti per uenas frequentes in iecur susciperetur. Nunc autem per innumeras uenarum soboles, ex uarijs illis copiosisq; intestinorum anfractibus, quicquid succulenti à uentriculo confectum est, in iecur promptè transumitur. Alias uerò si raris uenarum orificijs parum cibi in cremorem uersi, continuò incideret, tarda & diuturna succederet digestio: quũ necessarium sit, ora uasorum elaboratum succum tangere. Si uerò alter magnus uenter priori subtenderetur, cibus omnino modicam eius uentris sedem tangeret, solam nimirum eam cui proximus attiguusq; suis parietibus esset: atque ita præcipua cibi portio, quantacunque scilicet esset in profundo, seu medio eius uentris spacio, uenarum apprehensiones suctusq; effugeret. Sed nunc demum transitus angustia cibum in exiguas comminuens particulas, cogit, ut is propemodum totus tangat intestinorum tunicam, ad quam uenæ suis osculis conniuent. Etsi enim quid in transitu primi anfractus, uasorum ora effugerit, per secundum quidem tangit: & si hunc præterlabatur, tum omnino per tertium, aut quartum, uel alium eorum anfractuum qui frequentes numerosiq; subsequuntur, ut tandem nullus effugiat, aut lateat, aut excidat cibus ad nutritionem utilis, quando lege Naturę & morbo liberum corpus dispensatur. Intestinorum itaque anfractus, ut quicquid succulenti humidiq; in confecto à uentriculo cremore esset, uniuersum distribuatur comparati sunt. Et id præcipuè tenuium intestinorum munus est. Crassa enim, & si ipsa quoque ad succorum distributionem conducant, priuatim tamen in hoc conferunt, ne continuo, sed per longa interualla egeramus. Hæc enim tanquam uenter aliquis siccis excrementis, uti uesica urinæ, subijciuntur, excrementaq; ita in illis colliguntur, ut repentè uniuersa simul educi queant: sic tamen, ut & hinc aliquis homini usus accedat. quippe si gracilium intestinorum suctum aliquid præterfugerit, quum longiori mora excrementa in crassis intestinis residcant, ipsorum uasa id exugunt. Quod autem commemoratis iam usibus, quæ de intestinorum constructione suprà scripsi, omnia competant, obiter quoque nunc subnectam. Hæc itaque ad uentriculum statim, à quo cibum accipiant, opportunè locantur: [x] Duodenum dein, etiamsi id fuisset utile, in nullos tamen anfractus ducitur, quòd sub uentriculo, quà fertur, nullam omnino uacuam sedem obtineat, in qua aptè in gyros flecti queat: præterquam quòd [y] portæ etiam uenæ à iecoris cauo prodeunti cedere oportuerit. [z] Ieiunum uerò & ilium mediam uentris sedem iustissimè occupant, quòd inibi mesenterij [a] centro sint proxima, breuissimoq; ductu & uenæ portæ rami, & arteriæ magnæ propagines illis hic diffundi possint. Porrò de [b] coli situ nimis quàm miserè se torquent dissectionum professores, quòd id quum excrementorum uelut quoddam sit promptuarium, ad uentriculi tamen fundum iecorisq; cauum porrigi conspiciunt. Vnde etiam alius quidem colon, quia fæces continet, innatoq; calore destituitur, ad uentriculum ferri uult, ut illius uicinarumq; partium cõtactu, id maiorem concoquendi uim assumat. Alius autem sub iecoris cauo colon deduci contendit, ut ex bilis uesicula in illud resudans bilis, incitando, excrementorum egerendi uim feliciorem reddat. Alius uerò aliud cõminiscitur: & interea nemo animaduertit, colon mesenterij centro non admodum debere uicinum esse, neque id uenæ portæ ramos cauo iecoris proximos oportuisse assumere, quum parum quod exugi deceat amplexetur. Vt itaque [c] grandior dexter ve uenæ portæ truncus breuiori ductu gracilibus intestinis insereretur, ac succinctiori uia cibum in uentriculo confectũ ad iecur transferret, colon intestinũ gracilibus

Neruí. Adeps intestinis obiectus.

Recti intestini musculi.

Intestinorũ numus.

Intestinorũ constructionis ratio. Situs ratiõ.

u 8 fi. d, e, d. et fi. a. 51 li. 2 L. B, C, D.

x 7 fi. ab 1 ad K.

y 12 fi. h.

z 7 fi. à K per uarios anfractus, tandem ad M.

a 10, 11 fi. L. L.

b 6, 8 fig. N, P, Q, R, S, T.

c fi. cap. 5 lib. 3 G.

cilibus cedit, ac ueluti per distantia maximè à mesenterij centro loca procedit: atque hac etiam occasione, id præcipua sua portione siniſtram corporis sedem occupat. Rectum autem intestinum illic commodissimè reponitur, quà opportunè paulatim asseruata egerere tandem queat. Forma autem tereti in hoc intestina creantur, ut sint capaciora, minusq; iniurijs occurſantibus expoſita. At angusta sunt gracilia intestina, ut minima quæque cibi portio ab ipſorum tunicis, adeoq; ipſorum uasis tangatur. Crassorum intestinorum magna est amplitudo, ut multa colligere possint, ac ne frequentiùs egeramus opitulentur. Substantia constant, facilè quæ continet amplectente, & rursus à contentis distendi apta. [d] Duplicem uerò habent tunicam, ut iniurijs innoxiè ferendis magis sint idonea. nam interior aliquando in intestinorum difficultatibus, alijsq; diuturnis affectibus putrescit, exteriore salua: unde & ægri nonnulli euadunt. Porrò interior gracilium intestinorum tunica [e] interiori uentriculi tunica mollior est, quòd nulla aspera intrita ve illa, sicut hic, recipiant. Exterior uerò intestinorum tunica exteriore uentriculi minus fortè carnosa est, quoniam digestionis potius quàm concoctionis organa sunt. Cæterùm exterior crassorum intestinorum tunica, tanto gracilium interiore tunica durior est, quanto illa materiam continent duriorem, & à succo magis liberam. Quandoquidem quæ gracilibus continentur intestinis, liquida, fluida, aqueaq; adhuc sunt: quæ autem crassis, dura. Vtraque intestinorum tunica transuersas sortitur fibras, ut ocyus quod in illa defluit propellant, itaq; citò uniuersus succus ad iecur exugatur. At externa recti intestini & coli tunica, præcipuè quoque rectas fibras obtinuit, ut hæ uelut uinculum circularium fibrarum efficerentur, ne fortè quum illæ dura excrementa crebrius protrudunt, inuicem abscedant, diuellanturq;. atque hac potissimùm occasione recto intestino, ut quod sicciora excrementa amplectitur, eius generis tribuuntur quamplurimæ. Quanquam fortasis non ob id solùm ut transuersas colligent, rectæ fibræ huic offerantur, sed etiam ut recrementa alioquin non admodum sequacia, illæ attrahant. Tertia intestinorum tunica secundæ uelut propugnaculum est, & copula, cuius beneficio intestina [f] mesenterij interuentu dorso colligentur. Cæterùm uenæ arteriæq; (nam & hæ mihi ex intestinis aliquid elicere creduntur) non omnibus pari numero ac frequentia distributæ sunt, quod non in omnibus intestinis eadem exugenda succorum sit copia. Quo enim intestina uentriculo in continuitate uiciniora sunt, eo plus optimi cremoris continent: ac proinde frequentiora uasa gracilibus intestinis deferuntur, pauciora crassis. & pari hac ratione pauciores uenæ uentriculo, quàm tenuibus intest nis inseruntur: quoniam qui in ipso continetur cibus, non semper plenè confectus mutatusq; est. Quemadmodum uerò uenas, uentriculum, ut sanguinem illi ad nutritionem offerant, etiam implicare nihil dubito: ita quoque easdem uenas, quæ cremori ex intestinis assumendo, & eodem in iecur traijciendo, famulantur, ad præcipuam illorum pariter enutritionem subseruire, sanguinemq; ipsis commodum adferre existimo, cremorem intestinis alioquin contentum, ad ipsa alenda nihil accommodare (quicquid alij sentiant) arbitratus. Cæterùm intestina neruis donantur, ut infestantes humores dignoscant: quandoquidem si sensus penitus essent expertia, nihil obstaret, quin ex flaua bile, aut alio mordaci succo intestinum penitus subinde corroderetur, priusquam homo sentiret. iam uerò bilis [g] meatus in duodenum insertus, intestina bilis influxu stimulans, eorum actionem uehementer adiuuat, ac pituitam ipsis insedentem expellit. Atque hæc præcipua, præter succi tenuitatem, causa est, cur ieiunum intestinum suum quem continet cremorem ocyus quàm reliqua transmittat. nam dum bilis adhuc cremori non mixta, intestini lateribus adfluit, sua acrimonia id magis stimulans, ad ea quæ continẽtur uelocius propellenda inuitat. Reliquæ. n. inanitatis ieiuni causæ, ut succorũ optimorũ copia, frequentes uenæ, proximus iecori situs, & ante hæc omnia deorsum rectà tẽdẽs intestini ductus, & liquidissimus adhuc succus, duodenũ magis ieiunum debere esse, documento sunt. Quãquam bilis in ipsum influens, & illud quoq; ad subitã excretionem irritat, impellitq;. Sed de bilis natura, ipsiusq; meatibus, suo postea loco accuratiùs pertractabitur.

Intestinorum formæ ratio.

Substantiæ. Tunicarũ.

Fibrarum ratio.

Venarum arteriarũq; ratio.

Neruorum ratio.

Vesiculæ bilis meatus insertionis ratio.

Quamobrẽ ieiunum intestinũ cremorẽ ocyus trãsmittat.

[d] *9 fi. h et i, quibus obiicitur posteà l. à k, k.*

[e] *17 fi. m.*

[f] *Spectatur id fi. 10.*

[g] *13 fig. c add.*

DE MESENTERIO. Caput VI.

MESENTERIVM inter cæteras figuras ostendit undecima, nox decima & duodecima, & non perfuncto uiè uegesimaquarta.



CORPVS μεσεντέριον & μεσάραιον Græcis nuncupatum, Gaza in Aristotelis historia de Animalibus lactes appellauit: Cicero autem in tertio de Natura deorum libro, intestinum aliquod ijs Græcorum uocibus dici non admodum rectè arbitratus, illas uertit interpretatur ve medium intestinum. Quia uerò hic describendum corpus, in intestinorum numero neutiquam uenit comprehendendum, & quia lactes non idem omnibus significant, & medianum uox parum adhuc recepta uidetur, nó inopportunè à Græcis nomen mutuabimur. Mesenterium itaque (quod etiam pinguis membrana, quum etiam reliquis omnibus membraneis uniuersi corporis partibus obesior pinguior ve existat, priuatim nuncupatur) ad posteriorem intestinorum sedem [a] locatum est, uinculum, cuius beneficio intestina inuicem & ad dorsum colligarentur, futurum. Vt uerò id adeò insignem usum commodè præstet, dura membranaq; constat substantia. Ex [b] duabus enim mutuò attensis accumbentibusq; membranis, à peritonæo originem ducentibus, præcipuè extruitur, ipsiusq; formam intestina ab illo colligata, propemodum effingunt, & uariant. Vt namque intestinorum omnium non par anfractuum ductus est, ita quoque non eadem undecunque mesenterij effigies. Quam Galenus fortè animaduertens, etiamsi mesenterium omnino continuum sit, nihilominus tria mensenteria quodam modo in libro de Venarum arteriarumq; sectione recensuit: [c] unum medium, [d] aliud dextrum, [e] tertium

Mesenterij nomina.

Ipsius situs.

Substãtiæ.

Formæ exortus.

[a] *Vti uidere est in 10 fig. & 12.*

[b] *24 fi. F, F una, altera G, G. sic 11 fi. X, Y.*

tium ſiniſtrum eſſe inſinuans. Ac ipſum quidem medium appellare arbitror meſenterij partem, ieiunum iliumq; inteſtina dorſo colligantem: quæ anguſto orta principio, in miram amplitudinem latitudinemq; ducitur,ut omnibus ieiuni ilijq; inteſtini connaſceretur anfractibus. Dextrum uerò & ſiniſtrum appellare potuit,quod colon inteſtinum,& rectum dorſo alligat,dextrum quidem in dextri ilij regione,ſiniſtrum uerò in ſiniſtro ilio collocans. Meſenterij itaque pars gracilibus inteſtinis peculiaris, ſimilem omnino cum [f] inferiore, & colon quà ſecundùm uentriculi fundum exporrigitur continente omenti membrana ſortitur exortum. Ex [g] magnæ enim arteriæ & uenæ cauæ tunicis,quas ea uaſa ſecundùm uniuerſum per lumborum uertebras ductum à peritonæo obtinent,mambraneæ fibræ admodum frequentes exurgunt, ſtatim in duas degenerantes membranas,quibus mutuò adnexis, meſenterij pars gracilia inteſtina dorſo colligãs efformatur: partes autem colon & rectum dorſo connectentes, ab illis peritonæi regionibus principium ducunt,ſecundùm quas hæc inteſtina exporriguntur,peritonæo fibras quaſdam, quæ in meſenterij membranas degenerent,illic continuò emittente. Verùm meſenterij ſubſtantia non in hoc ſolùm, quo ualidius inteſtina dorſo adnecteret,membranea eſt:at alterius etiam magni cuiuſdam uſus gratia, quo [h] uenas omnes ex iecoris porta,& [i] propagines à magna arteria ad inteſtina excurrentes tutò continet: ac ne illæ,dum homo ſalit,aut cadit,diſrumpantur,tutò ſecurèq; admodum ſuffulcit. Grandior enim uenæ portæ truncus,qua meſenterium iuxta renum regionem à dorſo pronaſcitur,inter duas meſenterij membranas ducitur,arteriam habens comitem,quæ à magna arteria,priuſquam hæc ad renes ramos diſpergat,in hoc ut in inteſtina diffundatur,originem ducit. Huc quoque pertingunt [k] duo nerui, utrinque nimirum ſingu li,ab illis pronati ramis,qui à ſexto neruorum cerebri pari coſtarum radicibus exporriguntur. Adeò ut ingens is uenæ portæ truncus, & dicta nuper arteria cum duobus illis neruis ſimul meſenterij [l] centrum ſubeant, atq; inter duas ipſius mutuò cohærentes mambranas ingrediantur, tutoq; poſtmodum per uniuerſam meſenterij ſedem numeroſa ſobole ad inteſtina procurrant. Præter commemoratam nuper arteriam, alia quædam magnæ arteriæ [m] propago,ſub ſeminalium arteriarum initijs exorta, eam meſenterij partẽ ingreditur,quæ ſub renum regione à dorſo principium obtinet. Venas autem nullas, præter dictum nuper uenæ portæ truncum,meſenterium admittit. Neque ſatis aſſequor,quid Galenus ſibi uelit, quando inteſtinis,ipſiq; adeò meſenterio uenas offerri teſtatur,in iecur non terminatas,aut (ut alij uertunt) ad iecur non traijcientes. niſi fortè aliquas cauæ uenæ propagines in inteſtina diſſeminari indicauerit: quanquam & illæ in iecur tandem uel ipſius ſententia terminarentur,etiamſi forſan cremorem ex inteſtinis iecori non offerrent:at potius inteſtinis meſenterioq; enutriendis,priuatim conducerent. Verùm hactenus nullam uel tenuiſsimam ſobolem à caua uena in inteſtina meſenterium ve pertinere, quantumuis diligenti reſectione deprehendi. Et quum Galenus in ſexto de Adminiſtrandis ſectionibus,quemadmodum & quarto de Partium uſu,peritonæi proceſſus,ac omenti meſenterijq; ex illis initia & ductum, perquàm diffuſe commemorat,& cum illis proceſsibus uenas diſtribui deferriq; docet à magna uena ſecundùm uentriculi longitudinem deſcendente,arbitror Galenum [n] portæ uenam ſubaudire:non uerò [o] cauam,adeoq; magnam,quæ dorſo inſidens,cum magna arteria ipſi comite ſub uentriculo decliuis fertur,inceditq;,ubi peritonæum præcipuè oritur,& omento meſenterioq; potiſsimum originem præbet. Et ſi fortè quis (uti ego nonnunquam feci:atque à me inter diſſecandum in ſcholis aliquando cauæ propagines in uentriculum & meſenterium excurrentes,ab aſtantibus fruſtra ſunt expetitæ) aſtruet,Galenum ibidem de magna aliàs, caua ve,non uerò portæ uena,ſermonem inſtituiſſe:ego lubens conceſſero, eiuſmodi propagines quantumuis modicas & graciles,me adhuc latere. Dein Herophili ſententiam à Galeno in quarto de Vſu partium adductam,de uniuerſa portæ uena eum in modum intelligendam arbitror, quo nos de eius uſu egimus,quum proponeretur,non totam portæ diſtributionem in hoc tantum fieri,ut à uentriculo confectus ſuccus in iecur traijceretur,ac ex uulgi etiam opinione melancholicus ſuccus lieni offerretur: uerumetiam ut pleriſque inſuper partibus alimentum ſuppeditaretur,quemadmodum uel illi portæ uenæ oſtendunt [p] ramuli,qui uariè per omenti membranas inteſtinis inſtratas excurrunt,& [q] qui in omenti & meſenterij [r] glandulas terminantur,neque ultrà incedunt,ſoliq; ita nutritioni famulantur. Portæ uerò propagines in inteſtina inſertæ, ſimul ad cremoris in iecur traiectum,& ſanguinis enutriendis inteſtinis idonei deductum, ſubſeruire mihi uidentur, mutuam materierum tranſumptionem neceſſariò multisq; argumentis (uti aliàs docebitur latius) concedenti. adeò,ut præter commemoratas uenas, nullæ aliæ in inteſtina & meſenterium pertinentes,hactenus mihi fuerint obuiæ. Cæterùm,ut in canibus (ne hic fortè præter ſententiam in nugaces ſcholarum diſceptationes incidam) uaſorum per meſenterium inceſſum adinuenire promptum eſt: ita contrà, ambæ meſenterij membranæ in ijſdem difficulter expenduntur. quòd illis macilentius quàm homini obtigerit meſenterium:quodq; ideo ipſorum meſenterij membranæ inuicem omni ex parte (niſi quà uaſa admittunt) perinde ac ſi ſimplici unaq; membrana id conſtaret,connatæ uiſuntur. At in homine binæ meſenterij membranæ inuentu ſunt perquàm faciles,quum multa intercedente pinguedine, inuicem diſtant. Vt enim homo copioſa undecunque abundat pinguedine,ſic meſenterium quoque præpingue adipiſcitur, ſanguine hic ex uaſis reſudante,membranarumq; ui in adipem mutato. Præter adipem aliud quoque meſenterio accedit. non enim ſagaci Naturæ ſat eſſe uiſum eſt frequentem illam uaſorum ſobolem meſenterij membranis contineri, quin glandoſum corpus, ſingulis uaſorum ſciſsionibus, ita undequaque ſubſtruxit ſimul & circũmpoſuit, ut nulla ipſarum inualida fieri, aut per motum quaſſari poſſet: non ignorans, quiduis ſuſcipiendis noxis opportuniſsimum eſſe,ubi in ramos diducitur. Ac proinde ad meſenterij quidem [s] centrum,ubi prima uaſorum fit diſtributio, grande corpus glandoſum extruitur, inſignioresac primas uaſorum diſſectiones ſecurè admodum ſuffulciens. Per reliquam uerò meſenterij ſedem, ſingulis propè

Subſtantiæ meſenterij ratio ac uſus.

Venæ,arteriæ & nerui.

Libr. 4. de uſu part.

Meſenterij adeps.

Glandes.

c 11 ſi. N. N.O.O.
d 11 ſi. P. uerſ. Q 12 ſi. m.
e 11 ſi. R. S,T.
f 4 fig. e, & 5 fig. A,A.
g 25 P,Q.
h ſi. cap. 5 li. 3 G, b, b. & 12 ſi. k.
i ſi. ca. 12 li. 3 ζ, λ.
k 2 ſi. cap. 2 li. 4 δ, λ.
l 10,11 ſi. L, L. 12 ſi. l.
m 15 ſi. ζ ſub f.
n tota fig. cap. 5 lib. 3 & hic 4 ſi. l.
o 20 ſi. Q & 22, 23 ſi. g, non h.
p 4 ſi. q. q. i.
q ſi. cap. 5 li. 3 M.
r 4 ſi. n. n. & 21 ſi. L, L. M M.
s 10,11 ſi. L, L. 12 ſi l.

t 10,11 *fi. M. ſed maximè in* 24 *fig. ad* F,F. G,G.
u 9 *fi.* k,k *cõſtituit* L.

propè uaſorum diductibus Natura t glandulam quoque aliquam interiecit, diuiſionis robur ſimul ac firmamentum futuram. Adeò ut ſimul quoque glandulis illis accedentibus, meſenterij membranæ uaſa uerſus inteſtina tutiſsimè deferant, inteſtinaq́; omnia dorſo quàm aptiſsimè colligent, ac demum u tertiam inteſtinorum tunicam efforment. Quum enim meſenterij membranæ, uaſa ad appellatam nobis cauam inteſtinorum partem deducunt, ipſis inteſtinis ſimul cum uaſis adnaſcuntur: atque hic inuicem abſcedentes, ſingulæ per ſuum inteſtinorum latus contendunt, in tertiamq́; inteſtini tunicam degenerant: hac occaſione fortius inteſtina ligantes, & ualidius uaſorum propugnaculum conſtitutæ.

DE IECORE. Caput VII.

IECVR pleræq; oſtendunt figuræ: uerùm inter cæteras duodecima & uigeſima cauam ipſius ſedem in primis ſpectandam offerunt. Gibbam uerò proponit decimaoctaua, & aliqua etiam ex parte ſecunda, ſexta, ac uigeſimaſecunda, & uigeſimaquinta, quæ & cauæ regionis nonnihil exprimunt.

Iecoris ſitus

IECVR nutritionis organorum facilè præcipuum, & ſanguinis craſsioris officina, animæq́; cibos ac potus, quæq́; corporis naturæ neceſſaria ſunt, appetentis fomes, elatiſsimam miniſtrantium ipſi partium regionẽ ſibi uendicat. Mox enim ſub a ſepto tranſuerſo b collocatur, maximam inferioris illius ſedis regionẽ occupans. Totã namq; dextram ſepti partem contingit, parum admodum eius partis intactum inibi relinquens, quà ſeptum undecimæ duodecimæq́; coſtis adnaſcitur, c ſuaq́; ligamenta, quib. uertebris colligatur, porrigit. Mediæ autem ſepti parti uniuerſæ iecur ſubtenditur, ſiniſtræ uerò parti non itidem: quanquam huius magnam quoque ſedem teneat, totam uidelicet anteriorem, ad eam uſque ſedem, qua ſiniſtrũ ſepti latus coſtarum medio (quod ab ipſarum radicibus ad finem uſque eorundem metior) incumbere incipit. adeò ſanè, ut longè magis quàm noſtris uiſum eſt medicis, in ſiniſtrum latus iecur d pertingat. Neque uerò ſepti tranſuerſi latitudinem ullibi excedit: niſi quòd paulo demiſsiùs, quàm e mucronata conſiſtit cartilago nonnunquam, & potiſsimùm arctato thorace dependeat. quod etiam tanto fit manifeſtius, quo maius homini iecur (quemadmodum pueris ferè) accidit. Porrò humanum iecur maiorem ſui portionem in dextro latere extenſam habet, propter f lienem, qui ipſo dignitate multo inferior, ſiniſtram ſedẽ erat occupaturus. Vt igitur corpus redderetur æquilibre, ſagax Natura minorem iecoris partem in ſiniſtra deduxit: uti aues manifeſtò atteſtantur, quibus iecur æqualiter in utrunque latus, ut & canibus propemodum, conſiſtit. His enim quia gracilis, neque ualde ponderoſus contigit lien, magna iecoris portio in ſiniſtram fertur. Quòcunque tamen deducatur iecur, etiamſi ſub ſepto, ipſoq́; in peritonæo locetur, eam ſedem perpetuò obtinet, quæ coſtis ſuccingitur: adeò ut cibi organorum ſitus magnam rurſus Naturæ oſtendat prouidentiam. Quum enim abdomen propter ea quæ extendi ſubſidereq́; crebrò debent organa, oſsibus deſtituatur, Natura eas partes, quarum gratia illud oſsibus carere uoluit, ab iniurijs minus texit: reliquas uerò hac extenſione non indigentes, tutiſsimè condidit. g Atque ita peritonæo inter diſſecandum aperto, primùm occurrunt, uentriculus, inteſtina, ueſica, & uterus. Verùm iecur, lien, renes, uena caua, & arteria magna, tutiùs reconduntur. Forma iecoris uaria eſt, & ſuis quibus accumbit organis reſpondens, non aliter quàm ſi id nullam peculiarem exigeret formam, & ſibi à uicinis partibus, inſtar fictilis terræ, quamuis effigiem indi ſineret. Nam & ſuprà, & retrò omni ex parte qua ſeptum h ſpectat, gibbum læueq́, admodum uiſitur, nullis omnino extuberans proceſsibus: & cauitati ſepti, quæ in inferiore ipſius ſede neceſſariò i conſtituitur, ad amuſsim congruens. Videtur enim iecur uelut gleba illi inferiori ſepti ſedi impreſſum fuiſſe, ac ab ipſa hic formatum. k Ne uerò uenæ cauæ caudex ſecundùm poſteriorem iecoris ſedem protenſus, aut huius grauitate, aut ſepti tranſuerſi motu comprimeretur, tantus ſinus in poſteriori iecoris ſede exſculptus eſt, quantus amplectendo innaſcendoq́; cauæ caudici ſufficiat. Cæterùm l inferiori ſede, iecur admodum amicè uentriculo cedit, ac ab illo (quem rotundum, ſecundumq́; corporis latitudinem oblongum neceſſariò procreatum eſſe diximus) cauum efficitur: & læue quidem hic etiam exiſtit, ſed non undecunq; proceſsibus m tuberibus ve & ſinibus liberum. Quemadmodum enim organa quibus iecur caua ſui parte incumbit, ſimplici quadam ſuperficie neutiquam gibba ſunt: ita quoque iecur unica ſuperficie haud ſinuatum eſt, ſed rupis præcipitio aliqua ex parte accedit. Quà nanque n duodenum exporrigitur inteſtinum, & uena o portæ à iecore prodit, iecur quodam P tubere prominet, ſedem quam hic uacuam reperit adimpleturum. Præterea ubi bilis q ueſicula cauæ iecoris regioni innaſcitur, ſinus in illa exculpitur, medium eius ueſiculæ corpus eleganter excipiens. Ad hæc, iecur quoque ea parte r ſinum adipiſcitur, qua ſtomachum tangit, illiq́; ſeptum tranſeunti, & ſuperiori orificio uentriculi continuando, locum præbet. Adeò ſanè, ut iecur nullam peculiarem formam obtineat, ſed eam quæ à conterminis partibus ipſi imprimitur. Velut canum caprarumq́; ſectio pulchrè atteſtatur, in quibus iecur priuato ſinu ſuperiorem dextri renis ſedem concinnè admittere cernitur. Atq; hoc rectè à Natura factum eſt, quum iecoris munus nullam ſeparatam propriam ve expetat figuram: uti contra uentriculus, inteſtina, ueſicæ, & eius generis permulta, quæ amplam cauitatem eamq́; unicam neceſſariò obtinentia, opportuniſsimè quoad licuit rotunda aut interdum teretia effinguntur, & ſeptum quoque tranſuerſum ob ſuam functionem dilatando thoraci in primis præfectam, neceſſariò quam nunc ſortitur formam obtinuit. Iecoris autem ſubſtantia & uenarum per ipſum reptantiũ ſeries, facilè tibi documento erunt, ad ipſius uſum quo ſanguificationis eſt officina, magnum id & craſſum oportuiſſe fieri organum: ac nihil intereſſe, utrum rotundum an oblongum, gibbum ve an cauum extruere

Iecur maxima ex parte coſtis ſuccingi, muniriq;.

Iecoris forma.

Iecur nulla peculiari eguiſſe forma.

1 7 *muſcu. tab* Δ.
b *Videtur id* 2, 6, 12, 10, 22, 25 *figuris et ultima quoq; fig. lib.* 3.
c 7 *muſc. tab.* o, p.
d Ad O *fi.* 12, *et ad* C *fig.* 20.
e 6 *fi. ſub* A *habetur* D, D.
f 20 *fi.* O, O, P.
g *confer* 2 *et* 6 *fi. cum* 20, 22, *&* 25.
h *fi.* 18 *et* 22 *præcipuè.*
i 7 *muſcu. tab.* Δ.
k *Id totum pete ex* 18 *figura.*
l 22 *fig.* I, K *cedit* P, Q.
m 12 *fi.* N, N. 20 *fi.* G, G.
n 15 *fi* P.
o 12 *fi. h.*
p 12 *fi. inter* N, N.
q 20 *fi.* H.
r 12 *fig.* φ *cedit* R. 20 *fi.* E *ſpectat* F.

tur. Iecur itaque superiùs posteriusq; quà septum spectat, præter sinum uenæ cauæ caudici paratum, exactè gibbum & læue est, & quà uentriculum amplectitur, omni propemodum ex parte cauum cernitur. Rursus ubi posteriori uentriculi sedi & dextro ipsius lateri attenditur, crassissimum est: quà uerò superiori orificio uentriculi eiusq; sedi superiori uersus sinistrum incumbit, tenue apparet, & sensim hominibus illic in acutum fertur [s] angulum. In dextra uerò parte rotundum quodammodo & orbiculare obseruatur: & nusquam tenuius est, quàm in ambitu, & præcipuè in anteriori ipsius sede. ubi interdum impressiones quasdam proponit, sed omnes æ iguas, præter [t] unam patulæ sectionis modo anteriori ipsius parti inductam, ac à mucronata pectoris ossis cartilagine parum in dextrum iecoris latus uergentem, & ueluti [u] foramine quodã ad eã iecoris sedem penitius pertinentem, à qua portæ uenæ [x] caudex principium ducit. Atque hæc sectio instar foraminis est, quo umbilici [y] uena hominis iecori implantatur: cuius iam, non autem canis aut porci iecoris formam enarramus. Quæ enim dissectionum professores de iecoris forma ac penulis seu fibris (quas λόβους Græci uocant) commentantur, è canũ potius & simiarum sectionibus, quàm hominum didicerunt. Humanum enim iecur in fibras, porcini, & multo adhuc minus canini iecoris modo, non discinditur. Nam unicum continuumq; præcipua ipsius substantia corpus hominis (quemadmodum ferè & bouis) iecur est: canis uerò iecur in quinque, nonnunquam in sex aut quatuor tantum partes seu fibras, solarum uenarum interuentu inuicem continuatas disiunctum occurrit. Porcis autem iecur in pauciores fibras uenis duntaxat hærentes, dirimitur: aut etiam in plures quatuor uel quinque, si sectiones quoque impense altas fibrarum uice numerare lubeat. Atque hinc natum est illud medicorum commentum, quo uentriculum à iecore quinque fibris manus apprehendentis modo, amplecti asserunt. Quin Græcorum nonnulli, nescio à quibus ut testantur mathematicis medicis nomina mutuantes, illis fibris priuata (uti apud Theophilum illum, parum sanè Anatomicum, uidere est) imponunt nomina. Quatuor enim quum sint, inquiunt, iecoris fibræ, prima focus dicitur: maximè namque ad succi concoctionem facit, quemadmodum concoquendis cibarijs focus. Secunda mensę nomen sortitur, quòd mensę uices gerat: nam membrorum alimenta in ipsa apponuntur. Tertia culter nuncupatur: diuidit enim, segregatq; inter se humores: aut si quid crassius distribuendum sit, id secat atque commutat. Quarta aurigæ nomine appellatur: nam naturales uires iam excoctos humores bene regunt, atque in melius rectà ducunt. Huiusmodi profectò eorum qui humanam fabricam imaginationibus, non sectionibus, aut è brutorum potius quàm hominum corporibus discere conantur, nugæ figmentaq; sunt. Quantumuis interim haud ignorem, iecori in libro de Natura ossium ab Hippocrate quinque fibras, aut, ut interpres habet, extremitates dari. quod sanè non leuiter mirarer, nisi uel perfunctoriè in Anatome uersato, & autorum gratia suis oculis fidem non deroganti, plus satis constaret, quàm multa in eo libro, ipsiq; præsentis argumenti conterminis libris occurrant, ab hominis fabrica, omniq; prorsus ueritate aliena, & indigna pariter quæ ad Hippocratem referantur, quem nunquam in Anatomicis lapsum fuisse Galenus audacter (at nescio quàm uerè interim) attestatur. Nimio itaque erga autores affectu nonnihil remisso, omnes qui mihi unquam secanti astitere testor, me iecur in fibras aliquo pacto diuisum, nunquam inspexisse. Neque est cur quispiam iecur duplici fibra constare astruat, propter [z] scissionem seu foramen potius, quo uena ex umbilico proficiscens excipitur: aut ob eius iecoris [a] portiunculam, sub ortu uenæ portæ extuberantem, id fibris aliquot constare affirmet: si modò unquam uel per somnium animalia, quibus iecur in fibras, ut cani, diuisum est, contemplatus fuerit. non autem hæc solùm leui negocio obseruabit, sed & animaduertet etiã, quotquot hactenus uenæ cauæ exortũ, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributionem literis prodiderũt, ridiculè nugaciterq; admodum deliraſſe. De magnitudine uerò iecoris, quòd scilicet timidis gulosisq; maius obtigerit, & quòd iuxta proportionem hominis, ut & cerebrum, inter reliqua animantia, grandius iecur datum sit, non præter rationem à quibusdam dissectionum professoribus dictum est: quanquam nonnulli nostratium medicorum ijsdem crapula absumi iecur, seriò adeoq; contentiosè affirment: ut rerũ omnium imperiti, & uulgo & sibi ipsis persuadeãt, insignibus illis uini gurgitibus iecur ad nucis duntaxat molẽ reduci consueuisse. Porrò de iecoris substantia, uenis, arterijs, tunica, & ligamẽtis nunc dicendũ est. Per uniuersum itaq; iecoris corpus, ad humilioremẽ eius sedem, uenæ portæ [b] propagines innumeræ diffunduntur, in superioremẽ uerò ipsius sedẽ uenæ cauæ [c] soboles numerosæ sparguntur: quas aut ab earum extremis furculis, aut ab ea parte, qua caudices uenarum constituunt, describere integrum est. Orbiculatim nanque (uti in tertio libro complexus sum diligentiùs) ex omnibus extremis iecoris partibus infiniti uenarum furculi prodeunt, quorum alij in elatiore uisceris parte, alij in demissiore habentur, inuicem propemodum continui, & mutuis osculis quodammodo commissi. Inferiores furculi paulatim inter se in alios paulò crassiores colliguntur, & hi rursus in alios. Atque ita deinceps tantisper coeunt, donec tandem omnes in iecoris cãuo in [d] unam uenam congrediantur: non equidem (ut quispiam alijs dissectionum fidens professoribus putauerit) in cauæ sedis centro, sed in humiliori eius parte, qua dextro dorsi lateri iecur proximum est. Hinc prodiens uena, eos quos sæpe recensui ramos, in bilis uesiculam, uentriculum, omentum, lienem, & intestina digerit. Sic ramorum qui superiorem iecoris sedem occupant, tenuissimę soboles in grandiores paulatim, & hę rursus in maiores, ampliores ue tantisper coaceruantur, quousque omnes in [e] duos maximos coeant ramos, in anteriorem uenæ cauæ sedem, quà hæc iecori innascitur, pertinentes. præter aliquot etiam [f] graciles furculos eidem uenæ cauæ sedi insertos, Neque rursus hoc in gibbæ iecoris sedis fit medio, sed [g] in posteriore ipsius sede, qua septo incumbit potius quàm adhæret, dum resupinatum hominem intelligimus, [h] In dictorum ramorum medio aliquibus in locis tenues gracilesq; admodum deducuntur furculi, qui caui sunt, & uenarum corpore donati, in unum quoque caudicem mutuò collecti desinunt, in bilis uesiculam (uti pòst dicemus) deducendum. Quin & in humiliore

Humani iecoris formã à canum et porcorũ iecoribus uaria re.

Primo li. de Vsu part.

Iecoris substantia.

Venarum series.

Bilis uesiculæ meatus iecore.

s 20 fig. iuxta C.
t Inter H. H2 figura. & ad E fi. & ad
20 fig.
u 20 fi. qu si à D ad
x 20 fig. l.
y 2 fi. Fa G.
z 2 fi. inter H, H. qua ingreditur G.
a 20 fi. inter G, G.
b fi. cap. 5 li. 3 A, A, A
c fi. cap. 6 lib. 3 A, A, A.
d fi. cap. 5 lib. 3 B. & 20 fi. I.
e Alter A insignitur fi. ca. 6 li. 3
f fi. cap. 6 li. 3 a.
g 18 fi. inter D et D.
h In 13 fi. X, X, habetur inter Z & Y.

humiliore iecoris sede,ubi portæ rami in suum caudicem coeunt, [i] exiles arteriæ in iecoris corpus exporriguntur,ab ea diffusæ,quæ dextræ sedi inferioris membranæ omenti à magna arteria offertur. His omnibus uasis rubra mollisq; aduascitur substantia, nuper concreto sanguini quàm simillima, nisi quòd durior, & potissimum in iecoris gibbo cernatur, ab Erasistrato, quod uasis his & propaginibus circunfunditur, παρέγχυμα nuncupata. Hæc substantia iecoris uasa continet, & amplectendo suffulcit,totam propemodum iecoris molem constituens.quæ perquàm tenui obuoluitur tunica,à ligamentis pronata,quibus iecur peritonæo,qua id septo subditum est, affirmatur. Sunt autem hæc duo præcipua: [k] unum quidem densum & insigniter ualidum, sed membranæ modo tenue quod peritonæi pars inferiorem septi sedem succingens, paululum à latere dextro mucronatæ cartilaginis educit, rectà ex anterioribus in posteriora protensum, paucisq; omnino quadrupedibus ut quæ perinde ac homo neutiquam eriguntur commune. [l] Alterum uerò,quà iecoris sinistra pars in acutum definit angulum,à peritonæo nascitur. hic enim fortissimo & qudãmodo tereti ligamento iecur peritonæo alligatur. Dein [m] qua cauæ uenæ caudex septum permeat,& deinde secundùm cauæ per iecoris posteriora deductum,peritonæum iecori adnascitur,sibiq; hac in parte iecur connectit. Quinetiam cauæ iecoris sedi,ubi portę est principium, omenti quoque portio adnascitur. Prętera iecur anteriori peritonæi sedi (quod & alijs animaduertendum etiam fuerat Anatomicis) connectitur, beneficio [n] uenæ ab umbilico in ipsum iecur pertinentis. Hæc enim fœtu è matre excluso aresçit, ac instar ualidi efficitur uinculi,ipsum iecur,uti iam dixi,peritonæo colligantis. Ex his omnibus uinculis quibus iecur peritonæo adnectitur, tenuem suam & sibi peculiarem sortitur tunicam, in quam duo quoque inseruntur nerui: [o] unus quidem à sexti paris cerebri neruorum ramis, elatiori orificio uentriculi implantatis: [p] alter uerò ab alijs Anatomicis ignoratus,à sexti eius coniugij discindituir propagine costarum dextri lateris radicibus exporrecta. Neruus iste in iecoris tunicam raris modicisq; furculis dispergitur, priore neruo in iecoris quoque substantiam pertinente. Et talis quidem uisceris huius est fabrica. quòd autem ad ipsius partium usum attinet,sic sese ordine habent singula. Iecori quicquid humidum succulentumq; à uentriculo conficitur, tum uenæ portæ rami ex ipso uentriculo & intestinis potissimum id depascentes, adferũt. Quod uerò ijdem rami priusquam iecori succulentum id porrigant, rudem aliquam sanguinis formam illi conferant,& ut Galenus attestatur,modo iecori similimo ipsum præparent,non facile concesserо. Nam si uenis,non his solum,sed & omnibus cauæ uenæ propaginibus præter proprij nutrimenti alterationem,alia quæ toti subseruiret corpori alteratrix uix,quemadmodum uentriculo,inesset,ea sanè non in rubrum,at in album quod à uenis amplecteretur,emutaret. Siquidem alteratum in nutritione, alterantis colorem ut assumat,necessum sit. Iecur itaque in omnes portæ ramos per substantiam ipsius digestos, quicquid humidum succulentumq; uentriculus confecit,in se admittit,& substantiæ suæ ingenita ui alteratrice id emutans, sibiq; quàm simillimum reddens,sanguinem generat. Verùm ut in omni concoctione, ita quoque in hac iecoris sanguificatione,duplex fit recrementum. Alterum quidem tenuius,alterum uero crassius. At satius fuerit cum Galeno ad similitudinem actionis,humido liquori iam quidem præcocto, & prius elaborato,in digenti tamen absolutiore adhuc concoctione succum assimilare,quem uenæ in iecoris cauum deducunt. Sit itaque uinum nuper ex uuis pressum,ac in dolia infusum,& quod ab illito innatoq; calore adhuc elaboretur,secernatur,concoquatur & ferueat,eiusq; excrementorum quod quidem est graue & terrestre (fæcẽ uocant) in fundum uasorum subsidat,alterum uerò quod est leue & aereũ supernatet, hoc autem flos nuncupatur tenuioribus uinis innatans copiosum,sicut crassioribus fæx residet plurima. Ergo iuxta exempli huius similitudinem,succus à uentriculo & intestinis in iecoris uenas allatus, ab alteratrice iecoris ui concoquitur,ac instar musti feruens ad sanguinis benigni generationem alteratur. In hac autem ebulitione, recrementum quantumcunque lutosum crassumq; est,subsidet,& in lienem (uti uulgò credimus) depellitur. Quod leue ac tenue est,spumæ modo sanguini innatat,& à bilis uesiculæ meatibus supra uenæ portæ ramos in iecoris substantia stratis assugitur. At humidum illud, quod uelut uentriculi elaborationis aqueum existit recrementum in iecur per uenas cum benigno ad sanguinis generationem succo assumptum, à sanguine nondum in iecoris cauo repurgatur,sed sui iam maximum præstans usum,nutrimẽti uehiculum, ut Hippocrates ipsum uocabat,se esse eleganter ostendit. Sanguis enim in iecoris cauo confectus, exilibus è portæ uenæ furculis ad cauæ uenæ ramulos uersus iecoris gibbum procedit, ad cuius per angustissimos ductus transitum aquosus ille liquor uehiculi ritu plurimum auxiliatur. Cum igitur iecoris, quæ proprium ipsius est corpus,primarium sanguificationis est organum. Venæ autem per uniuersum eius corpus dispersæ sinus loco censentur,in quibus quod ab illa confici debebat apposite continetur,& hi postmodum sanguinẽ præparatum,alijs partibus tanquam proprij iecoris riuuli perferunt. Est autem uenarum,quæ in iecoris substantiam digeruntur,tunica longè tenuior,quàm earum quæ per uniuersum corpus distribuuntur, ne scilicet uim substantiæ iecoris,cuius beneficio contentus in uenis succus elaboratur, sua crassitie retundant: quo fit,ut iecur etiam crassiori sanguine enutriatur,quem tenuis uenarum tunica à iecoris facultate allectum transmittit. Porrò ut sanguis diutius in iecore moram traheret,ac perfectam elaborationem experiretur,utq; totus iecoris substantiæ appropinquaret,non unum uentrem illi uelut lagenam quandam rerum Opifex indidit,uerùm uenas illas omnes infinita ramorum serie,& in arctissimos ductus digessit. Meatus autem bilis inter utrasque uenas locum obtinent, ut commodo ipsorum situ prius expurgatus sanguis in uenæ cauæ ramos assumeretur. Arteriam autem cauæ duntaxat iecoris sedi arbitramur exporrigi,ut huius tantummodo calorem euentilaret,temperaretq;,superiore iecoris parte,quæ septum contingit, ab eodem motum adipiscente continuum. Ne uero iecur sensus plantæ modo expers esset,& à ui rationali concupiscibilis animæ pars minus moueri cohiberiq;,ut sic dicam,posset,Natura iecori neruos exprompsit, quibus ceu

[i] 20 *fi.* L. & *fi.ca.*12 *lib.*3 *t.*

Substantia uasis circunfusa.

[k] 18 *fi.*F. 2 *fi.* I.6 *fi.* C *iuxta* A. 22 *fi. d.*

Iecoris ligamẽta ac ex illis pronascẽs tunica.

[l] 18 *fi.* G. 12 O. 20 C.22 *e.*

[m] *iuxta* A, A, B, B 18 *fig.*

[n] 2 *fi.*F *ne flebatur* A & B. *atque ita* H,H *ad* A, B.

Nerui.

[o] 2 *fi.ca.*2 *lib.* 4 *x.*12 *fig.* T.

[p] 2 *fi.ca.*2 *li.*4 **.*20 *fig.* M.

Iecoris officiũ, ipsiusq; structuræ ratio.

Libr 4 *de Vsu part.*

[q] *fi. cap.*5 *lib.*3.

Qui iecoris perficiatur sanguificatio.

Iecoris carnis proprię ue substantiæ ratio.

Venarum series ratio.

Bilis meatuum situs ratio.

Arteriæ.

Neruorum.

Tunicæ.

freno illa pro imperio uteretur. Tunica iecoris inuolucrum quoddam & tegumentum est: uincula uerò, ne iecur quum graue sit, aliquando decidat, plura, eademq; ualida illi committuntur.

DE BILIS FLAVAE VESICVLA. Caput VIII.

HANC pulchrè liberam ostendit decimatertia figura: iecoris uerò cauo adhuc innexam referunt duodecima & uigesima.

Bilis uesicula situs.

VESICA, bilis flauæ [a] conceptaculum, in caua iecoris parte sedem obtinet: iecori enim, quà dextrum uentriculi latus amplectitur, sinum insculpi, antea diximus, mediæ bilis uesiculæ portioni exquisitè congruentem. Illi namque sinui superior eius uesiculæ media portio secundùm ipsius latitudinem innascitur: inferior autem extra iecoris substantiam deorsum prominet, à nullo cui innititur corpore grauiùs pressa. Nam uacuo penè interstitio, ad dextrum uentriculi latus colonq; huc [b] prorepens intestinum conspicuò incumbit: & sedem, qua commodè flauum tenuecq; iecoris recrementum suscipere, idemq; ad intestina depellere posset, opportunam adipiscitur. Forma huius uesiculæ oblonga rotundaq; est, sensim ad ipsius fundi usque apicem longioris cuiusdam pyri modo dilatescens. Quo enim à caua iecoris sede, ubi portæ [c] caudex educitur, ipsiusq; uesiculæ ceruix consistit, hæc antrorsum magis fertur, eo sensim magis magisq; ampliatur. Cum enim, ut reliqua corporis receptacula, capax esse debuerit, neque interim globi modo adamussim rotunda fieri potuerit, ipsius cauitas sua longitudine adaucta fuit, ita nullo à pressuro uentriculo affecta incommodo, ipsoq; iecore non nimis insinuato. Vt autem inanita bilis uesicula, appositè subsidere, ac impleta uicissim extendi queat, membranea neruecaq; constituitur substantia: quippe simplici & unica peculiari constat tunica, tenui quidem, sed densa & forti, ac triplici, ut uulgò credimus, fibrarum genere intertexta. & rectas quidem fibras intimas habet, quibus succedunt obliquæ, rectis multo pauciores: extimæ uerò orbiculares sunt, transuersæ ve. Huic tunicæ alia à iecoris tunica obtenditur, non toti uesiculæ, sed illius duntaxat parti, quæ extra iecoris corpus dependet, solaq; propugnaculo & inuolucro indiguit. Vesicula, etiamsi iecori sanguificationis officinæ innascatur, à portæ uenæ tamen caudice [d] duas admodum graciles assumit uenulas, ea serie in ipsius tunicam diffusas, qua in adhærentem [e] albam ve oculi tunicam uenulas digeri conspicimus. Ab arteria quoque cauo iecoris exporrecta, [f] ramus perquàm gracilis uesiculæ offertur, ad ipsius usque fundi extremum excurrens. Dein [g] neruulis non destituitur, ne sensus sit expers. nam iecoris neruus per humiliorem omenti membranam à dextra sexti neruorum cerebri paris propagine costarum radicibus exporrecta, diductus, etiam huic uesiculæ furculum depromit, in macilentis uix minus quàm illius arteria conspicuum. At meatus, quibus uesicula bilem allicit, rursusq; aliò depellit, ita se habẽt. Vesiculæ [h] ceruix fundo ipsius multo durior, paulatim in angustum desinit meatum, ad eam iecoris partẽ protensum, unde [i] uena portæ egreditur. quò quum meatus peruenit, in duos diducitur processus, [k] hũc quidem sursum, [l] illum autem deorsum porrigens. Qui sursum fertur, anteriori uenæ portæ sedi innitens, in iecur conscendit: & in duas primùm dissectus propagines, unam dextrorsum, alteram sinistrorsum in iecur porrigit. Hæ propagines, singulæ in ipso iecore rursus in [m] alios furculos, & hi in alios rursus tantisper digeruntur, donec innumeram ramorum constituant seriem, per iecoris corpus inter portæ uenæ ramos & cauæ propagines diffusam. Atque hi furculi, ij sunt, quorum ope bilis in uesiculam defertur. At [n] processus nuper dicti uesiculæ meatus, qui deorsum porrigitur, inferiore membrana omenti suffultus, parumper obliquè deorsum properat, ac duodeno intestino non procul à ieiuni principio [o] implatatur. Hic processus depulsam ex uesicula bilem in intestina defert, interim nihil ab illis neque cremoris, neque flatus, neque ipsius denique, quam deduxit, bilis regurgitantis, admittens. Quod non solùm tortuosi in intestinũ ingressus, sed & duarum membranularum beneficio fit, quæ utrinq; ad orificij latus laxè propendent, influentis bilis ponderi facilè cedentes, & ne quid in meatũ regurgitare possit, iter præpedientes: quòd scilicet collectæ, ac meatus os primùm subeuntes, id occludant. Non autẽ una aliqua est membrana ori huic præfecta, uti unus in follibus asser, aut simplex in pilis, quas inflamus, lingula uisitur. Meatus huius in intestina implantatio, [p] longius ab inferiore uentriculi orificio, quàm Anatomicorum uulgus existimat, remouetur. An uerò is intestino insertus, simplex omnino sit, aut in progressu bipartitò scindatur, unam partẽ intestino, alteram uentriculi fundo exhibens, hoc loco me dicturum expectas opinor, cùm hac de re in scholis indies, & in libris medicorum plenissimè contendatur. alijs affirmantibus, hunc bilis uesiculæ meatũ interdũ intestinis, frequentiùs tamen uentriculi fundo inseri: alijs afferentib. eum quandoq; bipartiri, atq; altera portione in uentriculum, altera in intestina tendere: alijs uerò semper hunc bifurcantibus, ac perpetuò alterum ramorum, nunc tamen ampliorem, nunc angustiorem in uentriculum distribuentibus. Interea omnes quotquot sunt, autoritatum congerie tantùm, nõ rerum ipsarum inspectione, sese tuentur. Equidem ut semel dicam, quid hic mihi inter secandum contingere soleat, uerè affirmare possum, in uniuerso corpore neque molestiorem, neque difficiliorem, mihiq; grauiorem sectionem obuenire, quàm dum inferior omenti membrana, & caua iecoris regio, organaq; contermina sunt [q] aggredienda, maximè uerò in homine, aut animali quopiam præpingui. adeò sanè, ut quemuis artificem, licet industrium, facilè hic hallucinari existimem. Nullam igitur (ut quod mihi occurrit, in medium adferam) uel minimam bilis uesiculæ meatus portionem in uentriculum porrigi animaduerti, præterquàm in uno pontificis triremium remige. Hic enim, ut alijs quibusdam organis, & præcipuè circa thoracis costas & musculos, ab aliorum hominum fabrica uariabat: ita

Forma.

Substantia.

Vena, arteria, & nerui.

Meatus excipiendæ & emittẽdæ bili paratus.

Bilis uesiculæ meatus duodeno insertus an p paginẽ uentriculo offerat.

a 13 fi. V. 20 fi. H.

b 6 fi. P.

c 30 fi. ab I.

d 13 fig. g & fi. cap. 5 lib. 3 C.

e 18 fi. ca. 14 lib. 7 n, n.

f 13 fi. ab e fi. cap. 12 lib. 3 f.

g 13 fi. ab f. et 2 fi. ca. 2 li. 4 ab*.

h 12 fig. b

i 20 fi. I.

k 13 fig. e

l 13 fig. c.

m 13 fi. c discinditur in X, X inter Z & Y.

n 13 fi. c.

o 13 fig. d & 15 fig. Q. R. & 7 fi. Z.

p 15 fi. Q distat ab H

q Quasi 3 & 12 figuras paratus.

ita & meatum hunc in duas diſſectum propagines obtinuit, quarum minor gracilior ve uentriculi fundo, quà primùm uena dextram inferioris ipſius ſedis regionem ambiens, uentriculo committitur, inſerebatur. Vir iſte calidi quidem, ſicciq; temperamenti fuiſſe uidebatur. Vt autem reſciſcerem, num uomitu biliſo, quem huiuſmodi hominibus frequentem Galenus eſſe teſtatur, uexari conſueuiſſet, ab eius familiaribus diligentiſsimè quæſiui, ecquid eiuſmodi in illo obſeruaſſent. Aſſerebant itaque, ſe nunquam illum uomentem, aut in maximis etiam procellis nauſeabundum uidiſſe: uerùm ut erat robuſtiſsimus, ab omnibus eum prædicari affirmabant, quòd longiſsimo ſpiritu ſubinde cornu inflaret, omnesq; commilitones graui uoce, & uno ſpiritu recenſendis numeris longè ſuperaret. Verùm non ſemper meatus huius, de quo in præſenti agimus, portionem in uentriculum deduci, hinc mihi abundè perſuadeo, quòd inter diſſecandum, hoc à cõ terminis uaſis membranisq; liberato, nullum foramen appareat, ex quo ad uentriculum propago eius meatus deducatur. quod ſeſe offerret, ſi modò uel minima quæpiam propago à prȩcipuo meatu diducta, per incuriam præſcinderetur. Nam ſi uel acu meatum pertundas, ac bilis ueſiculam digitis comprimas, bilis ex meatu defluit, quæ citius ex propaginis eius (ſi quam Natura condidiſſet) orificio promanaret. Adſtipulatur itidem ratio. nam ſi diligenter expenderis, eum meatum bilem inteſtinis offerentem, non in quamcunque ſiue uentriculi, ſiue inteſtinorum ſedem decenter inſeri potuiſſe: ſed in quam & meatus ipſe tutò implantandus, uentriculoq; & inteſtinis minus incommodaturus, bilioſum iſtud recrementum expurgare poſſet, non debuiſſe ad uentriculum ne meatulum quidem inſeri, uel citra ſectionem fatebere. Tutò enim ducuntur, quæ neque procul, neque alijs organis inconcomitata procedunt: quod huic meatui uſuuenit, qui nulla ſuccinctiori uia, aut in uentriculum, aut in aliam inteſtinorum partem inſeri potuit, quàm ea qua nunc implatatur: & interim tutò portȩ uenæ caudice, & inferiori membrana omenti deorſum modicè prorepens ſuſtulcitur. Quòd ſi uentriculo inſerendus fuiſſet, non adeò commodè atque nunc omenti membranis ſuſtineretur: & obliquos anfractus faciens, etiam longiùs abduceretur. Eodem modo, ſi bilioſam hanc ſuperfluitatem oblongo meatu ad ſedem uſque (ut in inteſtina primùm illic defluens, unà cum fȩcibus excerneretur) Natura perduxiſſet, metuendum erat, ne tenuis meatus quauis occaſione ocyus rumperetur. Quòd autem materia hæc nutritioni inepta, duodeno autem inteſtino aptiſsima, haudquaquam uentriculi fundo innoxiè immitti potuerit, primùm ex bilis natura, dein ex uentriculi & inteſtinorum muneribus, poſtremùm pituitæ, quæ ab utriſque neceſſariò in illorum obeundis functionibus aſſeruatur, examine, & è curatione quam huic exuberanti pituitæ adhibemus, diſcere licebit. Nam bilis flauæ naturam tenuem fluxilemq; eſſe, & dein pituitæ incidentem, detergentemq;, ac expurgantem, ſi quando nimium abundat, curationem adhiberi, medicorum præcipuis conceſſum eſt. Deinde cibum, quouſque concoctus ſit, retinendũ, ocyſsimè uerò cremorem confectum per gracilia inteſtina deducendum, nemo ambigit. Ventriculo itaq; pituitę iſtius incidendæ expurgandæq; gratia bilem deferens meatus utilis fuiſſet: uerùm quia ui retentrice uentriculo utendum maximè fuit, ſummo malo Natura nonnihil boni nequaquam prætulit. Nam ſi uẽtriculo bilis influeret, tum ille (uti Galenus rectè affirmat) huius mordacitate perpetuò ad excernendum irritaretur: neque tantiſper, dum cibus probè confectus eſſet, retentrice ſua facultate fungeretur: & bilem illam reſpuens, eiusq; occaſione nauſeabundus, quod ſibi offerretur, minus quàm decet, ambiret, amplecteturq;. At quo minus in inteſtina bilis influeret, nihil omnino obſtitit. Hæc namque pituitam, quæ in gracilibus illis ductibus ex inteſtinorum munere coaceruatur plurima, incidit, detergit, atque expurgat. deinde inteſtina irritans & mordens, ad fæces excernendas inuitat & ſtimulat: & ipſa quoque unà cum excrementis nullam (quum lege Naturæ omnia in homine diſpenſantur) noxam, ſed, uti liquet, ſummum uſum præſtans, e corpore tandem propellitur. Meritò igitur inteſtinis, non autem uentriculo, meatus ille bilem deferens implantatur, neque obiter cuiuis inteſtinorum ſedi, ſed ferè duodeni termino: quòd id primum intеſtinorum ſit, quodq; in eo bilis ſuum, quem inteſtinis præſtat, uſum citius conferre poteſt. Et interim duodeni ad ieiunum terminus tantùm à uentriculo remouetur, ut rariùs bilem in uentriculum ex inteſtinis ſurſum conſcendere contingat. Quanquam & id bilioſis naturis familiare ſit, quoties his ieiunus uenter paulo diutius (ut ipſe quoque nonnunquam experior) torquetur. At homines qui bilis ueſicula carerent, quos Ariſtoteles enarrat, & poſt hunc cum alijs permultis Plinius, hos uita firmiſsimos eſſe affirmans, hactenus nondum comperi. Quanquam facilè fieri poſſe arbitrer, ut ex iecore ad inteſtina meatus aliquis bilem deferat, ita ut ea in ueſiculam quampiam prius non colligatur. Imò haud mediocriter inter diſſecandũ mirari ſolitus ſum, cur minus bilis recto ductu ex iecore in inteſtina pellatur. non ignarus interim ſubtilis eius Anatomicorum commenti, qui bilem in ſuam ueſiculam aſſeruari docent, ut iecur à putredine uindicet: haud expendentes, quàm innumeros bilis folliculos cerebro, lieni, pulmoni, & pleriſq; alijs corporis partibus, ne ipſæ quoque putredinem contraherent, Naturam adhibere oportuiſſet.

t circæc. figur. 14 & 15.

Ex bilis ueſicula meatum inuentriculũ non ſemper pertinere. Quò bilem expurgare conduxerit.

Bilis in inteſtina fluxus utilitas.

DE LIENE. Caput IX.

LIEN potiſſimùm quatuor tabellis decimænonæ figuræ exprimitur. earum namque prima lienis cauum cum omenti portione illi connata exprimit, ſecunda lienis cauum omento liberum, tertia lienis gibbum, quarta eiuſdem ſubſtantiam utcunque proponit. Quanquam etiam lien in corpore adhuc ſeruatus, in ſecunda figura ad characterem d, et in ſexta ad G, & in uigeſima ad O, O, P occurrat.

LIENEM

Lienis situs.



IENEM ad sinistram uentriculi sedem, secundùm inferiora tamen magis, ac posterio
Forma. ra, [a] locari, iam antea recensuimus. Non enim is, ut uulgò arbitratur, sano alioquin homini, ad abdominis quasi medium, anterioraq; prominet, neque etiam tactu admodum deprehendi potest: quamuis interim medicorum plerique illum an mollis, an durus sit, in omnibus sese æquè contingere, persuasum habeant. Lien itaq; sinistræ parti [b] septi transuersi, medius ferè inter sinistram uertebrarum corporum sedem, & spuriarum costarum eius lateris cartilagines innititur, costis adamussim ceu tutissimis uallis septus, [c] formamq; obtinens sedis suæ effigiei congruentem, ac perinde ut iecori à uicinis partibus ipsi impressam. Quà enim septum contingit, ut id leuiter inibi cauum est, ita etiam lien leuiter gibbus cernitur. Quà uentriculus lieni quodammodo innititur, ut amplus ille, & instar grandioris globi hic extuberat: sic quoque lien humanus modicè, ac in superficie duntaxat, cauus occurrit. Nam porcis, canibus ac bobus, quum longior, sed arctior interim lien obtigerit, ac uentriculi gibbo in ijs longiori interualló obtendatur, magis quoque cauus, magisq; tertiæ circuli partis modo uentriculum complectitur, iureq; Galeno in illorum potius animalium sectione, quàm hominum uersato, longus nuncupatur. Homo enim crassum & magnum & latum, sed multo breuiorem quàm illius generis animalia, lienem habet: non tamen exactè, ut quispiam fortè à spleniorum forma monitus arbitraretur, quadratum. Longitudo namque latitudinem ipsius utcunq; superat, deinde superior pars inferiore paulo latior uisitur, ut linguæ ad incisorios dentes tantùm protensæ imagini proximè accedat. unde etiam lien, linguosum uiscus nonnullis appellatur. [d] Humilior enim ipsius pars, ad corporis anteriora magis protensa, in obtusum desinit angulum: [e] superior autem in obtusiorem adhuc angulum, ac ueluti latus quoddam adeò comprimitur, ut hæc pars utrinque unum obtusum exprimat angulum. [f] Sinistrum latus leuiter gibbum est, [g] dextrum uerò duabus quodammodo leuibus impressionibus modicè simum. Lienis magna, omniq; ex parte propemodum æqualis crassities, ab ipsius latitudine, ac multo adhuc magis à longitudine uincitur. Cauum lienis profundiore [h] linea secundum eius longitudinem rectà incedente abundat: quæ inæqualiter extuberans, sinuataq;, lienis uasa (ut mox audies) admittit. At reliqua lienis superficies non ita exactè ut iecoris, aut renum, læuis est: sed obscuris quibusdam, leuiterq; prominentibus tuberibus, ad eam ferè formam, qua elephantiasi morbo insigniter laborantium cutis, uariè extumescere consueuit. Neque illi solùm inæquali cutis superficiei, lien tuberibus respondet: uerùm etiam colorem quoque illius affatim exprimit. Parisijs enim in diui Lazari monasterio, & in plerisque superioris Germaniæ agris, & alibi quoque, elephantiasi morbo affectos uidi, nigricantem lienis humani colorem superficiéque ita exquisitè referêtes, ac si quis ex liene eos confinxisset. In homine namq; hoc uiscus atro quodam, & perquàm obscuro colore nigricat, in cane autem splendidius plerunque ipso iecore rubet. Sues uerò & boues albicantem magis lienem ostendunt. Deinde eiusmodi colorum discrimen, non in lienum tantum superficie, uerùm & in ipsorum quoque corpore utcunque occurrit, siue crudi, siue cocti lienes examini adhibeantur. Hominis namque uiscera non inutiliter in aqua interdum leuiter elixantur, aut saltem, quo sanguis impensius concrescat, in calidam aliquandiu submerguntur, quum fluxilis scilicet adhuc sanguis, non nunquam obstare soleat, quo minus iecoris, lienis & pulmonis fabrica adamussim examinari possit. Cæterùm lienem præcipuè ita nonnunquam condensandum duxi, quòd de ipsius usu uehementer ambigerem, uenasq; & arterias longè aliter in illo, quàm in iecore, pulmone & renibus dispersas intuerer. Lienis namq; substantia crasso nigroq; admodum, sed solidioris spongiæ, aut leuioris pumicis instar, raro tamen concretoq; sanguine constare mihi uidetur, frequentibus fibris filamentisq; non insigniter ualidis duntaxat implicita. Vtcunque enim multas uenas & arterias lieni inseri certò cognoscimus, nullæ tamen perinde ac in iecoris & pulmonis corpore, per substantiam ipsius dispersæ animaduertuntur, nisi perquàm raræ, eædéq; admodum graciles: non aliter quàm si, simulatq; rectam lienis lineam uasa ingrediuntur, in innumeram ramorum sobolem diffunderentur, adeò tenuium, ut cauitate quodammodo carentes, fibræ potius quàm uasa nuncupandi essent. Hisce ramis seu fibris undecunque in se conuolutis, crassus admodum sanguis obducitur, quem Erasistratus hic quoque, quòd uasis circunfunditur, παρέγχυμα, uti & in iecore, appellauit. Neq; profectò tenuis sanguis, quo lienem uulgò propter arteriarum frequentiam enutriri damus, sola raritatis substantiæ lienis causa esse uidetur, sed innumerus ille fibrarum (uix ausim enim arteriarum dicere, & uenarum) implexus. Talis igitur mihi lienis in sanis hominibus apparuit substantia. In quodam uerò elephãtiasi laborante, quæ nondum penitiùs radices egerat, turgidiorem maioremq; lienem reperimus: in reliquis autem, sano similem. In ciue Patauino, qui annis tribus carcere detentus, & tandem nigro arquato in maximis mœroribus defunctus, publicæ sectioni abhibitus fuit, lienẽ prẽter cẽtera minus crassum latumq;, & exiguum omnino reperimus, & gibbæ eius parti adipem adnatum, instar candidissimi durissimiq; lapidis concretum. Substantia uisceris huic erat arida, & impensè dura. Qui Montisselis suspensus, ad Patauinas scholas in corporum penuria aductus fuit, adeò grandem exhibuit lienem, ut modicè admodum iecoris moli cederet, & anteriori iecoris parti adnatus, anteriori quoque uentriculi sedi exporrigeretur. Lienis eius substantia, sanorum uisceris substantiæ penitus respondebat. Adolescens hic erat candidissima & glabra cute, minimeq; natura melancholicus, aut alioquin ualetudinarius. Galli sacerdotis Bononiæ in xenodochio, aqua subter cutem mortui, lienem albidum, sed exiguum adinueni. perinde ac Augustæ in muliere textrice, in cuius utero seroſæ aquę supra sexaginta Augustanas mensuras, quę singulæ tres pendent libras, post mortem, unà cum multis medicis reperi, nullibi interim circum intestina præsente aqua, aut laxo in manibus aut pedibus tumore, aut etiam uiscerum, aut alterius cuiusdam organi sese alioquin offerente uitio: præterquàm quòd magnus ille uterus, cuius fundi os miris modis occalluerat, tota anteriori sua sede peritonęo

[a] 6 fig. O. 20 fi. O. P.
[b] 7 musc. tab. Δ.
[c] Specta figuram 19.
[d] 19 fi. E.
[e] 19 fi. D.
[f] 19 fi. F.
[g] 19 fi. G.
[h] 19 fi. H. H.

Libr. 4. de Vsu part.

Lienis superficies ac color.

Hominis uiscera ad ipsorũ fabricam discendã haud inutiliter coqui.

Vasorũ per lienis corpus series.

Lienis substantia.

peritonæo erat connatus.& dextri teſtis glandulæ miris modis non ſecus excreuerant, quàm ſi nouem decem ve anſerum, aut ſtruthiocamelorum potius oua uni ineſſent membranæ, ſingula humore ouorũ albo non abſimili,aut paulo craſsiore oppleta. Belloarmatus inſignis Iuriſconſultus, poſteaquam annis multis palluit,& ueluti lienoſus à medicis iudicatus fuit,ex paruo uenæ portæ caudicis erupto & uniuerſum corporis ſanguinem in peritonęi cauitatem tranſmittente abſceſſu derepentè mortuus,contractiſsimum, & magna ex parte in caua ipſius regione conſumptum,& agnini pulmonis modo rubens iecur,nobis eius uiſcera Piſis,ut Senas tranſportaretur,eximentibus oſtẽdit,cum molli magnoq; admodũ liene,ſaniſsimi iecoris inſtar colorato. Proſper Martellus,quũ multis annis regio morbo laboraſſet, & ſubitò ex bilis in uẽtriculum miro confluxu Florentię expiraſſet, iecur habuit magnum & durum & uiride, cum molli ingentiq; liene. quorum hiſtorias plenius recenſerem,niſi hic ægrorum (quos à me diſſectos, non pœnitendo ad morborũ cognitionem opere,diffuſe aliquando perſequar) nullam mihi uellem eſſe rationem: qui uel horum nunc obiter memini,ut lienis ſubſtantia,de qua non mediocres controuerſias in ſcholis iam proponimus, à ſtudioſis ſedulò expenderetur. Cæterùm [i] uenæ,arteriæq; & nerui lienis in hunc habent modum. [k] Minor ſeu ſiniſter uenæ portæ truncus,inferiore membrana omenti ſuffultus,tranſuerſim ad lienem tendit, poſteriori primùm uentriculi ſedi,eiusq; elatiori orificio & humiliori membranæ omenti,adeoq; ipſi colo,quà uẽtriculo exporrigitur,ramos offerens: quos ubi deprompſit, reliqua ipſius portio in duos primùm ramos, deinde hi rurſus in alios diſſeminantur: ut tandem multiplici ſerie per humiliorem omẽti membranam ducta,cauæ lienis ſedis medio ſecundùm [l] rectam lineam implantentur. Priuſquam uerò in lienis ſubſtantiam deperdantur, ab inſigniori ramo uiſceris humiliora petente, [m] uena pronaſcitur, ſiniſtram fundi uentriculi ſedem amplectens. Ab alijs uerò lienem adeuntibus ramis modò [n] tres,modò etiam plures rami enaſcuntur,in ſiniſtrum uentriculi latus, uti ſæpe priùs relatum eſt, excurrentes, nequaquam autem ad ſuperius uſque uentriculi [o] orificium (ſi quid ſaltem ſectione aſſequor) conſcendentes. Quemadmodum uerò lienem petentes uenæ inferiore omenti membrana ſuffulciuntur,ſic quoque rami ab illis uentriculum accedentes,ſuperiore membrana omenti [p] ſuſtinentur, cuius ut & uaſorum quoque interuentu lien uentriculo connaſcitur. [q] Arterię frequenti itidem ſerie lieni implicitæ, ortum ab illa ducunt arteria, quæ à magna arteria,ſupra renum regionem pronata,inferiori membranæ omenti innaſcitur, ac ſiniſtrorſum lieni potiſsimùm offertur, pari prorſus cum uenis ſerie in ipſum pertinens. [r] Nerui lienis à ſexti neruorum cerebri paris ſobole pendent, quæ ſiniſtri lateris coſtarum exporrigitur radicibus, & ſurculum humiliori membranæ omenti mittit in lienis potius tunicam,quam ipſius ſubſtantiam ſpargendum. Lien enim non minus quàm iecur tenui quadam & ſimplici obducitur tunica, ab omenti [s] membranis, quæ lienis rectæ lineæ innaſcuntur,orta. Hæ namque membranæ,lienis cauo inſertæ, in ipſius degenerant tunicam.Et quia à peritonæo originem ducunt, earundem beneficio interuentuq; peritonæum ipſum lieni tunicam offerre,meritò dicimus. Sed præter lienis ad dorſum & ad uentriculum,omenti auxilio nexum,à peritonæo,qua ſeptum ſuccingit,tenues interdum fibræ impari numero lienis gibbo adnectuntur, ipſi quoque ſepto lienẽ cõlligantes. Verùm ut in hominibus huiuſmodi fibræ rariùs reperiuntur, ita in canibus nunquam. Aliquando etiam lienis gibbum exteriori renis ſiniſtri inuolucro,quod multa abundat adipe,fibrarum quarundam medio firmatur,potiſsimùm ſi ren lieni (ut non infrequenter fit) magna ex parte [t] ſuccumbat. Atque hęc eſt lienis ſitus,formæ, & partium hiſtoria, quàm iuſtè uerò corporis noſtri architectus omnia diſpenſauerit,lienis edocebit uſus,& functio: de qua non medicorum modò proceres, uerùm & philoſophorum precipui diſſenſerunt. Eraſiſtratus namque uulgi opinione (quod curſoribus lienem ponderis & dein punctilis doloris uitandorum gratia,eximi ſtultè credit) perſuaſus, lienem fruſtra factum eſſe quodammodo atteſtatur,dum ait, Naturam timentem necubi artis ſuæ obliuiſcerentur, quum fœtui uix dum concepto iecur in dextris conformaret,in ſiniſtro quoque latere aliquid molitam eſſe, & conſiſtentem in eo lienem iecori oppoſuiſſe: perinde, ac ſi ipſa uentriculo paululum in ſiniſtram producto, creationem ſuperuacuam uitare nõ ualuiſſet. Ariſtoteles communem uſum, quem omnibus tribuit uiſceribus, lieni quoque primùm aſſcribit,uidelicet quo uenæ, utpote penſiles, copia uiſcerum ſuſtineri & ſtabiliri ad corpus poſsint: Quaſi enim (inquit) anchoræ partibus appenſæ,uiſcera ad corpus iaciuntur. Deinde iecoris lienisq; uſum priuatim docens, ſubiungit: Iecur & lienem ad ciborum concoctionem auxiliari, & lienem uapores uagantes diuertere,& ex uentriculo attrahere, eosq; poſſe concoquere, ut qui ſanguineus ſit. atque ut ſemel dicam, Ariſtoteles lienem adulterati iecoris loco recenſet. Eodem modo autor libri de Reſpirationis uſu, quem Galeno falſo tribuunt,præter quędam de uenis, quæ gibbo lienis inſeri arbitratur, nugamenta, lienem ex uentriculo & inteſtinis confectum cremorem per uenas uentriculi & inteſtinorum aſſumere,ac ſanguificationis organum eſſe contendit. Huic ſententiæ nonnulli etiam medicorum,perinde ac in quarto de Morbis libro Hippocrates propemodum,ſubſcribunt,lienem iecore malè affecto, nomine iecoris ſanguinem elaborare affirmantes. At qui cæteris diſſectionum profeſſoribus probabilior eſſe uidetur lienis uſus, in hoc illum à Natura fabricatum docet, ut lutoſi fæculentiq; in iecore confecti ſanguinis ſit receptaculum, utq; quemadmodum tenuiori leuioriq; recremento bilis ueſicula præficitur, ita lien craſsiore & grauiore ſuſcipiendo extruatur.quod lien ad ſe per portæ uenæ truncum,tanquam familiare alliceret exugeretq;:attractum autẽ conficeret,elaboraret,ac ſuæ nutritioni aptum redderet,ſanguinem illum, & ſi craſſus fæculentusq; ſit,rarum ſpongioſumq; efficiens. Ad quod pręcipuè opitulari aiunt frequentes in lienem inſertas arterias,ſuo calore ad exactam ſanguinis illius elaborationem ſtrenuè auxiliantes.Sed quòd primarius prę cipuusq; huius actionis opifex,lienis habeatur caro,etiam ſi id non dicam,manifeſtum eſſe,haud ambigo. Atque ita etiam his autoribus conceſſum eſt, lienem non uniuerſum ſanguinem quem à iecore admittit,

conficere,

i *Oſtendit harum ſeriem 4 fig. ut & 3, ac inſuper 1 tabu. fi. 19.*

k *fi. cap. 5 lib. 3 F. diffundens primum K, L, M. N, S, diuiditur in T, T. & hic 4 fig. P. 1 2 ta. fig. 19 H, H.*

l *fi. ca. 5 lib. 3 Z.*

m *fi. cap. 5 lib. 3 X, X, Y. & 15 fi. g, g. o 14, 15 fi. G.*

n *Oſtendit id 3 fi. & 1 tab. fig. 19. q fi. ca. 12 lib. 3 d, d, ab m aut 4 fig. β.*

o *2 fi. ca. 2 lib. 4 n. 1 19 fi. B, B, C, C.*

p *20 fig. V ſubijcitur O, P, O.*

Vnde lienis uenæ, arteriæ & nerui ducãtur.

Ipſius nexus.

Lienis tunica.

Lienis uſus ac functio.

conficere,ac in sui nutrimentum reponere: uerùm quicquid nutritioni ineptum continet, suæq; substantiæ adaptari nequit,in uentriculum magni cuiusdam usus gratia reuomi,ipsis creditur. Primùm enim omnes affirmant,succum melancholicum à liene in uentriculum eructari,alij quidem per uenam à liene in uentriculum pertinentem,alij per proprium quendam meatum,atque inde à uentriculo in intestina, & hinc unà cum fæcibus è corpore expurgari. Porrò uenam illam,aut meatum, nonnulli simpliciter in uentriculum à liene duci scribunt:alij insertionis locum intrepidè exprimentes, illum in superius uentriculi orificium implantari adijciunt. Par etiam in eius excrementi usu assignando,inter dissectionis proceres occurrit dissensio.nam alij per quàm utile & amicum uentriculi functionibus hoc esse,sicut bilem flauam inimicum & hostem pernicioßissimum astruunt.sed alij quidem contenti sunt,si doceant, atram hanc bilem sua saporis qualitate,quam acerbam & acidam esse fatentur,omnes uentriculi functiones, quæ in amplexu quodam consistunt,astringendo & colligendo corroborare,ac proinde,ne inconfectus à uentriculo cibus elabatur, prohibere. Alij autem hoc tantùm usu non contenti, iam dictis addunt, uim uentriculi appetitricem isto excremento adeò incitari,ut eius præcipuè usus gratia uenam meatum ve à liene in superius uentriculi orificium inseri statuant:imaginatione solùm,non sectionibus ita edocti. Ego sanè de hac recrementi lienis in uentriculum eructatione,& eius usu,nihil affirmare audeo:neque etiam sectio, hæc, quæ tamen citra ullam controuersiam Anatomes professores audacissimè asserunt,mihi luculenter commonstrat. Primùm enim nullum meatum illi,quo bilis in intestina repurgatur,similem esse haud ambigo:uenæ autem, quæ sinistro uentriculi lateri implantantur,non à lienis [u] prodeunt corpore, sed ab illis quæ iam lieni inseruntur. Neque alia penitus harum uenarum per uentriculum series uisitur,quàm reliquarum omnium, corpus uentriculi petentium. dein nulla hic prorsus est uena,coniuge carens arteria. Postremò, si quid in uentriculum à liene defertur,id potius uentriculi fundum petit,quàm superius illius orificium. [x] Vena namque sinistram fundi uentriculi sedem perreptans, omnium uenarum uentriculo ab illis quæ lieni exporriguntur oblatarum facilè maxima occurrit. Quanquam neque hæc uena,uti nec alia quæuis,sinistrum uentriculi adiens latus,ullo alio turgeat sanguine,quàm reliquæ uentriculum implicantes uenæ. adeò sanè, ut nisi multorum modò metuerem calumnias,quas hactenus non mediocri meo malo expertus sum nimium graues,hic mihi argumenta non deficerent,quibus uulgatam, omnibusq; nunc persuasissimam de lienis munere sententiam interturbarem. Verùm interim nemini non concessum est, lienem suo calore innato, ac frequentibus qui illum intertexunt arterijs,uentriculi concoctionem fouere. Quòd autem uulgo lien risus autor habetur,hinc sumptum esse conijcio,quòd crassum,fæculentum & lutosum sanguinem ad se allicere, reliquumq; sanguinem agiliorem,ac,ut ita dicam,hilariorem reddere creditur. Porrò lienis beneficio, cor præcipuo quodam usu (uti ferè de cerebro censuit Aristoteles) refrigerari (quod Arabum præcipuis affirmatur) non autumo: quum is cor non contingat,& si quod illi innatum esset frigus, lienis arteriæ id ad cor haud deducerent.

Quid lien in uentriculũ eructet, & quo meatu.

[u] *Videre il est in fi. ca. 5 li. 3. & 3 fi. & 11 fig. 19.*

[x] *fi. cap. 5 lib. 3 Z.*

DE RENIBVS. Caput X.

RENES pingui ipsorum membrana adhuc indutos,uigesima commonstrat figura:uigesima autem secunda, & uigesimatertia,ac uigesimaquinta figura,renes ea membrana liberos proponunt. Vigesima uerò prima figura, tribus tabellis internam renum fabricam harmoniamq; concinnè spectandam offert.

ORGANA bili flauæ,& fæculento lutosoq; sanguini expurgandis sacrata, sermo præcedens iam pertractauit. Hic uerò illis dedicabitur,quæ sanguinem in cauam uenam ex iecore missum,seroso aqueoq; humore colant,quem cremoris ex intestinis in uenæ portæ surculos sumendi,& elaborati sanguinis ex iecoris cauo in gibbum eiusdem ducendi, uehiculum esse dicebamus. Hunc enim,postquam proprium opus expleuit, neque sanguis per plures ita angustos meatus ducendus est, non decet amplius in corpore omnem asseruari,uenis alienis onus futurum. Huius igitur muneris occasione [a] renes,quòd recrementum istud aqueũ, & bilem ipsam,& fæculentum sanguinem copia superat,bini sunt facti,situm,formam,totamq; cõstructionem illi muneri idoneam obtinentes. Quo ocyus enim renes humorem serosum, quem urinam & lotium uocamus,sanguini adimant,quàm fieri potuit proximè ambo iecori allocantur. Dexter enim [b] superiore sua parte humillimam iecoris portionem [c] contingit,in canibus ac capris sinum etiam in iecore sibi, ut altius collocaretur,insculptum,appositè subiens. Sinister uerò adeò altam sedem occupat, [d] ut & lieni aliqua ex parte substernatur. Vterque uerò iuxta uertebrarum corporum latera,humiliori [e] septi sedi incumbit,qua id tribus humilioribus costis obducitur,ea potissimùm parte,qua illæ in posteriora impensius obliquantur. Is enim costarum in posteriora flexus,ita opportunam renibus sedem offert, ut & tutò uallentur, & antrorsum prominentes,cæterorum nutritionis organorum sedem haud occupent. Quæ nisi respexisset Natura,unum forsan semper eundemq; maximum (ut interdum in habentibus uentrem impense prominulum,& uitiatum costarum ductum,illam moliri uidimus) [f] super uenæ cauæ & arteriæ magnæ corpora renem collocasset,breuiori succinctioriq; compendio serosum sanguinem attracturum. Non enim renes, ut alijs scribitur Anatomicis,lumborum [g] musculis,qui dorsi & femoris hic famulantur motibus, prorsus insternuntur.imò non multo humilius quàm costæ sunt,uel [h] infima sui parte uersus ilia descendunt, etiam si alter altero semper sit elatior,neque ad amussim è directo mutuò opponantur. Quum enim lien demissius quàm iecur descendat,uterque autem ren uenæ cauæ,quà sub iecoris corpore ducitur,uicinus esse contendat,

Renum numerus & situs.

[a] *20 fi. T, V. 25 Y, Z*

[b] *23 figu. cha. 3.*

[c] *25 fig. T uicinum est L, aut 22 figu. o adc.*

[d] *20 fi. V sub O, O.*

[e] *7 muscu. tab. Δ.*

[f] *super P, Q 25 fig.*

[g] *7 musc. tab. t, u.*

[h] *23 figu. char. 4.*

tendat,meritò dextrum siniſtro elatiorem eſſe plerunque cernimus. quippe non rarò etiam siniſter dextro elatior obſeruatur,in ijs præcipuè quibus minor lien & maius iecur obtigit: perinde ac ſi id dextrum renẽ deorſum deprimeret,ille autem siniſtrum altius aſcendere,ſibiq; ſubijci ſineret. Porrò contrarium hunc ſitum renibus non tam loci,quo aptè locari poſſent, occaſione, quàm ne è directo utrique ſeroſum ſanguinem attrahant,ac unus in contrarium reuellens,alterius munus prohibeat,accidiſſe conſtat. Neque etiam in renum ſitu Galeni ratio probanda eſt, qua dextrum siniſtro editiorem eſſe docet, ut ſecundum rectitudinem magis trahat,quum ea quæ dextro uenæ lateri aſcribit,non magis illi quàm siniſtro lateri ſint propria. Nemo enim ſanæ mentis ex iecore in dextrum uenæ cauæ latus plures uenas, quam in siniſtrum pertinere fatebitur,ſi ad amuſsim eius uenæ ſecundum iecoris poſteriora [i] ductum contemplatus fuerit. Cæterùm utcunque renes ſitu inter ſe diſcr epent,neuter tamen alterius altitudinem, quãta media eſt illorum longitudo,ſuperat unquam. Sunt enim humani renes [k] oblongi,& minus [l] lati, omniq; ex parte æqualiter propemodum craſsi. [m] Anteriùs nanque & [n] poſteriùs comprimuntur, & in [o] latere quidem exteriore ad amuſsim orbiculares & gibbi, pauloq; craſsiores apparent. in [p] interiore autem (quod exteriore breuius eſt) partim gibbi,partim caui. In media enim interioris lateris ſede [q] ſinum profundius ſibi impreſſum oſtendunt,ſuperius inferius q; uelut in acutum angulum deſinentem, in medio autem extuberantem. [r] Superiore etiam parte renes paulo quàm [s] inferiore latiores ſunt,ea donati magnitudine,qua probè quantum ſanguini ex uſu eſt,ſeroſo humore illum emundant. Superficiem iecoris gibbo ſimiliter impẽſe læuem & lubricam ſortiuntur,ut & colorem intenſe rubrum & reſplendentem. Subſtantia nanque conſtant carnea,denſa,admodumq; ſolida & dura,parumq; a cordis ſubſtantia uariante,præterquam quòd nullis omnino fibris intertexitur. Renum enim ſubſtantia fibrarum,ut & iecoris pulmonumq; ſubſtantia, expers eſt: uaſorum per ipſam diffuſorum fibris ad attractionem,retentionem & expulſionem pulchrè famulantibus. Quum enim renes ſanguinis ſerum excolare opporteret,neque commodè uenæ cauę,magnæq; arteriæ [t] corporibus (ut [u] iecur ad uenam cauam) adnaſci potuerint, [x] inſignes rami a uena ac arteria in ipſos deducuntur. Ac a caua quidem duo grandes rami, utrinque nimirum ſinguli, ad ſingulos renes enaſcuntur,qui non è directo inuicem prodeunt: ſed pro renum ſitu,origine uariant, dexterq; ramus elatius ſiniſtro principium poſsidet,ſiquidem ren dexter altiùs collocetur: ſi uerò siniſter ſuperiorem dextro ſedem ſibi uendicet,siniſter quoque ramus elatiùs dextro à caua pronaſcitur. Ac par ſanè arteriarum eſt ratio,quæ ſub uenis protenſæ,unà cum illis tranſuerſim ad renum [z] ſinus,quos in internis ipſorum lateribus gerunt, perferuntur. Quum primùm uerò in hominibus ad illum alterius renis ſinum uena ac arteria peruenerint, in duos ramos,priuſquam renem ſubeant,ambæ diuiduntur,unum ramum ſuperiori eius ſinus angulo, alterum inferiori offerrentes. In ipſo autem uaſorum ad renes progreſſu, arteriæ admodum rarò a ſe ramulos diffundunt,ſed totæ in renes abſumuntur. quum interim à siniſtri renis uena, [a] ſeminalis uena siniſtrum petens teſtem depromatur: ab ea autem quæ dextrum renem adit, [b] ramus in pinguem membraneamq; renis tunicam numeroſa ſobole ſpargatur: quod & siniſtra uena interdum imitatur, dum ren siniſter elatiorem dextro ſedem obtinet. Cuiuſmodi uerò hæc pinguis renum ſit tunica, paulo pòſt exequar: [c] nunc enim uaſorum per renis corpus ductum ac diſtributionem,unà cum ipſius ſinibus, & meatus urinam è rene in ueſicam deducentis ortu,propter continuum de uaſis ſermonem,perſcribere aggrediar. Atque utinam hæc ita ob oculos ponere poſſem, ac ſi præſens eſſem,leui admodum opera in renis ſectione comonſtrarẽ: maximè quum tot fabulæ de renum officijs,ſinibus,membranis,& quæ in renibus diſtribuuntur uaſis, hactenus cæteris diſſectionum profeſſorib. effictæ ſint. Galenus ſimpliciter ait,uenas ac arterias per renis corpus diffundi: & per ſpiſſam duramq; renum ſubſtatiam, retento ſanguine, urinam cum bilis quæ ſanguini adeſt portione tranſmitti,inq; urinarium meatum,à rene in ueſicam pertinentem, effluere. Noſtrorum medicorum,& qui Galenum ſequuti ſunt omnium,hæc exprimere ſtudentium, alij perperam oſcitanterq; renis fabricam aggredientes, & quæ hæc uaſorum ſit diſtributio & ſitus non obſeruantes, neſcio quas colatorias membranas ementiuntur. Alij ſectionem auerſati, & in altis cathedris ſedentes,ſibiq; ipſis mirificè placentes Promethei, abundè ſuo munere ſe perfunctos eſſe arbitrantur, ſi diſcipulis imaginatione hominem confingant. Atque hinc illud eſt, quod præcipuos noſtræ ætatis medicos & docuiſſe & ſcripſiſſe ſcio, nobis triplicem,quo urina à ſanguine in renibus diſcernitur modum excogitari poſſe: non addentes interim,quid in ipſa hominis ſectione appareat,ſed ſibi ſinus & ductus ſuo arbitratu effingunt. Adeò ſanè,ut nunc omnibus recepta probataq; ſit opinio, duos in renibus eſſe ſinus,ſecundùm uiſceris longitudinem ſitos,elatiorem ſcilicet unum,demiſsiorem alterum, qui tranſuerſa quadam membrana interdiuidãtur,ſuperior dico ab inferiore. Deinde annuunt,in ſuperiorem ſinum,renis uenam arteriamq; finire,easq; ſeroſum ſanguinem in illum fundere: inſuper membranam duos ſinus intercipientem, tam arctis anguſtisq; foraminulis peruiam eſſe, ut aqueum illud ac tenue recrementum & bilem quoque tranſmittat,ſanguine interim propter ſui craſſitiem non penetrante. Addunt præterea ſtupidi illi humanæ

Libr. 5. de Vſu part.

Renum forma.

Magnitudo

Subſtantia.


Venæ ac arteriæ renibus oblatæ

Renũ in internis ſedibus conformatio.

i *figuræ in ſeriæ cap. 6 lib. 3.*
k *23 fig. à cha. 3 ad 4.*
l *23 fig. à cha. 5 ad 6.*
m *23 fig. char. 1.*
n *23 figu. char. 2.*
o *23 figu. char. 5.*
p *23 figu. char. 6.*
q *23 figu. cha. 6,7,8. & 7,8 angulos ſinus, & 6 ipſius gibbum notant.*
r *23 figu. char. 3.*
s *23 figu. char. 4.*
t *22 fig. g, h.*
u *Specta 18 figurã.*
x *20 fi. a, b. et 22,23 fig. m,n.*
z *22 figu. char. 7,8.*
a *20 fi. e.*
b *20 fi. Y. ad T.*
c *Hic ne in notando nimius ſim, ſeriatim ſpectabis tabulas 21 fig.*

DVABVS *his figuris medicorum de urina excolatione commentum exprimere conatus ſum. ac ſuperiore quidem figura renem ab ipſius gibbo uerſus ſinũ cauum ve diſſectum finxi, inferiore autem renis dũtaxat media ſpectatur portio. Cæterùm quid ſingulis indicetur figuris, ipſe characterum Index in hunc modum edocebit.*





A *Vena et arteria, ſeroſum ſanguinem reni offerentes.*
B, B *Sinus, in quem medici uenam & arteriam nuper dictas ſeroſum ſanguinem profunderе docent.*
C, C *Sinus, in quem urina ex iam dicto ſinu colaretur.*
D *Renis ſubſtãtia, orbiculatim ſinus hos amplectens.*
E *Beatum & mugaciſſimum renis colatorium, ſeu membranæ cribri modo peruiæ, et urinã ex ſinu* B *indicato in ſinum* C *inſignitum, unà cum bile promanare ſinens.*
F *Vrinam è rene ad neſicam deferens meatus.*

fabricæ architecti,ut tanto ſcilicet elegantiùs falſum opus confingant,ex inferiori ſinu meatum urinarium explantari,illumq; urinam iam colatam excipere.Profectò ſagaciſsimus terum Opifex tantum munus uni membranulæ cribri modo perforatæ non tribuit,neque in renibus eandem extruxit. quin renum ſubſtantia facultate ſibi innata,ac propria ad iuſtitiam temperie,formaq; eſſentiali, ex uenis ac arterijs per ipſius corpus deductis,ſeroſum illud recrementum excolat,ac in ſinum qui urinario meatu excipitur, diffundit. Vt uerò inſigne iſtud artificium uideas,caninum,aut etiam caprinum renem, utpote macilentum,& nulla, quemadmodum humanus,aut etiam ouinus eſt,pinguedine oppletum,ad manum tibi eſſe uelim: illumq;, uti renis adminiſtrationem ad præſentis libri calcem ſubiungam,te primùm aggredi. Poſt aliquot enim obitas ſectiones (dummodo prima non ſuffecerit) duos in renibus ſinus adinuenies, ſecus multo ac noſtri arbitrantur medici,formatos. [d] Vena enim & arteria in renem ſubeuntes, in unum degenerant corpus, quod arteriarum tunicis duritia craſsitieq; reſpondens,cauum,& uenæ arteriæ ve cuiuſdam modo per renis corpus diſtributum cernitur.Primum enim paulatim lateſcens,in duas quodammodo partes diducitur: quarum unam quidem anteriorem,alteram uerò poſteriorem (renum figuræ,quam ſuprà deſcripſimus, per petuò memores)doctrinæ ſtudio uocabimus.Anterior una ſerie,unoq; ductu,modò ſex,modò ſeptem,modò plures etiam æquè craſſos producit ramos, qui per anteriorem renis partem æqualiter à ſe inuicem ſecundùm renis formam abſcedentes,uerſus exterius renis latus properant, non quidem ad externam uſque lateris eius ſuperficiem,ſed interius multo in renis corpore permanent:& hic in aliquot propagines rurſus diſſecti,corporis membranei poſterioribus ramis,quos nunc proſequar,commiſcentur. Poſterior enim corporis eius pars eodem modo quo & anterior,in ramos digeritur,ad externum renis latus contẽdentes. Quũ uerò poſteriores rami eò uſque quò anteriores deuenerunt,mutuò cum anterioribus coeunt:ac ſinguli ſingulis,ac ſi unum idemq; corpus eſſent,uniuntur,& mutuam cauitatem conſtituunt. elegansq; iſte ramorum coitus inſtar ſemicirculi,ad exterioris ſcilicet renum lateris formam,perficitur.Membraneũ cauumq; iſtud cum ſuis ramis corpus,non undecunque renum adnatam habet ſubſtantiam.corpori enim ipſi,priuſquam in ramos digeratur,anteriùs poſteriusq;,& ad internum latus ſuum, non autem ad externum, renis ſubſtantia adnaſcitur.Ramis uerò anterioribus duntaxat anteriùs,poſterioribus uerò tantum poſteriùs renis ſubſtantia adnaſcitur,quouſque ad mutuum coitum rami ducantur.Hic enim, ubi in plures ramos ſinguli diuiduntur,anterioresq; cum poſterioribus coeunt,renis ſubſtantiam adnatam undique habent.quanquam inter ramos ipſos,quà nihil adnaſcitur ad renis interiora,uelut ſeptum quoddam procedit, ramis nõ connatum,& ab illa renis ſubſtantia prodiens,quæ ramis,dum coeunt,connaſcitur.Adeò, ut hic inter anteriores poſterioresq; corporis illius membranei ramos,alter quidam renis ſinus exurgat, quodammodo bipartitus.Qua enim is exterius membranei corporis latus,ubi id primùm ramos germinat, reſpicit, unicus eſſe apparet:quum autem ſecundùm ſeptum ex renis ſubſtantia pronatum,uelut ad exteriora fertur, geminus conſpicitur.Vna enim eius pars inter ſeptum & ramos anteriores,altera inter idem ſeptum & poſteriores ramos porrigitur.Sinus hic inter diſſecandum ſubhumidus exanguisq; omnino occurrit, corpus autem illud membraneum cum ſuis ramis omnibus,aut primus renis ſinus (ſi ita corpus id appellare uiſum ſit)ſanguine plenus ſemper inuenitur.Homines ut paſsim pinguetudine,quemadmodum & porci, ſcatent, ſecundùm ſinum quoque adipe duriuſculo,& quaſi ſeroſo humore enutrito oppletum habent:qui non ſolùm humanorum renum ſpeculationem diſſecantibus obſcurauit, ſed quibuſdam accuratius ſectionem aggredientibus ita impoſuit, ut hunc adipem [e] urinarij meatus operculum quoddam eſſe, & urinæ in renibus excretioni ſeu colationi præfici,& quoddam uelut colatorium eſſe, ſcriptum reliquerint. Qui enim ſuis imaginationibus & ſomnijs non contenti,plenam operam unà cum ratione ſectioni quoque impenderunt, ſi nihil aliud,ſaltem meatus urinarij [f] initium uiderunt,quod ſanè ex ſecundo renis ſinu pendet, non quidem ex humiliori ſua ſede,ſed ex interni lateris ipſius medio. Incipit enim meatus ille ab externo latere membranei corporis,ubi primùm in ramos ſcinditur.deinde per eius corporis medium procedens, ex renũ medio per internum renis latus, uenæ cuiuſdam inſtar procidit. Hæc meherculè renum eſt conformatio,quæ in membraneum illud corpus ipſiusq; ramos ſeroſum ſanguinem renis ſubſtantiæ ui, & fibrarum eius corporis rectarum beneficio attrahi commonſtrat: nimirum ut ſanguis ſeroſo illo humore ita liberetur,ut ſanguinem à portæ uenæ ſurculis in cauæ ſoboles maxima ex parte aſſumi tranſmittiq; credimus. Cæterùm renes non uniuerſum alliciunt ſerum, imò ut ſanguis ad fluxum per uenarum cauitates aptior ſit, ſeri portio unà cum eo per reliquum adhuc corpus ducitur, quam extracto iamq; concreto ſanguini innatare conſpicimus. Quinetiam manifeſtum quoque euadit, renum ſubſtantiam à ſanguine non ſolùm in uena caua, ſed & in arteria magna contento, aqueum illum humorem, & ſi quid bilioſi excrementi adhuc ipſi ſit admixtum, colare,atque in alterum illum ſinum protrudere, eumq; inde per [g] urinarium meatum ad ueſicam huic humori admittendo inſtar lagenæ præparatam ſenſim defluere.Quę uerò horum meatuum ſit ſtructura,ubi renum tunicarum explicationem præcedentibus addidero,ſtatim audies.Renibus enim binæ ſunt tunicę,ortu ſubſtantiaq; uariantes. [h] Prima,quę exterior eſt, renis corpori pertinaciter non adnaſcitur, nihilominus ipſi inſtar inuolucri circumquaque obducitur, & hinc etiam renis faſcia uulgò nuncupatur,à petitonæo humiliorem ſepti tranſuerſi ſedem ſuccingente principium ducens.Quà enim ipſi renes incumbunt,membraneas quaſdam fibras producit, in membraneam tunicam,quæ renes ipſi colliget,degenerantes. Præſens tunica frequentibus uenis inſtar omenti intertexitur, multa pinguedine (ut & illud) abundans, renumq; fortè actionem penicilli cuiuſdam ritu fouens. Dextri quidem renis tunica à uena ad ipſum renem pertingente [i] propaginem obtinet, in membranam frequenti ramorum ſerie excurrentem. Siniſtri autem renis tunica [k] uenam adipiſcitur à ſiniſtro uenæ

cauæ

d *Vti ſupe rius monui ſedulo hic inſpicies tu bulas 21 ſi gura.*

Renum mu nus.

e 22, 23 *ſi.q.q.*

f 21 *fig.u.*

Renum tunicæ.

g *per q.q. ius v figura 22,23.*

h 20 *ſi.T. V.* 22 *o.p.*

i 20 *ſi.* Y.

k 20 *ſi.*X.

l 20 *fi. b.* cauæ latere,elatius quàm renis [l] uena enatam:aliquando etiam contraria eſt eiuſmodi tunicas implicantium uenarum exortus ratio.Altera renum tunica tenuior eſt,& nullis uenis, neque etiam adipe obſita, & ualidiſsimè,ut iecoris & lienis tunica,renum ſubſtantiæ connata.Hanc procreat tertia renem petentis arteriæ tunica,& uenæ item altera.nam dum hæc uaſa reni implantantur,hæ tunicæ ab eis abſcedentes,in hanc renis tunicam dilatantur.Cæterùm renis [m] neruus,quem quaſi præterieram,gracilis eſt, neque uenæ,neque arteriæ renis,proportione reſpondens.Illæ enim alterius uſus,quàm nutriendi caloriſq; inſiti recreandi gratia,reni offeruntur.neruum autem ſenſum duntaxat obtuſum præſtare oportuit: ac proinde à ſexti paris neruorum cerebri ramis,qui coſtarum exporriguntur radicibus,Natura ſingulos ad utrunque renem diffudit,in internam ipſorum tunicam potius quàm in corpus illos diſpergens.

Renum uenæ.

m 2 *fi. ca. 2 li. 4 7. A.*

DE VESICA, VRINAE RECEPTACVLO, ET MEATIBVS ILLAM è renibus in ueſicam deducentibus. Caput XI.

VIRILEM ueſicam in primis oſtendunt uigeſimaſecunda & uigeſimatertia figuræ, hanc ſimul cum urinarijs meatibus detectam prorſus exprimentes,uti & quarta figura Capitis quadrageſiminoni,libri ſecundi. Superiorem uerò ueſicæ fundi partem adhuc peritonæo nexam,proponit ſecunda figura,tertia,ſexta, decima,duodecima,uigeſima. Cæterùm muliebrem ueſicam pulchrè delineatam continent uigeſima quarta,uigeſimaquinta, uigeſimaſexta,uti ex illarum figurarum Indicibus petere licet.

a 20 *fi. p. 22, 23 v. et 24 T. 25 β.* [R]ERINDE ſanè ac renes ſuis functionibus opportunam ſedem ſibi uendicant,tutoque locantur:ita quoque & ueſica,& urinarij meatus. [a] Veſica enim, quum urinæ exiſtat receptaculum, in quo hæc ſenſim à renibus colata (ne frequenter & perpetuò, ſed rarò & ſimul nobis reddenda ſit) coaceruatur,eam ſedem meritò obtinet, qua commodè, dum urinæ copia aut qualitate moleſtatur,illam excernere poſsit: quem locum non decuit ab [b] eo quo ſicca excrementa emittuntur,procul abeſſe. Deinde elatiorem ſedem alia nutritionis organa,hac ueſica longè nobiliora,altumq; ſitum neceſſariò expetentia,ſibi occuparunt: adeò ut iure quodam ueſica non minus quàm rectum inteſtinum,humiliùs collocetur.Ad poſteriorem enim [c] pubis oſsis ſedem conſiſtit,elatiore ſua parte ſuperiorem eius ſedem modò plus, modò minus, prout urina diſtenditur,excedens.Eſt namque oblongæ ſphæræ inſtar aliquantulum rotunda, & ſuperiore parte, quàm inferiore,in [d] ceruicem,anguſtumq; meatum deſinente,ſpectatur amplior,idq; ſitus propemodum occaſione.Quanquam enim,ut ueſica capacior,iniurijsq; minus expoſita redderetur, figura adamuſsim globi modo rotunda,ipſi potius conueniſſet: attamen oblongiorem, ſuaq; eminentiore parte ampliorem rerum Opifex hanc extruxit: ne ſi fortè ueſicæ cauitatem,quam ex ſua ſortitur longitudine, latitudini adieciſſet,hæc nimium à pubis oſſe,& [e] recto inteſtino,& mulierum inſuper [f] utero premeretur,eaq; organa ueſicæ diſtentioni plus æquo obſtarent: quum interim ſuperior ipſius pars, pubis os excedens, propter cedentes abdominis muſculos,opportunè diſtendi dilatariq; poſsit.Veſicam enim amplam, & extendi promptam fieri oportuit,quo rariùs,ut dictum eſt,urina nobis reddenda ueniat.Vnde etiam membraneo ve conſtat corpore,quod dilatari poſsit commodè:& rurſus,quum nihil continet, ſubſidere. Etenim [h] ueſica læui,dura,ualida,membraneaq; conſtat tunica,quæ modò craſsior,modò tenuior uiſitur, pro ut nimirum aut impenſiùs diſtenditur,aut arctatur:peculiariter hoc ſibi uendicans, quòd in elatiſsima ſui fundi parte, & qua in ceruicem deſinit, ob meatuum quorundam inſertiones & exortus durior craſsiorque occurrit. Hanc triplici fibrarum genere intertextam, uel pueri nouere, unguibus, dum ueſicam inflant,ut promptiùs diſtendatur,illam fricantes, ac eiuſmodi fibras,additis interdum carminibus, diuelentes. adeò, ut è ueſicis, quas puer, uti noſtratibus moris eſt, inflare, contundere, & unguibus ac digitis terere ſolebam, quid tunicarum fibræ apud Anatomicos eſſent, ilico intellexerim. Veſicam implicantes fibræ, eadem qua fibræ uentriculi, & bilis ueſiculæ collocantur ſerie.Rectæ enim intimæ ſunt, extimæ tranſuerſæ,mediæ uerò obliquæ,pro functionum ordine ſitus ordinem adipiſcentes. Expulſionem namque præit retentio, & hanc rurſus attractio. Duram uerò & craſſam ueſicæ tunicam fieri oportuiſſe, præter cætera argumento ſunt,quòd in magnam molem ſæpe diſtendi eam oporteat, quodque urinæ acrimonia & ulceribus ac calculis,idq; generis malis alijs frequenter uexetur: quæ, niſi dura eſſet, eam facilè lacerarent, eroderent, ac perforarent. Vt autem tunica hæc adhuc efficiatur ualidior, peritonæum illi denſum robuſtumq; inuolucrum peculiariter circundedit, quod ſecunda ueſicæ cenſetur tunica, illic à peritonæo procedens, [i] quà ſuprà pubis os ueſicæ fundus anteriorq; ipſius ſedes uniuerſa illi in hominibus utpote erectis,ſecus multo quàm in canibus ac Galeni ferè eſt ſententia, adnaſcitur. In canibus enim & alijs quadrupedibus proceſſus tantùm à peritonæo ueſicæ offertur,neque tota ipſius ſedes anterior peritonæo ne laxè quidem adnaſcitur,ſed ut & poſterior ueſicæ ſedes læuis & lubrica cernitur. quanquam in hominibus quoque [k] poſterior ueſicæ ſedes rectum inteſtinum & uterum reſpiciens, læuis & lubrica & aqueo humore oblita occurrat. Cæterùm cum urina ueſicæ (ut & bilioſum recrementum ſuæ ueſiculæ) ad nutritionem inepta ſit,Natura ueſicæ [l] uenas quibus alatur, & arterias quib. calor ipſius recreetur peropportunè diſtribuit,ac primùm utrinque in ceruicis ueſicæ latera unam uenam, & arteriam item unã, à cauæ uenæ & arteriæ magnæ [m] ramis per pubis oſsis foramen crus accedentibus deriuauit, quæ hinc ſurſum per corporis ueſicæ longitudinem conſcendentes,in tenuiſsimos piliq; modo graciles ſurculos diſsipantur.Neque neruis itidem,quibus ob triſtantium ſenſationem maximè indiguit, ueſica deſtituitur.

Veſicæ ſitus.

Veſicæ forma.

Veſicæ ſubſtantia.

b 1, 2 *fig. cap. 49 lib. 2 M.*

c *ult. figurarum li. 1 f.*

d 23 *fi. o. e. 25 fi. γ. δ.*

e 20 *fi. o. 24 fi. K.*

f 24 *fi. L. 25 fi. i, k, l.*

h *Veſicam diſſectã proponit dextera fi. figura 23, & figu. 26.*

i 3 *fig. O. 20 fi. p.*

k 24 *fi. T. 25 fi. β.*

l 22, 23 *fi. γ. 25 fi. α.*

m *ult. fig. lib. 3.*

Venæ & arteriæ ac nerui ueſicæ.

Quantumuis enim urina ueſicæ,ut bilis minori ueſiculæ,tanquam familiare quippiam influat,neque quum naturalis eſt,ullam ab illa noxam patiatur:ea tamen interdum tantum bilioſi excrementi admixtum habet, mordaxq́; & acris redditur adeò,ut niſi urinæ qualitatem ueſica perciperet,illam diutius continens, grauiter plerunque afficeretur. Ac proinde inter cæteras corporis partes, ueſica [n] neruos non minimos ſenſus tactus ſolum gratia obtinuit,eos à ſexti paris ramis coſtarum radicibus exporrectis, & ab [o] infimis ſpinalis medullæ paribus aſciſcens. Quemadmodum uerò hæc uaſa neruiq́; ueſicam petunt,ita quoq; ex elatiore mediaq́; corporis ſui ſeu fundi regione [p] meatus quidam exoritur,qui uenæ tunica utcunque efformatus,per umbilicum incedit:cæterisq́; umbilici uaſis commiſſus, [q] inter duo fœtus inuolucra ceſſat, huius urinam, quæ dum utero gerimur, continuò aceruatur, illuc deferens:ne fortè hæc per fœtus pudendum reddita,ipſiusq́; corpori circunfuſa,tenellam fœtus cutem ſua acrimonia exulceraret. Atque ut huius meatus in natis hominibus nullus amplius eſt in hac functione uſus,ita quoque is exareſcit, & uinculum duntaxat ueſicæ ad peritonæum efficitur: perinde ac binæ fœtus umbilicum ſubeuntes [r] arteriæ,fundo ueſicæ utrinque attenſæ,ac ita adnatæ,ut ueſicam tunc quoque peritonæo pulchrè committant,quum hominibus in lucem editis funiculorum inſtar reſiccantur,& natiuo fœtus calore refocillãdo, aut aliàs arteriarum munere obeundo,penitus ſunt inutiles. Porrò in humiliorem ueſicæ ſedem,præter ſuos neruos & uenas & arterias in cauitatem uſque ipſius,alij [s] duo inſeruntur meatus ad urinam ex renibus deducendam formati. Quum enim renes quàm proximè iecori neceſſariò allocentur,ueſica autem humilem ſibi ſedem uẽdicet, meatus quoſdam effingi oportuit, urinam ex renibus in ueſicam delaturos. Atque hos uenarum corpori quàm ſimillimos Natura conſtruxit. quippe ſimplici conſtant tunica,uenarum tunica paulo duriore, paucioribus tamen quàm illa obliquis fibris intertexta. ita namque meatus illi iniurijs ferendis redduntur aptiores,& tẽdi ſubſidereq́; facilè poſſunt,& obliquæ fibræ quo minus in ueſicam urina ocyus delabatur,nihil interim præpediũt. Verùm quòd his meatibus,quos Græci ab officio ἀρτηρίας,& ἀορτὰς,& πόρους ἀρτηριώδεις appellant,tanta cum uenis ſit ſimilitudo,quodq́; illi ſecus quàm uenæ ſanguine turgentes, candicent, Celſo albæ uenæ nuncupantur. [t] Horum principium ex ſecundo mihi appellato in renum corpore pendet ſinu: & per primum eorundem ſinum exporrecti,è caua mediaq́; renum efferuntur ſede, hincq́; peritonæo ſuper lumborum [u] muſculos ſupertenſi,ſecuriſsimè deorſum ad ueſicam prorepunt. Adnaſcuntur enim in progreſſu peritonæo,& ab illo fibras quaſdam adepti,alteram aſſumunt tunicam, uenulis & arterijs ut peritonæum ipſum intertextam. Porrò inſceſſus ipſorum,quum itineris longitudo nihil commodi adferre hic poſſit,quàm minimè anfractuoſus eſt. ex renum enim ſinu deorſum modicè uerſus interiora,ut ad ueſicam pertingant,porriguntur. Ne uerò parum firmati,& omnino penſiles ueſicæ inſererentur, aut obliquum nimis ductum efficerent,non elatiſsimæ parti ueſicæ,ex qua [x] meatus,urinam fœtus extra umbilicum deferens pendet, [y] implantantur:ſed illi ueſicę ſedi,quę poſteriori peritonęi regioni, ad quam meatus toto ductu ſecurè firmantur,uicinior eſt. Conſiſtit itaque inſertionis regio in poſteriore humilioreq́; ueſicę ſede paulo antea quàm in ceruicem deſinat:& meatus primùm ueſicę adnaſcuntur, & obliquo anfractu ipſius tunicam a peritonęo pronatam penetrantes, tandem in ueſicę cauitatem (alteram quoque permeantes ipſius tunicam) aperiuntur, ingrediuntur ve, modo ſanè quam ſimillimo, [z] quo bilis meatum in duodenum inferi relatum eſt: laxis nimirum membranulis utrinque ad meatus foramen non aliter appendentibus, quàm ſi ueſicę internę tunicę inibi membranulæ adnaſcerentur. Quarum uſus, membraneorum proceſſuum bilem deducenti meatui adnatorum uſui reſpondet, ut ſcilicet urinæ quidem ex meatibus in ueſicam defluenti cedant: & dum ueſica diſtenta urinam rurſus in eoſdem meatus regurgitare uolet, collectæ meatumq́; opplentes, urinæ tranſitum impediant. Id quod præſentes membranulæ adeò præſtant commodè, ut ueſica uel flatu plurimo repleta, nihil planè ſpiritus per hos meatus reddere queat:pari ferè cum follibus ratione. Per foramen namque quod à tergo illis adhiberi ſolet, aer quidem attrahitur: ſed quum follis rurſus comprimitur, propter aſſerculum impetu aeris foramini appreſſum, nihil uenti per illud expiratur. Idem quoq; in pilis quas flatu diſtendimus,& organorum quæ follibus inflantur fiſtulis,& multis aquæductibus eleganter obſeruamus. quanquam interim rerum Opifex non ita pendulis latisq́; ac manifeſtis operculis in urinariorum meatuum inſertione utatur, atque nos ipſius induſtriam imitantes follibus adhibemus & organis & pilis,ac columbariorum denique feneſtris, quibus admiſſas furtoq́; ingredientes columbas denuò egredi prohibemus. Cæterùm,& obliquum inſuper meatuum urinariorum in inſertione ductum, etiam urinæ per eoſdem regreſſum cohibere, in illis quas inflamus ueſicis experimur, quoties relictas meatuum portiones ſurſum nonnihil attrahimus, meatusque quodammodo dirigentes,aeri in ueſicam per ipſius ceruicem inflato,iter damus. Incipit autem ueſicæ, uti & paulo antè monuimus, [a] ceruix aliquanto inferius quàm meatuum urinariorum conſiſtit inſertio. Humillima enim ueſicæ corporis fundi ve ſedes, ſui medio in arctum finitur meatum, quem ueſicæ ceruicem ſeu collum nuncupamus: aliter in uiro quàm in muliere protenſum, & alijs quoque in illo quàm in hac adnatum coagmentatumque partibus, & uſum denique ambobus diuerſum præbentem. Commune eſt enim utriſque,huic ceruici uel meatui urinam ex ueſica deferenti [b] muſculum orbiculatim circumduci, quo cauetur, ne urina præter uoluntatem noſtram effluat: cuius uſum, ſitum & formam in ſecundo libro diffuſe perſequuti ſumus. Deinde uiris & mulieribus per illum meatum urina excernitur: ſed uiris ad ſeminis quoque eiaculationem ſubſeruit. Vnde etiam hi peculiariter [c] glandoſum illud corpus adnatum habent,ſemen deferentium uaſorum [d] inſertionem ſuſcipiens, quo corpore meatum urinæ humectante & irrigante mulieres interim deſtituuntur. Quinetiam mulieribus ſuper uteri [e] ceruicem meatus hic fibris membraneis illi adnatus extenditur,ac ubi primùm ſub humillima [f] connexus pubis oſsium

Meatus fœtus urinam educens, & fœtus peculiares arteriæ ueſicæ cõmiſſæ.

Meatuum urinam è renibus in ueſicam deducentium hiſtoria.

Artificioſa meatuũ urinam deducentium inſertio.

Veſicæ ceruix.

n 2 *fi.* 23 *li.* 4 *tab.*
o 2 *fi.* 11 *li.* 4 *tab.* 27, 28.
p 2 *fig.* N *ab* N *ad* E.
q 3 *tabella fi.* 30. *inter* M, N & O.
r 2 *fig.* K L 24 Z, &
s 22, 23 *fig.* Q, Q. 25 *fi.* a, c.
t 21 *fi.* E, x, λ.
u 7 *muſc. tab.* 1, *n.*
x 2 *fi.* M.
y 23 *fi.* r. 25 *fi.* non *ſ* cul *ab a.* 26 *fig.* M.
z 13 *fig.* ad d. & 15 *fi.* Q *ad* R.
a 23 *fig.* v *per* o *ad* φ. 25 *fig.* δ.
b 22, 23 *fi.* p. 25 *fig.* γ.
c 22, 23 *fi.* Ξ.
d 23 *fi.* μ.
e 25 *fi.* x, x.
f 1 *fi. ulti marum fig.* 15.

ſede

sede cum uteri ceruice consistit, citra ullum ad superiora (quicquid Galenus interim in quinto de Partiũ
g 25 fi. S. 27 fi. L. usu libro doceat) reflexum, in illius cauitatem sinumq; g cessat. Viris autem ultrà h porrigitur, ac promi
h Pete hæc ex 1, 2 fig. cap. 49 lib. 2 ad G, A, B. net. quamprimùm enim humillimam pubis osium commissurę regionem superauit, penis corporibus sub-
natus, ad elatiorem usque pubis osium commissuræ sedem ascendit: & hinc rursus, prout rigidus flaccidus
ve est penis, aut sursum spectat, aut propendet, nunc σ Græcorum nunc S Latinorum elementũ exprimens.
At hæc unà cum generationis organis (quorum iam ob partium connexum uiciniamq; instituendus est ser
mo) opportuniùs pertractabuntur.

NATVRAM PROPAGANDAE SPECIEI PROVIDISSE. Caput XII.

INITIO librorum de Sanitate tuenda, Galenus ex corporis humani primordijs hominem necessariò morti obnoxium esse, pulchrè colligit. Imò prę terquàm quòd corpus humanum mixtum genitumq; esse constat, idipsum immortale incorruptibileq; nequaquam potuisse fieri, arteriæ, uenæ, nerui, caro, & id genus partes reliquæ, è quibus conformatur, abundè commonstrant. Quando itaque uel materiæ occasione, hominem producere immortalem non licuit, rerum Opifex ipsi ad immortalitatem quod potuit auxiliũ machinatus est: instar boni ciuitatum conditoris, cui non præsens duntaxat cohabitatio cordi est, sed mo
dum quoque prouidet, quo uel in æternum, uel ad quàmplurimos annos ea duret. Sed ciuitas quidem, quã
tumuis bene fortunata, quæ non unà cum seculis ætatibusq; quandoque intercidat, nulla uidetur unquam
instituta. Prouidi uerò solertisq; rerum Opificis opera, quæ multis annorum millibus iam suffecerunt &
perdurarunt, adhuc permanent, rara quadam arte ab ipso inuenta, qua semper pro hominibus qui corrum
puntur noui succedant, perpetuaq; speciei conseruatio fiat. Homines namque initiò ita extruxit, ut unus *Partium generatiõi subseruientium breuis enumeratio.*
quidem potissimùm fœtus principij rationem exporrigeret: alter autem id suscipiens, fœtum enutriret,
foueretq;. Sic uiro organa, ipsos scilicet a testes addidit, qui semen, præcipuum noui constituendi homi-
a 22, 23 fig. Z. nis principium, efformarent, uasa illis adiungens duplicia: b alia quidem materiam, ex qua hi aptè illud
b 22, 23 fig. u, x, a, dein γ, δ, ε. conficerent, apportantia: c alia uerò confectum iam semen in unum d meatum, qui opportunè id in e
c 22, 23 fi. ν, β, ι. etc. uterum proijciat, deducentia. Is enim mulieri datur, ut principium hoc concipiat: deinde is quoque f ua-
d 23 fig. o, p. sis conferitur, quorum beneficio genitura temporis successu enutriatur, ac singulari miraculo in nouum
hominem prodeat. Interim & g testes, h uasaq; illorum functionibus seruientia, uterus sibi uendicat,
ut & mulier aliquam primarij principij rationem fœtui adijciat. Quinetiam his omnibus non hominum
duntaxat, sed & cæterorum animalium generationi famulantibus organis meras commiscendorum corpo- *Vtendi appetitus generationis organis adiectus.*
e 24 fi. L. 25 fi. i, k, l. rum libidines, & peculiarem quandam delectationis uim ad procreationem, rerum Opifex copulauit: ipsi
f 25 fig. n, y. uerò animæ ea usuræ, mirabilem quendam & indicibilem utendi appetitum quoque elargiens: à quo ani-
g 25 fi. r. h 25 figu. primum d, g, o, p. dein t, u. malia incitata, etiamsi stulta, aut iuuenilia, aut ratione prorsus priuata fuerint, prouident tamen successio-
ni speciei, haud secus quàm si omnino essent prudentia. Quum enim Opifex haud ignoraret, substantiam,
ex qua instrumenta hæc creauit, perfectam sapientiam neutiquam admittere, illecebram, & uelut inesca-
tionem, quam solam accipere poterã t, ad salutem conseruationemq; speciei ijs indidit, delectationem ue-
hementissimam illarum partium usui adijciens. Atque hinc illa in Timæo Platonis, de generationis amo-
re à Deo nobis ingenito differentis, est sententia: Quocirca pudendorum naturæ in uiris insita uis inobe- ”
diens ac imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem, furiosarum libidinum uiolentia, subijcere sibi ”
cuncta conatur. Vulua quoque & uterus in fœminis pari ratione animal auidum generandi, si intempesti- ”
uè diuq; à generando abstineat, ægrè fert moram, plurimumq; indignatur. Vt amorem nunc præteream, ”
quo animalia suos prosequuntur fœtus: & temperiem à Natura mulieri priuatim concessam, ut non solùm ”
utero adhuc contento fœtui alimentum subministret, uerùm natum quoque suis mamillis sedulò & solici
tè enutriat. Quàm uerò hæ, reliquaq; generationi subministrantia organa affabrè extructa sint, iam paula
tim enarrare aggrediar, à uirorum organis sumpto sermonis initio.

DE VIRORVM ORGANIS GENERATIONI subseruientibus. Caput XIII.

PRAESENTIA organa primùm uigesima figura, mox uigesima secunda & uigesima tertia absolutissimè exprimuntur.

TESTIVM in uiris a situs nulli non est conspicuus, ut & binarius ipsorum numerus, *Testium situs ac numerus.*
a 22, 23 fi. Z. unde etiam δίδυμοι & gemini appellantur: quamuis interdum unus tantum, & interdum
tres simul reperiantur: at id rariùs quàm nonnulli existimant, tertium testem tuberculum
aliquod præter naturam in scorto reconditum enumerantes. Testes rotundi sunt, sed pau *Testium forma.*
lo admodum oblongiores, quàm aut lati, aut profundi: dein humiliori parte obtusiores,
amplioresq;, quàm superiori sede uisuntur: uerùm & id ipsis accidit admodum obscurè:
etiamsi testes, onorum nomen à plerisque, & præcipuè Arabibus inuenerint. In externa superficie nullum *Substantia.*
penitus sinum, impressionem ve, aut inæqualitatem obtinent: substantiaq; constant alba, lactea, molli, & si-
b 23 fi. T & V, V. bi undecunque simili ac continua, nisi quòd b uenulis frequentibus, ijsdemq; exiguis tenuissimisq; opple-
c 19 fi. I, K. tur, ob idq; rara cauernosaq;, perinde ac lienis c substantia, apparet. Virorum enim testes nullum omnino

ſinum cauitatem ve ſortiuntur,præter eam quæ ſecundariò ipſis eiuſmodi uenularum gratia accedit. Vnde autem uenæ,uaſcula ve,quæ teſtium ſubſtantiæ implicantur,ortum ducant, ſimulatque teſtium inuolucra expreſſero,ſubiungam. Teſteș itaque pluribus tunicis ſeu inuolucris integuntur, alijs quidem utrique teſti communibus,alijs autem priuatim ſingulos teſtes inuoluentibus. [d] Cutis enim & carnoſa [e] membrana ambos teſtes non ſecus quàm uniuerſum corpus,amplexantur, & duo illis communia ſtatuunt inuolucra: cutis quidem unum,quod reliqua corporis cute tenuius eſt,& uelut ſutura quadam & rugis interſtinguitur ac quibuſdam ſcrotum,quibuſdam uerò (qui ſe Latiniùs loqui exiſtimant) ſcortum, Græcis uerò ὄσχεον dicitur. Alterum autem carnoſa efformat membrana,hic perinde ac cutis,longè quàm in reliquo corpore tenuior,ſed uenis frequentioribus intertexta. Præter hanc uerò tenuitatem, cutis & membrana aliud quoq; peculiariter hic,ut & in fronte ac pene,ſibi uendicant,quandoquidem nullus inter ipſas interuenit adeps: non aliter profectò,quàm ſi Natura uirorum teſtibus laxius tenuiusq; uoluiſſet à cute & ea membrana obduci inuolucrum,à uirorumq; teſtibus non minus quàm è cerebro omnem abeſſe pinguedinem. Nam etſi membranarum,quæ uenis arterijsq; frequentibus intertexuntur,circa teſtes adſit copia:nullus tamen,ut ferè in reliquo corpore eſſe ſolet,hic conſpicitur adeps. Tunicæ ſingulos teſtes priuatim inuoluentes, amplitudine,ſtructura & tenuitate inuicem admodum uariant. [f] Vna enim,quæ & exterior eſt, teſtẽ cum ſuis uaſis ad eam uſque ſedem,qua magnæ peritonæi cauitati committuntur,induit,ualida quidem,ſed tenuis, uenisq; abundans. [g] Qua enim uenam arteriamq; ſeminales,ac dein uas ſemen à teſte ſurſum ducens, ex peritonæi magna cauitate in inguinum regionem,ipſumq; ſcortum duci audies,illic peritonæum hanc educit tunicam,quæ peritonæi pars proceſſusq; meritò cenſetur, itaq; ab ipſo peritonæo prodit, ut ſcortum à cute deduci pronaſciq; cernimus. Hæc tunica [h] exteriori ſuperficie,qua ipſam carnoſa contingit membrana,fibris quibuſdam membraneis illi connaſcitur,adeò ſanè frequentibus, ut interdum has aliam quandã teſtium tunicam conſtituere arbitratus fuerim. Atque ita etiam,ubi dextri teſtis tunica ſiniſtri teſtis ſpectat tunicam ambæ fibris mutuò committuntur:ob idq; etiam externam ſuperficiem non admodum leuẽ habere uidentur,ſed membranarum inuicem connatarum modo aſperam ac fibroſam. [i] Interior huius tunicæ ſuperficies,quà teſtem ipſiusq; uaſa reſpicit,læuis,& aqueo quodam humore obducta eſt: neque ulli penitus corpori connaſcitur,præterquàm quòd elatiore ſua [k] parte peritonæo illic continuatur, adnaſciturq;,ubi ab ipſo principium ſumit:quin & inferiori teſtis parti ualidè [l] applantatur,non quidem teſtis corpori,ſed humillimæ uaſis ſemen à teſte deferentis parti,quà id ſurſum ſecundùm teſtis humiliora reuoluitur. Ad hæc,ipſa tenuiſsimæ membranæ interuentu,interna ſua ſuperficie membranæ adnaſcitur, quæ à peritonæo enata, [m] uenæ quidem ſeminali alteram conſtituit tunicam, [n] arteriæ autem tertiam. Atque is connexus non orbiculatim ad uaſa perficitur:ſed ſecundùm rectam duntaxat lineam, quæ ad poſteriorẽ uaſorum ſedem conſiſteret. Huic tunicæ aliquid cum carnoſa corporis membrana commune obtigit: ut enim hanc carnoſius quibuſdam fibris [o] aliqua ſui parte augeri,intertexiq;,ac in muſculi naturam degenerare dictum eſt,ſic iſta quoque teſtis tunica ſecundùm totam ipſius [p] longitudinem poſteriori in ſede, à peritonæo uſque ad humillimam teſtis partem, [q] carnoſas nanciſcitur fibras, & longi ſtrictiq; cuiuſdam muſculi refert naturam,quem tunicæ innatum cernimus, nuſquam ab illa abſcedentem, ſed unà cum ipſa à peritonæo incipientem,& etiam inferiori parti uaſis à teſte ſemen deferentis,ſimul cum tunica [r] adnatum:quæ præterquàm quòd teſtem commodiſsimè integit,illumq; ſuſpenſum cõtinet, muſculi etiam illius beneficio,quaſi uoluntario motu teſtem,idq; potiſsimùm coitus tempore,ſurſum allicere ſentitur. Porrò muſculi huius occaſione,quòd ſcilicet ruber,ut reliqua caro,ſit, hanc tunicam ἐρυθροειδῆ priuatim appellatam à Græcis arbitror. aut etiam ob [s] uenarum gracilium illam implicantium copiam,quæ ruborem quoque aliquem conciliat. Non deſunt interim,qui ipſum ab ἐλύτρου (quod uelamen uaginamq;, quam inuolucrum pulchrè refert,Græcis ſignificat) ſpecie,ita nominari aſtruunt,λ in ρ Atticorum more conuerſum eſſe conijcientes. [t] Alterum uerò priuatum teſtis inuolucrum,nihil præter teſtis corpus ſubſtantiamq; cum implexis huic uaſis amplectitur,teſtis figuræ ad amuſsim reſpondens,aut potius illam efformans. Quippe dura & craſſa ualidaq; admodum eſt membrana,teſtis ſubſtantiam utcunque mollem ac ſequacem inuoluens. Atque is ſanè præſentis tunicæ præcipuus cenſendus eſt uſus. dein in hoc conducit,ut ipſius interuentu & medio,uaſa teſti committenda ipſi adnaſcantur. Tunica enim hæc laxior,tenuior, molliorq; inibi cernitur,ubi uaſa illi committuntur,quàm per reliquam circunferentiam. Et elatiori quidem tunicæ parti uena ac arteria teſti ſanguinem ſpiritumq; deferentes [u] adnaſcuntur, ac quamplurimi ramuli eam tunicam hic [x] perforantes,in teſtis ſubſtantiam [y] exporriguntur. Præter hos uerò,alij quoque deorſum in tunicæ illius corpus frequẽtes,ſed perquàm graciles [z] ſurculi à uena arteriaq; ſeminalibus deriuantur, in tauris & arietibus inſtar uitis capreolorũ eleganter deducti. In poſteriori uerò ſede,tunica hæc per uniuerſam ipſius longitudinẽ ualidiſsimè adnatos habet oẽs deferentis ſemen uaſis [a] anfractus teſti obductos, inibi etiam undecunq; tenuibus ac uiſum fugientibus foraminibus pertuſa. Cæterùm per reliquam exteriorem ipſius ſuperficiem,læuis & aqueo humore perfuſa,nulliq; penitus parti connexa cernitur. Interna uerò ſuperficie, qua hæc tunica teſtis ſubſtantiam continet,undecunque illi ſubſtantiæ [b] connaſcitur. Porrò hanc à primis Anatomes profeſſoribus,qui teſtem διδυμον uocauere ὀπισθιδύμιδα,quaſi ſupergeminalem dixeris, apellatam ſat ſcio:quicquid alij de teſtis nugentur capite,qui quum tunicam hanc ignorarent, & apud ueteres Græcos ὀπισθιδύμιδα legerent,præter [c] elatiorem teſtis partem,Galeno teſtis caput procul dubio nuncupatam,aliam effinxerunt particulam,quæ parui teſtis inſtar teſti impoſita, ipſius caput & παραδιδύμις uocaretur. Alij horum errore (quem & alij Græcorum interpretes, ὀπισθιδύμιδα teſticularem uenam uertentes, mirificè auxerunt) eluſi,ſed ſectionem interim aggredientes,quum huiuſmodi caput non reperirent, Arabes quoſdam

Teſtium inuolucra, utriſque teſtibus communia.

Priuata ſingulorum teſtium inuolucra.

Teſtis muſculus exteriori ipſius inuolucro innatus.

d 20 ſi. ſ.

e 20 ſi. t.

f 20 fig. a integra eſt. uigeſimam ſecunda ad ϱ, ϱ, ↓, χ diſſecta.

g 22 ſi. ϱ, ϖ tranſmittit γ, δ & n.

h 20 fig. a cui adnaſcebatur t.

i 22 ſi. ϱ, ϖ, ↓, χ.

k 22 ſi. ϱ, ϖ.

l 22 fig. χ applantatur t.

m 22, 23 ſi. u, t.

n earundi ſi. a uerſus δ, & ε.

o 3 muſc. tab. A. Γ.

p 22 fig. a ϕ ad χ. aut t.

q 22 ſi. χ.

r 22 ſi. χ adnaſcitur t.

s 20 ſi. u.

t Illo teſtis 22, 23 figurarũ induitur, in uigeſimatertia tamẽ ad Q à teſtis ſubſtantia modicè id diuulſum cernitur, R & S notatum.

u 23 figu. N, O.

x 23 ſi. P.

y 23 ſi. R & V, V.

z 23 figu. ſub O.

a 23 ſi. u, θ, ι. & E, F, G.

b 23 ſi. Q, R.

c 23 ſi. ad O.

quoſdam imitati,uas aliquod hoc nomine appellãdum finxerunt,quod inter reſtem & uenam ac arteriam ſeminales,quæ præſenti tunicæ primùm adnaſcuntur,medium poſuere, [d] eam fortaſſe ſemen deferentis uaſis particulam ita appellantes,quæ ipſius eſt principium, & in poſteriori teſtis ſede elatiorem huius regionem orbiculatim aliqua ex parte complectitur.Sed quum ex reſectione horum nugæ etiam leui opera obſeruentur,poſtpoſita nominum contentione,hanc ex proprijs cuiq; teſti tunicis alteram habeto, & δ'αρτὸν etiam ueteribus Græcis appellatam ſcito,nunc uaſorum hiſtoriæ mentem alacriter accommodans.Ad ſingulos itaque teſtes ſingulæ pertingunt uenæ,ac item arteriæ,ortu differentes. [e] Vena nanque dextrum accedens teſtem,à uenæ cauæ caudice demiſsiùs quàm uenarum ad renes exporrectarum origines pendẽt, principium ducit:non quidem à dextro caudicis latere,ſed ex ſuperiori anteriori ve ipſius ſede ad dextrum modicè declinans,idq; oblongo quaſi & craſsiuſculo [g] tubere.Siniſtri uerò teſtis [h] uena,ex [i] uenæ ſiniſtro reni exporrectæ humiliori ſede originem habet.Huiuſmodi uenarum ortus plerunque cernitur, nonnunquam uerò,ſed rariùs,a ſiniſtro cauæ caudicis latere [k] ramulum exporrigi conſpicies, qui deorſum ad ſiniſtra repens,ſiniſtræ ſeminali uenæ commiſcetur.Galenus idem & dextræ ſeminali uenæ aliquando contigiſſe teſtatur,quod ſcilicet a dextri renis [l] uena egrediens [m] ſurculus, deorſum protenderetur,& cum uena coiret a cauæ caudice principium obtinenti.At neſcio quid Prometheis in mentem uenerit, qui ſuis ſomnijs hominem in cathedra fingentes,dextram ſeminalem uenam a dextri renis uena, ſiniſtram autem ex cauæ caudice toties enaſci docent,quoties ſiniſter ren elatiorem dextro ſedem occupat:quaſi uerò dextra uena non demiſsius multò,quàm renum uenæ,initium duceret:& quia plerunque dextri renis uena nimis elata eſſet,teſtis dextri uena a cauæ caudice deriuaretur.Nos crebrò eum renum obſeruauimus ſitum, ſed dextri teſtis uenæ aliud principium ſemel duntaxat,quamuis tunc ambæ ſeminales uenæ a renum uenis originem mutuabant.Venæ ab ipſorum initijs deorſum in latus protẽſæ,peritonæo fibroſis nexibus qui in alteram earum degenerant tunicam committuntur,coniuges arterias ſortitæ. Vtræq; enim arteriæ humilius quàm,dextrum teſtem petentis uenæ principium cõſiſtit,è directo & ſibi proximæ ex anterioris magnæ arteriæ ſedis medio [n] promuntur:ac dextra quidem cauæ uenæ [o] caudicem (quod hactenus parum a diſſectionum profeſſoribus animaduerſum miror) conſcendens,deorſum obliquè ad dextri teſtis uenam properat.Siniſtra uerò,ſui lateris uenam accedens,non ſemel mihi defuiſſe uiſa eſt, ſiniſtri teſtis uena ſolito tunc longè ampliore.Ab arteria uerò ſiniſtro reni communicata illam enaſci,uix unquam uidi: quanquam id interdum accidere poſſe,non eo inficias.quòd tamen crebriùs par uenarum & arteriarum teſtes petentium (ut paſsim Galenus docet) obſeruetur exortus,nequaquam conceſſero. Dextra uena & arteria (idem de lateris ſiniſtri uaſis ſubaudito) ſeſe inuicem contingentes,peritonæo (uti dicebam) fibroſis mẽbraneis ve nexibus alligantur,decliuesq; deorſum protenſæ,ſuper [p] urinarium meatum ex dextro rene urinam ueſicæ deferentem ducuntur,peritonæo in progreſſu [q] tenues ac perquàm graciles ſurculos diffundentes.Quum primùm uerò uaſa hæc ad coxendicis oſsis uſque [r] ſedem peruenerint, qua [s] ſeptimus femur mouentium muſculus deorſum uerſus minorem femoris [t] proceſſum fertur,illa peritonæum iuxta internum eius muſculi latus [u] permeant:& ex magna peritonæi amplitudine procidentia,in [x] exterius teſti peculiarium inuolucrum quòd hic a peritonæo principium ducit,pertingũt, unà cum neruulo nimis quàm gracili & obſcuro ad teſtem contendente,qui interdum a ſexti paris neruorum cerebri [y] propagine coſtarum radicibus exporrecta, [z] interdum uerò a uigeſimo primo ſpinalis medullæ neruorum pari diducitur. Porrò peritonæi [a] foramen uaſa tranſmittens non ita patet,ac ſi quis ori pennam inderet,aut illa chartam hanc pertunderet:ſed peritonæum exactiſsimè [b] uaſorum lateribus connaſcitur,tutò ipſa non ſecus tranſmittens,quàm ſeptum tranſuerſum,& quibus id ſuccingitur membranæ, ſtomacho & uenæ cauæ [c] uiam offerunt.Simulatque uerò uaſa illud peritonæi foramen ſuperarunt, obliquè deorſum ad elatiorem dextri teſtis ſedem [d] ducuntur,& arteria non amplius,ut in reliquo proceſſu, uenæ duntaxat accumbit, fibriſq; membraneis tantum [e] connectitur,ſed uaria quadam peculiariq; ratione uena cum arteria [f] coit, & ambæ inuicem commiſcentur, [g] corpusque unum pyramidis anteriùs poſteriusq; depreſſæ inſtar efformant: cuius quidem conus inibi conſiſtit, ubi uaſa primùm inuicem permiſcentur: baſis uerò, ubi eadem elatiori teſtis parti committuntur. Per uniuerſum hoc corpus ramorum myriades inuicem complexi obſeruantur, non quidem omnes rectà deorſum procedentes, ſed alij partim rectà, partim orbiculatim, partim tranſuerſim, alij aliò modo inuicem implicari apparent: impoſsibileque eſt, unam ductus ſeriem,unum ve ordinem hic animaduertere.Neque etiam, quod alijs traditum eſt reſectionis profeſſoribus,ibidem expendere ualeo,quo nam pacto maiorem uaſorum dextrum teſtem petentiũ,quàm quę ſiniſtrum adeunt,implexum fieri nugentur: quum mihi hac ex parte uaſorum nullum conſpiciatur diſcrimen: & aliunde profectò,quàm à maiori illo,minori ve implexu, maſculorum fœminarumq; pendet procreatio. Porrò quum tot ramorum in [h] membrana illa, quam peritonæum uaſis inibi offert, quà illi fibroſis nexibus in ipſis magna cauitate,toto inceſſu hærent,implexus fiant, corpus id nidum erucis aut lumbricis oppletum referre uidetur, aut etiam ſenioris ruſtici aut baiuli ſuræ, temporum ve cutem uaricibus turgidam. Vt enim multifariam in illa uenæ uarices ve inæqualiter extuberantes, errabundo ductu feruntur: ita quoque in hoc quod narramus corpore, uenæ ſeminalis ac arteriæ innumeræ ſoboles oberrant. Perquàm rarò enim accidit,uarices capreolorum pampinorum ve uitis imaginem exprimere: ſed ipſæ,uti dicebam,hic rectà, illic tranſuerſim & obliquè, uariq; admodum prominent. Ab hac igitur ſimilitudine reor parentes illos,qui pueros in cadauerum conſectionibus exercebant,corpus hoc λυροειδῆ παραγάτλιν,quaſi uaricoſum aſsiſtentem,aut adſtitem diceres,appellaſſe.non ſecus quàm in nono de Partium uſu libro fecit Galenus,quum inibi in caluaria reticularem quendam comminiſcitur implexum. Cæterùm in reliquis

Vaſorum teſtibus ſanguinem ac ſpiritum deferentiũ numerus,mox & ortus.

Vaſorum iſtorum ad teſtem ductus.

Teſtis neruulus.

Venæ cum arteria comixtio & implexus.

d 22, 23 fi. n, & 23 fig. E.
e 22, 23 fi. n. t.
f 22, 23 fi. m, n.
g 22, 23 fig. n.
h 20 fi. e. 23 fi. x.
i 22, 23 fig. n.
k 22 fig. y fertur ad x.
l Spectatur id fi. capitis 9 lib tertij inſerta, ad C, quod miſcetur μ.
m 22, 23 figura m.
n 22, 23 fi. æ educitur ſub u ab h.
o 22, 23 fig. g.
p 22, 23 fi ſuper q.
q 22, 23 fi. ß.
r 1, 2, 3 fi. cap. 29 lib. 11.
s 8 muſc. tab. Λ.
t 1, 2 fig. ca. 30 lib. 1 a.
u 23 fi. φ, φ.
x in u 20 figura.
y 1 fi. ca. 2 libri 4 ab i inxta t.
z 2 fi. cap. 11 li. 4 charact. 49.
a 22 fi. φ, φ.
b 22 fi. γ, δ.
c 7 muſc. tab. r, ſ.
d Ductum hũc pete ex 20 fig. quæ teſtes ſuo loco oſtendit.
e 22 fi. γ.
f 22, 23 fi. δ.
g 22, 23 fi. à δ ad ε. aut 23 fi. à C ad D, aut N ad O.
h Aceitiia eſt uenæ & arteriæ præter ꝓprias tunica.

de Partium usu libris, unà cum Herophilo, nomen id [i] alij ferè parti, neque illi semper (ut paulo posteriùs explicabo) eidem attribuit. & in libris de Semine, à uitis pampinorum figura [k] corpus hoc, cuius modò historiam instituimus, pampinoforme frequenter uocitat, ipsum à uaricosa specie, cui alioquin proximè accedit, distinguens. Vtcunque uerò illud nuncupes, [l] basi sua, elatiori sedi intimæ testis tunicæ adnascitur: [m] ac multos ramulos rectà hanc tunicam perforantes, elatiori testis parti distribuit, multipliciter per testis substantiam, perinde ac iecoris uenæ in ipsius substantiam, disseminatos, & perquàm tenui constãtes tunica. Præter ramos, quos rectà uaricosum hoc corpus testis substantiæ offert, alias per ambitum dictæ nunc tunicæ fraquentes, & uenis in adhærente oculi [n] tunica sparsis, quàm simillimas soboles diffundit, à quibus denuò germina in testis substantiam pertingunt. Hæc uenæ ac arteriæ seminalium est series, quas si ue ita, siue uasa testi sanguinem spiritumq; deferentia, aut præparantia uoces, nihil moror, modò ipsas à iã receensendo [o] uase prorsus distinguas. Ad externum enim uaricosi illius corporis latus quà testi implantatur, [p] aliud corpus album, & durioris nerui modo durum, intimæ testis tunicæ adnascitur, hincq; incipit: & exteriùs, quà testi non committitur, gibbum, quodammodoq; teres est, latius nonnihil quàm crassum se offerẽs: quà uerò tunicæ illi connatum est, secundùm conuexum testis, cauum [q] existit. Hoc itaque corpus ab externo uaricosi corporis latere incipiens, secundùm illius posteriorem fertur sedem: & deorsum modicè uersus interiora prorepens, secundùm posteriorem sedem intimæ testis tunicæ ualidissimè tantisper adnascitur, donec ad humiliorem testis [r] descenderit sedem: à qua denuò sursum [s] reflectitur, intimæ testis tunicæ attensum, incumbensq; quidem, at non amplius illi connatum, neq; eandem ut hactenus, formam retinens. Per totum enim ductum, quo testis tunicæ corpus id nectitur, propemodum æqualiter crassum, eiusdemq; figuræ est, quam compacto uitis aut cucurbitæ capreolo & pampino assimilare queas. quanquam tamen non in orbem, sed uelut in latera, huius corporis reuolutiones fiant, ad eum ferè modũ, quo angues & anguillas ocyus repere cernimus. Huius namque corporis anfractus & gyri admodum inuicem continuæ & connatæ conspiciuntur, ut & lignorum uermibus eas assimilare integrum sit. Respondẽt enim illis, & deinde etiam multum referunt cerebelli [t] processus, quos in septimo libro à uermium imagine nomen inuenisse dicam. Atque hinc etiam fortassis in Arabum interpretibus lumbrium nomen legitur: ita enim præsens corpus, quà testi connascitur, Arabum nonnulli uocauisse uidentur. nam eorum aliqui, etiam [u] implexum uenæ arteriæq; supra sedem testis elatiorem conspicuum, ita nuncupauere. Porrò corpus hoc, quod uermi assimilabam, nihil prorsus imagine uaricibus inæqualiter, neque eadem serie extuberantibus, accedit. Quanquam si bene Galeni sententiam in libris de Semine percipiam, is alibi has [x] reuolutiones ex Herophili suffragio κρσσοειδῆ παραγάγλια appellari uelit: alibi autem eo nomine appellitet, aliam huius quod iam tractamus corporis [y] sedem, qua id peni inseritur. quæ uerò ea sit, ubi corpus istud sermone ad ipsius usque [z] insertionem, & illius cum corpore alterius lateris coitum deduxero, audies. Ad hunc itaque modum corpus id intimæ testis tunicæ connascitur: & [a] exterius, demptis reuolutionũ impressionibus, læue est: [b] intus uerò, quum ab intima testis tunica acutiori cultello adimitur, asperum, sed nullis quæ oculis subijciuntur meatibus peruium est. Neque etiam aliter uenę aut arterię modo cauum esse uisitur, non hic solùm qua testis tunicæ connascitur, uerùm neque quà ab illa abscedens, sursum fertur. Quum primùm namque ad inferiorem testis partem descendit, rectà [c] sursum reflexum, sensim angustius efficitur: & non amplius inuolutum, in teretem quasi neruum desinit. atque id ipsi maximè euenit, ubi elatiorem testis partem sursum scandens superat. Quò quum pertigerit, anteriori illius [d] corporis, quod nos uaricosum esse diximus, parti uersus interiora innititur: & ipsi tenuis membranulæ interuentu connexum, tantisper ascendit, donec per peritonæi [e] foramen, quo uena & arteria seminales ducuntur, in peritonæi cauitatem pertingat. In hoc transitu teres istud corpus non amplius anteriori uenæ arteriæq; parti [f] attenditur: sed in posteriora reflexum, sub illis in peritonæum transcendit. [g] Hinc ex dextro latere (dextri enim testis enarrationem prosequor) ad posteriorem pubis ossis sedem reflectitur: & posteriori peritonæi parti connexum, super [h] urinarium dextri lateris meatum sub [i] uesica deducitur. Eodem pari omnino ratione, à sinistro teste corpus simile perfertur: & ambo sub posteriori uesicæ sede super [k] rectum intestinũ ad uesicæ ceruicis initium protensa, sensim mutuò [l] appropinquant: & latiora crassioraq; facta, inter se tandem coeunt: unumq; corpus sub uesicæ ceruicis initio constituentia, in [m] glandosum, quod paulo pòst explicabimus, organum absumuntur. Hoc [n] corpus à teste ad uesicæ ceruicem procurrens, id sanè est, quod Herophilus σπερματικὸν πῶρον appellauit: quodq; nos uas semen deferens, ad illius imitationem, aliquando & iactatorem, uibratoremq; dicimus. nam re uera corpus hoc à testis substantia semen assumens, ad penem id defert. Porrò ut cauitas ipsius uniuerso suo ductu perquàm obscura est, raroq; admodum sectione deprehẽditur: ita quoque obscuriores [o] meatus foraminaq; sunt, à teste per intimam ipsius tunicam in eius corporis aut uasis semen deferentis reuolutiones pertinent. Præterea uasis huius in penem [p] insertio conspectũ quodammodo fugit, & coitus, aut aliàs excretionis feminis tantùm tempore aperitur, quod quidam Patauij dissectus, facilè edocuit, qui ante suspendium inuoluntario feminis fluxu laborans, hos meatus omnes apertos laxosq; habuit, eos potissimùm, qui ex testibus in deferentis semen uasis reuolutiones gyros ve pertingunt, & quibus dextrum & sinistrum deferentia semen uasa in uesicæ ceruicem terminantur. Herophilus, & ex ipsius suffragio Galenus, [q] hic ubi dextrum uas sinistro permiscetur, amboq; paulo antea quàm coeant, latiora crassioraq; reddi diximus, alijs quibusdam reuolutionibus hæc uasa circumagi inuoluiq; uidentur innuere, quum & in hac sede præsentia uasa subinde παραγάγλια κρσσοειδῆ nominant. Vasa hæc inibi nunquam nisi perquàm * obscurè mihi in hominibus inuolui uisa sunt: & si quæ sit reuolutio, ea penitus illi similis apparet, quam hæc uasa obtinent, [r] quà primùm ab intima testis tunica non amplius illi tunicæ

Vena ac arteriæ in testis substãtiam, ipsius q; proximũ inuolucrum insertio.

Vasis semen à teste ad uesicæ cerui cem deferẽtis historia.

i 23 fi. m dò quidẽ θ, ι aut E' F, G. aut H' I. modò autem ξ. & 4 tab. fi. cap. 49 li. 2 T.
k 22, 23 fi. à δ ad ε 22, 23 fi. ε. aut 23 fi. D. & O.
m Seriatim id pete ex 23 fi. P, Q, R, S & T.
n 18 fi. ex 14 li. 7 n.
o dextræ figuræ fi. 23 π, β, ι, λ, ξ.
p 22, 23 fig. π ad ι. aut 23 fi. ε ad D.
q 23 fi. H, I.
r 22, 23 fi. ab π ad ι. aut ab E ad F.
s 22, 23 fi. ab ι ad μ.
t 11 fi. li. 7 C, c. & H, I.
u 23 fig. à C ad D. & ab N ad O.
x 23 fi. π, θ, ι, & I.
y sinistræ figur. figura 23 iuxta ξ.
z eiusdem fig. ξ.
a 23 fi. I.
b 23 fi. H.
c 22, 23 fi. ab ι ad κ.
d 22, 23 fi. δ, ε. aut 23 fi. C, D.
e 22 fi. ε.
φ transmittentia δ.
f ad λ 23 figuram id ostendẽtur.
g 23 fig. à λ ad ξ.
h 22, 23 fi. supra extrum q.
i 22, 23 fi. sub γ.
k 22 fi. *.
l in sinistra fi. 23 fi. ad ξ.
m 22, 23 fig. ξ.
n 23 fi. π, θ, ι, κ, λ, ξ.
o 23 fi. H.
p 23 fi. π.
q in sinistra fig. 23 fi. ad ξ.
* Vt tab. 4 cæ

figu. cap. 49 lib. 2 T. r 23 fig. à G sursum.

cæ connata ſurſumq́; conſcendentia abſcedunt. tale enim quid canes, & magis adhuc caudati ſimij & tauri
§ 22, 23 fi. ξ. & fig. cap. 49 lib. 2 R. indicant, modicè conſpicuis reuolutionibus ea ſede frequenter donati. Cæterùm corpus [s] glandoſum, in quod deferentia ſemen uaſa, poſtquam coiere inſeruntur, quodq́; Herophilus ἀδένωειδῆ παρασάτλω appellat, ad humillimam ueſicæ partem ipſiusq́; ceruicis initium reponitur, eſtq́; unicum & ſubinde utriſque ſimul teſtibus grandius: at non ad anuſsim rotundum. anterius enim & poſteriùs nonnihil depreſſum, a laterib. autem rotundum inſtar globi cernitur. per ipſius uerò medium, ueſicæ [t] canalis procedit, qui hic paulo quàm in reliquo progreſſu latior, amplior ve exiſtit: non tamen, quod manifeſtè conſpici poſsit, à ſemen de ferentibus uaſis foratus, ſed aſper duntaxat, ac inæqualis & rugoſus: idq́; potiſsimum in poſteriori ipſius ſe de, ubi interdum deferentium uaſorum ingreſſum accurato ſtudio ſecantes, conſpicuè deprehendimus. De inde ueſicæ ceruix, qua per glandoſum hoc corpus fertur, diſtincta ab illo neutiquam membrana eſt. nam ſolus glandoſi corporis ſinus communem hic urinæ ſeminiq́; meatum conficit, per reliquum autem proceſ
u 22, 23 fig. p. x 1, 2 fig. cap. 49 lib. 2 G adnaſcitur A, B. ſum canalis ille priuatum eſt corpus, [u] orbiculari muſculo ſtatim à glandoſo corpore circundatum, & [x] dein duobus quæ penem præcipuè conſtituunt corporibus adnatum. Quæ uerò hæc penis ſint corpora, quæ que uniuerſa ipſius habeatur conſtructio, ſimulatque ſingulorum quæ iam complexus ſum uſus, ſuccinctè aſcripſero, peculiari Capite recenſebo. Quum primùm itaque hactenus commemorata diligenti ſectione eris aggreſſus, ex iecoris, pulmonis, & renum fabrica, multorum autorum ſibi pugnantium neglectis dog matibus, pulchrè doceberis, teſtium ſubſtantiam ingenita ſibi facultate, ex materia quam uenæ ac arteriæ illi deferunt, ac per totum teſtem diffundunt, ſemen efficere: & quemadmodum iecoris caro ſanguificatio nis opifex cenſetur, ita & hanc teſtium ſubſtantiam ſeminis procreatricem, paremq́; hic organorum con ſtructionem, ac in iecore eſſe. Perinde enim ac cibos nutritioni aptos ore aſſumimus, eosq́; uentriculo con ficimus, & quod confectum elaboratumq́; eſt, ex inteſtinorum anfractibus longo ductu in iecoris cauum ferturita quoque optimam ſanguinis ſpirituumq́; portionem teſtium uenæ ac arteriæ ipſis perferunt. non quidem breui aliquo, aut non anfractuoſo progreſſu, uerùm longiſsimo, & innumeris reuolutionibus ſpi risq́; tortuoſo & oberrante: ut materiam teſti præparatam, ſeminiq́; efficiendo magis opportunam commu nicent. neque id in unam amplam teſtibus inciſam cauitatem, ſed in tenuiſsima, eademq́; tunica ſubtili ad modum formata uaſcula, per teſtis ſubſtantiam frequentiſsima ſerie diſtributa. Nimirum ut teſtis ſubſtan tia (quemadmodum de iecoris carne dictum eſt) facultate ſibi inſita ſanguini & ſpiritui perfectam ſeminis naturam impertiat. Atque hęc facultas in maſculis roboris & uirilitatis, in feminis muliebritatis cauſa exi ſtit: corpusq́; uniuerſum ita alterat, ut id quod neque mas, neq; femina per ſe eſſet, mas uel femina euadat. Rurſus ut in iecore uenæ cauæ ſurculi ex portæ ramis ſanguinem aſſumebant, atque in illis quoque is per fectius elaborabatur: ſic etiam pori meatusq́; innumeri, ſed gracillimi, paratum à teſtibus ſemen in defe rentis uaſis anfractus teſti connatos exporrigunt: ut hinc rurſus ex utroque teſte ſemen in eam ſedem in uiris deducatur, qua commodè in uterum proijci & eiaculari queat. Ad hanc functionem conducit, dextri teſtis uenam à cauę caudice ſub renum uenis enaſci, quò puriorem ſyncerioremq́; ſanguinem teſti offerat. Sic & utraſque arterias à magna pariter oriri magnopere expedit: ut tenuioris, impetuq́; ruentis ſanguinis & diuinam quæ ſemini ineſt animam, ſpiritum ve magis infæcatum deducerent. Quippe neminem iam eſſe opinor, qui in arterijs ſanguinem cum Eraſiſtrato non contineri, & ſeminales arterias nihil præter ſpi ritum teſtibus adferre autumet. quanquam etiam & hoc Ariſtotelis fuerit dogma, ſeminales arterias ſan guine uacuas eſſe falsò docentis. Cæterùm à ſiniſtri renis uena, eius lateris teſtem, ſuam uenam in hoc ob tinere Galenus cum alijs Anatomicis omnibus atteſtatur, ut hæc ſeroſum ſanguinem ſemini communica ret, cuius acrimoniæ & mordicationis ui in ſeminis emiſsione pruritus, titillatioq́; in organo multis neruis implicito, concitaretur. Eiuſmodi enim hic delectationem Galenus fieri ſcribit, qualem ex ſalſis mordaci busq́; ſuccis in his qui ſcabie laborant, eſſe cognouimus, quando illi igne, aut lecti ſtragulis excalefacti pru riunt, ſcalpendoq́; ſuccis illis cutem ſtimulantibus locum dant. Hoc Galeni decretum, non admodum probabile duco, quum mingentes ex tanti ſeroſi humoris copia pruritu non afficiantur, etiamſi rigido ex calefactoq́; pene crebrò & præcipuè ijs qui calculo uexantur, urinam reddi nouerimus. Quinetiam putridi ſeminis inuoluntario fluxu laborantes, primis diebus languido & flaccido pene pruritum etiam ſentiunt, nulla præcedente penem excalefaciente cauſa. Ad hæc, qui ex ramicum uitio, aut alia occaſione ſiniſtro te ſte caſtrantur, coeuntes, neque pruritu, neque uoluptate afficerentur: quod falſum eſſe, indies ab his qui bus ramex manu curatur, audimus. Quod uerò alij halituoſum ſeminis ſpiritum ad delectationis cauſam etiam concurrere teſtantur, non mihi ſatis arridet, quum ea pungendi ſtimulandiq́; uis ſpiritui ineſſe ne queat. adeò ut ad ſpecificam eſſentialemq́; ſeminis formam materiamq́;, ac dein ad corporis quod ſenſu afficitur rationem hæc delectatio ſit referenda. quum tota ueſicæ ceruice hanc non percipiamus. neque pro fectò ſemen pari ſenſu alias corporis partes, ac uterum afficit. Cæterùm uaſis à teſte ſemen deferentis ad teſtem applantatio, niſi tenuiſsimis & anguſtis foraminulis, idq́; intimæ teſtis tunicæ interuentu fit, quòd uas id durum, ualidum, denſumq́; iniurijsq́; ferendis pertinax fieri oportuerit, ſubſtantiam uerò teſtis laxã, molleq́;: adeò ut prudens Natura hic, quẽadmodum etiam nuſquam, nulla eſſentijs contraria in unum coe gerit, niſi copula aliqua amicitæ ſocietatisq́; conciliatrice in medium cõiecta. Quantum enim à uaſe ſemẽ deferente, intima teſtis tunica denſitate duritiaq́; uincitur, tantum ipſa teſtes ſuperat, non quidem per uni uerſam circũferentiã qua teſti obducitur, ſed eo duntaxat loco, quo uaſa ſeminaria habet adnata. hic enim quàm per reliquũ corpus mollior exiſtit, &, ut dixi, tenuibus foraminibus perforata. in hoc nanque potiſsi mùm creatur, ut teſtis ſubſtantiæ exquiſitiſsimum ſit inuolucrũ. Vas uerò ſemẽ deferens tot anfractibus ſpi risq́; ſuper teſtẽ obuoluitur, ut citius & copioſius à teſte ſemẽ aſſumat, & aliquã forſan elaborationẽ in ipſo

Glandoſum corpus uaſorum ſemen deferẽtium inſertionem excipiens.

Partiũ quæ hoc Capite deſcribũtur conſtructionis ratio.

Vaſorum teſti materiã deducẽtium ortus ratio.

Vaſis ſemẽ deferentis ſtructuræ ratio.

ſemen

semen obtineat. Posteriori uerò testis sedi, non autem anteriori uas illud connascitur, ut quum iam semen confectum porrigat, contineat ve, testis autem solum conficiat, tutiori loco uas reponatur, teste propugnaculi loco utens: atque eadem ratione quum uas peritonæum γ ingreditur, sub uena & arteria meritò occultatur, quòd semen sanguine spirituq;, ex quibus semen paratur, perfectius contineat. Dextrum uas cum sinistro coit, atque in uesicæ ceruicem ambo insinuantur, ut utriusque testis semen simul, eodemq; tempore in uterum eiaculetur. Glanduloſum uerò corpus (quod caudati simij obtinēt maximū, & instar nubium exterius reuolutum) urinæ, seminisq; in uesicæ ceruice meatum humectare certum est. Et deinde uelut meatuum qui per ipsum à deferentibus uasis digeruntur, sicut & uenarum, & arteriarum, & neruorum uesicæ corpori & ceruici distributorum, fulcrum esse, & fortasis etiam semini quandam perfectionem indere, ad seminisq; generationem conferre uidetur. Etenim in inuoluntario seminis fluxu laborante, quem Patauij dissecuimus, corpus hoc glandosum quum diuideretur, non minus quàm testes ipsos, semine oppletum conspeximus; & si uerum fatendum est, inter dissecandum in nulla penitus corporis parte, tanta seminis uis usquam, atque in hoc glandoso corpore adinuenitur, quantumuis id à testium substantia mollitie æqualitateq; multum uariet. Cæterùm Galeni de glandoso hoc corpore demonstrationē ad calcem secundi de Semine positam admiror plurimum: qui quum hoc dissectionis imperitos ne prorsus quidem cognoscere, peritos uerò uno ore omnes asserere semen illo contineri, dixisset, illorum sententiam improbaturus, hanc sæpius inculcatam ueramq; & irrefutabilem ab ipso habitam demonstrationem subiecit. Si in glandulosis astitibus (ut interpretis uoce, παραστάτας ἀδένωδεῖς ita uertentis, utar) semen gigneretur (periti tamen, quibus glanduloſum corpus cognitum fuit, contineri tantum dixerant) excretionem eius castrata animalia appeterent. at hanc non uidentur appetere: nullum igitur semen in his gigni perspicuum est. Profectò si Galeni libri de Demonstratione, eiusmodi crebris scatent demonstrationibus, quę ipsi (si modò ausim proloqui) non infrequentes, ac potissimùm in qua plurimum excelluit Anatome sunt, non est quod tātopere eos libros expetamus, illisq; ipsos inuideamus, apud quos à tineis & blattis nullum sui usum præbentes, deuorandi asseruantur. Præter hoc enim quòd eiusmodi animalia subinde ut pueri spadonesq; incassum uenerem appetunt, quo nam pacto quæso, etiamsi tota seminis generandi uis glandoso huic corpori inesset, testibus ademptis semen ea producent, quando resecti testes uasi ad glandosum corpus semen deferenti nihil exporrigent? Id enim ex sectione certo certius est, nullam omnino deferenti semen uasi cum uenis ac arterijs testium communionem esse, qua semen citra testium opus assumerent, etsi quid tale esset, quod aliquando mihi cum plerisque Anatomes professoribus persuasissimum fuit, ut scilicet uena & arteria in deferentis semen uasis naturam degenerarent, exq; uena & arteria illud conformaretur, Galeni demonstratio duntaxat in illis animalibus locum haberet, in quibus industrius castrator testem illęsis seminarijs uasis (quod factu est impossibile) ademisset. Quantumuis enim studueris deferentis semen uasis super testem circumactus, & spiras, gyrosq; ab intima testis tunica rescindere, id non pręstabis, quin uasis pars quæ testi adnascitur, aspera inæqualisq; & rasa uideatur. Etsi fortè huius experientiæ studiosus in castrando animali intimam testis tunicam aliqua ex parte diuideres, & tunicam ad seminaria uasa adhuc cōnatam relinquens, solam testis substantiam ex tunica liberares, necessariò adhuc pori meatusq; seminalium uasorum disrumperentur, quæ certò per testis substantiam digeri nouimus. Huius namque administrationis, & expendendæ Aristotelis sententiæ, quæ testibus nullam seminis generandi uim tribuit gratia, in cane periculum feci: qui bellè quidem conualuit, sed generationi, ut reliqui quibus testes eruti sunt, ineptus esse uidetur. nam hic, ut & illi quoque, obesus admodum & ingenerosior redditus est. Verùm ut reliqua taceam, mirum est Galenum non animaduertisse, quum huiusmodi texeret demonstrationem, ab Aristotelis sectatoribus illam, ut testes ad seminis generationem nihil conducere persuaderent, in hūc modum retorqueri posse: Si semen in testibus gigneretur, animalia quibus uena & arteria seminales, quà ex peritonæo elabuntur, uinculo ita essent interceptæ, aut præfectæ, ut testis in scorto adhuc relinquerentur, seminis excretionem appeterent. at hanc non uidentur appetere: nullum igitur semen in testibus gigni, est perspicuum: Sed ut glandosum corpus, si semen generaret, absectis testibus suo munere, utpote deficiente materia, fungi nequiret: ita etiam testes suum non obirent munus, quum nullus sanguis & spiritus, iam præfectis uasis, ad illos deduci posset.

Glandosi corporis uesicæ collo ad uasi usus.

Galeni Anatomicæ demonstratio, qua glandosum corpus semini parando non præesse confici ur.

γ 23 fi. d λ sub δ.

DE VIRILIS MEMBRI, PENISVE STRVCTVRA. Caput XIIII.

PENIS fabricam in primis ostendunt figuræ Capitis quadragesiminoni, libri secundi: ut & uigesima figura huius libri, & uigesimasecunda, & uigesimatertia.

AFFABRĘ admodū Naturam penem extruxisse, illius functiones pulchrè attestantur. Hæc namque, quum satius fore duxisset, duos qui commodè generationi subseruirent homines procreare, uni quidem præcipuè ad seminis susceptionem, alteri autem ad eius excretionem idoneas partes adaptauit. Viro igitur membrum semini in uterum fundendo aptissimum est largita, quod concubitus tempore uarios ob usus tumidum, rigidum & erectum prorsus esse oportuit. At si perpetuò ita tensum prælongumq; seruaretur, tota uita, præterquàm congressus tempore, molestum foret, prompteq; iniurijs non secus afficeretur, quàm si quis semper manum circumferret protensam. Quum itaque modò laxum, gracile & breue, modò uicissim tensum tumidumq; fieri debuit, laudanda est Natura, quæ membrum his usibus idoneum confinxit. Penis enim

Penis structuræ ratio.

Potissima penis substantia.

enim potiſsimùm [a] duobus corporibus, nullam partem (niſi fortè papillam) ſibi ſimilem nanciſcentibus' conſtruitur: quæ ſpiritu ſanguineq́; repleta, erigi, producíq́;, & inſigniter turgere poſſunt: & rurſus eodem ſpiritu ſanguineq́; diſſolutis, arctari, concidere, flacceſcere, breuioraq́; effici. Quòd uerò Galenus hæc cor pora nunquam reſecuerit, neque illorum naturam perſpectam habuerit, ipſius in decimoquinto de Partiũ uſu orationis ſeries plus ſatis tibi argumento erit, ubi uirilis membri fabricam abſoluero: cuius ſitum Galenus prolixiſsimè & eleganter recenſet, quòd nimirum citra ſectionem is illum non magis latuerit, quàm hominis digiti, & ad inguina & in poplite flexus, quibus duntaxat locis hominem à ſimia differre, Galenus propemodum arbitratus eſt. Atque ut ſitus in conſpectu citra longiorem enarrationem uenit, ita quoque leui opera colligitur, quàm is penis muneribus obeundis examuſsim quadret, neque aptiùs aliquò reponi poſsit: ita ſanè, ut moles ipſius & forma nulli non pateant. Conſtructionem uerò ipſius ſubintrant duo illum præcipuè efformantia corpora, meatûs ſemini urinæq́; communis, quatuor muſculi ad penis radicem repoſiti: ac demum uenæ, arteriæ, nerui, cutis, & quæ huic ſubſternitur carnoſa membrana, & uinculum cutem hanc cum carnea membrana peni connectens. Ex dextro itaque pubis oſſe, [d] ubi id craſsius & quaſi teres ad inferiorem [e] commiſſuræ pubis oſſa committentis ſedem uiſitur, [f] teres quoddam corpus uaſidiſsimè principium ducit, ligamenti naturam prorſus referẽs, quod ab oſſe nonnihil ſurſum recendens, interno latere [g] aliud contingit corpus, ſimiliter à ſiniſtro pubis oſſe pronatum. Hæc corpora in eum modum inuicem committũtur, ac ſi utrarumque manuum indices internis partibus mutuò iungeres, unitosq́; fingeres. Vt enim interna indicum ſedes plana, non autem gibba & teres, exterioris ſedis modo eſt, ita etiã hęc corpora quà inuicem connaſcuntur plana ſunt, externis autem lateribus & ſuperiori ſede teretia inuicem iunctorum digitorum inſtar, qui ſimul commiſſi latius quàm profundius corpus ad penis modum efficiunt. Deinde ut inferior indicum, ita commiſſorum ſedes modicè dehiſcit, planaq́; uiſitur: ſic & penis corporum inferior ſedes patens dehiſcit, ac [h] urinarium ueſicæ meatum ſub ſe ita porrectum obtinet, ac ſi calamum quo ſcribitur, inferiori indicum ſedi exporrigeres, & indices tibi penis corporum loco, calamus autem urinarij meatus uice eſſent. Mox enim à corporum exortu ipſis urinarius meatus, ſeu ueſicæ ceruix ſubtenditur, ac cum illis ad [i] glandes uſque initium in eum modum porrigitur, ut corporum ſubſtantiam nuſquam ingrediatur: perinde ac in glandis ſede, ubi meatum in corporum ſubſtantiam duci paulo pòſt audies. Corpora hæc in hunc modum enata, ſimulq́; commiſſa, ſeorſum ſingulum oblonga referunt corpus, ex neruea contextum ſubſtantia, inſtar coriaceæ fiſtulæ, cuius interior [k] ſubſtantia rubra prorſus, & nigricans, & fungoſa, & atro ſanguine oppleta cernitur, ad eum ferè modum, ac ſi ex innumeris arteriarum uenarumq́; ſurculis quàm tenuiſsimis, ſimulq́; proximè implicatis, retia quædam efformarentur, orbiculatim à neruea illa membraneaq́; ſubſtantia tanquam in corio comprehenſa. Atque hæc duo penis corpora ad glandem uſque priuatim ſingula nerueum retinent inuolucrum, & fungoſam hanc ſubſtantiam, ſumma diligentia à Naturæ operum ſtudioſo expendendam. Quum autem ad eam uſque penis regionem per repſere, in qua iam glandem [l] efformatura ſunt, in acutum feruntur, & carnoſa glandis ſubſtantia ipſis obnaſcitur, quæ meatum urinæ ſeminiq́; communem non ſubnatum dunta at ut corpora illa obtinet, uerùm eum in ſe complectitur, meatumq́; ambit, qui hic reliquo ipſius ductu [m] amplior efficitur: & rurſus ſuo fine extremo ve arctatur: non ſecus quàm ſi Natura in concubitu ſeminis moram, ac proinde intenſiorem delectationem in glande (quam affrictus potiſsimum occaſione adauxit) eſſe cupiuiſſet. Vnde etiam inuolutario ſeminis fluxu laborantes, hac ſede plurimum ulceribus infeſtantur, propter putridi ſeminis in hac amplitudine aſſeruati acrimoniam, urinarium meatum impenſe exulcerantem: qui profluentis urinæ mordaci tate, dum urina redditur, in glande inſigniter infeſtatur, non minus ſanè, quàm rigido pene eiuſdem meatus ſedes inter anum & teſtes, ubi perinæum nobis uocatum habetur, conſiſtens, grauiter eo malo affectis cruciatur: quod in primis meatus obliquitatis ac reflexus, & inſuper decliuis etiam ſedis ratione accidit. Quum enim meatus [n] hàc primum ſub penis corporibus ſurſum reflectitur, hæcq́; ſedes humillima eſt, ſeminis copia à quo meatus exulceratur, non minus hic quàm in glande conſiſtit, ac proinde magis quàm in reliqua meatus ſede erodit: & deinde eroſus meatus, quando unà cum pene tenditur, ſolutionem unitatis uehementiùs inibi percipit. Porrò [o] uenæ ac arteriæ ad horum penis corporum radicem accedentes, ab illis deriuantur uenis ac arterijs, quæ humilioris illius diuiſionis rami ſunt, quam uaſa os ſacrum prætergreſſa tentare, in tertio libro prodidimus: & quanquam hæc uaſa ad penis corpora pertingant, uix tamen ſectione aſſequor, quo itinere in [p] corporum illorum cauitatem inſerantur, ſanguinem eum nigricantem & craſſum, quem fungoſa corporum ſubſtantia plurimum poſsidet, deductura. Rami tamen [q] cuti hæc corpora induenti, etiam ante ſectionem conſpicui offeruntur, illamq́; intercurrunt. Nerui quoque huc plures ab infimis ſacri oſsis paribus pertingunt, ſecundum corporum longitudinem diffuſi: ac [r] duo tenues in humilima penis ſede exporriguntur, unus utrinque ad meatus urinæ ſeminiq́; communis latera. Quinetiam & alius ſubinde conſpicuus eſt, ſuperiori corporum ſedi qua hæc inuicem connaſcuntur, [s] expanſus. His neruis accedunt membranea uincula, ſuperiorem corporum ſedem, qua primùm ſurſum ducuntur pubis oſſium commiſſuræ, ad eam uſque partem nectentia, qua primùm penis orbiculatim cute carnoſaq́; membrana obtegitur. [t] Muſculi quatuor penem adeuntes, in ſecundo libro deſcripti ſunt: dum duos urinæ, ſeminiſq́; meatui, & ſingulos ſingulis penis corporibus aliquò uſque exporrigi recenſuimus. Adeò ut nihil de penis fabrica modò dicendum ſuperſit: niſi quis Naturam laudare uelit, quòd nullum adipem [u] inter carneã membranam & cutem peni obductas interiecerit, quo tenuius, & cõuolui implicariq́; & extendi aptius inuolucrum peni ſtatueretur, quod præputium uulgò nuncupamus: in hoc in primis formatum, ut penem tegendo aſſeruet læuem, modiceq́; mollem & lubricum, egregieq́; ſenſu præditum, nõ uerò calloſum, cutiſq́; inſtar

Galenũ humani penis fabricã nũquam ſpectaſſe.

Penis ſitus.

Penis conſtructionẽ ſubeuntia.

Duo præcipua ipſius corpora.

Meatus urinæ ſeminiq́; communis.

Glans.

Venæ, arteriæ & nerui.

Cutis.

Carnea mẽbrana Muſculi.

a 1,2,3,4 *fi. ca. 49 li. 2 A, B. & huius libri 22, 23 fig. u.*

d 1,2,3 *fi. cap. 29 lib. 11.*

e 1 *fi. ultimarũ lib. 1.*

f 2 *fi. cap. 49 lib. 2 B & dein illi, ſubditũ C.*

g *eiuſ. fig. A et illi ſubditum C.*

h 1,2,3 *fi. ca. 49 li. 2 G ſub A, B.*

i *Figurarũ 49 cap. lib. 2 D.*

k 3 *fi cap. 49 li. 2 E, E.*

l *ad D figurarũ cap. 49 lib. 2.*

m 23 *fi. q.*

n 1 *fi. cap. 49 li. 2 G.*

o 22, 23 *fi. v. & ultima fi. li. 3 f.*

p 1,2,3,4 *fi. ca. 49 li. 2 A, B.*

q 20 *fi. r.*

r *Ea ſede, ubi v ſpectatur 22 fig. s Inter 5 et 7 fi. 22.*

t 1, 2 *fig. ca. 49 li. 2 H, I, K, L.*

u 20 *fi. inter s & r.*

Libr. 15. de Vsu part. Li. 1 de Hi sto. cap. 13.

instar aridum & stupidum. Si itaque humanum penem resecueris, non unum concauum reperies neruum aut ligamentum à pubis osse enatum, quemadmodum Galenus docuit, sed duo quæ descripsi corpora: quæ non uacua & omni humiditate indiga, ut Galenus scribit, existunt, sed fungosa illa & ueluti carnea, uti Aristoteles rectè innuit, materia, & plurimo nigricante sanguine instar farciminum implentur. Deinde ad seminis urinæq; meatum non alij exporriguntur musculi, quàm [x] duo illi quos à recti intestini orbiculari musculo pronasci ostendimus: quantumuis interim Galenus per totam penis longitudinem duos exporrigi re censeat musculos, secundum urinæ seminisq; meatum protensos. Cæterùm haud mirum est, Galenum penis musculos non probè assecutum, quandoquidem neruosi illius cauiq; quod in pene statuit corporis exortum non debitè expendens, asserat, id ex superioribus pubis ossium sedibus [y] pronasci: haud secus sanè, quàm quis dissectionum rudis iudicaret penem illic primùm oriri, ubi is ab osse pubis supra scortum teres ac cute obductus propendet, aut erigitur: non uerò (quemadmodum nos scripsimus) animaduerteret, [z] neruosa penis corpora inferiùs etiam [a] educi, quàm infima pubis ossium [b] commissuræ consistit regio, & penem mox ad anum in uocato nobis perinæo, uniuersoq; ipsius per scortum incessu, & longo ad anteriorē pubis ossium sedem nexu, æquè crassum corpulentumq; existere, ac in tereti illa & ueluti sua ex corporis trū co eminente sede, quam uulgus penem uirgamq; appellitat. Neque istud solis obtigit hominibus, at uniuersis quoque quadrupedibus præcipua penis portio molesq; infra pubis ossium commissuram, anum uersus, auspicatur: etiamsi hæc animalia in penis constructione, non rara alioquin uulgariaq; proponant discrimina. Cæterùm Arabes quoque admiror, qui tres in pene enumerarunt meatus: unum quidem urinæ dicatum secundum semini, tertium autem illi uiscido humori, quem à glanduloso [c] corpore ceruici uesicæ circumnato parari arbitramur, quiq; humectum penem subinde reddit uiro impensius cōcubitū appetente, quum interim his omnibus unus extruatur meatus. Verùm facilè existimo hanc sententiam primùm ab Arabe quopiam fuisse inuectam, qui penis sectionem aggressus, eiusq; fabricam Galeni placitis non conuenire animaduertens, [d] tres arbitratus sit esse penis meatus: duo quæ dixi corpora, & meatū semini urinæq;, & dicto etiam nuper humori communem. Quandoquidem si transuersim penem [e] resecas, neque nigricantem qui inter secandum promanat sanguinem abstergis, profectò singula corpora singuli meatus tibi apparent: quib. tertius accedit, qui uerè meatus est. At expresso absterso; sanguine, corporum fungosa se offert substantia, leui negocio commonstrans, corpora illa meatus non esse censendos. Vtcunque tamen sit, hic Patauij adolescens iuris studiosus, ac è nobili Symionum apud Foroiulienses familia natus, mihi familiaris est, qui in glandis apice duos obtinet meatus, unum semini, alterum urinæ paratum. Verùm quum ea quæ non nisi rarissimè accidunt, hic nequaquam commemoranda duxerim, quæ præter naturam se habere comperi, non lubens scribo. Quare etiam hermaphrodytorum species, quas aliquot hactenus uidi, nunc non recenseo: generationis, non monstruosæ mulieris organa, modò persequuturus.

x 1, 2 fig. cap. 49 li. 2 I & H. M.

y Vbi qd sistit 4 mi tab. in qu penis pa in 3 ta. spicua ē abscissa.

z 1, 2 fig. cap. 49 li. 2 A, B.

a 2 fi. cap. 49 li. 2 C

c in ea h

b 1 fi. ma rum li. 15.

c 22, 1 fig. ξ.

d 3 fi. a 49 libri E, E, G.

e ut in b cta fi. & muſ. tab. q.

DE VTERO, RELIQVISQVE MVLIEBRIBVS GENERATIONI famulantibus organis. Caput XV.

PRAESENTIBVS organis ostendendis seriatim faciunt uigesimaquarta figura, & uigesimaquinta, duæq; illas subsequentes.

Vterum in fundum & ceruicem di uidi.

Vteri situs, & cum accumbentibus ipsi partibus contactus.

VVM uteri enarramus fabricam, illum opportunè in [a] fundum, & [b] ceruicem, seu collum, non secus ac uesicam, distinguimus. quandoquidem, etsi uterus illis ambobus conformetur, unumq; ex illis consurgat corpus: ea tamen situ, forma, magnitudine, substantia, uasorum insertione, & id genus alijs, in uteri historia diligenter spectandis, admodum differunt. Ceruix itaque uteri à mulieris pudendo sursum rectà per posteriorem pubis [c] ossium & [d] uesicæ regionem, ac secundùm [e] recti intestini anteriora, in peritonæi [f] cauitatem tantisper ascendit, donec ferè è directo sedis pertingat, qua è pubis ossibus rectorum abdominis musculorum exoriuntur [g] initia. illic namque uteri ceruix in fundum, aut fundus ipse in ceruicem [h] desinit, adeò ut & hic humilior quoque fundi pars plurimùm consistat. Cæterùm superioris fundi partis, & eiusdem laterum sedes, pro magnitudine ipsius & mole uariant. Quanto enim fundus cum fœtu magis increscit, tanto etiam elatius, uel supra umbilici regionem, superiore sua parte protēditur: suisq; lateribus ad ilia sic accedit, ut nullum peculiarem ipsi situm circunscribere queam. In nullis tamen omnino mulieribus utero non gerentibus, fundus, sacri ossis [i] initium infimæ lumborum uertebræ coarticulatum superat, neque in illis fundus & ceruix posteriori parte aliud præter rectum intestinum tangunt, uixq; ipsius etiam uincunt amplitudinem, & elatissima fundi pars non tam altè ac recti intestini [k] sedes in colon cessans prorepit. imò hanc nunquam adeò altè atque uesicam uel prorsus inanitam, conscendisse animaduerti, nisi uterum manu apprehensum, ipsius producta ceruice, sursum traxerim. Prout namque hanc in se laxatam & cōuolutam finis, aut utero sursum attracto protendis, uteri situm plurimùm uarias. Is namque tam liberè connexus iacet, ipsiusq; ceruix, uti suo audies loco, ea extruitur substantia, ut fundus leui opera deorsum ac sursum agi possit. unde etiam (ne quid de uteri adferam procidentia) non admodum magna occasione in quibusdam mulieribus, præcipuè autem ætate prouectioribus, & quibus uteri [l] ligamenta iam laxiora euasere, fundi [m] os ad ceruicis uteri [n] os ita deuoluitur, ut mox in ceruicis ore, ipso ve pudendo occurrat, sicq; suprema fundi pars multo humiliùs quàm elatior uesicæ regio descendat. Quanquam interim (uti iam prius monui) puellis etiam, & illis mulieribus quæ nondum pepererunt, & quibus fundi os altiùs adhuc reconditur,

a 22 fig. k, l.

b 25 fi. x. aut qu quid sub K, K cons stit fi. 2 c ultima rū fi. li. h.

d 24 fi. 25 fi. β.

e 24 fi.

25 figu.

f 24 fi. D. 25 fi. G, H.

g 5 mu ta. n, o m Δ.

h 24 fi. $ in L de nunt.

i ult. fi. l 1 M. & cap. 14 l 1 G ad F.

k 8 fi. ta T & V

l 24 fi. P, Q. 26 E, E.

m 16 fi. D.

n 25 fi.

conditur,uterusq́; ſuis ligamentis detinetur,ſuprema fundi pars,inter diſſecandum,ueſicam minimè excedere uideatur:adeò,ut uniuerſæ anteriori fundi parti ueſica præponatur. Hic tamen [o] humillima omenti ſede in illis mulieribus interueniente,quibus id ſurſum uerſus lienem non conuolutum, omnibus inteſtinis obducitur. Omenti enim moles longitudoq́; tanta eſt, ut inter uterum ueſicamq́; aliquando implicari,ac ut Hippocrates de obeſis dicebat mulieribus,uteri fundi os,quo etiam minus aptè concipiat, leuiter comprimere poſsit. Cæterùm [p] anteriori ceruicis uteri parti,ueſicæ quoque fundus illic incumbit,aut prę iacet,ubi uteri ceruix fundo ſuo eſt contermina. per reliquam uerò ſedem,quaſi ad pudendum uſque, collum ueſicæ ipſi duntaxat exporrigitur. Verùm quia uteri ceruix, ueſicæ collum latitudine plurimùm ſuperat,tota anterior ceruicis uteri pars,ueſica ipſiusq́; collo non operta, eam peritonæi ſedem contingit, qua interna poſterior ve pubis oſsium regio ſuccingitur. Porrò latera ceruicis fundiq́; uteri, [q] uaſa quæ ipſum adeunt,& [r] mẽbranæ illũ proximis partibus nectentes,ſpectãt. Atque ita uterus ferè non prægnantibus ſituatur. in utero autem gerentibus, ſuper [s] gracilia inteſtina ſub omento (niſi id ſurſum uerſus lienem ſit reuolutum) & anteriore peritonæi parte ducitur, ilia quoque, quum partui uicinior eſt, impenſiusq́ue turget, inſigniter opplens. Quinetiam uterus his non adamuſsim (ut aliàs ferè) mediam, quod ad dextrum & ſiniſtrum attinet,ſedem occupat:ſed quaſi elatiore apice in [t] dextrum magis, aut ſiniſtrum uergit. Quod etſi ſubinde fœtuum ſexus ratione fiat, non tamen perpetuum eſt. Mulieres enim dextram abdominis partem magis prominulam grauemq́; habentes, & fœtus impetum inibi magis ſentientes, fœminas peperiſſe cognoui:& etiam in ſiniſtro latere facta tenſione ac motu,maſculos aliquando progenitos eſſe conſtat. Muliebris uteri formam,ueſicæ plerunque [u] aſsimilamus, & potiſsimum [x] uteri prægnãtium,quibus adamuſsim propemodum ueſicæ reſpondet: quippe illis uteri fundus, ut & ueſicæ, amplus egregiè,magnusq́; eſt:& ceruix, ſi hanc ad fundi contuleris amplitudinem, anguſta. In non prægnantibus autem,ceruicis latitudinem, fundi latitudo uix ſuperat: & ſi ceruicem uel leuiſsimo conatu diduxeris,iam ipſius latitudinem plurimùm fundi latitudinem uincere ſpectabis,quum fundi ſubſtantia,utcumq; manibus protendẽti, haud ſequax ſit. unde etiam tunc iniqua quodammodo uteri ad ueſicam eſt comparatio. Deinde ueſica, quod ad latum profundumq́; attinet, exactè orbicularis eſt: uteri autem fundus non prægnantibus,anteriori poſterioriq́; partibus (ut latior quàm profundior euadat) comprimitur. Veſicæ etiam ſuperior pars exquiſiti globi inſtar rotunda eſſet, niſi quà [y] meatus urinam è fœtu per umbilicum deducens,ab ipſa pronaſcitur,uelut in acutum aſſurgeret: quum uterus interim hic [z] obtuſus ſit,quartamq́ue circuli partem, etiam nonnihil erectam aut nouilunij imaginem referat, non aliter quàm ſi ſuperior fundi pars [a] utrinque obtuſum conſtitueret angulum: perinde ac frontem uituli iam primùm cornua producentis,anguloſam extuberantemq́; eſſe cernimus. adeò,ut ab eiuſmodi frontis imagine, cornuumq́; ortibus,arbitrer ambos uteri angulos,ac ueluti papillas,à ueteribus cornuum nomen obtinuiſſe,& à nobis quoque cornua nuncupari. [b] Ab his angulis,ſeu cornibus, uteri fundus ſenſim arctior redditus, deorſum ad ipſius ceruicis originem fertur: ita tamen,ut totus fundus non multo fiat longior, quàm eſt latus,cerui ce interim inſtar meatus cuiuſdam longa & tereti. [c] Fundus uteri,omni ex parte,præterquàm in lateribus, ubi exigua amplitudine uaſorum membranarumq́ue admittit applantationes, externa ſuperficie læui & æquali,& madente ueluti linteo abſterſa,ſubrubicantq́ue conſtat. Ceruicis quoque exterior ſuperficies in poſteriori ipſius parte ab uteri fundo nonnihil ultra medium ſuæ longitudinis,& anteriori etiam parte fundo propinquiori læuis ac humecta (magis tamen quàm fundi ſuperficies candicans) conſpicitur. Per reliquam uerò externam ſedem, propter quarundam partium adnexum aſpera exiſtit, earum membranarum modo,quæ inuicem adnaſcuntur. [d] Interna fundi ſuperficies,non prægnantibus æqualis quoque ac læuis, ut & inanitarum ueſicarum apparet. Sed harum [e] ſinus maioribus profundioribusq́; rugis oppletur, illius uerò pluribus quidem,at uiſum quodammodo propter continuitatem denſitatemq́; fugientibus,non aliter quàm ſi exactiſsimè læuis foret. Attamẽ fundi uteri ſinus,perinde ac inuerſum uirile ſcortum, leuiter & per quàm modicè extuberantem [f] ſuturam, ſeu tenuiſsimæ lineæ inſtar prominens tuberculum obtinet, ſecundum uniuerſæ ſinus ſuperficiei longitudinem anteriùs & poſteriùs exporrectum,quaſi quoddam totius ſuperficiei in dextram ſuperficiem & ſiniſtram interſtitium, aut obſcuriſsima potius quæpiam cenſeri poſſet notula. Neque etiam aliud,præter hanc uix eminentem lineam,occurrit ſeptum,aut ſignum, quo internam fundi ſuperficiem,in duas ſubdiuidere liceat,adeò ut tota ſuperficies unica duntaxat ſit cauitas aut ſinus,quo genitale ſemen excipitur,fœtusq́; in utero continetur. Sinus iſte formam fundi uteri magna ex parte referens,latior eſt, & albior,quàm profundior,humillimaq́; [g] ſede iuxta fundi foramen anguſtus cernitur: ſuperiore autem ſede latus, qua ueluti in duos ceſſat [h] angulos ad elatioris fundi partis [i] latera cornuaq́; conſcendentes. Media enim [k] ſedes ſuperioris partis ſinus non tam altè ac latera ipſius conſcendũt, ob uteri ſubſtantiam deorſum hic quaſi ſeptum aliquod & tuber in cauitatem ſinus ſpectantem. Hunc ſinũ in non pregnantibus,ut plurimùm uiſcido quodam & ſubalbo muco illitum, & colore inter pallidum & rubrum medio perfuſum,& in ſuis angulis ſuperioribus ve ipſius apicibus,quàm reliqua amplitudine rugoſiorem ac omnino illi [l] cauitati ſimilem comperi,in quam deferentia ſemen [m] uaſa uiro ad penis initium inſeruntur. Nullus enim inibi in mulieribus inuoluntario ſeminis fluxu, ſeu albis, ut uocamus, menſtruis non laborantibus,manifeſtus (quemadmodum neque in uiro) ſe offert meatus,niſi ex [n] uaſe ſemen defe-rente ſtylum acutiorem ſecundùm uaſis inſertionem ui intrudamus, ac ſecus quàm ſecundùm naturam habet,meatum dilatemus. Cæterùm interna ceruicis uteri [o] ſuperficies,quum conniuet,nec alioquin diſtenditur,undecunque rugoſa implicitaq́; eſt, ac in ſe concidit: ſi uerò admodum diducitur, exactè læuis & lubrica per uniuerſam ipſius longitudinem,apparet,præterquam ad eam partem, qua in pudendum termina

Vteri forma.

Vteri cornua.

Externa uteri ſuperficies.

Fundi uteri ſinus.

Interna ceruicis uteri ſuperficies.

o 2 *ſi. infe riora Q. Q.*

p 25 *ſi. β, γ, & δ. in ſternuntur χ. X.*

q 25 *ſi. n, ν, ξ.*

r 24 *ſi. O, P, Q. & 27 ſi. I, I.*

s *tota ferè 7 fig.*

t *Vt 1 tab. fig. 30.*

u 25 *ſi. cõ ſer β, γ, δ. cum i, k, l, x, x aut 24 ſi. T cum L. x 1 ta. fig. 30.*

y 2 *fig. M educitur ab N. aut 24 ſi. Y à T.*

z 25 *ab i & k ad l.*

a 25 *fig. i & k.*

b 25 *ſi. ab i ad k ad l.*

c 26 *ſi. fundus lauis ẽ ad A, aſper ad E, quod eſt proximũ A.*

d 27 *ſi. notatur A, A. B, B. C, D.*

e 26 *ſi. L.*

f 27 *ſi. C, D.*

g *iuxta G 27 ſi. quo foramen notatur.*

h *utrinque ad latus F 27 fig.*

i 25 *fig. i, k.*

k 27 *ſi. F, F.*

l 23 *ſi. o.*

m 23 *ſi. n, θ. ι, λ, Ξ.*

n 25 *ſi. u.*

o 26 *ſi. B, B.*

Prominulæ in ceruicis orificio caruncul.

tur. Hic namque perpetuò præter laxos implexus, illas cuticulares P caruncul as non æqualiter omnibus mulieribus inſtar geminæ linguæ propendulas adipiſcitur, quæ Græcis νυμφὴ, μύρτον, ἐχιδ'νες & κλειτορὶς uocantur. qui earum præciſionem plus quàm quis facile arbitraretur cruentam, & cicatricem perinde ac reliqua huius ſedis ulcera difficulter ſuſcipientem, docuerunt: quòd illæ caruncul æ nonnullis mulieribus ad tantam augeantur molem, ut pudorem deformitatemq; inducant, & multis nationibus inſignis quoque impudicitiæ argumento ſint: imò à ueſtimentis iugiter attritæ, ad libidinem irritant. Vnde etiam Aegyptijs uiſum eſt, ut anteaquam illæ longiùs exerantur & propendeãt, tunc potiſſimùm amputentur, quum proximè uirgines nupturæ ſunt. Ad hæc, uteri ceruix in anteriori ſua ſede, paulo ſupra pudendum, ubi ueſicæ q excipit collum, non adamuſsim æqualis cernitur. Nam præter ſcrobiculos quoſdam tranſuerſim ductos, quibus uteri ceruix hic contra pubis oſsis renixum, palaticuiuſdam inſtar, exaſperatus, utrinque ad inſertionis colli ueſicæ latera, tenuis uteri ceruicis portiuncula excreſcit, in ipſius cauitatem propendens, ac illis mẽbraneis r proceſsibus forma perquã ſimilis, quos regreſſum urinæ ad urinarios meatus è ueſica, & bilis confecti ve in uentriculo cremoris ex duodeno inteſtino in deferentem bilem meatum, prepedire innuimus. Haud ſecus, quàm ſi uteri ceruix urinam promptè admitteret, penduli uerò illi proceſſus hanc aliam ve potius materiam in ueſicæ collum regurgitare prohiberẽt. A tergo etiam huius colli ueſicæ inſertionis, paulo ve interiùs, carnea occurrit membrana, quæ hymen & eugion appellata, uirginibus eſt peculiaris. In cæteris namque mulieribus coitu, aut alioquin petulanti quopiam attritu diuulſa, lacerata ve aboletur, neque inter ſecandum alias ve liquidò ſeſe offert: quum interim uel citra diſſectionem in puellulis, diductis nimirum illarum, perinde ac ſi emicturæ eſſent, cruribus, perſæpe uiſitur. Perinde enim ut s ſeptum tranſuerſum in homine reponitur, aut potius, ut uaſis alicuius fundus tranſuerſim ipſi innexus commiſſus ve eſt: ita quoque membrana hæc tranſuerſim in ceruice uteri ea qua diximus ſede conſiſtit, & ceruicis ſubſtantiæ eum in modum continuatur, ac ſi ex ipſa non aliter enaſceretur, quàm cuticulares nuper dictæ caruncul æ ex illa prodeunt. Carnea hæc membrana, tota ſede qua è ceruicis uteri lateribus enaſcitur, modicè craſsior eſt, quàm reliqua ipſius amplitudine: quæ alioquin inſigniter tenuis, & non ſecus quàm carnea quæpiam membrana mollis exiſtit, longa ſectione inſtar rimæ cuiuſdam peruia. adeò, ut huius ſectionis occaſione, hymen ſanguinis menſtrui purgationem in uirginibus neutiquam impediat, & albi illius crudiq; humoris fluxum quoque promptè tranſmittat: quem etiam admodum puellis nonnunquam accidere, Ariſtoteles rectè prodidit. Quòd uerò Arabes alicubi quinque uenulas in ceruicis uteri medium pertinere, ac dextrarum uenularum ora, ſiniſtri lateris uenularum oris committi, ex hisq; Centonem ipſorum interpretib. uocatum, adeoq; hymenem efformari ſcripſerint, coniectura magis, quàm ſedula reſectione factum mihi perſuadeo: quum ſcilicet membranæ huius noſtræ Arabes haudquaquam meminerint, ſed commiſſas inuicem ſuis oſculis quaſdam in uteri ceruice reperiri uenulas, ex ſanguinis fluxu imaginati fuerint, qui ſanè in prima coitione, quam Terentius acerrimam duxit, copioſiſsimè profluit, modò tunc puella integrum aliàs, & prius quauis tandem cauſa non uitiatum hymenem habeat. Quanquam enim nullæ uenulæ ab Arabibus traditæ, ſuis finibus conniueant, connatæ ve ſint: nihilominus tamen rationibus aſſequi eſt promptiſsimum, qui membrana hæc, impetu rupta uel lacerata, & dein continuò affrictu diuulſa excalefactaq;, ſanguinem promanare ſinat: non aliter quàm in coitu ruptum præputij uinculum, quod plus æquo excedẽs, glandis apicem deorſum præter modum intorquet. Cæterùm, ut uulgò (quãuis falſo interim) ferũt, modò apud has, modò apud illas nationes, nuper natis puellis, quo facilius aliquando pariant, pubis oſſa, neſcio quibus modis ſeiungi: ita quoque ab obſtetricibus matronisq; quibuſdam interdum audiui, nonnullis morem eſſe, ut puellulis membranulam quandam, ſeu pelliculam, perinde ac fruſtra mulieribus datam, ita effringant, ut Iudæos uirilem glandem detegere, præputiumq; reſecare adhuc hodie cernimus: utq; etiam ſedulas obſtetrices puerorum iamiam in lucem editorum ori indicem indere, ac linguæ uinculum, ſi fortè plus iuſto in anteriora pertingat, contractiusque ſit, dilacerare nouimus. quod ſi fit, hymenem tunc diſrumpi, uitiariq;, & quibuſdam nupturis non leue rarumque commendandæ uirginitatis argumentum præberi, arbitror. adeò, ut hac quoque occaſione puellas abſque hymene non ſecus naſci contingeret, quàm Iudæorum pueros interdum recutitos in lucem prodire certiſſimum eſt: utq; raras quaſdam capitis figuras, citra omnem quæ ab obſtetricibus matribusq; adhibetur compreſsionem, nonnullis nationibus, ueluti proprias iam eſſe factas, non ambigimus, multaque peculiaria in equorum pullis tempore euenire conſtat. Vtcunque ſit, nullus in uirginibus internæ ceruicis uteri ſuperficiei laterum ad inuicem eſt connexus, ab eo quem quis fortè hymenis aliàs etiam perforati beneficio, fieri diceret. Præterea uteri ceruicis cauitas, ipſius uniuerſo ductu, nullibi neque uirginibus, neque iam coitu exercitatis mulieribus anguſtior, quod ad compoſitionem attinet, redditur: imò æquè capax eſt t quà fundo continuatur (ſi modò inibi amplior diſtendiq; aptior non ſit) ac u quà in pudendum ceſſat. In elatiorem huius cauitatis ſedem, ex humillima fundi uteri regione inſignis ſuæ ſubſtantiæ exporrigitur x portio, quæ penis glandem quaſi referens, obtuſo ſuoq; mucrone ceruicis uteri latera nuſquam contingens, foramine quodam peruia eſt: quod uteri aut fundi ipſius os non ſecus uocari ſolet, ac muliebre y pudendum ceruicis os nuncupamus. Verùm, ut hoc alioquin non diductum aut dehiſcens, ſectionis ſecundùm corporis longitudinem ductæ modo, aut inſtar I conniuet: ita quoque illud ſciſſura tranſuerſa & ueluti literæ Θ centro ſimili, (at non perpetuò æquali) donatur. Prægnantibus enim rugoſa admodum & perquàm anguſta eſſe, ſpecillumq; uix admittere putatur. Quæ nuper pepererunt, ſciſſuram hanc ampliorem, minusq; contractam rugoſam ve poſsident: non prægnantes, medio ſe habent modo. Quod tamen fundi orificium, quoties dehiſcit, orbiculare (ut & ceruicis oriſicium) reddatur, manifeſtum eſſe arbitror.

Hymen.

Fundi uteri orificium.

P 25 fi. I.

q 25 fi. L. 26 fi. neſica etiam ex ipſius ceruice aperta ſpectatur. dein 27 fi. L.

r 23 fig. dein 15 fi. R. aut 15 d.

s 7 muſc. tab. Δ.

t 27 fi. K, K.

u 27 fi. ad crinitam ſedem.

x 26 fi. C. dein D. & 27 fi. G, G.

y 25 fi. t.

tror. Aperitur autem in partu, quum fœtum illiusq; inuolucra emittit, & quum mẽstruis purgationibus uiã dat, dein in coitu: nõ semper quidem, sed quum uirile semen appetens, id naturali motu fugendo allicit: & quando uterus non concepturus, uirile semen unà cum muliebri semine iterum eructat: aut quum in pollutione, uel affrictu, muliebre semen excernit. Nequaquam enim uteri ceruice uiri semen admittente, aut alioquin distenta, simul quoque fundi orificium perpetuò recluditur. quippe haud decuisset insatiatæ mulieris arbitrio, etiam post conceptum, uenerem procaciter nimium desideraturæ, orificium illud subijci. Vt interim præteream, quanta conseruationis speciei noxa, mulieres subinde genituram præter sententiam nõ reseruarent: quantaq; licentia, nullo conceptionis habito metu, maritis parentibusq; imponerent, si modo fundi orificium ita ac ceruicis orificium ex mulieris arbitratu aperiri potuisset. Vteri magnitudinem, quũ ipsius explicaretur situs, aliquo etiam pacto recensuimus: neque hæc sanè promptius, quàm uentriculi moles, describi potest. Fundi enim magnitudo pro contentæ in illo genituræ aut fœtus quantitate uariat, & ceruix quoque modò complexa rugosaq; conniuet, modò in coitu ad penis, in partu uerò ad fœtus formã diducitur. Et quemadmodum distentionis ratione, non eadem ceruici adest latitudo, ita quoque neque par longitudo. nam nobis uterum inter dissecandum attollentibus, in miram longitudinem ceruix porrigitur. adeò ut non minus ridiculum sit, uteri ceruicis quàm penis (cui illa instar uaginæ censetur) longitudinem latitudinem ve describere. Quinetiam uteri ceruix pro mulieris libidine turgidior, angustiorq; & directior (præterquam quod alijs natura sit strictior) efficitur, ac proinde etiam haud miror, omnes quodam digitorum numero eius longitudinem describere aggressos, inter se discrepare: & hunc à pudendo ad fundi sinum undecim, illum duodecim, istum plures, alium pauciores digitos enumerare: & quod omnium absurdissimum est, parem in non prægnantibus fundi ceruicisq; statuere longitudinem. Præterea uterus in eum modum à peritonæo ligatus pendet, ut ipsius fundus sursum & deorsum plus minus in coitu, quum generationem expetit, sese ducere, ac ad penis summum tanquam animal quoddam (ut & Plato dicebat) hiare possit. Insuper uetulis & ijs quæ sæpius pepererunt, aut rudius ab obstetricibus in secundarum euulsione fuerunt tractatæ, fundi os in pudendum quasi dependet, ac proinde breuissima implexaq; in illis ceruix uidetur: quæ tamen inter secandum sursum tracta, aut aliàs in uiuentibus intrò protensa, longè educitur. Quòd autem puellis uteri fundus minor sit, quàm illis quæ iam diu coierе, aut aliquando uterum gessere, etiam alijs proditum est Anatomicis: quanquam in his omnibus testium ferè ritu, sic fundus uariet, ut nullam ipsius molem (quemadmodum neque uesicæ) priuatim circumscribere queam. Vtcunque sit, non prægnantis uteri [z] fundus multo minor est, quàm dissectionum rudis facile sibi persuaderet. quum latitudine duos digitos parum excedat, & longitudine uix unquam trium digitorum latitudinem æquet. Porrò dissectionum professoribus, etiam menstruæ purgationis occasione fundi uteri magnitudinis poni differentiam, legi quidem, quando uterum sanguine turgentem, & paulo pòst eum repurgaturum, illo grandiorem esse docent, qui nuper uniuersum sanguinem profudit. Verùm hac ex parte nunquam mihi se obtulit uteri discrimen: & de sanguinis illius collectione, & purgatione, infrà quædam subijciam, nunc uteri substantiam pertractaturus. Non prægnantium itaque fundi [a] substantia conspicitur neruea, membranea ve, sed interim admodum crassa, & non adamussim, ut cætera quæ generatim neruosa dicuntur, candicans, sed carneum quid colore & substantia præ se ferens, & passim denique continua, & duritie sibi æqualis, nisi fortè ad fundi [b] os paulo durior collectiorque aut densior euadat. In exteriore huius substantiæ (quæ utero, ut semel dicam, quodammodo propria & peculiaris est) superficie, obscuræ gracilesq; uenæ integro adhuc utero excurrere uidentur, inter [c] interiorem [d] exterioremq; ipsius tunicas, incedentes. Sunt enim duæ uteri tunicæ, quarum exterior principium ducit à [e] membranis, quæ [f] uasa uterum accedentia continent, uterumq; peritonæo alligant. A peritonæo namque, quà uasa ipsi adnascuntur, quæ à magna uasorum [g] distributione supra sacrum os facta, uersus crura tendunt, partes quædam processus ve exoriuntur, [h] membranis mesenterium efformantibus substantia formaq; similimi. Sunt enim hi processus instar duarum tenuium membranarum in ipsarum medio uenas & arterias & neruos aliquot deducentium, & multo adipe oppletarum, quæ à peritonæo utrinque procedentes, totis ceruicis & fundi uteri lateribus ad eum modum committuntur, quo intestinis mesenterium [i] applantari docuimus: & quemadmodum mesenterium illis tertiam obducit [k] tunicam: ita etiam hæ peritonæi membranæ in secundam exteriorem ve uteri degenerant, longè ea crassiorem, quæ à mesenterio intestinis offertur, quòd scilicet quatuor peritonæi portiones, utrinque nimirum duæ, uteri efforment tunicam, tertia interim intestinorum à duabus tantum constituta membranis. Verùm uteri tunicæ crassities ob hoc duntaxat non tanta est, quòd ex tot peritonæi exurgit partibus: sed quia hæc in contracto, & non grauido utero, impensè collecta compressaq; dissecantibus occurrit. [l] Interior fundi uteri tunica, ipsi peculiaris & propria est, ab eaq; compingitur substantia, qua fundum præcipuè constare diximus. Hæc itaque tunica in non prægnanti utero crassitie omnes reliquorũ corporis organorum tunicas, uel tres etiam [m] uentriculi & [n] intestinorum simul implexas, uincit. Ipsa tamen omni ex parte non pariter crassa uisitur. [o] Vbi enim fundi efformat orificium, crassissima est, deinde in media [p] sede superioris fundi partis crassa quoque est admodum, & (ut in fundi sinus enarratione dicebam) in ipsum quasi sinum extuberat. Cæterùm quà uterus in obtusos [q] angulos sua ve cornua desinit, hæc tunica tenuior, minusq; spissa uel densa dissecantibus quàm in reliqua parte occurrit. In lateribus autem, & anteriori & posteriori sede pariter crassa existit, adeoq; compacta, ut nihil præter ipsius substantiam citra fibrarum quibus abundat distinctionem, & notatu dignum uenarum arteriarumq; incessum, utcunque tunicam illam dissecęs, intueri liceat. Verum in illis quæ iam aliquandiu utero gerunt, interior hæc

Muliebris uteri magnitudo.

In Timæo.

Vteri fundi substantia.

Duarũ uteri tunicarũ exterior.

Interior tunica.

z *Moles uteri ut maxima, exprimitur 27 fig.*

a *Conspicitur ad E, E,E. 17 fi.*
b *iuxta G 27 fi. et iuxta C, D. 26 fi.*
c *27 fi. E, E.*
d *27 fig. H,H.*
e *24 fi. O, P,Q. et 26 fi. E,E. 27 I,I.*
f *25 fi. u, y.*
g *ult. fi. li. 3 b.*
h *24 fi. F, G.*
i *spectatur in 10 fi.*
k *9 fi. k,k educunt L.*
l *27 fi. E, E.*
m *17 fig.*
n *9 fig.*
o *27 fi. G.*
p *27 fi. F.*
q *25 fi. i, k.*

tunica,triplex fibrarum genus,etiam multo manifestius,quàm nuper ex animãte resecta, & quæ modò inflatur uesica,proponit.ac rectas quidem habet intimas,easq; non admodum numerosas: extimas autem orbiculares transuersas ve,rectarum copiam nonnihil superantes:medias uerò nanciscitur obliquas, easdēq; plurimas & ualidissimas.Dein in prægnante utero uenarum arteriarumq; hanc tunicam perreptantium magna conspicitur copia,quæ suis osculis tunicam ingredientia,in [r] secundinas (uti in fœtus inuolucrorum dicemus historia) pertinent:& ipsa denique tunica tanto est rarior tenuiorq; & magis neruea membranea ve,ac minus carnea,quanto magis uterus ipse in magnitudinem promouit.Cæterùm ceruicis uteri [s] substantiæ aliquid commune cum uirili pene accidit.quemadmodum enim duo huius [t] corpora, & [u] glans præcipnè,crasso inuolucro inter neruum carnemq; substantia medio,& fungosa spongiosaq; quadam substantia infarto, [x] constant:sic quoque ceruix uteri carnea neruеaq;, sed non impense crassa, constituitur: tunica,substantiæ etiam illius fungosæ nonnihil possidente.Huius substantiæ beneficio, quum mulier uenerem auidè expetit,uteri ceruix penis modo extuberat,pudendiq; ipsius colliculi ac cuticulares; illius carunculæ extrà prominent,ceruicisq; cauitas penem amplexura arctatur; & quod ad rectam uirilis seminis euibrationem sat est,dirigitur.At istud parum illi expenderunt,qui ceruicem uteri multis & orbicularibus musculis,non aliter quàm uesicæ [y] ceruicem,& recti intestini [z] terminum intertexi finxerunt. Quod,etsi plerisque mulieribus concubitus uoluptatem forsan augeret,& pariter in causa esset, cur illæ constringentium arctantiumq; medicaminum copiam nostris officinis relinquerent: nimis tamen uoluntariam uim Natura genitalibus indidisset,& nescio quo nam pacto penem plus iusto uteri ceruicis arbitrio subiecisset. Porrò Anatomici uerius scripserunt,ceruicem in puellari ætate delicatiorem molliorемq; esse: contrà in prouectioribus,& ijs quæ frequentius pepererunt,callosiorem temporis successu reddi, ut etiam cartilagini asperæq; arteriæ illam in uetulis subinde comparauerint.crebro enim congredientium attritu, partiumq; exeuntium collisione ceruix occallescit:& frequenti astringentium lotione,assiduoq; mensium fluxu,haud secus induratur,quàm ob acrem humorem continuò defluentem ulcera ad fistulas permutari nouimus.Venæ & arteriæ ceruici insertæ,non prægnantibus manifestiores propemodum mihi semper uisæ sunt, quàm fundi:diuersum tamen utero gerentibus accidere certum est.At uenarum arteriarumq; uteri seriem, iam unà cum seminalium uasorum fabrica,& uteri neruis,opportunè aggrediar.Mulierum itaque [a] testes', uteri accumbunt lateribus,non prægnantibus quidem paulo elatiùs quàm fundi superior consistit pars. utero autem gerentibus eandem ferè sedem occupant:at quo magis uterus extenditur, eo inferiùs quàm ipsius summum habetur,ad latera illius siti apparent.Innituntur autem peritonæo ea sede, qua ilium ossa sacro committuntur,omnino laxi,neque aliter quàm [b] seminalium uasorum beneficio [c] laxisq; membranis, peritonæo connexi.Hi uirorum testibus multo minores sunt,forma uerò oblongiores,& secundùm latitudinem minus rotundi,& perinde ac si latiores quàm profundiores effici deberent, anteriùs posteriusq; depressi. Externa ipsorum superficies inæqualis,& haud secus quàm si plures eædemq; exiguæ unà colligarentur glandulæ,multis inæqualibus tuberculis oppleta uidetur. Substantia quippe non constant, ut uirorum testes,molli,ac innato sibi humido læui,continua & æquali:uerùm duriori, mesenterijq; ac inferioris omenti membranæ [d] glandosis corporibus non absimili,& præter exiguos uenarum & arteriarum in ipsa consistentes plexus,sinuosa cauaq;.Habent enim mulierum testes intus præter uasa, sinus quosdam tenui aqueoq; humore plenos,qui prius non læso teste,sed ui compresso,ac inflatæ uesicæ modo crepante,in miram altitudinem inter dissecandum,non secus quàm ex scaturigine quapiam exilire solet. Vt uerò is humor uelut crassiusculum lactis serum in sanis mulieribus albus est,ità quoque illum mirè luteum croceũq; & paulo crassiorem deprehendi,in duabus non uulgariter nobilibus puellis,quæ ante mortem, uteri strangulatu uexabantur,quibusque alterius testis sinuum unus duntaxat, instar maiusculæ pisæ protuberabat croceo humore illo infartus, & conterminas sedes non secus tingens, quàm in hominibus colon intestinum, quà sub iecore fertur, à bilis uesicula luteum reddi cernimus. Vtque huius humoris liquoris ve rarus occurrit color, ita quoque grauissimè olebat, uenenosumque quid & tetrum præ se ferebat: illorum cerebri symptomatum indubiè autor, quæ in uteri strangulatu indies oboriuntur. Vna uirgo annos nondum nata quatuordecim, ex pulmonum, ut uidebatur, inflammatione, & frequenti in eo morbo uteri strangulatu perijt, qui non ita pridem molestus esse cœperat. Altera annos iam attingens duos de uiginti, posteaquam uno aut altero anno insigniter palluerat, illisque symptomatibus subinde oppressa fuerat, quibus puellas modò ferè teneri constat, quæ perditè amantes, menstruas purgationes diu suppressas habent, aut quibus albus ille & crudus humor longo interuallo profluit: ex uteri inquam suffocatione ita interijt, ut quum porrecti uenefi parentibus incideret suspicio, ea mihi medicisque aliquot ad expetitam sectionem obtigerit. qua præter ingentem pulmonum albedinem, mollitiemque, ac totius corporis exanguem habitum, nihil uitiosum, uel circa uterum ipsum, deprehendi, præter luteum illud miris modis olens alterius testis tuberculum. Muliebrium itaque testium (ne fortè ad mulierem, cuius in Capite de liene obiter mentio incidit, & monstruosa alioquin & ægra prolixius excurrat oratio) sinibus nulla peculiaris est forma: inæquales enim, uti exterior ipsorum testium superficies, sunt: & non unus, sed plures, neque illi semper ijdem cernuntur. Testium substantia membraneo inuolucro undiquaque circumdatur, quod ipsi ualidissimè adnascitur. Atque hoc quidem, etsi durum sit, longè illi tamen [e] inuolucro quod uirorum testes proximè ambit, duritia & crassitie cedit: neque adeò promptè à testium substantia inter secandum diuellitur, non secus quàm si commune continuumque cum testis substantia esset corpus: quam ea quoque ratione quis etiam membranam esse, meritò diceret. quanquam interim præsens mulierum inuolucrum,

Ceruicis uteri substãtia.

Mulierum testes.

Testium sinus,& in illis cõtentus humor.

Testium inuolucra.

r *tabulæ f.* 30.

s 27 *fi.* K.

K.

t *fi. ca* 49 *lib.* 2 A *i.*

u *eadem fig.* D.

x *Constitutionem hãc ostendit* 1 *fig. cap.* 49 *lib.* 2 *ad* E, E,F.

y 25 *fig.*)

z 8 *fi.* a.

a 24 *fi.* M. L. *&* 25 *fi.* r. *&* 26 *fi.* F.

b 25 *fi.* o. *p.t.t.u.*

c 26 *fi.* E. E.

d 10, 11 *fi.* L. L. *et* 4 *fig.* n.n.

e 23 *fig.* 1 R.S.

crum, eundem uſum ſuo teſti præbeat, quem uirorum teſtis intimum inuolucrũſuo teſti præſtare conſtat. f Vaſorum namque ſeminalium applantationem excipit, glandulosamq; teſtis ſubſtantiam ueluti in forma quapiam continet. Præter hoc autem inuolucrum, muliebris teſtis nullum aliud obtinet, niſi g quòd peritonæi proceſſus uaſa ſeminaria uteriq; uenas & arterias in teſtis ambitu continentes, & ueſpertilionum alis forma longè ſimilimi, & ab Eudemo retia non ineleganter nuncupati, teſtis mediam duntaxat partem integunt: non uerò (ut h exterior uirilis teſtis tunica ſuum teſtem, illiusq; ſeminaria uaſa) prorſus induunt. Cæterùm uaſa muliebribus teſtibus materiam ad ſeminis generationem adferentia, ſimiliter ac in i uiris, duæ ſunt k arteriæ, & totidem l uenæ, utrinque nimirum una uena, & una arteria, quæ exortu quidem uirorum uaſis prorſus correſpondent: in diſtributionis autem ſerie & progreſſu, ab illis differunt. Dextra enim muliebris m uena à cauæ uenæ pronata caudice, ſimul cum coniuge ſua n arteria, cui magnæ arteriæ truncus initium præbet, priuſquam ſui lateris o teſtem contingit, ſimul quidem cum arteria ita implicari permiſceriq; P incipit: ac uirorum uaſa poſteaquam è magna peritonæi cauitate prociderunt, q inuolui uidemus. uerùm mulieris uaſa non uniuerſum ipſorum corpus (perinde ac uiris euenit) in implicationem eam abſumunt, ſed r mediam ſui partem in ſuperiorem fundi uteri ſedem ſic digerendam porrigunt, ut s cæteras uterum petentes uenas ac arterias multis propaginibus diſcindi diſtribuiq; audies. Porrò ea t implicatio, quæ à reliqua media uaſorum portione conſtat, paulatim magis magisq;, ut in u uiris, inuoluitur, uaricoſumque corpus efformat, ſua x baſi, elatiori teſtis parti adnatum, & ramos in teſtis ſubſtantiam, & illum proximè ambiens inuolucrum diffundens. Hac quoque rat one y ſiniſtra ſeminalis uena à cauæ propagine ſiniſtro reni oblata, initium ſumens, cum z ſiniſtra arteria à magnæ arteriæ pronata caudice diſtribuitur. deinde utriuſque teſtis a uas ſemen ab ipſo in uterum deferens, teſtis corpori, perinde ac in b uiris connaſcitur: quanquam interim teſti magis orbiculatim, quàm in poſteriori ſolum ſede, aduoluatur. Ab interna enim ſede baſis c uaricoſi corporis d incipiens, externo teſtis lateri, & deinde inferiori illius parti, ac non nihil interno quoque lateri e adnaſcitur, haudquaquam tot reuolutionibus inſtar uermis æqualiter procedentibus, qua teſti adnaſcitur, ac uirile f uas donatum. Porrò à teſte nonnihil ſurſum aſcendens, & teſti nõ amplius adnatum, reuolutiones eas amittit, ac g teres planumq; inſtar nerui in uterum errabundo ductu (quem ueterum quidam laxè contorto uitis pampino capreolo ve aſsimilarunt) fertur, in mediam ſui lateris cornu ſedem inſertum. h His organis, quæ peritonæi proceſsibus membranis ve admodum pinguibus intertexuntur, tutoq; ſuffulciuntur, per me quidem licebit quæuis nomina imponere: ego autem, quoniam uirorum organis forma ſubſtantiaq; correſpondent, eadem nomina illis, quæ his, inter docendum indere ſoleo. Cæterùm præter nuper i commemoratas uteri uenas & arterias, quæ à media uaſorum teſti materiam adferentium portione conſtituuntur, k aliæ multo craſsiores uterum à caua & arteria magna poſt illarum ſupra ſacri oſsis initium factam l diuiſionem accedunt. Poſtquam enim ea uaſa primùm in duos inſignes truncos diuiſa ſunt, & hi rurſus ſinguli in m duos grandes, ſed amplitudine impares ramos diſſecti: unum quidem craſsiorem, ac per inguina crus adeuntem, alterum uerò humiliorem graciliorem q; cuius n finis per pubis oſsis o foramen elabitur, uteri inquam uenæ ac arteriæ oriuntur, à graciliori humiliorique ſecundæ illius diuiſionis ramo utrinque pronatæ. Ramus enim in dextro conſiſtens latere (quod & de ſiniſtri lateris ramo ſubaudies) inſignem educit propaginem: uena quidem uenam, arteria autem arteriam: P quæ ſimul accumbentes, dextrum uteri latus propter fundi orificium accedunt, inibiq; in multas ſciſſæ ſoboles, quaſdam ſurſum in humiliorem fundi ſedem exporrigunt, quaſdam per uteri ceruicem deorſum digerunt, q nonnullas etiam ueſicæ impartientes. Ab his uterum accedentibus uaſis (uti quis fortè arbitraretur) r uenæ & arteriæ neutiquam originem ducunt, quæ ſecundùm rectos abdominis muſculos ſurſum feruntur, & s uaſis per poſteriorem pectoris oſsis ſedem deſcendentib. conterminæ fiũt. Hæ enim ortum ſumunt à præcipuis uaſis per inguina in crus deductis: à quibus etiam t ſurculi pronaſcuntur, muliebre pudendum colliculosq; ipſius petentes, unà cum præſentibus uteri uenis ac arterijs. ab oſsis ſacri neruorum u paribus utrinque etiam nerui propagantur, tenuibus ſurculis in uteri potiſsimùm ceruicem, & circa humiliorem fundi ſedem excurrentes. Ad elatiorem porro fundi regionem, ſubinde x neruuli perquàm graciles diffunduntur, à ſexti neruorum cerebri paris ramis diſſecti, qui coſtarum exporriguntur radicibus. Verùm, ut hi neruuli prætenues albicantesq; ſunt, & y pinguibus membranis, uti & prius commemorati, ſuffulciuntur: ita quoque inter ſecandum difficulter occurrunt. Nunc itaque propemodum cuadit manifeſtum, quas partes uterus tangat ſolum, ac quibus inſuper alligetur & adnaſcatur. Anterior enim, poſteriorq; & ſuperior fundi uteri regiones, nullis quas contingunt partibus adnaſcuntur, latera uerò connaſcuntur membranis uaſa utero deducentibus, ac demum z carneis illis fibris intertextis: quæ duos efformant muſculos, quorum beneficio uterus uoluntario motu nonnihil obſcureque ſurſum, dum mulieres ilia contrahunt & quaſi colligunt, allicitur, quique adeò obliquè prorepunt: & quà uterum accedunt, adeò interdum craſſeſcunt, ut perperam illos muſculos uteri cornua eſſe aliquando arbitratus fuerim, quòd ſcilicet a obtuſos muliebris uteri angulos papillas ve cornuum imagini non admodum accedere uidebam. Ceruix porrò uteri ex lateribus b membranis quoque & uaſis ipſi porrectis adnaſcitur, & illorum interuentu peritonæo (ſed, quemadmodum & uterus, laxè) connectitur. Poſteriore autem parte, ſuæ longitudinis medio, quod fundo propinquius eſt, c recto inteſtino ita innititur, ut accũbentes inuicem inteſtinorum * gyros mutuò allocari cernimus. Verùm ad ceruicis in pudenda finem, illa podici perinde connaſcitur, ac ſi recto inteſtino & ipſi communis quædam eſſet tunica, uti ſtomacho & aſperæ arteriæ communem eſſe tunicam non ambigimus. Rurſus ceruix anteriori ſede, elatiùs quidem

Seminariæ uaſa mulieribus cuiuſmodi.

Vteri arteriæ & uenæ

Vteri nerui

Quibus partibus uterus adnaſcatur & ſolum quas tãgat.

f 25 fig. c, p, s, t, u, m. g Pete hæc ex 24 fi. O, P, & 26 fi. E, E. h 20 fi. u. i 20 fi. f, e, h, i. k 25 fi. g, h l 25 fi. d, e. m 25 fig. d, d à P. n 25 fi. g, à Q. & iuxta f. o 25 fi. r. p ad o 25 figuræ. q 22, 23 fi. d. r 25 fi. m. 26 fi. H. s 25 fi. y. t ab o ad p 25 fig. u 22, 23 fi. à d ad e. x 25 fi. p. y 25 fig. e ab V. z 25 fig. h à Q. iuxta f. a 25 fig. f, i, u. b 23 fi. n, b, i. c 25 fi. o, p. d 25 fi. f. e 25 fi. i, s. f 23 fi. H, I. g 25 fi. u. uerſus i. h 25 fi. e, p. & f, s, t, u. i 25 fig. n ab o. & 26 fi. H à G. k 25 fi. y. l ultimæ fi. lib. 3 b. m eiuſ. fi. d. n eiuſ. fi. i. o 1, 2, 3 fi. cap. 29 lib. 1 r. p 1 tabellæ fi. 30 H. q 25 fi. a. r 25 fi. n & 6 muſc. tab. e inf. s 6 muſ. ta. a. aut figu. cap. 6 lib. 3 L ad M. t fi. cap. 6 lib. 3 Δ. u fi. 2 cap. 11 li. 4 iuxta cha. 25, 26 & c. x ab ε & μ fi. 1 cap. 2 lib. 4. y 24 fi. O, O. et 26 E, E.

z 24 fi. P. a 25 fi. i, k. b 27 fi. I, I. & 24 fi. R, S. c 24 fi. K. * *Spectantur in* 6, 7, 8 fi.

quidem ac iuxta fundi orificium,innitentem duntaxat habet uesicam: sed paulo inferiùs fibris quibusdam humillimam uesicæ partem & ipsius ceruicem adnatam possidet. [d] Vbi autem hæc illi inseritur, uelut cõmune quoddam utriusque corpus,& tunica efficitur.Sic quoque,quà uteri ceruix in pudendum desinit, cõmune utriusque,ceruicis scilicet & cutis, quemadmodum in labris & palpebris, corpus constituitur. Hæc cutis,præterquam quòd pilosa euadit,ipsi duriuscula,similiter ac in mento,substernitur pinguedo:in uetulis (etiamsi illis uteri ceruix occalluerit) unà cum mamillis flaccescens, neque ita bellè pudendi colliculos alas ve,ut in iunioribus,ac magis consistente duraq; adipe obesis, sustinens. At quum hæc citra mortuorum sectionem sint obuia,quis omnium hoc Capite hactenus enarratorum sit usus, explicare modò conabimur. Vterus itaque concipiendo semini idoneus,& fœtum tantisper complexurus, dum perficeretur, ac alijs quàm sanguine nutriri queat,in humillima trunci corporis sede locatus est,qua ad concubitum seminisq; susceptionem, & adhuc ad concepti fœtus augmentum, perfectiq; partum, nulla aptior excogitari posset.Hæc siquidem longe à facie & nobilissima rationis arce situatur: deinde ossa nulla,quo minus insigniter uterus distendi queat, inibi præpediunt: atque etiam ipsi parituro hinc ad inferiora, & uersus crura exitus facilis est.Forma autem uteri fundo conuenit rotundæ proxima,quo is reddatur capacior, iniurijsq; minus obnoxius.Dein fundus unicus simplexq; est,quod unicum fœtum amplecti debeat: attamen latior uisitur,quàm profundior,quòd interdum & gemellos concipiat. Paruus autem, ac magis quàm facilè crederetur contractus in non prægnantibus uidetur,ut quàm minimum alia tunc comprimeret organa, [e] sinumq; suum adeò angustum redderet,ut quàm uicinissimè uniuersam genituram amplecti queat,nulla ex parte eam à se intactam relinquens.Ac proinde commoda quoque ipsius functioni constat substantia,quæ affatim scilicet contrahi colligiq;,quum nihil complectitur,possit:& rursus secundùm contenti augumentum,sensim in egregiam amplitudinem explicari.Atque hæc non imbecillis, distendi ve citra diuulsionem inepta uisitur:at ualida,& iniurijs ferendis pertinax,fibrisq; non infirmis,neque ijs,ut fors fert, intertexta, Verùm rectas habet intimas,quòd ante omnia semen allicere debeat: & easdem possidet paucas, quòd semen ipsi ex temperamento ad iustitiam,adeoq; tota essentia placens,ac fluidum,aptoq; membro porrectũ in illum ocyus labatur.Obliquas autem plurimas,easdemq; rectis ordine succedentes sibi uendicat, quòd ab ipso conceptum,diutissimè retinendum sit.Transuersas uerò extimas nanciscitur, quòd illas uterus tũ primum maximè requirit,quando fœtum diu satis amplexum,in lucem est editurus. Quòd unica,eademq; crassa contentus fuerit peculiari tunica,neque duas cum uentriculo,carnosiorem uidelicet unam, & neruosiorem alteram obtinuerit,hinc factum credimus, quòd uterus tantum continere amplectiq; debeat, non autem uentriculi modo aliud quippiam à proprio nutrimento concoquere & elaborare. Peritonæum illi ualidam exporrigit tunicam,propriæ ipsius tunicæ inuolucrum, & tutissimum propugnaculum futuram. Hæc externa superficie læuis aqueoq; humore oblita est,aliarum partium ritu,quæ se inuicem tangere quidem,non autem mutuò connasci satius fuit.Si enim uteri fundus non prægnantibus incumbenti ipsi uesicæ,& quod ipsi subiacet recto intestino connasceretur,& non laxis ipsius,sed duris uinculis, ijs quibus accumbit partibus alligaretur:quis inficias ibit,uterum commodè tunc unà cum fœtu non posse distendi,aut etiam in congressu,uel partu,deorsum uelut animal quoddam repere? Rursus si uterus fœtu turgidus, omnibus quas tunc contingit partibus connatus hæreret,quo nam pacto obsecro, semen denuò amplexurus in se concideret,debitamq; angustiam efformaret? & quum minimè sua distentione amplitudineq; opus est,intestinorum functioni non semper obesset? Orificium fundi tale est, quod semper conniuet, nisi quũ naturali instinctu semen admittere,aut fœtui mensibus ue iter præbere debet.meritò enim ex mulieris arbitrio,uti & antea dicebam,ipsius apertio occlusioq; haudquaquam pendet. Crassiore uerò & densiore,ac idcirco penis glandis modo in uteri ceruicis amplitudinem protuberante substantia,quàm reliquum fundi corpus,constituitur,ut in partu satis distendatur:utq; in mira illa apertione, lacerari diuelli ve non pericli tetur.Insuper insigni prouidentia in uteri ceruicis substantia extruenda Naturam uti, quis ignorat? qui eã ut dirigi distendiq; ad seminis susceptionem facile possit,& rursus ne uterus refrigeraretur, locusq; seu amplitudo frustra inanis seruaretur,colligi & conuolutim occludi queat, efformatam conspicit. præterquam quòd ceruicem substantia ad ueneris pruritum apta constare, & propter affrictum scrobes quasdam obtinere,diximus.Vt uerò ipsius cõuolutio & inflexus,ne uterus frigore afficiatur, plurimum auxilij præstat: ita quoque conniuentes pudendi colles,& cuticulares ipsius caruncularæ,ceruicis opplentes initium, eidem usui,perinde sanè ac titillationi & pruritui,accommodæ censentur.Vasorum seminalium in mulieribus ortus & ductus,ipsaq; testium substantia & conformatio,mulieres semen habere mihi utcunque persuadent: uerùm id humidius frigidiusq; uirili semine existere arbitramur,quòd testes ipsi & minores sint, & mediã duntaxat arteriæ uenæq; seminalium portionem ascisçant: quodq; mulierem uiro frigidiorem esse credimus.Neque etiam frequens scortorum concubitus argumento est,mulieri plus seminis, aut illius humoris quem libidinis nomine Aristoteles mulieri datum scribit,quiq; secantibus copiosus in testium sinibus occurrit,quàm uiro adesse:quum id non ex concubitus,sed ex seminis humoris ve illius eiectionis frequentia & copia (quibus illa à uiris longè superantur) metiendum sit. Muliebrium itaque uasorum & testium functionem ac usum,ea quæ de uiri seminalibus organis prodidimus,satis commostrant.Sic quoque,ut uterus, & potissimum ipsius ceruix,exacto sensu donarentur, neruos illis frequentes insertos fuisse, is quem nunc obtinent sensus,liquidò attestatur. Cæterùm uenas & arterias uterum implicantes, huic & quum concepit mulier fœtui etiam,commune uenarum arteriarumq; munus in alendo natiuoq; calore recreando præstare,indubitatum est.Vti & menstruas lunares ve purgationes,ex uterum petentibus uenis quoque euacuari constat.sed qui id fiat,& per quas nam potissimum uenas, fundi scilicet,an ceruicis: perpetuò, an nunc ex his,

[d] 25 fi. B. 27 fig. L.

[e] 27 fi. A. A,B,B.

Vteri officiũ ipsiusq; conformatiõis ratio.

Situs ratio.

Forma.

Magnitudinis.

Substantiæ.

Fibrarum.

Superficiei et nexus ratio.

Orificij fundi ratio.

Vteri ceruicis ratio.

Testium & uasorum seminalium.

Neruorum ac uenariũ & arteriarum ratio.

Menstruæ purgationes qui coa ceruentur, & unde fluant.

ex his, nunc ex illis, forsan si diligens Naturę operum fueris admirator, neque in alicuius iuraueris uerba magistri,& tu quoque non mecum modò, uerùm etiam cum eruditissimo uiro Ioachimo Roelants primario apud Mechlinienses medico,Belgarumq; singulari ornamento, ambigis: qui hac de re non semel, tum propter alias occasiones, tum maximè propter Hippocratis Aphorismum sexagesimum libri quinti, & Galeni in eundem commentarium, ad me scripsit. Non quòd quis menstruus sit sanguis, & quæ ipsius natura,& quantus,& qua ratione in muliere abundet, & qui fœtum enutriat, quamq; falsa de ipsius prauitate & tetro odore Plinius cum alijs plerisque tradiderit,nos lateat: aut quòd ignoremus,sanguinem illum in fundi sinum toto mensis interuallo sensim minimè coaceruari, ac mensis periodo, turgente iam utero (licet quibusdam secus uisum fuerit) promanare. Hoc enim si accideret, sanguis menstruus neutiquam tenuis,fluidus,ac illi perquàm similis esset, qui è naribus aut ano guttatim distillat: à quo menstruus neque manandi forma neque alijs omnibus differt, nisi fortassis plerunque tenuior & aquosior, alia ve eiusmodi qualitate præditus occurrat. Qui si in utero seruaretur,quis dubitare posset, illum ferè concretum & frustulatim educendum? ut taceam, fundi orificium tum nisi purgatis mensibus non posse in congressu reclùdi.alioquin quando mulier iniretur,ac fundi ore semen exciperet,aut id os semẽ emitteret,etiã sanguini menstruo uia præberetur,isq; proflueret. Quin & magnam huius rei coniecturam mulieres quædam dant, nuper à partu neque fluidum neque tenuem emittentes sanguinem: uerùm magna concreti sanguinis cum seroso quopiam humore frusta, perinde ac si sanguinem in uenæ sectione extractum, atque in uitro horis aliquot asseruatum,in partes cultro diuideres,ac illum tunc in terram abijceres.Eius namque formę illis mulieribus sanguinem profluere aliquando conspexi,haud aliter sanè, quàm si uenæ, quę secundinis innascebantur,adhuc apertæ in uteri sinum (qui tum adhuc laxus est,& patet, promptęq; aliquandiu in se coaceruat) sanguinem effunderent: & is ita concretus,non autem stillatim, ut aliàs solet,ex pudendo manaret. adeò, ut facilè in fundi cauitatem sanis mulieribus sanguinem menstruum nequaquam sensim colligi,certò possimus conijcere, & arbitrari (ut in fœtuum dissectione intuemur) uenas ad fundum cerui cemq; pertinentes,qua suis suffulciuntur membranis,sanguinem hunc maxima sui portione paulatim in se reponere: ac tandem turgentes,illum singulis mensibus,apertis ipsarum osculis emittere. Insuper id quod in quodam,hæmorrhoidum uitio laborante,non illubenter expendi,mihi certissimo,in uenis illum sanguinem,non autem in fundi cauitatem accumulari,argumento est. Hic namque ordinatis uicibus, ut mulieres suis mensibus, sanguinis fluxu ex uenis in anum pertinentibus uexari consueuerat: & quum ex nigro arquato,iecorisq; mira duricie perijsset,num portæ rami,an cauæ hunc sanguinem euacuarent, indagaturus, illum dissecui: atque uenæ portæ [f] ramum sub coli intestini fine, & tota recti longitudine in mesenterio ductum,pollicis ferè crassitiem æquare,& sanguine turgere animaduerti, conterminis cauæ uenæ [g] ramis nihil prorsus immutatis. Cæterùm etsi perinde in mulieribus fieri colligo,id tamen sectione nunquam ob seruaui: quum hactenus mulierem non prægnantem, quæ uenarum crassitie ab alijs non prægnantibus magnopere differret,haud inuenerim. quanquam tamen pleræque diuerso modo affectæ, mihi interdum occurrerint, quæ eiusmodi quid ostendere potuissent: nisi etiam sanguis in toto uenoso uniuersi corporis genere,anteaquam purgetur maxima ex parte,consistat. Lutetiæ enim in publica sectione, præstanti forma & floridæ ætatis meretricem,suspendio necatam,primùm secui. Patauij quoque altera obtigit, quæ sibi laqueo mortem intulerat. Deinde monachi cuiusdam,diuo Antonio hic sacri,elegans scortum, repentè uelut ex attonito morbo mortuum, Patauini studiosi ex monumento ereptum, ad publicam sectionem attulere: mira industria cadauer uniuersa cute liberantes, ne à monacho dignosceretur, qui id ereptum cũ scorti matre apud urbis præfectum conquerebatur. Præterea superiori anno mulierculam utcunque senẽ, & famẽ (uti conijcio) in ea annonæ penuria enecatam, pari ratione subductam, in scholis adepti sumus. Quæ autem postremò nobis obtigit, raræ magnitudinis, mediæq; ætatis mulier, suspendij metu se grauidam falso finxerat. Verùm prætoris iussu ab obstetricibus (quæ illam minimè grauidam esse affirmabant) interrogata,nunquam,quantum à menstruis purgationibus abesset, utcunque id sedulò nos resciscendum ab ea curauimus,indicare uoluit. Cæterùm huic,perinde ac puellis,cæterisq;, quas non prægnantes hactenus uidi,omnibus,uenæ pari se habebant modo, reliquisq; totius corporis uenis ex proportione respondebant,nullo scilicet redundante copiosiore ve turgentes sanguine: ita sanè,ut ex dissectis corporibus(quem admodum iam prius quoque dixi) nullas rationes adferre queam. Verùm interim (ut ad id de quo potissimùm ambigebam,redeat oratio) non adeò de lunaris ac menstrui sanguinis collectione aut coaceruatione fui solicitus,atque lubens inspexissem,qui utero non gerentibus per crassam uteri fundi substantiam uenæ sese aperiant,ac menstruum sanguinem statis interuallis emittant, potissimùm quum & hanc duritia & compactione densitate ve uix magnopere differentem perpetuò in omnibus repererim, quas non pręgnantes dissecui: nullo quoque insigni uenarum uteri fundo oblatarum occurrente unquam discrimine, cum uenis & arterijs uteri ceruicem implicantibus.adeò,ut uteri fundi [h] crassitiem cum ceruicis [i] substantia conferens,nonnunquam mihi ferè persuaserim,non prægnantibus mulieribus per uenas in ceruicem uteri pertinentes,menstruas purgationes plerunque fieri.maximè quum uulgò confirmari scirem, uirginibus ex uenis ceruicem sub hymene,qualiscunque is tandem esset,adeuntibus, eas purgationes duci: quumq; in nuper dicti Aphorismi commentario apud Galenum legerem,utero gerentium sanguinem,qui ipsis interdum instar lunaris purgationis defluit,non ex uteri uenis, sed ceruicis, promanare. Quia tamen mulieres uteri procidentia laborantes, ex ore fundi uteri sanguinem hunc excernere, indubitatum est, idq; non semel ipse præsentis disputationis gratia uidi,ac quia ad genituram fundi uteri substantiam extenuari, ipsiusq; uenas recludi necessum est:nunc non ambigo,ex fundi uenis,non uerò ceruicis,menstruas purgatio-

f *fi.cap.5. lib.3 c,c.et d,d.dein e, e.& 12 figur.n.*
g *fi.cap.6 lib.3 Y.*
h *27 fi.E, E.F.*
i *27 fi.K, K.*

nes sanis alioquin prouenire, etiamsi id sectione nondum deprehenderim. Quod autem de uirginibus adfertur, ex ignorata hymenis euenit fabrica: quem quum plerique neutiquam peruium arbitrarentur, & nescio quem ceruicis laterum mutuum connexum, ipsum esse putarent, necessum quoque esse finxerunt, sanguinem menstruum ex uenis humiliùs quàm hymen consistit, in ceruicem uteri deductis purgari. Grauidis autem, quibus fortè sanguis profluit, Galenus eum non per fundi uenas manare putauit, quòd illarum ora secundinæ continuentur. Verùm hæc (uti in fœtus inuolucrorum historia dicturi sumus apertiùs) toti fundi sinui non est continua, multæq; uenæ in illum pertinent, quibus ipsa non connascitur. adeò, ut grauidis per fundi uenas sanguinem defluere, non sit impossibile, uteri quoque tum crassitie, quæ in non prægnantium purgatione aliquoties me hærere ambigereq; coegit, nihil prorsus obstante. Neque etiam utero gerentibus tanta oris fundi uteri est commissio, ut eius occasione, illis sanguinem ex uenis uteri ceruicem intertexentibus deferri, contendēdū sit, quum multi id orificium nonnunquam semen tum quoque admittere astruant. Quanquam interim sanguinem per ceruicis uteri uenas quibusuis tandem mulieribus emanare interdum posse, collectu promptissimum sit uel ex sanguinis è naribus, & ano, & faucibus, & uentriculo etiam subinde defluxu: quodq; uterum quibusdam mulieribus & uirginibus, annis aliquot mira fuscæ crassæq; aquæ copia turgidum fuisse, iam sectione non semel deprehendimus: quibus alioquin menstruus sanguis sæpius, etsi non ordinatis omnino uicibus, certisq; interuallis, eiusdemq; perpetuò quantitatis, profluxit, non aliunde sanè, quàm ex uenis uteri ceruicem implicantibus. Quid uerò interim de hymene Galenus censuerit, ignoro, quum illius nullibi, quod sciam, meminerit: fortè quòd in illis animalibus, è quibus uteri historia ipsi potissimùm traditur, hymenem non reperit. Haudquaquam enim mihi persuade

Galenū muliebrem uterum neque dissecuisse, neq; descripsisse. Vaccini aut capriui uteri historia.

re possum, Galenum uel semel saltem humanum uterum inspexisse: at [k] uaccinum, & dein [l] caninum, inter se uarios, & miris modis à muliebri utero discrepantes. Vt uerò discrimen id studiosis constet, ipsiq; Galeni placita promptiùs assequantur, & me non immeritò ab illis in humani corporis historia passim declinare expendant, obiter illos quoque uteros describam. Vaccæ igitur, capræ, ouis & bubalæ, aliquotq; cornutorum, quæ secui, animalium uterus, sua ceruice à pudendo ad sacri ossis usque [m] sedem pertingit, cui infima lumborum coarctatur uertebra: hicq; primùm uteri fundus [n] incipit, qui dein in lumborum regionem expansus, externa superficie teretis corporis anteriùs & posteriùs compressi speciem [o] longo interuallo refert, & dein [p] parte superiori in [q] duos mucrones diducitur, arietis cornuum modo in latus incuruatos, perinde ac si medium digitum & indicem fascia quapiam mutuò alligatos, simulq; circundatos spectares, qui ante unguium radicem à se inuicem dirimerentur, & in mucronem singuli cessarent, instar arietis cornu conuolutum. imò potius hic confinge duo arietis cornua longam hebere basim, ac ueluti lōgum & rectum corpus, aliquidque hac in parte cum hirci aut capreoli cornibus, utcunque rectis, nanciscommune: & dein bases has, seu oblonga corpora, internis lateribus committe, fasciamq; illis ad eam usque cornuum sedem obducito, qua in latera abscedunt, & in mucronem coarctantur. Huiusmodi namque cornua inuicem (uti de duobus digitis) commissa, tota sede, qua simul fascia obducerentur, sesequemutuò contingerent, fundi uteri portionem imagine exprimerent, quam instar teretis corporis esse dixi: quod ob compressionem anteriùs & posterius ipsi per longitudinem inditam, quodammodo latum existit. & abscedentes dein à se inuicem cornuum partes, superioris fundi sedis formam referrent, qua is in duos mucrunes à se inuicem diductos cessat. Externa fundi superficies, membraneorum corporum sibi mutuò tantùm accumbentium modo, prorsus læuis & lubrica est: & suis lateribus, tota ipsius longitudine, perinde ac ceruix quoque, [r] membranis connascitur, quæ uterum peritonæo committunt, uasaq; illum petentia continent. Ipsi autem fundi apices, quà inuicem dirimuntur, internis suis lateribus etiam leues sunt, neque ullis connascuntur partibus: externa autem ipsorum latera iam dictis membranis continuantur. Interna fundi superficies, penitus figura dictorum arietis cornuum cauis sedibus respondet, duasq; ita cauitates obtinet, quæ ad unum fundi orificium, in uteri ceruicem pertinens, coeunt, illudq; orificium sibi commune uendicant, non longam interim mutuam [s] cauitatem ante orificium id ostendentes. adeò, ut duos omnino sinus huic fundo tribuere oporteat: qui sanè non læues sunt, & plani: uerùm subflauis, ijsq; plurimis tuberculis ita ornantur, ac si planæ alicui cæræ multas pisas ex dimidio ferè impressas, & in cæra hærentes spectaremus: aut perinde ac si ea tubercula illis uenarum exortibus eminentijsque conferenda forent, quæ in ano protuberantes, sanguinem nonnunquam profundunt. Tubercula hæc in utero, qui non ita pridem concepit, sese aperiunt, & sinus efformant, quales in cera consurgerent, si quis dimidiatas pisas ipsi passim impressisset, eosque illis similes constituisset, quos in polypodum & loliorum cernimus promuscidibus, & acetabula quoque uocamus. Si quando his animalibus unicus tantùm fœtus in utero continetur, una tantùm uteri pars seu cauitas dilatatur & diducitur: quum autem gemellos conceperunt, ambæ partes increscunt, singulæq; unum fœtum continent. Fundi huius substantia, [t] duabus extruitur tunicis: una quidem interiori, ac ueluti propria: altera autem, quæ à peritonæi membranis, uterum illi colligantibus, & uasa uterum accedentia deferentibus, interiori tunicæ obducitur. Cæterùm quia totus fundus instar uesicæ non est rotundus, & non unica tantum constat cauitate, interior tunica duarum loco recensetur, singulisq; digitis cornibusq;, quibus fundum uteri constare diximus, una tribuitur, non tantùm [u] ubi fundi partes à se inuicem abscedunt, & in mucronem exacuuntur: uerùm tota illa etiam [x] sede, qua secundùm longitudinem tanquā fascia quapiam ipsas simul contineri scripsimus. Quandoquidem uerò exterior tunica, per eam longitudinem inter fundi partes non intercedit, sed anteriùs duntaxat & posteriùs, & secundùm latera ipsis obnascitur, exterior hęc tunica, tanquā una simplexq; habetur: quanquā tamen singulis uteri apicibus, cornuū arietis modo obliquantis, ab inuicēq; abscedentibus, peritonæū priuatim circundetur. Inter has uteri tunicas, quum

k *tota 29 fig.*
l *tota 28 fig.*
m *fi. cap. 14 lib. 1 F cum G.*
n *illic ubi C occurrit in 29 fi. & quicquid supra id consistit, fundus est.*
o *à C ad E ferè usque 29 fig.*
p *29 fi. E.*
q *29 fi. F, F.*
r *29 fi. H,*
s *à C ad D 29 fig.*
t *quia exterior tunica ex dimidia fere parte in 29 fi. ablata est, utraque apparet. exteriorq; notatur F, F. interior autē C, D, G.*
u *supra E 29 fig.*
x *à D ad E 29 fig.*

quum inuicem diuelluntur, etiam in non prægnantibus uaccis & capris mira uenarum arteriarumq; occurrit [y] series & implexus, longè quàm in mulieribus manifestior, & sanè eiusmodi, ut interior fundi uteri tunica non immeritò uenosæ tunicæ nomen à quibusdam obtinuisse uideatur: [z] Testes his animalibus constituunt ad uteri latera, mox sub apicibus illis, instar cornu arietis intortis. Venarum arteriarumq; testes & uterum adeuntium ortus ac ductus, cum muliebri fabrica ferè respondet, & [a] uasorum à testibus semen deferentium par quoque est ratio: nisi quòd in uaccis & capris ipsorum insertio in uteri cauitate sit manifestior, faciliusq; spectillum quàm in mulieribus admittat. Canes porrò, & sues, uteri [b] ceruicem ad ossis sacri usque cum lumborum uertebris connexum, etiam habent porrectam: ipsius autem fundus, non duorum digitorum, simul aliquandiu commissorum, refert imaginem: uerùm mox à suo [c] initio in [d] duas partes ita bipartitur, ac si duo extensi essent digiti, ab inuicem diducti, & sensim in mucronem acti. Verùm interim aliàs nusquam in non prægnantibus ueluti in gyrum conuoluti, ac proinde rectoris quodammodo cornu imaginem exprimentes: quum tamen fœtus multi in singulis partibus seriatim continentur, partes istę primùm sursum, & dein deorsum, intestinorum quasi modo, implicantur, obliquantur ve. Duæ hæ fundi partes, unum commune obtinent [e] orificium, in elatiorem ceruicis sedem pertinens: singulæq; duobus constant [f] inuolucris, seu tunicis: [g] interiore scilicet una ac peculiari, dein una [h] exteriore, à peritonæo prognata, quod suos [i] processus exteriori partium lateri offert, & dein eos tanquam ad intestinum singulis partibus obuoluit. adeò, ut duæ fundi partes, nullo ferè interuallo communem habeant tunicam exteriorem. His animalibus [k] testes ad elatiorem sedem, mucronemq; duarum fundi partium collocantur, & [l] uasorum par quodammodo est undique cum uaccis series. quanquam interim caninus uterus ea in suis cauitatibus non proponat tubercula, quæ uenarum eminentijs comparantur, quibus sanguis ex ano nonnunquam defluit. Quum itaque caninum uterum, & uaccinum, & muliebrem (ne quid de asinino, aut equino, quorum Galenus non meminit, dicam) simul inspectioni, quemadmodum ego in scholis facere consueui, adhibebis, cuperem sanè diligenter expendi, num Galenus muliebrem uterum unquam secuerit, siue libros de Vsu partium, præcipuè autem decimumquartum & decimumquintũ, siue librum de Vteri dissect. euolues. & quia longum esset, à me omnes coniecturas, quibus id auguror, persequi, aliquot duntaxat adijciam. Galenus itaque uteri situm sic tradit, ut suo fundo uesicam prorsus excedat, & ueluti in lumbis contineatur, tenuibusq; intestinis conterminus sit. quod ut de muliebri utero parum uerè est assertum, utpote qui ad sacri ossis cum lumborum uertebris contextum non pertingit: ita de uaccino rectè profertur, eò usque in peritonæi cauitatem, atque diximus, conscendente. Dein etsi muliebris uteri fundus, unico tantum donetur sinu, Galenus duos tamen suo utero tribuit, tum sępius quando uterum describit, tum etiam quum in libris de Part. usu rationes texere conatur, quamobrem in dextris sedibus mares, in sinistris fœminæ, ex Hippocratis placito, magis concipiantur. Tunc enim asserit uterum esse geminum, & duos sinus duosq; ueluti uteros in unam ceruicem cessare. Ac proinde si Galeni mentem in hoc sinuum numero pulchrè assequemur, & caprini muliebrisq; uteri hac in parte discrimen nos non lateat, facilè constabit, qui is uera de caprino utero, non autem muliebri, tradiderit. Verùm interim hic ignoro, unde nam natum sit egregium illud commentum, quo in iurisconsultorum, & dein scholasticorum theologorum libris, & Alberti illius magni indoctissimo de Virorum mulierumq; secretis libro, & apud ineptissimum quendã Michaelem Scotum, & Gentilem nostrum, & Nicolum, & Mundinum, atque adeò apud innumeros etiam Anatomicos legitur, muliebrem uterum septem cellulas seu loculos obtinere: tres quidem in dextra uteri sede, masculis suscipiendis aptos: tres autem in sinistra, fœminis dicatos: septimum uerò in horum medio existere, hermaphrodytisq; consecratum esse. quum tamen muliebris uteri cauitas, perinde ac ego illam descripsi, habeat, nihilq; minus quàm huiusmodi loculos seu sinus ostendat. Verùm hos cum in modum effingere, quibusdã non sat uisum est: imò insuper septem illos sinus (quos & scrobes uocant) decem rugosos obtinere inflexus affirmant: & septenas quidem scrobes rugas autem septuaginta enumerantes, totidem simul concipi posse fœtus contendunt: parum per Iouem in hominum, multoq; etiam minus in brutorum, quæ plures simul fœtus utero plerunque gerunt, sectionibus uersati. At quia Galenum harum nugarum autorem neutiquam fuisse, mihi persuadeo, deinceps ipsius expendamus de uteri tunicis enarrationem, quæ uaccinum etiam uterum ab illo potius quàm muliebrem descriptum attestatur. Interiorem namque tunicam, geminam esse scribit: exteriorem uerò unicam, & simplicem: id non solùm numero proponens, uerùm diffusimè ita explicans, ut exteriorem tunicam, quæ à peritonæo pendet, ideo simplicem esse dicat, quòd simul utriusque fundi uteri partibus obducitur, easq; perinde continet, ac si ambæ una tantum esset pars: quæ tũ primùm gemina occurrit, quum exterior hæc tunica ab interiori [m] diuellitur, quæ singulis partibus est propria & peculiaris. adeò, ut hac occasione maxima & notatu digna sese offerat inter caprinum uterum & muliebrem differentia: quum interim Galenus in libro de Vteri sectione, uaccas & capras mulieri secundùm uterum similes existere affirmet: itaq; plus satis in tanto, tamq; uario uterorum discrimine comprobet, se muliebrem uterum nunquam inspexisse. Cæterùm quum hæc obseruabis pluresq; coniecturas, quibus istud meum placitum corroborare queas, in Galeni descriptionibus passim inuenies: haud prætereundum est, quàm Galenus anceps & ambiguus sit, quum Herophili scripta suo uaccino utero non conuenire animaduertit, & quum Praxagoram & alios quosdam ab Herophilo dissentire expendit, quumq; omnes non eiusdem animalis narrant historiam, & Galenus denique Herophilo (quem humana corpora secuisse cognouit) multis locis præter sententiam ferè assentitur, non lubens sanè annuens, à se muliebrem uterum, etsi illum nunquam uiderat, haud describi. Atque id profectò pulcherrimè (ne quid de uteri dicam forma, quam Galenus primùm rotundã, & dein aliam proponit, & pecuriaribus uteri musculis, quos uarios & sibi non

[y] *spectatur in detectæ tunicæ sede 29 fi.*
[z] *29 fi. A.*
[a] *29 fi. B.*
[b] *28 fi. L.*
[c] *28 fi. K.*
[d] *28 fi. F, G.*
[e] *ubi K cõsistit fi. 28.*
[f] *confer G cum H 28 fig.*
[g] *28 fi. H.*
[h] *G, F, K 28 fig.*
[i] *28 fi. D, D.*
[k] *28 fi. C.*
[l] *28 fi. A, B, B. E.*
[m] *Vti fallum est in 29 fi.*

Canini & suilli uteri historia.

Vnde constet, Galenũ muliebrem uterum non secuisse.

Ex situ.

Ex fundi sinu.

Ex uteri tunicarum numero, adeoq; totius uteri formatione.

Galenum in quarundam uteri partiũ descriptione esse admodũ ancipitẽ sibiq; parum fidere.

In uteri formæ explicatione.

Musculorũ

Cornuum.

Acetabulorum. Venarum et arteriarũ.

& sibi non uisos sæpius inculeat) obseruare licet, quum Galenus cornuum uteri ita perplexè meminit, ut ipsius enarratio, & obtusos muliebris uteri [n] angulos exprimat, & uaccarum abscedentes à se inuicem [o] apices, cornuum arietum mucronibus simillimos, & dein totius canini uteri fundi [p] partes, in quibus seriatim fœtus reponuntur. Idem in acetabulorum explicatione Galeno accidere, sequens Caput ostendet: uti & uenæ illæ & arteriæ quoq; id insinuant, quas præter hactenus [q] commemoratas, Galenus utero tribuit. Simul atque enim in libro de Vteri dissectione [r] uenas & [s] arterias, quæ una quidem portione testes, alia uerò uteri fundum adeunt, descripsit, mox alia quatuor commemorat uasa, quibus ex [t] uenis & arterijs ad renes procedentibus originem præbet, quæq; uterum non omnibus quidem mulieribus, at quibusdam tantùm, ingredi tradit. Atque id sanè Galeno ex Herophili sententia sic astruitur, ut non dubitet, hæc uasa in mulieribus ita se habere: quas tamen mortuas, ab ipso nunquam aggressas esse, inibi satis (etsi interim inuitus) fatetur. additq;, ea uasa in alijs animalibus, præterquàm rarissimè in simijs, à se neutiquam inuenta. Verùm ego duas has Galeni uenas, & totidem arterias, neque in mulieribus, neque alijs animalibus unquam reperi. Neque etiam scio, quamobrem Natura tam procul uasa uterum, nutritionis duntaxat nomine petentia, exoriri uoluisset: quum ambas seminales arterias, & uenam seminalem dextram, humiliùs à cauæ uenæ & magnæ arteriæ caudicibus, quàm renum uenas & arterias eduxerit: sinistra tantùm seminali [u] uena, ab ea quæ in renem sinistrum fertur uena, initium mutuante. etiamsi Galenus in libro de Vteri sectione, hanc quoque à cauæ caudice sub renibus enasci, parum uerè prodiderit: alijs uasis, quorum iam mentio est, quæque me adhuc latent, altiora, magisq; remota, quàm illi etiam uenæ, tribuens principia. quum tamen uasis, testibus materiam adferentibus, longum ductum ex usu esse, [x] uaricosus illorum ante testem implexus satis arguat: uti contrà, prolixior incessus alijs illis uasis esset noxius, & periculis plenus. Ad hæc, Galenus præter [y] uasa, quæ à testibus in uteri apices seu cornua semen deducunt, quorumq; insertionem Aristoteli, Herophilo, ac omnibus denique, qui sectionem ante ipsum aggressi fuerunt, incognitam scribit, ex Herophili inquam sententia, quædam in libro de Vteri sectione insuper commemorat uasa, à testibus perinde ac in [z] uiris ueficæ muliebris [a] ceruicem accedentia, & præsente glanduloso corpore in illam inserta: haud secus sanè, quàm si semen in ueficæ etiam ceruicem mulieribus similiter ac uiris deferretur. Galenus namque mulieri, & in uteri cornua, & in ceruicem ueficæ semen excerni, hac ratione docuit: at quàm uerè interim, penes alios esto iudicium. Quantum uerò ad me attinet, nulla uasa à testibus in ueficæ ceruicem inserta, uti neque glanduloſum aliquod corpus ipsi ceruici in mulieribus, quemadmodum nec in omnibus quæ sectioni adhibitæ mihi sunt quadrupedibus fœminis, adnatum reperi. ac proinde etiam semen mulieribus in ueficæ ceruicem neutiquam deduci putauerim: uti etiam illæ coeuntes, neque feminis excretionem, neque pruritum ex semine suo aliquem in ipsa percipiunt. Velim itaque, ut hæc Galeni uasa diligenti resectione exquiras, tum in mulieribus, tum cæteris quoque animalibus: inter quæ lepus haud est negilgendus, quum generationis organis à catulæ suis ve fabrica, ipsi aliàs proximè simili, pereleganter uariet. Quòd si uerò uasa Galeno commemorata, tandem tibi non occurrerint, expendas quæso, num fortè Galenus hæc etiã sibi nunquam uisa, ideo descripserit, quòd Herophilus parem uasorum seminalium in mulieribus & uiris insertionem, ac ueluti seriem esse, obiter tradiderit: quem nihilominus hac ex parte Galenus in secundo de Semine libro, non longam præfatus ueniam, mentiri affirmat. Cæterùm ne hic in Galenum annotationes potius, quàm humani corporis fabricam, præter institutum describere uidear, præsenti de utero Capiti finem imponam: præcipuè quum Galeni placitis in acetabulorum & fœtus inuolucrorum sermone, subsequentibus iam Capitibus, parum quoque mihi ueniat acquiescendum.

Vasorum semen deferẽtium.

n 25 fig. k.
o 29 fig. F, F.
p 28 fig. F, G.
q 25 fi. n, y. & 28 fi. B, B, E.
r 25 fi. d, d, e.
s 25 fi. g, h.
t 25 fi. T, V.
u 25 fig. e ab V.
x 25 fi. o, p.
y 25 fig. s, t, u.
z 23 fi. u, θ, ι, ξ.
a 25 fi. y, δ.

DE VTERI ACETABVLIS. Caput XVI.

Quid uerè uteri sint acetabula, et quæ primũ ita fuerint nuncupata.

VETERVM dissectionis professorum de uteri acetabulis dissensio ad nos quoque manauit. Grauiter enim in scholis contenditur, quid nam uteri sint acetabula: qua etiam de re tantisper dubitaui, donec in oue, quæ non ita diu utero gesserat, quid uerè uteri acetabula appellare oporteat, inspexissem. Hæc enim altero uteri sinu semen receperat: qui dissectus, asperam inæqualemq; ostendit superficiem, multis [a] sinibus oppletam: qui tales prorsus erant, ac si mediam pisæ partem singulis sinibus quis non secus impressisset, quàm si in ceram eiusmodi sinus pisa quapiam moliretur. Quum itaque sinus illos intuerer, ac Galeni loci ad finẽ libri de Vteri resectione non immemor essem, quo acetabula sinui foliorum herbæ assimilat, quam Græci ab acetabuli, seu potius heminæ forma, κοτυληδόνα, & à cymbali imagine κυμβαλύτιδα & κύμβαλον uocant: nos autem acetabulum, & Veneris hortum, seu umbilicum nuncupamus: promptè collegi, hos uteri sinus κοτυληδόνας Græcis, acetabula uerò Latinis primùm fuisse ad eum modum appellatos, quo altiùs incisis ossium sinibus acetabuli nomen accommodamus. Si enim coxendicis [b] acetabulum spectans, illud ad hos uteri sinus contuleris, nullas reperies corporis partes æquè ex merito ab imagine idem nomen obtinuisse, atq; acetabulum id conxendicis ossis, à quo iam paulo antè femur resectum sit, & hos uteri sinus. Vt enim coxendis sinus, ita ac si medius globus ipsi impressus fuisset, cauus cernitur: sic etiam & hi uteri sinus insinuãtur. deinde ut coxendicis acetabuli [c] supercilia extra reliquam ossis superficiem prominent, ita etiam in uteri amplitudinem, suorum sinuum supercilia procériùs quàm reliqua uteri superficies extuberãt. Ad hęc, ut coxendicis ossis acetabulum mucoso humore oppletur, ita sanè & uteri sinus mucoso sanguine mihi conspiciebantur infarti: à quo iam in nonnullis sinibus teres & insigniter mucosum uasculũ uidebatur pronatum, ad eum prorsus modum, quo [d] teres ligamentum ex coxendicis acetabulo in femoris caput inseritur.

a *Hos sinus spectabis in oue, aut capra, aut uacca, quæ non ita pridem concepit.*

b 1, 2 *fig. cap.* 29 *lib.* 1 g, e, f.
c 1, 2 *fig. cap.* 29 *lib.* 1 i, i.
d 2 *fi. cap.* 49 *lib.* 2 P.

tur. Quum itaque hos ouilli uteri sinus, etiam uocatis in polypodum & loliorum promuscidibus acetabulis perquàm similes, inspexissem, unde uteri acetabulorum nomen primùm esset institutum, nequaquam hæsi. Vt autem, quo nam pacto sinus procrearentur, cognoscerem, non prægnantis ouis uterum mox aperui, & uteri cauitatem multo aliter quàm muliebris uteri, asperam inæqualemq; adinueni. Per uniuersam enim illius superficiem [c] subflaua occurrebant tubercula, & semiglobuli, tales omnino, ac si dimidiatas pisas pla nę alioquin superficiei passim quis agglutinasset. Atque hic primùm discere cœpi, quid Anatomes profesſo res sibi uellent, uteri acetabula extumescẽtibus in ano uenarũ capitibus cõparantes, ex quibus iã paulo pòst sanguis est profluxurus. Si enim non prægnantem uaccæ, aut capræ, aut ceruę uterum secueris, illo quauis ratione aperto, nihil eiusmodi prominentibus capitulis erit manifestius: nihilq; addubitabis, illa acetabu lorum loco plerisque Anatomicis habita fuisse. non fortasis, quòd illa ueris acetabulis assimilarent, ueraq; acetabula uteri esse arbitrarentur: sed quòd ex uteri sectione didicissent, uenas ac arterias inter internam externamq; uteri tunicas admodum [f] multiplici & implexa prorsus serie in illis cornutis animalibus distri butas, suis finibus in hæc capitula per uniuersam uteri cauitatem extuberantia pertinere, ac demum conce pto iam semine illa aperiri, semenq; amplecti, & uasa quædam educere, quæ à uenis & arterijs in capitula pertinentibus pronata, ad seminis usque superficiem infererentur: illiq; implicita, ac uariè per [g] secundi nam digesta, tandem umbilici uenam & arterias constituerent. Præterea, ubi sedulò in non prægnante uac ca hæc tubercula expenderis, & rursus in alia, quæ nuper concepit, illos sinus, quos tubercula sese aperien tia efformant, didiceris: ac pariter obseruaueris in uacca quæ paulo diutiùs concepit, qui sinus illi oblite rentur, & distento iam utero prorsus uisum fugiant, ac qui uasa tantùm appareant ex sinuũ loco, atque adeò ab uteri tunica ad secundinam porrecta: etiam facilè ratiocinaberis, quid medici indicauerint, qui acetabula uocauere non quidem sinus illos, neque tubera, uerùm uasa ex utero in secundinã pertinentia. Ea enim Hippocrates tum aliàs, tum maximè in quinto Aphorismorum libro, acetabuli nomine intellexisse ui detur: appellationem hinc fortasis sumens, quòd hæc uasa ab illis uteri finibus, quæ primùm acetabula uo cari innuimus, porrigantur. Atque hinc liquet, unde in Naturæ operum historia tot exurgant contrariæ prorsus autorum sententiæ: quòd scilicet Galeno, dissectionis studioſorum facilè præcipuo, nimium in humani corporis fabricæ cognitione credamus, & ipsi nostris manibus dissectionem non aggrediamur: aut si hanc tentemus, ab illis casu abstineamus animalib us, ex quibus Galeni dogmata expendere liceret. Frustra enim in muliebris uteri [h] cauitate tubercula illa, quæ subflaua & dimidiatæ pisæ similima esse diximus, in dagabis: quum illa his penitus non donetur, uti neque asinæ uterus. Si tamen uaccinum uterum ex macello tibi curaueris adferri, nihil his tuberibus (quocunq; etiam pacto uterum aperias) promptiùs occurret. Insuper in muliere quæ non ita pridem concepit, incassum sinus illos, quos coxendicis acetabulo conferebã, inquires. quod non solùm hinc conijcio, quia non prægnantium mulierum uteri illis tuberibus prorsus expertes sunt: sed quòd resectione in muliere fuste à marito interfecta, & quæ non multo antè conceperat, id etiam didicerim: cuius uteri interior superficies, & uasorum iam in semen pronascentium ratio, nullam eiusmodi sparsim occurrentium sinuum imaginem præ se ferebat. uerùm continua tantùm in interna eius uteri superficie spectabatur asperitas, amplitudine continuo illi [i] connexu respondens, quo exterius humani fœtus [k] inuolucrum utero hærere committiq; docebimus: & ubi uasa illa, serie continua sibiq; commissa occurrunt, quæ ex utero in illud fœtus pertinent inuolucrum. Adeò, ut nihil in muliebri utero sese exhibeat, cui Hippocratis occasione (si modò illi corporis humani fabricam perspectam fuisse, uelimus asserre) acetabuli nomen accommodare poteris, nisi uasa hæc ab ipso subaudita coniecerimus. In primo tamen de Semine libro Galenus uidetur innuere, quosdam extitisse, qui [l] carnem quandam ab Hippocrate acetabula nuncupatam fuisse contenderent, quam uasis inter uterum & exterius fœtus inuolucrum, de nouo cum fœtu progenitis, circumnasci astabiliriq; cernimus. Verùm isti nomen acetabuli ad eam carnem, ut Hippocratem interpretarentur, perinde deduxerunt, atque ego paulo antè ad uasa id distorsi: quòd nimirum in mulieribus caro hæc, non secus quàm in cornutis animalibus (quæ sinus, adeòq; ipsa uera acetabula, & tubera illa, ex quibus sinus producuntur, tantùm obtinent) inueniretur. quanquam sanè hæc in mulieribus sit continua, unumq; ueluti corpus existat: in illis uerò animalibus [m] ita sparsa est, atque sinus illos, quibus acetabuli nomen meritò est attributum, sparsos, ac à se inuicem disitos, occurrere prodidimus. Cæterùm quum hæc prorsus ad inuolucrorum fœtus sermonem pertinere constet, eorum quoque tractationem ad subsequens modò Caput opportunè asseruabimus: nunc pulchrè memores, quàm sibiundique consona Galenus (qui solis ceruis & capris [n] carnem illam, cuius modò memini, ascribit) de acetabulis passim tradiderit: quamq; in solis ferè anatomicis, illius scripta interpretem magnopere desiderent.

Quæ secundo acetabula à ueteribus fuerint appellata.

e Et hæc quoque ex uaccino utero petenda nouimus.

f Specta D, G fi. 29.

g Specta 32 figurã.

Ad quæ tertiò acetabuli nomẽ fuerit deductũ

Aphoris. 45.

h 27 fi. A, A, B, B.

i 1 ta. 30 fi. E, E. 2 ta bu. I, I, I.

k 1 ta. 30 fi. E, E, F, F. 2 ta. I, I, K, K.

l 1 ta. fig. 30 E, E. 2 ta. I, I.

m 32 fig. B, B, B.

n 2 ta. fig. 30 I, I, I. et 31 fi. A, A. & 32 fig. B, B, B.

Libr. 15. de part. usu.

DE INVOLVCRIS FOETVM IN VTERO TEGENTIBVS. Caput XVII.

FOETVS humani inuolucra, utcunque quatuor tabellis trigesimæ figuræ exprimere conatus sum. Dein trigesimaprima figura discrimen ostendit, quo canini aut suilli fœtus inuolucra ab humani fœtus inuolucris differunt. Et insuper trigesimasecunda figura discrimen spectatur, quo bubalæ, aut uaccæ, aut alicuius alterius animalis cornibus donati, ac à me hactenus dissecti, fœtus inuolucra ab hominis, & item canis fœtus inuolucris uariant.

QVANDO-

QVANDOQVIDEM hoc libro, qui nutritionis ex cibo potuq; factæ organorum cõstructionem docuit, propter sedis uiciniam ea quoque instrumenta persequi uisum fuit, quæ immensus rerum Opifex ad generationem extruxit: proximum sanè erit, post acetabulorum sermonem, hic quædam de fœtum inuoluentibus tunicis inuolucris ve subijcere, quæ de nouo unà cum fœtu in utero generantur, & cum eodem in partu prodeunt, ipsumq; mox ferè subsequuntur. Vnde etiam [a] totam horum inuolucrorum molem Latinis secundam, seu secundinam nuncupari arbitror: perinde ac si secundus ueluti esset partus, fœtui ve in lucem egredienti succederet. Græcis uerò χωρίον, & interdum χώρημα (uti & Latinis quoque loculos) hanc inuolucrorum compagem appellatam duco, quòd instar loculi, spacijq;, ac aluei sit, quo fœtus in utero continetur ac amplectitur. adeò sanè, ut neque secundinæ, neque χωρίου, seu loculorum nomen alicui priuatim in uolucro ab illius institutore attributum existimem: uerùm toti illi inuolucrorum substantiæ, aut compagi, quæ, posteaquam ex ea fœtus prorupit, ac ueluti eductus est, illi in partu succedit. Quum uerò dein Veteres illi, qui pueris domi Anatomen proponebant, non unum aliquod, sed plura fœtum ambientia obseruarent inuolucra, communi eo χωρίου nomine haud contenti, singulis inuolucris priuata nomina putarunt indenda. Atque hinc fit, nobis adhuc duo hæc asseruata esse nomina, ἀλλαντοειδὴς, & ἄμνιον, seu ἀμνειὸς: quorum priore, ob quandam farciminis speciem, [b] exterius fœtus inuolucrum: & posteriore, ob molliciem, candoremq; ab agno sumptam, [c] interius inuolucrum Veteres illi appellarunt. Vtcunq; tandem permulti post hos Anatomen libris commendantes, illis nominibus fuerint abusi, facileq; specimen dederint, quàm Veteres multo fœlicius diligentiusq; illis, dissectiones aggrediebantur. Fœtum ita humanum, & caninum, & bubalum, quæ complectuntur membranæ, seu inuolucra, in omnibus his fœtibus substantia, & ferè conformatione sibi respondentia. Si enim quandam exterioris superficiei in exteriori inuolucro [d] differentiam in quodam uasorum per inuolucrum ductu, & [e] substantia quadam carnea, exterioriq; illi superficiei adnata, consistentem subaudiueris, eadem inuolucrorum in dictis iam fœtibus est ratio. Cæterùm differentia hæc ex uterorum ferè discrimine, exterioriscq; inuolucri ad uterum connexu, oboritur. Duæ enim membranæ inuicem obductæ, uniuersum fœtum ita amplectuntur, ac bombicem duobus inuolucris, posteaquam se se aliquādiu inuoluit, contineri cernimus: uno quidem, quod in serica fila ab eius rei peritis, ex calida aqua dissoluitur: altero autem, quod membranæ instar bombicem proximiùs obtegit. Insuper, ut exterius inuolucrum in nexibus, quos bombix primùm ad ramulos quosdam, aut quempiam domus angulum, aut quod uis tandem antrum committit, pro loci in quo texit discrimine, quandam ueluti ostendit differentiam: ita quoque exterioris fœtus inuolucri ad uterum nexus, in muliere alius quàm in cane, & alius adhuc in bubala aut uacca quàm muliere ac cane, spectatur. Exterius namque fœtus humani inuolucrum, etiamsi utero undecunque ambiatur, [f] unica tamen duntaxat utero hæret continuatur ve amplitudine, quæ quodammodo orbicularis est, & neque transuersim, neque secundùm longitudinem inuolucrum omnino complectitur. Ea enim tantùm amplitudine utero id continuatur, qua bombix unicæ tantùm ac planæ quasi superficiei attexeretur, aut qua nonnihil oblongior ceræ globus leuiter concauatæ manus uolæ hæreret, firmareturq;. Dein amplitudo hæc, seu exterioris inuolucri ad uterum nexus, non semper in eadem uteri occurrit sede: uerùm modò in dextro, modò in siniſtro latere, sed posterius ferè quàm anteriùs magis. Exterius autem canini fœtus inuolucrum, & amplitudine quadam utero committitur, quæ instar latioris cinguli transuersim [h] inuolucrum ambit: perinde ac si bombix sese in latiori quopiam circulo texuisset. Vaccæ uerò fœtus [i] inuolucrum, unica non continetur amplitudine, sed [k] plures exiguæ sparsim ita occurrunt, ut leopardorum pelles maculis distinctas cernimus: non secus atque si singulæ nexuum inuolucri amplitudines, singulis maculis essent comparandæ. talisq; ferè huius inuolucri est nexus (ut & illum ad similitudinem aliquam referamus) qualem bombix molitur, quum tenuibus ramulis ipsum sparsim ambientib. sese primùm adnectit. Sunt itaque hæ quas describere conor amplitudines, aliud nihil quàm sedes locaq;, quibus exterius fœtus inuolucrum utero colligatur. Quum enim semen in utero conceptum est, illiq; ueluti in pulte, alijsq; crassioribus iusculis iam refrigescentibus membranula undique obducitur, uenæ ac arteriæ uterum implicantes, permulta ipsarum ora in uteri sinum aperiunt, membranamq; eam, ipsum ve semẽ amplectuntur: & perinde ac si uenæ & arteriæ uteri augerentur, his oris noua uasa accrescunt, mutuam cauitatem continuitatemq; cum illis seruantia. Ex his nouis uasis, uenas ac arterias constitui oportuit: quibus fœtus iam formandus, enutriendusq;, non aliter toto tempore, quo in utero consistit, uteretur, ac matris crus aut brachium suis uenis ad enutritionem, & arterijs præcipuè ad natiui caloris temperiem moderandam frui nouimus. Quum itaque inartificiosum, prorsusq; incommodum fuisset, fœtus corpori tot uasa inseri, implantariq;, quot ipsius occasione in uteri sinum fuerunt aperienda: necessum sanè fuit, uasa hæc frequentia, & aliàs gracilia, sensim in se colligi, ac crassiora paucioraque mutuo congressu ita effici, ut [l] tandem ex omnibus sese aperientibus uenis, [m] una ferè constituatur, & ex arterijs omnibus [n] duæ exurgant: ac uena quidem per umbilicum ducta, iecoris potissimùm cauo [o] inferatur, ipsiusq; uenis communis fiat: arteriæ autem secundùm uesicæ latera prorepentes, magnæ arteriæ propaginibus continuentur, quæ per pubis ossa in femora mox sunt prolapsuræ. Ad hæc, quum gracilium uasorum in crassiora amplioraq; mutuus ille congressus, ac uaria illa uasorum series de nouo fœtus gratia inter uteri superficiem, fœtusq; umbilicum formanda, corpore quodam non secus suffulciri, implicarique, & intexi debuerit, ac multas uasorum distributiones in reliquo animante (siue hæ in [p] mesenterio, siue [q] tenui cerebrum inuoluente membrana, siue [r] alibi spectentur) contineri scimus, ilico sanè exterioris quoque fœtus inuolucri præcipuus usus, ipsiusq; ad uterum nexus ratio, nobis occurrunt. Necesse enim fuit, illud inuolucrum uteri uasorum

Quid secundina et χωρίον.

Fœtum duobus ambiri inuolucris. ac dein, quis exterioris inuolucri ad uterum sit nexus usus, &c.

a 1 *tabella* 30 *fig.* 1 *uniuersum, quod præter puerum 4 tabellas figur.* 30 *continet.*

b 1 *tabella* 30 *fi.* E, E. F, F. 2 *ta.* I, K, K. 3 *ta.* L, L, M. 4 *ta.* P, Q. R, S, S.

c 3 *tab. fi.* 300, O. 4 *ta.* V, V. X, X.

d *Spectatur qui inuicem differant: tabella* 30 *figurum* 31 *fi. &* 32 *fi.*

e 2 *ta.* 30 *fi.* I, I, I. 31 *fi.* A, A. 32 *fi.* B, B, B.

f 2 *tab.* 30 *fi.* E, E, E. *tab.* 30 *fig.* I, I, I.

g 31 *fi.* A. A.

h 31 *fi.* B. B.

i 31 *fi.* A. A. A.

k 32 *fi.* B, B.

l *ad* N 3 *tabulæ fi.* 30. *&* S. S *ad* T *tab.* 4.

m 2 *fi.* F. G.

n 2 *fig.* K, L. *& fi.* 11 *ca. li.* 3 *pinter* ξ *&* ς.

o 12 *fi.* M, N. 20 *fig.* D.

p 11 *fi.*

q 2 *fi. lib.* 7 E, E.

r 4 *fig. pr omentum.*

ſorum ora excipere,nouaque ueluti uaſa in ipſo procreari:hæcq;,uti diximus,per id inuolucrum, ut tandem umbilici conſtituant uaſa,in ſe colligi. Quia uerò uteri uaſorum cum inuolucri uaſis connexus infirmi inualidiq; extitiſſent,ſi nouis illis ac tenellis uaſis Natura nihil,quo aptiùs continerentur, firmarenturq;,adiciſſet, carnea quædam ſubſtantia connexibus illis acceſsit, quam nulli in uniuerſo corpore ſubſtantiæ proximiùs quàm peculiari lienis [s] carni conferre poſſum. Atque ut ea caro, lienis uaſis undique attexitur ac circumfunditur: ita hæc quoque ſubſtantia uteri uaſa in inuolucrum ſeſe aperientia circumplectitur ac continet,tanto ſemper copioſior craſsiorq; apparens,quo fœtus partui eſt uicinior. Adnaſcitur autem hæc ſubſtantia ualidiſsimè utero, & externæ inuolucri ſuperficiei.in partu uerò, aut quum aliàs in diſſectionibus inuolucrum ab utero diuellitur,ipſa inuolucro cum uaſis ipſi intextis adnata manet. Atque huius ſanè ſubſtantiæ amplitudo, quæ ſemper exterioris fœtus inuolucri ad uterum nexibus in latitudine ac ſitu reſpondet,ea demum eſt,quam hactenus deſcribere conatus ſum, quæq; in una tantum inuolucri ſede in humano fœtu orbicularis ferè & unica occurrit: in canino autem unica quoque ſpectatur,ſed quæ tranſuerſim inſtar latioris cinguli aut faſcię totum inuolucrum in ſui medio,ac ubi ampliſsimum eſt,comprehendit. In uaccis uerò,& bubalis,alijsq; cornutis animalibus (uti & prius ſcripſi) exiguæ amplitudines ſparſim per totam inuolucri ſuperficiem ſeſe offerunt, inuicem non connatæ. Cæterùm etſi eiuſmodi amplitudinum nexuumq; occurrat diſcrimen,omnibus tamen animalibus uaſa per hanc ſubſtantiam & exterius fœtus inuolucrum,uariè etiam diſtributa,ita tandem coeunt,ut ex interiore exterioris inuolucri ſuperficie, ueluti ex puncto, [t] unum teres longumq; inſtar cordæ corpus prodeat,ſimul in ſe complexas continens umbilici duas arterias,& hic adhuc totidem uenas. Vt uerò [u] exterior huius inuolucri ſuperficies, ob uaſorum connexum,ſubſtantiæq; illius ſeriem,inæqualis,ac quodammodo locis quibuſdam aſpera exiſtit: ita contrà [x] interior ſuperficies eſt prorſus læuis & lubrica, quodammodoq; madens. Si itaque inuolucrum hoc, cum fœtu ab utero exemptum,ac dein,poſteaquam à fœtu amotum erit, inuerſum finxeris, ut iam carnem eã ſubſtantiam,& craſſum ſubuiridemq;,qui tum ex uaſis ſubinde profluit,ſanguinem, in ſe amplexetur,facilè auguraberis,qui à farciminis ſpecie Veteribus ἀλλαντοειδὲς fuerit nuncupatum. Vt enim farcimen exterius,propter internam inteſtini,priuſquam id inuerteretur,ſuperficiem, exactè lubricum & læue, ac ueluti membraneum eſt: intus uerò, propter externam inteſtini ſuperficiem, à qua ipſum accedentia uaſa cum meſenterij membranis reſecta ſunt,aſperum,ac tandem carne, aut concreto ſanguine,aut alia quauis materia infartum eſt: ita quoque exterius fœtus inuolucrum, inteſtini modo ad farciminis conſtitutionem inuerſum,externa tunc ſuperficie prorſus membraneum & lubricum læucq; exiſtit, interna autem carneam illam, ac lienis ſubſtantiæ ſimilem obtinet compagem. Cæterùm [y] interius fœtum ambiens inuolucrũ, undecunque ab exteriori laxè circundatum exquiſita eſt membrana,longè quàm exterius inuolucrum mollior, & prorſus alba, & pauculis uenulis & arterijs, quæ illam non ſecus quàm [a] adhærentis albæ ve oculi tunicæ uaſa,ad ipſius tantum enutritionem,caloriſq; temperiem perreptant, intertexta.adeò, ut à candore & mollicie ἀμνιὸς,ac ueluti agnina,uel ut quibuſdam placet,amiculum Veteribus ſit nuncupata. Exterior huius inuolucri ſuperficies exactè læuis & lubrica eſt, exteriori inuolucro nullibi quàm umbilici uaſorum [b] interuentu connata. Vbi enim hæc ab interna exterioris inuolucri ſede,tanquam ex puncto,inſtar chordæ,aut alterius teretis corporis ſimul implexa,membranisq; contenta prodeunt,ſuccinctiſsimo & neutiquã errabundo ductu interiori inuolucro adnaſcuntur: & exiguas uenulas arteriolasq; illi exporrigentia, in internam dein inuolucri interioris ſedem tranſeunt,ac chordæ in modum ad fœtus uſque umbilicum deducuntur: quæ ſanè oblonga hic eſt,ac locis nonnullis,ueluti tuberculis, nodisq; quibuſdam inæqualibus ornata: ex quorum numero obſtetrices ridiculæ,futurorum adhuc puerorum numerum parturientibus prædicere ſolent.Cæterùm hæc chorda,nunc in interioris inuolucri interna ſuperficie nõ tantùm umbilici uenã (quæ hic modò unica & ſimplex eſt) & duas ipſius arterias in ſe complectitur: uerùm & [d] meatum quendã continet,aſſumitq;:qui ab elatiori ſede fundi ueſicæ enatus,& ſubſtantia conformationeq; [e] meatibus, quibus urina ex renibus in ueſicam delabitur,reſpondẽs, per umbilicum excidit:ac per dictam nobis chordam ad externam uſque interioris inuolucri ſuperficiem procedens, in eam ſeſe [f] aperit: ac inter hanc & internam exterioris inuolucri ſuperficiem,fœtus urinam (unde etiam οὐραχὸς & οὐρανὸς appellatur) defert, illic toto tempore,quo fœtus in utero geritur, ſenſim mira profectò Naturæ induſtria coaceruandam. Si fœtus enim adhuc utero detentus,urinam, perinde ac ubi in lucem prodijt,per ueſicæ ceruicem redderet,hæc ipſi fœtui proximè obnatans, ſua acrimonia & mordendi facultate tenellam fœtus cutem exulceraret:haud ſecus profectò,quàm ſi interius fœtum ambiẽs inuolucrum hac potiſsimùm ratione efformatũ uideretur,uti exterius inuolucrum,uaſorũ nexus collectioniſq; gratia in primis extructũ colligimus. Verùm fœtus urina non ſemper undiquaq; uaga, paſsim inter duo fœtus inuolucra diffluere manarè ue conſpicitur: at meatus urinã huc per umbilicum deferẽs, ueluti in membraneam, impenſeq; mollem & tenuem, amplamq; ueſicam ceſſat: quæ inter ambo uniuerſum fœtum uerè amplectentia inuolucra conſiſtens, urinam ſibi tãtiſper dum utero infans continetur,aſſeruat & colligit,non paucis diſſectionum profeſſoribus quodammodo ad farciminis ſpeciem (undecunque eam tandem aſſumant) relata: & in membranarum

Carnoſæ cũ inſdam ſubſtantiæ exteriori fœtus inuolucro obuiat & neceſsitas.

Qui exterius inuolucrum à farciminis ſpecie nomẽ obtinuerit.

Interius fœtus inuolucrum.

Meatus urinam fœtus inter duo ipſius inuolucra perfe-reus.

Peculiare inter duo inuolucra fœtus urinæ receptaculum.

s utrunque uidetur 4 ta. 29 figura.

t 3 tab. fi. 30 N. & 4 ta. fig. 30 S.S colligũtur ad T.

u tota 2 ta. fi. 30 & fi. 31 & 32 figu.

x 3 ta. fig. 30 M. & 4 ta. Q, S, S, T.

y 3 tab. fi. 30 O, O. 4 ta. V, V, X, X.

2 18 fi. ca. 14 li. 7 n. n.

b 3 ta. fig. 30 N. 4 ta. T.

d 2 fig. M procedẽs ab N.

e 22 fi. q, q.

f iuxta N 3 tabulæ figur. 30.

HAC *figura utcunq; membraneam ueſicam expreſsimus, quæ, quum fœtus urina inter illius inuolucra uagans nõ deſluit, ex meatu urinã per umbilicum deferente expãditur. Significet itaq; A, exterius fœtus inuolucrum, ſecundùm longitudinem diſſectum, & ab interiori inuolucro B notato, & adhuc hic integro, diuulſum. C autem inſignitur mollis ad modumq; tenuis membrana, ueſicam ve, fœtus urinam ſibi in utero aſſeruans.*



branarũ fœtus occaſione procreatarũ numero ita habita,ut illam tertij(ſed medij interim)inuolucri fœtus nomine donauerint,exterius duntaxat inuolucrũ ueluti propria & peculiari uoce ſecundas & loculos nũcupantes.Fœtus porrò ſudor,quũ priuato aliquo meatu inter fœtus inuolucra,aut in peculiarem aliquam ueſicam educi nequeat,inter internam interioris inuolucri ſuperficiem & fœtum ipſum coaceruatur: & ne ſua forſitan acrimonia (quam nonnihil quoque ſibi uendicat) fœtui noxius ſit,craſſum, quod per inſenſibiles cutis meatus alioquin educitur,& aliàs cuti noſtræ & induſijs quaſi hæret,excrementum præſtat: quod glutinis luti ve modo,fœtus cuti oblitum,ſudoris uim arcere cernimus.Videtur itaque ſanguis,qui ab uteri uenis per umbilicum in fœtus potiſsimùm iecur defertur,ad commodam fœtus enutritionem magna adhuc, & alia ſanè quàm reliquus matris membra accedens & enutriens ſanguis,indigere elaboratione: non ſecus ferè,quàm ſi puriſsimus tantum eſſet ſuccus,ex uentriculo & inteſtinis fœtui oblatus. Præter urinam namque & ſudorem,idq; cuius modò memini lutoſum excrementum, quæ extra, fœtum adhuc in utero conſiſtentem ducuntur,in ipſius inteſtinis,ſi non ſtercus,ſaltem craſſam & uariam bilem unà colligi, inter diſſecandum,& aliàs mox à partu,quum illam fœtus excernit,liquidò ſpectamus. Atque hæc excrementa, pro matrum ferè temperie ac ualetudine,potiſsimùm quantitate,& nonnihil colore & conſiſtentia uariare experimur,prout nimirum illis ſanguis aliàs accidit ſeroſior,aut craſsior,alia ve qualitate ab optimo & laudato alienior.Quòd uerò ſudor & urina,in eum quem diximus modum aſſeruata,quum mox ante partum profluunt,ac uteri fundi os,uteriq; ceruicem humectant,& emolliendo diſtendi aptiorem efficiunt, ad faciliorem partum magnopere adiuuant,uel me tacente,ijs notum arbitror,qui mulieribus,alijsq; animalibus,expendendorum Naturæ myſteriorum gratia,nonnunquam aſtitere.Quum enim in partu fundi uteri os quaſi in pudendum delabitur,ac miro Naturæ beneficio dilatatur,uaſaq; ab utero in exterius fœtus inuolucrũ inſerta,ab illo,ſuisq; unde pronata fuerunt uaſis,eum in modum abſcedunt,quo maturos fructus, aut in autumno folia ſuis pedunculis ab arboribus abſcedere abrumpiq; cernimus:tunc fœtus ipſe interdum,ſæpius autem bruta animalia ſuis dentibus,mulieres uerò nonnunquam ipſæ,aut obſtetrices,ambientia fœtum in uolocra diſrumpunt,dictiq; liquores profluunt,fœtusq; in lucem egreditur,umbilico adhuc nexus, quem mulieres forpicula aut cultello,bruta uerò dentibus ferè diſcindunt,ipſeq; iam fœtus ſpiritum ducere, aereq; ipſum ambiente uti incipit:quum prius in utero umbilici arteriæ, cordis pulmonisq; fœtus fungerentur muneribus.Ipſa autem inuolucra,fœtum mox cum ſanguinis quodam, ob abſcedentia uaſa, defluxu ſubſequuntur:quæ mulieres quidem aſperſo ſale ferè exurunt,aut aliquò defodiunt: bruta autem permulta,niſi ipſis ab aſtantibus præripiantur,illa deuorant.In hoc pueri egreſſu, nonnunquam interius inuolucrum,adhuc in utero aliquandiu manente exteriore,prius egreditur,fœtui aliqua ex parte obuolutum. adeò ut mulieres priuatim illi puero,ſi maſculus ſit,galeam aut thoracem:ſi fœmina, uittam aut induſium (prout nimirum huic illi ve fœtus parti potiſsimum in partu hæſerit) à Deo datum geſtiant,mira illi puero tunc promittentes.quum interim omnibus pueris ea membrana ſit communis, modò quis interius inuolucrum aſſumat,ac perinde atque illæ mulieres ſuam galeam & uittam, à fœtu & externo inuolucro reſecet, & ueſicæ alicuius inſtar aſsicatum aſſeruet, quò iam adoleſcentibus in quemuis tandem uſum eiuſmodi membranula exhiberi queat.Equidem mirum eſt,quàm religioſè mulieres,non minus ſanè quàm uerè occultæ philoſophiæ ſectatores,de illa ſentiant.In hunc igitur modum fœtus habent inuolucra, quæ in canibus,ſingulis fœtibus ſunt peculiaria,& nulla ex parte fœtus unius inuolucra alterius fœtus inuolucris committuntur.Seriatim namque,ueluti in longo quopiam inteſtino,fœtus in cane & ſue, in utriſque uteri partibus collocantur,non eam ſeruantes rationem:etſi fortè quis Hippocratis & Galeni occaſione ſecus arbitraretur,ut in dextra uteri parte omnes fœtus ſint maſculi,in ſiniſtra uerò fœminæ.In uaccis autem, & bubalis,& capris,quum unicus eſt fœtus,in altera tantùm parte,altero ve uteri ſinu is reponitur: ſin geminus utraque uteri cauitas (ut ſic dicam) unum fœtum cum ſuis membranis complectitur.Mulieres uerò, quum aliàs ſibi non connatos,aut monſtruoſos gemellos habent,eos quoque ſingulos in proprijs membranis inuolucriſq; continent,& par eſt ad uterum amborum fœtuum exterioris inuolucri & carnoſæ illius ſubſtantiæ nexus:unius nimirum fœtus colligatione in unum uteri latus,alterius uerò ad alterum latus facta.adeò ut magnum uterorum occaſione in exterioris fœtus inuolucri nexu in hominibus, canibus & uaccis ſit diſcrimen.Quod quum obſeruabis,hancq; noſtram deſcriptionem cum Galeno in libris de Semine,libris de Partium uſu,libro de Fœtus formatione,libro de Vteri diſſectione,ubi fœtus inuolucra perſequitur, conferes,obuium profectò fiet,quàm Galenus ſibi undecunque conſentiat,& quàm ueritati conſona nobis de fœtus inuolucris tradiderit:ne quid dicam de fœtus formatione,multisq; huc pertinentibus diſputationibus,quas ille potiſsimùm cum Ariſtotele inſtituit.Nam etſi fœtus inuolucrorum hiſtoriam mihi proponere,& in hac procul à Galeni,aliorumq; diſſectionis profeſſorum placitis diſſentire integrum fuerit: quum tamen innumera circa fœtus formationem me dubium & ancipitem habeant,quumq; mihi ipſi magna ex parte in illis altercationibus neutiquam ſatisfaciam,pleraque me prorſus ignorare lubens fateor, utcũque etiam non oſcitanter diſſectionibus incubuerim:etſi brutorum interim præcipuè,quum ſcilicet hactenus, potiſsimumque quando in Anatome paulo factus ſum exercitatior, atque non modica, de quibus meritò ambigam, mihi obſeruantur, in paucas mulieres utero gerentes inciderim. adeò, ut ſatius multo fore duxerim, uniuerſum de fœtus formatione, & quæ huic proximæ ſunt diſceptationibus, ſermonem (qui non niſi prolixiſsimus eſſe poſſet) penitus hic omittere, illumq; in alium locum, ac argumentum aliud reſeruare, ſi quid fortè mihi in poſterum ex conſectionibus, accuratioriq; ratiocinatione, tradi dignum occurrerit.

ſudor fœtus & reliquæ dein excrementa ubi coaceruentur.

Cuiuſmodi in partu urinæ ſudoriſq; ac inuolucrorum egreſſus.

Qui fœtus ſe habeant inuolucra, pluribus ſimul exiſtẽtibus fœtibus.

Veram inuolucrorum hiſtoriam à Galeni placitis multũ eſſe remotã.

DE

DE MAMILLIS. Caput XVIII.

MAMILLARVM fabricam non aliter delineare licuit, quàm in dextro latere uigesimæquintæ figuræ eam exprimere conati sumus.

MAMILLAE, etiamsi peritonæo nulla ex parte [a] contineantur, quum tamen fœtum, ubi in lucem prodijt, alunt, & in organorum generationi subseruientium numerum recensentur, hoc quoque loco ipsarum fabricam opportunè prosequemur. Mamillarum ita que situs nulli non conspicuus est: super pectus enim ad ossis pectoris latera locantur, parti inferiori brachium pectori admouentis [b] musculi superstratæ. Verùm ut figura admodum uariant, sic quoque parem non semper sedem occupant, ampliores enim mamillæ latiori firmantur basi: propendulæ uero ac flaccidæ, à naturali loco declinant: & quibusdam mulieribus uicinius ad pectoris medium inuicem accedunt, quibusdam autem (quod & pulcherrimum ducitur) inuicem recedunt, thoracisq; lateribus magis appropinquant. Forma illis penè propria semiglobum refert: quippe exteriùs rotundæ gibbæq; sunt, papillam (quæ Græcis θήλη appellatur) instar processus obtinentes: intus uerò, seu posteriùs, qua pectus spectant, leuiter secundum huius gibbum insinuantur, illi ampla basi commissæ. Cæterùm quando mamillarum moles à brachium pectori adducente musculo abscedit, illæ quàpotissimum dependent, ampliores quàm in medio ductu euadunt, ut plerisque fœminis simul in basi, & in ipsarum extremitate ampliores ob concidentem earundem substantiam uisantur. Porrò substantia qua constant, glandulosa est, multo adipe abundans, & uenis utcunque frequentib. & arterijs perquàm paucis, prorsusq; gracilibus, ac aliquot denique neruis intertexta. Nerui quidē semper ijdem in mamillas pertingunt, ac sibi perpetuò similes sunt: uenæ autem crassitie & contento humore admodum, pro mamillarum mole, & quo tunc funguntur munere, differunt. Insuper in glandulosæ mamillarum substantiæ forma, consistentia, multitudine & situ, longè maior singulis temporibus est differentia. Viris namque multis nulla, aut ualde modica, eademque arida, eiusmodi glandulosa obtigit substantia, uti etiam admodum puellis. Iuuenculæ uerò, quibus mamillæ in molem iam cum pruritu attolluntur, auideque maritum expetunt, huius nanciscuntur copiam plerunque compactam & duriusculam, nulloq; lacteo humore (secus scilicet quàm in lactantibus, aut propediem parituris euenit) oppletam, neque etiam substantiæ in anicularum mamillis cõtentæ modo, flaccidam, aut defluentem. Ad papillæ igitur centrum mulieribus [c] una magna, & mamillæ instar effigiata habetur glans, cæterorum animalium peculiari proprioq; glandulosо uberum corpori, substantia respondens. cui [d] aliquot aliæ ferè, sed paruæ & amygdalis à cortice liberatis similes, in circuitu accumbunt glandulæ, pro mulieris temperie nunc duriori adipe, nunc molliori, & uenarum & fibrarum ex carnea mebrana in cutem pertinentium interuentu, mutuò commissæ connatæq;. Vniuersa enim mamillarum substãtia adipis modo, inter cutem & membranã illam continetur: neq; costis incumbentibus musculis mamillæ alio nexu committuntur, quàm per reliquũ corpus ea membrana subditis sibi hæret musculis. nisi fortè hic paulo plures interueniant uenæ, à musculis in mamillas digestæ. Vtcunq; tamen mamillæ aliquando molles ac flaccidæ propendeant, carnea idcirco membrana à musculis nunquam abscedit: at glandulosa illa mamillarum substantia simul cum adipe non amplius constricta, sed defluens & laxata, à carnea membrana dissoluitur. Mulieres enim lactantes, & ultimis mensibus uterum gerentes, mamillarum uenas lacteo humore aut lacte oppletas habent, & ipsa etiam glandulosa substantia eo abundat, & ob id mollior & fungosa admodum, neque ita densa & continua redditur, ac tonum illum non amplius seruans, & duriusculo adipe haud magis illam suffulciente, sensim flaccescit propendetq;. Quanquam interim eò nunquam perueniat raritatis; ut deuoratum à muliere pilum in se (uti Aristotelis est sententia) reciperet, & pilari morbo, Græcis τριχίασει nuncupato, uexaretur: quandoquidem nulli dubium est, per tot angiportus, tenuesq; anfractus ab or[e] ad mamillas, pilum nequaquam duci posse: etiamsi mamillæ illum fortè, quum in ipsarum consisteret uenis, amplexuræ essent. Non est tamen omni interim ex parte absonum, quid pili simile in mamillis, quemadmodum in [e] renibus, [f] urinarijsq; meatibus, progigni posse. Cutis mamillæ ob ducta, reliquę thoracis cuti congruit: mamillæ enim substantiæ, ut reliquo per corpus adipi connascitur, pariterq; inibi crassa est. At ubi orbiculatim ad papillam quodammodo nigricat, circulumq; constituit, quiφῶς Græcis nuncupatur, pertinacius præcipuo mamillæ glandulosо corpori connascitur, plurium neruorum & tenuium uenarum instar fibrarum albicantium interuentu. Quinetiam cutis interdum hic tenuior quàm alibi euadit, fungosum quidpiam, ut & papilla, adipiscens. Huius namque constitutio præcipuæ penis [g] substantiæ accedit, hoc est neruea quodammodo cuti spongiosa intus substantia oppletæ, quæ dirigi ac uicissim laxari non minus quàm penis ualet, & pari sensu prædita est. Obscuri illi tenuesq; in papilla conspicui meatus, fibræ prorsus ac nerui modo albicantes, uenarum furculi sunt, multiplici serie per glãdulosam mamillarum substantiam excurrentium. Atque harum mamillas implicantium uenarum nonnullæ ab axillaris uenæ iam thoracis amplitudinem egressæ [h] ramo dependent, qui in [i] musculos pectori superstratos & pectoris cutem, ipsamq; demum mamillam sese distribuit. Item uenæ elatiorem scapulæ sedem & summum humerum perreptantes, deorsum in plerisque mulieribus conspicuos ante sectionem [k] furculos in mamillæ cutem, ipsamq; una mamillam deriuant. Apparent namque crebrò mamillarum cutis uenæ in multis mulieribus, & potissimùm quę aliquando lactarunt, insignes & subuirides, errabundoq; ductu, perinde ac in sura & temporibus internaq; cubiti sede progredientes. Præter commemoratas mihi modò uenas, dissectionum professores, alias magis præcipuas ac solas propemodum enumerant, quæ arterijs concomitatę,

Mamillarũ situs.

Forma.

Substantia.

Lib. 7. Historiæ de Animalibus.

Papillæ substantia.

Venarũ mamillam petentium series.

a *Non continentur intus A, B, C, D 2 & 24 fig.*
b *3 musc. tab. Δ.*
c *25 fi. G.*
d *25 figu. D, D.*
e *tabulæ figura 21. f 22, 23 fi. q, q.*
g *3 fi. ca. 49 li. 2 E, E, F.*
h *fi. cap. 6 libr. 3 parũ supra meducitur p. et dein 25 fi. lib. 5 B.*
i *3 musc. ta. Δ. 5 tab. Γ 7 tab. L.*
k *25 fi. A, A.*

tatę,ab illis [l] uenis initium ducerent, quæ à caua uena in iugulo prodeunt, & ſub pectoris oſſe uerſus abdomen ad umbilicum uſque,propemodum ſimul cum attenſis ipſis [m] arterijs [n] excurrunt, ac per coſtarum cartilaginum interualla ſurculos in anteriora pectoris diſpenſant, internam potiſsimùm [o] muſculi partem implicantes,cuius beneficio brachium pectori adducimus. Num uerò preſentes ſurculi eum permeent penetrentq; muſculum,unaq; cum ſuis comitibus arterijs tandem in mamillas diſſeminentur, ſedulò inter ſecandum obſeruari uelim.mihi namque eiuſmodi mamillas adeuntes ſurculi aut uenæ repertu nõ ſunt faciles, uti minus quoque huc pertinentes arterias adinuenire queo, ita ſanè ut mamillis arterias uix aſſcribere auſim.Cæterùm brutis,quibus alius mamillarum uberum ve,quàm homini ſitus accidit, ab illis [p] uenis propagines in mamillas diffunduntur,quæ humiliorem abdominis partem ſuis ramis intertexunt, ac quarum utrinque una inibi à caua uena initium obtinet,ubi hæc præcipua ſua portione, ſupra pubis os in inguina fertur,ac in crus extra peritonęi cauitatem primùm procidit, longè nimirum à [q] uenarum uterum adeuntium exortu. Atque in harum quidem uenarum quæ ad abdomen tum à iugulo ſub pectoris oſſe,tum ab inguinibus ſurſum deducuntur ſerie, bruta ab hominibus uix quicquã differunt.illaq;in omnib. ferè uaſorum ſpectatur diſtributio,quam in tertio libro expreſsimus,quamq; non obiter examinari uelim, quum hoc Capite,aut unquam aliàs, de uteri cum mamillis ages conſortio.Mamillarum nerui ab illis pendent, qui ſubditis illis exporriguntur muſculis, neque aliter hi in mamillas quàm reliquam thoracis cutẽ deriuantur,præter [r] unicum,qui cæteris craſsior ex quinto ferè coſtarum interuallo papillam adit, multosq; ſurculos ipſi offert.Quàm uerò ſingula primario mamillarum muneri idonea, rerum Opifex accuratè fabrefecerit,intelliges,ſi ſeroſum unumquodque ſuo uſui adhibueris.Præcipuum enim mamillarum officium in omnibus uiuiparis cenſendum eſt,tenero adhuc ac iam nuper nato fœtui alimentum præparare. Non enim in hoc præcipuè (quanquam in quarto de Animalium partibus libro Ariſtoteles id atteſtetur) ubera fuerunt creata,ut cordis ſedem operiant,& deinde,ut in mulieribus ueluti ſecundario,aut Natura illis quodammodo abutente,ad lactis generationem,& ad illud continendum ſubſeruirent. Quippe quum neque pueris,neque alicui animali ad generationem nondum apto,mamillæ exurgant,ſed ueluti notæ cuiuſdam gratia abſque peculiari aliquo in illis corpore,quo à reliqua inter cutem & carneam membranam pinguedine inſigniter diſcerni poſsint,duntaxat in illis habendæ ſint,certum eſt, eas primò non propugnaculi uice fieri,quum ſcilicet præter teneram papillam nihil habeant,quo propugnacula illis quibus incumbunt organis,meritò dicerentur.Ad hæc,ſi quod incrementum in uiris mamillæ recipere appareant, & quaſi alterius commodi cauſa,quàm notæ cuiuſdam habendæ ſint,id illis magna ex parte prouenit peracto anno bis ſeptimo,quum primum genitale ſemen ferre ac pubeſcere incipiunt. adeò ſanè, ut lactis gratia potius,quàm munimenti ac propugnaculi intumeſcere,effœminatioresq; ipſas mamillas fieri conſtet. Nam & lac nonnullis uiris poſt pubem exprimi, & per ſuctum frequentiorem crebramq; ac multam contrectationem prodijſſe,Ariſtoteles ipſe aſſerit,& nos quoque non ſemel id conſpeximus.Cæterùm mamillas homini ac ſimiæ,in pectore,non ita autem cæteris ferè animalibus,percommodè collocari, præter hoc quòd ipſæ brachiorum ac manuum munia non impediunt,homoq; & ſimia latum pectus, neque ut reliqua ferè animalia in acutum prominens ſibi uendicent,mulier puerum lactans abundè indicat,nobisq; in illo officio uarijs coniecturis colligere promptiſsimum eſt, mamillis commodiorem regionem ſeſsili animali & manibus uſuro (ut ueneris modos taceam) thoracis anteriore regione nullam excogitari poſſe. Nam hic ſitus lactis generationi propter cordis calorem non eſt ineptus,& ex abundanti mamillæ cordis propugnaculum & uallum quoddam cenſeri poſſunt,homini in primis pectus exporrecturo, neque illo cæterorum ferè animalium modo humi reclinaturo.Deinde præſens quoque ſitus,reciprocum quendam calorem (qui tamen magis fortè uentriculo & inteſtinis neceſſarius fuiſſet) cordi retribuit.Mamillæ enim lanei penicilli,aut ueſtis,aut ipſius in corpore adipis,aut carnis ritu,à corde caloris officina prius excalfactæ,calorem illum,reprimendo tegendoq; reuerberant.Item,cordis thoracisq; continuum motum, cordisq; inexpugnabilem calorem ad lactis generationem plurimum conferre, qui concoctionis alterationisq; naturam perſpectam habet,abſque negocio concipit.Porrò mamillas homini elatiùs,cæteris uerò animantibus humilius,ex Ariſtotelis & Galeni aliorumq; philoſophorum & medicorum ſuffragio reponi, propter alimenti, aut,ut ipſi dicunt,excrementi quod in lac conuertendum erat penuriam,non omni ex parte uerum eſſe arbitror.Primùm enim huc ſcopum dirigunt, quòd fœtus in utero inferioris corporis partis excrementitium ſanguinem in nutrimentum aſſumit,mamillæ uerò ad lactis generationẽ ſuperioris partis ſanguinem præcipuè admittant alliciantq;.Dein adijciunt,homini in elatiori parte mamillas reponi, reliquis autem animalibus non item,quòd his eius partis excrementum in cornua & iubas,ſecus multò quàm mulieri, ex ipſorum ſententia,conſumatur.Quaſi uerò ceruæ,uaccæ,equæ,eiusq; generis animantia,uenis quæ à iugulo deorſum ſub pectore feruntur,aut ijs pariter quæ ab axillam petente uena pectori inſtratis muſculis, eiuſdẽq; cuti diſpenſantur,magis quàm homines carerent:& in illis ex ſuperioribus corporis partib. ad uterum ſanguis minus quàm mulieri poſsit tranſumi: & non multo plus mulieri, depili aliàs omnino, excrementi in longiſsimos capitis crines,quàm alijs animalibus in cornua & iubas,idq; pro portione,deperiret. Sed profectò hæc Ariſtotelis ratio illi correſpondet, qua pleraque de menſtruis lunaribus ve purgationibus problemata,neſcio an tam uerè quàm audacter,medici & philoſophi ſoluunt. Quandoquidem uerò hæc aliò ſpectant,nunc reliquam conſtructionis mamillarum rationem aggrediemur. His igitur forma exterius rotunda,quo minus iniurijs eſſent obnoxiæ,perquam idonea fuit:intus uerò ea parte qua pectori committuntur, planas latasq; meritò illas effinxit Natura,ut firma inniterentur baſi. Teneram quoque & prominentem adipiſcuntur papillam,ut hanc anguſto teneroq; infantis oſculo inditam, is confeſtim labijs molliuſculis conſtringat,

Mamillarũ uerui unde ducantur.

Mamillarũ munus et cõſtructionis ratio.

Situs ratio.

Formæ mamillarũ ratio.

Papillæ conſtructionis, et totius ſubſtantiæ eiuſdem ratio.

l *ſi. cap. 6 li. 3 L. & 2 fig. li. 6 B, C.*

m *fig. cap. 12 lib. 3 G.*

n *ſi. cap. 6 lib. 3 M. & 6 muſ. tab. f.*

o *3 muſ. tab. Δ.*

p *ſi. cap. 6 li. 3 T quel oritur ſub.*

q *ſi. cap. 6 lib. 3 v. aut confer fig. 25 lib. 5 cum y.*

r *2 ſi. cap. 11 lib. 4.*

conſtringat,& inferiorem deducens maxillam & buccas contrahens,lac ſugat, & linguam dein inſtar canalis inflectens ad ſtomachum id à nemine edoctus propellat. Vt uerò in illo ſuctu papilla turgidior procerioráq; quàm aliàs (dum id ſcilicet minimè opus eſt) redderetur, ſimilem cum pene poſsidet ſubſtantiam, quæ & laxari concidereq́;,& rurſus à ſuaui contactu intumeſcere erigiq́; idonea exiſtit. Papilla autem ſenſu exactiore,& neruorum ſurculis abundat,quo mamillis hac etiam ex parte cum genitalibus foret affinitas. Vt enim illis ad uenereum congreſſum generisq́; propagationem,illecebram ac uoluptatem indidit Natura:ſic quoque & uberibus,potiſsimumq́; papillis,ut mater in lucem iam editi fœtus tenerulo & nondū dentato ori papillam lubentius titillandam pruriendamq́; inderet, ac ſugendam offerret. Mamillarum uerò glanduloſa ſubſtantia eius eſt ad iuſtitiam temperiei,ac formæ,ut ſanguinem per uenas ipſi magna Naturæ induſtria adductum,in lac familiare pueri alimentum conuertere cōcoquereq́; poſsit. Cæterùm in uaſorum mamillas petentium diſtributionis uſu explicando,Galenus admodum eſt diffuſus, quum hanc ex remotioribus & diſsitis partibus deductam anfractuoſamq́; & gyris multis præditam eſſe affirmat, quò ſanguis ad lactis generationem in longis illis ductibus ac gyris commodè præpararetur: quum ego interim ignorem,qua tandem peculiari priuata ve ſanguis,priuſquam mamillis offerendus ſit, egeat præparatione, uaſorum nihilominus ſeminalium inceſſuum ductuumq́; haud immemor. Neque etiam ſuccinctior uia erat qua mamillis,aut homini aut cæteris brutis uaſa tutò diſtribui potuiſſent, quum cauæ uenæ caudicem meritò dorſum occupare conſtet,& Naturæ adeò artificium ſimul quoque euidēs ſit, quo anterioribus corporis trunci ſedibus,pectori nimirum & abdomini uaſa exporriguntur,ſiue id ad iugulum, ſiue inguina,ſiue ad illos etiam ramos ſpectemus, qui à cauæ caudice & uena pari carente ſecundùm corporis latera diffunduntur. At non ita uaſorum ſeriem oblongi ductus gratia,quem uenæ mamillis oblatæ ſibi uendicant, expendendam putauerim,atque diſceptationum occaſione indies occurrentium,de uteri cū mamillis conſortio,de lactis cum menſtruis purgationibus affinitate,de earundem & lactis copia,de abortibus, potiſsimumq́; de ſanguinis mutuo nunc ad uterum,nunc ad mamillas deductu. Mirum namque eſt,quàm eiuſmodi ſpeculationum gratia,Galenus ſeſe interdum torqueat,modò uenas abdominis inferiora petentes, ab illis quæ uterum adeunt oriri (& ſi rurſus alibi ſecus teſtetur) ſcribens,modò prolixè tradens qui per eaſdem uenas ſanguis circa uterum in prægnantibus abundans in mamillas ſurſum repat.perinde ſanè, ac ſi [s] uenę à iugulo ſub pectoris oſſe abdomen petentes,& illæ quibus inferior abdominis ſedes intertexitur, ſolæ eſſent uiæ ac meatus ductus ve,per quos uteri cum mamillis fieret conſortium, ſiue id per uenas ſub rectis abdominis muſculis progredientes,ſiue per eorundem ramos per abdominis cutē expēſos exiſteret: quum ego interim eiuſmodi conſortium,qualecunque tandem ſit,ad uniuerſum cauę uenæ caudicem potius referendum putauerim. Imò quum Galenus ſtudioſe ſanguinis ad ſuperiora ductum explicare contendit,nō mihi uidetur expēdere,qui ſuis rationibus,ſanguis potius in crura,quàm ſurſum per abdominis regionem in mamillas deflueret,accedente etiam abdominis à grauido utero compreſsione, & nullo etiam preſente orificio,quo humiliores abdominis uenas cum ſuperioribus conniuere continuariq́; conſtat. Verùm ne hunc in modum ſermo de mamillarum uſu inſtitutus,nimium excreſcat,omnium quæ hoc libro deſcripſimus organorum diſſectionem,nunc percommodè aggrediemur.

Venarū ſeriei ratio,& uteri cū mamillis cōſortium.

Intuere hic figuram cap.6 lib.3.

*s Specta 6 muſc.ta. a, e,f.& figu. cap.6 lib.3 L,M,T. & fi.ca.12 li. 3 G,T.et ultima fi.li.3 *,q,t.*

OMNIVM ORGANORVM QVINTO HOC LIBRO deſcriptorum adminiſtrandi ratio,ac nonnulla generatim de Anatomen diſcendi, docendi ve ordine. Caput XIX.

Quibus huius operis locis partium ſecandi tradatur ratio.

IN PRIMI quidem libri calce diſcendorum aſſeruandorumq́; oſsium rationem diffuſe expreſsi: & in ſecundo libro muſculorum & ligamentorum ſecandi modum, ut res inibi exigebat,perſecutus ſum: in tertio autem libro, qui uenarum arteriarumq́; per uniuerſum corpus diſtributionem complectebatur, ac in quarto etiam, qui neruis erat proprius,nullus adminiſtrandæ ſectionis incidit ſermo,quòd ſcilicet illum ad præſens uſque Caput,ac poſtremum ſexti libri,& penultimum ſeptimi differendum patauerim. Quum enim ſingulis illis Capitibus,earū quas ſui libri deſcriptas habent partiū Anatomen proponere uiſum fuit: meritò etiam eiſdem Capitibus uenarum & arteriarum & neruorum eiuſmodi partibus dedicatorum ſectio,ita hic tractanda eſt,ut nullo pacto in ſuperioribus abſolutior integriorq́; inſtitui potuiſſet. Et ſi fortè quarundam uenarum & arteriarum neruorumq́; ſectio,ſimul cum dictis modò organis, ſeriatim ac neceſſariò non comprehendetur,eam ad finem penultimi Capitis libri ſeptimi,unà ſubijciemus. Erit autem hæc brachij potiſsimùm & cruris uenarum,arteriarum & neruorū diſſectio.ita ſanè,ut ſi pariter, cutis quoque adipis, carnoſæ membranæ, muſculorum, ligamentorum ac oſsium denique mentio ſuis locis obiter incidet, uniuerſa diſſecandi corporis ratio his tribus Capitibus utcunque enarrabitur. Imò ipſa (quòd id ſcilicet,ei quam prorſus complecti debent tractationi,pauculis adiectis uerbis fieri queat) ſic deſcribam,ut quum ſimul unaq́; quis capita hæc connexa finget,inſtar libri ac canonis ſint, quo humani corporis fabricæ ſtudioſi, eam ſuo marte in priuatis uarijsq́; domi cum ſodalibus tentandis ſectionibus aggredientur, aut in ſcholis ſecandarum oſtendendarumq́; partium ſeriem à præceptoribus expetent, aut quem illi obſeruaturi ſint ordinem iam multo ante cernant. qui ſanè alius in corporum frequentia, quàm cum unum aliquod tantum ad publicam anatomen obtingit,eſt inſtituendus. Ego itaque ſæpius,haud denegata profectò corporum copia,hoc quē modo ſubijciā ordine anatomē docui. Parato induſtrij alicuius fabri lignarij opera eleganti theatro, quod nonnunquam ſupra quingentos commodè ſpectantes reciperet, in illiusq́;

Quis ordo in docendā oſtendēdaq́; Anatome ſeruandus.

medio mensa quadam exstructa,quam negotio accommodissimam fore ducebam, sedulò effeci,ut uariorum hominum ossa mihi ad manum essent, quædam inuicem attexta, quedam seiuncta ac in arculis posita: puerorum dico,iuuenum,senum mulierum & uirorum ossa,quæ tum mea, tum aliorum medicinæ candidatorum diligentia in Italiæ scolis mihi magno numero & copia adfuere, simul cum canis, & nonnunquam simiæ aliquotq; aliorum animalium ossibus. Ea igitur serie ossium doctrinam, priusquam integrum aliquod hominis cadauer in scholas adduci curarem, studiosis proponebam, qua primum huius nostri Operis librum contexui. Cęterùm propter Anatomes adhuc imperitos,ante ossium tractationem, simulatque quędam de humanæ fabricæ cognitionis dignitate & usu, prout occasio ferebat, ac dein ordine quo hanc discendam putarem,eiusmodiq; alijs quibusdam præfatus eram,ac uarias unà,quibus dissectionum doctores humanum corpus diuidere solent,rationes ac differentias proposuerā, qui id similaribus partibus, ac dein instrumentarijs efformaretur,adnisus fui ostendere.adhibito operi cane aut agno quopiam, quem magna ex parte primùm cute liberaueram,ac aperto thorace & peritonæo,ac insuper caluaria, in eum modum dissecueram,ut ferè omnes corporis partes sese obiter spectandas offerrent:ac facile quācunque tādem inter docendum uellem partem,manu complecterer. Quum itaque de similaris partis ex primis Naturæ principijs constitutione,ac potissimum essentiali forma (propter nouam quæ modò non indoctè proponi cœpit, morborum qui similaribus partibus accidunt diuisionem ac numerum) egissem,os tanquam primam similarem corporis partem proposui,qui id sensu similare esset ostendens,ac ipsius usum in sustinendo firmandoq; exprimens.Huic cartilaginem subieci,ipsius creandæ necessitatem addens:ac obiter docens, quæ de cartilaginis natura à me suo loco pertractantur.His ligamenti historia succedebat,& uarijs differentibusq; ostensis ligamentis,ipsorum usus & procreandorū ratio proferebatur.Mox cum ipsis ligamentis, quid mēbrana esset,quidq; corpori præstaret sermoni addebatur, cum aliquot mēbranarum in cane iam dicto aut agno demonstratione.Quum itaque simplicium dein membranarum,ad organorum tunicas ex fibris constantes discrimen docebatur,fibrarum quoque tractationem membranis adhibui, aliquot diuellens intestinorum tunicas,& fibras in ipsis indicans,ut qui ex fibris quibusdam tunicæ nonnullæ à simplicis membranæ constructione differentes confingantur,in propatulo esset.atque ita deinceps cum fibris quæ inuicem nectendæ erant,carnis in uniuersum historia addebatur,quam simplicem in iecore, pulmone ac renibus ostenderam:uisceribus illis,quemadmodum eiusdem quoque usus gratia,& cerebro nonnihil dissectis. Sed quibus modis caro fibras contineat,ipsisq; committatur,in laceratis discerptisq; quibusdam musculis, ac in cordis dissecta substantia,obuiam reddebatur. Vbi autem glanduloſi corporis, ac dein adipis quoque, quam membranis ferè obnasci cernimus,ac medullæ in ossibus asseruatæ, & humorum qui in oculis uel negligenter adapertis spectantur, tanquam partium similarium habita erat ratio, incœpi quoque recensere, quo nam pacto instrumentariæ partes ex similiaribus illis consurgant:uenæ scilicet ac arteriæ & nerui, ac postmodum cum suis tendonibus musculi,ac totius denique digiti ac manus cum cute efformationem proponens,simulq; ea quæ in magnis corporis cauitatibus obuia in cane illo erant,commonstrans. Posteaquā igitur tyronum gratia hæc docuissem,abiecto cane,integram ossium cartilaginumq; disciplinam scientiāq; aggrediebar.qua absoluta,humanum cadauer in scholas ferri curauimus,quod musculorum ac ligamentorum speculationi subseruiret.quàm sedulò enim,atque adeò ex nostro arbitratu in Italicis academijs præfectorum diligentia,& erga doctrinarum studia singulari amore,ad publicam anatomen cadauera nūc suppeditentur,non mediocri usu discimus:etsi fortasse illa non ita quadrata,ætatisq; mediæ, ac nonnunquam optaremus,existant.Post ossium itaque & cartilaginum tractationem,ea serie musculorum,ligamētorūq;, ac omnium denique quæ secundo libro prosequimur,doctrinam in cadauere illo absolui. Ad uenarum autem & arteriarum neruorumq; anatomen,aliud assumpsimus cadauer, quod etiam illis partibus, quorum historia tribus posterioribus libris traditur,ostendendis accommodabatur.In cadaueris istius sectione,eo utebar ordine,quem hoc Capite,& ultimo Capite libri sexti,& penultimo septimi, in uasorum dictarumq; iam partium sectione commemoranda,potissimum enitar persequi.Quandoquidem uerò, unum subinde tantum cadauer ad publicam anatomen nancisci potest,in his Capitibus unà quoque ossium & cartilaginum & musculorum,ac cutis,cuticulæ,adipis,& carnosæ denique membranæ,ita ut prius monui, mentionem faciam,ut præter exquisitam eorum quorum dissecandi modum hactenus non tradidimus organorum administrationem,series simul pateat,qua in uno cadauere quis uniuersam anatomen utcunque queat absoluere. Illam itaque aggressurus, studiorum sodalibus potius quàm ministris, qui secantem adiuuēt, adhibitis,acutiori nouacula orbicularem sectionem secundum umbilicum adeò profundam duces, ut cutē penetret.dein à media pectoris ossis longitudine rectam sectionem ad umbilicum usque molieris, & ab infima umbilici sede perges ad pubis usque medium,uirilis membri (si modò uiri cadauer ad manum sit) radicem contingens:aut,si mulieris corpus secas,quousque pubis ossis sedem ad pudendi colliculos superaueris,ut scilicet à pectore ad pubem usque,una quasi sectio (integro interim umbilico) pertingat. Post hanc, utrinq; ab umbilici latere sectionem transuersim ad lūbos usq; duces: id interim studens, ut solam cutem pertundas,quod in homine,& potissimum obesiore,factu nō adeò est arduū, quū adipis crassities,ne carnosam uities membranā,prōptè remoretur.Factis hūc in modum sectionibus, cutis angulum, qui ex quatuor rectis angulis umbilicum spectantibus superior dexterq; est,hamulo,aut sinistræ manus unguibus attollito,acutissimaq; nouacula cutem ab adipe secernere studeto. Vbi cutis portiunculam liberaueris, hac sinistra manu eleuata, depositoq; hamulo, paulatim cutem ad mamillas usque uersus dorsum transuersis sectionibus proximè ad cutem factis, ab adipe diuides. Hac abdominis thoracisq; parte à cute nudata, reliquæ tres pari modo sunt detegendæ,ac cutis & cuticulę natura uenit inquirenda, quæ in cute quidem nunc absque

Similares & instrumētariæ corporis partes cuiusmodi.

Pro cadauerum opportunitate, sectionis ordinem esse uariandum.

Cutis,cuticulæ, adipis & carnosæ membranæ in abdomine administratio.

absque alio negocio sese offert: cuticulę uerò naturam non commodè obseruabis, nisi illam ardentis cande
c *fi. cap. 6 lib. 3 à radicibus uenarum L et I. deinde aliqua ex parte etiam P, R.*
læ, quam cuti adhibeas, ui, uesiculæ modo à cute abscedere cogas. Cum cute deinceps & [c] uenis sub ipsa secundum abdominis regionem, & ab imo sursum & à pectore deorsum excurrentibus adipe quoque examinata, si hac homo (uti ferè solent omnes diuturniore morbo non enecati) abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipe liberasti, à carnosa membrana seiunges, quod sanè nisi acutissima nouacula nunquam aptè confeceris. Si uerò macilentius obtigerit corpus, adipem carnosæ membranæ adhærere sines, adeps enim tunc, quòd exiguam obtineat crassitiem, quo minus carnosioris membranæ natura in conspectum ueniat, nihil impedit. Vtcunque feceris, siue adipem abraseris, siue adnatam membranæ reliqueris, ijsdem per membranam ductis sectionibus, quas à pectore ad pubis os, & ab umbilico ad ilia in cute facien das retuli, ipsa membrana retusiori si lubeat nouacula, aut digitorum ferè beneficio à subditis corporib. est separanda, ut iam simul cum magna thoracis parte uniuersum abdomen cute, adipe & carnosa membrana detectum occurrat. Ad hunc sanè modum administrationem in scholis subinde sum aggressus: quāquam si quis uelit, integrum etiam sit in una tantum abdominis parte cutem, adipem, & carnosam membranam examinare, & à reliqua abdominis sede cutem simul cum adipe & membrana absque ullo artificio laniorum ritu auellere. Verùm de harum partium natura, adeoq; administratione, in secundo libro egi

Venarum per abdominis regionē inter cutem & carneā membranā excurrentium.

d *3 musc. ta. Θ. 4 ta. Π 5 ta. Δ. 6 tab. Δ.*
prolixius: in eodemq; libro rationem qua optimè [d] abdominis musculos, qui utrinque quatuor sunt, aggrediaris, & [e] peritonæum nudes, docui. Ac proinde si seriatim singula in uno corpore ostendere animus est, ex secundo libro abdominis musculorum administratio petenda uenit, in qua etiam priuatim [f] uenarum & [g] arteriarum & [h] neruorum series est examinanda. uenarum quidem ac arteriarum, quæ à pubis regione sursum secundùm rectorum musculorum posteriorem regionem uersus umbilici sedem contingunt, & earum quæ à pectore huc quoque pertinent, & in proximas sedes quemadmodum illæ furculos utrobique deriuant: neruorum autem ab illis productorum, qui costarum spuriarum interuallis offeruntur, & à lumborum uertebris ad abdominis musculos (ut suo loco comprehensum est) uariè dispensantur. Cęterùm transuersis musculis undecunque iam à peritonæo liberatis, [i] tota illius exterior propemodum superficies oculis subijcitur. omni enim ex parte euadit conspicua, præterquàm qua [k] septo transuerso ob nascitur, & quà ex uertebris & osse sacro originem ducit. Cæterùm hominis peritonæum consistentia crassitieq; infirmius existit, quàm ut leui negocio id undecunque à septo dirimi queat: quamuis interim solius manus beneficio peritonæum, dum adhuc integrum est, ad spinam usque à [l] subditis illi musculis, & nōnihil quoque à carnosa septi sede liberetur, & sphæram planè oblongam tunc referat. Porrò si minori negocio peritonæum penitus à septo auellere lubeat, in porcellis hoc pręstiteris commodissimè, si postquam (ut in homine) à peritonæo transuersum abdominis musculum seiunxeris, id ab inferna septi sede tuis digitis, cultri uice sensim separare studeas. ita nanque à neruosa etiam septi transuersi parte peritonæum abscedet: & si deinde in opere perrexeris, ab uniuerso uentriculi corpore ad omenti [m] usque membranas, ac insuper à iecoris gibbo peritonæum auelles, discesq; quonam pacto id illis organis tunicas inuolucraq; offerat. Postquam diligenter peritonæum cum suis foraminibus, uenis, arterijs, neruisq; exterius perpenderis, [n] nouacula aut cultello à sinistro mucronatæ cartilaginis latere deorsum ad sinistram usque umbilici sedem sectio in peritonæo ducenda est: mente adhibita, ne cultello altiùs impacto quicquam subditorum uulneres. Hinc ab umbilico eandem sectionem modicè sinistrorsum inclinantem ad pubis usque regionem (ut aliquo interuallo ab illius medio in sinistrum latus deuiet) tentanda est. Insuper in hac sinistra peritonæi sede è directo umbilici transuersam sectionem uersus sinistrum ilium molieris, & superiorem eius peritonæi sedis partem ad costas, inferiorem uerò uersus coxam reflectes. Leuata autem nunc, sursumq; nonnihil reuoluta, seu dextrorsum inuersa peritonæi dextra sede, [o] uenæ ex umbilico in iecur pertingenti animum adhibebis, hancq; quà iecori proxima est, & ubi duntaxat à peritonæo abscedit, sinistra manu apprehendes, & acutiori cultello inter ipsam & peritonæum iniecto, transuersis sectionibus eam ad umbilicū sen sim accedens à peritonæo diuides. Quò quum perueneris, non dissecta uena, ab umbilici dextro latere ad ilia usque sectionem in peritonæo duces, [p] eam peritonæi partem, quæ nunc libera est, super dextri lateris costas reflectens. Cæterùm iam adhuc una peritonæi pars, quæ in dextro latere inferior est, umbilico connata manet, nondum ve libera pendet: quare ut & hanc liberes, neque aliquid interim uities, umbilico sinistra manu comprehenso, ab ipsius dextro latere, sectio in hanc peritonæi partem ad pubis usque regionem facienda est, quæ digitorum aliquot latitudine à pubis ossium [q] commissura in dextrum declinet. Inuersa modò peritonæi particula, quæ triangularis adhuc ab umbilico ad pubem ac uesicæ [r] fundum pertinet, [s] tres quasi funiculi inuicem appositi, atque illi peritonæi parti interius adnati uisuntur, qui studiosè cultello acutiori ab ea sunt diuidendi, ab inuicemq; postea attentè dirimendi, ne in homine uersus pubis ossa nimiū liberè sectionem producens, uesicæ fundum uulneres. Hominis nanque uesica, eo quòd tota anteriori sede peritonæo connascitur, multaq; pinguedine obducitur, dissectionum rudibus ita imponit, ut hic uesicam collocari ignorent: uesicam quærentes, quæ ipsis in hominibus perinde atque in bobus & canibus libera occurrat. Quum itaque hæc non oscitanter expenderis, medium funiculum uesicæ fundi medio innasci, & nusquam à peritonæo abscedere obseruabis: reliquos autem duos secundum uesicæ latera deorsum, penitiusque ad [t] arterias per pubis ossium foramina in crus delapsuras porrigi conspicies, modò eos à peritonæo acutiori cultello ad illorum usque continuationem liberare non pigeat. Medius funiculus, meatus est, quo è uesica, quum utero gerimur, urina inter duas fœtum inuoluentes tunicas excernitur. Reliqui autem duo, arteriæ sunt, quibus præcipuè naturalis fœtus calor recreatur. Verùm neque hæc tria [u] corpora, neque [x] id quod iecori inseritur, ullam nunc cauitatem habere uidebuntur, sed planè emortua aridaq;

Ossa abdominis musculorum. Venarū, arteriarū, neruorum per abdominis musculos repentium. Peritonæi à partibus extrinsecus ipsi commissis liberatio.

Apertio peritonæi, & unæ uasorū umbilici administratio

e *fi. cap. 6 lib. 3 à radicibus uenarum L et I. deinde aliqua ex parte etiam P, R.*
f *fi. ca. 6 li. 3 ab L et Γ*
g *fi. ca. 12 li. 3 à G & 7. aut in 6 mus. tab. a, e, f.*
h *2 fi. cap. 11 lib. 4 θ, λ, char. 50, 51 &c.*
i *Quemadmodū 1 fi.*
k *7 musc. tab. Δ.*
l *7 muscu. tab. t, u, x.*
m *Quemadmodū in 17 fi. k ab l diuulsum est.*
n *tāquam ex prima figura paraturus secundam.*
o *2 fi. F, G*
p *2 fi. A.*
q *ultima rum fi. li. 1 5.*
r *2 fi. N.*
s *2 fig. M, K, L.*
t *fi. ca. 12 li. 3 per tur inter ξ & ς.*
u *2 fig. M, K, L.*
x *2 fi. F, G.*

& multo adipe enutrita ac ueluti funiculi apparebunt. Vnde etiam alios Anatomes latuerunt proceres, ea omnino penitusq; aboleri in natis hominibus, quemadmodum in canibus ferè accidit, asserentes. Cæterùm posteaquam uenæ ab umbilico iecori insertæ implantionem sedulò inspexeris, integrum est, eam cum umbilico, quem hactenus seruasti, deinde & tres alios funiculos resecare, animaduersoq; peritonæi ad uesicæ fundum [y] connexu sectionem ad omentum conferre. Reliqua enim quæ in peritonæo adhuc uidenda supersunt, nisi paulatim organa hoc obcincta abstuleris, uidere nequis. Porrò priusquam aliquid loco dimoueas, omenti situs uenit obseruandus, num scilicet ut in canibus & porcis, atque adhuc multo magis in simijs, ad pubem usque id sub uesicæ posteriori sede [a] exporrigatur: an uerò (uti non infrequenter obseruatur) uersus siniſtrum latus [b] reuolutum, sursumq; etiam supra mediam intestinorum sedem contractum occurrat. Si postremum illud inueneris, utraque manu humilius omenti extremum modicè eleuabis, ac sensim æqualiter deorsum detrahens, id omnibus intestinis ad pubis usque os obtendes. ita enim quantum sit, quodq; interdum [c] ad inguina & scortum, ac [d] inter uesicam & uteri ceruicem deuolui possit, condisces. Vt uerò omenti ad colum intestinum, quà uentriculo id exporrigitur, [e] connexum cernas, duabus rursus manibus humiliorem omenti finem sursum ad pectoris os attolles: & priusquam inferioris omenti membranæ partem, quæ ueluti ex tertia coli intestini tunica enascitur, à colo liberabis, omentum quàm possis maximè pectori obtendes, ac intestinorum situm summa qua poteris industria solis utens manibus inuestigabis: & primùm anteaquam alicuius intestini locum perturbes, ipsa ut se eleuato iam omento spectãda [f] offerunt, ad amussim contemplaberis. Simulatque igitur id accuratè ac non obiter profectò obseruaueris, dextram manum recto intestino, [g] quà id ossis sacri incumbit initio, accommodabis, & siniſtra manu tenuia intestina leuiter in dextrum deprimes, non quidem omnia, sed eorum partem quæ dextræ manui quum à recto conscendes, in progressu erit uicinoir. Ad hunc itaque modum siniſtra dextræ famulanti, à recto intestino sensim dextram colo admouebis, & [h] secundùm ipsius ductũ reuolutionesq; ad siniſtri renis sedem, ac hinc ad lienem & fundũ uentriculi pertinges. quò quum perueneris, mutato manuum ministerio, siniſtra colum est apprehendendum, dextra uerò tenuia intestina in siniſtrum modicè depellenda, quousque omnem fundi uentriculi sedem, iecurq; superaueris, & colum sub dextri renis regionem (ubi finit) deduxeris. huc quum pertigeris, siniſtra manu coli termino modicè subleuato, ac [i] cæci intestini situ, formaq; similiter obseruatis, dextram quoque manum huic coli termino accommodabis: & utrisque manibus sibi proximis, ijsdemq; ab intestinis nunquam remotis, [k] à colo mox ductum ilei intestini, & dein ieiuni sequeris, quod factu longè est facillimum, usque dum perueneris ad ieiuni principium, quà sub colo retorquetur, ac dorso quodammodo alligatum, [l] duodeno continuatur. Quapropter ut uni uersus intestinorum ductus tibi occurrat, dextra adhuc ieiunum complecteris, siniſtram uerò inter iecur & dextram uentriculi sedem intrudes, duodeni intestini inquirẽs principium: quod ubi inueneris, deorsumq; secundùm ipsius incessum siniſtra descẽderis, ieiuni intestini principium, & quæ illi proxima est pars, quãq; dextra adhuc amplecteris, etiam innotescet. Si modò lubet (quod & faciendum maximè consulo) poteris à ieiuno ad ileum, & hinc ad cæcum ac colum, & à colo ad rectum contrario ductu, intestinorum situm secundò examinare, nulla interim (ne quid uulneres) facta auulsione. Perpenso intestinorum situ, ac ijs utcunque in suum locum repositis, omentum rursus intestinis est obuoluendum, uentriculiq; & iecoris & lienis situs uenit examinandus. Primùm itaque inter septum transuersum & iecoris gibbum, manum inferes, ut illius gibbum [m] ligamentaq; in conspectum ueniant: ac quo nam pacto ex præcipuo iecoris ligamento tenue ipsius inuolucrum nascatur intuearis, manum transuersim hinc inde ducens. Deinceps inter iecoris cauum & dextrum uentriculi latus siniſtram manum, dextram uerò inter septum & latus uentriculi siniſtrum impones: paulatimq; inuicem adductis manibus, ad uentriculi [n] superius orificium accedes. quod in conspectum ueniet, si modò iecur siniſtra sursum nonnihil protruseris, & dextra corpus uẽtriculi deorsum cõpresseris, atque una eademq; opera iecoris cauum ac uniuersum ipsius situm obiter examinaueris. Præterhæc, ea quoque operatio uentriculi sedem etiam accuratè commonstrabit, dummodo hinc inde nunc iecur sursum trudens, nunc uentriculum deprimens, manus ducere non detrectes. Lienis porrò sedem adinuenies, si inter siniſtrum uentriculi latus & septum transuersum siniſtram manum immiseris, uentriculumq; cum colo intestino hàc excurrente, in dextrum latus attraxeris. siquidem tunc superius lienis latus & dimidium ipsius caui sese uisui [o] offerunt: dein si dextram manum inter lienem & septum transuersum mediam immiseris, lienemq; modicè eleuatum uersus uentriculum protruseris, ipsius quoque [p] gibbum apparebit. Quo tamen hæc omnia leuiori negocio conficias, non erit inutile, interdum aliquod costarum interuallũ arcto uulnere ad thoracis usque cauitatem pertundere. Simulatque enim thoracem uulneraueris, septum transuersum deorsum concidens, insigniter flaccescet: quantumuis etiam uehementer antea tensum, sursumq; attractum, iecur & uentriculum in thoracis amplitudinem sursum duxerit; difficilemq; horum inspectionem ob id parauerit. Cæterùm omenti membranæ iam inuicem sunt [q] dirimendæ, quod fiet, si dextram manum omento subieceris, hacq; inferiorem membranam, siniſtra uerò superiorem apprehendere, trahereq; studueris. hæ enim ocyus inuicem dirimuntur, marsupij, seu sacculi speciem commõstrantes: quas uisa, inuicem membranas adeò diuelles, ut alicubi lacerentur, commodeq; manum in illarum cauitatem inseras, & utrinque in lateribus, & humiliore omenti fine superiorem membranam ab inferiore discerpas. Nunc inferiorem membranam intestinis exporrectam finere conuenit, & superiorem adeò pectori supertendere, ut elatiùs uentriculum è sua sede eleuet. quòd si non successerit, sodalis manu id facias oportet, ut commodè inferioris omenti membranæ exortus, queq; per ipsum feruntur organa, in conspectum [r] ueniant: ac discas pariter, quo nam pacto hæc in hominibus colo intestino mesenterij uice sit, tota ea sede [s] quà

Vmbilici uasorũ præsectio.

Omẽti situs obseruatio.

Intestinorũ situs examen.

Ventriculi, iecoris et lienis situs examen.

Qui iecur uẽtriculus, lien, prius ueluti in thoracis cauitatẽ tracta, deorsũ decumbere possint.

Omentum qui diuellẽdũ, ipsiusq; ortus inuestigandus, una cum uasis illo sufful tis.

y 2,3 fi. & 24 fi.

a Vt QQ in 2 fi.

b Vt infe rior mem brana c, notata in figur.

c per q 22 figur.

d Inter I & L 24 fi.

e refertur 5 figura.

f ut in 6 fi.

g Ad T & Y 6 et 8 fi.

h Secundi 8 figu. T, S, R, Q, P ad N. aut 6 fi. R, Q, P, N.

i 6, 7, 8 figur. O.

k Ab N per M ad L, K usque 7 fi.

l 7 fig. ab I ad K 11 fig. sub S.

m 6 fi. C. 12 fig. O.

n 12 fi. R.

o ut 1 ta. fig. 19 spectatur A.

p tota 3 ta. fig. 19.

q Corpus ad imaginem 3 fig. parauum.

r fig. e, e, e. 5 fig. A, A.

s a P ad Q 6 fig.

quà colum uentriculi fundo attenditur. In hac enim membrana ubi uentriculo substernitur, minor portæ uenæ truncus ferri, suosq; in quos digeritur ramos educere, [t] apparebit. Deinde præter portæ truncum conspicietur arteria quæ lieni, uentriculo, iecori, bilis ueſiculæ, & ipsi demum omento surculos deriuat. sic quoque hic occurret arteriæ radix, quæ superiori sedi mesenterij disseminatur: & dein nerui duo, quorum dexter iecori, bilis foliculo, & dextræ fundi uentriculi sedi, & hac quoque parte omento spargitur: siniſter uerò lieni & siniſtræ fundi uentriculi sedi, ipsiq́ue siniſtræ omenti parti distribuitur. ante hæc, omnia in humiliori omenti membrana, quà uentriculo subiacet, corpus glandosum cernitur, uasorum & neruorum seriem in illa muniens. Hæc obiter, neque ullo adhibito cultro, in præsentia sunt intuenda, & solis manibus summisq́ue digitis superior omenti pars ipsius ve [u] circulus diligenter est inquirendus: quem obseruabis, si uentriculo, sodalis opera semper eleuato, ac uelut ad superiora truso, ab ipsius fundo deorsum uersus iecoris cauum, ubi omentum simul multa colligat corpora, & hinc per dorsum quà arteria magna septum permeat, ac insuper secundùm lienis cauum ad uentriculi fundum usque deueneris. Hoc enim ductu superior omenti describitur circulus: aut si illud sacco marsupio ve assimilaueri-
mus, eius orificium. Quo nam pacto autem ipsius ortum adinuenias, paulo pòst dicam. In præsentia enim uentriculo in suum locum repositò, illum in siniſtrum latus cum inteſtinis trahi [x] curabis: iecur uerò, ut ipsius cauum adamusim uideas, in dextrum & uelut sursum protrudes. deinde postquam obiter bilis ueſiculam contemplatus fueris, sectionem omnium totius corporis mihi moleſtissimam maximeq́; operosam aggredieris. Bilis namque meatus, & neruorum & arteriarum uenarumq́; rami (qui omnes simul inferiori membrana omenti ad cauum iecoris colligantur) nunc ueniunt retusiori cultello examinandi, ne acutioris cultelli mucrone uenam quampiam pertundas, sicq́; omnia cruore obliteres. Offertur itaque primùm neruulus ab humiliori uentriculi orificio iecoris cauo insertus, qui à sexti neruorum cerebri paris propaginibus superius uentriculi orificium adeuntibus pendet. Vbi hunc à uicinis organis diremeris à mẽbranarum connexu diuidendus est alter neruus, qui uno ramo iecoris cauum, altero autem bilis ueſiculam accedit. Huic neruo arteria attenditur parem cum illo efficiens distributionem, ac mox post neruum liberanda. Huius uerò, ut & nerui initium, paulo pòst inuenies. nunc enim sat est, hęc inuicẽ iuxta iecoris cauum separare, inibiq́; eorum seriem discere. Sub arteria, bilis ueſiculę meatus consistunt, à portæ uena iam liberandi: primùm duo illi, qui ex iecoris cauo ex multis surculis colliguntur, & ilico in unum coeunt meatum, qui una parte in bilis ueſiculam, altera in duodenum inteſtinum fertur. Vbi hos à portæ uena ad inteſtinum usq; & bilis ueſiculam diuulseris, illam pollice adeò comprimes, ut meatus bile turgentes commodius appareant, & num quis meatus ab hac ueſicula in uentriculum pertingat, animaduertas: quem si non inueneris, acu meatum in inteſtina properantem leuiter pertundes, ut profluens bilis argumento sit, nullum processum ab illo meatu tibi incuria præfectum. Postremò [l] uena portæ hic est examinanda, ac ilico atque ipsius circunscriptionem quà ex iecore prodit animaduerteris, propagines illius obtusiori cultello sunt inquirendæ, semper arteriæ & nerui, qui uenæ per uniuersam illius seriem attenduntur, diligenti habita ratione. Primùm itaque surculos portę aggredieris, qui bilis ueſiculę exporriguntur: deinde eum qui ferè citra arteriæ consortium in dextram uentriculi sedem, iuxta ipsius inferioris orificij posteriorem regionem modica ramorum serie digeritur. Hunc subsequitur, qui dextram fundi uentriculi partẽ & medium superioris omenti membranę perreptat. Post hunc, qui duodeno nobis uocato inteſtino deriuatur, quem secundum inteſtini longitudinem in [m] corpus quoddam glanduloſum carneumq́; descendere obseruabis, si modò (uti iam monuimus) retusiori cultello uenam, illiq́; accumbentem neruum, arteriamq́; nudare studueris. Modò magnam portæ [n] distributionem deteges, truncum, qui mesenterium adit, obiter tantum expendens. Atque hoc in præsentia relicto, ad truncum qui lieni potiſsimùm exporrigitur, te conferes. Vtq́; ipsum commodè uideas, uentriculus & inteſtina tibi ueniunt ad eum [o] modum aptanda, quo situabantur dum inferiorem omenti membranam spectaturus, uentriculum sodalis manu sursum attolli, & inteſtina deorsum premi curares. Patente itaque nunc tibi superiore sede humilioris omenti membranæ, accurata cura ramos omnes minoris portæ trunci examinabis, quos omnes aut uentriculo, aut lieni, aut ipsi omento, coloq́; inteſtino in homine exporrigi adinuenies. Interea uerò quum ramos hos inquires, ipsosq́; à glandoso corpore illos suffulciente liberabis, omnibus ferè arteriam, multis autem neruum attendi obseruabis. [p] Arteriarum radix sese offeret in elatiſsima inferioris omenti membranæ sede, ubi etiam occurret magnæ arteriæ in mesenterium deducendæ origo: deinde utrinque unus sese offeret neruus, ad magnæ hàc descendentis arteriæ latera exiliens, ac sexti neruorum cerebri paris propaginum, quæ costarum radicibus exporriguntur, soboles. cuius ramuli unã cum arterijs dum uenas detegis, in conspectũ semper ueniunt. Iam & grandioris portæ trunci & paulo antè dictæ arteriæ & nerui per mesenterium seriẽ, & quæ inibi diuisionibus præsunt glandulas [q] inueſtigare tempeſtiuum est. Primùm itaque solis manibus inteſtina hinc inde inuicem diduces, & nunc in dextrum, nunc in siniſtrum latus reuolues, ut citra sectionẽ mesenterij naturam perfunctoriè contẽpleris. Deinde obtusiori cultellulo maiorem uenæ portæ truncum, & dictam nuper arteriam & neruum inuicem liberabis, & dein ut uniuersum ipsorum inceſſum, & glandulas diuaricationibus interiectas intuearis, unguibus unam mesenterij membranam ab alia diuelles. Quanquam id per uniuersum mesenterium haud uenit tentandum. sufficerit enim in præsenti à centro ipsius aliquot uasorum surculos ad tenuia usque inteſtiua deduxiſſe, ac mox [r] alteram mesenterij arteriam aggredi, à magna arteria ipsi post seminalium arteriarum ortum distributam. Atque hanc promptè reperies, si cum inteſtinis mesenterium in dextrum latus reuolueris, unguibusq́;, aut obtusiori cultello mesenterij mẽbranas, [s] quà id colo sub siniſtri renis sede adnascitur, inuicem dirimere conaberis. Hic enim ilico eius arteriæ

Qui organa in cauo iecoris sede posita sint spectanda.

Portæ rami unã cum arterijs et neruis illis attẽsis qui examinandi.

Mesenterij natura qui indaganda.

t Speciabũtur omnia quæ 3 & 4 & 5 figuris, characterib. insigniimus.

u 4 fi. e, e, t, o, p, ξ.

x Quodammodo 12 figurã paraturus. atque ita hic spectabis, quæ illa figura et 13 characteribus notavi, unde etiã ex illis figuris sequentiũ notas seriatim petes.

l Et hanc quoq; petes ex 12 fi. de in ex 3 simul cum 4. aut integrã seriẽ ex fig. cap. 5. li. 3. m 12 fi. i, i. n 4 fig. f.

o Prorsus ut in 3 fig. p 4 fi. β. uerum si hic notas requiris, illas omnes ex 3 & 4 fi. sumes. aut ex 3 et 4 librorum figuris uenas, arterias, neruos experimentibus.

q Partim ut in 10 fi. partim ut in 12 fi. r 22 fig. k aut fig. cap. 12 lib. 3 λ sub i & κ enatum.

s 10 fi. circa H, & illi proximum G. ac 12 fi. n aut 11 figu. ab R ad S, dein ad T.

arteriæ rami uenis commissi sese offerent, rursus suæ arteriæ radicem commonstrantes. quam ubi inueneris, ipsius diuaricationem prosequere, ut discas, qui ipsa cum uena mesenterio suffulta, recto intestino ramos exporrigat: parum modò solicitus, etiamsi uenæ huius extrema in rectum intestinum inseri nunc non intuearis: id enim paulo pòst fiet facilius. Eiusmodi itaque administratione omenti, intestinorum, uentriculi, iecoris, lienis & mesenterij situs, præterea quæ his omnibus exporriguntur uenarum & arteriarum & neruorum surculi sunt examinandi. Porrò administrationi, qua commodè quæ adhuc in illis organis uidenda supersunt, cernas, alijsq; monstres, nunc me accingam. [t] Maiusculæ itaque instar semicirculi obliquatæ acui filum, quo literarum fasciculi colligantur, traijcies, & hanc per mesenteriũ sub [u] recto intestino, ubi sacro ossi incumbit duces, & eius intestini fæcibus sursum ad coli amplitudinẽ compressis, recto intestino uinculum inijcies. absecto iam quod supereſt filo, fæces uinculo proximas ex recto intestino sursum denuò comprimes, & interuallo trium digitorum plus minus interposito, acum rursus sub recto intestino supra prius uinculum traijcies, secundò rectum intestinũ ita ligaturus, ut inter duo [x] uincula nihil excrementi sit reliquum. Deinceps nouacula rectum intestinum inter duo uincula diuides, & superiorem ipsius partem sensim à mesenterio obtusiore nouacula (ne fortassis negligentior intestina uulneres) resecabis: & dehinc colum, ileum, ieiunum continuò à mesenterio ad ieiuni usque [y] principium liberabis, intestinaq; in peluim repones. In hac functione coli intestini supra renum [z] pingues tunicas cõ nexus sedulò est animaduertendus, unà cum uasorum frequenti serie sese in intestina implicante. Vbi uerò ad ieiuni usque principium pertigeris, id perinde atque rectum, duob. uinculis intercipies, ita ut elatius uinculum [*] insertioni meatus uesiculę bilis proximum sit, non autem elatius conscendat. Intestina à uentre libera, alicui ægrorũ in xenodochijs ministro, quales hic sectioni adhibemus, abluenda offeres: ut si uisum fuerit, ablutorũ iã [a] tunicas & longitudinẽ examinare queas. Patauij & Bononiæ intestina postquã abluta, scholarumq; scamnis exporrecta essent, aliquando instar uesicæ inflari curauimus: ita enim non solũ longitudinẽ, quæ omnibus uix eadem est (quanquã quatuordecim ulnas ferè æquet) uerùm formã ac amplitudinẽ facile didicimus. Intestinorũ quoq; tunicas, illis adhunc modũ exporrectis, inquirere est longè facillimũ. apparet enim mesenterij pars intestinis proxima, quæ ex duabus constat membranis, una superiori, altera inferiori: quas si unguib. ab intestinis dirimes, qui tertiã intestinorũ efficiãt tunicã intueberis: ac qua ratione hęc à peritonęo pẽdeat, ex mesenterij ortu disces. Hac tunica ab intestinis distracta, obtusiori nouacula sectionem secundùm intestini lõgitudinem duces, studiosè præcauens, ne id prorsus in ipsius usq; cauitatem pertundas. Huius insuper sectionis labra unguibus diuelles, & absque negocio secundam intestinorum tunicam ab intima liberabis, præcipuè si id iuxta rectum moliaris. in tenuibus enim intestinis, tunicæ non ita facile in conspectum ueniunt, quas etiam illic, ubi propè uincula intestina transuersim [b] diſsecuisti nonnunquam examinare, nihil prohibet: quum illorum, ac in primis recti intestini, tunicæ in ea sectione mutuò soleant abscedere. Imò nunc integrum est, quouis tandem pacto, ac ubicunq; uisum erit, intestina diuidere: illisq; inuersis, unicum eius [c] intestini, quod nos cæcum à ueteribus nuncupatum arbitramur, foramen, orificium ve expendere. Porrò interdum, priusquam uasa in iecoris concauo occurrentia, & humiliori membrana omenti suffulta, aggredieris, necessum erit intestina è corpore ad eum quem dixi modum à mesenterio deraſa, eximere: idq; tunc potissimùm, quando publicam obibis sectionem, in qua diutius quàm tibi ex usu esset, intestina fortè asseruarentur. Vtcunque uerò feceris, iam uentriculus sectionis serie est adeundus: quem tunc quoque, dum in sectione diutius propter spectantium commoda est morandum, unà cum liene auferre cogor, [d] neruis tamen elatiori ipsius orificio insertis, diligenter prius examinatis. Aliàs enim uentriculum tantisper relinquere consueui, quousque omnia ferè in thorace contenta organa absoluissem, quo uentriculi orificium, ipsiusq; nerui opportuniùs commodiusq; unà cum stomacho tunc expenderentur. Meritò igitur in præsentia, quo nã pacto uentriculum nũc ritè eximas, docebo. quum uerò stomachum in thorace aggrediar, qui nam uentriculum adhuc in corpore asseruatum, debitè administres, subijciam. Vnguibus itaque, quantum fieri licet in homine, peritonæum à septo transuerſo ad uentriculi usque superius orificium [e] auellere conaberis, ut tertiæ uentriculi tunicæ uideas principium. Quod ubi paululum ab illo uentriculi orificio liberaueris, studebis eam tunicam, utcunque etiam diuulsam, ad uentriculi usque fundum [f] deducere, ut ab ipsa superiorem omenti membranam constitui oririq; discas. Deinde acu sub superiori orificio uentriculi traiecto, uinculum sedulò nexum ipsi inijcies, paulo supra uinculum stomachum à uentriculo transuersim liberans. Nunc uentriculo sodalis manu è uentre eleuato, non tamen penitus (ne uenas rumpat) exempto, inferioris omenti membranæ & mesenterij ex peritonæo originem disces, solis unguibus hanc à dorso sensim distrahendo utens, uinculis uerò pleraque intercipiens. [g] Ac primùm simul hæc omnia, in cauo iecoris occurrunt, portæ scilicet uenæ, arteriæ, & bilis meatui: aut si lubet, singulis seorsum funiculos accommodabis: post hæc arteriarum radicibus, quæ mesenterio & inferiori omenti membranæ primùm digeruntur, illa sanè arteria non omissa, quæ sub seminalibus arterijs orta in mensenterium fertur. Atque his omnibus unum duntaxat uinculum addi sat est: quanquam duo (ut in intestinis faciendum monuimus) inijcere, nihil prohibeat. Inductis in hunc modum uinculis, uena portę, & reliqua quæ interſepta sunt, ita ut uincula in corpore maneant, diuidentur: & ocyus solarum manuum munere uentriculus cum mesenterio, liene & omento, ex uentre exempta, mensæ imponentur. ac statim [h] omenti pars lieni obnata, unguibus ab illo discerpetur: ut expendas, qui lienis tunica ab omento initium ducat. Quod uerò attentissimè, summaq; diligentia modò, uti & prius, quum lienis uentriculiq; situm obseruares, inspiciendum sit, num meatus aliquis à liene in elatius uentriculi orificium pertingat, quæq; uasorum hic habetur [i] series, etiamsi taceam, neminem ambigere reor. Cęterùm ut lienis

Qui intestina à mesenterio resecãda, & à corpore auferẽda.

Intestinorum tunicæ qui examinanda.

Ventriculus & lien & omẽtum ac mesenteriũ qui simul eximẽda, ac quæ in eo opere obseruanda.

Lienis tunica qui obseruãda, simul cum ipsius ad uentriculum nexu et substantia.

t *fi. cap. 7 lib. 2* N, N. u Ad Y & T 6 *fig. aut* H 11 *fig.*

x *Vti factum est 20 fi. ad o. aut 24 fi. ad* K *ubi etiã intestina reliqua à mesenterio resecuimus.*

y *usque ad* L *fig. 7.*

z *20 fi.* T, V.

* *7 fig.* Z. *13 a. 15* Q R.

a *Vt in 9 fig.*

b *7 fi. sub* Z. *& 8 fig. ad* M. *et 20 fi. o. & 24.* K.

c *6, 7, 8 sig.* O.

d *14, 15 fi.* T, V.

e *ut* k *diuulsum est ab l, fi. 17.*

f *2 fig.* Q Q.

g *Quodam modo ita facturus, ut 20 figurã parauimus, aut magis adhuc ut 22, aut 25.*

h *quasi* B, B *&* C *discerperes ab* A *in 1 tabula 19 fig.*

i *circa* C *14, 15 fig.*

nis

k ut in 4 tab. 19 fig.

nis ſubſtantiam obſerues, aliquot [k] ſectiones ipſi induces: & illo inter duos afferes compreſſo, ipſius ſubſtantiam ab illi inſertis uaſis, quibuſdam ſedibus ſeparabis, hac ratione uaſa aliquot ſola & lienis carne denudata ſpectaturus. Ventriculum uerò lauandum, & dein ueſicæ inſtar inflandum dabis, ut ipſius capacitatem, quæ ſanè eſt quàm maxima, intuearis: & tunicas ipſius, ut in inteſtinis faciendum præcepimus, [l] examines. illumq; poſtmodum [m] inuertas, ac bilis meatus [n] inſertionem in inteſtinum, quod adhuc uentriculo appendet, uideas. Porrò ubi hæc omnia exemeris, ſi quis ſanguis alibi effluxerit, & quæ in uentre adhuc reliqua ſunt, obliteraverit, ſpongia copioſiori aqua potius quàm aceto imbuta, ſemel atque iterum eluendus eſt. nam ſi lino abſterſeris, plus tingendo oberis. Solent enim plerunque exigui uaſorum ductus, multa adipe & membranulis obſiti, difficulter admodum in homine reperiri, idq; magis, ſi ſanguine obliterentur. Eluto itaque ſanguine, ac obiter ijs quæ adhuc in uentre reliqua ſunt, abſque ſectione inſpectis, ie cur non aggredieris: uerùm illud, uenæ cauæ exortus obſeruandi gratia, tantiſper integrum aſſeruabis, dũ cordis ſectionem unà es pertractaturus. Modò autem circa uertebrarum in lumbis regionem, membranulas primùm, quæ uelut ſecundam uenæ cauæ hàc exporrectæ tunicam conſtituunt, ad ſacrum uſque os auellere conaberis: diligenter præcauens, ne [o] dextram ſeminalem arteriam, quæ cauę corpus tranſcendit, ſimul cum membranis adimas. Eſt enim hæc tenuis, & membranæ modo albicans, multaq; pinguedine in homine obducta. Quapropter commodè admodum feceris, ſi priuſquam aliquid eorum quæ in uentre adhuc reliqua ſunt, aggrediaris, [p] arterias ſeminales inquiras: ac deinde, ne lædantur, in reliquarum partium adminiſtratione caueas. Vt uerò id præſtes acuratiùs, animum adhibebis [q] dextræ ſeminali uenæ, quà ex caua oritur: deinde & [r] arteriæ exortui, quæ inferiorem meſenterij ſedem adit. Inter hęc duo organa partim aſcendens, partim deſcendens, niteris obtuſo cultello cauam uenam ex ſiniſtro ipſius latere ab arteria magna dirimere, membranoſis fibris, quorum interuentu hæc uaſa committuntur, diſſectis. In hoc itaque opere duarum ſeminalium arteriarum radices in conſpectum uenient, quæ quò arteriæ porrigantur, commonſtrabunt, ſi modò ab exortu eas ex membranulis, quibus inuoluuntur, ad ſeminales uſque uenas ſedulò, nullaq; in trahendo facta ui liberaueris. Hæc ubi præſtiteris, uenaq; caua, & magna arteria, ut commodiùs in conſpectum ueniant, membranulis, quibus paſsim integuntur, fuerint detectæ, ramos quos in ipſo per uentrem ductu emittunt, examinabis, [s] eos primùm expendens, qui pinguibus renum tunicis membranis ve offeruntur: ac dein cauæ uenæ propaginum, ſanguinem ſeroſum renibus deferentiũ [t] initia. quæ ubi inueneris, uenæ cauæ propaginem dextro reni propriam ſuis membranulis deteges: & deinde eius renis pinguem membranam unguibus lacerans, quo pacto ren illi [u] inuoluatur, diligenter examinabis. Denudato rene, [x] urinarius meatus, quà ex rene prodit, cultello eſt inquirendus: deinde & arteriæ magnæ propago, dextrum renem accedens: quò ſimul integer ren, & uena, & arteria, & urinarij meatus principium conſpiciantur. Licebit autem modò totam renis naturam examinare, aut quouſque alia quædam diſſecueris, renem relinquere. [y] Vtcunque uerò id nunc, aut poſtea feceris, uenæ cauæ, arteriæq; magnæ propagines uinculis iuxta dextri renis cauum intercipi debent: & deinde nouacula acutiore ſectio recta ſecundùm renis longitudinem in ipſius gibbo uerſus cauum eſt ducẽda: renq; ita bipartitus, uenit aperiendus: ſanguiſq;, ſi quis occurrat, ſpongia madente eluendus. Ita enim ilico renis ſinuum natura, deinde & urinarij meatus in rene principium ſeſe offerent, niſi cadauer nactus fueris obeſius. Solet enim pinguedo in ſecundo humani renis ſinu collecta, impedimento eſſe, cur minus ſinuum natura integrè ſecanti ſpectetur. Quapropter operæpr ecium fuerit, canis aut capræ renem diligenter prius examinare, & ex illo dein humanum cognoſcere. Diuiſo igitur ſecundùm gibbum ſeu exterius latus rene, primùm ſinus ſecundi, in quem urina colatur, latera digito inquires: & foramini quod in medio ipſius, ſeu in primi ſinus, membranei ve renum corporis externo latere apparet, ſtylum immittes, qui in urinariũ meatum uerſus ueſicam facilè protrudetur. Deinde ubi membranei huius corporis, primi ve renis ſinus anteriorum ramorum cum poſterioribus ramis coitum, qui non procul ab externo renis perficitur latere, obſeruaueris, ut illorum ramorum ductus, & primi ſinus reliquum corpus, & ſecundi ſinus formam naturamq; adinuenias, dicta ſectione diuiſum & adapertum renem uiciſsim claudes & recludes, quo mutuus nuper dictorum ramorum coitus manifeſtius appareat. dein ſtylum ſecundo ſinui indes: & ubi ipſius formam expenderis, ab anterioribus primi ſinus ramis eam renis abſcindes ſubſtantiam, quæ poſteriori illarum ſedi obnaſcitur: à poſterioribus autem ramis eam adimes, quæ illarum anteriori ſedi continuatur, ut modò primus ſinus integer appareat, cui nũc ſtylos, quo illum adhuc exactiùs cognoſcas, indere poſsis: & admirari, quàm ridicula ab Anatomes profeſſoribus de renum officio fuerint hactenus prodita. Cæterùm tunica præter pinguem membranam, renem inueſtiens, facilè tibi occurret, ſi ſectionis in renis gibbo ductæ labris animum adhibueris. Solet enim ea tunica ibidem tunc nonnihil à renis ſubſtantia abſcedere, & dein promptè ad renis uſque cauum unguibus diuelli, ac qualiter hæc è renis uenæ & arteriæ aſcititijs membranis pronaſcatur, conſpici. Hæc ubi in dextro rene intuitus fueris, ſiniſtrum quoque ſua pingui membrana liberabis, & uenæ cauæ & arteriæ magnæ ramum uerſus ipſius cauum excurrentem inueſtigabis: animum, priuſquam aliquid diuellas, [z] ſiniſtræ ſeminali uenæ adhibens, quam ex medio uenæ cauæ rami ſiniſtrum renem adeuntis ductu enaſci, citra ſectionem conſpicies. Vt uerò ritè intuearis, num à renis ſiniſtri quoque [a] arteria, ſeminale uas originem ducat, obtuſo admodum cultello (niſi fortè ſecandi peritior fueris) membranulas à renis uena detrahes, & accuratè aliquouſque uenæ ſeminalis principium quoque à membranulis liberabis: dein renis uenam ab arteria nonnihil deorſum reflectes: numq; ex toto arteriæ ductu ramus, qui cum ſiniſtra ſeminali uena exporrigatur, principium obtineat, inquires. Vbi uerò hunc non inueneris, ſiniſtro rene pari ratione cum dextro (ſi modò illum ſecuiſſe non ſuffecerit) aggreſſo, reliquæ ſeminalium uaſorum conſtru

Ventriculi capacitatis & tunicarum examen.

Seminales arteriæ qui in ortu obſeruandæ.

Cauæ uenæ & arteriæ magnæ ſeries, in peritonæi amplitudine factæ, qui obſeruanda.

Renum tunicarum, totiusq; adeò eorundẽ fabricæ examen.

Vaſorum ſeminalium ſiniſtrũ teſtem petentium ortus examen.

l ut in 17 figura.
m ut in 16 figura.
n 15 fi. R.
o 20 fig. h ſuper Q. 25 fig. g ſuper P.
p 20 fi. h, i. 25 fi g, h.
q 20 fi. f. 25 fi. d.
r 20 fi. k.
s 20 fi. X, Y.
t 20 fi. a, b. 22, 23 fi. m, n. 25 fi. T, V.
u Cõfer renes 20 figuræ cum renibus 22 fig. x 20 fi. c, d. 22, 23 fi. q, q. 25 a, c.
y Hic ſectionis ſerie diligenter obſeruabis tabellas figura 21.
z 20, 25 fig. e.
a 22, 23 fi. uena notatur m, cui attenditur arteria.

ctioni

ctioni attendito. [b] Arteriarum itaque, & [c] siniſtræ uenæ originem iam prius indagaſti, ac [d] dextræ etiam uenæ principium citra ſectionem à caua oriri conſpicis. Vbi igitur uaſorum ortum didiceris, & uenas ad arterias uſque ſenſim, ex membranis ipſas liberans, deduxeris, ſi maſculi obrigerit corpus, penis cutem & ſcortum à teſtibus adimes. Primùm itaque à pubis oſſe rectam ſectionem per penem in cute duces: & deinde eius ſectionis labris hamulo aut unguibus eleuatis, cutem cum carnoſa membrana à pene [e] auferes, adamuſsim conſiderans in cutis extremo, ipſius cum carnoſa membrana coalitũ, & carnoſæ membranæ ſub glande à penis corporibus abſceſſum. ad hæc, perpendes ipſius ad glandis radicem ligamentum: deinde & uenas, cutem eam adeuntes: poſtremò, nullam pinguedinem adipem ve inter cutem & carnoſam membranam, ut neque in palpebris, hic reperiri. Pene detecto, & diductis cruribus, à pubis oſſe inter inguina & ſiniſtrum teſtem ſectio ad podicem uſque ducenda eſt: & deinde cum penis cute ſcortum à teſtibus & interfeminio liberandum, ſectionibus ſemper uerſus dextrum latus deductis. Quum uerò teſtes cute carnoſaq; membrana nudas, ne illos ſuo loco moueas, inuertas ve, accuratè obſeruandum eſt. Quum primùm enim cute nudati ſunt, ipſorum ſitum, & qua nam potiſsimùm parte uaſa ſeminalia illis applantentur, indagare oportet: ut Naturæ diſcas prouidentiam, quæ teſtes ita collocauit, ut ipſius uaſa ſint tutiſsima, illisq; ipſi teſtes uelut propugnacula præponantur. [f] Iam dextrum teſtem cum ipſius uaſis & tunicis à ſiniſtro digitis aut cultello dirimes: & iunctis, quæ iam diducta ſunt, cadaueris cruribus, dextrum teſtem femori impones: ac mox cultello [g] uenam & arteriam ſeminales dextri lateris, uicinis membranulis ad peritonęi uſque ſedem, qua illæ [h] procidunt, deteges: hic primùm in interiori ſede peritonæi, poſtmodum in exteriori, qualiter tranſeant, ſolis manibus conſiderans. Dein ſtylum foramini, quà egrediuntur, ui ad teſtis uſque infimam ſedem protrudes, & peritonæum uſque ad foramen illud diuides. Inſuper ſecundùm ſtyli lõgitudinem cultello foramini quoque indito, ad humillimam uſque teſtis ſedem, exteriorem ipſius peculiarem tunicam ſecabis: hacq; diſtenta, explicata ve, illius à peritonæo [i] ortum, & ualidum ad humillimã teſtis partem [k] adnexum, & præterea teſtis [l] muſculum examinabis. Eius namque muſculi natura, ductus & forma in conſpectum iam pulchrè ueniunt, una cum gracilibus ramulis, à ſeminali uena & arteria in exteriorem hanc teſtis tunicam numeroſa ſerie [m] excurrentibus. Nunc itaque teſtem & uaſa rurſus hinc inde diligentiùs ſubleuans reuoluensq;, uenam & arteriam ab ipſis contermino ſemen deferente uaſe ad teſtis uſque elatiora [n] diſcernes. Vt uerò uenæ arteriæq; inſertionem adamuſsim examines, uas ſemen deferens ab intimo teſtis inuolucro ſeu tunica eſt [o] liberandum: non quidem uniuerſum, ſed ad eam duntaxat uſque partem, quæ uenæ arteriæq; finibus eſt proxima. Liberabitur autem uas ipſum facilè, ſi tranſuerſas ſectiones inter teſtem & uas illud ad ſuum uſque principium acutiori nouacula duxeris. qua adminiſtratione, uaſis etiam illius anfractus, & ad teſtis tunicam connexum, ipſiusq; ueluti poros manifeſtè animaduertes: & uenæ ac arteriæ ſurculos, intimæ teſtis tunicę oblatos, melius conſpicies. Vt uerò prorſus in conſpectum ueniant, ſanguinem ex uaricoſis uenæ arteriæq; anfractibus ad teſtem comprimes: & inſuper anfractibus uinculo, ne ſanguis refluat, interceptis, teſtem ſecundùm ipſius longitudinem diuides: & dein, qui à ſurculis per intimam teſtis tunicam excurrentibus, & ex uaricoſorum anfractuum baſi complures rami ad teſtis ſubſtantiam pertingant, qualiterq; teſti ea tunica committatur, quæq; demum ipſius & teſtis ſit ſubſtantia, obſeruabis. Atque hæc primùm in uno quidem teſte, dein in altero ſunt examinanda. Vix enim prima fronte omnibus erunt obuia, quæ hactenus tam oſcitanter ab alijs ſunt pertractata. Atque hinc etiam pari perpetuò adminiſtratione non eſt utendum: ſed quum commemoratam in dextro teſte tentaueris, integrum tibi erit, ſiniſtrum tuo arbitratu aggredi. Expenſis igitur adhunc modum teſtibus, ipſorumq; nihil reiecto, penis muſculi, & ipſius corpora, deinde ueſica, & urinarij meatus, & reliquus ſemen deferentium uaſorum ductus, inſertioq; cum glanduloſo aſsiſtente, & omnium uenis, arterijs & neruis, ſecanda ueniunt. Diductis itaque rurſus cadaueris cruribus, primùm [p] duos muſculos ab orbiculari recti inteſtini muſculo in penis radicem, & potiſsimùm in meatum urinæ ſeminiq; communem pertinentes, aggredieris. dein [q] alios duos, qui ab humiliori pubis oſsium ſede originem ducentes, penis corporibus inſeruntur, adimes: ac ilico penis corporum [r] originem examinabis, acuto cultello dextrum corpus ab oſſe, unde pronaſcitur, quàm poteris proximè diuidens. Deinceps uerò in penem excurrentibus uenis, arterijs & neruis perfunctoriè hic perpenſis, oſſa pubis inuicem ſunt [s] ſeiungenda. quod fiet ocyus, ſi ueſicæ corpus à peritonæi parte, pubis os ſuccingente, cultello diremeris, & deinde cultro quàm minimè craſſo pubis oſſium [t] cartillaginem recta ſectione penitus diuiſeris. Nouacula enim, quum iuſto craſsior ſit, illi officio non æquè eſt accommoda. Mox uno cadaueris crure in menſa relicto, & alio ab illa propendente, ita cadauer in menſa reclinabis, ut ipſius os ſacrum menſæ lateri incumbat, & ui diductis cruribus, ad trium quatuor ve digitorum latitudinem pubis oſſa inuicem ſeiungas. parum enim aptè feceris, ſi pubis oſsium portionem exemeris: quòd id & fiat moleſtè, & præter alia multos uitiet muſculos, neque ullus poſtmodum oſſium uſus ad ſceleti præparationem futurus ſit. Quapropter pubis oſsium cartilagine diſſecta, & dein ipſis oſsibus ui diremptis, primùm à renibus [u] urinarij meatus à ſuis membranis, quibus obuoluuntur, ſunt liberandi, & ad ueſicæ uſque corpus perducendi: deinde [x] uaſa ſemen deferentia, quà ad pubis oſſa deorſum in peritonęi amplitudinem reflectuntur, pari modo ad glandoſum aſsiſtentem uſque, ex pinguioribus, quibus integuntur, membranis ſunt denudanda. in quo opere, ſodalis manu ueſicam modò in dextrum, modò in ſiniſtrum comprimere eſt neceſſum: idq; maximè, quum uenæ cauæ & magnæ arteriæ [y] ſeriem hac in ſede inquires. Ea namque iam uenit expendenda: ac primùm rami, quos uena & arteria lumborum muſculis, & ſpinæ, abdominisq; muſculis, & peritonæo exporrigunt: qui omnes ſunt repertu faciles, ſi uenã & arteriã nũc in hoc nunc in illud latus ualidiùs reflectas, & [z] neruos qui ſub illis feruntur, obtuſo coltello quoque

Teſtium et penis à ſuis inuoluc ris detectio.

Teſtium ſitus examẽ.

Exterioris teſtis tunicæ apertio, uaſorumq; ſeminaliũ detectio.

Vaſorum ſeminaliũ circa teſtem, ac ipſius adeo teſtis examen.

Penis muſculorũ examen.

Penis corporum ortus, & uenarũ, arteriarum & neruorũ huc pertinẽtium examen.

Pubis oſſa qui dirimẽda.

Vrinariorũ meatuũ ad ueſicam, & uaſorum ſemen deferẽtium ad glãdoſum ueſicæ corpus uſque examẽ.

Cauæ & arteriæ magnæ diſtributionũ ſub oſſe ſacro.

b 20 fi. h. i.
c 20 fi. e.
d 20 fi. f.
e *ut fallũ eſt in* 20 fi.
f *fallurum id, in quo* 20 fi. *hic à* 22 *uariare cernis.*
g 22 fi. γ.
h 20 fig. e *et* i *in u. aut per* φ, φ 22 fig.
i 22 fi. φ φ.
k 22 fi. *iuxta* ι *nectitur* χ.
l 22 fi. ψ.
m *uti nidere eſt in u* 20 fi.
n 22 fi. *diſcernes ſ. ab* ε *uſq; ad* κ.
o *Hic ſectionem aptabis, uti* 23 fi. *uidere eſt. primùm ad* A *&* B, *deinde* H, I, *&c.*
p 1, 2 fig. *cap.* 49 *li.* 2 H, I *ab* M *ad* G.
q 1, 2 fig. *cap.* 49 *li.* 2 L, K *in* A, B.
r 2 fi. *cap.* 49 *li.* 2 C, C.
s *uti faclũ cernis* 22 fi γ.
t *ultimarũ fi. lib.* 2 5.
u 22 fi. q, q *ad* γ.
x 22, 23 fi. ν. ξ. κ. *uer ſus* ξ.
y *Vete hãc ex fi. cap.* 6, *&* fi. *ca.* 12 *&* 14 *li.* 3.
z *infimi ſurculi fi.* 2 *ca.* 2 *lib.* 4.

quoque inquiras,ac demum ad ipſorum quibus inſeruntur organa deducas : illos dico, qui teſtibus & ueſicæ fundo potiſsimùm exporriguntur. Porò rami, uenæ ac arteriæ, poſt ipſarum ſuper os ſacrum bipartitionem excurrentes,in conſpectum uenient,ſi radicibus ſemper animum adhibueris, & cultello retuſiore, ne ſcilicet ramorum aliquem uities, ipſorum ſequaris proceſſum ductumq; : & id eo leuiori præſtiteris negocio, quo noſtras uaſorum delineationes diligentiùs operi accommodaueris. Verùm ubi hæc accuratè eris intuitus,ſiniſtrum penis corpus à pubis oſſe etiam dirimito : & quàm poteris commodiſsimè ueſicam, ipſiusq; ceruicem,à recti inteſtini termino,cui fortium fibrarum interuentu hæret,diuidito,abſectis interim uenis & arterijs in ueſicam penemq; excurrentibus ; quas ſi prius uinculis fortè interciperes, parum profectò ſectioni obeſſes. Veſicam modò ſimul cum pene exemptam,alteri cruri aut aſſerculo impones:& denuò ſeminalis uenæ ac arteriæ ductum uerſus teſtem, & à teſte dein ſemen deferentis uaſis ad glanduloſum aſſiſtentem, progreſſum obſeruabis, quo denuò exactiùs ſeminalium uaſorum harmoniam ſimul ſcruteris.

a 22, 23 *fig. p.* Poſt hæc [a] muſculum ueſicæ meatui præfectum examinabis : & oblongiori ſtylo penis glandi ad ueſicæ uſque fundum impoſito, ueſicæ meatum à glande ad ipſius uſque fundum cultello ſecundùm ſtylum porrecto [b] diuides,ut ſimul ueſicæ cauitatem,& ipſius tunicam, & urinam deferentium meatuum inſertionē, & meatum ſemini urinæq; communem intuearis. Alicubi igitur urinarium meatum ex renibus in ueſicam pertinentem forato,ſtylumq; ad ueſicæ fundum uſque ipſi indito,ut [c] membranulas, meatus illius ori in ueſicæ fundo connatas,ſpectes.quanquam etiam integrum ſit, ex ueſicæ fundo ſtylum ipſis meatibus indere. Corpus uerò glandoſum,quod ſemen deferentium uaſorum ſuſcipit implantationem, ut lubet,poteris diſcindere,& quo nam pacto ea ueſicæ meatui immittantur,perquirere. Poſtremò ueſicæ ceruicem, meatū ve urinæ ſeminiq; communem, à duobus penis corporibus ad glandem uſque cultello ſecernes : ac deinde duo corpora,quoad poteris, inuicem dirimes : quamq; habeant formam, quaq; natura ad glandem uſque ſint prædita, conſpicies. Vt uerò admuſsim ipſorum excutias ſubſtantiam, peni nunc tranſuerſas, nunc longas,rectas ve ſectiones induces. Reiecta modò cum ſuis appendicibus ueſica, [d] tres recti inteſtini muſculos,& [e] uenas exquires, quæ partim à portæ uena huc deducuntur, & partim cauæ hac in ſede ſunt ſoboles. Vbi id quoque præſtiteris,recti inteſtini finem è corpore exſectum abijcies. Deinde [g] cauam uenam,quà primùm ſub iecore conſpicitur,& [h] magnam arteriam, [i] quà ſeptum tranſit,deinde ipſarum prę cipuos ramos crus adeuntes,uinculo intercipies : ut ſimul cum renibus, ſi adhuc eos in corpore reliqueris, uenas omnes,arteriasq;,ex uentre auferre liceat.ita enim peritonæi diſces ortum, & huius ſedis muſculos, & neruos quoque crus petentes (ſi fortaſsis illos poſtmodum aggredi ſtatueris) incorruptiores longè habebis. Iecur autem,ut & antea dixi,tantiſper illęſum ſeruandum eſt,quouſque cor, reſpirationisq; organa ad miniſtraueris. Interea uerò quum cauæ uenæ & arteriæ magnæ portionem in peritonæi amplitudine conſiſtentem aufers,& nihil ſanguinis fluxu obliterandum amplius metuis, licebit uaſa ſecundùm ipſorum ductum longa ſectione aperire, ut proprij illorum corporis craſsities (potiſsimùm uerò, ubi ramos ad renes & crura educunt) ſeſe offerat : & expendas pariter, num ea ad ſanguinis refluxum impediendum potius, quàm ad uaſorum robur,uti ego ſentio,conferant. Atque hæc quidem organorum nutritionis generationisq; in uiro eſt adminiſtrandi ratio : in muliere uerò erit huiuſmodi. Primùm mamillarum uiſuro naturam, [k] in cute ab ipſo iugulo deorſum ad umbilicum uſque ducenda eſt ſectio:deinde à iugulo ſecundùm clauiculam alia ad ſummum uſque humerum : cutisq; à mamillis, non aliter ac ſi in alia corporis ſede, ea ab adipe diuideretur,uenit liberanda. Mamillis cute detectis, & uenarum [l] ramis, qui à uenis brachium petentibus,illis porriguntur,perpenſis, dextram mamillam à [m] muſculo brachium pectori adducente auferto,uenarum arteriarumq; (ſi modò aliquæ occurrant)examinans propagines, ab illis quæ muſculis thoraci incumbentibus deriuantur, in mamillam aſſurgentes. Vbi mamillarum corpus à thorace fuerit liberum,& adeps undiquaque ſtudioſiſsimè ademptus, uarijs per mamillarum corpus ductis ſectionibus, ipſarum ſubſtantiam condiſcere licebit. Quanquam hæc quoque in uiro inquiri poterunt. is namque,ſi colore fuſco,& habitu ſit obeſiore,hic magna ex parte eandem cum muliere oſtendet fabricam. Dein [n] uenæ & arteriæ ſub rectis latitantes muſculis, pari modo in muliere, ac iam prius in uiro factum eſt, expendentur: reliquaq; adminiſtratio,ad uaſorum uſque ſeminalium [o] ortum, mulieri perinde ac uiro communis erit. Simulatque igitur mulieris ſeminalium uaſorum originem didiceris, ſolis manibus adinueniendus eſt [p] uterus & [q] ueſica,inſuper teſtes,& muſculi,& uenæ quoque cum arterijs uteri fundo & ceruici exporrectæ: priuſquam ſcilicet horum aliquid diſſeces,ſuis ve quibus committuntur membranis detegas. quippe prius diductis cruribus à pubis oſſe utrinq; ſecundùm pudendi colliculos ſectio in cute ad podicem uſq; ducenda eſt,ut deinceps inguina aliquouſque opportunè cute denudentur:& quæ ſectionibus intercipitur cutis,uerſus pudendum à pubis oſsibus etiam ſeparetur,uuluæq; adhuc appenſa maneat. Pubis uerò oſsium cartilaginem,ut in uiris faciendum præcepi, [r] diuides, ac illis inuicem quàm poteris maximè ui diremptis,mox culteilo [s] uenam ac arteriam ſeminales dextri lateris ad teſtem uſque ex pingui,cui obducuntur,membrana nudabis,obſeruans,ne [t] ramos ab illis,priuſquam anfractus ſuos conſtituant, ad elatiorem fundi uteri ſedem exporrectos uulneres. Poſtquam uerò [u] anfractus ad teſtem deduxeris, perinde ac in uiris, ipſorū inſertionem,& [x] deferentis ſemen uaſis proceſſum, ipſiusq; in uterum inſertionem, & teſtis ſubſtantiam formamq; examinato,uas illud ex pingui,cui inhæret, [y] membrana liberans, quæ ueſpertilionum alis imaginè multum accedit. Quando hæc in altero quoque latere obſeruaueris, animum adhibebis [z] uenis ac arterijs,inferiorem uteri fundi ſedem,& ceruicem,ueſicamq; adeuntibus, quæ in grauidis animalibus accuratiſsimè,ut & [a] illæ quæ à ſeminarijs uaſis in uterum porriguntur, utq; etiam omnia uteri reliqua,in conſpectum ueniunt,quandoquidem his ſupra modum uenæ arteriæq; turgeant. [b] Vrinarij meatus,à renibus

Muſculi cer uicis ueſicæ, ipſiusq; ueſicæ fundi & ceruicis examen.

Penis corporum.

Recti inteſtini muſculorum.

Peritonæi ortus examen.

Cuiuſmodi dictarū partium adminiſtratio ſit in muliere.

Mamillarū examen.

Vteri ac ueſicæ ſitus qui obſeruandus.

Seminaliū uaſorum examen.

Venarum uteri fundi humiliori ſedē & ceruicem petentium.

b *uti factum eſt in dextra figura 23 fig. c. 23 ſi. r.*

d 8 *ſi. a, b, c. dein d.*

e *ſi. cap. 5 lib. 3 e, e.*

g 20 *ſi. Q.*

h 22 *ſi. h.*

i 7 *muſc. tab. q.*

k *ut factū eſt in 25 ſi.*

l 25 *ſi. A, A, B.*

m 3 *muſc. tab. Δ.*

n 6 *muſc. tab. a, e, f.*

o 25 *ſi. d, e, f, g, h.*

p 24 *ſi. L.*

q 24 *ſi. T. & cætera, quemadmodum ex reliquis 24 & 25 figurarū indicib. petere licet,*

r *ut in 25 figura.*

s 25 *ſi. d, deinde g.*

t 25 *ſi. n. 26 fig. H.*

u 25 *fig. o & p ad r. aut 26 fig. I ad F.*

x 25 *ſi. ſ, t, u. & 26 K.*

y 24 *ſi. O, P. 26 E, E.*

z 25 *ſi. y. & 11 tab. ſi. 30 H.*

a 25 *ſi. n.*

b 25 *ſi. a, b, & c.*

Vrinariorũ meatuum.

in uesicam pertinentes, similiter ac in uiris, ad uesicam usque à suis membranulis sunt emundandi, & deinceps uterus cum uesica ex corpore uenit eximendus, dissectis in ipsum & uesicam procedentibus uenarũ, arteriarum & neruorum ramis, & membranulis uterũ uasaq; illa continentibus, & fibris etiam, ipsoq; adeò peritonæo, quorum interuentu uteri collum intestino recto ualidè continuatur, unà amputatis. Exempti iam uteri formam comtemplaturus, ipsius ceruicem [c] inuolues: quo unà uesicæ ceruicis in illum pertinentis foramen, & uteri fundi orificium uideas: &, modò opportunè uesicam, & ipsius ceruicem, musculumq; uesicę ceruici prefectum, longa sectione diuidas, uesicæ cauitatem, & urinariorum meatuum insertionem, uesicęq; ceruicis cum uteri ceruice coalitum inspecturus. Quo opere si puellam, aut alioquin opinione tibi uirginem secas, hymenis haudquaquam eris immemor. Insuper uteri quoq; ceruici eodẽ modo ad illius usque os longam sectionem inferes, ac acutiori nouacula uniuersum uterum secundùm latera ab ipsius orificio ad cornua usque [d] diuides: ita enim illius sinũ, substantiã, formamq; exactissimè contẽplaberis. Porrò si interdũ tibi grauidę mulieris cadauer nacto, uterũ duntaxat cum fœtu, ipsiusq; inuolucris intueri animus fuerit, ilico à mucronata pectoris ossis cartilagine, ad pubis usq; os, acutiori nouacula sectionẽ molieris, quę peritonęum quoq; penetret: deinde aliã utrinque ab umbilico ad ilia duces. Hac namque ratione ilico se uterus offeret: & si in alterũ latus illũ detruseris, uenę & arterię ipsi insertæ, supra modũ apparebunt turgidæ adeò, ut ipsarũ neque series, neque ortus latere possint. His itaque uenis & arterijs diligenter obseruatis, ac [e] uenis per humiliora abdominis cõscendẽtibus (ut scilicet, nũ unà quoque turgeant, exquiras) neutiquã neglectis, leuẽ sectionem nouacula secũdùm uteri lõgitudinẽ [f] tentabis, cauens, ne altiùs quàm uteri est crassities, illã dimittas. Post hanc alias duas, utrinque nimirũ unam molieris, cum lõga illa rectos angulos cõstituturas. Sectionũ labra unguibus apprehensa, inuicẽ modicè dirimes: & cui nam potissimùm uteri parti fœtus hæreat, expendes: ut scilicet à crassa ea, quã lienis fabricę cõparauimus, substantia, uteri tunicã dilaceres, oris nimirũ uenarũ arteriarumq; disruptis, quę ex utero in eam substantiã pertinet. Quum primùm itaque substantiæ huius amplitudinẽ connexumq; ad uterũ in ipsa diuulsione didiceris, eam cum fœtu suisq; inuolucris utero eximes, simul omnia pelui imponens: ut affusa dein aqua, subuiridis & ater sanguis & liquor diffluere abluiq; possit: qui plurimus ex ea substantia, disruptis iã laceratisq; uasis emanat: potissimùm quãdo illam cõprimes, ac ueluti rursus à fœtus exteriori inuolucro abrũpere studebis. Non leuiter enim substantia ea uenit exquirenda, uasorũq; per illam series animaduertenda. quod quũ feceris, ac cultellis ab exteriori fœtus inuolucro eã substantiam utcunque abraseris, fœtũ cum suis inuolucris mensæ imponite, & quæ exterioris huius inuolucri sit forma substantiaq;, expendito, urina, quæ illi innatat, per foramẽ aliquod, aut sectionem, qua inuolucrũ pertundes, emissa, & dein ipso inuolucro diuulso & diuerso: ut interior ipsius superficies in cõspectũ ueniat, ipsiusq; cũ interiori & molliori fœtus inuolucro nexus pateat, qui per umbilici uasa tanquã ex puncto duntaxat perficitur. Cæterùm dum exterius fœtus inuolucrũ ab interiori aufers, lotijq;, quod tantisper dum fœtus utero geritur, inter duo ipsius inuolucra colligitur, locum examinas, diligenter expende, num id uagũ inter inuolucra passim diffluat: an uerò meatus, urinam fœtus per umbilicum deducens, uti plerunque à sagaci Natura factũ fuisse comperimus, ueluti in prælongã quandam uesicam dilatetur: quæ impensè molli tenuiq; constans mẽbrana, exiguis uenulis obsita, inter duo uera fœtus inuolucra complectitur, & farcimini non uulgarib. dissectionũ professoribus fuit comparata, & in fœtus inuolucrorum classe, etsi parũ admodum tegat, commemorata. His non obiter expensis, interius fœtus inuolucrum perforabis. id namque totum iam sese offert: atque quum impensè pellucidum sit, promptè contentum in ipso fœtum, & innatantem ipsi sudorem, spectandum præbet. Longa igitur sectione est diuidendum: ac extracto fœtu, emissoq; sudore, inuertendum: quò omni tandem ex parte eius intuearis fabricam, umbiliciq; uasa peritè aggrediaris. Venam dico, & arterias, & meatum, quo fœtus urina expurgatur: quæ mutuò sunt accuratè seiungenda, ac rursus ad inuolucra fœtus referenda. Abscisis modò umbilici uasis, unà cum fœtus inuolucris, & fœtu in mensam extenso, à clauiculis per molles costarum cartilagines ad pubis usque os sectionem, sed in sinistro magis latere, molieris, quæ in thoracem, & peritonæi usque cauitatem pertingat. [g] Deinde ab umbilico uenam in iecur, & arterias ad suos, quibus continuantur, magnæ arteriæ ramos, & meatum urinam fœtus educentem ad uesicæ fundum, paruo admodum negocio, quum scilicet nullo impedieris adipe, perduces, omnemque fœtus administrationem absolues. Nisi etiam uisum esset hic unà inquirere, num in fœtu peculiaris aliquis processus [h] à uena caua ad uenalem arteriam, & [i] ab arteria magna in uenam arterialem pertineat. Quandoquidem uerò prægnantes mulieres uix unquã ad publicã anatomen obtinemus, hanc quæ ad fœtũ priuatim spectat sectionẽ, in brutis animalibus experituri, ea subinde in scholis proponimus: quemadmodũ Galeni etiam occasione, toti alioquin sectioni illa quoque adhibemus animalia, quib. scripta ipsius in primis cõuenire arbitramur. Atq; ita ad acetabulorũ examen, quũ uterum muliebrẽ qualemcunque tandẽ tractabis, capra aut ouis, quę nõ ita pridem concepisse colligetur, operi est accõmodanda: ut dissecto huius utero, sinus illi appareant, quibus acetabulorũ nomen ex merito, primoq; à Veterib. fuit inditum. Tubercula uerò illa, ex quib. sinus isti cõsurgunt, in uaccę aut caprę nõ prægnantis utero, quauis tandẽ ratione adaperto, sunt inquirẽda. Vasorũ autem ab utero in secundinã pertinentiũ, & carnis illius quæ ipsis circumnascitur, inuestigatio, in brutis quę partui iã sunt proxima, rectè tentabitur, & in mulieribus, & illis, quod ego hac in parte proposui, discrimẽ perquiretur, pari omnino aggressu, quo mulierẽ utero gerentẽ administrari uoluimus. Hactenus itaq; partiũ hoc libro descriptarũ dissecãdi rationẽ absoluimus, & corpus nobis præcipuè propositũ, in ea sectionis serie reliquimus: ut ad cęterarũ partiũ, quas simul modò nõ plenè inspeximus, demonstrationẽ, neutiquã futurũ sit inutile, quã ultimo sexti libri Capite, & penultimo septimi, nos pertractaturos promisimus.

Fœtus, ipsiusq; inuolucrorum examen.

Vmbilici uasorum examen.

Acetabulorum examen.

[c] *ut in 26 figura.*

[d] *ut in 27 figura.*

[e] *1 fi. 1. 25 fi. x. fi. cap. 6 lib. 3. f.*

[f] *uti facilè est in 11 tab. fig. 30. & hæc omnia seriatim ostendũt reliquæ tabellæ eius figura.*

[g] *ferè ut 1 figuræ F, G, M, K, L.*

[h] *à c figura 5 libr. 6 in G fig. 6.*

[i] *ab O in 1 figura 6 libri 6.*


LIBRI QVINTI FINIS.

ANDREAE

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI
FABRICA LIBER SEXTVS,

CORDI IPSIQVE FAMVLANTIBVS ORGANIS DEDICATVS,
AC MOX IN FRONTE FIGVRAS SIBI PROPRIAS OFFERENS,
quo minus & hic quoque eædem figuræ uarijs Capitibus paſsim præfigantur.

PRIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



PRIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

PRAESENS figura tantam hominis in dorſo cubantis partem ex ſiniſtro latere commonſtrat, quantam oſtendendæ thoracis ſedi ſufficere arbitrati ſumus. Ab interiori itaque thoracis ſede, & lateribus, ac dein ab aliqua colli regione cutem primùm hic ademimus: ac dein muſculis, qui coſtis obducuntur, reſectis, coſtarum oſſa à ſuis cartilaginibus unà cum pectoris oſſe liberauimus: & coſtarum oſsibus (ut inter ſecandum fit) effractis, coſtarum cartilagines ſurſum uerſus dextrum latus attraximus: ut thoracis cauitas, hancq; interſepientes membranæ, & pulmo, reliquaq; in conſpectum uenirent, quæ modo in characterum Indice ſignificabuntur.

A, A *Siniſtri lateris coſtarum indicantur cartilagines, unà cum pectoris oſſe, dextrorſum ſurſumq; tractæ.*

B, B *Intercoſtales muſcu li, interualla cartilaginum occupantes.*

C, C *Coſtarum à cartilaginibus ſeiunctarum oſſa.*

D, D *Intercoſtales muſculi, interualla oſsium adimplentes.*

E *Clauicula hic nuda, atque in ſua ſede adhuc aſſeruata, cernitur.*

F *Venarum, arteriarum, neruorumq; in axillam perreptantium ſeries.*

G *Exterior iugularis uena hic, mox auulſa cute, ſecantibus occurrens.*

H, H *Siniſtra thoracis cauitatem interdiuidens membrana, ſuperficie ipſius ſiniſtra hic conſpicua: quam etiam L, M, N et O indicant.*

I, I *Septum tranſuerſum, ea ſuperficie hic apparens, qua ſiniſtram cauitatis thoracis ſedem reſpicit.*

K *Sedes, ubi ſiniſtra interdiuidentium thoracem membranarum, ſepto connaſcitur.*

L *Hæc protuberans ſedes, cordis gratia hic in ſiniſtrum adeo prominet. id namque unà cum ſuo inuolucro inter membranas thoracem interdiuidentes comprehenſum, in ſiniſtrum longè magis quàm in dextrum porrigitur. atque huius potiſſimùm tuberis occaſione, præſentem figuram ex ſiniſtro potius quàm dextro latere expreſſimus.*

M *Vena ſiniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & tandem in ſuperiora abdominis diſtributa.*

N *Arteria ſiniſtro pectoris oſsis lateri exporrecta, & ſimiliter ac uena M inſignita, abdominis petens ſuperiora.*

O, O *Ramuli hic notantur, quos uena M inſignita, & arteria N notata, in ſiniſtram porrigunt membranam, thoracem interdiuidentem.*


P, P *Neruus ſepti tranſuerſi ſiniſter, hic conſpicuæ thoracem interſepientis membranæ ſuperficiei in progreſſu adnatus.*

Q *Vena in hominibus potiſſimùm à iugulo unà cum ſepti tranſuerſi neruo deorſum excurrens, & membranæ thoracem interſepienti ramulos deriuans.*

R, S, T, V *Pulmonis pars, ſiniſtram thoracis cauitatem occupans. ac R & S huius partis ſedem notant, quæ coſtis, ſeu ipſas ſuccingenti membranæ proxima eſt, gibba ve cernitur. T uerò & V eius partis ſedem indicant, quæ priuſquam collaberetur, exteriori ſuperficiei ſiniſtræ membranæ thoracem interdiuidentis committebatur. Rurſus R & T partis huius pulmonis ſuperiorem inſinuant fibram, ſeu lobum. S autem & V inferiorem.*

SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

SECVNDA SEXTI LIBRI FIGV



PRAESENS figura, qua erectum, non autem humi pro stratum uirum finximus, primam sectionis serie subsequitur. etenim anteriori thoracis sede, & lateribus cute et musculis, qui illis adnascebantur, denudatis, ac costarum cartilaginibus ab ossibus liberatis, ipsisq; ossibus extrorsum effractis, tandem pectoris os unà cum ipsi coarctatis cartilaginibus, ab utrisque thoracem intersepientibus membranis liberauimus, sursumq; deduximus, ut illius interior superficies obuia esset, & membranarum earum fabrica accuratiùs adhuc quàm in prima figura exprimeretur.

A,A Pectoris os, unà cum costarum ipsi commissis cartilaginibus interior, seu thoracis cauitatem spectans superficies.

B,C Duæ uenæ, à iugulo pectoris os petentes, & ad elatiorem abdominis usque sedem excurrentes.

D,E Duæ arteriæ, uenas nuper commemoratas ad umbilici usque regionem concomitantes.

F Glãdulæ sub elatissima pectoris ossis sede in iugulo repositæ, uasorumq; distributioni præfectæ.

G,G Dextræ membranæ thoracem interdiuidentium membranarũ sedes, quæ dextro pectoris ossis lateri adnascebatur.

H Dictæ modò membranæ dextra, seu pulmonem spectans superficies.

I,I Sinistræ membranæ thoracis cauitatem interdiuidentium membranarum pars, quæ sinistro pectoris ossis lateri ante sectionem connata fuerat.

K Dictæ modò membranæ sinistra, seu pulmonem respiciens superficies.

L,L Interuallum indicatur inter duas thoracem interdiuidentes mẽbranas inibi conspicuum, ubi humano pectoris ossi continuãtur.

M,M Hæc protuberans regio, cordis indicat situm. cor enim unà cum ipsius inuolucro immotum, inter membranas thoracem interscipientes hic collocatur.

N,O,P, Pulmonis gibbum, sedes ve costis contermina indicatur. neu-
Q tra namque ex parte pulmonis partes in latera reflexímus. Verùm N & O duas fibras dextræ partis pulmonis insinuant: N quidem elatiorem, O uerò humiliorem. atque ita etiam in sinistro latere P quidem elatiorem, Q autem humiliorem proponit.

R,R Septi transuersi sedes, quam à mucronata pectoris ossis cartilagine hic S insignita, & dein à cartilaginum quæ pecto-
S. ris ossi non coarticulantur, mucronibus, liberaui.

T,V Cutis deorsum ab anteriori thoracis sede euersa, eaq; superficie conspicua, qua musculis obducebatur.

TERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

TERTIA SEXTI LIBRI figura.



QVONIAM duæ præcedẽtes figuræ, cordis ac pulmonis situ abundè indicant, præsentem figuram (uti & subsequentes uniuersas) tanquam è thoracis cauitate euulsam delineauimus: ne si singulis figuris truncũ corporis appinxissemus, negocium frustra operosius redderetur. Tertia itaque figura, ademptis modò membranis thoracem interdiuidentibus, cor suo uestitum inuolucro continet, unà cum pulmone, & septi transuersi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis inuolucrum connascitur.

A Hic uenæ cauæ portionem sursum conscendentem, & magnam arteriam præscidimus, tanta duntaxat uasorum cordis asseruata portione, quanta
B. ipsius inuolucri origine ostendenda sufficit. ubi enim hic B ascripsi, illic inuolucrum pertinacissimè cauæ uenæ & magnæ arteriæ & uenæ arteriali
C. adnascitur, ab illis uasis non secus quàm à corde, toto illo interuallo abscedens, quod à B ad C pertinet. C enim cordis basis sedem regionem ve indicat.

D,E,F Cordis inuolucri anterior sedes, cordis figuram nuci pineæ non admodum absimilem referens. D enim & E basim notant, F uerò mucronem.

G Ab F ad G sedes insignitur, qua cordis inuolucrorum septo transuerso in hominibus, secus multo quàm in canibus adnascitur. Cæterùm uenulæ hic in cordis inuolucro conspicuæ, non cordis, at ipsius inuolucri sunt. id namque in homi-

nibus

nibus tam crassum ualidumq; uisitur, ut cordis color per illud uix transpareat.
H *Septi transuersi pars.*
I,I *Septi transuersi nerui.*
L,M, N,O *Pulmo. at singuli characteres singulas humani pulmonis fibras lobos ve insinuant.*

QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

QVARTA SEXTI LIBRI figura.



HAC figura cordis inuolucrũ longa sectione diuisimus: idq; in latera deflectẽtes, cor et cordis uasa anteriori ipsorũ sede deteximus, corde interim immoto.
A *Sedes, qua cordis inuolucrum, cordis uasis supra illius basim continuatur, adnascitur ve.*
B,B *Cordis inuolucrum, ab anteriori cordis sede in latera reflexum.*
C,D,E, *Cordis anterior sedes. ac C quidem & D ipsius indicant basim, E uerò mucronẽ.*
F *Vena caua.*
G *Arterialis uena.*
H *Magna arteria. Venalis autem arteria, nisi corde in dextrum latus (uti sexta ostendit figura) reflexo, nulla ex parte conspici potest.*
I *Dextra cordis auricula.*
K *Sinistræ cordis auriculæ apex.*
L,L *Venæ ac arteriæ, à uasis basim cordis cingentibus pronatæ, atque huc ex posteriori cordis sede, adeoq; sinistro ipsius latere antrorsum reductæ.*
M,N, O,P *Pulmonis indicantur fibræ, lobi ve.*
Q *Septi transuersi pars.*

QVINTA SEXTI LIBRI figura.



QVINTAE FIGVRAE, ET IPSIVS characterum Index.

PRAESENS *figura, cum pulmone cor exprimit, ab ipsius inuolucro iam sectionis serie penitus liberum: ac in sinistrum latus in hoc reflexum, ut uenæ cauæ ad cordis basim continuitas oculis subijceretur.*
A *Cordis dextrum latus, magnaq; ipsius posterioris sedis regio.*
B *Dextra cordis auricula.*
C *Vena caua, quà in dextrum cordis uentriculum debiscit, aut ab illo pronascitur.*
D *Venæ cauæ portio, septum transuersum permeans.*
E *Septi transuersi pars.*
F *Venæ cauæ portio, iugulum petens, quam hic uinculo cum comite ipsius arteria excepimus, ac dein præsecuimus.*
G *Venæ pari carentis initium.*
H *Arteriæ magnæ radix.*
I *Arteriæ magnæ truncus, qui deorsum ad spinam explicatur.*
K *Portio nerui sinistri, sexti paris neruorum cerebri, à quo subsequens figura, cordis neruulum depromi ostendet.*
L,M, N, O *Quatuor pulmonis fibræ.*
P *Hic aliqua uasorum pulmonem adeuntium series conspicitur.*

SEXTA LIBRI SEXTI FIG.



SEXTAE FIGVRAE, ET IPSIVS characterum Index.

PRAESENS *figura cor in dextrum latus ita deuolutum proponit, ut mox præcedens figura id ad sinistrum latus ostendebat reflexum. Atque ut illa uenæ cauæ ad cordis basim continuitatem indicabat, sic præsens uenalem exprimit arteriam, & sinistram cordis aurem, & cordis deniq; neruulum. Vt uerò huius ductus esset manifestior, arteriæ magnæ aliquot propagines, & quasdam asperæ arteriæ & neruorum sexti paris cerebri portiones huic figuræ adnexas reliquimus.*
A,B,C *Cordis sinistrum latus, & posterioris ipsius sedis magna regio.*
D *Venæ & arteriæ, cordis basim cingentes.*
E,E *Venæ & arteriæ, à uasis cordis basim ambientibus deorsum per cordis longitudinem exporrectæ.*
F *Sinistra cordis auricula.*
G *Arteria uenalis.*

H,H *Arteriæ uenalis soboles, in sinistram pulmonis partem excurrentes. quæ uerò in dextram feruntur, oculis non patent: quòd illarum radix sub corde mox in arteriæ uenalis ortu ad dextram pulmonis sedem prorepat.*
I *Venæ arterialis principium.*
K *Arterialis uenæ pars, sinistram pulmonis partem petens.*
L *Arterialis uenæ pars, dextræ pulmonis parti distributa, ac secundùm posteriorem caudicis magnæ arteriæ sedem reflexa.*
M *Apex dextræ cordis auriculæ.*
N,N *Vena caua.*
O *Magnæ arteriæ caudex.*
P *Magnæ arteriæ portio, deorsum ad dorsi uertebras detorta.*
Q *Magnæ arteriæ portio, sinistram axillam obliquo ductu accedens.*
R *Arteriæ magnæ portio, ugulum petens.*
S *Arteriæ magnæ portionis iugulum petentis dextra pars.*
T *Dextræ eius partis S insignitæ ramus, præcipua sua portione dextrum petens brachium.*
V,X *Soporariæ arteriæ, secundùm asperæ arteriæ latera ascendentes.*
Y *Asperæ arteriæ caudex.*
a *Dexter neruus sexti paris neruorum cerebri.*
b *Ramuli, quos neruus a insignitus ad dextri recurrentis nerui constitutionem digerit.*
c *Dexter recurrens seu reuersiuus neruus.*
d *Sinister neruus sexti paris neruorum cerebri.*
e *Sinistri nuper commemorati nerui surculus, sinistræ pulmonis parti oblatus.*
f *Ramuli sinistri nerui d insigniti, à quibus sinister recurrens neruus constituitur.*
g,g *Sinister recurrens neruus.*
h *Neruulus secundùm uenam arterialem exporrectus, ac cordis basis centrum adiens.*
i,k,l,m *Pulmonis indicantur fibræ.*
n,o *Septum transuersum.*

SEPTIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

SEPTIMA SEXTI libri figura.



HAEC figura cor à pulmone & septo transuerso liberum ostendit, cuius dextrum uentriculum unica sectione, ab anteriori sede orificij uenæ cauæ ad cordis usque mucronem ducta, aperuimus, & quoad fieri potuit, eundem distendimus: ut id uenæ cauæ in hunc uentriculum pertinens orificium, & ipsi præfectæ membranæ, in conspectum uenirent. Dein ut interior quoque dextræ cordis auriculæ superficies oculis subiiceretur, eam intrò euersam finximus.

A *Venæ cauæ pars, septum transuersum permeans.*
B *Venæ cauæ pars, iugulum petens.*
C,C,C *Orificium uenæ cauæ, in dextrum cordis sinum pertinens.*
D,E *Orificia ascendentis & descendentis uenæ cauæ partium.*
F *Dextra cordis auricula inuersa, & inæqualem fibrosamq; ipsius internam notans superficiem.*
G *Coronalis uenæ principium.*
H,H,H *Protuberans in uenæ cauæ orificio circulus.*
K,L,M *Tres membranulæ, uenæ cauæ orificio præfectæ.*
N,N *Fibræ ab inferiori sede membranularum uenæ cauæ orificij, deorsum ad uentriculi dextri latera mucronemq; ductæ.*
O,O *Carneæ partes, quæ fibras nuper dictas amplexantur, teretemq; formam exprimunt.*
P *Hæc uentriculi dextri cauitas uersus uenæ arterialis orificium spectat.*
Q,R *Crassities substantiæ dextrum cordis uentriculum constituentis.*

OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

OCTAVA SEXTI libri figura.



OCTAVA figura in hoc à septima differt, quòd insuper in hac ex dextri cordis uentriculi sede, quam P in septima figura notabat, sectionem duxerim in uenæ arterialis usque cauitatem: quodq; eius uenæ orificium ita distenderim, ut membranæ ipsius aptè in conspectum ueniant.

A *Venæ cauæ portio, iugulum petens.*
B *Arteriæ magnæ caudex.*
C,D *Venæ arterialis orificium. Verùm singuli characteres indicant singula foramina ramorum, in quos arterialis uenæ caudex primùm discinditur.*
E,F,G *Tres membranæ, arterialis uenæ orificio præfectæ.*
H,H *Cordis uentriculorum notatur septum, seu sinistrum latus dextri cordis uentriculi. atque ita hic uniuersa dextri uentriculi cordis cauitas in conspectu est.*

I *Vna membranarum uenæ cauæ orificio adnatarum.*
K *Dextra hic pendet cordis auricula, adhuc inuersa, & cum cordis substantia, cui proxima est, reflexa.*

NONAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

NONA SEXTI LIBRI figura.



PRAESENS figura cor refert, cui una sectio ex arteriæ uenalis orificio ad cordis usque mucronem ita inducta est, ut uenalis arteriæ orificium simul cum sinistro cordis uentriculo distendatur, apparentibus unà membranis illi orificio præfectis, & inuersa cordis sinistra auricula, ut & hæc internam ipsius superficiem ostenderet.

A Magnæ arteriæ caudex.
B Venæ arterialis portio.
C,C Venalis arteriæ orificium.
D,D Protuberans in uenalis arteriæ orificio circulus.
E,F Duæ uenalis arteriæ orificio præfectæ membranæ.
G,G Fibræ ab humiliori dictarum membranarum sede deorsum ad sinistri cordis uentriculi latera protensæ.
H,H Carnea cordis substantia, eas quas modò G & G insigniui fibras amplectens.
I Sinistra cordis auricula, introrsum inuersa.
K Septum cordis uentriculorum, aut sinistri cordis uentriculi dextrum latus.
L Hàc sinistri uentriculi amplitudo ad magnæ arteriæ orificium conscendit.
M,M Substantiæ cordis, quà sinistrum ipsius uentriculum constituit, crassities.

DECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

DECIMA SEXTI LIBRI figura.



DECIMA figura, idem cor, quod in mox præcedente, proponitur. uerùm hic amplius ex sinistri cordis uentriculi dextra elatioriq; sede sectionẽ ad arteriæ magnæ cauitatem usque duximus, ut distento quoque eius orificio, tres membranæ illi præfectæ unà conspicerentur.

A Arteriæ magnæ orificium.
B,C,D Tres membranæ, in arteriæ magnæ orificio obuiæ. uerùm harum trium (uti inter dissecãdum crebrò fit) una, cui B inscripsimus, per medium dissecta est, & utrinque altera ipsius pars conspicitur.
E,F Principia duarum coronalium arteriarum.
G Coronalis uenæ & coronalis arteriæ hic apparet portio per transuersum discissa.
H Arteriæ uenalis orificium.
I,K Duæ membranæ, uenalis arteriæ orificio appositæ.
L Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.
M Fibræ ab humiliori membranarum ad uenalis arteriæ orificium occurrentium sede, ad sinistri cordis uentriculi latera pertinentes.
N Carnea cordis substantia, dictas nuper fibras adaugens, amplectensq;.
O Portio uenæ arteriosæ.
P,Q Cordis substantiæ crassities, ubi hæc sinistrum cordis efformat uentriculum.
R Cordis uentriculorum septum, aut potius sinistri uentriculi dextrum latus.
S,S Hic ad arteriæ magnæ radicem dura & ueluti cartilaginosa cordis uisitur substantia, quæ quibusdam animalibus euadit ossea.

VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

VNDECIMA SEXTI LIBRI FIG.



HAEC figura integrum aliàs cor per transuersum dissectum ostendit, ut cordis substantiæ secundùm ipsius uentriculos crassities in conspectum ueniret, unaq; uentriculorum quasi effigies & præstantia proponerentur.

A Cauæ uenæ pars.
B Dextra cordis auricula.
C Arteriæ magnæ caudex.
D Vena arterialis.
E Sinistra cordis auricula, cui portio appendet uenalis arteriæ. Atque hi characteres, cordis basim insinuant.
F Cordis mucro.
G,G Dexter cordis uentriculus.

H,H Sinister cordis uentriculus.
I,I Septum cordis uentriculorum: aut ea cordis pars, quæ dextrum latus sinistri uentriculi constituit, ac in dextrum ventriculum protuberat, illius sinistrum latus efformans.

DVODECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

PRAESENTI figura, anterior pulmonis sedes, à qua cor cum ipsi conterminis membranis præsectum fuit, delineatur: quæ inferiori, terramq; spectanti bubuli pedis sedi non admodum imagine absimilis uisitur.
A,A Stomachi, quo cibus in uentriculum fertur, pars.
B Asperæ arteriæ trunci portio.
C Vena arterialis.
D Venalis arteria.
E,F,G, H Quatuor pulmonis fibræ, seu lobi. Verùm G & H priuatim pulmonis sedem indicant, quæ septi transuersi gibbo, thoracis cauitatem spectanti, congruit.
I Septi transuersi portio, hic flaccidè propendens.


DVODECIMA SEXTI LIBRI figura.



DECIMAETERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.

HAEC figura, pulmonis ex thorace euulsi posteriorem notat sedem, quæ superiorem bubuli pedis regionem forma utcunque exprimit.
A Asperæ arteriæ portio, posteriori ex sede hic conspicua.
B,C, D,E Quatuor pulmonis fibræ, seu lobi.

DECIMATERTIA sexti libri figura.



SEXTI LIBRI FIGVRARVM, ET EARVNDEM Indicum finis.

QVAS PARTES RERVM OPIFEX AEREAE substantiæ reficiendæ fabrefecerit, & quæ priuatim uitali spiritui subministrent. Caput I.

Libri sexti argumẽtũ.

QVAM affabrè corporis nostri architectus, cibi potusq; organa extruxerit, quemq; ipsorum usus & actionis gratia numerum, situm, formam, connexum & substantiam denique singulis largitus sit, quintus liber nõ perfunctoriè explicuit. ac proinde præsens instrumenta aeream, quæ cõtinuò defluit, substantiam restituẽtia, & calorem innatum recreantia, opportuuè complectetur. Quòd autem omnes respirationi pulsuiq; famulantes particulæ, in horum classem collocandæ ueniant, cuiuis perspicuum esse arbitror: & minus quoque respirationis ac pulsus usum (quoad nobis animæ substantiam ignorantibus, hũc nosse datur) quenquam modò latere existimo. unde etiam nunc in illorum usu explicando, non est diu hærendum: præcipuè, quum in secundo libro, ubi respirationi subseruientes proponebantur musculi, & in tertio, dum arteriarum munus recensebatur, de respirationis & pulsus natura usuq; nõnulla pertractauerim. Absolutam namque horum tractationem neque illic, neque hic aggrediendam duxi: quòd hanc priuatos, eosdemq; complurimos libros exigere, Galenus nobis abundè ostenderit. Quando inspiramus itaque, omnibus corporis partibus secundùm naturam sese habentibus, & caloris ingeniti (quem Galenus animam, aut primarium saltem ipsius instrumentum esse tradidit) qualitate, nulla occasione adaucta, tũc aerem per nares distenti thoracis beneficio attrahimus: cuius portio ad cerebrum, quum per [a] octaui capitis ossis foramina, quibus præcipuæ olfactus organorum [b] partes incumbunt: tum etiam, atq; id magis, per [c] meatus pituitam ex cerebro ad fauces deducentes, assumitur, spiritum animalem nonnihil enutritura. Verùm copiosior per nares attracti aeris portio, ex amplis narium [d] foraminibus in fauces secundùm posteriorẽ [e] gargarij sedem ducitur, nonnihil ab illo temperata. Hinc [f] in laryngem, & dein per totam asperam arteriam infrequentes ipsius per pulmonis substãtiam propagatas soboles fertur. Postquam uerò aer ab hac substantia cordi quodammodo præparatus est, à [g] uenalis arteriæ furculis, pulmoni etiam intextis, ex asperæ arteriæ ramis elicitur: & in [h] sinistrum cordis uentriculum delatus, tenui admodumq; feruido, quem cor inibi continet, sanguini commiscetur. Huius aeris qualitate, contenti in hoc uentriculo caloris qualitas euentilatur, substantia autem caloris (quæ aere & spirituosi sanguinis exhalatione constat) istius aeris substãtia enutritur. Quod uerò uelut fuliginosum ex hac peculiari cordis functione congeritur, rursus per uenalem arteriam in pulmonem ablegatur: & ab asperæ arteriæ propaginibus exceptum, unà cum reliquo aere, quem ex illis arteriæ uenalis germina, tanquam cordi ineptum, non attraxerant, denuò per asperam arteriam

Qui aer in respiratione digeratur, cordisq; & ipsi subministrantium partiũ functionis enumeratio Libr. 2. de Arte curat. ad Glauconem.

a 8 *fi. cap. 6 lib. 1 A. A, B.*
b 12 *fi. l.*
7 C, D. &
13 *fi. L, L.*
c 3 *fi. cap. 12 li. 1 tra. racteres ad latera M pro sitt.*
d 2 *fi. cap. 12 li. 1 no.*
e 6 *musc. tab. E.*
f *in figura asperam arteriã expimentem ca. 38 lib. 1. a hic 6 fi. Y.*
g 2 *fi. cap. 15 lib. 3. a hic 6 fig. C, & 12 fig. D.*
h *Apertu est in 9 fig. & in 10.*

teriam,& laryngem,faucesq́;,& nares,concidentis contractiq́; thoracis opera, educitur. Huiuſmodi ſanè in naturali reſpiratione,aeris ductus perficitur:in non naturali uerò,aer potiſsimùm per os attrahitur, efferturq́;. Vocamus autem uulgò non naturalem reſpirationem,qua alterius quàm temperatæ caloris innati qualitatis nomine utimur:ut quum ea qualitas aliqua ex cauſa in eum modum increuit, ut per nares allatus aer homini non ſufficiat:aut quoties exufflationem,uocem, eiusq́; generis reliqua, ad quæ ſecundariò reſpiratio famulatur,tentamus. Ab aeris ſubſtantia in ſiniſtro cordis uentriculo ſanguini ibidem contento permixta,uitalis ſpiritus conficitur:qui ex hoc uentriculo in [i] magnam arteriam unà cum ſanguine impetu ruente ac feruido diffuſus,per uniuerſum corpus ſecundùm arteriæ ſeriem digeritur,& calorem ſingulis membris priuatim innatum reficit,temperatq́;,quod ipſius diffuſum eſt inſtaurans,haud ſecus ſanè atq; membrorum ſubſtantia à ſanguine per uenas adducto reſtituitur.Et quemadmodum reſpiratio, & ſanguinis ex [k] dextro cordis uentriculo in ſiniſtrum aſſumptio (quantumuis interim hæc nobis ſit obſcuriſsima) cordi ad uitalis ſpiritus,caloriſq́; natiui repoſitionem faciunt:ſic pari ratione materia à ſiniſtro cordis uentriculo per arterias reliquo deducta corpori,aliarum partium ſpiritum & natiuum calorem recreat. At que huius etiam occaſionis gratia idem pulſus & reſpirationis uſus cenſetur. quod enim inſpiratio materiei in ſiniſtro cordis uentriculo repoſitæ præſtat,id reliquis partibus in pulſu arteriarum dilatatio largitur:expiratio autem,arteriarum contractioni correſpondet. At quibus organis, incredibili diuinaq́; artificis ui fabricatis,hæc omnia perficiantur,quaq́; ratione hæc admiranda Naturæ opera compleantur, iam ordine enitar perſequi:ea interim non repetiturus,quæ in primo libro de thoracis oſsibus, & aſperæ arteriæ cartilaginibus,ac in ſecundo de eorundem muſculis,& in tertio de arteriarũ conſtructione neceſſariò perſecutus ſum. Quapropter ut in libro hunc præcedente,à peritonæo ſermonis cibi ac potus organorum initium opportunè inſtituimus:ita quoque & hic à tunica coſtas ſuccingente, non immeritò inſtrumenta acreæ ſubſtantiæ nutriendæ dedicata,auſpicabimur.

i 10 fi. A. 6 fig. O. & tota fi. cap. 12 lib. 3.

k Patet in 7 fi. & 8.

Reſpiratio nis & pulſus idem uſus.

DE MEMBRANA COSTAS SVCCINGENTE. Caput II.

QVANDOQVIDEM coſtas ſuccingens tunica,aliud nihil quàm membrana eſt, neque ita integrè à coſtis,ac peritonæum ab ipſi commiſſis muſculis,liberari poteſt:eius imaginem aliunde ſumere non licet, quàm ex figuris internam thoracis amplitudinem ſuperficiemq́; exprimentibus:cuiuſmodi in primis occurrit octaua muſculorum tabula,ac in oſsium figuris illæ,quibus omnia thoracis oſſa ſimul proponuntur,ut duæ priores Capitis deciminoni libri primi,& tres ultimæ eiuſdem libri figuræ.

TVNICAE membranæ ve coſtas ſuccingentis,ac περιζωκὸς Græcis, uulgò autem pleuræ dictæ,ſitum,ipſius nomen indicat. hæc namque omnibus coſtis (præterquàm duodecimæ,à [a] ſepti tranſuerſi implantatione prorſus occupatæ) præterea & toti pectoris oſsi ſubtenſa:thoracis uerò uertebrarum corporibus,& ſuperiori ſepti parti, thoracis amplitudinem reſpicienti,obducta, figuram magnitudinemq́; totius thoracis cauitati correſpondentes adipiſcitur. Pertinet enim parte ipſius poſteriore, à prima thoracis uertebra deorſum ad undecimam uſque,è cuius regione ſepti pars arteriam [b] magnam tranſmittens, conſiſtit.anteriore autem ipſius parte,à iugulo ad humillimam uſque pectoris oſsis ſedem,cui ſeptum innaſcitur, deſcendit. In lateribus uerò,à prima coſta ad ſuperiorem ſepti ſuperficiem, quam thoracis cauitatem reſpicere diximus,fertur,hanc quoque uniuerſam,ut & reliquam thoracis cauitatem,ſublinens. Hæc itaque membrana,perinde atque thoracis cauitas,figura admodum uariat. Superiore enim parte, ut & thorax,anguſta eſt,ac uelut in acutum deſinit:inferiore uerò parte latior quàm ſuperiore exiſtit. at in laterib. thoracis quoque modo,latior quàm inferiore ſede uiſitur. Dein anteriore parte breuior eſt:poſteriore autem multo lõgior,ad obliqui ſitus ſepti rationem,exiſtit. nam à pectoris oſsis mucrone, ad undecimam thoracis uertebram obliquo admodum inceſſu pertingit. Rurſus anteriore parte,ut & in lateribus, membrana hæc exteriùs,quemadmodum & thorax ipſe,gibba uiſitur:at poſteriore ſecundùm uniuerſam thoracis longitudinem,uelut ad internam ipſius amplitudinem,impreſsionem,thoracis ritu,obtinet, idq́; uertebrarum & radicum coſtarum ratione. Vertebrarum enim corpora in thoracis prominent cauitatem: ut & coſtarum radices,quæ à uertebrarum corporibus retrorſum tantiſper reflectuntur,donec denuò uerſus anteriora deorſum procedentes obliquentur. Interiùs omni ex parte læuis, & ueluti aqueo humore perfuſa eſt: præterquàm ubi proceſſus quoſdam membraneos exporrigit,ex quibus aut alias educit membranas, aut corpus aliquod ſibi colligat. Fit autem id præcipuè ſecundùm uniuerſam poſterioris ſuæ partis longitudinem, ad uertebrarum nimirum progreſſum,ubi [c] interſepientes thoracem producit membranas,& [d] aſperam arteriam, [e] ſtomachum, [f] magnam arteriam,& [g] ſine coniuge uenam firmat,& ſibijpſi uinculis cõnectit, illisq́; aſcititias tunicas offert. Pariter ſe habet ſecundùm oſsis pectoris,& ſepti quoque à pectore ad dorsũ uſque ductum,ubi interſepientes thoracem membranæ illi continuantur. Nõnunquam,haud ſecus quàm peritonæo,internæ huius membranæ ſedi adeps durior adnaſcitur:idq́; præcipuè,ubi uertebris eſt propinquior,quaq́; ipſius inſigniores uenæ porriguntur. Quinetiam modò in uno,modò in altero latere membraneas fibras pulmoni applantat,quibus illum ſibi admodum ualidè in hominibus, aliter ferè quàm in canibus,ſuibus & ſimijs,adnectit. Hoc enim non ſemel obſeruauimus,idq́; potiſsimùm in læuo latere,non quidem ad coſtas duntaxat,uerùm & ad ſepti quoque [h] partem pulmoni uicinam. Præterea in hominib.priuatim,quà hæc membrana thoracis cauitatem ſuccingens,ſepto obnaſcitur, cordis inuolucrum [i] magna amplitudine

Nomen & ſitus membranæ coſtas ſuccingentis.

Magnitudo

Figura.

Membranæ huius ſuperficies quales, quisq́; earum ad alias partes nexus.

a 7 muſc. tab. Δ.

b 7 muſc. tab. q.

c 1 fig. H, K, L, O 2 fi. G, G, H, & I, I K.

d 1 fi. cap. 38 lib. 1.

e 14, 15 fig. li. 5 A, B, C.

f figu. cap. 12 lib. 3 i.

g fig. cap. 6 li. 3 F, F.

h 1 fi. I, I ad V.

i 3 fig. à G ad F.

amplitudine ipsi coalescit,continuaturq́; , haud secus quàm si id hinc non minimam sui initij partem duceret.Porrò hæc membrana superficie externa,quòd undique adiacentibus partibus adnascatur , aspera, inæqualisq́;,inuicem connexarum membranarum imagine uisitur,uix aliqua tamen piuguedine inibi obducta.Quanquam interim non omnibus partibus æquè pertinaciter connata hæreat. ualidiùs namque costarum ossibus ac cartilaginibus,membranæ peculiariter unamquamque costam inuestientis (cuius mox meminero) interuentu adnascitur,quàm * internæ intercostalium musculorum sedi. Sic quoque septi carnosæ parti longè remissius quàm neruosæ committitur.Quà septo membrana hæc obducitur, k ternis foraminibus est peruia.uno quidem uenæ cauæ caudici parato:secundo autem,stomacho,ipsiq́; attensis sexti paris neruorum cerebri ramis:tertio uerò magnæ arteriæ,& uenæ pari carentis fini.In iugulo, non unico amplo continuoq́; pertunditur foramine:uerùm quæ eam inibi perreptant uasa, pluribus foraminibus cõplectitur,ipsisq́; adnascitur.Transmittit uerò hic uenæ cauæ & arteriæ magnæ l ramos, ad hæc m stomachum, n asperam arteriam,& præcipuas sexti paris neruorum cerebri o propagines , cum septi transuersi P neruis Postremò,secundùm posterioris suæ sedis longitudinem utrinque ordinata serie perforatur, q uenis ac r arterijs costarum interualla petentibus uiam præbens.Substantia constat membranea,dura scilicet,& tenui,alba,æquali,& robore nonnihil peritonæum superante: uerùm similiter ac ipsius quoque peritonæi,huius substantia ad dorsum durior quàm iuxta pectus sentitur: quum scilicet ipsius origo à uertebrarum ligamentis,illarum corpora connectentibus,potissimùm pendeat.Porrò uenis ac arterijs & neruis quoque abundat.ac primùm quidem in posteriore parte ipsi uena coniugis expers adnascitur: deinde & magna arteria.in lateribus uerò subtensas habet longas,neque eas ualde graciles uenas & arterias,quæ singulis costis exporriguntur.Priore autem parte, s uasa ipsi incumbunt,sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora prorepentia,& ramos in costarum cartilaginum interualla digerẽtia . Neruos quoque contingit quàm plurimos:quippe in iugulo transmittit maximas sexti paris neruorum cerebri portiones , quæ in pulmonem,uentriculum & iecur distribuuntur, t neruosq́; recurrentes germinant. Deinde etiam ibidem iter,uti diximus,præbet septi u neruis,à quibus innumeras soboles membrana hæc mutuatur, quà septum succingit.Atque hos quidem neruos intus complectitur:exteriùs autem x magni,ijdemq́; una serie ad singula costarum interualla deducti,simul cum uenis arterijsq́; ipsi attenduntur. Præterea in posteriori sede utrinque illi subtenduntur sexti paris neruorum y propagines,costarum radicibus exporrectæ,ac tandem in nutritionis organa diffusæ.Cæterùm præter hanc membranam,costas thoracem ve succingentem singulis costis z alia peculiaris obtigit,quam Græcos alteram succingentem costas membranam uocasse reor.Tale enim quid in libro de Constitutione artis medicæ Galenus , morbi lateralis species subdiuidens,indicare uidetur.Est autem altera hæc succingens costas membrana,inuolucrũ , quod omnibus propemodum ossibus commune censetur:ea nimirum membrana,quam,quòd os ambit,circumossalem nuncupamus.Quemadmodum enim ossa huiusmodi membrana obcinguntur, ita quoque & singulæ costæ orbiculatim ipsas ambientem membranam obtinent,peculiare nihil ab eiusmodi cæterorum ossium membranis sibi uendicantem:etsi Galenus interim externæ tantùm costarũ sedi illam uideatur ascribere,eamq́; non unicuique costæ peculiarem.Cæterùm thoracis cauitatem succingens oblinensq́; membrana , omnibus quæ thorax continet,inuolucrum quoddam euasit.unde etiam ab usu tunica (uti à substãtia,membrana) dissectionum peritis uocitatur.Ad hæc,ipsa quoque,ut & a peritonæum,ijs omnibus quæ amplectitur organis tunicas exporrigit,eademq́; firmata colligat. Quòd autem cum thorace distendatur , arcteturq́;, neminem ambigere arbitror.thoraci enim undique adnata,tali constat substantia , qualis & inuolucri loco habetur commoda,ac simul lęuis sequaxq́; est.His accedit,quòd præsens membrana septo transuerso tenui,sed robusto interim,opportunè facto,non inefficax robur adiungat : & in ipso,ut & in b intercostalibus musculis,membranæ musculorum uentrem ambientis uicem abundè gerat : quanquam & propriam membranam intercostales musculi aliorum musculorum modo obscurè sortiri uideantur . Cæterùm uenæ & arteriæ,& nerui,quibus hæc membrana committitur , etiamsi ad ipsius nutritionem & sensum usui sint: non tamen eius præcipuè gratia,sed uicinarum partium,illi adeò frequentes attenduntur . unde etiam ipsi crebrior cum magna tensione,punctiliq́; cruciatu,ut & cerebri membranis , inflammatio oboritur.

Membranæ costas succingentis foramina.

Substantia.

Principium.

Singulis costis peculiaris membrana.

Membranæ costas succingentis usus, & ipsius cõstructionis ratio.

* 8 musc. tab. E, E, qua discernũtur facilè a costarum ossibus.

k 7 musc. tab. primũ, secũdum, tertiumq.

l Pete hũ ex uls. fi. li. 3.

m 7 musc. tab. E.

n 7 tab. F.

o 6 fi. a d.

P 3 fi. l. l.

q fi. cap. 6 lib. 3 G, G.

r fi. ca. 11 lib. 3 k, k.

s 2 fi. B, C, D, E.

t fig. capiti 9 li. 4 insertæ Q, Q, & S, S.

u 3 fi. l. l.

x spectantur 2 fi. ca. 11 lib. 4 secundùm costarum ductum.

y 2 fi. ca. 1 li. 4 alterũ h insigniuntur.

z Hãc priuatim nullibi delineauimus, quum membrana sit ossi obducta, ex ossiũq́; circumscriptione petẽda sit.

a 1 fi. li. 5 & 2 fi. li. 5 A, B, C, D.

b 8 musc. tab. E, E.

DE MEMBRANIS CAVITATEM THORACIS INTERSEPIENtibus. Caput III.

MEMBRANAS thoracis cauitatem interdiuidentes,non aliter oculis subijcere potuimus , quàm id prima & secunda figura præstare conati sumus.

Interseptientium mẽbranarum nomenclatura Numerus.

Situs.

Forma. Magnitudo.

MEMBRANA, quam superiore descripsimus Capite , uniuersam thoracis cauitatem, succingit,sublinitq́;.at a membranæ,quas Græci διαφράγματας,nos uerò thoracem interseptientes,aut uulgò mediastinum nuncupamus,eandem cauitatẽ interdiuidunt,in duas præcipuas amplitudines eam distinguentes,unde & nomen suum meritò obtinent. Habentur autem in thoracis medio utrinque singulæ,secundùm ipsius longitudinem procedentes.à iugulo enim ad totam b septi transuersi longitudinem pertingunt, & à tota pectoris ossis longitudine ad thoracis usque uertebrarum corpora exporriguntur . Atque his etiam terminis membranarum amplitudo circunscribitur,quæ triangulum quodammodo ex inæqualibus & obliquis lateribus costis ve conformatum refert.una enim costa,quæ & breuior est,à iugulo secundùm pectoris

a 2 fi. dextra G, G, H. sinistra I, I & K insigniuntur.

b 7 musc. tab. Δ. et 1 fi. I, I.

ris oſsis longitudinem ad eius uſque mucronem,& ſepti hic connexum fertur:ſecunda uerò hac longior,à iugulo ſecundùm dorſi ductum ad undecimam uſque thoracis uertebram procedit:tertia,longitudine inter illas media, ab oſſe pectoris ſecundùm ſepti longitudinem decliuis ad dorſum deſcendens, duas priores coſtas committit. Membranæ iſtæ in mutua diſtantia & coitu plurimum uariant.ſecundùm dorſi enim longitudinem,quà uertebris committuntur,inuicem contiguæ ſunt,& anguſtam ualde inter ſe cauitatem fibris membraneis oppletam efformant.Quà uerò pectoris oſsi committuntur,in homine quidem inuicem neutiquam contiguæ ſunt, ſed pro [c] oſsis pectoris latitudine mutuò [d] diſtant.Superiori enim parte,ubi id ampliſsimum eſt, ac clauiculas primamq; utriuſque lateris coſtam ſuſtinet,membranę etiam inuicem admodum abſcedũt:cauitatem nihilominus uniuerſam, quam inter ſe continent,fibroſis membraneisq; nexibus adimplentes.Vbi uerò pectoris oſsi ſecundæ coſtæ cartilago [e] inarticulatur,quemadmodum pectoris os illic arctius euaſit, ita quoque dextra membrana minus inibi à ſiniſtra remouetur.Hæc membranarum diſiunctio ſenſim ſecundùm oſsis pectoris longitudinem deſcendens,capacior redditur,& perinde ac os ipſum dilateſcit:adeò,ut tanta in homine hic membranarum conſurgat diſtantia,quanta undique pectoris oſsis cernitur latitudo. Cæterùm quà membranæ ſepto tranſuerſo [f] committuntur,omnium maximè inuicem abſcedunt, inibi tantam efformantes cauitatem, quanta ſepti tranſuerſi membranei circuli undique eſt [g] latitudo. Cauitas hæc in hominibus nihil prorſus complectitur,præter cordis [h] inuolucrum,ipſumq; cor,& uenam cauam ſeptum penetrantem : & dein in poſteriore inferioreq; ſede [i] ſtomachum,ſeſe hic à dextra corporum uertebrarum regione ſubleuantem,ac cũ attenſis ipſi neruis [k] per ſeptum tranſuerſum ad elatius uentriculi orificiũ contendentem.In canibus uerò,& reliquis animalibus,longius pectoris os,longioremq; thoracem poſsidentibus, cauitas hæc multo capacior uiſitur,nullis membraneis fibris obducta.Dein eius baſis à cordis inuolucri mucrone multum,ſecus quàm in hominib.diſtat.& illa quoq; in dictis animalibus pulmonis lobũ continet, qui ſubſterniculi & manus cuiuſdã inſtar cauã uenam hàc progredientẽ ſuſtulcit.Hoc enim homines,quũ breuiori ductu ipſis uena quàm illis animalib.ducatur,carent.quanquã Galenus,ex ſimijs & canib.coniecturã faciens, hunc lobũ etiã hominib. tribuerit.Præter diſtantias,à mẽbranis,quà dorſo, pectori & ſepto committũtur, efformatas,alia occurrit illi quæ ſepto continua eſt,quodammodo communis, & ad cordis effigiem extructa. Præſentes enim membranæ in ipſarum medio cordis inuolucrum,& in ipſo cor,uti diximus, complectuntur,& pro huius mole formaq; dextra membrana à ſiniſtra in thoracis cauitatis latera [l] abſcedit.His in [m] medio nulla,niſi perquàm rarò, adnaſcitur pinguedo : [n] exteriùs uerò quà quæque ſuam thoracis reſpicit cauitatem,multo ſępe,ac præcipuè in hominibus, adipe abundant,adeò ut [o] omento quibuſdam partibus ſimiles,& pinguiores interdum uideantur. Pręter adipem, ipſis adnaſcitur [p] glandoſum corpus, uaſorum diſtributionibus in iugulo præfectum. [q] Venis quoque ac arterijs abundant,ſed tenuibus,ac illis quæ per omenti membranas digeruntur perquam ſimilibus. Venæ quidem non à caua, [r] ubi ſeptum per meat (quanquam ita Galenus docuit) initium ducunt, ſed potiſsimum ab [s] illis quæ deorſum à iugulo pectoris oſsi exporriguntur. Illæ enim uenæ ac arteriæ ſecundùm harum membranarum ad pectus connexum deſcendentes,in progreſſu furculos diſpergunt ex anterioribus in poſteriora pertinentes. Deinde aliquot ſoboles his membranis à [t] uena coniugis experte offeruntur.At pręter has plerunque, & potiſsimùm in hominibus, [u] aſſia notatu dignæ craſsitudinis à iugulo ſecundum utriuſque membranæ longitudinem deorſum ad ſeptum uſque deducitur uena, ſepti neruo concomitata. Septi enim tranſuerſi nerui externæ membranarum ſedi adnati, deorſum protenduntur, ęquali ferè interuallo à pectore & dorſo in progreſſu diſtantes.Atque hi ſolùm nerui cũ uaſis & adipe [x] externæ membranarũ regioni,quæ pulmonem reſpicit, adnaſcuntur, caq; læuis quodammodo, & aqueo quaſi humore oblita uiſitur : interdum etiam aliqua ex parte pulmonem adnatum poſsidens. [y] Interna uerò membranarum ſedes undique aſpera eſt, tum propter fibras membraneas,quibus inuicem membranæ committuntur, tum eas quibus ualidiſsimè cordis inuolucro adnaſcuntur.Membranæ iſtæ ea mẽbrana qua coſtæ ſuccinguntur aliquantulo tenuiores exiſtunt, ab hac omnibus illis ſedibus quibus ipſi committuntur exortæ,primarioq; uſu in hoc creatæ, ut cordis inuolucrum,ac proinde ipſum quoque cor, ne deorſum ac retrorſum concidat, in ſua ſede contineant. id ęnim(& ſi ab alijs minimè animaduerſum fuerit)uiuorum & mortuorum ſectio luculẽtiſsimè (ſi animũ modò adhibueris) oſtendet, quacunque ratione has membranas aggreſſus fueris. Deinde ad uaſorum ſecuriorem ductum auxiliantur : & proſtremò ex uniuerſa thoracis amplitudine duas efficiunt cauitates, qui uſus haudquaquam minimus cenſeri debet:quandoquidem huius beneficio altera thoracis cauitate ex uulnere pertuſa,& pulmone hac ſede propter aerem per foramen ingredientem à motu ceſſante, altera cauitas adhuc illeſa animali famulatur,quemadmodum in uulneratis hominibus, & è uiuis brutorum ſectionibus frequenter diſcimus.Num autem ab his membranis, an uerò à membrana coſtas ſuccingente organa in thoracis cauitate repoſita, aſcititias tunicas inuolucraq; mutuentur, hic contentioſe haudquaquam diſceptandum duxerim: quum planè idem uſus,quod ad eiuſmodi tunicas uaſorumq; connexus ſpectat,interſepientium membranarum & membranæ coſtas ſuccingentis cenſendus ueniat. Præterea neutiquam inueſtigandum eſt, num præter membranas ſingulis coſtis perinde ac reliquis oſsibus orbiculatim circundatas,una tantum in uniuerſo thorace coſtas intus ſuccingens ſit membrana, quemadmodum eam deſcripſimus : num uerò duæ ſint ſtatuendæ : ut unà quidem dextra eſſet, ea ſcilicet quæ dextram thoracis cauitatẽ ſuccingeret, unà cum dextra interſepiente membrana : alia autem ſiniſtra, quæ ibidem thoracis cauitati obduceretur,& eius ſedis interdiuidentem membranam ſimul efformaret. quod prorſus non eſſet abſurdum,

HAC *figurà triangulus ille, quem hic deſcribimus, proponitur ſuas lineas ſeriatim numeri characteribus notatas exhibens.*

Quo pacto interſepientes membranæ inuicem diſtent.

Quid inter membranas interſepientes reponatur.

Quæ interſepientiũ mẽbranarũ cõſtitutionem ſubeant.

Tum alibi ſæpius, tum falſa in Ariſtotelẽ argumenta confingens, in 6 de Placitis Hipocr. & Plat.

Interſepientiũ membr. ſuperficies & cõnexus.

Ortus.

Vſus.

c 6,7 *fig. ea. 19 lib. 1*
d 2 *fi. G, G diſtant ab I I.*
e 1 *fi. cap. 19 lib. 1 D ad h.*
f 1 *fi. K.*
g *ab n ad l 7 muſ. tab.*
h 3 *fig. C, D, E, F, G. de in quæ habẽtur in B, B 4 fig.*
i 14, 15 *fi. lib. 5 A, B, C, D. dein T, V. & huius li. 12 fi. A, A.*
k 7 *muſcu. tab. r.*
l 1 *fi. L.* 2 *fi. M, M.*
m 2 *fig. L, L.*
n 2 *fig. H, K.*
o 2 *fi. li. 5 Q, Q, Q & tota 4 fi. e-inſ. lib.*
p 2 *fi. F.*
q 1 *fig. O, O, & Q.*
r *iuxta B fi. cap. 6 li. 3. aut hic 5 figuræ D.*
s 1 *fig. M, N.* 2 *fig. B, C, D, E.*
t *fi. cap. 6 lib. 3 F, F.*
u 1 *fi. Q at tẽſum P, P,*
x 2 *fig. H, K.*
y 2 *fi. L, L.*

dum, essetq; peculiaris differentia, qua succingẽs costas membrana à peritonæo distingueretur, quum id unicum reuera sit: illa autem tunc duplex haberetur, quemadmodum etiam Galenus libro septimo de Administrandis sectionibus utcunque manifestè censuit.

DE ASPERA ARTERIA. Caput IIII.

AD spectandam asperæ arteriæ harmoniam in primis conducunt figuræ trigesimioctaui Capitis libri primi, dein ea quæ uigesimoprimo Capiti libri secundi præponuntur.

IN TERTIO libro, ubi [a] arteriarum è corde initium petentium complectebar seriem, traditum est, qui [b] arteria, cuius historiam modò aggredior, simpliciter quòd aerem cõtinet, arteria ueteribus primùm fuerit appellata, & qui temporis successu, quum & uasa uitalem spiritum sanguinemq; impetu ruentem ex corde deducentia, & in uenarum numero non amplius habita, arteriæ etiam nomine donarentur, hæc quidem uasa læues arteriæ, illa uerò aspera, ab inæquali qua constat substantia, sint nuncupata. Atque ita eo nomine ad hunc usque diem aspera arteria nobis est obuia. quam non homines modò, uerùm & animalia quę pulmonem nanciscuntur omnia, unicam habent longo ductu, instar caudicis cuiusdam, ex faucibus deorsum protensam, & dein frequenti sobole per pulmonis substantiam excurrentem. In faucibus enim [c] duobus narium foraminibus in oris amplitudinem pertinentibus, [d] alia duo in humiliori faucium sede correspondent: quæ quidem non secundùm latus, ut illa, mutuò contermina, sed unum altero prius cernuntur. Ac horum quidem posterius stomachi seu uiæ cibum potumq; ex ore in uentriculum deducentis initium existit: anterius uerò, asperæ arteriæ principium est, quæ hinc deorsum rectà nusquam in latus declinans, secundùm colli longitudinem ad quartam usque thoracis uertebram ducitur, tota posteriori sede [e] substratum habens stomachum, uertebrarum corporibus, primoq; dorsum mouentium musculorum pari absque alterius organi medio innitentem. unde etiam aspera arteria à uertebris tantum remouetur, quãta stomachi est crassities. Porrò anteriori asperæ arterię sedi non eadem toto ductu prætenduntur. in elatissima nanque sede, ubi oris spectat amplitudinem, [f] os *v* imaginem referens cum suis musculis & cute, ipsi prælocatur. Hinc uerò ad iugulum ac pectoris ossis elatiorem usque sedem, præter cutem & illi [g] subditum ex carnosa membrana musculum, arteriæ asperæ obtenditur * bifidus musculus, qui à pectoris osse enatus, ossis *v* referentis anteriori parti inseritur, & deinde [h] alij duo à pectoris quoque osse in humiliorem scutiformis cartilaginis partem pertingentes, proximè arteriæ hic incumbunt. Vbi uerò thoracem ingreditur, principia quoque [i] musculorum ex clauiculis & pectoris osse ad [k] mamillares in capite processus deductorum, tanquam propugnacula ipsi quoque præũguntur. In iugulo [l] glandium inibi uasorum distributioni subseruiens, & uasa ipsa præter pectoris os illam obtegunt. Quod tamen ipsius corpori proximum est, in iugulo quidem est glandium, & paulo demissius in thoracis cauitate [m] ramus arteriæ magnæ in [n] soporales arterias præcipuè distributus, quæ unà cum sexti paris cerebri [o] neruis, & [p] internis iugularibus, asperæ arteriæ lateribus uicinè attenduntur. dein ad laryngis radicem utrinque [q] glandulosum, sed rubicans corpus (quod postea expressiùs describemus) ipsi adnascitur. Quum primum uerò aspera arteria ad quartæ thoracis uertebræ corpus usque [r] descendit, in duos pares bipartita truncos, unum [s] dextris pulmonis lobis, alterum [t] sinistris exporrigit, qui pulmonis substantia undique amplexi, parem cum pulmone sedem occupant. Vnde etiam asperæ arteriæ [u] imaginem uix ulli rectius quàm arbori à radicũ propaginibus liberatæ assimilaueris, cuius caudex in duos primùm discissus sit ramos, & hi rursus in innumeras soboles diffusi. Huius nanque caudicis initium, laryngi respondebit: totus autem caudex reliquæ asperæ arteriæ parti à larynge, ad quartam usque thoracis uertebram protensæ conueniet: rami uerò, eorundemq; innumera soboles, arteriæ in pulmonem diductibus conferentur. Vt enim caudicis initium radices educens, uarium, neque pari undique constans forma uisitur, sic & larynx undique pugnantem dissimilemq; figuram obtinet. Superiore enim parte prout aut depressum aut erectum finxeris laryngis [x] operculum, acuta aut depressa obtusaq; est. Anterior autem laryngis pars, & latera quoque, anteriorem [y] primæ ipsius cartilaginis superficiem commonstrant, quæ secundùm ipsius longitudinem in medio extuberat, illinc lateribus obliquè in posteriora extrorsum procedens. Ad hæc, ut huius cartilaginis superior pars longè amplior inferiore existit, ita etiam laryngis superior sedes hic latior inferiore cernitur. imò [z] humillima laryngis sedes, quæ secunda ipsius constituitur cartilagine, amplitudinem latitudinem ve reliqui asperæ arteriæ caudicis ductus adæquat. [a] Posterior laryngis regio, præcipua sua sede quodammodo plana est, propter insignem primæ cartilaginis ad posteriora suis lateribus progressum. aliàs enim hæc regio secundę ac [b] tertiæ cartilaginum laryngis gratia, paulo minus toto teres esset: uti sanè est [c] humillima posterioris regionis sedes, occasione secundæ cartilaginis humiliùs prima [d] procedentis. In posteriori insuper sede, prout tertia cartilago in laryngis cauitatem contrahitur, aut retrorsum porrigitur, ita quoque elatiores ipsius apices in interiora exteriora ve magis prominent, laryngis figuram emutantes. Cæterùm reliquus asperæ arteriæ caudex (ut & arborum caudices ferè solent) ad ramorum usque dictributionem sibi similis est, non tamen absolutè. Nam quum concidit arteria, neque aere distẽditur, anteriore quidem parte teres est: uerùm paulo uidetur latior ac depressior, hinc ad latera sic orbiculatim ducta, ut in posteriora procedens, reddatur angustior. Atque ita posterior sedes anteriore angustior est & plana, uersusq; internam ipsius amplitudinem nonnihil orbiculatim impressa. Quum autẽ arteria distenditur, ipsius posterior pars æquè ac prior,

Asperæ arteriæ numerus.

Situs.

Ipsi commissa corpora.

Asperæ arteriæ forma.

a 2 *fi. ca.* 38 *li.* 1 *et* 6 *fi. ca.* 21 *li.* 2. b 6,7,9 *fi. ca.* 22 *li.* 2 *l.* c 12,13 *fi. ca.* 21 *li.* 2 k. d 4,5 *fi. ca.* 21 *li.* 2 *i humilius consistit quàm* g. & 2 *i.*

a *fi ca.* 11 *li.* 3 *et* 2 *fi. ca.* 15 *li.* 3.
b 1, 2 *fig. ca.* 38 *li.* 1.
c 2 *fi. cap.* 12 *li.* 1 *n.a. & 6 musc. tab. utriusq; ad* E.
d *Possis illa ferè petere ex* 3 *fi. cap.* 21 *lib.* 2, *a unum esse inter* L *et alterum ipsum sperius* H.
e 7 *musc.* E *subjicium* F. *quod prius quàm prascinderetur incumbebat super* B & C, D.
f 1 *fi. cap.* 21 *li.* 2 *h. aut* 4 *musc. tab.* P *cũ* R, Q, S, T, V.
g 3 *musc. tab.* Γ.
* 4 *musc. tab.* S, T.
h 5 *musc. tab alter? notatur, an* 1 *fi. cap.* 21 *li.* 2 G *in primæ fi. an* 4 *aut* 5.
i 4 *tab.* Q.
k 3, 4, 5 *fi. ca.* 6 *li.* 1 k.
l 2 *fig.* F.
m 6 *fig.* R *super* Y.
n *fi. capitis* 9 *li.* 4 *insertæ* F, F, G, G
o *Eiusdem fi.* N. & O. *dein* Q, Q. S, S.
p *fi. ca.* 6 *li.* 3 S. *aut sit ella hic ultimã fi. lib.* 3. q 2, 3, 4, 5 *fi. ca.* 21 *li.* 2 M.
r 12 *fig.* B *aut spectat fi. ca.* 38 *li.* 1.
s 12 *fi.* E, G
t 12 *fi.* F, H.
u *Hic sedulò spectat figuras* 38 *capit lib.* 1 & *ca.* 21 *li.* 2.
x 2, 3, 4 *fi. ca.* 21 *lib.* 2 L.
y 4, 5 *fi. ca.* 21 *li.* 2 g.
z 4, 5, 10 *fi. ca.* 21 *li.* 2 i.

& magis quodammodo lateſcit,& in poſteriora tumens,orbic ularis teresq́;,ut illa, efficitur. Eandem formam ſeruant omnes aſperę arteriæ in pulmonem ſparſæ ſoboles,quæ arborum ramis aſsimilantur,& in omnes pulmonis partes frequentiſsimis germinibus,ut iam dictum fuit, excurrentes, uniuerſam ſeriem illius imagini reſpondentem conficiunt. Externa aſperæ arteriæ ſuperficies præter dictam laryngis ſuperficiē inęqualis, ſed interim ordinata ſerie procedens uiſitur; ac quum arteria aere diſtenditur, à tergo quidem læuis inſtar continuæ cuiuſdam membranæ eſt, à lateribus uerò & anteriore regione inæqualis membrana ſcilicet,quæ cartilagines mediat,tunc ipſis cartilaginibus magis extuberante. contrà uerò, quum laxa concidit:nam tunc cartilagines membranea ſubſtantia eminentiores protuberant. Ad hęc, inſtar membranarum quæ alijs connaſcuntur partibus,externa arterię ſuperficies aſpera eſt. Poſteriore etenim ſede fibroſis aliquot nexibus ſtomacho committitur, & ſuperior laryngis regio, quum communem cum ſtomacho tunicam ſortiatur, ualidiſsimè illius tunicæ beneficio ipſi connaſcitur: quemadmodum & larynx ſtomacho firmiſsimè [f] muſculorum opera connectitur,qui ſtomachum amplectentes, primæ cartilaginis lateribus implantantur. Anterior aſperæ arteriæ pars & latera attenſis muſculis & uaſis, ac præcipuè [g] recurrentibus neruis connaſcuntur. Quinetiam ubi aſperæ arterię rami in pulmonem excurrunt,propter ipſis adnatā pulmonis ſubſtantiam minus lęues exiſtunt. Cęterùm interior ſuperficies etiāſi inæqualis pro cartilaginū extuberantia ſemper ſit,læuis tamen,ac uelut unctuoſo humore perfuſa, neque ullis fibroſis explantationibus aſpera exiſtit.& talis quoque,quod ad læuitatem ſpectat, [h] interna laryngis eſt ſuperficies:quamuis interim neque orbicularis,teres ve ſit, neque tuberibus occurrat libera. In humillima enim parte, utcunque aut arctetur,aut diducatur, orbicularis ad muſsim patensq́; eodem ſemper modo, ob perfectum quem ſecunda cartilago efformat circulum, euadit.in medio uerò quum arctatur, penitus conniuet, non orbicularis quidem orificij ritu, uerùm rectæ inſtar lineæ ſeu rimæ ab anterioribus in poſteriora protenſę: quæ ſi dirimitur,aperiturq́;,ab anteriore parte ſenſim in poſteriora tantiſper latior efficitur, donec laryngis interior ſuperficies tota quodammodo orbicularis teresq́; intus ſpectetur. Quando hęc rima arctatur, & conniuet,ipſaq́; inferior laryngis pars neceſſariò teres permanet,utrinque ad rimæ illius latera una conſpicitur fouea, altiùs quodammodo quàm rimæ ſuperficies conſcendens, unde etiam hic cornuta ſuperficies ſub rima conſurgit. Superficies uerò laryngis ſupra rimam conſiſtens, prout hæc aut recluditur, aut comprimitur,etiam differt,nunquam tamen penitus eſt orbicularis, ſed pro rimæ compreſſu ex poſteriorib⁹ in priora magis minusq́; arctatur. Inferior laryngis operculi ſuperficies concaua, ſuperior autem conuexa cernitur. Verùm ne longius in aſperæ arteriæ forma explicanda morer, ipſius aggredienda eſt ſubſtantia,quæ magna ex parte occurrit membranea & cartilaginea. [i] Larynx namque (uti primo libro explicatum eſt non perfunctoriè) tribus conſtat cartilaginibus. prima nimirum, quam diſſectionum peritiſcuto aſsimilarunt: ſecunda,quam quòd nomine deſtituitur, quaſi ſine nomine uocauerunt: tertia, quæ gemina eſt,quamq́; uaſorum orificijs,quibus aquam manus lauaturis affundimus,reſpōdere arbitrati ſunt. Deinde laryngis operculum ipſius quoque conformationem ingredit ur, ex cartilaginea membraneaq́; & pingui ſubſtantia (quemadmodum & tertiæ cartilaginis ſuperior pars) conſtitutum. Reliquum aſperæ arteriæ corpus innumeris conformatur cartilaginibs, quæ ſingulæ circulo correſpondent,cui quarta pars ſit execta. Propius enim ad anuli circuli ve perfecti figuram, quàm nonnullis uiſum eſt accedunt, circumferentiam corporum uertebrarum thoracis & lumborum [k] referentes. Cartilagines hæ à *C* ſpecie σιγμοειδεῖς Græcis appellatæ,& ϐρογχίαι ab illis inſuper dictæ, quibus uniuerſa aſpera arteria ϐρόγχος nuncupabatur, in orbiculo arteriæ figuram imitantur: corpus tamen ipſorum teres non eſt, ſed quodammodo quadrangulare,multo interim latius quàm craſsius. Dein non eandem toto corpore ſeruant craſsitiem: in medio enim craſsiores ſunt quàm in extremis,quibus paulatim attenuantur,ac uelut in membranam degenerant. Neque arbitretur quiſpiam, illorum ſententia deluſus, qui à perfecti circuli figura cartilagines ſolum deſinere prodiderunt,ne arteria ſtomachum plus æquo comprimeret,eas hanc formam ſpeciemq́; in caudice ipſius arteriæ duntaxat ſeruare,in pulmonis uerò ſubſtantia completos effici circulos. quum in pulmonis ſubſtantia perinde ac in caudice ſeſe habeant,continua ſerie æqualiterq́; mutuò diſtantes in arteria [l] collocatæ, & hac denique ex parte quandam dorſi oſsium ſuis corporibus contextus [m] ſpeciem proponentes. in qua cartilagines quidem oſsibus ueniunt comparandæ, membranæ autem inter illas occurrentes, cartilagines ligamentis uertebrarum corpora colligantibus. Committuntur uerò hæ cartilagines,primùm propriæ cuiuſque cartilaginis mēbranæ interuentu. Quemadmodū enim omnibus ferè oſsibus ut & laryngis etiam cartilaginib.membrana quædā,eo quòd oſsiū ſit inuolucrū, circumoſſalis nuncupata [n] obducitur,pari quoque ratione circulares aſperæ arteriæ cartilagines ſimili mēbrana integuntur, quæ ex demiſsioribus elatioribusq́; ſui partibus proceſſus exporrigens,illorum interuentu cartilagines inuicem connectit, uelut membraneum inter duas cartilagines ſeſe reſpicientes uinculum efformans. Neque ſolùm inter cartilagines,ubi ab inuicem æqualiter diſtant,eiuſmodi conſurgit uinculum:uerùm etiam ab extremis tenuiſſimisq́; cartilaginum partibus membranei proceſſus educuntur, partes eas ita colligantes, ut cartilagines unà cum ligamento à proceſsibus illis conflato cōtinuum ueluti efforment circulum.His cartilaginib. mēbranisq́; aliæ duæ accedunt membranæ,ab uſu tunicæ non immeritò appellatæ. Atq; una quidē externam arteriæ ſuperficiem undecunque amplexatur, mēbraneis illis cartilaginū uinculis pertinaciſsimè connata. Hæc tenuis eſt,illisq́; tunicis par,quas peritonæū & ſuccingens coſtas mēbrana quæ ipſis affirmantur uaſis præbent. Iſtius tunicę interuentu arteria conterminis partibus colligatur, ipſaq́; in primis recurrentes neruos arteriæ quodammodo proprios ſecuriſsimè defert,uenulasq́; laryngem & arteriæ caudicem implicāte aſſumit. Altera arteriæ tunica, internam totius arteriæ ſedem ſuccingit, & ad cartilaginum inter ſe colligationis

Qualis aſperæ arteriæ exterior ſuperficies.

Connexus aſperæ arteriæ.

Internæ aſperæ arteriæ ſuperficies qualis.

Aſperæ arteriæ ſubſtantia, quibus cartilaginibus cōſtruatur.

Qui aſperæ arteriæ cartilagines inuicem colligentur.

Duarum aſperæ arteriæ tunicarum exterior.

Interior tunica.

e Confer 1 figurā cap. 38 lib. 1 cū 12, 13 fig. lib. 6.

f 2, 3, 5 fi. cap. 21 li. 2 1.

g fi. capiti 9 li. 4 inſer u Q. Q. 5, 5.

h 11, 12, 13 fi. ca. 21 lib. 2 quærū iudices ſpectabis.

i Si uiſum fuerit, ſeriatim ſpectæ figuras cap. 38 lib. 1.

k cōfer 14 et 15 fi. ca. 38 lib. 1 cū humiliorib⁹ L, L. fi. ca. 14 li. 1.

l ſpectatur id 1, 2 fig. ca. 38 li. 1.

m cōfer dictas fi. cum R, R & L, L fi. ca. 14 lib. 1.

n Quia eiuſmodi mēbranarū ac aliarum tenuiū tunicarū ratio ex totius organi circūſcriptione petitur, illæq́; mēbranæ tā tū ſunt, eas noſquā delineauimus.

ligationis

ligationis robur plurimùm auxiliatur, exteriore tunica multo crassior & ualidior, multisq; numeris dignior,& interna superficie læuis,pinguiq; quodammodo humore oblita.quamuis interim, non undecunq; eandem seruet crassitiem.quum enim linguæ,labrisq; & palato,& ipsi demum stomacho communis sit,in laryngis cauitate crassior euasit,& pinguedine inter cartilagines & externam ipsius superficiem obducitur. Vbi uerò rima lingula ve laryngis o conniuet,hæc tunica utrinque ad latera dura callosaq; efficitur, ac cũ substantia colorem quoque immutat: ut enim hic tanquam à frequenti,dum spiritum retinemus,compressu callosior euadit,ita quoque magis ibidem candicat,albescitq;. Ea parte qua interior tunica ramos arteriæ per pulmonis substantiam diffusos succingit, tenuior longè quàm in larynge uisitur: in caudice uerò arteriæ,medio se habet modo. Per uniuersæ tamen arteriæ cauitatem, hanc tunicam rectis fibris quodammodo intertextam esse, ex sectione didicimus. Quæ etiam ostendit p glandulas alterutra parte singulas ad laryngis radicem adnatas,quæ magnæ sunt, & fungosæ admodum, carnisq; propemodum coloris, sed magis nigricantes, & uenis satis conspicuis obductæ: quarum in secundo etiam libro meminimus, quum laryngis prosequeremur q musculos,hic rursus neutiquam,ne prolixior sim,repetendos. Aspera itaque arteria omni prorsus sanguine uacaus,primariò ad aeris in respiratione transitum ductum ve animanti confert: deinde & uocis organum facile est præcipuum. quibus etiam usibus uniuersa ipsius congruit fabrica. Aerem enim per nares aut os attractum,ex faucibus recta in pulmonem ducit, hunc per uniuersum pulmonis corpus ita numerosa ipsius serie distribuens, ut pulmonis substantia illum promptè alteret, ac cordis muneribus aptum efficiat.dein aspera arteria rursus omnem aerem cordi inutilem unà cum fuliginosis ipsius recrementis inter expirandum per os aut nares commodè,ita ut modò est locata,reddit. Ad quam sanè functionem,hanc instar membranei meatus,qui facilè inanitus concidere, atque rursus oppletus distendi posset,extrui conducebat. Quod enim nisi fuga uacui magnopere replendum est, ac rursus compressionis duntaxat ui inaniendum, distendi comprimiq; aptum esse oportet. Quum itaque inspirationem aeris ve attractionem dilatati pulmonis beneficio fieri omnibus concessum sit, pulmonisq; dilatatio aliud nihil censeatur, quàm suorum uasorum distentio, non quidem simpliciter omnium,sed in primis asperæ arteriæ propaginum: quumq; expirationem fieri constet,quoties pulmo in se colligitur, concidit & arctatur, eaq; ratione aerem in sua cauitate (uidelicet in asperæ arteriæ ramis) contentum exprimit, propellitq;, cuiuis ratiocinari promptum est,asperam arteriam,ut & distendi in inspiratione & denuò comprimi in expiratione posset,debuisse fabrefieri. Verùm horum munium occasione sat erat hanc ex membranea quapiam nerueaq; substantia,ut uentriculum, stomachum, aut arterias ipsas & uenas construi, neque eam illis quibus abundat cartilaginibus donari erat necesse. adeò sanè ut nunc frusta,quòd ad aeris ratione uacui attractionem,& asperæ arteriæ ex illo distentionem,& quòd ad aeris ob arctatam compressamq; asperam arteriam, expirationem attinet,uel aliquam cartilaginem rerum Opifex ipsi largitus uideatur.tantum abest, quòd illi Opificis industriam ostenderent, qui omnes asperæ arteriæ ramos in pulmonis substantia distributos ex cartilaginibus perfectos circulos constituentibus fabricatos finxerunt, & aliam inibi asperæ arteriæ quàm quà stomacho prætenditur constructionem enarrarunt: haud perpendentes, si aspera arteria ita extruerctur,pulmonem neque distendi,neque laxari ita opportunè posse: aut saltem in longitudinem, uel breuitatem duntaxat, non autem in amplitudinem asperæ arteriæ ramos proficere educi ve posse. Neque minus illi hallucinantur, qui arteriam hanc apertam patentemq;, & non stomachi modo concidentem efformatam asserunt, quo aeris liberior esset ingressus & egressus: quandoquidem hi prꝛterquàm quòd laryngis arctationem dilatationemq; ignorant, eò uenere ruditatis, ut ipsos lateat, si aspera arteria cum omnibus suis propaginibus semper æquè tensa apertaq; esset, pulmonem neque unquam constringendum aut dilatandum,nihilq; uacui fuga in asperam arteriam (ut quæ prius non concidisset) attrahendum. Nam hoc uel ex follibus animaduertere debuerunt, quibus longè aliud artificium ad eam partem quæ aerem reddit, quàm reliquæ follium amplitudini adhibetur. Hanc enim artifices distendi comprimiq; promptam reddunt,ut oppleri inaniriq; possit: non autem ita canalem, quem rigidum faciunt, & uicissim distendi comprimiq; ineptum.cuius naturæ si totus follis esset,quis omnem ipsius usum nos perdituros, ac instar lagenæ uitreæ follem futurum ignorat? Atque huiusmodi membraneæ substantiæ arteriam constituentis est ratio,quæ hanc membraneam debuisse fieri commonstrat. At cartilaginibus abundauit quoque, ut non modò respirationis,uerùm & uocis quoque,uti diximus,organum fieret. Quemadmodum enim asperam arteriam læuium arteriarum modò, respirationis nomine membraneam confici idoneum fuisset: ita quoque ad uocem ampla,rigida,duraq; prorsus fistularum,tibiarum & cornuũ ritu effingi debuerat.Quandoquidẽ ut uox fiat, symmetriã quandã & robur esse oportet, aeris & substantiæ ab ipso percussæ. Huiusmodi sanè substantia est cartilago,ex qua uniuersam arteriã solius soni gratia,tibię modò extrui sine ligamẽtis & mẽbranis oportuisset.Verùm quũ absq; inspiratione ac expiratione uox fieri nullo oportuerit modo,illęq; cõpressione ac distentione necessariò indigeãt, meritò laudabimus summi rerũ Opificis solertiã, qui asperã arteriã simul cõmodum respirationis & uocis organũ molitus est. Imò tantã industriã in laryngis constructione ostẽdit,ut illa nũc magis,nũc minus claudi possit,& spiritũ ex nostro arbitratu ad magnos sępe usus retinere ualeamus,& uocẽ nunc grauẽ,nunc leuem,prout rimã illam (quæ profectò uocis primarium est instrumentũ) arctamus uel laxamus. Hæc nanque illa est, quam tibicinarũ coniunctis arundinum fruſtulis cõparauimus:ac illi etiam rimæ respondet,quæ fistulis illis ineſt,quas labris amplectimur. Congruit etiam usu,quamuis non forma,cornuum & tubarum orificijs,quæ ori illa inflantes accommodamus. Deinde & organorum quoque fistularũ rimis,& illarum etiam fistularũ foramini,quas transuersim inflamus, laryngis rima comparatur. At hæc interim longè omnium eiusmodi foraminum aut rimarum in quibus sonus efficitur,

o 12 figu. cap. 21 lib. 2 f.

p 6 muscu. tab. 1. & 2 3,4,5 figu. cap. 21 lib. 2 M.

q inuen. fi. ca. 21 li. 2.

Glandes laryngis radici adnatæ.

Musculi laryngis.

Asperæ arteriæ usus, ipsiusq; constructionis ratio.

Situs ratio.

Asperã arteriam membranea substantia oportuisse extrui.

Cur cartilago asperæ arteriæ constitutionẽ subeat.

Laryngis rimæ usus.

ficitur,artificium uincit.ut quæ ita extructa sit, ut modò minus, modò magis,uti paulo antè dicebatur, cã laxare, & uarias uoces, non autem unicam duntaxat edere ualeamus: & tanta demum thoraci uis inditur, ut ex nostro arbitratu nunc multum, nunc parum aeris ad solam respirationem, aut ut etiam simul uoci, quam effingere lubet,aer inter expirandum sufficiat,emittere queamus. Quàm uerò fuerit necessum secun dam laryngis cartilaginem perfectum efformare circulum, & arteriam asperam hic ad laryngis radicem haud posse comprimi,animaduertes, si diligenter uocis generationem ex aere ab ampla uia in strictam, & hinc rursus in latam impetu deducto, fieri didiceris: atque simul ¶ gargareonem uocis plectrum & palatum instar rotundi ampliq; spacij constructum, & cauitatem super id in narium [r] foraminibus apparentem, & utriusque lateris [s] quarti maxillæ superioris ossis cauernas, ac dentes pariter & linguam, & labra rimatus fueris: ac demum musica artificum instrumenta, illarumq; partium usum his Naturæ operibus diligenter contuleris. Neque hic in nominum disceptationem incidere uisum est, rixose certando de rimæ huius & laryngis operculi nomine,quod falso uocis proprium,præcipuumq; organum plerique recensent: quandoquidem hoc nihil uoci,nisi fortassis ad illius aliquam modulationem accommodat, cibi interim & potus transglutientibus,in laryngem casum (uti primo explicuimus libro) prohibens. Imò præterquam quòd sensu id ad uocem nihil facere ex uera sectione perspectum habemus, ratione id alijs cognitum esse oportuerat. Nullus enim unquam,quo operculum id ageretur, musculus, ab alijs descriptus est: neque etiam ullis mouetur, quàm ijs [t] quos ab osse [u] referente in ipsum inferi commemorauimus, quum interim reliqui laryngis musculi ad unum omnes rimæ illi dilatandæ uel arctande subseruiant. Vti etiam eius gratia omnem laryngis cartilaginum fabricam extructam esse, non sine maxima uoluptate cognosces, si aliquo saltem Naturæ operum cognoscendi studio ardens,uel bruti alicuius laryngem in manus sumpseris, artificumq; in musicis instrumentis expenderis industriã, Naturæ opera proximè sectantem. Reliquarum etiam asperæ arteriæ cartilaginum in ipsius caudice situm non esse uulgarem,hinc sanè constat,quòd crassior mediaq; ipsarum pars in anteriore sede iniurijs magis,quàm posterior, occurrente spectetur: quodq; cartilagines ubi à perfecti circuli figura in caudice arteriæ necessariò propter inspirationem deficiunt, opportunè stomachum respiciunt,quò minus illum comprimant,minusq; ipsius in ciborum assumptione distentionem præpediant. Tunicas etiam asperæ arteriæ Natura non oscitanter extruxit. externa enim cartilagines instar inuolucri munit,ipsiusq; interuentu arteria uicinis partibus colligata firmataq; securiùs deorsum prorepit. Interna uerò non solum cartilagines firmius connexura, sed easdem quoq; succinctura,& à grauioribus iniurijs munitura,crassior externa euasit. Sæpe enim aliquid pituitæ inutilis à capite per arteriã defluit,necnon potus aliquid & cibi inter deglutiendũ in illam illabitur. Præterea acris quędã qualitas, uel fumi,uel cineris,uel carbonum,uel alterius cuiusdam facultatis medicamentosæ, etiam inter respirandum attrahitur. Adde,pus tussi expectorandum quandoque esse malignum & erodens: dein alius quis humor,utpote flaua bilis,ac atra,aut pituita salsa intus putredinem experta, per asperam arteriam interdum efferri debet:à quibus omnibus obducta cartilaginibus tunica,ne illæ radantur, & rosionem alterationẽq; ab his non sine graui ipsarum uitio sentiant,præcauet. Atque ut larynx eiusmodi noxijs (nimirum ori uicinior) magis subijcitur:ita quoque & tunicam hanc paulo crassiorem obtinet,quàm extremi arteriæ furculi,in quibus tunica tenuior euasit,ne plus æquo pulmonis substantiæ aerem cordi temperantis uim obtunderet,& aeris in [u] uenalis arteriæ germina assumptionem,& rursus cordis fuliginosorum in asperæ ramos attractionem prohiberet. Cæterùm pinguedo inter tunicam hanc & cartilagines in larynge potissimùm re posita,ipsaq; etiam tunica hic pinguior simul cum uiscido,quo undique oblinitur, humore, ad facilem aeris ductum conferre uidentur:atque etiam ne in magnis clamoribus,multisq; motibus exiccetur,uoxq; deficiat,plurimum accommodare. Huc quoque faciunt asperæ arteriæ ad laryngis radicem utrinque appositæ glandes. humore siquidem meatum imbuunt,non fluido quidem,sed uiscido & pingui, quemadmodũ & ipsæ crassiores spissioresq; cæteris humorem procreantibus glandulis sunt. Quantus uerò eiusce humoris ad uocem usus sit,indies fistulas humectante oleo inungi uidentes docemur. Neque profectò eiusmodi humore procreando illæ tantum quas diximus glandes sufficiunt,uerùm & aliæ laryngi accumbunt, quarum historiam priuato Capite subijciemus:simulatque hic insuper admonuerimus, humorem illum à glandulis continuò paratum,ad mutuam quoque illam laryngis & stomachi eleuationem & detractionẽ, quæ in deglutientibus & respirantibus accidit,haud mediocriter ex usu esse: perinde ac miris modis illi etiam opitulatur interioris asperæ arteriæ,cum interiori tunica stomachi nexus & continuitas. Eius enim propemodum beneficio,quum stomachus cibum aut potum transglutit,ac trahẽdo seipsum quasi deorsum uellit,larynx pulchrè assurgit,& ueluti in oris cauitatem ducta,posteriori sua sede solida,& non ut reliqua posterior asperæ arteriæ pars membranea,accedens,illud stomachi munus haud impedit. quemadmodum etiam inspirantibus,arteriaq; aspera ueluti attractionem moliente,larynx deorsum fertur, fauciumq; angustia,quo minus ipsius rima commodè aperiri queat,non obsistit. Vnde etiam larynx (quæ expirantibus uocemq; modulantibus sursum fertur) tanto magis ex faucibus uersus iugulum descendit, quo maiorem ipsius rimæ dilatationem molimur:huc sanè opem ferentibus [x] musculis,qui à pectoris osse pronati primam laryngis cartilaginem in ea functione deorsum protrahunt.

Vocis generatio.

Laryngis operculi usus

Cartilaginum coordinationis ratio.

Asperæ arteriæ tunicas aptè extructas esse.

Pinguedinis & glandularũ laryngis ratio.

Lærygis et stomachi mutui ascẽsus & descensus ratio.

q 6 musc. tab. E.
r 2 fi. cap. 12 lib. 1 n, o.
s 1,2 fi. ca. 9 lib. 1 I.
t 2,3,4 fi. & 21 li. 2 K.
u 2 fi. cap. 15 lib. 3.
x 5 musc. ta. P. & 1, 2 fi. cap. 21 lib. 2 G.

DE FAVCIVM GLANDVLIS. Caput V.

TRIPLEX glandium genus in faucibus repositum, uarijs spectatur figuris. Ac primum quidem genus sexta

musculorum tabula L insignitur: & in secunda figura, tertia, quarta, quinta Capitis uigesimiprimi, libri secundi M. Secundum uerò genus sexta quoque musculorum tabula F indicatur, & decimaquarta quinti libri figura E, E. Tertium autem in prima musculorum tabula A notatur: & in quarta, inter G, Q, Z consistit.

QVONIAM nonnullarum [a] glandium asperam arteriam humectantium paulo antè mentio incidit, [b] aliæq; eiusdem functionis gratia creatæ illis accumbunt, non inopportunè eas quoque hic simul, de nominibus interim haudquaquam anxiè disceptaturi, prosequemur. Non minus enim modò, quàm aliàs, ingenti nominum pelago fluctuamus: ex quo ut emergamus, fauces nobis citra omnem contentionem uocari liceat uelim, uniuersum spaciũ ab [c] inferiori maxilla intus circumscriptum: illud dico, quod in profunditate ab interna mentis sede ad ceruicis usque uertebrarum corpora pertingit: in latitudine uerò, quicquid inter dextram inferioris maxillæ partem & sinistram habetur. Hoc enim φάρυγγα ueteribus Græcis uocatum arbitror: quo nomine & laryngem, tanquam huius spacij dignissimam partem, aliquando donarunt: Suidæ distinctionem parum obseruantes, qua masculini generis uocem laryngi accommodat, fœminini uerò fauces. ἰδμὸς. Eundem locum & ἰδμὸν ab angustia nuncupasse uidentur, quòd nulla in uniuerso corpore sit regio æquè angusta, & tot interim organis infarta. Hac enim sede narium [d] foramina in os descendunt, [e] & hic reponuntur larynx uniuersa, [f] stomachi initium, linguæ [g] radix cum osse [o] imaginem exprimente, ac numerosis illarum partium musculis: præterea & musculi maxillam mouentes, tum [h] qui ab ossis cuneum imitantis [i] processibus instar alarum efformatis originem sumunt, tum [k] qui nonnihil huius etiam angustię causa in medio excarnes facti inferiorem maxillam deorsum uellunt. Adde præter tertij, sexti, septimi parium cerebri neruorum [l] propagines, [m] uenas iugulares, & [n] arterias soporales, & quas nunc lubens enarrarẽ glandulas hic contineri. Est aũt harum genus triplex: ac [o] unum quidem, quod iuxta laryngis radicem asperę arterię lateribus adnatum, in præcedenti Capite recensuimus. [p] Secundum uerò elatius laryngi apponitur: quippe in spacio quod nobis hiantibus medium inter narium foramina & laryngem apparet, utrinque in lateribus una reponitur glandula utcunque insignis, & glandi forma perquàm similis. Oblonga enim est hæc glandula, ac secundùm longitudinem sursum ac deorsum exporrigitur, communi oris tunica, sed ea hic quàm alibi tenuiore fungosioreq; uestita. Substantia constat alijs ferè glandibus simili, at impensius rariore, in hocq; propria, ut saliuam procreet, ac asperam arteriam & stomachum quoq; cum tota oris amplitudine humectet. unde etiam apud Hipprocratem quarto de Morbis uulgaribus libro, παρίδμια glandulæ istæ spongiarum nomen obtinuerunt. Vocantur autem insuper Græcis παρίδμια, fortasis non tã quòd his angustijs contineantur, ac quòd [q] gargareonis latera respiciant. Si enim hiantis oris cauitatem intuearis, atque foramina narium & gargareonem obserues, quid aliud hic foramina quàm duo uelut maria, ipse autem gargareo instar angustæ terræ inter illa deductæ apparebunt: adeò ut nihil obstiterit, gargareonem ἰδμὸν aliquando à Veteribus, qui pueros in cadauerum sectionibus exercebant, nuncupatum fuisse arbitrari. Aliàs enim si ad loci angustiam, instrumentorumq; hac in sede frequentiam, animum duntaxat adhibuerimus, glandes asperæ arteriæ adnatæ, quum in maioribus angustijs, quàm secundùm hoc glandiũ genus reponantur, παρίδμια uocitandæ forent. uerùm quum illas ab Anatomes professorib. descriptas fuisse, hactenus non obseruauerim, magis secundum genus (quod etiam nimis quàm oscitanter alij enarrarunt) ita appellandum duxerim. Cæterùm secundum hoc glandularum genus amygdalis quoque assimilatum, Græci etiam ἀντιάδας, ab oppositio sibi inuicem forsan situ nuncupauerunt, quam uocem interpretes tonsillas & amygdalas uertunt. Quamuis hæc posteriora nomina [r] tertio glandoso huius sedis generi quidam attribuisse uideantur, ignorantes interim cum primo genere secundum. Non tamen hic prætereundum est, Græcos, quum tumores præter naturam enarrant, glãdularum quę in faucium initio sibi opponuntur, ac secundum glandularum genus constituunt, inflammationes ἀντιάδας nuncupasse, & παρίδμια inflammationem glandularum, quæ in faucibus sunt: non adijcientes, quæ nam illæ censeantur. Porrò tertium genus, [s] inguinum & axillarum glandibus respondet. numerosum enim sub aurium radicibus & uniuerso spacio inferiori maxilla circumscripto continetur, ac cauitates omnes exactè implet, uasorumq; diductibus distributionibus ve præficitur, has partes quoque sua humectandi ui imbuens. Hoc glandularum genus nullo peculiari donatum est nomine: uulgus tamen hic in ijs quibus uescimur animalibus, & potissimùm in syluestribus porcis, ut & reliquas glandulas, in delicijs has quoque habet, ac Animellas seu Lactitia (perinde ac [t] glandium in iugulo repositum) nuncupat. Num uerò & istas quoque Græci παρίδμια appellauerint, sciremus sanè, nisi temporum iniuria Marini uiginti de Confectionibus libri, cum Græcorum omnium qui quicquam in Anatome dignum præstiterunt operibus, maxima ex parte intercidissent. quartus enim Marini liber inter cætera glandulas tractabat. Vtcunque uerò sit, hoc tertium in faucibus glandularum genus non minus quàm cætera duo ob uarios quibus implicatur affectus, & scrophulas præcipuè, perpendendum uenit: hocq; in primis tempore, quando non id solum genus, uerùm & alia duo simul cum palato & gargareone Gallicus morbus miserè exercet.

Fauces.

Triplex in faucibus glãdiũ genus. Primum. Secundum.

παρίδμια

ἀντιάδες.

Tertium in faucibus positarum glãdiũ genus.

a 6 musc. tab. L.
b 6 musc. tab. F. & 1 mus. tab. A.
c 1 fi. ultimarum li. 1 à G ad l. aut quod cõplectitur in effractura xillæ sextu tab. muscu.
d Post E 6 mus. tab.
e figuratu pi. 21 li. 2.
f 2, 3, 5 fi. ca. 21 libri 2 H.
g 5 muscu. tab. L, M.
h 6 ta. D.
i 3, 4, 5 fi. ca. 6 li. 1 P.
k 5 ta. H, I.
l 2 fi. ca. 2 li. 4 T, Y, e, g. u. y, π.
m fi. ca. 6 lib. 3 S.
n fi. ca. 12 li. 3 X ad a. aut specta ultimam fi. lib. 3.
o 6 musc. tab. L.
p 6 musc. tab. F.
q 6 musc. tab. E.
r 1 muscu. ta. A. 4 ta. inter G, Z, Q.
s 1 muscu. tab. l.
t 2 fi. f.

DE GARGAREONE. Caput VI.

IN hiante ore gargareonem citra dissectionem uidere est, quanquam in sexta musculorum tabula E insigniatur, in septima uerò A.

ISTA

ISTA quoq; corporis particula pluribus donatur nominibus. gargar. n. gurguglio, gargareó, ſibilus ac tintinabulũ à uoce ac ſonitu nuncupatur. Quia uerò inſtar uuæ ſuperiùs angusta, inferiùs uerò globi inſtar rotunda aliquando, dum inflammatione corripitur, propendet, Vua, ſeu σταφυλὴ appellatur. Deinde quòd caudæ muris, aut columnæ modo extenſa interdum ex humorum affluxu particula hæc producatur, ut & affectus ille, κιὼν ac columnella dicitur. Porrò quoniam ſecundùm naturam ſe habens, ſuperiùs latior, inferiùs autem ſtrictior uiſitur, fundibulum aliqui eam uocauerunt. at nomina ſonitus occaſione ipſi indita, à multis toti laryngi, ab aliquibus uerò laryngis [a] tantum operculo, etiam accommodantur. Cæterùm gargareonis (ita enim particula iſta in noſtris ſcholis frequentius appellatur) ſitus, forma, color, ac omnia ferè huc pertinentia, non minus quàm externa unguium ſuperficies euadent conſpicua, ſi alicuius hiantis os inſpicere non pinguerit. Vnde etiam horum enarrationi prolixiùs quoque haud immorandum eſt. Oblonga enim tunc ſpectantibus occurrit particula fungoſa & carnea à palati fine, ubi narium foramina fauces ſpectant, in oris amplitudinem propendens, ſuperiùs ubi palato continuatur latior, inferiùs pyramidis inuerſæ inſtar acutior. Venulas quaſdam ex uaſis palati tunicam adeuntib. in ipſius medio aſſumit: neruis autem non admodum participat. Porrò gargareonis primarium uſum uocis modulationem eſſe, ac illum homini ad ſermonem plurimum opitulari, argumento ſunt, qui hunc præfectum alias ve deroſum habent: de in quòd ſoli homines, auiumq; quædam tantum genera hoc donari uidentur. adeò ſanè, ut non immeritò uelut quoddam uocis plectrum, ita ad cauum palatum pendens cenſeatur. Secundariò autem ad aeris attractionem, ne ſcilicet nimium frigidus in pulmonem feratur, aliquid & homini accommodare creditur, quũ his quibus gargareo præfectus eſt, frigidus aer impenſius quàm cæteris noxius eſſe obſeruetur. Sic quoque & ad aeris expurgationem nonnihil conducit. nam puluerem ſibi applicat, qui alioquin in laryngem ſimul cum aere erat aſſumendus. At hic uſus, quum cætera animalia ad terram magis quàm homo ſpirantia gargareone deſtituantur, parui pendendus uidetur. Quamobrem uerò nonnulli gargareonem excrementorum à cerebro in os deſcendentium quoddam receptaculum eſſe tradiderint, non ſatis aſſequor, quum gargareon nullam, qua aptè aliquid ſuſcipiat, cauitatem nanciſcatur: imò quoties humore imbuitur, laxatus muris caudæ forma propendet, aut alio quopiam ſibi grauiſsimo uitio, dum fluxionem ſuſcipit, conflictatur. At nunc tempeſtiuum erit, pulmonis in quem aer per aſperam arteriam ducitur, conſtructionem aggredi.

Gargareonis nomina.

[a] 1, 2, 3, 4, 5, 6 fi. cap. 21 lib. 2 L.

Gargareonis ſitus, forma, ſubſtantia.

Vſus.

DE PVLMONE. Caput VII.

PVLMONEM oſtendit maior præſentis libri figurarum pars, prima uidelicet ad characteres R, S, T, V. Secunda ad N, O, P, Q. Tertia ad L, M, N, O. Quarta ad M, N, O, P. Quinta ad i, k, l, m. Duodecima E, F, G, H. Decimatertia ad B, C, D, E. Vaſa autem pulmonem implicantia partim exprimuntur prima figura Capitis trigeſimi octaui libri primi, partim duabus figuris Capitis decimiquinti libri tertij.

SITVM pulmonis [a] duæ inſigniores thoracis indicant cauitates: in utraque enim cauitate, inter coſtas & alteram thoracem interſepientium [b] membranarum conſpicua, pulmo locatur, perinde ac cauitates illæ, geminus. Huius nanq; pars dextram cauitatem occupans, illi quæ in ſiniſtra ſpectatur, propriæ pulmonis ſubſtantiæ interuentu neque continua, neque etiam contigua eſt: quum ſcilicet ambæ interſepientium membranarũ medio inuicem dirimantur, & [c] uaſorum ex uno caudice in dextram ac ſiniſtram pulmonis partes digeſtorum duntaxat beneficio, inuicem ſint commiſſæ. Ac dextra quidem pulmonis pars dextram thoracis cauitatem, ſiniſtra autẽ læuam ita implent, ut nihil prorſus in uniuerſa thoracis amplitudine, pulmonis ſubſtantia non oppletum ſe offerat, præter uniuerſam regionem quam interſepientes membranas [d] in ſe complecti, ac in ipſorum medio conſtituere diximus. Verùm ut mediæ huius regionis ſedem, quæ ſupra [e] neruoſam ſepti tranſuerſi partem conſiſtit, longè aliam in hominibus, [f] quàm ſimijs & canibus occurrere nouimus: ita quoque hic uaria pulmonis obſeruatur ratio. Homini namque in tota ea regione nulla reponitur pulmonis portio, in canibus uerò & ſimijs cæterisq; quadrupedibus longiorem homine thoracem ſibi uendicantibus, ob idq; etiam inter ſeptum & inuolucri cordis mucronem notatu dignam amplitudinem cauitatemq; in membranarum thoracem interſepientium medio demonſtrantibus, pulmonis pars in ea amplitudine ſeſe offert, quæ cauam uenam hàc procedente peropportunè ſuffulcit & complectitur. Hæc enim pulmonis pars, præcipua ſua portione uenæ illi ſubſternitur, & ſinum inſuper uenæ conuexo admodum continuè reſpondentem, ſibi inſculptum gerit, quo manus ferè modo, uenam continet, ac neluti tutò deducit: ſuæ alioquin qua collocatur liberæ amplitudinis formam perinde exprimens, ac dextra & ſiniſtra pulmonis partes, ſuas quibus continentur ſedes examuſsim referunt. Pulmo namque nulla peculiari indigebat forma, ſed pro accumbentium corporum effigie, ut & iecur ipſum, efformatur, prorſus ſuarum quibus continetur cauitatum imaginem haud ſecus aſſumens, quàm ſi quis argilla his cauitatibus impreſſa, pulmonem conſtruxiſſet. Vbicunque enim cauitatum ſedes cõcauæ ſunt, inibi pulmo gibboſus euaſit: ubi autem gibbæ extuberãtesq; uiſuntur, pulmo etiam cauus redditur. Quapropter etiam fit, dextram pulmonis partem ſiniſtra iunctam, bubuli, aut ceruini, aut alterius biſulci animalis calcibus, unguibus ve ſimul commiſsis, rara quadam ſimilitudine correſpondere, aut alteram pulmonis partem unius unguis ſpeciem referre. Tota enim [g] poſterior pulmonis ſedes, lateraq;, anteriori unguium regioni, ac

Situs pulmonis.

Numerus.

[a] *Vna ad dextrum latus G, G. altera ad ſiniſtrum latus* I, 12 *fi.*

[b] *eadẽ fig. & ijdẽ characteres.*

[c] 12 *fi.* B, C, D.

[d] *Inter* G, G *&* I, 1 *fi.* 2.

[e] 7 *muſcu. ia. k, l, m, n.*

[f] *Quæ cani ſunt peculiaria, ex ipſius petes diſſectione.*

Pulmonis forma.

[g] 13 *figu. quam immiſſam finges* 8 *muſc. tabulæ thoraci.*

lateribus adamusim conueniunt. Quemadmodum enim ungues anteriori parte linea impressioneq; inuicem dirimuntur: ita quoque & posterior pulmonis sedes huic lineæ similem omnino impressionem, prominentium in thoracis cauitatem uertebrarum corporum occasione, obtinet. Et ut impressio hæc, secundùm unguium longitudinem gibbumq; modicè obliquatur: ita quoque & pulmonis hac sede impressio secundùm dorsi in exteriora incuruationem ducitur. Rursus ut ungues anteriore parte magis quàm posteriore, contigui uidentur: ita & pulmo ipse, eo quòd intersepientes membranæ ab inuicē multo minus ubi dorso committuntur distant, quàm ubi pectoris ossi proximæ sunt. Deinde reliqua pulmonis posterior pars & latera, propter thoracis costarum inflexus, ut & ungues ipsi, gibba cernuntur. Porrò unguium parti quæ terræ innititur, pulmonis [h] regio septum transuersum spectans, exactissimè congruit. Hæc enim, quemadmodum & illa, subcaua uisitur, propter [i] gibbosam septi hac in sede imaginem. Cæterùm pulmonis [k] regio pectoris os respiciens, ipsius ve anterior pars, adamusim refert posteriorem unguium sedem uniuersam, quæ terram non contingit. Vt enim illa utrinque orbicularis est, & amplo interstitio dehiscit, ita etiã hæc pulmonis regio: quæ tanto posteriore etiam sede breuior est, quanto posterior unguium regio terram non contingens, longitudine ab anteriore uincitur. Cæterùm alia adhuc impressio hactenus non commemorata pulmoni illic accidit, [m] quà is lateribus interspientium membranarum accumbit. Harum nanque latera quum cor inibi contineatur, utrinque extuberant, [n] gibbumq; efficiunt, cui proportionatum sinum pulmo sibi uendicat, illi correspondentem, quem inter ungues illic cernimus, ubi duriores pili in ipsarum medio occurrunt. Atque hæc de humano pulmone subaudita uelim, eoq; non flaccido, sed ut secundùm naturam thoracem implet, distento. [o] Aliàs enim quum concidit, atque in lobos seu fibras insigniter distinctus uisitur, elegans hæc propriaq; pulmonis forma deperditur. [p] Vtræque enim pulmonis partes in duos distinguuntur lobos, mẽbraneis fibris in hominibus inuicem hærentes, neque ita inter resecandum separatu, ac in cane, promptos. Hoc loborum interstitium obliqua perficitur linea, eregionè propemodum quartæ thoracis uertebræ incipiente, & obliquè deorsum in priora, quasi ad pectoris ossis mucronem protensa: sic ut humilior lobus superiore existat longior. Neque etiam perpetuò in duos solum lobos pulmonis partes secantur, uerùm aliquando in tres, interdum in nullos, aut duos ita inuicē nexos, ut sectionis potius nota, quàm reuera distinctio in quibusdam hominibus uideatur. [q] Lobum autem qui in canib. simijsq; cauæ uenæ caudicem suffulcit, uti iã antea dixi, nunquã in homine obseruaui, & hunc illo destitui certo certius scio. Quamuis interim Galeni locus in septimo de Administrandis dissectionibus, mihi memoria nõ exciderit, quo inquit: quintũ hunc pulmonis lobũ eos non latere, qui rectè sectionē administrant: innuens, Herophilo & Marino eiusmodi lobum fuisse incognitum, uti sanè fuit, quum illi hominum cadauera, non autem cum ipso simiarum ac canum duntaxat aggrederentur, in quib. præsenti lobo nihil est manifestiùs: quemadmodũ hominem secanti pulchrè etiam constat illum deesse, tum quòd id sensus indicet, tum quòd [r] uena septum permeans simul cordis penetret [s] inuolucrum, neque aliquod prorsus sit interuallum ductus cauæ inter septum & inuolucrum, quale in canibus longissimum uisitur: unde etiam in illo, uena caua meritò hoc quinto lobo tanquam a manu quapiam suffulciri amplectiq; debuit. Pulmo externa superficie læuis undique est, & ueluti humore lento madidus. attamen in plerisque hominibus non infrequenter hæc superficies aspera earum membranarũ modò cõspicitur, quæ inuicem conascuntur: quandoquidem in illis iam dextra pulmonis pars, iã sinistra, iam utraq; etiã pertinacissimè thoracis lateribus fibrosarum nexuum interuentu colligatur, adeò ut id hominibus quodammodo peculiare esse uideatur, ut & fuscus quidam, non autem candente rubore rubeus color, & quędam instar nubium oblineatio, ac in colore inæqualitas, in hominum pulmonibus conspiciuntur: non quidem in laqueo suffocatis solum, aut aliquandiu mortuis, uerùm & in illis quibus adhuc uiuentibus cor execatur: quamuis tamen sensim mortuis pulmones intensius nigricent, concidantq;. In alijs itaque animalibus non nisi perquàm rarò, pulmo ulli thoracis parti membranearum fibrarum medio hęret: connexus autem qui uasorum fit beneficio, illis perinde ac hominibus censetur communis. [t] Aspera enim arteria dorso colligata, & in pulmonem profecta, omnibus animalibus cum æquè dorso alligat, & [u] uena quoque arterialis & [x] arteria uenalis similiter illum cordi connectunt. Pulmonis substantia, caro est mollis, fungosa, rara, leuis, aerea, ac uelut ex spumoso sanguine spuma ve sanguinea concreta, multisq; uasorum germinibus scatens. Vasa sunt tria. ac primum quidem est [y] aspera arteria, quam iuxta qurtę thoracis uertebræ corpus in duos truncos diduci innuimus, quorum dextram pulmonis partem, ut sinister in sinistram, exporrigitur, & primùm in duos ramos sectus, ac his rursus in plures, hisq; rursus in alios diuisis, multiplici sobole pulmonem intertexit. Secundum uas uenalis est [z] arteria, tertium autem [a] uena arterialis, quarum in tertio libro cum reliquis uenis ac arterijs necessariò meminimus. Adeò ut de illis hic nihil planè amplius, donec ad cordis constructionem deueneri mus, repetendum sit. Hæc uasa similiter ac aspera arteria in pulmonem ea digeruntur serie, ut arterialis uęnę rami, asperæ arteriæ propaginum posteriori sedi attendantur, uenalis uerò arteriæ soboles anteriori. Atque hæc uasorum digestio undecunque ad externam usque pulmonis superficiem adamusim seruatur, non situ modò semper sibi similis, uerùm & magnitudine etiam. Vt enim multo maior est arteriæ asperæ truncus pulmoni insertus, uenæ arterialis & uenalis arterię primis in pulmonem implantationibus: ita quoque uniuerso per pulmonem prõgressu, totaq; ramorum serie, soboles asperæ arteriæ ampliores, patentioresq; uenarum & arteriarum furculis existunt. Huic innumero uasorum implexui, ea quam diximus pulmonis caro intertexitur, atque omnes uasorum amplectens furculos pulmonem efformat: quemadmodum propria iecoris substantia, cum frequenti uenarum sobole iecur constituit. Insuper uniuersum pulmonis corpus nõ aliter ac iccoris, tenui quadam membraneaq; obducitur tunica, principium ab illis uasorum inuolucris

In quot lobos fibrasve pulmo diuidatur.

In homine nullum pulmonis lobũ cauæ caudicem suffulcire.

Qualis pulmonis superficies.

Pulmonis connexus.

Pulmonis substantia. Vasa.

Pulmonis tunica.

h 12 *fi.* G. H.
i 1 *fi.* I. I.
k 2 *fig.* N. O, P, Q.
m 1 *fi.* T. V.
n 1 *fi.* L: *fi.* M, M.
o Vt *in* 3 *et* 5 *figuris.*
p *Singulis lobis singulas adlubui characteres in ijs figuris quibus pulmo sese offert.*
q *Petebũ ex alicuius quadrupedis pulmone.*
r 5 *fig.* D. 6 *fig.* N.
s 4 *fi.* B, B.
t 6 *fi.* Y. 12 *fig.* A.
u 6 *fig.* I. 12 *fig.* C.
x 6 *fig.* G 12 *fi.* D.
y 1 *fi. cap.* 38 *li.* 1. 12 *fig.* B.
z 2 *fi. cap.* 15 *li.* 3. 12 *fig.* D.
a 1 *fi. cap.* 15 *li.* 3. 12 *fi.* C.

uolucris ducens, quæ aſperæ arteriæ alijsq; duobus pulmonis uaſis ab interſepientibus thoracem membranis, ſeu ea quæ coſtas ſuccingit, offeruntur. Quum primùm enim hæc uaſa in pulmonis ducuntur ſubſtantiam, ea tunicula à proprijs uaſorum tunicis abſcedens, in pulmonis tegmentum degenerat: cui [b] neruuli à ſexti paris neruis recurrentes neruos conſtituentibus, & poſtmodum in uentriculi ſuperius orificium diffuſis communicantur. Nulli autem, aut perquàm graciles in pulmonis ſubſtantiã ſenſu non admodum indigentem diſſeminantur. Pulmo enim in hoc præcipuè factus eſt, ut aerem cordi (quo potiſsimùm ad naturalis caloris non qualitatem ſolùm, ſed ſanè & ſubſtantiam indiguit) præpararet, ac demum cor, uiſcus aliquod ſibi appoſitum haberet, ex quo aerem ſuis functionibus aptum ſemper allicere poſſet: & ne quemuis ſtatim nos ambientem, eundemq; aliter non immutatum aſſumere cogeretur, præcipuè quum Natura non ſolùm cordis occaſione quamplurima animalia reſpirare uoluerit, uerùm & uocis quoque gratia, ad commodam animalis uitam haud mediocriter neceſſariæ. Quod enim à pulmone inter expirandum redditur, uocis optima cenſetur materia. Vnde etiam maximè rerum Opifex uniuerſa reſpirationis organa in eũ modum exſtruxit, ut noſtro arbitratu aerem attrahamus, eumq; rurſus nunc ualidè, nunc remiſsè uariaque copia expellamus, quum interim continuus indefeſſusq; cordis motus ex noſtra uoluntate neutiquam pendeat. Quandoquidem uerò hæc quoque alibi, ac potiſsimùm in thoracis muſculorum hiſtoria, neceſſariò latius perſecuti ſumus, ad pulmonis conſtructionis rationem nunc ſermo accommodandus uenit. Pulmo itaque inſtar promptuarij cuiuſdam in aſperæ arteriæ ramos aerem aſſumit, ut deinde cor per arteriæ uenalis propagines ex aſperæ ramis, adeoq; peculiari pulmonis ſubſtantia, illum ſibi alliciat: & rurſus quod cordi inutile eſt, per expirationem à pulmone reddatur. Quis igitur aſperæ arteriæ ſit uſus, neminem latet, quẽ admodum neque uenalis etiam arteriæ officium multis eſt incognitum: ſi quidem id præcipuum ſit, ut aerem cordi aptum in ſe pelliceat, huiusq; interuentu cor eundem in ſiniſtrum ipſius uentriculum attrahat. Arterialis uena in hoc maximè facta creditur, ut pulmoni aptum ſuæ ſubſtantiæ alimentum ex dextro cordis uentriculo exporrigat, quod leue, aereum, ſpumoſumq; eſſe oportuit, ſi modò pulmo facile cõprimi colligiq;, & rurſus diſtendi, ſequaxq; eſſe debuit. Ad quam functionem, uenalis quoque arteria pulmoni putatur eſſe utilis. nam & hæc illi ſanguinem ſuo nutrimento aptiſsimum defert: quo pulmo tum propter ipſius mollitiem, tum propter continuum motum, tum propter caloris copiam, quam ex cordis uicinia adipiſcitur, plurimo præ cæteris corporis partibus indiguit. Quòd autem pulmonis tunica ipſius ſubſtãtiæ, quæ forſitan non uulgarem, & quam modis omnibus à medicis grauiter expendi inquiriq; optauerim, alterandi aeris uim poſsidet, ramorumq; implexus firmat, inuolucri uice ſit, cuiuis perſpectum reor. Sic quoq; hanc iuſtiſsimè tenuem mollemq;, ut promptè cum pulmone concideret, facileq; dilataretur, factam eſſe, neminem decet ambigere.

b 2 *fi. cap. 2 li. 4 q. & hic fi. 6 e.*

Nerui.

Pulmonis uſus, & conſtructionis ipſius ratio.

DE CORDIS INVOLVCRO. Caput VIII.

HOC inuolucrum membranis thoracis amplitudinem interſepientibus liberum, nullaq, ex parte diſſectum, tertia oſtenditur figura, ad characteres E, C, D, E, F, G: uti apertum ſpectatur in quarta figura ad A, B, B. Dein ipſius quoque portio in ultima tertij libri figura ad B occurrit.

MEMBRANAM uniuerſum cor cum ſuis auriculis & uaſorum initijs inſtar arculæ cuiuſdam aut thecę [a] inuoluentem, in medio thoracem [b] interſepientiũ membranarum collocari antea diximus. Verùm in præſentia huius inuolucri ſitum paulo altiùs reperituri, eius effigiem pineæ nucis formæ quàm ſimillimam eſſe dicemus. Quemadmodum enim ex orbiculari & non penitus depreſſa baſi, pinea nux in obtuſum, neq; impenſe prominẽtẽ conũ mucronẽ ve deſinit, omniq; ex parte orbicularis quodãmodo ſecũdũ latitudinẽ uiſitur: ſic quoque & cordis inuolucrum orbicularem baſim, & obtuſum mucronem obtinet, pineãq; nucem proximè refert. Cæterùm inuolucri baſis haud continua eſt, ſed ut minimum quinque foraminibus peruia: ac primum quidem [c] cauę uenæ inter prębet. quà hæc ſeptum [d] perforat. ſecundum autem illud eſt, quo eadem uena [e] ſurſum à cordis baſi iugulum petit. tertium porrò foramen [f] uenam arterialem tranſmittit. quartum uerò [g] magnæ paratur arteriæ, & quintum [h] arteriæ uenali uiam offert. Atque id quodammodo duplex eſt, quòd arteria uenalis priuſquam ex inuolucro labitur, in duos truncos diſcinditur, bina in inuolucro foramina perpetuò ferè adeptos: quanquam & uenæ etiam arteriali duobus quodãmodo locis iter præbeatur. His uaſis preſens inuolucrum ualidiſsimè [i] obnaſcit, quodammodo ab ipſis principium ducens. uidetur namque tertia arteriæ magnæ & uenæ arterialis tunica, & ſecunda uenæ cauæ & uenalis arteriæ, cordis inuolucri principium ſtatuere. Vaſa etenim medio inter cor & ubi inuolucrum ipſis committitur ſpacio, eiuſmodi aſciticijs ſuis tunicis penitus deſtituuntur, notatuq; dignum interuallum inter cordis baſim & inuolucri ad illa uaſa coalitum exiſtit: & inuolucrum non magis cordis baſim, quàm mucronem aut latera illius contingit. quod Galenus in ſeptimo de Adminiſtrandis ſectionibus libro longè rectiùs, quàm in ſexto de Partium uſu, expendit. Cæterùm hæc quæ modò enumerauimus foramina, inuolucri potiſsimùm baſis neceſſariò propter ipſam tranſeuntium uaſorum ſeriem obtinuit, ſeſe hic quàm maximè licuit rotundam efformans. Reliquum autem inuolucri corpus nihil tranſmittens, continuũ eſt, & ſibi undecunque, præterquàm in forma, quæ turbinis quodammodo ritu ex baſi, uti diximus, in obtuſum mucronem tendit, reſpondens. Baſis hæc ſummo apice paulo altius quintæ thoracis uertebræ corpore locatur, huic non penitus, ſed duntaxat eregionè incũbens. Baſis enim media eſt inter pectoris os, & quar-

a *Vt occurrit in 4 fig. ad A, B, B.*
b *2 fig. G, G, I, I.*

Forma inuolucri cordis

c *5 fig. D, F.*
d *7 muſcu. tab. r.*
e *4 fi. F.*
f *6 fi. I.*
g *6 fi. O.*
h *6 fi. G.*
i *3 fi. B.*

Quibus uaſis inuolucrum cordis uiũ præbeat

Cordis inuolucri initiũ.

Inuolucri cordis ſitus.

tam quintamq́; thoracis uertebras,æqualiter ab utrisque,pectoris dico osse & uertebris, distans.Item basis quoque a dextris siniſtrisq́; costis pariter remota pendet.In progressu uerò,descensuq́; inuolucri situs uariatur.ac alijs quidem animalibus longiore pectoris osse quàm homines donatis, inuolucrum id a dextris ac siniſtris pariter ferè seiũctum descendit,sensim in anteriora porrectum:adeò ut iam basis posterior, aut si animal resupinum intellexeris,humilior ipso mucrone conspiciatur.In homine autem, cui anteriorem thoracis partem rerum Opifex breuiorem condidit,inuolucrum adeò antrorsum siniſtrorsumq́; protenditur,ut mucro magis deorsum quodammodo pertingat, quàm pectoris ossis [k] pars,cui superior maximeq́; antica septi transuersi pars adnascitur:dein in siniſtrum adeò pertinet, ut dextrum mucronis latus uix thoracis medium attingat.In anteriora quoque adeò mucro procedit,ut siniſtrum pectoris ossis latus, quæq́; huic coarticulantur cartilagines,contingat.Inuolucrum hoc substantia constat membranea, inq́; similarium partium numerum cum reliquis membranis reponenda.nullis enim fibris intertexta, sed simplex est membrana,utcunque crassa,& admodum dura,cauitatemq́; constituens,in qua cor facile dilatari constringiq́; queat.Cauitas hæc læuis omnino est,tenui quodam humore oblita, ac adipe penitus omni destituta. Exterior quoque inuolucri superficies adipe uacat.Quanquam secus arbitratus sit Aristoteles,cordis inuolucrum pingue esse afferens:intersepiẽtibus thoracem membranis fortè delusus,quæ huic inuolucro obnatæ,præpingues,idq́; potissimùm in hominibus,uisuntur. Cæterùm exterior hæc inuolucri superficies propter fibrosos nexus,perinde ac membranæ inuicem connatæ,aspera cernitur.Inuolucri enim lateribus intersepientes membranæ quodammodo orbiculatim [l] obnascuntur.Anteriore parte, cui illæ membranæ non adnectuntur,fibræ membranæ earum membranarum cauitatem implentes, cordis inuolucro adnascuntur.Posterior ipsius pars uniuersa interscpientes quoque membranas habet connatas.Cæterùm inuolucri mucro,& dextri ipsius lateris egregia portio septi transuersi [m] nerueo circulo ualidissimè, amploq́; admodum spacio [n] connascitur,quod hominibus est peculiare.Simijs quippe & canibus & porcis inuolucrum à septo multum distat:tantum abest,ut ipsi magna sui portione connecteretur.adeò sanè, ut & hinc luce clarius constet, Galenum hominis uiscera aut oscitanter,aut neutiquam spectasse, simiasq́;& canes nobis describentem,immeritò ueteres arguisse.Præterea homini priuatim anterior mucronis pars membranæ costas succingenti fibrosis nexibus hæret,ea sede qua siniſtri lateris sextæ & septimæ costarum cartilagines pectoris ossi coarctantur.sed & is inuolucri nexus [o] inter thoracem interdiuidentes membranas perficitur:nullibi enim ex illarum medio inuolucrum cordis excedit, neque pulmonem ulla ex parte nisi illarum interuentu contingit.Hoc nullas ferè arterias in se dispersas obtinet,neque etiam uenas, nisi perquàm [p] tenuissimas,ab illis ferè exortas, [q] quæ interscpientibus membranis tanquam in omentum digeruntur.quum enim cordis inuolucrum cauam trasmittit,ab illa uix aliquid mutuatur: quà autem septo in hominibus connascitur,communia cum septo uasa sibi uẽdicat. [r] Neruos quoq; adipiscitur nimis quàm obscuros,ac ab illis dissectos,à quibus [s] recurrentes nerui iam pullularunt. Quod uerò cordi id sit quod dicitur,omnibus conspicuum esse arbitror: quum instar domus & arculæ cuiusdam ac thecæ cor luculentissimè amplecti,idq́; interscpientium membranarum beneficio sustinere uideatur. Præterea ut leuius esset,& unà durius,ex ualida ipsum extrui membrana,neminem quoque ambigere putauerim. Cæterùm an hominibus secundum naturam se habentibus inuolucrum id aquam contineat, quam serosi humoris modo in ipsius cauitate inter dissecandum repositam obseruamus,mihi non admodum perspectum est.Quamuis nullam sanè humani cordis sectionem unquam aggressus sim,in qua non multam eiusmodi aquæ quantitatem repererim:quocunque etiam mortis genere,siue paulo,siue multo antè homo interijsset. etiam si adhuc maiorem copiam in mulieribus,quàm uiris animaduerterim:nisi illi natura admodum fuissent humida,aut aliàs serosis abundassent succis.Quinetiam minus ferè aquæ in nuper mortuis adinueni, quàm in his à quorum sectione diutius temperassem.Is cui Bononiæ cor uiuo eximi spectauimus, aquam etiam in inuolucro continere uidebatur:uerùm id non admodum commodè,utcunque etiam nos tragœdiæ adiungeremus,expendere licuit.Patauij huius aquæ intuendæ cupidi, pulsans adhuc cor cũ pulmone reliquisq́; uisceribus ilico atque ex his quos uiuos in quatuor partes dissecant,exemptum erat,in proximam pharmacopolæ officinam interdum deferri curauimus,ac in inuolucro aquam nonnullam reperimus. Viui canes, inuolucri cauitatem & cordis superficiem humectas habẽt,in hisq́; nulla diffluentis aquæ obseruatur quãtitas:quum tamen notatu digna (etiamsi ferè semper mediocris) in aliquandiu mortuis canibus occurrat. In porcis uerò uiuentibus plus aquæ quàm in canibus spectatur:uti etiam porci iam diutius mortui, illam utcunque copiosam proponunt.Adeò ut de uiuorum aqua nihil asserere uelim:uerùm nullam penitus in illis contineri (ut hodie omnes ex spiritu in aquam post mortem conuerso,hanc in mortuis reperiri contendẽtes affirmant) falsum esse noui.Quandoquidẽ(ut sæpe antea monuimus) membranæ nullis partibus cõnatæ,neque inuicem hærentes,perpetuò madidæ ac lubricæ apparent,ut oculi palpebrarumq́; interior superficies.Ad hunc quoque modum membranæ cerebrum inuestientes,ubi mutuò insternuntur, & interna costas succingentis membranæ,& peritonæi superficies,ac iecoris quoque & intestinorum, reliquarumq́; partium inuicem tantum accumbentium, non uerò connatarum superficies madorem lubrici contactus gratia semper commonstrant.Nunc autem quum cor in continuo uersans motu, neque dum uiuit animal unquam uel momento in ipsius,quod alioquin non mouetur, inuolucro quiescens, calidissimũ uiscus meritò censetur,cur minus non madorem duntaxat,ut reliqua omnia, sed & aquam à Natura ipsi priuatim eiusdem usus gratia largitam nanciscetur?

Inuolucri cordis substantia.

Superficies & nexus.

Quibus nasis ac neruis inuolucrum implicetur.

Inuolucri situs & constructionis ratio.

Cuiusmodi aqua in inuolucro obseruetur.

k 2 *fi. perum subs.*

l *Vti fit in 2 fi. & 1.*

m 7 *musc. ta. k,l,m,n.*

n 3 *fi. à G ad F.*

o *Inferius L inter G a I.*

p 3 *fig. D, E.*

q 1 *fig. O, O, Q.*

r 2 *fi. cap. 2 lib. 4 7.*

s *eiusdem fi. m, p.*

DE

DE CORDIS SITV ET FORMA. Caput IX.

SITVM cordis in ſua proportione oſtendit ultima figura tertij libri: dein prima & ſecunda præſentis libri figuræ idem quoque oſtendunt, quamuis in illis cor ſuo inuolucro adhuc obtectum ſit, ac inter membranas thoracis cauitatem interſepientes contineatur. In prima itaque figura id ad L ſpectatur, in ſecunda autem ad inferius L & M, M. Porrò cordis formam ex quarta, quinta, & ſexta figuris petere licet.

a 3 fi. C, D, E, F, G.
b 4 fig. C, D.
c 4 fig. E. 6 fi. C.

CORDIS ſitum formamq;, ipſius proximè enarratum commonſtrat [a] inuolucrum. Cor namque pyramidalis etiam turbinatæ ve quodammo figuræ uiſitur, nuci pineæ utcunque reſpondens, quum ſcilicet ex latiore [b] baſi in [c] mucronem (at paulo quàm nucis pineę acutiorem, ac ſiniſtrorſum ueluti detortum) ſenſim deſinat, multoq; longius quàm craſſum ſpectantibus ſeſe offerat. Verùm interim humanum cor, quod ad externam ſuperficiem totam ve ipſius molem attinet, non undique ſecundùm orbem æqualiter craſſum occurrit. Sua enim latitudo profunditatem non ſecus excedit, quàm ſi quis cor in anteriore, poſterioreq; ſedibus egregiè comprimi, ac in latera prominere aſtrueret: inſtar mediæ, ſeu quæ utrinque aliam nucem commiſſam habuit, caſtaneæ quodammodo nucis. Hæc compreſsio in dextra potiſsimùm ſede ita accidit inſigniter, ut cor ſecundùm totam ipſius longitudinem inibi acutam potius, quàm ſemiteretem ſuperficiē uideatur conſtituere. quum tamen auium & quadrupedum corda, non multo latiora quàm profunda ſpectentur, nucisq; pineæ aut turbinis imagini longè exactius, quàm humanum cor, accedant. Quod ſanè diſcrimen Galenus ſcribere neutiquam præterijſſet, ſi modò hominis cor perinde, ac ſimiarum canumq;, aggreſſus fuiſſet: hic non ſegniter Naturæ expendens induſtriam, qua, quum homini breuis, ſed latus, thorax neceſſariò obtigit, tot differentias molitur, quibus hominem in pectoris oſsis breuitate & amplitudine, & in pulmonis lobis, & uenæ cauæ ductu, & inuolucri cordis ad ſeptum tranſuerſum nexu & ſitu à quadrupedum fabrica differre oſtendimus: & qua hic rurſus humanum cor ſecundum proportionem multo ſimul latius & breuius, quàm in illis animalibus, peropportunè euaſit. & qua denique præter cætera non uulgaria paucaq; diſcrimina, alium cordis ſitum in homine, quàm quadrupedibus longo arctoq; thorace donatis, reperiri docebimus: ſimulatque ea adhuc ſermoni addiderimus, quæ de cordis forma inſuper commemoranda ueniunt. Tota itaque exterior cordis ſuperficies à baſi ad mucronis uſque extremum, impenſe læuis cernitur, nulli prorſus parti connata. [d] Coronalis tamen uenæ [e] propagines à cordis baſi ad mucronem uſque cum coniugibus ſuis arterijs excurrentes, paulo magis reliqua cordis ſuperficie extuberant, inæqualitatemq; modicam efformant: quum ſcilicet non tota ſui corporis portione in cordis ſubſtantiam imprimantur. deinde & adeps, quo humanum cor plerunque abundat, aliquid etiam inæqualitatis adfert. Baſis, propter uaſorum egreſſum inæqualis utcunque cernitur. dextræ enim ipſius ſedi [f] dextra auricula ſimul cum [g] uena caua, & [h] arteriali uena committitur: in ſiniſtra autē ſede [i] læuam habet auriculam, & præter [k] arteriam uenalem, [l] magnæ quoque arteriæ initium. Porrò cordis auriculas, uaſa, ut & ipſorum orificia & membranulas, cordisq; uētriculos ſeorſin ordine perſequemur, cordis iam ſitum ſubnexuri, de quo diſſectionum profeſſores prolixè contendunt: his quidem id in ſiniſtrum thoracis latus collocatum innuentibus, illis autem in medio, quòd ad dextrum ac ſiniſtrum attinet. alijs uerò non ad hanc tantum poſitionis differentiam cor in medio eſſe placuit, uerùm & ſecundum thoracis anteriora & poſteriora, deinde & ſuperiora ac inferiora. alijs rurſus hæc quidem omnia toti cordis moli, alijs autem duntaxat baſi aſcribentibus. Quòd autem in præſentia thoracem omnes appellent [m] quicquid coſtis & pectoris oſſe, & duodecim thoracis uertebris intercluditur, manifeſtum eſſe arbitror: quum alioquin ſi uniuerſus corporis truncus cum Ariſtotele ipſis thorax hic appellaretur, plurimum in cordis ſitu explicando aberrarent, quamuis alioquin ad ueram ſitus deſcriptionem non ualde accedant. Quandoquidem quadrupedibus, non baſis ſolùm, ſed & cordis propemodum mucro in medio, quod ad dextrum & ſiniſtrum ſpectat, continetur. Dein ſecundùm dorſi longitudinem baſis uicinior longè eſt primæ thoracis uertebræ, quàm mucro ipſi duodecimæ. Inſuper magis ab elatiore pectoris oſsis ſede cordis baſis remouetur, quàm mucro a pectoris oſsis [n] cartilagine gladij imagini comparata. adeò ut hac dimenſione, quam in longitudine metimur, uniuerſum cor mediam ſedem nullis animalibus exactè occupet. Quod ad anteriora poſterioraq; attinet, omnibus animantibus cordis baſis in medio ferè eius thoracis ſedis, quam ſibi uendicat, collocatur. Mucro autem in anteriora magis exporrigitur, non tamen pariter omnibus. Cæterùm hominis cor ſua baſi exactè, ut in reliquis animantibus, dextræ ſiniſtræq; ſedis medium obtinet, atque quod ad anteriora poſterioraq; ſpectat, pariter ſeſe habet. tantum enim à pectoris diſtat oſſe, quantum à uertebrarum corporibus abſcedit. In thoracis autem longitudine, quæ poſteriori ſede duodecim conſtituitur uertebris, quintæ uertebræ corpus reſpicit. In anteriori uerò thoracis ſede, quæ pectoris oſsis longitudine terminatur, elatior baſis pars ad amuſſim mediam ſedem ſibi uendicat, tantundem à iugulo remota, quantum ab ea oſsis pectoris ſede, cui ſeptum inſeritur. A baſi, reliquum cordis corpus ſenſim in anteriora, & in ſiniſtrum latus eouſque obliquè exporrigitur, ut mucronis poſterior pars magis ad pectus antrorſumq; quàm ipſum baſis centrum uergat, utq; dextra etiam mucronis pars in ſiniſtrum magis ipſo baſis centro protenſa, medium pectoris oſsis in ſiniſtrum excedat, ipſumq; mucronis centrum ſextæ & ſeptimæ coſtarum ſiniſtri lateris cartilagines reſpiciat, quà pectoris oſsi coarctantur. Præſentibus terminis quibus cordis ſitus comprehenditur, illius quoque magnitudo innoteſcit: quæ ſanè homini, ut & cerebrum ac iecur, quàm cæteris animantibus ex proportione obtigit grandior. Neque id ſolùm homini peculiare eſt, uerùm & illi quoque cor ſepti tranſuerſi neruoſæ parti

Cordis figura.

d 6 fi. D.
e 6 fi. E.

Cordis ſuperficies qualis.

f 4 fig. I. 5 fi. B.
g 4 fi. F. 5 fig. C.
h 4 fi. G. 6 fig. I.
i 6 fi. F.
k 6 fi. G.
l 6 fi. O.

Cordis ſitus.

m 1 & 2 fig. cap. 19 lib. 1.

n 2 fi. S.

Cordis magnitudo.

sæ parti in læuo latere, cui cordis inuolucrum magno spacio ° adnascitur, quàm proximè accedit: secus lõ gè quàm canibus & simijs, quibus cor magno interuallo à septo remouetur: adeò ut Galeni de cordis situ sententiæ canibus ac simijs, non uerò hominibus, conueniant: præcipuè quum cor in thoracis medio, contrà Veterum placita, repositum contendit. neq; eius omnino memor est, quod in septimo de Administrandis sectionibus, de cordis uertice prodidit.

° à 6 adi 3 fig.

DE CORDIS SVBSTANTIA. Caput X.

CORDIS substantia quoad fieri licuit, illis potissimùm figuris delineatur, quæ id quouis pacto dissectum referunt: ut septima, & quatuor illi proximè sequentes.

Cordis caro

PRAECIPVA cordis substantia carne constat, musculorum carne paulo minus rubra, & duritia ac densitate fibrarumq; quo intertexitur genere ab illa plurimum diuersa. Cordis enim caro longè durior existit, & densior, ac ueluti iniurijs ferendis pertinacior, & uario denique robustissimarum fibrarum genere donata. quum interim unius musculorum sedis caro unicam tantum fibrarum ferè speciem, camq; sparsim satis disseminatam obtineat. Porrò species fibrarum, quæ cordis carne continentur (non enim de membranarum uenæ cauæ & uenalis arteriæ orificiorum [a] fibris modò agimus) haud æquè ac musculorum conspicua est: quandoquidem nullum prorsus inuenias musculum, qui uel citra multam dissectionem ilico atque detectus est, fibrarum suarum differentiam non aliquo saltem pacto demonstret, eam insuper accuratius proponens, si fortè coctus uel crudus unguibus aut cultro discerpitur: quum interim compactissimarũ cordis fibrarum situm & seriem coniectura potius quàm sectione assequamur. Quouis enim modo cordis carnem aut elixam aut crudam rectis uel obliquis uel transuersis sectionibus aggrediaris, uel utcunque lubet eandem unguibus dilaceres, uix unquam cordis notatu dignam portionem secundùm unum duntaxat fibrarum genus diuelli posse obseruabis, at omnem carnis partem diuersis multiplicibusq; (sed transuersis potissimùm) fibris abundare astrues: non enim in corde, ut sanè in stomacho, uentriculo, intestinis, & ipso etiam distento ad fœtum utero, sectionis beneficio fibrarum situm adinuenire integrum est. Quanquam interim triplex fibrarum genus à Natura cordi largitum esse, nobis persuadeamus, quum ob uarium & rarum quem in illo uidemus fibrarum implexum, & nullum simplicem earundem ductum: tum etiam propter manifestam cordis functionem, quam fibrarum in primis, ut mox dicturi sumus, auxilio perfici opinamur. Cæterùm etsi ratio fortasis suaderet rectas fibras, quibus attrahendi facultas tribuitur, intimas, & deinde his obliquas, quæ in alijs organis naturali motu agentibus retentioni præesse creduntur, positas esse, & extimam sedem transuersas ac orbiculares, quæ expellunt, obtinere: non tamen cordis fibris eum situm asscribere possimus, quum sectio ipsa triplex hoc fibrarum genus inuicem commisceri ostendat, & nunc rectas, nunc obliquas, nunc transuersas, & rursus rectas & obliquas & transuersas perinde ferè commonstret, ac si tres priores differentiæ singulis uentriculis peculiares essent, posteriores uerò toti cordi ambobusque uentriculis simul dedicarentur. Appello autem in corde rectas fibras, quas in eo perquàm elixato, ex ipsius basi ad mucronis ipsius usque centrum deduci, tam per cordis uentriculorum septum, quàm reliquam sedẽ conspicimus. transuersas autem, quæ orbiculatim & unà transuersum cor uentriculosq; ambiunt: obliquas uerò, quæ quidem orbiculatim cor uentriculosq; amplectuntur, at obliquè secundùm cordis lõgitudinem procedunt. Suntq; hæ in duplici differentia. Aliquæ etenim in dextro cordis latere basi sunt uiciniores, in sinistro ipsi mucroni: aliæ autem in dextro latere mucronem magis respiciunt, in læuo basim. Atque his sanè fibris pro cordis mole, si eam scilicet ad musculum conferas, perquam numerosis, & carne has continente amplexanteq;, potissima cordis substantia constituitur, cui eadem ferè cum musculorum uentrium substantia accidit compositio. Vt enim fibræ in musculis carnem undique habent circumpositam: sic & cordis fibræ peculiari ipsis carne continẽtur, fulciunturq;. Quæ porrò per uniuersum cor fibrarum & carnis simul fit crassities, ab alijs sanè parum animaduersa, tunc demum opportunè explicabitur, ubi cordis uentriculos oratione complexi fuerimus. In præsentia autem sufficerit, carnis fibrarumq; cordis usum, quæq; insuper adhuc ad cordis substantiam spectant, adijcere: ac pariter innuere, cordis carnem in mucrone, quàm in basi spissiorem solidioremq; apparere. Non ob hoc sanè (ut Galenus arbitratur) ne hic cor in suis contractionibus pectoris os accedens, facilius læderetur: nerùm quod ea cordis pars tenuis sit, & quòd ad eam fibrarũ rectarum concursus perficitur, qui carnem mucronis, & si aliàs à reliqua non differat, compactiorem commonstrat, ad eum prorsus modum quo plerunque solidiorem carnem in musculi capite, aut tendinis principio uidemus, quàm in musculi uentris medio, ubi fibræ non adeò atque in illis locis compactæ, ab inuicem magis dirimuntur. Carnis itaque cordis non postremus usus, cum musculorum carnis usu in fibrarum firmatione correspondet. Quòd uerò propria peculiariq; ipsius secundùm iustitiam temperie, ac essentiali pariter forma, ad præcipuas cordis functiones, quæ in sanguinis emutatione, & uitalis spiritus apparatu, potissimum consistunt, opituletur, imò primarius harum functionum autor sit, ex aliorum uiscerum substantia ratiocinamur. Cæterùm cordis fibræ alteri subseruiunt muneri, quo cor scilicet tantisper dum uiuit animal, & dilatatur & contrahitur, & aliquandiu inter contractionem dilatationemq; quiescit. Quemadmodum igitur cordis fibræ cum musculorum fibris nõnulla in compositione sortiuntur communia, sic etiam ut & illæ motui famulantur, sed prorsus diuerso. Musculorum enim motus arbitrarius est: cordis uerò naturalis, ac absque lassitudine, inscrutabili rerum Opificis industria penè indefessus, arbitrioq; nostro minimè

[a] 7 fig. N. membranarũ K, L, M. & 9 fig. G, G. membranarũ E, F.

Cordis fibræ.

Carnis cordis usus.

Fibrarum usus.

subditus,

ſubditus,neque ex cerebri neruis,ut muſculorum motus,ulla ex parte dependens. Porrò cordis dilatationem,quæ mucronis ipſius ad baſis centrum eſt attractio,& omnium laterum cordis diſtẽtio,rectę efficiunt fibræ,mucronem uerſus baſim cõtrahentes.Quod ſanè ita perficitur,ac ſi uimineo circulo orbiculatim eademq; ſerie complurimas iuncorum ſcirporum ve radices connecteres,& mucronibus illorum ſimul collectis,uelut pyramidem quandam efformares,ac demum funiculum ex illius uerticis medio per circuli centrum dimitteres,quo deorſum tracto,pyramis breuior,intusq; multo capacior (iuncis nimirum in exteriora,ac in latera ab inuicem diremptis ac ſecedentibus) redderetur.Hinc ſiquidem cordis dilatationem condiſcere quàm optimè liceret:quippe uimen quodammodo cordis baſi reſponderet, iuncorum autem collectio cordis mucroni:deinde iunci ipſi & funiculus ille rectis fibris congruerent.iunci quidem illis reſpondo rent fibris,quæ in cordis lateribus & anteriùs & poſteriùs conſiſtunt:funiculus autem illis conferretur fi-
b 8 *fig.* H, H. 9 *fig.* K. 11 *fi.* I, I *inter* H *et* G. bris,quæ in cordis carneo [b] ſepto inter duos ſinus poſito frequentiſsimæ habentur. quanquam quod omnimodam cum rectarum fibrarum motu ſimilitudinem obtineret,nihil confingere poſsimus. Tranſuerſarum autem ſeu circularium fibrarum actionem ad aliquid referre,facilius uidetur. hę enim cordis contractioni in primis præſunt,quæ mucronis ipſius à baſi eſt diſceſſus,& quædam cordis productio, quam illæ moliuntur fibræ,quoties laxatis rectis impenſiùs arctantur colliguntur q;,haud ſecus quàm ſi prius contractum in pyramide illa funiculum iam laxes,ac manibus aut alio circulo in medio pyramidis iuncos introrſum comprimas,itaque illius cauitatem minuas,& interim tamen proceriorem reddas.Nunc uerò qui obli quæ fibrę quieti prę ſunt,hoc eſt aliquantiſper,prout cordis functionibus ex uſu cenſetur, ſimul cum alijs fibris ad contentas materias undiquaque ſe contrahant,imaginari non eſt arduum: præcipuè ſi diuerſos cordis pulſus in uiuo animali examinaueris.Quod ſanè facturus es iucundiſsimè ea adminiſtratione, qua ſeptimo libro totiq; adeò operi finis imponetur.Cæterùm cordis fibras interim non motuum cordis duntaxat opifices eſſe uulgo arbitramur,uerùm rectas ad attractionem,ad expulſionem tranſuerſas, & ad retenſ 6 *fi.* D. 7 *fi.* G. *& fig.* 11. 6 *li.* 3 E. h 6 *fig.* D. 10 *fi.* E, E. *& fi.* 12. *lib.* 3 B, B. i 6 *fi.* h. k 6 *fi.* d, *cõſtituens ſet* f. f. l 6 *fi.* I. ſionem obliquas conducere,etiam nobis perſuademus.Præter cordis carnem & fibras, [g] uenæ ſubſtantiã ipſius enutrientes,& [h] arteriæ innatum ſuæ ſubſtantiæ calorem fouentes, hic etiam enumerandæ ueniũt: ipſa uidelicet coronalis uena,& duæ coronales arteriæ per cordis ſubſtantiam quaſi muſculorum uaſa diſtributæ.Quis uerò uenæ arteriarumq; coronalium ſit ortus ac ſeries,in tertio libro abundè complexi ſumus.Quare cordis [i] neruulo ſermoni quoque addito,ad cordis tunicam eſt accedendum: ac eum quidem neruulum in quarto libro à ſiniſtro ſexti paris cerebri [k] neruo depromi retulimus, quando ab illo,ubi ſiniſtri lateris recurrentem neruum conſtituit,ſobolem deriuari diximus,quæ cordis inuolucri baſim penetrans,& ſiniſtro [l] uenæ arterialis lateri poſterioriq; ſedi exporrecta,in cordis baſim (oppidò quàm obſcurè) pertinet.Verùm cordis,de qua hic agimus,tunica illi membranæ prorſus correſpondet, quæ muſculorum uentribus pertinaciter obnaſcitur,tenuiſsima nimirum membranula, quæ à muſculorum ſubſtantia plenè diuelli nequit.Eiuſmodi nanque membranula cordis extimæ ſuperficiei circumnaſcitur:& in hominibus,idq; præcipuè ad cordis baſim,durioris adipis copia huic adnutritur. aliquando etiam per reliquam cordis ſuperficiem ad mucronem uſque ſecundum uenarum & arteriarum per cordis ſuperficiem [m] progreſſum ipſi membranulæ adeps perinde adnaſcitur,ac [n] omentum & membranas thoracem interſepientes ſecundum ſuorum uaſorum potius ductum,quàm reliqua ſede, copioſiorem adipem proponere nouimus.Integrum modò eſſet & ad cordis ſubſtantiam referre [o] tres membranas uenæ cauæ orificio, & P duas arteriæ uenalis orificio præfectas,deinde & cordis [q] auriculas,& [r] quatuor ſua,præter ipſum circunuoluentes uenas arteriasq;,uaſa:niſi nunc tempeſtiuiùs foret, ſingula ſeorſum priuatis Capitibus recenſere.Pari quoque ratione,& cordis [s] os cartilaginoſa ve ipſius ſubſtantia hic eſſet recenſenda, niſi & hanc primo libro in reliqua oſsium cartilaginumq; hiſtoria eſſemus perſequuti.

Cordis ſubſtantiæ peculiares uenæ & arteriæ.

Neruulus cordis.

Tunica cordis ſubſtantiæ obnata.

Cordis adeps.

Quæ inſuper ad cordis ſubſtantiam referuntur.

m 4 *fi.* L. 6 *fi.* E. n *In* 2, 3, *et* 4 *fi. li.* 5. o 7 *fig.* K, L, M. p 9 *fig.* E, F. q 4 *fig.* I. *&* K. r 5 *fi.* C. *de in* 6 *fi.* N, I, G, O. s 7 *fig. ad* D, D. 10 *fi. ad* S, S.

DE CORDIS SINIBVS, SEV VENTRICVLIS. Caput XI.

SEPTIMA figura & octaua dextrum cordis uentriculum apertum proponunt, nona autem & decima ſiniſtrum: undecima,quæ cor tranſuerſim diſſectum oculis ſubijcit, fabricæ uentriculorum etiam oſtendendæ plurimùm iuuat.

QVONAM pacto cordis uentriculi hominibus,ac proinde & reliquis animalibus pulmonem habentibus conformentur, quoq; conſtent numero, nunc ſubiungam, ſermonem à Galeni cum Ariſtotele de illorum copia diſceptatione omnino cohibens.Humanum itaque cor intus duas inſigniter amplas obtinet cauitates, ſecundùm cordis latera ſitas:unde etiam [a] unam uentriculum ſinum ve dextrum, [b] alteram ſiniſtrum meritò nuncupamus.Horum dexter ſiniſtrum amplitudine uincit, amboq; inuicem forma plurimùm uariant.Dexter nanque magis deorſum ad cordis [c] mucronem ipſo ſiniſtro deſcendens, [d] cauitatem inſtar creſcentis lunæ paratam adipiſcitur:quandoquidem dextro ipſius latere, anterioriq; & poſteriori ſede inſtar exterioris ſemicirculi,aut ita extructi camerati ſedis conuexa eſt,exteriori cordis in his regionibus ſuperficiei,quæ gibba eſt,reſpondens:in ſiniſtro autem latere huius dextri ſinus cauitas internæ fornicis aut ſemicirculi ſedis ritu,caua cernitur,propter cordis uentriculorum [e] ſeptum ſemiorbis modo dextra ipſius ſuperficie in dextri uentriculi amplitudinem protuberans.Perinde ac ſi creſcentis lunæ corpus ipſa eſſet cauitas,ac exterior quidem lunæ pars à dextro circumſcriberetur conſtitueretur ve cordis latere.interior autem eius lunæ pars ex cordis uentriculorum ſepto huc,uti diximus,protuberante, conſtaret. Atque hanc

Ventriculorum numerus et ſitus. Formæ dextri.

a *Patet in* 7 *&* 8. *&* G, G *in* 11 *fig.* b *Patet in* 9 *&* 10 *et* H, H *in* 11 *fig.* c 4 *fi.* E. 6 *fig.* C. d *Hanc maximè oſtendit* 11 *fi. ad* G, G. e 11 *fi.* I, I, 8 *fi.* H, H.

hanc formam dexter cordis uentriculus à basi ad mucronem usque seruat, simul cum cordis effigie ex latiori basi angustior redditus. Sinister uentriculus ampla incipit basi, sensimq; in arctum uersus cordis mucronem desinit, cauitatem instar coni, quod ad totam superficiem spectat, orbicularem obtinens. Cordis nanque uentriculorum [f] septum [g] sinistro ipsius latere, quo sinistri uentriculi dextrum latus efformat, concauum, non uerò ut [h] dextro latere gibbum extuberansq; uisitur, & parem crassitiem naturamq; cum cordis [i] substantia sinistrum latus & anteriorem posterioremq; sinistri uentriculi sedes constituente obtinet: itaque prorsus se habet, quasi sinistri uentriculi potissimùm gratia cor constitueretur, ac ut dexter uentriculus fieret, [k] tenuis quædam cordis substantia dextro septi lateri adnasceretur. [l] Vniuersa namque cordis substantia, præter uentriculorum septum, dextri uentriculi amplitudinem constituens, tenuis admodum est: quæ autem sinistrum uentriculum orbiculatim ambit efformatq;, dextri uentriculi substantiam multis numeris crassitie superat, & undique æquè crassa uisitur, præterquam in ipsa basi: ubi uasorum illinc prodeuntium dehiscentiumq; gratia, cordis carnea substantia tanta amplitudine deficit, quanta orificiorum est amplitudo. Vtriusque uentriculi [m] superficies perquàm inæqualis est, & multis quasi foueis in carneam substantiam penitius impressis obsita. Neque istæ ad latera tantum consistunt, quibus dexter uentriculus sinistrum respicit, uerùm (etsi interim secus cæteris omnibus Anatomen profitentibus uisum sit) per uniuersam prorsus uentriculorum superficiem, non solùm in nuper occisis animantibus, sed perpetuò, tantisper dum cor ipsum seruare uolueris, apparentes, neque unquam uel in exiccato corde conniuentes. Vtcunque interim hæ foueæ sint conspicuæ, nullæ tamen, quod sensu comprehendi potest, ex dextro uentriculo in sinistrum per eorundem uentriculorum septum permeant: neque etiam mihi meatus uel obscurissimi occurrunt, quibus uentriculorum septum sit peruium, quamuis illi à dissectionum professoribus enarrentur, quum sanguinem ex dextro uentriculo in sinistrum assumi persuasissimum habẽt. Vnde etiam fit, (quemadmodum quoque alicubi monebo apertius) de cordis hac in parte officio, me haud mediocriter ambigere. Cæterùm præter inæqualitatem quam foueæ in uentriculorũ superficiebus efformãt, quæq; in sinistro uentriculo nonnihil insignior est, ambo [n] carneas quasdam explantationes processus ve intus nanciscuntur, qui teretes sunt, & graciles, & in [o] fibras membraneas cessant, humiliori sedi [p] membranarum in ipsis uentriculis positarum continuas. Cernuntur autem carnei hi processus potissimùm ad uentriculorum mucronem, humiliorem ve sedem: eosq; ad fibrarum quas continent robur facere ostendam, quũ secundo ab hoc Capite membranarum cordis orificiorum naturam pẽrsequar. In utrisque enim uentriculis [q] duo habentur orificia, & totidem uasa in eminentiori uentriculorum sede, atque adeò in cordis basi occurrentia: & substantia, quum unum quidem uenosum, alterum autem arteriosum sit, differentia. Deinde ambobus uentriculis [r] membranæ quædam insunt, quas uasorum orificijs paulo pòst præfici commemorabimus. ac in dextro quidem uentriculo tres habentur, uenæ cauæ os spectantes: in sinistro autẽ duæ, uenalis arteriæ origini connatæ, adeò ut & hinc uentriculis quædam exurgat differentia, quemadmodum etiam & ipso usu, & quam continent materia inter se differunt. Porrò usum uentriculorum unà cum cordis uasorum & orificiorum & membranarum & [s] aurium usu, priuato Capite meritò pertractabimus, quòd hæc simul omnia cordis functionibus famulentur: quas, nisi harum partium constructione plenius descripta, recensere absurdum foret.

Forma sinistri.

Ventriculorum superficies.

f 11 fi. I, L.
g 10 fi. L.
h 8 fig. H, H.
i 9 fi. M, N 10 fi. Q, Q.
k 7 fig. Q, R.
l Hoc è nulla fi. spectabis melius, quàm ex undecima.
m Hæc illis figuris obuia est, quibus uentriculi spectantur.
n 7 fig. O, O. 9 fi. H, H. 10 fi. N.
o 7 fi. N. 9 fig. G, G. 10 fig. M.
p 7 fig. K, L, M. 9 fig. E, F.
q 7 fig. C, C, C. 8 fig. C, D in dextro uentriculo. In sinistro autẽ 9 fig. C, C, C 10 fi. A.
r 7 fig. K, L, M, in dextro. In sinistro E, F. fig. 9.
s 4 figu. I, K.

DE CORDIS VASIS, ET EORVNDEM ORIFICIIS. Caput XII.

CORDIS uasis eorundẽq; orificijs spectandis pleræq; conducunt figuræ: ac quinta quidem præcipuè uenã cauã proponit ad characteres C, D, F. Sexta autem uenã arterialẽ I insignitam, & arteriã uenalẽ G notatam, & magnam arteriam O indicatam ostendit. Cæterùm septima cauæ uenæ commonstrat orificium ad C, C, C. Octaua arterialis uenæ orificium ad C, D. Nona uenalis arteriæ orificium ad C, C. Decima magnæ arteriæ orificium ad A.

Cordis uasa quot, & quæ. Vena caua.

SVPERIORI Capite, quatuor cordis esse uasa, & totidem orificia, obiter innuimus. Ac in uasorum quidem numero sunt, uena caua, uena arterialis, arteria uenalis, & magna arteria: quæ omnia singulis ad cordis uentriculos spectantibus donantur orificijs. [a] Vena igitur caua ad dextrum cordis latus dextrumq; uentriculum refertur: num uerò ab illo in hominibus originem ducat, non admodum contentiosè friuolis quibusdam propositis autorum suffragijs, aggrediendum duxi, quum sectione (ut rationes subticeam) in natis hominibus nihil aliud quàm cauæ ortum à corde pendere (non secus ac reliquorum trium uasorum) queam colligere. Atque idem de fœtibus, quoad hactenus illorum sectioni incubui, fateri cogor: non interim Galeni sententiæ passim mihi reclamantis ignarus. Quæ enim is de uenæ cauæ principio in sexto de Hippocratis & Platonis dogmatibus contra Aristotelis placitum adducit, omnia in illum (si modò id quis proposuisset) retorquere esset quàm facillimum. Nisi fortè illi cum Galeno conueniret, quod iecur sanguificationis officinam esse, haud falso enunciauerit. quanquam etiam Achillem hunc, præter quædam alia, arteriæ uenosæ principium deturbaret. Ex dextro itaque latere dextri cordis uentriculi ad humiliorem ipsius basis sedem, uena caua [b] amplo patentiq; admodum orificio exoritur, ac ilico ab exortu (qui totius uenæ capacitatem amplitudine multum superat, ac uelut extuberans ad cordis substantiæ terminos, [c] circulus uisitur) fursum ad iugulum, & deorsum uersus septum [d] contendit: non autem, ut quispiam fortè arbitraretur, [*] uno caudice ab ipsius exortu aliquousque dextrorsum incedens, in duos truncos magnæ arteriæ [e] modo dirimitur. quum dextro basis cordis lateri instar recti pali attendatur, ac suo ueluti sinistro duntaxat

a Tota fig. cap. 6 lib. 3 hic autem 5 fi. C, D, F.
b fi. cap. 6 li. 5 D. 7 fi. C, C, C.
c 7 fig. H, H, H.
d 7 fi. A, B. aut D, E.
* ut in 1 fi gura earum quæ 6 ca. li. 3 inseruntur.
e in 6 fi. O in P & R.

duntaxat latere uena ex dextro uentriculo enaſcatur,ac facilè citra aliã diuiſionem (quod interim arteriæ magnæ ex cordis baſis centro quodãmodo prodeunti negatum eſt) cordis inuolucrum permeet , ſurſumq; & deorſum prorepat. Neque profectò alia cauæ exortus,aut ſi mauis cũ Galeno dicere, inſertionis eſt ſpecies,quàm originis trium reliquorũ uaſorum cordis uentriculos ſpectantium . Cæterùm quònã pacto toti anteriori cauę exortus ſedi ſecundùm illius lõgitudinẽ [f] dextra cordis auris adnaſcatur,in eo quod de cordis aurib.ſubnexuri ſumus Capite,audies. [g] Vena arterialis dextro etiã cordis uentriculo aſcribitur . eſtq; ea uena,quam quidem quòd ſanguinem in pulmonem defert, uenæq; prorſus uicem gerit , Venam : quòd uerò arteriæ corpus nanciſcitur,Arterialẽ appellari antea diximus . Hæc multo minori quàm caua [h] orificio ex dextri uentriculi baſis elatiſsima parte iuxta dextrum latus uentriculorum [i] ſepti enaſcitur, & magnæ [k] innitens arteriæ,ſiniſtroſumq; nonnihil ſuo caudice inclinans , tandẽ in [l] duos truncos diſcinditur : quorum dexter ad ſiniſtrum latus caudicis magnæ arteriæ,poſterioremq; eius caudicis ſedem dextrorſum reflexus,in [m] dextros pulmonis lobos digeritur,ſiniſter uerò in [n] ſiniſtros.Porrò [o] uenalis arteria, quam in tertio libro pariter cum arteriali uena perſequuti fuimus, atque etiã ab uſu , quòd aerem continet deducit ve, Arteriam:à ſubſtãtia autem,quòd uenarum corpori reſpondet , uenalem nuncupari retulimus: inter ſiniſtri cordis uentriculi uaſa connumeratur: ac ut uenarum corpus adipiſcitur,ita quoque ex molliori eius uentriculi ſede principium ducit. Ex ſiniſtro enim ſiniſtri uentriculi latere ad eiuſdem uentriculi baſis demiſsiorem partem,ſimili penitus modo quo caua ex dextro uentriculo , uenalis arteria [P] patenti admodum orbicularíq; orificio enaſcitur, ac ſtatim etiam ab ortu , aut in ipſo potius ortu , in [q] duos truncos deriuatur : quorum dexter ſub cordis baſi productus , in dextram pulmonis ſedem diſpergitur, ſiniſtro interim in ſiniſtram pulmonis partem exporrecto . Qui nam uerò anteriori quoque exortus uenalis arteriæ ſedi [r] ſiniſtra cordis auricula committatur,ſecundo ab hoc Capite,diligenter cõmemorabimus. [s] Quartum uas,quod adhuc enarrationi deeſt,quartumq; cordis conſtituit [t] orificium , magna cenſetur arteria, pari ratione ex ſiniſtro uentriculo,qua arterialis uena ex dextro,principium ducens. Ex dextro enim elatiſsimæ ſiniſtri uentriculi ſedis latere,& ex cordis baſis ueluti centro,arteria magna enaſcitur,aliquouſque rectà [x] ſurſum ſub uenæ arteralis caudice tantiſper prorepens,donec cordis inuolucrum permeans , in duos diſcindatur truncos : quorum unus corporis ſuperiora,alter inferiora petit . Atque ita profectò durorum craſſorumq; uaſorum,ipſius nimirum arterialis uenæ , ac arteriæ magnæ principia adeò inuicem correſpondent,ut ſiniſtrum arterialis uenæ latus dextro arteriæ magnæ lateri in ipſa originem adnatum ſit, amboq; uaſa hic ex eminentiſsima cordis uentriculorum ſepti ſede commune principium radicemq; poſsideant: quod eouſque quibuſdam animalibus,quanquam non homini,indureſcit, ut id Galenus reuera os eſſe affirmet. Cæterùm [y] iſte in ſiniſtro cordis uentriculo ad ſepti eminentiſsimam ſedem , adeoq; ad magnæ arteriæ orificium aſcenſus poſt dextram orificij uenalis arteriæ membranam inter diſſecandum latens conſcendensq; , Ariſtoteli impoſuit , ut inibi tertium cordis uentriculum conſtituerit, illum arteriæ magnæ principium eſſe recenſens. quod ſanè multo minus incuſandum uenit , quàm quòd uentriculorum cordis numerum pro animalium mole uariari ſcripſerit.Quanquam non mediocriter quoque pendendum ueniat, Galenum in ſexto de Partium uſu libro, arteriæ magnæ orificium amplius eſſe uenalis arteriæ orificio , aſſeruiſſe : quum ſcilicet hoc illo longè amplius cernatur. Neque ſimpliciter Galenus magnæ arteriæ orificium,uenalis arteriæ contulit orificio : ſed id cæteris etiam omnibus cordis orificijs latius ampliusq; eſſe contendit,adeò in Ariſtotelis dogmata incitatus , ut non animaduerterit uenæ cauæ orificium uel triplo amplius arteriæ magnæ orificio inueniri . Quandoquidem uerò [z] uenalis arteria mox in ipſo ortu bipartitur,ac nullo ferè ductu indiuiſa prodit , nonnulli diſſectionum profeſſores ipſius orificium tanquam geminum aliquod explicuiſſe,itaq; plura quàm quatuor cordis orificia enumeraſſe uidentur. Vti etiam fortè orificiorum numerum illi inſuper auxerunt , quibus uera uenæ cauę [a] orificij uenęq; cauæ mox in ortu diuiſionis conſtitit ratio . Eiuſmodi namque aliquid ex ſeptimo de Adminiſtrandis ſectionibus libro colligendum exiſtimo,quum Galenus Herophilum quidpiam illius Eraſiſtratiq; ſententiæ repugnans,cenſuiſſe indicat. Niſi etiam forſan nonnulli ampliorem orificiorum numerum proponentes, nõ illi proximo orificijs diductui,aut uiciniſsimæ illi uaſorum bipartitioni animum adhibuerunt : uerùm ipſis cordis [b] auriculis,quarum una uenæ cauæ orificio,& altera arteriæ uenalis orificio adnaſcitur: ita ſingulis auriculis ſingula aſcribentes foramina ſeu orificia . utcunque interim [c] auriculæ extra orificij uaſorum circulum,atque adeò extra cordis uenticulorum cauitatem & amplitudinem conſiſtere , ipſiſq; etiam auriculis ſinus cauitatesq; potius quàm orificia aſcribi oportere,non multo pòſt docebitur.

Vena arterialis.

Venalis arteria.

Magna arteria.

Libr.7. de Admi.ſect. Libr.3.de Partibus animal. cap. 4.

In orificiorum numero recenſendo Anatomicos uariare.

DE VNDECIM MEMBRANVLIS QVATVOR ORIficiorum cordis. Caput XIII.

HAE mẽbranæ ſeriatim in ſeptima,octaua,nona & decima figuris occurrunt. Setima nãq; tres proponit,uenæ cauæ orificio pfectas,ac K,L,M inſignitas.Octaua tres,in uenæ arterialis orificio poſitas, et E,F, G notatas. Nona duas uenalis arteriæ orificij, E & F indicatas. Magnæ autẽ arteriæ tres mẽbranæ , in decima B,C,D inſignitæ proponũtur.

EA CORPORA cordis membranas nuncupamus, quæ cordis uaſorum radicibus , ipſorum ve exortibus adnata,colore,ſubſtantia,craſsitie,prorſus membranæ exiſtunt, materierum regurgitationibus (quantum coniectura aſſequimur) præfectæ. Sunt porrò hæ omnes undecim numero : ac tres quidem ſingulis trium uaſorum orificijs , duæ autem duntaxat uni quarto ve orificio adnaſcuntur. Vena caua [a] ſuas membranas, ut modò ſubiungam,

Membranarum numerus.

Caua membrana.

subiungam,locatas obtinet. Ipsius initio,quod uelut extuberans in cordis substantia,ex qua prodit, [b] circulus est: [c] alius membraneus circulus proximè adnascitur,qui pari prorsus modo ac cauæ initium,ex cordis substantia principium ducit: & quēadmodum illa ab ortu extrorsum è cordis uentriculo fertur,ita quoque membraneus hic circulus introrsum,inq; dextri uentriculi amplitudinem procedit. Insuper ut uena caua ilico à cordis substantia abscedit, solo exortu (qui breuissimus est) illi adnata: sic etiam membraneus iste circulus minima amplitudine cordis substantiæ hic adnascitur, ilico ab illa abscedens & exacta, & solida,citraq; insignem crassitiem ualida apparens membrana. Hæc in uentriculi cordis amplitudinem deorsum ducta,non procul à principio in [d] tres ueluti processus membranulas ve scinditur, quæ ex ampla basi in obtusum mucronem desinunt,à semicirculi conuexo uix differentes. Mucro autem harum membranularum paulo supra mediam uentriculi dextri longitudinem cessat: & ipsæ nulla ex parte,quàm circulari totius membranæ exortu,cordis substantiæ adnascuntur. Verùm ex tota inferiori tamen trium membranularum sede (quæ reliquo ipsarum corpore nonnihil crassior ualidiorq; efficitur) [e] fibræ quædam frequenti serie prodeunt: quæ deorsum per uentriculi amplitudinem ductæ, uentriculi lateribus iuxta ipsius mucronem adnascuntur: non quidem duntaxat,ut Galenus innuit,ad uentriculorum cordis [f] septum,at etiã ad reliquam uentriculi mucronis (uti iam diximus) circunferentiam. Omnis namque inferior membranularum pars illi uentriculi mucronis sedi fibra exporrigit, quæ ipsi è directo constituitur. Hæ fibræ,quà mẽbranulis committuntur,excarnes sunt,& cordis substantiæ suis lateribus minimè adnascuntur: uerùm deorsum ad uentriculi mucronem uerticem ve perductæ,suis tantum finibus illi implantantur, prius aliquousque [g] carnosa substantia adauctæ,suffultæq;: ac non aliter profectò apparentes, quàm si carneæ in cordis uentriculo essent uirgulæ. Hęc itaque membrana,propter tres membraneos ab ipsa eductos processus, trium uenæ cauæ orificij membranularum loco enumeratur. Quia autem processus illi, quum clauduntur, & inuicem conniuent, spiculorum sulcis structura similes existunt, Græci τριγλώχινας, quasi trisulcas dicerres,eos appellauere. Quum enim tres membranei illius circuli processus inuicem eregionè sui centri coeũt, formam effingunt triangulari cuspidi non absimilem, illiq; potissimùm, quo in telis Turcæ utuntur, qui triangularem quidem efformant cuspidem: sed quo minus oblongum illud ferrum grauaret, utq; anguli acutiores redderentur, ipsi inter duos angulos sulcum elimant: adeò ut cuspis ex basi in mucronem desinens, simul tres angulos, & totidem sulcos ostendat. uti etiam hic in corde fieri animaduertes, dum interdissecandum, tres membraneos processus inuicem suis mucronibus committes. Cæterùm si totius mẽbranei corporis cum ipsius processibus & fibris adaperti similitudinem petis, eam ex coronæ forma quodammodo sumes, quam regum capitibus antiquitatem insculpsisse, in illis quæ Romæ effodiuntur imaginibus uidemus. Porrò quemadmodum [h] uenalis arteria, uenæ cauæ tum corpore, tum intromittendis ad cor materijs, & ortu propemodum accedit: ita quoque uenalis arteriæ membranæ cum cauæ orificij membranis pleraque ostendunt communia. Ad [i] radicem enim exortus uenalis arteriæ, [k] membraneus circulus ex cordis substantia enascitur, qui in sinistri cordis uentriculi amplitudinem introrsum (ut [l] uenalis arteria extrorsum) ducitur, statimq; ab exortu à cordis substantia abscedit, uenæ cauæ orificij membraneo corpore hucusque quàm simillimus. Verùm quum aliquantisper membraneus hic circulus, seu membrana potius,in uentriculi amplitudinem descendit, in [m] duos tantùm membraneos processus partitur: forma quidem [n] illis qui ad uenæ cauæ orificium pertinent,respondentes, sed mole & robore superiores. Ex ampla enim basi in obtusum mucronem finiunt longiùs in sinistri uentriculi cauitatem,quàm cauæ orificij membranulæ in dextri,contingentes. Horum processuum unus dextrum uentriculi sinistri latus,alter sinistrum respicit. Anteriùs enim & posteriùs inuicem dehiscunt. Secundùm uniuersam eorundem humiliorem sedem (quæ etiam ut cauæ orificij membranularum, crassior duriorq; existit) [o] fibræ seriatim ex illis enascuntur, quæ deorsum porrectæ,tandem cordis substantiæ ad mucronis sinistri uentriculi amplitudinem passim continuantur: & quemadmodum in dextro uentriculo fieri diximus, [p] carnea cordis substantia adaugentur,stabiliunturq;. Cæterùm quia membraneus uenalis arteriæ circulus in duos tantùm processus dirimitur, dissectionum proceres duas tantùm membranulas ipsius orificio præfici asserunt: quas mitræ episcopali non admodum ineptè contuleris, si modò partem caput amplectentem ipsi membraneo circulo, & huius processus anteriori posteriorią; mitræ cacumini assimilaueris. quum enim duo tantùm hic cernantur processus, utcunque eos inuicem conniuere fingas, τριγλώχινας cum Galeno ipsas appellare non poteris, quòd scilicet triangularis cuspidis imaginem nunquam referant. Venæ arterialis [q] membranæ,dictorum modò orificiorum membranis neque situ, neque forma, neque etiam robore respondent. A uenæ enim arterialis exortu, hæ introrsum in cordis dextrum uentriculum haud pertingunt: sed totę in eius uasis caudice consistunt, ita ab orificio extrorsum ductæ, ut commemoratæ prius membranulæ à suorum uasorum orificijs introrsum pertinebant. Neque etiam his unus communisq; est circulus: uerùm tres distinctæ,& non admodum ualidę sunt membranę, singulę semicirculi modo principium ducentes. Venæ enim arterialis orificium introrsum, atque in suam ipsius amplitudinem nonnihil in origine extuberans,suæ amplitudinis superficiem in tres semicirculos extrorsum à corde latescentes distinctam obtinet: qui crassiores redditi,in ipsam uasis amplitudinem protuberant, ac suis tuberibus ueluti tres triangulos ita efformant, ut in puncto se contingentes circuli extra suam superficiem, suprà infraq; contactus terminum,angulos constituunt. Ab his semicircularibus tuberibus membranæ tota ipsarum amplitudine, quasi semiplenæ lunæ imaginem referentes, pronascuntur: nusquam uasi ipsi, præterquàm ad hæc tubera, adnatę. Harum membranarum latissima sedes,quę extrorsum à corde magis reliquis membranarum partibus remouetur, & sola membranarum latus est, uasi ipsi haud connatum,

Venalis arteriæ membranæ.

Arterialis uenæ membranæ.

b 7 *fig.* H, H, H.

c Erit totum corpus K,L,M *insignium in* 7 *figura.*

d 7 *fig.* K, L,M.

e 7 *fig.* N.

f 8 *fig.* H, H,H.11 *fi.* I.

g 7 *fig.* O, O.

h 6 *fi.* G.

i 9 *fig.* D, D.

k Est is E, F *proxima* D,D. 9 *fig.*

l 9 *fi.* C,C.

m 9 *fig.* E, F. 10 *fig.* I, K.

n 7 *fig.* K, L,M.

o 9 *fig.* G, G. 10 *fi.* M *sub* I,K.

p 9 *fig.* H, H.10 *fi.* N.

q 8 *fi.* E,F, G. *&* 1 *fig. ca.* 15 *lib.* 3 *cha.* 1,2,3.

non

non ita inſtar circuli diametri recta cernitur, ut ſingulæ membranæ dimidij circuli amplitudinem prorſus exprimant: uerùm ea ſedes, aut latus, modicè introrſum obliquatur, & non adeò altè extrorſum ve in medio conſcendit, atque terminis, quibus utrinque uaſi continuatur. Quum itaque id membranularum latus inſtar dimidiatæ parentheſis ad hunc modum (inflectitur, & ipſarum membranularum exortus, & ad uaſa connexus, ſemicirculum adamiſſim circunſcribit, Græci has membranulas *σιγμοειδεῖς*, ab illorum *C* imagine: nuncuparunt. His tribus uenæ arterialis membranulis, [r] tres in arteriæ magnæ oſtiolo à Natura creatæ reſpondent, in nullo prorſus ab illis, quàm in magnitudine & robore differentes. Magnæ enim arteriæ membranulæ tanto grandiores ualidioresq; arterialis uenę membranulis occurrunt, quanto eius uenæ corpus ab arteriæ corpore duritia amplitudineq; uincitur.

r 10 ſi. B, C, D. & ſi. 2 inſerteli. 3 characteres 1, 2, 3.

Arteriæ magnæ mèbranæ.

DE CORDIS AVRICVLIS. Caput XIIII.

CORDIS auriculas quarta figura proponit, I & K inſignitas, ut & ſexta M & F notatas. Verùm dextram auriculam inuerſam oſtendit ſeptimæ figuræ F, & octauæ K. Iniſtram autem auriculam inuerſam offert nonæ figuræ I, & decimæ L.

AVRICVLAE cordis, diſſectionum profeſſoribus uocantur, appendices duo, baſi ipſius adnati. à ſimilitudine enim, quam illi in ſitu, non autem in uſu, cum propriè dictis auribus obtinent, aurium nomine donantur. [a] Dextra itaque auricula, dextro cordis baſis lateri attenditur, [b] toti anteriori exortus uenæ cauæ regioni ſecundùm illius longitudinem ita obducta, ut huius exortus ferè longitudini, dextræ cordis auriculæ baſis longitudo reſpondeat. Auriculæ enim effigies pyramidem quodammodo refert: exq; oblonga baſi in mucronem non ualde acutum, neque admodum ſupra cordis baſim protenſum deſinit. Baſis enim longitudo, ipſius auriculæ etiam inſigniter diſtentæ latitudinem ferè triplo excedit: & baſis quoque auriculæ longior multo eſt, quàm progreſſus à baſi ad ipſius mucronem pertinens. Porrigitur autem auricula à baſi ſurſum antrorſumq;: adeò, ut nulli auriculam forma, quod ad baſim mucronemq;, & deinde ad cauitatem ac compreſsionem diſtentionemq; attinet, exquiſitiùs conferas, quàm coriaceis tuberibus utrinque Turcarum ſellis affutis, quæ equis fluuium tranſnataturi, ueſicarum pilarum ve inſtar magno uſu inflant. Exterior namque auriculæ ſuperficies pro illius repletione uariat: quum enim auricula in cordis conſtrictione turget, oppletaq; eſt, gibba undique & æqualis cernitur. At inanita concidenteq; auricula, ſuperficies hæc rugoſa, ac ueluti plicis obſita, ſpectantibus occurrit: interim tamen auricula exteriùs aqueo humore, ut & cordis ſuperficies, obducitur. Verùm quandoque, licet id rariùs, exterior diſtentæ etiam auriculæ ſuperficies inæqualis, propter adipem illi tunc obnatum, uiſitur. [c] Interior autem ſuperficies, quæ cauitatem auriculæ circunſcribit, uentriculorum cordis ſuperficiei quodammodo reſpondet. Vt enim hæc, ubi uaſa educit, læuis, tota uerò reliqua ſede aſpera, & foueis plena cernitur: ita quoque illa, ubi uenæ cauæ exortui adnaſcitur, læuis quidem eſt: reliqua autem amplitudine foueis ac fibroſis implexibus adeò ſcatet, ut cordis ſuperficiem propemodum inæqualitate uincat. Atque hæc cauitas in amplitudine, prout auriculæ corpus aut concidit, aut diſtenditur, uariat: foueæ autem nunquam penitus explicantur. Auriculæ huius ſubſtantia, triplici fibrarum genere, & modica, eaq; admodum dura, & quaſi cuticulari carne eas fibras amplectente conſtat: adeò ut auricula fibris cum cordis ſubſtantia reſpondeat, at carne (quæ, ut diximus, neruea magis, cuticulariſq;, & ſubnigricans eſt) à corde differat. Neque ab hoc fibrarum cum carne ea commixtione, quæ uix cutis craſsitiem ſuperat, aliud peculiare auricula in ſui conſtitutionem aſciſcit: non enim uenas arteriasq; & neruos priuatim ipſi inſertos comprehendimus. Cæterùm auriculæ connexus propemodum ita ſe habet. ſiniſtrum ſui baſis latus extremo cordis ſubſtantiæ, ubi anterior uenæ cauæ in dextro cordis ſinu orificij regio conſiſtit, adnaſcitur, aut ueriùs ab illo extremo auricula prodit. Dextrum autem baſis latus, uenæ cauæ corpori ſecundùm ipſius exortus à corde longitudinem, & in anteriori illius ſede connaſcitur, ac ueluti cum uena commune corpus efficitur. tota reliqua parte auricula ab omni prorſus connexu libera eſt, & perinde ac cordis corpus, in inuolucro quoque cordis continetur, nullis fibroſis nexibus illi commiſſa. [d] Siniſtra cordis auricula, pleraque cum dextra poſsidet communia: hæc namque in anteriori ſede [e] exortus uenalis arteriæ ſecundùm ipſius longitudinem conſiſtit. Deinde ex baſi in mucronem quoque ceſſat. uerùm is mucro (qui acutior dextræ auriculæ mucrone habetur) non adeò atque ille ſurſum, ſed in ſiniſtrũ magis, ac in latus exporrigitur. Inſuper ſiniſtra in prouectioribus ætate hominibus, dextræ auriculæ dimidiatæ etiam magnitudini cedit: ut & ipſum quoque uenalis arteriæ oſtiolum longè minus uenæ cauæ orificio uiſitur. Quod ad externam internamq; attinet ſuperficies, auriculæ utcunque mutuò reſpondet: quanquam exterior ſiniſtræ ſuperficies rugoſior magis, multoq; inæqualior ſemper occurrat. Interior autem ipſius ſuperficies ſimiliter ac dextræ auriculæ, inæqualis, & foueis obſita cernitur. Subſtantia etiam ſimiles ſunt: uerùm ſiniſtra multo durior, ac minus in conſtrictione diſtentioneq; ſequax uiſitur. Quinetiam ſi illam dextræ conferas, uelut marcida exiccataq; ſpectabitur, adipe ſemper magis quàm dextra, exteriùs abundans. In connexu prorſus conueniunt. nam uti dextra uenæ cauæ, & dextro cordis lateri ſecundùm cauæ ortum adnaſcitur: ita quoque ſiniſtra dextro ſuæ baſis lateri, cordis ſubſtantiæ, ubi uenalis prodit arteria, connaſcitur: ſiniſtro autem latere, ipſi uenalis arteriæ corpori. Vſu, ut

a 4 fig. I. 5 ſi. B.
b 5 ſi. B ad C, aut potius E ſeptimæ ſi. ad H proximùm Q.
c 7 ſi. E. 8 ſi. K. ubi etiam cordis uentriculorum ſpectatur ſuperficies.
d 6 fig. F. 4 ſi. K 9 ſi. L. 10 ſi. L.
e 6 ſi. G. 9 ſi. C, C.

Duæ cordis auriculæ.
Dextræ auriculæ ſitus. Forma.
Dextræ auriculæ ſubſtantia.
Nexus auriculæ.
Siniſtra cordis auriculæ

ſuo ordine paulo pòſt dicturi ſumus, parum admodum inter ſe differunt. Nunc enim omnium cordis particularum uſum & functionem ſeriatim ſubijcere enitemur: hic adhuc admonentes, in fœtibus & nuper natis animalibus auricularum molem longè maiorem ex proportione occurrere, quàm in ætate proiectioribus: ac inſuper in uiuorum ſectionibus auriculas deficiente cordis motu, etiam aliquandiu palpitare, moueriq;.

CORDIS, IPSIVSQVE HACTENVS COMMEMORATARUM PARTIUM FUNCTIO & USUS, IPSARUMQ; ADEÒ CONSTRUCTIONIS RATIO. Caput XV.

Cor cuius anima ſedes



COR irascibilis, ſeu uindictę honorisq; appetitricis animæ ſedem eſſe, Hippocrati, Platoni, Galeno, & Stoicis ac Peripateticis pariter omnibus conceſſum fuit. Verùm ad hęc Zeno, ipſiusq; corroboraturus dogmata Chryſippus, Poſsidonius, cæteraq; Stoicorum familia, & Ariſtoteles cum Theophraſto, reliquisq; ipſius aſſeclis, cor principium fontemq; eſſe uoluere, non nunc dictæ tantùm irascibilis facultatis, ſed etiam eius quæ ciborum, potuum, & uenereorum eſt concupiſcibilis: quam altricem Ariſtoteles, alij uerò naturalem, alij autem ſimpliciter concupiſcibilem appellare conſueuerunt. Deinde etiã Stoici unà cum peripateticis, rationis uim, &, ut ſemel dicam, animæ principatum in corde collocarunt, omnium id in animali functionum atque officiorum initium eſſe arbitrati. Quanquam interim ijdem inter ſe decretis pugnent. Ariſtoteles enim, Theophraſtus, ac reliquus Peripateticorum chorus, & ex Stoicis Poſsidonius, irascibilem uim, ac concupiſcibilem, & rationalem unius quidem ſubſtantiæ è corde proficiſcentis facultates eſſe aſſerunt: animæ autem ſpecies partes ve eſſe inficiantur, neque eas diſtinguunt. Chryſippus uerò, Stoicorum non poſtremus, ſicut in unam ſubſtantiam, ita quoque in unam facultatem & iram & cupiditatem cum ratione coegit. At his omnibus refragatur, ex diuini atque inter medicos facilè primarij Hippocratis, & inter philoſophos eminentiſsimi Platonis ſententia, Galenus, quum in alijs pleriſque locis, tum potiſsimùm in nouem libris, quos de Hippocratis & Platonis dogmatibus inſcripſit. Illis namque libris tres animæ ſpecies partes ve natura admodum inter ſe diſcrepantes docens firmiſsimis, & ſcientiam ſuo ipſius ſuffragio facientibus demõſtrationibus comprobat, iecur ciborum potuumq; & uenereorum concupiſcibilis animę, cerebrum autem rationalis ac principis locum eſſe, cor duntaxat irascibilis animæ ergaſtulum eſſe, concedens. Porrò ne hic forſitan in aliquem hæreſis cenſorem impingam, ab hac de animæ ſpeciebus, earundemq; ſedibus diſceptatione, prorſus abſtinebo: quum tot hodie, ac potiſsimùm apud noſtrates, ueriſsimæ noſtræ religionis iudices reperias: qui ſi quempiam, uel quum corporum reſectiones aggredimur, eiuſmodiq; in primis ſcrutari oporteret, aut de Platonis, aut Ariſtotelis, ſuorum ve interpretum, aut Galeni de anima ſententijs, muſsitare audiuerint, ilico illum de fide ambigere, ac neſcio quid de animarum immortalitate hæſitare aſtruunt: non perpendentes, neceſſe eſſe medicis (ſi modò non temerè ad artẽ accedere, neque inopportunè ægrotãti membro remedia inuenire, eademq; applicare uoluerint) de ijs quæ nos gubernant facultatibus conſiderare, & quot numero ſint generatim, & qualis quæque ſigillatim habeatur, quo ve in animalis membro ſingulæ conſtitutæ ſint, fomentumq; recipiant: & præter hæc maximè (ſi modò id adipiſci mente poſſemus) quæ animæ ſubſtantia eſſentia ve ſit. Quaſi uerò non citra impietatem, nullamq; prorſus fidei labem, quis de grauium illorum autorum decretis nihil proponere, aut etiam illorum rationes alijs nouis corroborare, aut friuola quorundam argumenta refellere poſſet: ac quaſi non multo aliter de ſanctiſsima, quaq; acceden tibus pijs operibus fide ſaluamur, felicemq; æternitatem hominum animæ adipiſcuntur, quàm de his autorum dogmatibus, ac quas imbecillis & humana ratio ſuppetit hoc in negocio opinionibus, loquendum interrogandumq; foret. Nihilominus interim omni de animæ facultatibus, functionibus, ſubſtantia, natura, ſpeciebus, & earum ſedibus inueſtigatione remiſſa, liberè aſſeremus, cor facultatis, atque adeò ſpiritus uitalis fontem, & caloris natiui ſedem fomitemq; exiſtere, ac pulſuum autorem eſſe, ſingulasq; cordis partes illi ad calorem ſpiritumq; ſpectanti uſui ſubſeruire commonſtrabimus. Quis itaque cordis [a] inuolucri (ut ſingula ea ſerie, qua earundem prius conſtructionem enarrauimus, perſequamur) ſit uſus, peculiare de inuolucro Caput utcunque pertractauit. Deinde & cordis ſitus, antea commemaratus, in ipſo thorace eſt tutiſsimus, & ab omnibus quæ thoraci extrinſecus noxam inferre poſſunt, remotiſsimus. Præterea cor in pulmonis, id ſuis lobis ueluti digitis quibuſdam amplexantis, medio ita [b] conſiſtit, ut æqualem prorſus ex omnibus pulmonis partibus, aeris per [c] uenalem arteriam moliatur attractionem, & rurſus fuliginoſorum recrementorum egeſtionem in pulmonem tentet, & iuſta etiam portione per uenalem arteriam & [d] uenam arterialem pulmoni ſanguinem porrigat. Ad hæc, cor non admodnm procul ab ore, per quod reſpirationẽ perfici neceſſum erat, locatum, eam corporis ſedem nihilominus obtinet, ex qua commodè per [e] arteriæ magnæ ramos toti corpori natiuum calorem, ſpiritumq; uitalem offerre queat. Quamuis etiam, quod ad totum corpus attinet, à medijs partibus tantum ſuperiùs recedat, quantum à pubis oſsium [g] coalitus ſuperiori ſede diſtat. hæc enim erecti adultorum corporis exquiſitum ferè habetur medium: non autem umbilicus, quem Galenus, cordis ſitum enarrans, adamuſsim eſſe medium cenſebat. Quòd porrò propter baſim quam latam amplamq; ob [h] quatuor grandium ab illa prodeuntium uaſorum initia eſſe oportuit, cor nõ exactè rotundum effectum ſit, etiamſi non dicatur, omnibus manifeſtum eſſe conijcio. Quanquam Natura interim cor ſphæricæ figuræ, iniurijs innoxiè ferendis omnium pertinaciſsimæ, & cæteris omnibus capaciori, adeò accedere uoluit, ut cor in maximis ipſius dilationibus prorſus ſphæricum appareat: quemadmodum

Medico de anime facultatibus ac ſede conſiderandum.

Cui functioni oẽs cordis partes famulentur.

Inuolucri uſus.

Situs cordis ratio.

Li. 2 de Decretis Hipp. & Platon.

Formæ cordis ratio.

a 3 *fig.* B, C, D, E, F, G. & 4 *fig.* B, B.

b *Spectatur id* 3, 4, 5, 6 *figuris.*

c 6 *fig.* C. & 2 *ſi. cap.* 15 *lib.* 3.

d 6 *ſi.* I. & 1 *ſi. cap.* 15 *lib.* 3.

e *ſi. ca.* 11 *lib.* 3.

g 1 *ſi. ultimarum lib.* 15.

h 5 *fig.* C, *dein* 6 *ſi.* L, N, G, O.

modum in ipſius contractionibus oblongum,& pineæ nucis modo productum cernitur. Neque etiam alia ratione cor oblongum eſſe dicimus,quàm quòd id in mortuis concidens,productumq; ſemper offenditur. Si enim id in mortuis ita diſtentum obſeruaretur,quemadmodum in uiuis ſectionibus id, quoties intensè dilatatur,breuius quidem,ſed latius & profundius fieri ſpectamus:tunc meritò non oblongum, ſed rotundum,ac paulo minus toto ſphæricum eſſe cenſeremus. Quis autem cordis ſubſtantiæ ſit uſus, in decimo Capite,quando cordis cum muſculo communitatem,& rurſus differentiam proſequebamur, neceſſariò complexi ſumus:præcipuè tum explicantes,cui potiſsimùm muneri triplex fibrarum genus,cordis ſubſtantiam intertexens,dein & caro has amplectens & ſuffulciens,præficerentur. Cæterùm [i] uena,cordis baſim coronæ inſtar cingens,& ramos per externam cordis ſuperficiem deorſum à baſi exporrigens, cordi nutrimentum ſuppeditat:& [k] coronales arteriæ,eius quam perreptant cordis ſubſtantiæ natiuum calorem contemperant,magnamq; Naturæ ſuorum ramorum diſtributione atteſtantur induſtriam, quum horum plures amplioresq; ſecundùm anteriora & poſteriora & ſiniſtrum latus cordis porrigantur,quàm ad dextrum,ubi dexter cordis conſiſtit uentriculus,cordisq; ſubſtantia multo quàm alibi occurrit [l] tenuior, minusq; ob id uenis & arterijs indigens. Cæterùm [m] neruulus baſi cordis oblatus, triſtantium duntaxat ſenſus gratia,non autem motus,cordi largitur. Cordis cartilagineam, aut ſi uoles dicere oſſeam ſubſtantiam, uenæ arterialis & magnæ arteriæ [n] origini additam,aut ex qua potius illa uaſa originem ducunt, ad cordi fulcimentum facere,diſſectionis profeſſores arbitrantur. quamuis etiam ea ipſa ſubſtantia, nullum prorſus, cui inſiſtat,firmamentum habeat,niſi forſitan quatuor cordis uaſa, cordis inuolucrum penetrantia: quæ non magis tamen huic cartilagineæ ſubſtantiæ,quàm reliquæ cordis baſi (ſi quid modò ad ſtabilitatem conducerent) firmamento eſſent. Porrò cordis uentriculorum officium eiuſmodi ferè eſſe creditur. [o] Dexter, eo quòd ſanguinem præcipuè continet,ſanguinisq; elaborationi potiſsimùm dedicatur, ſanguineus nuncupatur. is namque pulmonis duntaxat gratia,à ſummo rerum Opifice,inſigni iuſtitia cordi inſculptus putatur. Pulmo enim,qui inſtar promptuarij cordi circũponitur,ut id ab illo aerem perpetuò allicere queat, rarus,fungoſus,leuis,ac ad thoracis motus ſequaciſsimus fieri debuit. neque eiuſmodi profectò functionibus idoneo nutrimento ali potuit,niſi priuatim illi ſanguis ex eo quem caua continet,leuis,aereus, ſpumoſus,expurgatus,nihilq; minus quàm fæculentus,ab alio organo præpararetur,atq; ita ipſi pulmoni ad opportunam nutritionem deduceretur. At nullum organum corde ipſo calidiſsimo, & pulmoni proximo uiſcere,ad id munus erat aptius:neque etiam aliud omnino iuſtius pulmoni hac in re famulari poterat. quandoquidem nimis quàm ingratum cor habendum foret,ſi pulmoni tam amicè aerem (quo,niſi ilico concidere emoriq; uelit,perpetuò indiget) ipſius nomine attrahenti,ac obſequentiſsimi famuli ritu præparanti, & illius potiſsimùm gratia fabricato,nullas uices referendas putaret:ac non modis omnibus cor, ut gratiã reponeret,pulmoni opportunum alimentum (quum id citra incommodum poſsit) conficere præpareq; ſtuderet. Dexter itaque uentriculus,in animalibus quæ illo ſimul cum pulmone donantur, à [q] caua uena, quoties cor dilatatur ac diſtenditur,magnam ſanguinis uim attrahit,quem adiuuantibus fortè ad hoc uentriculi foueis excoquit:ac ſuo calore attenuans,leuioremq;,& qui aptiùs impetu poſtmodum per arterias ferri poſsit,reddens,maxima portione per uentriculorum cordis ſepti poros in ſiniſtrum uentriculum deſudare ſinit:reliquam autem eius ſanguinis partem,dum cor contrahitur arctaturq;,per [r] uenam arterialem in pulmonem delegat. Cur uerò hæc inter reliquas corporis uenas,arteriæ [s] tunicas adipiſcatur,alibi obiter expreſsimus,quum eam craſſam ualidamq; factam eſſe diceremus, tum propter continuos pulmonis & cordis motus:tum etiam,ne pulmo tenuis illius quem continet ſanguinis,plus quàm ad nutritionem ſufficere poſsit (etiamſi quàm plurimo indigeat) ſibi alliceret:dein ut pulmo,continuo ipſius motu & calore ſanguinem in arteriali uena deductum ſibi magis excoqueret,ſpumoſioremq; redderet. qualis is iam profectò eſt,qui per arteriam uenalem ex ſiniſtro cordis ſinu pulmoni offertur,quum is iam in utroque cordis ſinu elaboratus fuerit. Accedit huc arterialem uenam,organum ſoli nutritioni opportuniſsimè ſubſeruiẽs, quodq; ſecundum pulmonis compreſsionem & dilatationem quieſcere,atque quàm minimùm moueri oportuit,magna Naturæ prouidentia alijs corporis uenis impenſiùs rigidum,craſſumq;, & compreſſu dilatatuq; difficilius factum eſſe. Hac ſiquidem ratione uenæ arterialis propagines,arteriæ uenalis & aſperæ diſtentionem & dilatationem minus impediunt:quum interim,ſi illæ propagines ſequaces eſſent, atque leui occaſione diſtenderentur,magnam pulmonis amplitudinem illo dilatato implerent:& rurſus compreſſo pulmone,promptè ſubſideret. magnamq; uim in aſperæ arteriæ propagines ex pulmonis compreſſu fieri prohiberent. Atque hinc ſanè,dum de uaſorum robore loquimur, [t] dextræ cordis auriculæ uſum forſitan petere poterimus. Quum enim cor ualido impetu diſtentum,ſanguinem in dextrum ipſius ſinum ex caua allicit,& quodammodo rapiens,eum abſorbet:quumq; ipſa uena caua,ut ex illa in alias corporis partes ſanguis,non ita ac ille pulmonis tenuis,gratia nutritionis reſudaret,non adeò craſſo ualidoq;, atque arteriæ,conſtat corpore:periclitaretur profectò uena in ualida illa cordis attractione,rumpi, niſi ſagax Natura dextram cordis auriculam creaſſet,quæ ad cordis motus ſequax,& ſanguine plena,quum cor dilatatur, ſanguinem eum quem continet,in dextrum uentriculum diffundere poſſet:ipſaq; quodammodo in uentriculum,attractionis impetum ſolutura,conuolueretur,cordiq; inſtar promptuarij eſſet. Atque huic uſui auriculæ correſpondet cuticularis conſtructio,quæ leuis,& iniurijs interim perferendis contumax, & ad cordis motus ſequax eſt. caua autem uiſitur,ut continere materiam poſsit:& fibris conſtituitur, ut attractioni, retentioni & expulſioni ſubſeruiat. Neque etiam carne,quæ fibras illas amplectitur, deſtituta eſt: uerùm quod cordis ſubſtantiæ,ipſius auriculæ ſubſtantia adeò conuenit,uidetur oſtendere,& innata ſibi facultate ad ſanguinis leuem quãdam cordis uentriculo præparationem conducere. Cæterùm ne irrita cordis, dũ

i 6 *fi.* D.

k 6 *fig.* D. 10 *fi.* E, F. & *fi. ca.* 12 *lib.* 3 B, l *Spect. fi.* 11.

m 6 *fig. h.*

n *circa* 5, 8 10 *fig.*

o *Patet in* 7 & 8 *fig.*

q 7 *fig.* C, C. C.

r 8 *fi.* C, D s 1 *fi. cap.* 15 *lib.* 3 B, C.

t 5 *fi.* B. 7 *fig.* F.

Cordis ſubſtantiæ uſus

Coronalis uenæ & concomitantiũ illam arteriarũ uſus. Cordis nerui uſus. Duriorisc ordis ſubſtantiæ. Dextri cordis uentriculi uſus.

Venæ cauæ orificij circumpertinentis uſus.

Arterialis uenæ uſus et ipſius conſtructionis ratio.

Dextræ cordis auriculæ uſus, & ipſius conſtructionis ratio.

dilatatur,in dextrum uentriculum sanguinis ex caua uena fiat attractio,eodem scilicet rursus, dum cor cõ-
Membranularum cauæ orificio præfectarũ usus. primeretur,per idem orificium Euripi ritu propulso, u tres membranulas cauæ uenæ orificio Natura præ u 7 fig. K. L, M.
posuit,quæ quidem sanguinem dilatato corde in uentriculum ex caua influere admittunt: at cõpresso cor-
de,ne idem in cauam refluat,prohibent. Quum enim dexter cordis uentriculus distenditur (quod fit, quo-
ties breuior redditus,in latitudinem profunditatemq; insigniter proficit) tunc membranæ illæ laxiores fa
ctæ,ad eius uentriculi latera concidunt:ac sanguini,recluso cauæ uenæ orificio,aditum præbent. At uẽtri-
culo rursus constricto,seu (ut in constrictione fit) longiore facto,& interim arctato,membranarum fibræ,
ipsæq; membranæ propter cordis mucronem ab ipsius basi magis abscedentem tenduntur. & quum uẽtri-
culi mucro in eum modum angustior efficiatur,membranularum quoq; fibræ mucroni uentriculi potissi-
mum adnatæ,inuicem colliguntur:ac proinde etiam eregionè centri uenæ cauæ orificij, suis extremis inui
cem accedentes,orificium id occludunt:& quo minus sanguis rursus in cauam profluat, obstaculo sunt. Ve
rùm & ad hanc actionem,sanguis ipse à uentriculi lateribus compressus,auxiliatur. is namque,quum uenæ
cauæ orificium petit,ad posteriorem membranularum sedem impetu ruit:easq; uersus orificij centrũ tunc
comprimens,ut illæ magis inuicem conniueant,autor est:ac sibijpsi,ne hac illi aditus detur,obstat: uenæq;
tunc arterialis orificium accedit,quod in cordis contractionibus patens,sanguinem uersus pulmonẽ trans
Membranarum arterialis uenæ orificij ratio. mittit,at quo minus sanguis rursus,dilatato corde,in dextrum uentriculum regurgitet, x tres membranæ x 8 fi. E, F, G.
arterialis uenæ orificio præfectæ cauent. Illæ etenim,quia principium cum uenæ arterialis origine ducunt,
ac sursum tensæ,in uenæ cauitatem cessant,atque ad uenæ latera concidunt, sanguinem in cordis contra-
ctionibus promptè in uenam fluere sinunt,at quum is rursus ob cordis dilatationem ad uentriculum uacui
fuga retractus,aut etiam in pulmonis compressione uersus uenæ arterialis caudicem protrusus, ad cor im-
petu uergit,per uenæ latera descendens,inter uenæ corpus,& posteriorem membranularum sedem conci-
dit,spacium quod inter corpus uenæ ac membranas est,implens. Vnde etiam sanguis necessariò membra-
nas deorsum protrudens ipsis,ut ad orificij uenæ arterialis centrum inuicem conniueant, orificiumq; clau
dant,occasio est:adeò,ut quanto uehementiùs cor sua dilatatione sanguinem retrahit, ipseq; pulmo inter
expirandum comprimitur,tanto exactiùs membranæ arterialis uenę orificium obturantes, sanguinem in
cor refluere prohibent.quanquam non ita accuratè id præstent,ut nihil prorsus sanguinis in primo retra-
Sinistri cordis uentriculi usus & cõstructionis ratio. ctionis impetu in cor rursus defluat, y Sinister cordis uentriculus,quòd spiritum uitalem præcipuè conti- y Patet in 9 & 10 figuris.
neat & conficiat,aeremq; amplectatur,dissectionis professoribus spirituosus aereus ve nuncupatus est: ac
quemadmodum dexter ex caua sanguinem trahit,ita quoque iste aerem ex pulmone in a arteriam uena- a 6 fig. G. 9 fi. C, C.
lem attractum,ad se dilatato corde allicit,illoq; ad caloris innati refrigerationem, & substantiæ ipsius enu
tritionem,spiritumq; uitalem utitur,hunc aerem excoquens & præparans: ut is unà cum sanguine, qui ex
dextro uentriculo in sinistrum per uentriculorum septum copiosus resudare putatur,in magnam arteriam
totumq; adeò corpus delegari possit. Quòd autem eiusmodi alterationibus,cordis caro præficiatur, quoad
Venalis arteriæ corporis ratio, diuinam hominis fabricam cognoscere possimus,fatemur. Cæterùm si quæ fuliginosa recrementa ex hac
aeris in sinistrum uentriculum attracti emutatione,ipsoq; innato calore producuntur, ea rursus per arteriã
uenalem,constricto corde,in pulmonem excerni arbitramur. Atque hæc potissima arteriæ uenalis in tuni
cæ ipsius tenuitate constructionis est ratio,nam continuò indefessęq; aerem ex b asperæ arteriæ ramis,ip- b 1 fi. cap. 38 lib. 1.
soq; adeò pulmone,in se assumere debebat:& rursus suis motibus cordis rhythmis correspondentibus, fu-
liginosas cordis reliquias in asperæ arteriæ ramos propellere. quod sanè difficulter admodum feciisset, nisi
corpus tenuius rariusq; alijs arterijs nacta fuisset. Nam etsi hæ cum reliquis partibus corporis usum præ-
stent,in quo hæc cordi accommoda censetur,non tamen arteriæ pro ipsarum mole tantum aeris (qui illis
non per occultos meatus,sed per patentes in ipsis cauitates à corde unà cum sanguine offertur) assumere,
rursusq; propellere,ac arteria uenalis,debebant. adeò sanè,ut hæc necessariò tenuis & uenarum corpore tu
nica ve conformetur. Quanquam Natura interim adeò suæ securitati,ac possibile fuit, prouiderit: quippe
longum ex sinistro uentriculo ad pulmonem ductum (qui arteriæ uenali nocuus fuisset) præcauens, statim
in ipso ortu eam c diuisit,atque breuissimo prorsus incessu illam in pulmonem digessit: ut hæc ilico pul- c 2 fi. cap. 15 lib. 3 H in K, L.
monis substantia undique suffulta,implicitaq;,à ruptionis periculo redderetur securior. Deinde & ex uena
lis arteriæ corporis tenuitate (quam Natura,nisi illa maximè indiguisset,facilè uitasset) alius accedit usus,
pulmonis nutritioni accommodus. nam hæc arteria sanguine tenui ac spirituoso oppleta, etiam pulmoni
idoneum suppeditat sanguinem, id pulmoni supplens, quod nimium seuera rigidaque arterialis uena
ob corporis sui crassitiem, & sanguinem minus quàm arteriæ uenalis sanguis leuem aereumq;, pulmo-
Sinistræ cordis auriculæ usus. ni denegabat. Porrò d sinistra cordis auricula,uenali arteriæ adnata,idem officium huic & sinistro cor- d 6 fig. F. 9 fi. I.
dis sinui præstat,quo cauæ uenæ & dextro cordis uentriculo dextram auriculam usui esse diximus. & sini-
stra auricula tanto minori donatur cauitate,quanto etiam arteriæ uenalis orificium, cauæ orificio angu-
stius uisitur. Dein & aer ipso sanguine sequacior est:adeò, ut & hac quoque occasione sinistra auricula
iurè minor dextra creetur. Nam quum aer ita promptè attrahatur,non tantum periculum erat ex attractio
nis impetu (qui potissimùm uacui fuga aerem trahit) uenosæ arteriæ corpus,ita atque cauæ,cõuelli. Quòd
autem sinistra auricula pro ipsius mole paulo carnosior,ac etiam crassior & pinguior, & ad motum minus
prompta,quàm dextra auricula occurrit,argumento quoque est,ad quandam materierum præparationem
Membranularum uenalis arteriæ & magnæ arteriæ usus auriculas cordi famulari,& auriculas ipsas proportionem quandam cum cordis sinibus sortiri. Porrò ut
auricularum par usus est, ita etiam sinistri uentriculi membranulæ usu penitus cum dextri uentriculi
membranulis conueniunt. e Duæ enim uenalis arteriæ orificio commissæ, ac introrsum in cordis e 6 fi. E, F.
uentriculum deductæ,corde quidem dilatato,aerem ex uenali arteria in uentriculum ferri admittunt, ip-

sarum

sarum fibris propter cordis mucronem uersus basim magis adductum laxatis, ipsisq; membranulis ad uentriculi latera concidentibus. Quum autem cor constringitur, obstaculo sunt, ne aer rursus in uenalem arteriam ruat, irritusq; cordis labor efficiatur. quanquam interim credamus, has membranulas, quum duæ duntaxat sint, suum orificium, cui præficiuntur, non ita adamussim obturare, ut fuliginosis excrementis per uenalem arteriam exitum in cordis constrictione præpediant. Quinetiam magnæ arteriæ orificium occupantes [f] membranæ, ijs omnino functione correspondent, quas in uenæ arterialis orificio haberi retulimus. Hæ siquidem in cordis contractione spiritum uitalem unà cum sanguine, qui impetu ruit, in magnã arteriam profluere sinunt. at corde rursus dilatato, spirituq; ac sanguine denuò ad uẽtriculum tracto, illius regurgitationem in uentriculum prohibent, sanguine nimirum eas uersus magnæ arteriæ orificij centrum (ut in arteriali uena fieri nouimus) comprimente. In cordis itaque constructionis ratione, ipsiusq; partium usu recensendis, magna ex parte Galeni dogmatibus sermonem accommodaui: non sanè, quòd undique hæc ueritati consona existimem, uerùm quòd in nouo passim partium usu officioq; referendo, adhuc mihi diffidam, neque ita pridem de medicorum principis Galeni sententia uel latum unguem hic declinare ausus fuerim. Haud enim leuiter studiosis expendendum est uentriculorum cordis [g] interstitium, aut septum, ipsum ve sinistri uentriculi dextrum latus, quod æquè crassum compactumq; ac densum est, atque [h] reliqua cordis pars, sinistrum uentriculum complectens. adeò ut ignorem (quicquid etiam de foueis hac in sede commenter, & uenę portę ex uentriculo & intestinis suctionis non sim immemor) qui per septi illius substantiam ex dextro uentriculo in sinistrum uel minimũ quid sanguinis assumi possit: præcipuè quũ tam patentibus orificijs uasa cordis in suorum uentriculorũ amplitudinem dehiscant: ut modò taceam uerum uenę cauę ex corde progressum. Atque quum hęc animo obuersantur, simul sese multa in arteriarum serie offerunt, de quibus non immeritò uenit ambigendum: nimirum nullam ferè uenam absque comite arteria uentriculum ac intestina, lienemq; adeò ipsum petere, & ferè totam portę uenam sua serie comitẽ sibi arteriam asciscere. Deinde renibus arterię tam grandes communicantur, ut neutiquam ad illorum calorem duntaxat temperandum, eas productas esse queamus affirmare: uti minus adhuc solius caloris natiui gratia tantas arterias uentriculo, intestinis, lienique; insertas esse, possimus asserere. His accedit, quòd per uenas arteriasq; mutuos materierum fluxus & refluxus esse, ac nihil prorsus grauitatem & pondus materierum in uenis arterijsq; agere, plurimis argumentis oporteat fateri. Cordis insuper membranulę, etsi dicto iam prius usui ferè subseruiant, non tamen omnem materierum regressum occupant. Quòd uerò aures, corde in uiuorum sectionibus per transuersum dissecto, & cordis motu prorsus quiescente, adhuc moueantur ac palpitent, quodq; in fœtibus & nuper natis tam grandes occurrunt, cui non constare debet maioris alicuius beneficij occasione, quàm uasorum roboris gratia, eas efformari? Atque ita quoque longè alia (ne quid de orificij uenalis arteriæ ad magnæ arteriæ orificium collati amplitudine insinuem) partium dextrum uentriculum & sinistrum constituentium [i] discriminis in crassitie est ratio, quàm materierum in uentriculis asseruatarum. Quinimò alia haud pauca undique hic sese proponunt, quæ uulgata Anatomi corum placita in dubium uocant. quę quia omnia referre longius esset, ipseq; nihil priuatim innouare (quũ simul in omnibus mihi haudquaquam satisfaciam) modò statuerim, partium aereæ substantiæ reficiendæ fabricatarum historiæ nunc finem imponam: ipsarum administrandi rationem ea serie iam pertractaturus, qua proximè præcedente libro cibi potusq; & generationis organorum sectionem absolui.

Vulgatę Anatomicorum placitis non leuiter æquiescendum.

f 10 *fi.* B, C, D.

g 8 *fig.* H, H. 10 *fi.* R. 11 *fi.* I, I.

h 9 *fig.* M, M. 10 *fi.* P, Q.

i Cõfer Q, R *fig.* 7 *cum* M, M *figura* 9.

CORDIS, PVLMONVM, RELIQVORVMQVE RESPIRATIONI seruientium organorum administrandi ratio. Caput XVI.

PRAESENS Caput, quo potissimùm earum quæ hoc libro traditæ sunt partium resectionem complecti statuimus, in orationis serie, ultimo quinti libri Capiti nunc est subijciendum. quandoquidem hæc Capita cum penultimo septimi libri Capite, eum in modum digerentur, ut singula partium quæ suis libris explicantur administrandi rationem proponant: & interim eum ordinem (quum scilicet paucis insuper additis necessario alioquin sermoni uerbis, id commodè præstari possit) unà exhibeant, quo quis in corporum penuria, integram anatomen studiosis demonstrare queat, aut quo hi illam opportunè suo Marte aggrediantur. In eodem itaque corpore, quo superiori libro usus es, administrationem cotinuaturus, illius cer uici fulcrum aliquod subijcies, cuius ope ea exporrigatur, caputq; in posteriora reclinatum, & fulcro non innitens, uersus mensam dependeat. Mox, ut in secundo libro docui, faciem & uniuersam anteriorem colli sedem cute nudabis. ac primùm faciei [a] muscolos, qui frontis cutem & palpebras, & buccas & labra, & narium alas mouent, aggredieris: in quorum etiam numero [b] ille est, quem labra & buccas mouentium primum recensui. Quum igitur & illum quoque administraueris, [c] musculum à pectoris osse & clauicula resecabis, qui septimi caput agentium paris alter habetur, ac in [d] mamillarem capitis processum inseritur, à quo illum nunc dependere sines, & ad omnes ferè [e] musculos ossi v imaginem referenti proprios, sectionem conferes: unaq; à pectoris osse [f] eos liberabis, qui ab illo pronati, primæ laryngis cartilagini inserũtur. Deinde à pectoris osse, & clauicula, & costis, ad suam usque insertionem, [g] musculum separabis, brachium pectori adducentem. insuper [h] illum à clauicula auferes, qui thoracem mouentium primus numeratur. & [i] eum à costis etiam dissecabis, qui scapulam pectori admouet. hac interim obseruata ratione, ut singulos musculos ab insertione hærere permittas, quò postmodum cum cæteris musculis in examen uenire possint, qui adhuc secandi in illis ad quas ipsi referuntur partibus, sunt reliqui. Atque hanc musculorum

Musculorũ quorundam & uasorum administratio.

a 3 *muscu. ta.* A, C, D, E, F, G, Γ *et* 4 *ta.* K, M, N.

b 3 *muscu. tab.* Γ.

c 4 *muscu. tab.* Θ.

d 3, 4 *fig. cap.* 6 *lib.* 1 k.

e 4 *muscu. tab.* R, Q, S, T, V, V.

f 5 *muscu. ta.* P *in* N.

g 3 *muscu. tab.* Δ.

h 4 *musc. tab.* d.

i 5 *muscu. tab.* Γ.

administrationem in uno latere moliri suffecerit: altero latere uenis, arterijs & neruis, qui sub cute & secundùm musculos repunt, inspiciendis ostendendis ve accommodato. quorum [k] series, si forsan memoria exciderit, ex tertio libro & quarto est petenda. Hic enim sermo in immensum excresceret, si illam quo que nunc totam recenserem. Modò igitur à pectoris osse [l] clauiculas acutiori cultello liberare contendes, robusta, quibus illæ pectoris ossi colligantur, ligamenta diuidens: at interim accuratissimè cauens, ne cultello altiùs iniecto, quæ huic articulo subsunt uasa uulneres. Atq; hic [m] cartilaginem examinabis, quæ clauiculam, pectorisq; ossis sinum, præter alias articulorũ cartilagines intercedit: & aliquò reponenda est, ut illa postmodum in sceleti connexu (si uisum fuerit) uti queas. Liberatas autem clauiculas niteris ui à pectoris osse attollere, ac ab illo primaq; costa in exteriora reflectere. ita enim primæ thoracis costæ cartilago, quà costæ ossi continuatur, in conspectum ueniet: quæ cultro non admodum crasso a suo osse est [n] liberanda: hic quoque mente adhibita, ne culter profundiùs demersus, quicquam in iugulo uitiet. Vbi primæ costæ dissecueris cartilaginem, deinceps ordine reliquas omnes à costarum ossibus cultro dirimes, continuaq; linea intercostales hic musculos ad thoracis usque capacitatem [o] diuides. Separatas nunc cartilagines simul cum pectoris osse nonnihil attolles, eas modò in dextrum, modò in sinistrum latus [p] deflectens, & thoracem interscipientes membranas, quà pectoris ossi proximæ sunt, unà cum cordis situ examinans. [q] Deinceps transuersa sectione [r] septum transuersum à pectoris osse, & commissis huic adhuc cartilaginibus, uenit adimendum: & pectoris osse sua mucronata cartilagine sursum eleuato, membranæ thoracem interscipientes ab illo sensim sunt diuellendæ. quod quum feceris, uersus cadaueris caput pectoris os reflectes: moxq; iuxta [s] glandium, uenam & arteriam utrinque sub ipso prorepentes, retusiore cultello inter membranulas inquires. quas ubi singulas uinculis interceperis, os pectoris cum ipsius simul uasis a thorace auferes: ac mẽbranæ costas succingentis speciem, [t] intercostaliumq; musculorum, qui inter cartilagines habentur, naturam perpendes. Aut musculis illis non aliter examinatis, os pectoris aliquantisper repones, dum thoracem mouentes musculos simul omnes post cordis administrationem ostendere uisum erit. Quò autem ea quæ in thorace aggredienda supersunt, commodiùs commonstrarentur, consueui primùm hamulo hinc inde costas succingentem membranam auellere: & manibus pulmonem, si alicubi illi fibris cohæreret, ab ipsa dirimere: ac insuper perforato costarum quopiam interuallo, cui pulmo adnexus est, demonstrare, quo nam pacto hominis thorax subinde pertundatur: non abolita interim respiratione, neque motu pulmonis quiescente. [u] Mox diuisis intercostalibus musculis, costas ad medium ferè longitudinis ipsarum frangere solitus sum. quod paruo fit negocio, si singulæ seorsum manu fortiter apprehensæ, ui euertantur, inflectantur ve. Verùm posteaquàm facilem illam parandi sceleti rationem adinueni, ut ossa cadaueris illi compingendo subseruiant, costas reseruari malim integras, & manib. simul omnes costas, quantum licet, extrorsum retorqueri: & dein aliquousque diuisis intercostalibus musculis, inuicem costas sensim dirimi. ita enim satis patens thoracis efficitur amplitudo, potissimùm si secundùm dorsi longitudinem, ac ad thoracis ferè medium, lapidem aut globum aliquem subieceris, cuius ui dorsi gibbus extra thoracis cauitatem prominens, intrò in thoracis cauitatem ducatur, grandiusq; inter dextri sinistriq; lateris costas fiat interstitium. Costis itaque hoc modo diductis, aut illo modo disruptis, pari semper ratione thoracis organa sunt aggredienda. ac primùm à glandio ad septi transuersi nerueam usque sedem [x] dextrum ipsius neruum à dextra thoracem interscipiente membrana cultello liberabis: deinde, si uoles sinistrum quoque. quem ubi simul cum [y] uena à iugulo pronata exporrigi uideris, illum iuxta septum rumpes: ac uersus ceruicem, ut postea ipsius uideas [z] originem, reijcies. Mox membranas interscipientes, cultello secundùm thoracis longitudinem inuicem seiunges: atque à cordis [a] inuolucro liberatas, ipsarumq; ad septum transuersum connexu, & uenarum arteriarumq; in ipsis serie perpensis, illas è thorace auferes: id duntaxat præcauens, ne uas aliquod insignius lædatur. rami enim membranas interreptantes, & cordis inuolucro intertexti, etiamsi diuidantur, uix notatu dignum aliquod sanguinis profluuium concitant. Iam tempestiuum est, solis manibus cor cum suo inuolucro hinc inde mouere, quisq; ipsius situs formaq; inuolucri sint, examinare. quanquam & ad id summopere conducit inspectio, quam prius, eleuato modice pectoris osse, cordeq; adhuc immoto, membranarum interscipientium causa fieri uolui. Pulmonis quoque lobi manibus iam sunt contrectandi, ut & ipsorum numerus, situs formaq; indagentur: ac tandem cognoscas, nullam pulmonis partem uenæ cauæ, quà [b] inter septum transuersum & cor consistit, in hominibus substerni: imò uenam simul, citraq; interuallum aliquod, septum & cordis inuolucrorum penetrare: & quà uena hàc ducitur, inuolucrum [c] magna amplitudine hominum septo priuatim connasci. Quod ut spectes accuratiùs, inuolucrum cordis longa sectione [d] diuidetur, & liquor ipsi innatans spongia extergebitur: ac demum à cordis uasis inuolucrum resecabitur, adhibito studio, ne [e] sinistri recurrentis nerui principium uitietur. Vt uerò cauæ uenæ per septum transuersum transitum, ac ipsius per thoracem ductum examines, sectionem septo ad uenæ usque caudicem induces: præcauens, ne duorum cauę uenę [f] propaginum in illud excurrentium radices simul uulneres: dein sursum paulatim conscendens, qui [g] caua dextræ cordis auriculæ committatur, citra ullam sectionem obseruabis. Sic quoque supra cordis basim, à cauæ dextro latere [h] uenam sine coniuge enasci inuenies: cuius ramos ductumq; melius disces, si primùm dextram pulmonis partem uersus sinistrum latus eleuaueris, & postmodum sinistram in dextrum latus reuolueris. hæc namque citra alicuius sectionem, modò redduntur obuia: quanquam exempto corde & pulmone, illa licebit adhuc exactiùs intueri. Neque sanè hæc obiter sunt spectanda. at gnauiter Naturæ artificium in uenę coniuge carentis ductu principioq; indagandum est: diligenterq; obseruandum, num, ut in agnis & porcis aliquando occurrit, uena quæpiam in sinistrum quoque latus porrigatur, iuxta cauæ ad cor connexum pronata. Porrò

Clauicularum à pectoris osse liberatio.

Costarum cartilaginũ cum pectoris osse, ab ipsarum ossibus liberatio.

Membranarum thoracis amplitudinem interscipientium examen.

Neruorum septi transuersi examen.

Cordis inuolucri.

Cauæ uenæ distributionis per thoracem et iugulum examen.

k Petenda est ex figuris 3 & 4 lib.

l 4 musc. tab. a b l. ut in dextro latere subula fallit est.

m Maior pars 4 fig. ca. 22 li. 1.

n inter dissimum 3 & A 1 fig. ca. 19 li. 1.

o ut fallit est in 8 mo scul. tab.

p ut fit in 1 fig.

q ut ex 1 fi. facias secundam.

r 1 fig. l, l. 2 fi. R, R. 7 mus. tab. Δ.

s iuxta F 1 fi. requiro B, C, D, E.

t ut spectatur in 8 mo scul. tab.

u ferè ut factum est in 1 & 2 fig.

x sinistri in 1 fi. P, P insignitur, in 3 autem fi. uterq; l.

y 1 fig. Q, Q.

z 2 fi. cap. 11 lib. 4 à b, e, m.

a 3 fig. B, C, D, E, F, G.

b 5 fig. inter D.

c 3 fig. G, F.

d ut factũ est in 4 fi.

e 6 fi. g, g eductũ ac.

f fi. cap. 6 lib. 3 C.

g 5 fig. C ad B.

h 5 fig. G. & fi. cap. 6 lib. 3 F.

cauæ in iugulo [i] distributio, retusiore cultello, quo incumbens illi [k] glandium adimetur, inquirenda est. neque sanè alio tibi utendum est artificio, quàm ut nostras ad manum habeas uenarum delineationes: mentemq; summa cura accommodes, ne uenam aliquam pertundas. Vbi uerò cauę seriem adinueneris, utraq; iugularis, & brachium accedens uenæ truncus, & deinde caua uena, ubi sine pari promit uenam, uinculis intercipientur: ac quicquid uenarum inter uincula consistet, è corpore adimetur: & deinceps abluto sanguine, ilico ad arteriæ magnæ propagines, neruosq; recurrentes adinueniendos, sectio conuertetur. Corde itaque in manu assumpto, [l] uenę arterialis, & [m] arteriæ uenalis, ipsiusq; [n] magnæ arterię radices, quà cordis basi proximę sunt, intueris: quod factu est facillimum, si cùm ipsarum coloribus, tum situi mentem adhibueris. Dextræ enim auriculę uicina est arterialis uena: & albicans, ac quodammodo sinistrorsum proficiscens uisitur, & inter cordis uasa eminet. Arteria autem uenalis, uenæ modo nigricat: & cæteris uasis demissior, propter sinistram auriculam latitat, ipsiusq; progressus minimo interuallo se offert. Magna uerò arteria, in cordis basis medio, sub arteriali uena quodammodo occultata, occurrit. Hanc ubi primùm intuitus fueris, omnes ipsius ramos inquirito: quorum [o] superiores, ac iugulo proximi, citra aliud opus iam sunt cõspicui, nisi fortasis glandij aliquot reliquiæ adhuc resecandæ supersint. [p] Truncus autem, qui ad dorsum retorquetur, non nisi sinistra pulmonis parte in dextrum latus eleuata, commodè apparebit. Cæterùm ut recurrentes uideas neruos, postquam laryngis musculos, [q] qui à pectoris ossis elatiori sede procedentes, infimæ scutum imitantis cartilaginis sedi implãtantur, ad insertionem usque ab aspera arteria diuulseris, dextrum sexti paris [r] neruum à soporali arteria cultello sensim liberabis: ac ubi thoraci appropinquaueris, huius nerui [s] ramulum, qui costarum radicibus exporrigitur, & quos hic musculis ex pectoris ossis summo enatis deriuabat surculos, perpendes. Simulatque uerò neruum ad [t] arteriam dextræ axillæ porrigendam deduxeris, [u] tres quos ad illam reflectit surculos (nisi [x] duo, aut unus tantùm sit) quàm poteris studiosè uicinis membranulis acutiore cultello dirimes: ne fortè retusiore, membranulas inter scindendum trahẽs, surculos uioles: quanquam denuò, ne acuto surculos simul cum membranis incautè reseces, cauendum sit. Inuentis surculorum principijs, [y] neruum asperæ arteriæ, lateri exporrectũ, à sua cui nectitur membrana, ipsaq; aspera arteria, liberabis, lõga sectione inter neruũ & asperam arteriã acuto quoq; cultello facta. Liberatũ hoc pacto neruũ, summis sinistræ manus digitis apprehendes, illũ modicè ab aspera arteria attollens: sexti uerò paris truncum, quà soporariæ arteriæ exporrigitur, dextra manu eleuabis: ac manibus deinde mutuò nunc sursum, nunc deorsum ductis, nerui recurrentis reflexũ naturãq; perquires. Ad eundẽ sanè modum, posteaquã [z] surculos quosdã pulmoni cordisq; inuolucro à dextro sexti paris neruo dein distributos examinaueris, [a] sinistrũ sexti paris neruorũ cerebri truncũ à sinistri lateris soporaria diuellere cõuenit: & ipsius surculos, quos musculis a pectoris ossis elatiori sede enatis, & costarũ radicibus exporrigit, indagare: ac postmodũ [b] obseruatis, quas pulmonis tunicæ deriuat, propaginibus, & eo [c] surculo, quẽ secundùm uenæ arterialis trunci sinistrũ latus, cordis basi offert, etiã accuratè perquisito, ad magnæ usq; arteriæ [d] truncũ, qui ad dorsum reflectitur, sexti paris huius lateris neruus est deducendus, & acuto similiter cultello [e] soboles [f] recurrentẽ neruum hic efformantes sunt adinueniendæ. Has ubi uideris, obtusiorem stylum sub eo arteriæ trunco uersus sinistrum asperæ arteriæ latus protrudes: & leuato nonnihil stylo, truncum arteriæ à dorso, cui firmissimè committitur, modicè dirimes. Deinde ab aspera arteria, recurrentem neruum ad arteriæ magnæ usque truncum liberabis: & utraque manu, mutuoq; tractu, ipsius reflexum, ut in dextro latere, ostendes. [g] Reliqua uerò sexti paris neruorum ad stomachum series, non nisi exempto pulmone aggredietur. ac proinde, si uisum fuerit, foramine nunc inter asperæ arteriæ cartilagines facto, illiq; fistula quapiam indita, & aspera arteria super foramen compressa, pulmonem inflari curabis: inflatus siquidem suam formam manifestiùs commonstrat, corq; ex toto amplexatur. Demisso dein pulmone, cordi à dextræ auriculæ radice ad ipsius usque mucronem, nouacula sectionem [h] induces, in dextrum ipsius uentriculum usque penetrantem. Mox uentriculo digitis distento, spongia sanguinem semel atque iterum elues. Vena enim caua, & arterialis uena, ut sanguis in uentriculum fluat, isq; postmodum spongia exugatur, comprimendæ sunt. Extersо sanguine, dextri uentriculi amplitudo est indaganda: deinde stylo [i] tres membranæ ori uenæ cauæ præfectæ, obiter ueniunt spectandæ. Vt uerò prorsus in conspectum ueniant, cultello ex dextro uentriculo in cauam uenam intruso, sectionem à uentriculo per auris corpus in uenam usque duces: qua distẽta, membranæ omnino uidebuntur & auris cauitas, naturaq;, si ipsam [k] inuerteris, facilè hac administratione cognoscentur. Deinde quum uenæ cauæ expendes orificium, coronalis uenæ [l] origo etiam apparebit: cui si stylum ex molli plumbo indideris, quo nam pacto cordis basim cingat, ramosq; in illius corporis superficiem deriuet, obseruabis. Hic uelim quoque ex uenæ cauę amplitudine stylum in [m] uenam coniuge destitutam inderes, ipsius à caua originem, ridiculamq; nostrorum Aesculapiorum rationem consideraturus, qui in octo utriusque lateris inferiorum costarum inflammatione, Hippocratem, non mittendum esse sanguinem, asseruisse contendunt: quòd cor ex uena sine pari sanguinem adeò rapiat, ut nihil sanguinis missione ex uena hac educi possit. Quasi uerò nunc tibi secanti non longè esset clarissimum, cor in sanguinis missione, inflammatis octo inferioribus costarum interuallis, nihil obstare, ac proinde sanguinem tunc quoque mittendum: & Hippocratem non adeò fuisse stupidum, ut octo humiliores costas sub septo transuerso esse arbitratus fuerit, & inflammationem huius sedis ad clauiculam usque tensionem etiam producere ignorauerit. Verùm hic sermo, ne præter institutum, ad meum de uena in laterali morbo secanda placitum longiùs expacietur, refrenandus uenit. quanquam merherculè nunquam magis hac de re ueritatem, quàm præsentibus uenis, indagandam arbitrer: non autem citra uenarum cognitionem, solis autorum distortis suffragijs eruendam. Porrò simulatque coniuge carenti uenæ stylum immiseris, oblongus crassusq;

Arteriæ magnæ per thoracem & iugulũ & collum distributionis examen.

Neruorum recurrentiũ

Pulmonis inflatio. Dextri cordis uentriculi, & ipsius orificiorum membranarumq; examen.

Cauæ uenæ ortus examen.

i *Hic sedulò circa H ſpecta figuram capi. 6 li. 3 aut potius ultimã figurã lib 3 iuxta p.*
k *2 fi. F.*
l *6 fig. I.*
m *6 fi. G.*
n *6 fig. O.*
o *6 fig. R, Q, S, T, V, X.*
p *6 fig. P. & fi. ca. 12 lib. 3 i.*
q *5 muſcu. ta. P in N.*
r *6 fi. à ſecundum V.*
s *2 fi. ca. 2 lib. 4 h. deinde k, k.*
t *6 fi. T.*
u *fi. cap. 9 lib. 4 inſerta P ad E.*
x *6 fi. B.*
y *fi. capiti 9 li. 4 inſerta Q, Q. & 6 fi. c.*
z *2 fi. ca. 2 li. 4 q et r.*
a *6 fi. d ab X.*
b *6 fi. e.*
c *6 fi. h.*
d *6 fi. P.*
e *6 fi. f.*
f *6 fi. g, g.*
g *14, 15 fi. lib. 5 T, V.*
h *ut factũ eſt in 7 fi.*
i *7 fig. K, L, M.*
k *ut F in 7 fig.*
l *7 fi. G.*
m *5 fi. G. & fi. cap. 6 lib. 3 T.*

susq; baculus cauæ uenæ est [n] imponendus: quem quum absque negocio rectà per cauam ad imum usque uentrem protruseris, quàm bellè Galenus & cæteri dissectionum doctores hucusque hallucinati sint, disces, qui cauam ex iecoris gibbo, uno caudice enatam, [o] similiter ac magnam arteriam in duos truncos, quorū hic inferiora, ille uerò superiora petit, diuidi censuerunt. Verùm hæc, quum paulo pòst iecur aggredieris, uisurus explicatiùs. quanquam nihil prohibet modò, septum transuersum è corpore, quantum poteris, resecare: iecurq; in sinistrum latus adeò reflectere, ut posterior ipsius sedes in conspectum ueniat. Quum itaque baculum à uenæ cauæ sede, quà cor spectat, ad eam usque regionem qua renibus uenæ offeruntur, detrusum, aliquā diu in uena seruaueris, animaduerterisq; iecoris substātiā toti cauæ posteriori sedi nō [p] obduci, cultello secundùm baculi longitudinem ducto cauam diuides, ac uenarum à caua iecori exporrectarum [q] ora inuestigabis. Dein ijs qui nimium pertinaciter in Galeni Anatomes professorum primarij uerba iurauerunt appellatis, singula ipsius argumenta de uenarum ortu resumes: atque studiosos, ne ex commentarijs nauigare discant, hortaberis, unicam ueritatem, non uerò autoritatem commendans. Porrò sectione rursus ad cor conuersa, digito aut stylo in elatiore dextri uentriculi sede, arterialis uenæ orificium [r] inquires: & cultello illi intruso, ex dextro uentriculo aliquousque in arterialem uenam sectionem duces. Qua facta, sanguineq;, si quis inibi occurret, eluto, uisui sese arterialis uenæ orificium simul cum suis [s] membranis offert: quas, ut exactiùs contempleris, stylo attolles, eodemq; arterialis uenæ ductum in pulmonem examinabis. [t] Tunicæ etiam ipsius, ex quibus arteriæ instar conformatur, facilè expenduntur, modò quis ductæ iam sectionis lateribus labris ve animum adhibuerit. Sinistrum cordis uentriculum similiter longa sectione à sinistræ auris radice ad cordis usque mucronem facta aperies, & sanguinem perinde atq; in dextro exterges. Huius primùm intuebere amplitudinem, deinde cordis substantiæ in hac sede [u] crassitiem: postmodum stylo [x] duas arteriæ uenalis orificio præpositas membranas facilè adinuenies, ac qui inuicem in cordis constrictione conniueant, obseruabis. Vt uerò exactiùs se offerant, cultello uenalis arteriæ ori immisso, sectionem in ipsius usque cauitatem [y] molieris: & adaperto distentoq; ore, membranas denuò contēplabere, plūbeo stylo primas uenalis arteriæ in pulmonē distributiones inquirens. Magnæ autem arteriæ [z] orificium, & membranę ipsi prefectę inuenientur, si post [a] alteram arterialis uenæ membranam, quę cordis uentriculorum septo uicinor est, digitum in elatissimam sinistri uentriculi regionem protruseris: is namque magnam subibit arteriam. & dein cultello secundùm digitum in arterię orificium intruso, ex cordis uentriculo sectionem in arterię amplitudinem duces. Quando enim hanc tentaueris, & arterię magnę [b] membranas in ipsarū sede, quà uasis corpori incūbunt, inspexeris, coronalium arteriarum [c] ortus tibi occurret. adeò ut nunc nihil in corde spectandum sit reliqui: nisi fortè illo uariè dissecto, ipsius substantiam, & arterię magnæ, arterialisq; uenę dissectis radicibus, os inquirere statueris, quod cordi priuatim ab Anatomes professoribus ascribitur. Si igitur nullum os, pręter cartilagineas dictorum modò uasorum radices, in homine adinueneris, illas à reliqua cordis substantia resecabis: ut simul cum cartilaginibus, clauicularum articulationibus, & alijs quibusdam articulis peculiaribus, ad osium compositionem reseruari recondiq; ualeant. Corde nunc abiecto, asperam arteriam (seruata interim larynge) examinabis: primùm quidem ipsius cartilagines, C imaginem exprimentes, & membranas, quibus illę inuicem colligātur: & dein ipsius primam in pulmonem seriem. qua inuenta, aliquam pulmonis fibram seu lobum integrè à reliquo pulmone absecabis: ac in uenę arterialis ramū, & arterię uenalis & asperę ramos, stylos intrudes: horumq; ramorum propagines, distributionisq; naturam inuestigabis. ad quod mirificè conduxerit undecunque rupta diuulsa ve lobi illius membrana, ipsum inter duos asseres adeò comprimere, ut pulmonis caro, ipsius ve peculiaris substantia, à suis quibus obnascitur uasis abscedat. Licebit modò, aspera arteria ab ipsius capite diuisa, eaque deorsum à stomacho tracta, pulmonem omnino è thorace auferre, & stomachi [d] progressum adinuenire: qui citra aliam sectionem, pulmone reiecto, unà cum neruis sexti paris illum amplexantibus, conspectui sese offeret. Tamen ut neruorum in uentriculi orificium seriem intuearis, septum transuersum à stomacho liberandum est: ipsaq; insertio, si fortè uentriculus adhuc in corpore asseruatus sit, indaganda. Insuper foramine alicubi in stomacho, quà collum perreptat, facto, fistulaq; illi indita, uentriculum quàm poterit maximè inflari curabis: & deinde stomacho iuxta laryngis radicem diuiso, illum cum uentriculo, aut solum, si prius scilicet uentriculum ademeris, è corpore trahes, [e] glandulis illis quæ in medio ipsius ferè ductu plurimùm consistunt, similiter examinatis. Iam quoque tempestiuum esset (si modò id antea non præstiteris) iecur à septo transuerso secernere, ac tandem ex corpore auferre. Quod ubi feceris, ipsiusq; formam diligenter contemplatus fueris, cultello uenæ cauæ iam flaccidæ indito, hanc longa sectione aperies, ut exactè pateat ipsius per iecoris substantiam transitus, deinde ramorum a caua in iecur ingressus. Vbi itaque duo præcipua illorum uideris orificia, alteri stylum quàm poteris penitissimè indes: & ablato uenæ portæ, quo iam antea eam intercepisti, uinculo, illius quoque ramo secundùm uenæ cauæ rami, cui iam stylus inest, ductum in iecur procedenti, alterum stylum immittes, & postmodum obtuso cultro iecoris substantiam ab illis ramis, qui stylos continent, niteris abradere: [f] ut uenarum per iecoris corpus seriem, ipsiusq; substantiam discas, ac demum inter duos qui stylis distenduntur ramos, bilis ueiculæ meatulos obserues, & bilis ueiculam à iecoris corpore erasam inuertas, solamq; sedulò, si adhuc fuerit asseruata, contempleris. Postremò, [g] uenæ ab umbilico in iecur deductæ ingressum insertionemq; expendes, mente dein thoracis uertebrarum corporibus adihibita, ut cultello grandem arteriam secūdùm longitudinem aperias, [h] ramorum quos utrinque in costas spargit, uisurus orificia. Ramis his dissectis, arteriam ex corpore adimito, & uenæ coniuge carentis [i] propagines expendito, ut & hanc quoque à uertebrarum corporibus liberes. Quo in opere non parum conduxerit, expendere internam uenæ pari carentis

in suo

Arterialis uenæ orificij ac membranarum examen.

Sinistri cordis sinus, ipsiusq; nasorum & mēbranarum examen.

Cartilagineæ cordis substantiæ examen.

Asperæ arteriæ.

Pulmonis.

Stomachi.

Iecoris.

Bilis ueiculæ.

Examen eorū quæ uertebrarum corporibus exporriguntur.

n *in D. fig. & fig. cap. lib. 3.*
o *ut O in P & R figura 6.*
p *uti fig. statuet 18 fig.*
q *ut uidere est in 6 capiti libri 3 inserta ad A.B.*
r *ex 7 fig. facturus ostauam.*
s *8 fig. E, F, G.*
t *1 fi. cap. 15 libr. B, C.*
u *9 figura M, M.*
x *9 fi. E, F.*
y *9 figura paraturus.*
z *10 fi. A.*
a *ubi in 9 figura L latitat sub E.*
b *10 fig. B, C, D.*
c *10 fig. E, E.*
d *ut spectatur 14 & 15 fi. lib. 5.*
e *14, 15 fi. lib. 5 F, F*
f *id ueluti uisurus, quod 13 fi. lib. 5 exprimitur ad X, Y, Z.*
g *2 fi. lib. 5 F, G 12 fi. M ad N.*
h *fig. cap. 12 lib. 3 k, k.*
i *fig. ca. 6 lib. 3 G, G ab F.*

in suo exortu superficiem: uti & illorum ramorum, qui è caua uelut in iecur exporriguntur: quò proprij uenæ corporis membranea illic occurrat crasities, roboris in uasorum diductibus gratia efformata. Quanquam interim hic negligi nolim, studiosorum nonnullos, quum de sanguinis missione inter dissecandum agere solemus, aliquando contendisse, membranea illa uasorum eminentia, sanguinis in cauæ caudicem truncum ve regressum penitus præpediri. Resectis modò in thorace occurrentibus uenis & arterijs, in pro patulo est utriusque lateris sexti paris neruorum cerebri [k] ramus, qui radicibus costarum exporrectus, sub tunica costas succingente ad organa à peritonæo circumplexa contendit. Vt uerò [l] neruulos cernas, quibus ramus ille adaugetur, à thoracis uertebris tunicam costas succingentem detrahes: quam ubi & à costis quoque diuelles, dictas uenarũ arteriarumq; propagines, & neruos costis exporrectos, promptè obseruabis: & cultelli mucrone ad costæ alicuius os proximè adacto, tunicam expendes, quæ priuatim singulis costis obuoluitur: eam dico, quam secundam costas succingentem tunicam nonnulli dissectionum periti nuncuparunt: quæq; membrana est, illis respondens, quas, quòd ossa ambiunt, uulgò circumossales dicimus. Quanquam interim hic circa dorsi uertebrarum contextum, præcipuè obseruandum sit, num duæ costas succingentes tunicæ ita ueniant constituendę, ut una in dextro recenseatur latere, cum dextra thoracem interdiuidente membrana: & altera in siniſtro latere, cum interdiuidente eius lateris membrana: quum & ita nonnulli (uti suo diximus loco) duas tunicas, costas succingentes enumerauerint. Absolutis hunc in modũ omnibus quæ peritonæo & tunica costas succingente inuoluuntur, si uisum fuerit, quàm poteris aptissimè costas in suas sedes reponere conaberis: & [m] osse pectoris quoque cum cartilaginibus ipsi coarctatis assumpto, & clauiculis etiam in suam sedem repositis, quàm licebit studiosissimè musculos eos, quos iam antea ab insertione penderè sinebas, suis locis situabis: [n] primum dico thoracem mouentiũ, [o] primum brachij motuum opificem, scapulæ motorum [p] primum, [q] eum qui à pectoris osse & clauicula in mamillarem capitis processum fertur. Quod ubi præstiteris, ea prorsus serie, quam in secundo libro docuimus, omnes brachium & scapulam mouentes musculos ex alterò latere aggredieris mox omnes qui thoracis motibus præsunt, & qui capitis, ac dein dorsi motibus famulantur: postremò [r] temporalem, & [s] masseterem. cubiti enim & brachialis, digitorumq; motibus subministrantes musculos, licebit etiam post cerebri anatomen dissecare. Neque est quòd hic prolixè commemoratos musculos, seriatim ac sigillatim recenseam, quum id diffuse in secundo libro factum esse, minimè ignores. Cæterùm in altero cadaueris latere, uasorum neruorumq; seriem licebit sedulò exquirere: quum id factu sit facillimum, si illorum descriptio te non lateat, in musculorumq; sectione probè uersatus sis. quanquam & ego manus uasorum neruorumq; administrationem, utputa paulò difficiliorem, etiam postea persequar. In præsenti autem os adeundũ est: & quãdoquidẽ iã facici omnia extrinsecus persecutus es, ut id aperias necessum est. quod nulla ratione perfeceris melius, [t] quàm robusto cultro infimæ maxillæ inferioris sedi appositò: & postmodum huius, malleiq; opera, maxillæ inferioris osse diuiso. Verùm ad eum modum ossa, quæ sceleto præparando alioquin apta essent, propter fractam inferiorem maxillam, uitias: & si illæsa maxilla, illam in altero latere in suo ad temporis os articulo dissoluere conatus fueris, atque ita maxilla in alterum latus reflexa, quæ in ore sunt administrare proposueris, sectionis claritati utcunque oberis. Quapropter diuiso ad eum quem dixi modum, maxillæ osse, ipsius partes manibus extrorsum deorsumq; ui torquebis, osq; aperies. Insuper è nariũ foraminib. obliquatũ instar syphonis stylum in oris usque amplitudinẽ protrudes, [u] gargareonis naturã examinãs. Mox cultello à gargareonis radice ad inciſorios usque dentes in oris tunica sectionẽ duces, eã cutis alicuius modo nõnihil ab incũbẽtibus organis liberans. In hoc opere tertium [x] neruorũ cerebri par sese offeret, quà linguæ & inferiori maxillæ deriuatur: dein [y] septimũ cerebri neruorũ par [z] sexto cõmissũ, unà cũ [a] soporali arteria, [b] interioriq; iugulari uena. & si aliquãtulũ ascẽderis, [c] quartũ quoq; neruorũ cerebri par, & [d] ramos quosdã tertij paris & quinti paris, tẽporali exporrectos musculo uidebis, si modò unũ organũ ab alio sensim separare nõ piguerit. Ad hæc linguæ [e] musculi, uti in secũdo docuimus libro, adinuenientur: in quorũ administratione, neruorũ in linguã excurrentiũ propagiues, ac uenæ simul & arteriæ sese offerẽt. Musculi etiã inferioris maxillæ recõditi, hic paruo negocio occurrũt: [f] is uidelicet, qui in ore delitescens, cũ tẽporali & masseterę maxillã sursum ducit: & [g] is qui à processu stylum referente enatus, ad summũ mentum inferiori maxillę implãtatur. Præterea [h] tonsillæ, [i] aliæq; glandes, uasorum distributionibus in faucibus præfectæ, tibi hanc administrationẽ molienti pulchrè occurrent. Laryngis autem [k] musculi, ita prorsus atq; in secundo monuimus libro, sunt aggrediendi: ipsorumq; nerui, dum dissecãtur, non perfunctiorè ueniũt animaduertendi. Ablato itaque nunc unà cum lingua, osse [v] imaginem referente, laryngeq;, ac stomachi initio, inferiorẽ maxillã à superiori prorsus liberabis, nõ neglectis interim peculiarib. hic repositis [l] cartilaginibus: quas perinde ac cartilagines clauicularũ cũ pectoris osse articulos intercedẽtes, ad sceleti cõstructionẽ asseruare nihil prohibet. Atq; ita etiã pari ratione os [v] imaginẽ referens, & laryngis, nasiq; [m] alarũ cartilagines, cũ auris & palpebrarũ cartilaginibus, ad eũdẽ usum aliquò repones. Nunc palati tunicã, & eã quę nares succingit, ab osse sedulò in hoc abrades, ut mutuũ earũ tunicarũ discas nexũ. Si uerò, quũ caput dorsumq; mouẽtes musculos aggrediebaris, [n] primũ dorsum agentiũ par ex sententia nõ spectaueris, id modò, ablatis his quę fauces occupabant. factu est facillimũ: adeò ut & capitis dorsiq; motib. prefectos musculos, tãtisper integros asseruare nihil prohibeat, quousq; inferiorẽ maxillã, eaq; quæ faucib. cõtinẽtur, sectionis serie ademeris. Quãquã hęc omnia ex secũdo libro cuiuis obuia esse debeãt: quemadmodũ quoq; ex primi libri calce discitur, qui costę à uertebris ad sceleti pręparationẽ sint auferẽdę, pectorisq; os, & cartilagines ipsi cõmissę, seruandæ. Adeò ut nihil obstet, in proposito cadauer caput à prima uertebra nunc liberare, in illoq;, quæ sequens liber enarrabit, cõdiscere: in cuius penultimo Capite, omnia quæ in nobis proposito cadauere adhuc uidenda sunt reliqua, commemorabo.

Musculorũ brachium, scapulã, thoracem, caput, dorsumq; mouentium examen.

Temporalis & masseteris.

Oris apertio, organorũq; in faucibus positorum examen.

LIBRI SEXTI FINIS.

ANDREAE

k 2 fi. cap. 2 lib. 4 h. l eiusdem fig. i, i, i.

m Eã pars tibiæ quæ dextra manui subijcitur 8 musc. tab. n 41 tab d. o 3 ta. Δ. p 5 ta. Γ. q 4 ta Θ. r 4 tab. Γ. s 4 tab. Δ.


t Vt factũ est in 6 musculi. tab.

u 6 musc. tab. E. x 2 fi. cap. 2 lib. 4 S, T, Y. y 2 fi. cap. 2 lib. 4 Y, Φ, X. z eiusdem fig. e. a fi. ca. 12 lib. 3 X, a. b fig. cap. 6 lib. 3 S. c 2 fi. cap. 2 lib. 4 Z. d eiusdem figur. Q, R, b, c. e figura ta. 19 li. 2. f 6 musc. tab. D. g 5 ta. H, I. h 6 ta. F. i 1 tab. A, 6 tab L. k figura ta. 21 li. 2. l figura in seria capiti 10 lib. 1. m 4 musc. tab. L. n 3 musc. tab. A, B.

ANDREAE VESALII,
DE CORPORIS HVMANI
FABRICA LIBER SEPTIMVS,

CEREBRO PRINCIPIS ANIMALISQVE FACVLTATVM SEDI, ET SENSVVM ORGANIS DEDICATVS: MOXQVE IN INITIO omnes propemodum ipsius figuras, uti & duo proximè præcedentes libri, commonstrans.

PRIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA. *SVPERIORIS CALVARIAE PARtis, quam a prima figura sectionis serie diuisimus, interior superficies.*



PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

PRIMA *septimi libri figura, humanum caput ita adaptatum exprimit, quemadmodum id cerebro ostendendo, concinnè à collo inferioriq; maxilla dissecantibus liberatur. Præterea tantam caluariæ partem orbiculatim serra abstulimus, quanta quoque omnium quæ in caluariæ continentur cauitate uidendorum gratia, auferri solet. Vt uerò eius ablatæ partis imago hic quoque occurreret, septimam sexti Capitis libri primi figuram præsenti figuræ subiecimus, quòd hac interior illius caluariæ partis superficies adamussim exprimatur: quæ uniuersum id ante sectionem integebat, amplectebaturq;, quod prima figura potissimùm proponit. Hæc namque duram cerebri membranam adhuc illæsam, neque aliqua ex parte pertusam, uulneratam ve, oculis subijcit: quamuis interim istius membranæ uincula diuulsimus, quæ per caluariæ suturas, membranæ illam exteriùs cingentis gratia efformandæ, porriguntur. Dein cũ his fibris pariter uascula sunt effracta, quæ per caluariæ foraminula & suturas deducta, ipsi duræ membranæ, ac illi quæ caluariam obcingit, communes censentur. Cæterùm duorum qui figuram ambire conspiciuntur orbium humilior, cutis & membranæ ipsi subditæ constituunt, elatior autem ipsa est caluaria. Vniuersum uerò hoc orbe complexum, multisq; characteribus insignitum, duram cerebri membranam refert.*

A,A *Dextrum duræ cerebri membranæ latus, seu eius membranæ pars, dextram cerebri regionem ambiens.*

B,B *Sinistrum duræ cerebri membranæ latus.*

C,C,C *Tertius duræ membranæ sinus, secundùm capitis longitudinem exporrectus, & hic nulla ex parte per sectionem adapertus.*

D,D,D *Duo inuicem appositi ductus, uenarum modo in duram cerebri membranam secundùm ipsius uniuersum latus excurrentes.*

E *Venam referens duræ cerebri membranæ ductus, in quem sexta caluariam ingrediens exhauritur uena.*

F,F,F *His characteribus uenulæ indicantur, à dura cerebri membrana per caluariæ foraminula ad capitis cutem, membranamq; caluariam obcingentem, transmissæ, quarum frequentiores & crassiores iuxta F maximè latitãtis sedem plerunque obseruantur.*

Portiunculæ

G,G,G *Portiunculæ fibrarum, à dura cerebri membrana per coronalem futuram ad caluariam obcingentis membranæ conſtitutionem proſilientium.*

H,H *Portiunculæ fibrarum, quibus ſagittalis futura uiam offert.*


I,I *Sedes, à qua fibræ porriguntur per futuram Λ Græcorum ſimilem.*

K *Vnum duræ membranæ tuberculum eorum quæ inæqualibus caluariæ ſinibus, plerunque iuxta ſagittalis futuræ cũ coronali coitum obuijs, adnaſci ſolent. Caput, ex quo hanc primam depinximus figuram, tribus eius generis donabatur tuberibus, quorum unum K inſigniuimus, & utrinque ad anterius H unum quoque ſe offert.*

L *Cauitas frontis oſſi iuxta ſuperciliorum ſedem propria, quæ inter ſecandum ſubinde aperitur, ſi quando frontis os non procul à ſupercilijs ſerra diuiditur.*

SECVNDAE FIGVRÆ (quam ſequens proponet pagina) eiuſdemque characterũ Index.

SECVNDA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



SECVNDA figura, ſectionis ſerie primam ſubſequens, tertium duræ membranæ ſinum longa ſectione ſecundùm capitis longitudinem ducta, adapertum commõſtrat. Inſuper ad huius tertij ſinus latera, per capitis quoq; longitudinem duas deduxi ſectiones, utrinque nimirum ad ſinuum ſingulas, quæ durã membranam duntaxat penetrarunt, & duræ membranæ latera ab eo membranæ ſeparant proceſſu, qui dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimit. Præter tres iam commemoratas ſectiones, in utroque atere aliã molitus ſum, quæ ab auris regione ad uerticem pertingens, ſolam quoque duram diuiſit membranam, ut illa poſtmodũ aptè à tenui mẽbrana poſſet diduci, deorſumq; (ut hic factum cernis) reflecti. Occurrit itaque hic tenuis cerebri membrana prorſus illæſa, cerebroq; proximè obducta, & uaſorum ipſius ſeriem in hactenus denudata regione eleganter commonſtrans.

A,A,A *Elatior ſedes duræ membranæ proceſſus, dextram & ſiniſtram cerebri partes intercedentis, atque hæc ſedes A & A notata, tertij duræ membranæ ſinus coſta eſt, caluariam contingens, & hic per medium diſſecta.*

B,B *Hic tertij duræ membranæ ſinus cauitas eſt in propatulo.*

C,C *Orificia, uaſorumq; initia, ex tertio duræ membranæ ſinu in tenuem membranam pertinentia. Atque hic quidem uaſorum orificia in conſpicuo ſunt, à læuo huius ſinus latere in tenuis membranæ partem pertinentium, quæ ſiniſtræ cerebri ſedi obuoluitur. Orificia autem à dextro latere pronata, hic non conſpiciuntur: uerùm initia occurrunt uaſorũ in tenuem membranam, quà dextræ cerebri ſedi obuoluitur, propagatorum, ac D,D & D inſignitorum.*

D,D.

E,E, &c. *Tenuis membrana, cerebrum inueſtiens.*

F,F,F *Ductus, uaſave in tenui membrana ſecundùm cerebri inuolutionum ſeriem excurrentia.*

G,G,G *Propagines notantur à ductibus ſecundùm duræ membranæ latera excurrentibus, in tenuẽ membranã pertinentes.*

H,H,H *Duræ membranæ portiones, à tenui membrana diuulſæ, & deorſum reflexæ.*

TERTIAE FIGVRAE (QVAM SEQVENS PROPONET pagina) eiuſdemq; characterum Index.

IN tertia figura, à tota cerebri parte ſupra ſectionem conſiſtente (quam, id oſtenſuri, orbiculatim ſerra in caluaria molimur) utranque cerebri membranam, tenuem nimirum & duram, auulſimus: ac duræ membranæ proceſſum, dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimentem, & in ſecunda figura adhuc in ſua ſede ſeruatum, ab oſſeo diuiſimus ſepto, quo odoratus organorum ſinus diſtinguuntur. Dein proceſſum hunc, ut ipſius ſpectaretur effigies, ſuper ſiniſtram cerebri ſedem explicatum reliquimus, dextra & ſiniſtra cerebri partibus adeò ab inuicem manuum opera diductis, ut calloſi corporis ſuperior ſedes ſe hic ſpectandam offerat.

A,A *A Dextra cerebri pars.*

B,B,B *Siniſtra cerebri pars.*

C,C,C *Hic passim cerebri conuolutiones, gyri & anfractus indicantur.*

D,D,D *Durae cerebri membranae processus, dextrã cerebri partem & sinistram intercedens, hicq; ex sua sede super sinistram cerebri partem productus.*

E,E,E *Quum primùm dissecantes, dextram cerebri partem à sinistra diducere contendimus, tunc manu ea uasa effringuntur, quae ex tertio durae membranae sinu in tenuem membranam utrobique pertinent. ac proinde quum in huius figurae administratione id quoque nobis faciendum fuerit, effracta eorum uasorum initia hic oculis subijciuntur.*

F *Ductus, uenae modo in humiliorem sedem durae membranae processus excurrẽs, qui dextram cerebri partem à sinistra disterminat: atque hic ductus à quarto durae membranae sinus anteriori sede enascitur.*

G,G,G *Ductus iam antè F insigniti propagines, in eundem durae membranae processum aliquousque sursum excurrentes.*

H,H,H *Surculi ab humiliori angulo tertij durae membranae sinus propagati in durae membranae processum, quo dextra cerebri pars à sinistra dirimitur.*

I,I *Principia sunt ductuum, qui à quarto durae membranae sinu, uenarum prorsus: nodo in tenuem cerebri membranam secundùm superiorem calloси corporis regionem perferuntur, hicq; unà cum tenui membrana sunt auulsi.*

K *Initium uasis à quarti durae membranae sinus termino pronati, & sub eo cerebri corpore, quod testudinii seu cameræ instar arcus constructæ assimilamus, in tertium cerebri uentriculum, & dehinc ad plexus constitutionem excurrentis, quem secundæ seu fœtus inuolucris comparamus.*

L,L *Cerebri calloсum corpus.*

M,M *Sinus utrinque ad calloси corporis latera in cerebro conspicui: quos hic aliter quàm modò præstitimus, exprimere nequeas, quum angusti sint, & angustiores rimas plurimùm referant.*

N *Durae cerebri membranae processus, dextram cerebri partem à sinistra interdiuidentis, portio, quae septo seu octaui capitis ossis processui comascebatur, olfactus organorum sinus dirimenti.*


O,O *Tenuis membranae portiones, à cerebro diuulsae.*

P,P *Durae cerebri membranae portiones, huc deorsum ex sectionis serie deflexae.*

QVARTAE FIGVRAE, eiusdemq; characterum Index.

IN quarta figura omnes durae tenuisq; mẽbranarum partes, quae in prioribus figuris occurrerunt, resecuimus: ac dein dextram sinistramq; cerebri portionem sectionis serie ita ademimus, ut iam cerebri uentriculi in conspectum uenire incipiant. Primùm namque secũdùm dextrum calloси corporis latus, ubi sinus altero M in tertia figura notatus consistit, lõgam moliti sumus sectionem, quae per dextrum cerebri uentriculum ducta, dextrae cerebri partis eam portionẽ abstulit, quae supra sectionem habebatur, qua orbicu-

TERTIA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



QVARTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



latim

latim caluariam serra diuisimus. Atque quum idem quoque in sinistro latere absoluimus, sinistram cerebri partem ita hic reposuimus, ut superiorem sinistri uentriculi sedem aliqua ex parte commonstret, calloso interim corpore in capite adhuc seruato.

A,A, A Cerebri adhuc in caluaria relicti pars dextra.
B,B,B Pars sinistra cerebri adhuc in caluaria relicti.
C,C,C Portio cerebri sinistra, quæ sectionis serie a reliquo cerebro ablata, hic resupina iacet.
D,D D Lineæ partim cerebri anfractus, & partim uarium cerebri substantiæ colorem commonstrantes. quicquid enim extra lineas consistit, quasi luteum & subcinericium magis est: quicquid intra lineas habetur, adamussim album uisitur. Hac itaque ratione sedes E & F insignitæ, apparent luteæ. quibus uerò G & H inscribuntur, prorsus albæ sunt, & nonnunquam rubris maculis interstinctæ.
E,F.
G,H.
I,I,I Callosum corpus, utrinque à cerebri substantia, cui alioqui continuatur, ex sectione liberum.
K,K Callosi corporis portiuncula, adhuc sinistræ cerebri parti, quæ adempta est, continua.
L,L Dexter cerebri uentriculus.
M,M Sinister cerebri uentriculus.
N,N Sinistri uentriculi superioris sedis portio.
O,O Plexus cerebri, ab imagine quam cum secundina seu fœtus inuolucris similem obtinet, χοροειδὴς nuncupatus.
P,P Aranearum modo graciles uenæ, dextri & sinistri uentriculorum substantiæ hoc in loco connatæ, ac ab illis diductæ uasis, quæ nuper commemoratum plexum extruunt.
Q Venulæ à iam commemoratis uasis plexum efformantibus, in tenuem cerebri membranam sub callosi corporis anteriori sede huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & uenulæ P notatæ) inter resecandum se offerentes.

QVINTAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.

QVINTA figura, quod ad relictam in caluaria cerebri portionem attinet, nulla ex parte cum præcedente figura uariat: atque id solum habet proprium, quòd callosum corpus hic anteriori sua sede à cerebro primùm liberauimus: ac dein eleuatum, in posteriora reflexímus, septum dextri ac sinistri uentriculorum diuellentes, & corporis instar testudinis extructi superiorem superficiem ob oculos ponentes.

Ab A ad Qusq;. A,A,A itaque & B,B,B, ac dein D,D,D, & E & F, & G & H, eadem hic indicant, quæ in quarta figura. Sic quoque & L,L, & M, M & O & P & Q eadem insinuant.

R,R,R Notatur inferior callosi corporis superficies. est enim id sua sede motum, atque in posteriora reflexũ.

S,T,V Superior corporis instar fornicis seu testudinis extructi superficies, & ueluti ipsius triangularis circunscriptio, quam ab S ad T, & à T ad V, & ab V ad S metimur.

X,X Dextrum uentriculum & sinistrum intercedentis septi inferi or pars, corpori testudinem referenti continua.

Y,Y Septi iam commemorati superior pars, calloso corpori continua. Hoc namque septum non aliter quàm modò disruptum est, depingi licuit. Et alia quoque parata fuit figura, in qua duæ manus (uti inter secandum facere consueui) callosum corpus nondum in anteriori ipsius sede liberatum, modicè attollebant, quo speculum seu septum adhuc integrum oculis subijceretur. Verùm quum non adeò concinnè negotium in pictura, atque in ipsa sectione, successerit, eam figuram, ne frustra paginam obliteraret, reieci.

QVINTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



SEXTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

HAEC figura, quod ad cerebri portionem in caluaria relictam spectat, etiam quartæ correspondet: à quinta in hoc differens, quòd corpus testudinis modo fabricatum, anteriori sua sede à cerebri substantia liberauerimus, id sursum in posteriora reflectentes, ut inferior ipsius superficies in conspectum ueniret, & uas illud etiam cerneretur, quod à quarto duræ membranæ sinu pronatum, sub corpore testudinis modo extructo fertur, & plexuum tandem non minimam partem constituit, quos secundarum imagini ueteres assimilarunt.

A,A, A Corpus testudinis modo extructum, hic inferiori ipsius superficie, qua tertij uentriculi superiorem constituit se-

dem, conſpicuum.

E,B Portio corporis inſtar teſtudiuis efformati in dextrō uentriculo, à cerebri ſubſtantia hic principium ducens.

C Portio corporis teſtudinem forma & uſu referentis, quæ ex ſiniſtro cerebri uentriculo pronaſcitur.

D,D Dexter cerebri uentriculus.

E,E Cerebri ſiniſter uentriculus.

F Arteria per inferiorem poſterioremq; dextri uentriculi ſedem à dextræ ſoporalis arteriæ ramo, duram cerebri mẽbranam perforante, huc in dextrũ uẽtriculum conſcendens.

G Arteria in ſiniſtrum cerebri conſcendens uentriculum.

H Vas à quarto in duræ cerebri mẽbranæ ſinu principiũ ducens, ac ſub corpore inſtar teſtudinis efformato, in communem dextri & ſiniſtri uentriculorum cauitatem, ſeu tertium uentriculum properãs, totoq; inceſſu miris modis implexum.

I Vaſis H inſigniti in duas portiones diuiſio.

K Vaſis H inſigniti diuiſionis altera portio, dextrum cerebri petens uentriculum.

L Portio nuper commemorati uaſis, ſiniſtrum accedens cerebri uentriculũ.

M Plexus dextri uentriculi, ſecundinarum imagini comparatus, atque ab arteria F inſignita, & uaſis H indicati portione, quam K notauimus, cõſtitutus.

N Plexus ſiniſtrum cerebri uentriculum occupans, ac ex uaſis G & L inſignitis conflatus.

O,O Huiuſmodi uenulæ cerebri ſubſtantiæ hic obnaſcuntur, ab illis productæ uaſis, quæ K & L notauimus.

P A uenis quæ cerebri ſubſtantiæ hic offeruntur, ramuſculi extra uẽtriculorum amplitudinem hàc ad tenuem cerebri membranam pertinent.


Q Meatus ex communi cauitate dextri ac ſiniſtri uẽtriculorum, ſeu à tertio cerebri uentriculo rectà declinis pertinens uerſus peluim, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modo defert.

R,S Canales ſinus ve leuiter in uentriculorum ſubſtantia exculpti, & pituitam ad meatus nuper Q inſigniti orificium deducentes.

SEPTIMAE FIGVRAE, ęiuſdemq; characterũ Index.

PRAESENS figura à tribus proximè præcedentibus plurimum uariat. in hac namque ea cerebri ſubſtãtiæ, quam in illis adhuc ex ſectionis ſerie reliqueramus, pars ablata cernitur, quæ dextri ſiniſtriq; uentriculorum ſedem in illis figuris conſpicuam efformabat. dein tota quoq; cerebri portio, quæ cerebello

SEXTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



SEPTIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.

adhuc

adhuc innitebatur, hic quoque resecta est: ut duræ membranæ occurreret processus, cerebellum ac cerebrum intercedens. Insuper duræ membranæ hic consistentes sinus, etiam hac figura aperuimus: & uas à quarto duræ membranæ sinu in cerebri uentriculos pertinens, ex tertio cerebri uentriculo subleuatum, & à plexibus secundina similibus auul sum, in posteriora reflexim us: ut tertij cerebri uentriculi, seu communis dextri sinistriq; uentriculorum concauitatis sedes in conspectum melius ueniret, unà cum eius cauitatis meatibus.

A,A Cerebri substantiæ adhuc in caluaria reliquæ dextra pars.

B,B Cerebri substantiæ adhuc in caluaria asseruatæ sinistra pars.

C,C,C Lineæ hic passim obuiæ, illis correspondent, quas tres modò præcedentes figuræ similiter commostrarunt. Verùm quia huiusmodi lineæ substantiæ ve cerebri diuersitas inibi duntaxat consistit, ubi cerebrum tenui membranæ uicinius est, præcedentes figuræ eam solùm in lateribus ostenderunt: hæc autem, quum tantam cerebri portionē ablatam habeat, ut iam apparens superficies in basi non procul à tenui membrana distet, etiam hoc cerebri substantiæ in colore discri

D,D. men, & dictæ nunc lineæ in basi spectantur. Quod itaque lineis hic intercipitur, ac D,D, D insignitur, subluteum est,

E,E,E. & subpallidum: quod uerò extra lineas consistit, cuiq; E,E,E inscribuntur, album est, prorsusq; candicans.

F Portio soporalis arteriæ, secundùm humiliorem angustioremq; dextri uentriculi sedem sursum ad plexus secundinas imitantis constitutionem prorepens. Cæterùm si perpenderis, quà nam sede hic F reponatur, & quà nam in sexta figurà occurrat, promptè obseruabis, qui dexter cerebri uentriculus (quemadmodum & sinister) ex posteriori sua sede instar cornu arctatus, deorsum in anteriora per cerebri substantiam ducatur. Hic namque, ubi plus substantiæ cerebri, quàm in sexta figura abstulimus, præsens arteriæ portio F notata, antrorsum magis uergit, quàm F in sexta, eandem quoque insinuans arteriæ portionem, ubi iam posteriorem uentriculi sedem conscendit. Atque id F & G subsequentis figuræ magis liquidò ostendunt, in qua huius uētriculi ductus nomine, adhuc plus cerebri substantiæ, quàm in hac quæ ordine septima est, abstuli.

G Arteriæ soporalis portio, secundùm humiliorem posterioremq; sinistri uentriculi sedem sursum prorepens.

H Humillima sedes tertij uentriculi: quam, ut aptiùs cerneretur, nonnihil distentam finximus.

I Meatus rectà decliuis ex tertio cerebri uentriculo pertinens, cerebriq; pituitam ad peluim huic excipiendæ paratam deferens.

K Meatus ex tertio cerebri uentriculo inter cerebri testes natesq;, in cauitatem cerebello & dorsali medullæ communem pertinens.

L Glandula nuci pineæ non absimilis, & uasorum ex quarto duræ membranæ sinu cerebrum petentium fulcrum.

M,N Hanc cerebri partem, tenui adhuc membraua cerebri obductam, testes & nates cerebri appellamus.

O,O,O Duræ cerebri membranæ processus, portio ve, inter cerebellum & cerebrum reposita. Qui hanc accedunt, aut per ipsam excurrunt instar uenarum ductus, partim à primo secundoq; duræ membranæ sinibus, partim uerò à quarto pronascuntur.

P,P Duræ cerebri membranæ dexter seu primus sinus.

Q,Q Duræ cerebri membranæ sinister seu secundus sinus.

R Primi & secundi duræ membranæ sinuum congressus, quem Græcorū nonnulli λωὸν, quod est torcular, appellarūt.

S Principium tertij duræ membranæ sinus.

T Quartus duræ membranæ sinus, similiter atque alij hic per sectionem adapertus.

V Vas à quarto sinu duræ membranæ in cerebri uentriculos porrectum, hic autem in posteriora ex sua sede reflexum.

X,X Hac sede cerebellum dura cerebri membrana non obtectum, sese offert.

Y Ductus, uenarum modo à quarto duræ cerebri membranæ sinu in tenuem membranam pertinentes, quà cerebellum ipsiq; cerebri testes induuntur.

Z,Z Duræ membranæ sedes, qua ossi omnium totius corporis ossium durissimo, & auditus organum intus continenti, adnascitur. hanc namque caluariæ regionem incumbente ipsi cerebro deteximus.

OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

OCTAVA figura à septima in hoc uariat, quòd hic adhuc cerebri plus resecuerimus, & cerebri testes longa sectione in hoc diuiserimus, ut meatus occurreret ex tertio uentriculo in quartum pertinens. Ad hæc, duræ membranæ portio cerebello obducta, hic dissecta, atque in posteriora reflexa cernitur. Quum itaque præsens figura pleraque

A usq; ad H. cum septima habeat communia, in hac A A, & B B, & C C, & D D, & E E, & F & G & H, idem quod in septima, indicant. Verùm arteriæ F & G insignitæ, tanto magis hic quàm in septima antrorsum uergunt, quanto magis cerebrum uersus basim in septima quàm in sexta ablatum est.

I Meatus rectà decliuis descendens, cerebriq; pituitam ad peluim deferens.

K Meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdum ab illo deducitur meatu, qui ex tertio uētriculo inter testes in quartum uentriculum pertinet.

L Ne L in umbra prorsus latitaret, aut si suo poneretur loco, & eius nomine, quo in conspectu esset, umbra ueniret exsculpenda, itaque delineatio hic omnino uitianda, id L ad anteriorem cerebelli partem reposui, foramen meatumq; notaturus, qui ex tertio cerebri uentriculo in quartum fertur.

M Glandulam hic adhuc reliquimus, quæ pineæ nucis formam ostendens, uasorum ex quarto duræ membranæ sinu in cerebri uentriculos pertinentium fulcrum efficitur.

N,O,P,Q Quatuor his characteribus corpus id indicatur, quod ante sectionem unicum est, atque in septima figura M & N insignitur: hic uerò ex sectionis serie diuisum diductumq; occurrit. ac N & O eius corporis sedes indicant, quibus testium nomen accommodatur. P uerò & Q, illas insinuant sedes, quas nates ferè nuncupamus.

R,R,R *Cerebellum, tenui adhuc obductum membrana.*

S,S,S *Vaſa, uenarum modo tenuem cerebelli membranam implicantia.*


T,T *Propagines uaſorum tenuem cerebelli membranam implicantium, ad eas productа arterias, quæ ſecundùm dextri & ſiniſtri uentriculorum cerebri poſteriora ſurſum conſcendunt, plexus efformaturæ, quos ſecundinæ diſſectionum proceres contuleruntt.*

V,V *Duræ membranæ proceſſus, qui ſuperiorem cerebelli ſedem à cerebro dirimebat.*

X,X *Propagines notantur à uaſis, dictum nuper duræ membranæ proceſſum implicantibus, in tenuem membranam, qua cerebellum ueſtitur, excurrentes.*

Z,Z *Idem hic Z & Z notant, quod in ſeptima figura; duram uidelicet cerebri membranam, oſſi adnatam, in quod auditus organum reponitur.*

OCTAVA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



NONAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum Index.

IN hac figura, eadẽ cerebri portio, quæ in octaua, ſeruatur. uerùm præſens figura in faciem prorſus repoſita, eum duræ membranæ proceſſum abſciſſum habet, qui cerebrum à cerebello dirimit. deinde cerebellum hic deorſum e ſua caluariæ ſede manibus protractum, ac deorſum modicè inuerſum propendet: ut ipſius regio, caluariæ aliàs cõtigua, oculis ſubijceretur, & dorſalis medullæ cauitas ꝓideretur, alteram quarti uẽtriculi partem conſtituẽs. Ad hæc, præter uenarum quarundã & neruorum progreſſus, etiam primus & ſecundus duræ membranæ ſinus hic aperti adamuſſim exprimuntur.


A,A *Cerebri portio adhuc in caluariæ amplitudine reliqua, & hic in ſua ſede adhuc aſſeruata.*

B,C,D *Tribus his characteribus cerebellum deorſum ex ſua ſede reflexum indicatur, tenui membrana adhuc inuolutum, ac dorſali medullæ connatum. Verùm B priuatim cerebelli dextrã indicat ſedem, caluariæ ſinui P notando correſpondentem. D uerò ſiniſtrã, quæ illi caluariæ ſedi inſidet, cui R inſcribam. C autẽ cerebelli media pars inſignitur, uermi non abſimilis, et ſuis finibus eos cõſtituens proceſſus, quos uermium imagini comparamus.*

E *Poſterior terminus mediæ partis cerebelli, qui uermiformium proceſſum poſterior recenſebitur.*

F,G,H *Dorſalis medullæ pars, adhuc in caluaria conſiſtens. ac F & G huius*

NONA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



partis

partis seu dorsalis medullæ sedes indicant, quibus cerebellum connascitur. H uerò sedem dorsalis medullæ significat, è caluariæ amplitudine procidentem.

I Dorsalis medullæ sinus, calami quo scribimus mucroni non absimilis, ac mediam cauitatem constituens uentriculi medullæ dorsali & cerebello communis.

K Vasa seu ductus uenis quàm simillimi, & hàc in cerebellum ab illis uasis pertinentes: quæ in primum & secundum duræ membranæ sinus exhauriuntur. atque ut hi ductus frequentes admodum sunt, ita etiam non semper pari propagantur serie.

L Et hàc quoque ductus uenæ similis in tenuem cerebelli membranam porrigitur, ab illis uasis quæ hac in parte duram cerebri membranam intertexunt.

M Quintum cerebri neruorum par.

N Sextum cerebri neruorum par.

O Septimum par neruorum cerebri. atque hic uidere est, quot surculis duo postrema cerebri neruorum paria principium à dorsalis medullæ initio, nequaquam uerò à cerebello, ducant.

P,Q,R Sinus occipitis ossis, quibus correspondet cerebelli figura. nam E cerebello inscriptum, P congruit. C autem, Q. D uerò, R.

S,S,S Dexter seu primus duræ membranæ sinus, hic cultelli mucrone adapertus.

T,T,T Sinister, seu secundus duræ membranæ sinus. In nulla autem cerebri delineationum, horum sinuum incessus ita conspicuè, ac in præsenti, oculis subijcitur.

DECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

DECIMA SEPTIMI libri figura.



HAC figura eam cerebri portionem expressimus, quæ dorsalis medullæ educit initium: dein cerebellum à dorsalis medullæ hic conspicua parte ademptum est: & cerebri testes, & nates, & glans, pineæ nucis imaginem referens. ac postremò cauitas ea dorsalis medullæ, quæ cum cerebelli cauitate quartum cerebri efformat uentriculũ, hic pariter exprimuntur.

A,A Cerebri pars, dorsalem producens medullam, hicq; ex reliquo cerebro resecta.

B Meatus ex tertio cerebri uentriculo in quartum sub cerebri natibus tendens: cuius

C. terminum, in quartum pertinentem uentriculum, C insigniui.

D Cerebri glans, nucis pineæ imagini à dissectionis professoribus assimilata.

E,F,G,H His characteribus, cerebri testes ac nates indicantur. uidentur namq; dissectionis proceres gratia lineæ inter E ac F, & inter G & H conspicuæ, superiora tubera E & G insignita, ab inferioribus F & H notatis distinxisse: ac superiora testes uocauisse, quòd illis glans, penis quasi modo incumbit: inferiora autem, nates, quòd meatus ex tertio uentriculo in quartum pertinentis terminus, podici conferri possit.

I,K Sedes duæ, quibus dorsalis medullæ initium cerebello adnascitur.

L, M, N, O Cauitas dorsalis medullæ initij, alteram partem quarti uentriculi constituens, calamiq; cauitati assimilata, quã scribentes atramento intingimus. Sedes enim L insignita, eius calami cauitatis parti respondet, quæ indici scribentis proxima est. M autem & N angulis illis assimilari possunt, quæ in cauitatis calami lateribus consistunt. O uerò mucronem, quo characteres formamus, exprimit.

P Dorsalis medulla hic præsecta est, quà in uertebras procidens, caluariam egreditur.

VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

VNDECIMA SEPTIMI libri figura.



HAC figura cerebellum à caluaria, ipsaq; adeò dorsali medulla auulsum & supinum iacet, humiliorem suam sedem, qua dorsalem spectat medullam, commonstrans. Ac proinde regiones ipsius, quibus dorsali medullæ continuatur, ac sinum insuper ostendit, qui alteram portionem efformat quarti uentriculi, cerebello & dorsali medullæ communis. Porrò ad humiliorem præsentis figuræ sedem, tanquam ex alio quouis cerebello exsectos pinximus fines mediæ partis cerebelli, ut exactius processuum uermis imaginem referentium natura conspiceretur.

A Dextra cerebelli pars, tenui membrana cerebellum inuestienti liberum, uti etiam totum cerebellum hic ea membrana denudatum apparet.

B Sinistra cerebelli pars.

C,c Media cerebelli pars. ac C notat huius partis anteriorem regionem, c uerò posteriorem.

D,d Finis terminiq; mediæ partis cerebelli: quorum anteriorem D indicat, posteriorem uerò d.

E Cerebelli sinus, qui cum dorsalis medullæ sinu quartum uentriculum constituit.

G,G His sedibus cerebellum dorsali medullæ adnascitur.

H *Anterior finis mediæ partis cerebelli hic, ac si ab alio cerebello is resectus esset, expressus.*
I *Posterior finis mediæ partis cerebelli, à quopiam cerebello exectus.*

DVODECIMAE figuræ, eiusdemq; characterum Index.

DVODECIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



HAC figura caput à sinistro latere exprimitur, dextro nonnihil subleuato. Ex caluariæ autem cauitate cerebellum hic euulsimus, ex tantùm cerebri relicta portione, quæ in octaua & nona figuris adhuc seruabatur. Verùm illa cerebri portio hic in sua non consistit sede: sed eleuata est, & in posteriora ab ipsa caluariæ basi aliquo usque reflexa: ut tandem in conspectum uenirent cerebri processus, forma neruis non absimiles, & olfactui subministrantes: quorum sinister è sua sede cum ipso cerebro eleuatus est: dextro adhuc duræ cerebri membranæ, quà octauo capitis ossi obducitur, connexo.

A,A Cerebri pars dextra.
B,B Sinistra cerebri pars, tenui membrana adhuc, quemadmodum & dextra pars, obuoluta.
C Dextrum olfactus organum, in sua sede adhuc seruatum.
D Sinistrum olfactus organum, imà cum cerebro in posteriora reflexum.
E Sedes, cui sinistrum olfactus incumbit organum. eaq; regio duræ membranæ hic indicatur, quæ odoratus nomine hac in sede multis, sed exiguis foraminibus peruia cernitur.
F Vena caluariam petentium sexta, hic in duram cerebri membranam aliquot surculis excurrens.
G Septum, sedes olfactus organis incisas interdiuidens.
H Duræ cerebri membranæ processus portio, qui dextram cerebri partem à sinistra dirimit.
I,I Cerebrum, quod passim excauatæ sibi in caluaria cauitati respondet, hic quoq; ad frontis ossis regionem sibi insculptis cauernis congruit, & leuibus tuberibus prominet, quæ alij mamillares cerebri uocarunt processus.
K Vena caluariam petentium quinta, cui iter præbet foramen secundo neruorum pari exsculptum.
L L, ut & subsequentes characteres, in umbra occipitij cauitatis latitat, & parui etiam est momenti: quandoquidem
M. caluariæ tantùm indicat sinum, cui dextra cerebelli pars congruit. M sedem, quæ mediam cerebelli partem respicit.
N.O. N sinum, in quem sinistra cerebelli pars reponitur. O uerò dextrum seu primum sinum indicat duræ membranæ. P au
P.Q. tem tertium. Q secundum, seu sinistrum.

DECIMAETERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

HAEC figura occipitio prorsus innititur: uniuersaq; cerebri substantia, quæ adhuc reliqua erat, in posteriora deorsum deflexa pendet: ut olfactus organa, & coitus uisoriorum neruorum, & maximi soporalis arteriæ rami, in conspectum uenirent.

A,A Dextra cerebri pars, quam adhuc tenuis cerebri obtegit membrana.
B,B Sinistra cerebri pars.
C,C Cerebri tubera, à papillarum similitudine mamillares processus nuncupata.
D,D Sinus seu sedes olfactus organis paratæ.
E Septum, olfactus organis paratas sedes interdiuidens.
F,F Sinus caluariæ, quibus mamillares cerebri processus C & C insigniti congruunt.
G,G Vtrinque notatur uena caluariam ingredientium sexta.
H Vena caluariam ingredientium quinta.
I Vas uenæ correspondens, quod in tenuem cerebri membranam à uasis excurrit in dura membrana consistentibus.
K Principium eorum ductuum, qui per duræ membranæ latus excurrunt, perinde ac si uenæ essent arterijs commissæ.
L,L Olfactus organa, hic unà cum cerebro à dura membrana deorsum diuulsa.


M *Neruorum uiſoriorum coitus.*
N *Viſorius neruus, dextrum petens oculum.*
O *Viſorius neruus, ſiniſtrum petens oculum.*
P *Soporalis arteriæ ramus, duram cerebri membranam perforans, ad latus glandis cerebri pituitam excipiẽtis.*
Q *Arteriæ P notatæ propago, dextrum accedens cerebri uentriculum.*
R *Arteriæ P notatæ propago, hic in tenuem cerebri membranam ſparſa. Portio peluis, cerebri pituitam excipientis.*

DECIMAEQVARTAE figuræ, eiuſdemq; characterum Index.

CAPVT hic in ſiniſtram aurem reclinatum iacet, caluariæ cauitatis baſim exprimens, dura cerebri membrana adhuc ſuccinctam, Atque tanta nunc duntaxat cerebri dorſalisq; medullæ aſſeruatur portio, quanta cerebri neruorum paribus uidendis ſufficit. Viſoriorum porrò neruorum exortum coitumq; reſecui, ne peluis nimium lateret, quo cerebri pituita excipitur.

A,A *Modica cerebri portio, una cum dorſalis medullæ initio.*
B,B *Nerui uiſorij, ea parte hic tãtum conſpicui, qua caluariæ cauitatem egrediuntur.*
C,C *Peluis, cerebri pituitam excipiens.*
D *Hic in peluim pertinet meatus, cerebri pituitam ex tertio uentriculo deducens.*
E *Dextræ ſoporalis arteriæ ramus, duram membranam ad latus dextrum glandis perforans, qua cerebri pituita excipitur.*
F *Siniſtræ ſoporalis arteriæ ramus, duram cerebri membranam perforans.*
G *Secundum cerebri neruorum par.*
H *Tertij paris neruorum cerebri gracilior radix.*
I *Tertij paris neruorum cerebri craſſior radix.*
K *Quartum neruorum cerebri par, tertij paris craſſiori radici conterminum.*
L *Minor radix quinti paris neruorum cerebri.*
M *Quintum neruorum cerebri par, ſeu maior quinti paris radix.*
N *Sexti paris neruorum cerebri principia ac ſurculi.*
O *Septimi paris neruorum cerebri principia ac ſurculi.*

DECIMATERTIA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



DECIMAQVARTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



Si quid in hac figura ſpectandum ſit reliquum, id abſque characterum

racterum opera promptè, uel ex proximè præcedentibus figuris percipitur.

DECIMAEQVINTAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum Index.

DECIMAQVINTA septimi libri figura.



PRAESENTI figura portionem eam cauitatis caluariæ dura cerebri membrana adhuc succinctam depinximus, quæ supra oßis cuneum imitantis medium habetur, unà cum modò indicandis organis. Absre namque fuisset, integrum caput harum particularum gratia delineare.

A, B Neruorum uisoriorum portiones.

C Sinistri lateris arteria, quæ duram membranam hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam, partim uerò in dextrum cerebri uentriculum digeritur.

D Dextri lateris arteria.

E Hic peluis collecta, & à tenui membrana cerebri omnino diuulsa, propendet, qua cerebri pituita ex tertio illius defluens uentriculo excipitur.

F Foramen, quo peluis infundibuli modo extructæ finis glandem petit, cerebri pituitam excipientem.

G, G Secundi paris neruorum cerebri portiones.

DECIMAESEXTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

DECIMASEXTA septimi libri figura.



HAC figura nudam depinximus glandem, qua cerebri pituita excipitur, unà cum pelui, seu infundibulo, quo pituita huc defertur, quodq; hic flaccidum propendet. A lateribus uerò, arteriarum soporalium portiones, quæ reticularem plexum efformare dicuntur, ita hic expreßimus, uti nobis inter secandum occurrere. Atque ut eæ arteriarum portiones sese uarie secantibus offerunt, ita quoque uariè eas delineauimus.

A Glans, cerebri pituitam excipiens.

B Peluis, seu infundibulum, cerebri pituitam super modò dictam glandem deferens.

C, C Arteriarum portio, quæ secundùm foraminis ipsius gratia in caluaria exculpti ductum obliquè fertur.

D Sinistræ arteriæ ramus in duræ cerebri membranæ sinistrum latus excurrens.

E Arteriæ sinistræ portio, per proprium foramen ad narium usque amplitudinem pertingens.

F, F His sedibus diuersam arteriarum sedem delineauimus. ac dextrum quidem F arteriam notat ea serie ductam, ut hic in ramos non dirimatur. sinistrum autem F arteriam hanc in duos ramos, qui mox in unum rursus coeunt, dissectam insinuat.

G Arteriæ sinistræ portio, duram cerebri perreptans membranam, ac partim in sinistrum cerebri uentriculum, partim in tenuem membranam hic cerebri basi obductam digesta.

H Propago sinistræ arteriæ, per foramen secundi paris neruorum cerebri caluariam egrediens, ac neruum dein uisorium oculumq; petens,

DECIMASEPTIma libri septimi figura.



HAC figura reticularem plexum finximus, cuiusmodi is esse deberet, qui Galeni
A, B. descriptionibus conueniret. Significat itaque A & B, arterias caluariam subeuntes,
C, D. moxq; in mirabilē illum plexum diffusas. C uerò & D ramos, in quos plexus illius propagines colliguntur, quiq; illis prorsus arterijs magnitudine respondent, quas A & B indicauimus. Cæterùm E glandem notat, pituitam cerebri excipientem.

PRAESENTI figura, arteriarum ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptantium seriem depinximus, quam in ouium ac boum capitib. ferè obseruamus. Hanc autem proponere libuit, ne quis nos latere arbitraretur, quæ illorum animalium
A. hic cum homine sit differentia. Significat autem in hac figura A dictam iam sæpius glā
B, C. dem: B & C arteriarum sedem, qua primùm caluariam ingrediuntur.

DECIMAOCTAua septimi libri figura.



PARVA hac figura erectam finximus peluim, seu cyathū, quo cerebri pituita in glandem ipsi subditam distillat. ac dein hic finximus quatuor ductus, à glande pituitam per proxima glandi
A, B, C. foramina deferentes. Indicet igitur A glandem, cui pituita instilla
D, E, F. tur. B peluim, qua hæc ducitur. C uerò & D, E, F meatus ad faciliorem pituitæ huc decumbentis egressum paratos. Porrò præter has septimi libri figuras, ad eorum potißimùm cognitionem spectātes, quæ in caluariæ habentur cauitate, etiam huc faciunt duæ figuræ mox ad finem primi Capitis libri quarti additæ, & septem parium neruorum cerebri delineationem exprimentes. quum uerò illic earum indicem non admodum succinctum necessariò complexi simus, absre prorsus esset, easdem

hic

hic quoque reponere. Præterea figuræ, oculi constructionem exprimentes, etiamsi ad septimum referantur librum: tamen Capiti decimoquarto, quod oculorum fabricæ dedicabitur, illas præponam, quum nulli alteri quàm illi famulentur Capiti.

SEPTIMI LIBRI FIGVRARVM, ET earundem Indicum finis.

CEREBRVM GRATIA PRINCIPIS ANIMAE, QVEMADMODUM & sensus quoque, ac motus ex nostro arbitratu pendentis, extructum esse. Caput I.

Quid quintus liber & sextus pertractarint.

Septimi libri argumentum.

Cerebri functionum & partiū breuis enumeratiō.



INSTRVMENTA nutritioni famulantia, duobus proximè præcedentibus libris utcunque aggressi sumus. Prior namque cibi & potus organa (in quorum præcipuo uiscere concupiscibilem animam residere diximus) enarrauit. Posterior autem eas partes recensuit, quibus aereæ substantiæ reficiendæ, ac innati caloris augendi recreandiq; munus concreditur: in quorum primario uiscere uim irascibilis animæ insitam esse innuimus, inibi Stoicorum & Peripateticorũ suffragijs non adeò acquiescentes, ut & animæ principatum in corde collocari, neruosq; ab illo originem ducere, donaremus. Quapropter quum sensus motusq; arbitrarij, & principis animæ (cuius beneficio imaginamur, ratiocinamur & memoramus) fomes adhuc recensenda supersit, præsens liber illi opportunè consecrabitur, cerebrum ipsiusq; partes uniuersas unà cum sensuum organis pertractaturus. Quemadmodum itaque cordis substantiæ, uitalis animæ uis, propriæq; iecoris carni, naturalis animæ facultas induntur: ac ut iecur crassiorem sanguinem, naturalemq; spiritum, & cor sanguinem impetu per corpus ruentem, unà cum uitali spiritu conficiunt, & perinde atque hæc uiscera per dedicatos sibi canales omnibus corporis partibus suas exhibent materias: sic quoque cerebrum in proprijs sedibus, suoq; muneri appositè subministrantibus organis, animalem spiritum longè clarissimum tenuissimumque, & qualitatem ferè potius quàm corpus parat: quo ad diuinas principis animæ operationes partim utitur, partim autem ad sensuum motusq; instrumenta, per neruos, tanquam per funiculos, continuò distribuit, ea nunquam spiritu, qui præcipuus eorum instrumentorum functionis autor censetur, destituens: non minus sanè quàm iecur & cor nullas corporis partes suis quas illis impertiunt materijs (tantisper dum ualet homo) indigas relinquunt, etiamsi non semper cùm qualitate, tum copia easdem diffundant. [a] Nerui igitur cerebro id præstant, quod [b] magna arteria cordi, & [c] caua iecori, ut qui paratum a cerebro spiritum illis quibus hunc mandari oportet instrumentis deducant, diligentesq; cerebri satellites & nuncij censeantur. Cæterùm animali spiritui materiam suppetit uitalis spiritus, in arterijs numerosa serie [d] duram membranam & [e] tenuem, quibus cerebrum inuoluitur accedentibus abundans: & dein aer quem uersus cerebrum tum per foraminula priuatim odorum occasione in [f] octauo capitis osse exsculpta, tum comprimis per ea caluariæ [g] foramina quæ palatum & fauces spectant, inter spirandum attrahi multo antè diximus. Ac aer quidem undequaque ubi aditum reperit, in cerebri [h] dextrum & [i] sinistrum, & horum [k] medium uentriculos sese insinuat. Vitalis autem spiritus etsi copiosissimus in [l] omnibus cerebri membranarum uasis sinibus ve habeatur, attamen in dextrum & sinistrum cerebri uentriculos plurimus à præcipuis arteriarum [m] ramis fertur, quæ ad [n] glandis cerebri pituitam excipientis latera porriguntur. Ab his namque non minimæ [o] soboles tenuis membranæ processibus suffultæ, per humillimas dextri sinistriq; uentriculi sedes ingrediuntur, tandem per totum uentriculorum progressum in illorum amplitudinem incedentes. Verùm præter has arterias, à [p] quarto durę membranæ sinu [q] uas quoddam sub [r] corpore testudinis cameræ ve instar arcus extructæ imaginem referente, in anteriora cerebri per communem dextri sinistriq; uentriculi cauitatem contendit. quod post uarios implexus, in [s] duas tandem portiones bipartitum, una ad dextrum, altera ad sinistrum uentriculum diffunditur, & eius loci arterijs commixtum, [t] rete efformat, quod fœtus inuoluerorum substantiæ potissimùm comparatur. Ab aere itaque in cerebrum ingresso, ac uitali illo spiritu ob frequentes sanè anfractus ad cerebri usus magis magisq; adaptato, in cerebri dextro sinistroq; uentriculis, & ipsorum communi concauitate tertio ve uentriculo animalis spiritus à cerebri uirtute elaboratur. Huiusq; portio ab eo cerebri [u] uentriculo per oblongum meatum inter [x] cerebri corpora quæ clunibus & testibus assimilantur porrectum, in cerebelli uentriculum fertur, quem partim cerebelli sinus, partim dorsalis medullæ initij cauitas efformant. Ab hoc uentriculo in [y] dorsalem medullam, atque ita in neruos ab illa propagatos, animalis spiritus non mediocris portio digeritur. A reliquis autem cerebri uentriculis, spiritus in neruos ab illis proximè principium ducentes, ac sic in sensuum motusq; arbitrarij organa dispensatur. Verùm interim non admodum anxiè disceptamus, num spiritus ille per aliquos neruorum meatus (ut uitalis per arterias) an secundùm nerui corporis latera luminis modo ad columnam dirigatur: an uerò neruorum duntaxat continuitate cerebri uis ad partes pertingat. Atque hactenus sanè cerebri functiones in uiuorum animalium sectionibus ad nodum probabiliter & uerè quodammodo possum assequi. Sed qui in imaginatione, ratiocinatione, cogitatione, memoria (ut quomodocunque aliter, nescio quorũ dogmatibus acquiescens, principis animæ uires subdiuidere, aut enumerare uelis) cerebrum suo fungatur munere, haudquaquam

a 2 *fi. ca. 2 & 2, 3 fig. ca. 11 li. 4.*
b *fi ca. 12 lib. 3.*
c *fig. ca. 6 lib. 3.*
d *Quicquid detectum est in 1 fig. & 2 fig.* H. H.
e 2 *fig.* E, E. E.
f 8 *fi. ca. 6 lib. 1.* A, B, A.
g *passim circa M fig. 3 cap. 12 lib. 1.*
h 4, 5 *fig.* L. L.
i 4, 5 *fig.* M, M.
k 7 *fig.* H.
l *Tota fig. ca. 14 li. 3.*
m 16 *fi.* C c. *aut fig. cap. 14 lib. 3.* L.
n 16, 18 *fi gura* A.
o 14 *fi.* E. p *aut* 6, 7. 8 *fig.* F, G.
p 7 *fig.* T.
q 7 *fig.* V, *aut* 6 *figu.* H. I.
r 6 *fig.* A, A, A.
s 6 *fig. in* K, L.
t 6 *fi.* M, N.
u 7, 8 *fi. ab* H *per* K *in* 1 *fig. nonæ.* & E *figu. undecimæ.*
x 10 *fi.* E, F, G, H.
y 9 *fig.* H.

Brutorum cerebri constructionē ab hominis non differre.

quàm ex sententia apprehendo.neque quicquam insuper ab Anatomico, uel theologorum omnem rationis uim ac totam ferè principis nobis uocatæ animæ facultatem brutis animalibus adimentium occasione, indagandum puto: quum cerebri nimirum constructione simia,canis,equus,felis,& quadrupeda quæ hactenus uidi omnia,& aues etiam uniuersæ,plurimaq; piscium genera, omni propemodum ex parte homini correspondeant: neque ullum secanti occurrat discrimen,quod secus de hominis, quàm illorum animalium functionibus statuendum esse præscribat: nisi fortè quis meritò dicat cerebri molem homini, perfectissimo sanè quod nouimus animali, obtigisse maximam, eiusq; cerebrum etiam tribus boum cerebris grandius reperiri: & dein secundùm corporis proportionem mox simiæ, dein cani magnum quoque non secus obtingere cerebrum, quàm si animalia cerebri tantum præstarent mole, quanto principis animæ uiribus apertius uicinius ve donata uidentur. Verùm quo magis cordis, iecoris, testium, hisq; subministrantium organorum, quorum functiones (ne quid de generatione & corruptione dicam) nos cum multis animalibus certè communes obtinere non ambigimus, naturam examino, quantoq; minus de principis animæ munijs aliter quàm sanctissima uerissimaq; nostra docet religio, statuendum mihi persuadeo: tanto sanè magis admiror, apud scholasticos theologos perinde ac apud plebeios philosophos legi, hominis cerebrum tribus donari uentriculis: ac horum primum frontiq; conterminum, sensus communis uocari uentriculum: quòd ab hoc quinq; sensuum nerui suis instrumentis deferantur: quodq; dein horum neruorum beneficio, odores, colores, sapores, soni & tactiles qualitates in ipsum pertigant. Ac proinde, illi homines præcipuum primi uentriculi munus esse censent, ut obiecta quinque sensuum is recipiat, illaq; meatu quodam in secundum uentriculum, in capitis medio repositum transmittat, ut iste de obiectis imaginari,ratiocinari & cogitare possit. Secundo enim uentriculo cogitationem, seu rationem tribuunt: tertium (qui occipitium sibi uendicat) memoriæ consecrantes. In hunc namq;, secundum uentriculum omnia quæ ex obiectis illis,de quibus abundè ratiocinatus est, memoriæ mandari statuit, commodè deponere astruunt. subijcientes dein,tertium uentriculum ista, prout humidior siccior ve est, aut ocyus, aut tardius sibi, uelut in ceram, uel contrà tanquam in lapidem duriorem, insculpere: & pro sculpturæ leuitate, aut difficultate, quæ ipsi delegantur, aut breuiori, aut longiori temporis interuallo asseruare. Cæterùm hunc tertium uentriculum illa non sibi aut retinere aut insculpere docent, sed secundi uentriculi gratia: nimirum ut quoties hic de aliquo memoriæ sinui concredito, ratiocionari instituit, ille ocyus hoc quicquid est, in secundum uentriculum mandet, ac ueluti in rationis officinam uersandum exporrigat. Huiusmodi sanè opificis rerum Dei in corporum fabrica artificium nunquam inspicientium,sibiq; liberas undique sententias arrogantium sunt figmenta, non absque graui profectò impietate excogitata.quàm enim illi in cerebri constructione enarranda aberrent, sequens sermo ostendet, eadem methodo qua in quinto & sexto libris usus sum,post perfunctoriam hanc cerebri descriptionem,ipsius partes seorsum singulas unà cum omnibus sensuum instrumentis explicaturus.

Thomæ, Scoti, Alberti & eius cohortis scriptorum de cerebri uentriculis opinio.

DE DVRA MEMBRANA CEREBRVM AMBIENTE, ET MEMbranula sub cute caluariam obcingente. Caput II.

DVRA cerebri membrana in multis occurrit figuris. in prima enim, externa ipsius exhibetur sedes uniuersa,supra scissuram consistens, qua cerebrum ostensuri, caluariam diuidere solemus. Secunda uerò, eam membranæ partem interna commostrat sede. uti etiam nona, duodecima, decimatertia, & magis adhuc decimaquarta internam duræ membranæ sedem illis regionibus proponunt, a quibus cerebrum aut cerebellum in illis figuris iam sectionis serie euulsum est. Cæterùm membranæ processum inter dextram & sinistram cerebri partes deductum, refert tertia figura ad D, D. Illum autem qui cerebello insternitur,septima figura O, O, O. Atque in illis etiam figuris duræ membranæ occurrunt sinus, uti etiam optimè figura Capitis decimiquarti libri tertij. Porrò membranam caluariæ exteriùs obductam nullibi priuatim delineauimus, quum tenuis sit, ac ossi undiq; circundetur totaq; ex ossis circumscriptione petenda ueniat.

Duræ membranæ situs, numerus, magnitudo, & forma.

Duræ membranæ ad caluariam nexus, & externæ ipsius superficiei species.

QVEMADMODVM sanè uniuersam corporis trunci cauitatem sub [a] septo transuerso conspicuam, [b] peritonæo contineri,idq; instar sacci cuiusdam omnia ipsi imposita amplecti recensuimus, ac pariter ut costas succingentem membranam omnia quæ in thorace collocantur, ambire commemorauimus: ita etiam uniuersa caluariæ [c] cauitas cerebro excipiendo adaptata,quadam subducitur [d] mẽbrana,quam propter crassitiẽ qua cęteris,non cerebri modò,uerùm totius etiam corporis præstat membranis crassam, & ab insigni duritie duram,uti & cuticularem,nuncupamus. Hæc non minus quàm peritonæum, & costas succingens membrana,unica continuaq; uisitur,adeò ut ipsius sitam, & externę suę superficiei formam magnitudinemq;,ossium cognitio eleganter edoceat. Nullum enim caluarię os priuati alicuius usus gratia, in caluariæ cauitatem [e] extuberare scripsimus,cui hęc membrana non cedat,seq; ab illo introrsum premi sinat. Rursus nullum in ea cauitate narrauimus [f] sinum,quem hæc quoque membrana non impleat,præter cuneiformis ossis [g] sinum,cui [h] glans pituitam cerebri excipiens incumbit,& eos [i] sinus, qui præcipuis soporarię arterię [k] propaginibus ad glandis illius latera excurrentibus cedunt,ad pituitæq; defluxum cẽsentur accommodi. In horum namque sinuum regione,dura membrana à caluaria abscedit,& inter mẽbranam & caluariam glans ea, dictęq; arteriarum propagines consistunt. quum interim per reliquam caluarię cauitatem,membrana ossibus proximè,& citra alicuius corporis medium sit attigua, cumq; in modũ illi ferè

a 7 musc. tab. Δ.
b 1,2,3 fi. li. 5 A, B, C, D.
c Hæc occurrit simul in 6 & 7 figuris cap. 6 lib. 1.
d 1 fi. A, A, B, B, 2 fig. H, H. dein in tota caluariæ basi in 14 figu.
e Quæ in cauitatẽ caluariæ extuberãt sedes, in 6 & 7 figuris cap. 6 li. 1 spectantur.
f Sinus quoque in ossibus occurrũt figuris.
g 6 fi. ca. 6 lib. 1 M.
h 16 fi. A.
i 6 fi. ca. 6 lib. 1 O, P.
k 16 fi. E, F.

illi ferè primùm committatur, quo inuicem accumbentes musculi mutuò hærere connectiq; solent. quam quam eo connexionis genere in capitis basi membrana firmius, quàm in lateribus, & uertice, & fronte, & occipitio, ossibus affirmetur. Deinde uniuersis acutioribus in caluarię cauitate descriptis [l] ossium processibus, uti & caluarię [m] foraminum in hanc cauitatem spectantium orbibus, pertinacissimè non secus connascitur, quàm si ab ipsis originem duceret. Adhęc caluariæ etiam adnectitur futuris, at connexu non ęquè ualido, atque is est, quem ad ossium processus molitur: quòd nimirum ille instar simplicis tantum lineæ, non autem notatu digna amplitudine, huius modo, accidat. Verùm interim dura membrana, non solum futuris connascitur, sed tenues membraneasq; fibras, etiam per illas uersus capitis exteriora transmittit, quę superiori caluariæ parte à dissecantibus abstracta, in dura membrana simplicis instar lineę [n] extuberant, ipsiusq; superficiem asperam ostendunt, futurarum situm in illa quoque referētes. Cæterùm præter fibras, externam duræ membranæ superficiem minus etiã æqualem reddunt [o] tubercula quędam in uertice iuxta sagittalis futuræ cum coronali [p] coitum, subinde inæqualiter prominentia, paresq; sibi in caluaria [q] sitas obtinentia, quibus ualidè innascuntur. Vnde etiam hæc non obiter, neque per transennam expendenda ueniunt, ne minus cauti in cauteriorum administratione & capitis contusionibus caluariã perforemus. etenim nulla horum tuberum habita ratione, membranam unà cum osse haud leui malo pertunderemus: quòd in his locis, uti in futurarum quoque regionibus, illa ab osse difficulter abscedat, & non insigniter ab externa caluariæ superficie remoueatur. Præterea membranæ ad caluariam connexum, & exterioris ipsius superficiei asperitatem, [r] uenulæ quædam adaugent, per caluariæ futuras & quędam foraminula partim ex dura membrana ad caluariæ inuolucra, partim ab ipsis inuolucris ad duram membranam pertinentes. Porrò hæc non toto suo corpore, ad hunc quem diximus modum, caluariæ ossibus est attigua, sed [s] magnam sui portionem inter cerebrum ac cerebellum insinuat, quæ uniuersam cerebelli superiorem sedem integens, cerebri regionem cerebello incumbentem ab illo interdiuidit, ac ueluti subleuat. Quinetiam à media sede huius duræ membranæ portionis, ubi dextra cerebri pars sinistram respicit, & secundum totam [t] tertij duræ membranæ sinus (quem cum cæteris illius [u] uasis in tertio libro recensuimus) longitudinẽ, alia quoque duræ membranæ [x] portio processus ve educitur, dextram cerebri partem à sinistra dirimens. Hic processus falcis messoriæ imagini aliqua ex parte accedit: nam posterior ipsius sedes illi duræ membranæ portioni continua, quæ cerebellum integit, falcis basi correspondet. [y] anterior uerò, quæ [z] septo sinuum olfactus [a] organorum connascitur, falcis mucroni assimilari potest: is nanque membranę durę processus à posteriori capitis sede antrorsum ductus, sensim falcis ritu arctatur. Deinde processus huius pars tertio duræ membranæ sinui continua, falcis dorso non absimilis secantibus occurrit. siquidem extrorsum curuatur, & tertij duræ membranæ sinus occasione crassior uisitur. Processus autem pars [b] callosum cerebri respiciens corpus intrò obliquatur, falcis aciei formam referens. Hi durioris membranæ processus, nihil omnino à reliquo ipsius corpore, nisi una dũtaxat sede in crassitie duritiaq; uariant. Vbi enim processus cerebellum integens [c] natibus cerebri [d] proximus est, triplo ferè quàm in reliqua sede crassior duriorq; & propemodum cartilaginea euadit, adeò sanè, ut canes hoc loco os possideant superiorem cerebelli regionem integens, cerebrumq;, ne id cerebellum premat, suffulciens. Verùm interim neuter horum processuũ (etsi Galenus rem parum expendes secus docuit) duplicatur, sed uterque simplex est, quemadmodum & ipsa membrana, quà cerebri lateribus aut caluariæ attenditur. Nam etsi tertius durę membranæ sinus cultello per longitudinem [e] dissectus, primo intuitu membranæ [f] processum inter utrasque cerebri partes intercedentem geminum esse, ac ueluti duplicata membrana constare ostendit, id tamen sinus duntaxat occasione uisitur. Quantumuis namque inferiorem tertij sinus angulum dirimere studueris, membranam tamen extra sinus amplitudinem nunquam in duas subdiuides. Cęterùm, ut tertius sinus in hoc duræ membranæ processu, nõ adamussim secanti imponit, ita quoq; in [g] processu cerebellũ a cerebro dirimẽte, [h] primus, & [i] secundus, & [k] quartus duræ mẽbranæ sinus falsam duplicationis proponunt imaginem. Horum duræ membranæ processuum superficies specie cum reliqua interiori totius membranæ superficie congruit, qua uix inter omnes corporis superficies aliam magis splendidam læuem ve, & (quod non obiter expendendũ uenit) omni adipe, quemadmodum & omnia quę in caluariæ consistunt cauitate, destitutam reperias. Quinetiam interior hæc superficies aqueo humore longè magis quàm exterior perfunditur, & multo candidior apparet: & quum fibris omnibus quibus alteri parti adnasceretur, uacet, impensius lubrica tersaq; quàm exterior superficies conspicitur. Porrò quemadmodum exterior superficies ossa caluariæ respicit, ita & interior tenuem cerebri spectat [l] membranam, cui nullius corporis interuentu, quàm [m] ductuum instar uenarum ab ipsa in tenuem membranam pronatorum ope cõmittitur. Quandoquidem si dura mẽbrana pari modo tenui mẽbranę, ipsiq; adeò cerebro, ut caluariæ cõnasceretur, ipsa quo minus, tenuis mẽbranæ uasa distendi contrahiq; possint impedimento foret. quod præcauens Natura, duræ membranæ cauitatem, nonnihil ampliorem ipsa cerebri cum tenui membrana mole, produxit, non secus ac cordis [n] inuolucrum, ipso corde insigniter amplius uisitur. Quanquam interim Natura duram membranam à tenui non adeò, atque cordis inuolucrum à corde, liberauerit, quum innumeros uenarum instar ductus dura mẽbrana tenui membranæ exporrigat, mirabili industria horum beneficio illam sibi ita affirmans, ut ductus illi simul uenæ arteriæq;, & uinculi etiam uices gerant. Cæterùm præsens sermo nunc sanè exigeret, ut [o] sinuum uasorumq; duræ membranæ numerum, situm & naturam explicarem: sed quum id in tertio libro unà cum reliquis totius corporis uenis ac arterijs haud obiter attentauerim, non absre hic chartis pepercero, ac durę etiam membranæ foraminum, quæ modò subiungenda est, enarratione, foramina illa, seu uias potius & ductus prędicam, quibus dura membrana uenas arteriasq; in suas cauitates & sinus, uenarum,

Lib. 9. de Admin. dissect.

Durę membranę interior superficies qualis.

Durę membranę cum tenui connexus.

Ipsius uasa.

Sf

l *Et hi quoque ex fig. ca. 6. li. 1. sunt petẽdi.*
m *In eadẽ penissimum figura.*
n *1 fig. G, G. H, H. I, I.*
o *1 fi. K, & sub H, proximum o.*
p *1 fi. ubi H, H coincidit in G, G. aut 3. fi. ca. 6. li. 1. B*
q *4 fig. ca. 12. li. 1 Ω. 1 fi. F, F. & fi. ca. 14*
r *3. X, X. 7 fig. O, O, O. 8. fig. V, V. 1 fig. C, C. C. 2. fig. B, B.*
s *tota fig. ca. 14. li. 3. x 3. fi. D, D. D.*
t *12 fi. G, H.*
u *6 fig. ca. 6 li. 1 u. 12. fi. C, D.*
x *3. fig. L, L.*
y *7 figura M, N.*
z *7. figura D, D.*
a *7 fig. O, O, O. h 7. figura P, P. i 7. fig. Q, Q. k 7 fig. T. l 2. fig. E, E. E. 8. fig. R, R, R. m 2. fi. D, D. G, G. 8 fig. X, X. n 4 fi. lib. 6. B, B. circum C, D, E.*
o *potissimum occurrunt tota fig. ca. 14. li. 3.*

Lib. 9. de Admin. dissect.

Durę membranę interior superficies qualis.

Durę membranę cum tenui connexus.

Ipsius uasa.

Foramina. narum & arteriarum usum præbentes,assumit,& ex illis sinibus uasa non pauca hinc inde profert. Cęterũm uerorum foraminum,quibus dura cerebri membrana est peruia, inibi non [p] modica occurrunt,ubi hęc [q] octauo capitis connascitur ossi. Quemadmodum enim id odorum gratia exiguis multisq; foraminibus donatur,ita pariter & dura quæ ipsi insternitur membrana, cribri in modum est peruia. Dein septem neruorum cerebri paribus ita uiam præbet, ut horum gratia in utroq; latere octo exhibeat foramina. horumq; [r] primum,primi paris alterum transmittit neruum [s] secundum foramen, alterum secundi paris emittit neruum: [t] tertium uerò minorem deducit radicem tertij paris,quæ in dura membrana(etsi secus in caluaria [u] accidat) cum secundo pari nõ procidit. [x] quarto foramine præcipua tertij paris radix cum quarto pari ducitur. [y] quintum neruulo paratur,qui iuxta quinti paris radicem enascitur,& quinto pari à nobis adnumeratur. [z] Sextum foramen præcipuæ quinti paris portioni cedit. [a] septimum sexti paris, & [b] octauum septimi paris gratia exculpuntur. Adhæc, dura membrana [c] uno inconiugato & orbiculari ueroq; foramine pertunditur, quod [d] infundibulo cerebri pituitam excipienti uiam præbet. Insuper iuxta huius foraminis latera [e] aliud utrinq; spectatur foramen,maximum arteriarum cerebrum petentium ramum transmittens. Adhæc,dura membrana [f] maximo,eodemq; pari carente foramine dorsalem dimittit medullã:cui perinde ac neruis ipsam transeuntib. processum ac uelut inuolucrũ quoddã obducit, adeò ut dura mẽbrana neruos dorsaleq; medullã nõ secus ferè ac cerebrũ cõtineat,& instar tegminis & tunicæ illis euadat. Verùm dura mẽbrana etiã præcipuè extruitur,ut aptis quibusdã sinib. omnes caluariã petẽtes uenas,omnesq;(si [g] duos modò ramos dempseris)arterias excipiat,ipsarumq; materiam in suos sinus assumat, eam ita deducentes, ut hæc propaginibus instar uenarum ab illis sinibus depromptis in tenuem membranam commodissimè deferatur, & dura membrana lagenam imitetur, ex qua tenuis membrana, & dein cerebrum materiam sibi alliciant,in uenis & arterijs uersus caput transmissam. Ad hæc,propagines à tertio duræ membranæ sinu utrinque innumera serie in tenuem membranam deriuatæ,cerebrum ne deorsum cõcidat,uentriculiq; ipsius comprimantur,sic suspensum sustinent, ut dura membrana pariter cerebri inuolucrum & fulcrum euadat. Ad quod rursus summopere conducunt fibræ per futuras à dura membrana prorepentes,quæ illam (quod alioquin,durissimo ossi non satis connasci poterat) caluariæ firmant,& quo minus cerebri grauitate tracta deorsum labatur,autores sunt. Neque id sanè præstitissent, nisi Natura peculiare artificium extra caluariam moliretur: quod indies fabri imitantur, quoties clauorum acies, quando duos simul compingunt asseres, reflectunt, ne uno assere tracto, ex altero clauus promptè uellatur. Ipsa namque fibras has,non solùm per reflexos,& obliquitatis etiam nomine firmantes ductus transmisit: uerùm transmissas rursus dilatauit,auxit,atque in unum omnes adeò commiscuit, ut in membranam quandã tenuem degenerent,quæ quòd caluarię obducitur, περικράνιος Græcis nuncupatur. Quamuis interim hæc omnino non citra alterius corporis medium caluariæ adnascatur: sub ipsa enim alia adhuc tenuis consistit membrana,alijs,quoque omnibus propemodum ossibus communis,ac ab amplexu quo ossa ambit, περιόστεον appellata. Inter reliquas autem ossium sedes membrana hac priuatas,caluariæ interna est cauitas,cerebro excipiendo adaptata:cui nusquam,ubi duram membranam contingit, eiusmodi membranula obnascitur,adeò ut tanta etiam huius cauitatis sedes,quantæ dura membrana non connascitur, hac quoque membranula alijs ossibus communi sit obcincta. Visitur autem illa sedes [k] ubi duræ membranæ glandula cerebri pituitam excipiens,& maximi arteriarum cerebrum petentium rami substernuntur.

Duræ membranæ usus, & constructionis ratio.

Membranæ exterius caluariam obcingẽtis creatio et usus

a p Ad E ti
fi. & 13. f
D, D.
q 8 fi. t
6. lib. 1
B, A.
r 13 fig
quo exci
O, aut P.
s 14 fig
quo excid
G.
t 14 fig
quo Excid
H.
u 3 figu
12. per u
cũ foram
G notatum
x 14 fig
quo sinu
procidunt
& K.
y 14 fig
quo excidit
L.
z 9, 14 f
gura M.
a 9, 14 f
gura N.
b 9, 14 f
gura O.
c 15 fi. E
d 15 fi. E
e 15 fi. C
aut D.
f 9 fig. qu
procidit H.
g figu. 14
ca. li. 3. u
altero latu
re u, u. ali
quin absor
bentur C,
D, E, K, I
r, G, H.
k Vbi fi
15. fi. F, C
D, consist
tota 16. fi

DE TENVI CEREBRVM INVOLVENTE membrana. Caput III.

TENVIS membrana cerebro obducta in secunda quidem occurrit figura, auulsa autem in tertia. Atque ita etiam cerebello obuoluta spectatur in octaua.

Tenuis mẽbranæ numerus.

TENVIS cerebri membrana,similiter ac dura, unica duntaxat & sibijpsi continua est: nullam siquidem prorsus suæ naturæ portionem aut ad cerebellum, aut ad utramque cerebri partem,aut in ipsis cerebri uentriculis anfractibusq;,ac ut semel dicam, tota cauitate,quam dura membrana constituit,inuenias, quæ non unius tenuis membranæ ad eũ modum sit portio,quo in animalis cute iam à corpore detracta, partes quibus aures, pedes & cauda induebantur,reliquæ cuti continuas esse dicimus. Tenuis membranæ situs ex cerebri ac cerebelli cognitione desumendus est. Nulla etenim [a] exterioris superficici cerebri & cerebelli & dorsalis medullæ & neruorum portiuncula conspicitur,quam tenuis membrana uicinissimè, & citra alterius substantiæ interuentum non integat,si modò [b] superiorem calloſi corporis superficiem exceperis,quæ sola eiusmodi membrana,quum dura utcunque sit,haud continetur. Præterea omnes cerebri ac cerebelli [c] anfractus,in quos tenuis membrana undicunque sui partes processus ve ingerit, eius situm ostendunt,uti sanè & ipsius quoque figuram & magnitudinem. Hæc membrana exteriori [d] superficie uelut aqueo humore oblinitur,secundum partium quas ambit eminentias extuberans. ipsa namque uix alibi crassitiem uariat,tenuissimæ semper membranæ innumeris uasorum ductibus obsitæ imaginem commõstrans. Quippe uasorum potissimùm gratia illam rerum Opifex condidit, nimirum ut instar [e] mesenterij ferè & [f] humilioris membranæ omenti,ea uasa tutò deduceret,suffulciretq;. Quinetiam cerebri & cerebelli est inuolucrum quod ipsorum substantiam proximè continet & firmat, non secus quàm caseorum formæ lac paulo antè coagulatum sustinent,& fingunt. His usibus rerum Opifex hanc apprimè idoneam produxit.tam mollis enim tenuisq; & sequax est, ut aptissimè omnibus anfractibus sinibusq; sese ad profundissima

Situs.

Exterior superficies.

Vsus et constructionis ratio.

a Hanc ea
figuris pin
re debes se
ctionis se
rie sese cu
sequentibus
ut 2, 3, 8,
9, 11, 12,
13.
b 2 fi. L, L
c 3 fig. C,
C, C. et pas
sim in super
ficie 11. fi.
d In 2. fi.
et in 8 et 9.
e Potissi
ma pars 10
fi. lib. 5. &
tota 11 fi.
f 2 fi. li. 5.
e, e, e.

fundiſsima uſque ingerat:& quæcunque uaſa cerebrum expetebat,ea tutò deducere poſsit. Quinetiam adeò leuis cernitur,ut ſua grauitate neutiquam uim cerebro inferat:& tam ualida interim duraq́; exiſtit, ut à dura cerebri membrana ſurſum tracta non diuellatur:imò illum ſuſpenſionis impetum à frequenti numeroſaq́; & continua g uaſorum ſerie inductum eleganter ſuſtinet, a pleriſque eo quòd uaſa cerebri inſtar h inuolucrorum fœtus complectitur, χοροειδὲις nuncupata. Quamuis interim i plexus quidem in dextro & ſiniſtro cerebri uentriculis,& magna quoque ex parte in media ipſorum cauitate repoſitus, eo etiam nomine donetur,non tam,quòd is ueluti in membranula quapiam uarias uenarum arteriarumq́; contineat propagines,ac quòd carneam inſuper quandam commonſtret ſubſtantiam uaſis circũnatam, illiq́; k carni ſimilem quam exteriori fœtus inuolucro obnaſci,uaſisq́; ſuffulciendis & amplectẽdis idoneam eſſe ſcripſimus. adeò ut eius ſubſtantiæ gratia,plexus ille potius,quàm tenuis membrana ſecundinis fuerit ab illis comparatus,quos Galenus propemodum arguit,quum ſe mirari inquit,quamobrem nonnulli, omnes tenuis membranæ partes nolint χοροειδὲις uocari:ſic ſanè,ut ſi tenuis membranæ & plexus illius ſubſtantiæ diſcrimen accuratè expenderimus,ac dein fœtus inuolucrorum uera compoſitio nos non lateat, haud leuiter illorum autorum diligẽtiam exoſculabimur,quorum rationem Galenus ſibi ſcribit fuiſſe incognitam.

Vnde tenuis membrana etiã χοροειδὲις dicatur.

Lib. 8 de Vſu partiũ.

g *fi. ca. 14 li. 3 S, S, T, T, T. & 2. fi. huius li. D, D. G, G.* 8 *fi. X. X.*
h *Exprimuntur fi. 30 li. 5.*
i 6 *fig. H, M, N.*
k 2 *tab. fi. 30 lib. 5 I, LI.*

DE CEREBRI AC CEREBELLI NVMERO, SITV, FORMA, inuolutionibus & ſubſtantia. Caput IIII.

HIS quæ præſenti Capite pertractantur oſtendendis, potiſſimùm ſeruit tertia figura, ac dein omnes ferè ad decimã quartam uſque: ſed potiſſimùm prima figura Capitis ſecundi, libri quarti, baſim cerebri ac cerebelli cum dorſalis medullæ initio proponens.

DISSECTIONVM profeſſores, uniuerſum * cerebrum in a anterius, quod cerebrum,& in b poſterius,quod cerebellum uocant: deinde anterius in d dextrum & e ſiniſtrum diuidere ſolent. non quòd uniuerſum cerebrum omnino diuiſum, & non aliqua ſaltem ex parte ſibi continuum ſit: at quòd,ut unica manus in digitos,ita quoque id in diuerſas partes diſcretum uideatur. Quemadmodum enim priùs de tenui cerebri membrana retulimus,ſic f etiam dextra cerebri pars,& ſiniſtra,& cum his cerebellum, & dorſalis medulla,neruiq́; ad unum omnes,inſuper & g nates teſtesq́; cerebri, deinde h calloſum corpus, & i id quod inſtar teſtudinis effigiatum eſt: præterea dextri ſiniſtriq́; uentriculorum k ſeptum, & l uermiformes cerebelli proceſſus,& ſi quid eſt eiuſmodi,inuicem continuæ partes exiſtunt,eademq́; ſubſtantia conſtituuntur,in duritia ſolum coloreq́; aliquantulum uariante. Inſuper omnia quæ modò recenſebam, ſitu, uſu,conformatione,magnitudine,& alijs quibuſdam in partium conſtructione expendẽdis,ita mutuò differunt,ut non aliter quàm ſi uariæ diſiunctæq́; eſſent partes,pleriſque Veterum ſcripta cuoluentibus turpiter impoſuerint. Cerebrum igitur quantumuis tota ſede, m quà cerebello incumbit, & n quà frontem ſpectat,penitus in duas partes diſſectum ſit,& eadem ſectio per totam cerebri longitudinem in ipſius elatiori regione admodum profundè ducatur,non tamen ob id in medio ipſius iuxta o baſim prorſus diuiſum cernitur. Quanta enim calloſi corporis eſt p longitudo,tanta quoque ſedes ſecundum cerebri longitudinem conſiſtit,qua dextra eius pars ſiniſtræ continuatur. atque ita uel huius corporis interuentu,& eius q quod inſtar teſtudinis extructum eſt,& r ſepti dextri ſiniſtriq́; uentriculorum, ſupra communem illorum uentriculorum s cauitatem,tertium ve uentriculum duæ cerebri partes inuicem ſunt continuæ. Præterea in baſi eas quoque eſſe continuas oſtendit,cum magna & ſecundùm longitudinem & profunditatẽ qua continuantur regio,tum cerebri teſtes & nates,omniumq́; maximè ex cerebri baſis medio pronaſcens dorſalis medullæ t initium,quod amplum craſſumq́; eſt,& perinde ac illæ duæ cerebri partes hoc in loco continuum unumq́;. Deinceps,etiamſi dextra ſiniſtraq́; cerebri partes quà cerebellum integunt, nihil minus quàm cerebello continuæ ſint,tamen inferior cerebelli ſedes iam dicto dorſalis medullæ initio duobus locis u continuatur,quos perinde ac omnes paulo antè enumeratas partes, ſeorſum enarrabo. Quæ enim nunc præceſſere,hactenus complecti libuit,ne in cerebri numero quis illud modò diſſecturus, me unà cum alijs pleriſque hallucinatum arbitretur. Ac proinde nunc cerebri cerebelliq́; ſitum opportunè aggrediar,quem ipſorum membranæ,& x interna caluariæ amplitudo cauitas ve docent. Quicquid enim eius cauitatis duabus cerebri membranis & y glande pituitam cerebri excipiente, & ramis quibuſdam maximarum caluariam ingredientium arteriarum non occupatur,id uniuerſum cerebro ac cerebello adimpletur. z Cerebellum decuplo aut undecuplo minus cerebro eſt, atque unà cum dorſalis medullæ principio eam caluariæ cauitatis ſedem ſibi uendicat,quæ poſteriori parte a tuberum in caluariæ cauitatem, auditus organorum cauſa prominentium,& deinde duobus occipitij oſsis b ſinibus circunſcribitur, qui ut dextro & ſiniſtro duræ membranæ c ſinibus,os cedat,caluariæ cauitati inſculpuntur. Hãc enim inſtar circuli ductam circunſcriprionem,cerebellum nulla ipſius parte excedit: idq́; hominibus in occipitium non adeò porrigitur,ut poſtrema cerebri pars in poſteriora nõ magis quàm ipſum cerebellum uergat, nobisq́; uocatum occipitium impleat. Quippe poſtrema & elatiſsima humani cerebelli pars uix eò uſque aſcendit, ubi infima occipitij partis muſculorum exortibus inſertionibusq́; liberæ d ſedes conſiſtit: adeò ut nullam

Cerebri numerus.

Quibus ſedibus dextra cerebri pars ſiniſtræ cõtinuetur.

Cerebellum qui cerebro ſit cõtinuũ.

Cerebelli ſitus & magnitudo.

* *Tota 1 & 2 fi. ca. 2. li. 4. præter neruos.*
a 3 *fig. A, A. & B, B.* 1 *fi. cap. 2. li. 4. A, A.*
b 8 *fig. R, R, R. tota* 11 *fi. & 1 fi. ca. 2. lib* 4 B.
d 3 *figu. A, A.*
e 3 *figur. B, B.*
f *Quicquid præter oſſa uls. fi. delineatur lib. 4.*
g 7 *fi. M, N.*
h 3 *fig. L, L.*
i 6 *fig. A, A, A.*
k 5 *fi. X, X. Y, Y.*
l 11 *fi. C, D. c, d.*
m 3 *fi. ab elatiori L, uerſ. K ſurſum.*
n 3 *fig. ab inferiori L ad N deorſum.*
o *Id ſpectatur in 1 fig. ca. 2. li. 4. & hic in 7, 8 & 13 fig.*
p 3 *fig. L, L.*
L 4 *fig. I, I, I.*
q 5 *fig. S, T, V.*
r 5 *fig. X, X. Y, Y.*
s 7, 8 *fi. H*
t 1 *fi. ca. 2 i. 4 D.*
u 11 *fi. G, G committuntur I, K figuræ 10. h, h, & i, i.*
x *Hanc proponit 6 & 7 figuræ cap. 6. lib. 1.* y *tota 16 fig.* z *Hoc oſtendunt 8, 9, 11 figuræ.* a 7, 8 *figu. Z, Z.* b 3 *fig cap. 12 lib. 1.* c 9 *figu. S, S & T, T.* d 9 *muſc. tab. E, F.*

excarnem occipitij ossis regionem digitis complecti liceat, quam cerebellum infarciat: etiamsi Anatomici illius situm ita recensent, ac si totam in occipitio prominulam regionem (ex cuius gibbo uulgus memoriæ ingenijq; uim metitur) cerebellum occuparet: imò elatissima ipsius portio ad mediam duntaxat [e] regionem eius interualli pertingit, quod à posteriori sede [f] foraminis dorsalem medullam transmittentis, ad superiorem usque futuræ Λ literam referentis [g] sedem exporrigitur: quum interim permulti ad illam usque sedem, cerebellum conscendere, suis bobus & asinis & ouibus delusi, tradiderint. quòd illis scilicet animalibus cerebellum superiori regione rotundum acuminatumq; spectetur, non autem humani cerebelli instar planum quodammodo & depressum, minimumq; in sui medio prominens. Caluariæ igitur sedes cerebello dedicata, ipsius situm, circunscriptionem, formam ac magnitudinē edocet. Cerebellum etenim, quemadmodum & sua sedes, latius est quàm longius aut profundius: & humiliori ipsius regione, idq; potissimùm iuxta ipsius posteriora, latioris globi imaginem exprimit: in cuius medio acuta, neque admodum lata habetur [h] impressio, quam illi inducit [i] tuber instar crassissimæ lineæ in occipitij osse prominens, eiusq; ossis robur insigniter adaugens. Porrò in anteriori parte, [k] qua cerebellum ad cerebri nates exporrigitur, id quasi in acutum fertur, undique suæ sedis formam accuratè referens. Cæterùm cerebri formam ac magnitudinem, ostendit reliqua caluariæ cauitas cerebello non oppletà. Vnde etiam cerebrum in sua [l] basi admodum est inæquale & uarium. [m] Vbi enim oculorum sedibus & olfactus organorum sinibus innititur, ad sinus illos antrorsum [n] extuberat: utrinque autem ad sinuū latera, propter ossium in caluariæ cauitatem oculorum gratia extuberantium prominentiā, plana quasi superficie [o] comprimitur. Deinde opplet duas grandes [p] cauitates, quæ ad ossis cuneum referentis [q] sinus latera spectantur, quo glans cerebri pituitam excipiens sustinetur. Vnde etiam cerebrum hic ossis quo continetur formam, glebæ ritu, sibi uendicans, utrinque in ipsius basi [r] tuber instar medij globi prominens, constituit. In horum tuberum medio cerebrum [s] impressum cernitur, cuneiformis ossis processuum occasione hic circum sinus glandē eam continentis latera productorum. Quinetiam simili prorsus modo, basis cerebri reliqua ipsius sede, ossium tuberibus auditus organa continentibus, & superiori cerebelli regioni figura correspondet, omnibus simb. sese inserens, & amicè admodū tubera admittēs. Atq; ita quoq; in laterib. & anteriore & posteriore & superiore sedibus caluariæ cauitatis effigiem concinnè exprimit, inibi instar oblongæ sphæræ utrobique uersus anteriora propter temporum cauitatem depressæ, rotundum cuadens, & in posteriore parte multo quàm in anteriori latius redditum, sicq; ut semel dicam formatum, ac si id & cerebellum nullam peculiarem exigerent formam: ac abundè ipsis esset, si propria illorum substantia magna mole, & simul quouis modo, ut in se sinus uentriculos ve cerebri cerebelliq; functionibus aptos habere posset, collecta, in capite reponeretur. Eiusmodi enim quid caluariæ basis sinus tuberaq; ostendunt, & impressiones in temporibus [t] temporalium musculorum gratia (ne quicquam interim de tam uarijs capitum adferam formis) conspicuæ. Caluariæ igitur cauitas externæ cerebri superficiei imaginem commonstrat, ad quam [u] sectio cerebrum diuidens, & innumeri quidam [x] gyri ac circumactus quoque referuntur. Vniuersa enim cerebri sedes illa sectione diuisa, atque ut bisulcorum pedes in duos quasi ungues illius beneficio disiuncta, extimæ cerebri superficiei magna habetur pars, quamuis interim dictam cerebri formam parum interturbet, quū scilicet dextra cerebri pars sinistræ accumbat: neque recta illa linea diuisę partes inuicem magis dehiscāt, quàm quanta duræ cerebri membranę, & tenuis duplicatæ est crassities. In homine etenim (secus quàm in oue) sectionem hanc occupat duræ membranæ [y] portio processus ve, duas cerebri partes septi ritu interstinguens. dein utramque cerebri partem tenuis membrana seorsum ambit, & implicat. Cæterùm gyri ac inuolutiones cerebri, quas [z] tenuium intestinorum anfractibus Veteres pulchrè compararunt, per uniuersam cerebri superficiem undique eadem frequentia habentur. Sunt uerò inuolutiones illæ sinus permulti penitius in cerebri substantiam penetrantes, & profectò imagine intestinorum tenuium inuolutionibus simillimi. Neque opinor illas alicui aptiùs quàm his, aut etiam nubibus quas rudes pictorum discipuli, aut in scholis pueri delineare solent, conferri posse: quanquam in similitudine indaganda non admodum sit laborandum, quandoquidem homo hos in cerebri substantia apparentes circumactus cum asinis, bobus, & alijs quæ hactenus uidi animantibus communes obtineat. Nisi forsitan aliquis hinc differentiam assumere statuisset, quod tanto profundiores homini illos gyros Natura insinuauerit, quanto ipsius cerebri substātia copiosior uisitur. Porrò in illorum usu recensendo non medici modò, uerùm & philosophi se excruciāt, contendentes, num ipsorum beneficio homines intelligant: quemadmodum Galenus contra Erasistrati placitum pugnans, in hunc modum illos ad intelligendum nihil conducere censuit. Quum asini etiam admodum multipliciter cerebrum habent complexum, quos deceret, quantum ad morum ruditatem attinet, omnifariam simplex, & minimè uarium nancisci cerebrum. Melius autem arbitraretur bonam substantiæ temperiem corporis intelligentis (quodcunque hoc fuerit) prudentiam sequi, & non uarietatem compositionis. Verùm Galenus hic sibi dum maximè ipsius operam requirimus similis, orationem uelut freno cohibens, aliò, quum inuolutionum usum exprimere debuisset, illam reflectit: satis esse arbitratus, si eas intelligentiæ non præesse indicauerit. quòd sanè non inficiamur, sed interim ipsas non ob aliud quàm ad cerebri substantię enutritionem procreatas esse, à Galeno additum oportuit. Cerebri nanque substantia citra omnem membranosarum fibrarum plexum continua, neutiquam adeò firma fuerat, ut per illam arteriæ uenæq;, ut in reliquis corporis partibus, digeri possent: & tam multa crassaq; est, ut uenæ & arteriæ in superficie ipsius tantum excurrentes ipsi nutriendæ, illiusq; insito calore refocillādo neutiquam sufficerēt. Quod præuidens Natura, sinuosos illos implexus passim cerebri substantiæ impressit, ut in hos [f] tenuis membrana frequentibus uasis oppleta sese insinuaret, ita cerebri substantię alimentum appositissimè subministratura.

Cerebelli forma.

Cerebri magnitudo & forma.

Cerebrū ac cerebellum, uix propria eguisse forma.

Sectio dextram nobis uocatam cerebri partē a sinistra dirimens, et cerebri anfractus.

Cerebri anfractuū usus.

Lib. 8. de Vsu part.

e 3 fig. 12 lib. 1.
f 1 inf. fi.
g 3. 4 fig. ca. 6 li. 1. D.
h Supra dium R. fi. aui ad
11. fig.
i 9 fig. Q
k 7 fig. X. X propè N. N. & ad C
11. fi.
l Spectatur optimè 1 fi. cap. 1. lib. 4.
m 1 fi. ca. 2. lib. 4. A iuxta positum, & cerebri pars in 13. fig. n 13 fi. C. C.
o 13 fig. A, A. B, B.
p ubi constituunt H, Q, S, Σ, R, T, fi. 3 cap. 12
q Eiusdem M.
r Supra. Latius A & B fi. 13. & tuber inter A & A cu sistens fi. 1 ca. 2 lib. 4.
s Circa regionem B & G eius. fig
t 4 musc. tab. Γ.
u Spectatur integra in 3 fig.
x 3 figu. C, C, C.
y 3 figu. D, D, D.
z 7 figu. lib. 5.
f 2 figu. E, E, E.

ministratura. Atque huius etiam nutrimenti potissimùm occasione cerebrum in g duas partes dissectum fuit, ut scilicet tenuis membrana sese in ipsius medium implicaret: ac inibi in reflexus deducta, cerebri substantiam contenta in suis uasis materia enutriret. Haud enim citra eiusmodi cerebri dissectionem, & profundissimas inuolutiones, illa cerebri sedes, qua dextra sinistram respicit, enutriri potuisset. Huic etiam sententiæ suffragantur cerebelli h inuolutiones, quę neutiquam æquè ac cerebri inuolutiones altè penetrant, sed paulo minùs quàm superficiariæ, at frequẽtes interim admodumq; continua serie deductę uisuntur. superficiariæ quidem, quòd exigua pars alenda sit, quodq; facile cerebellum à profundioribus anfractibus ad i uentriculum usque ipsius perforaretur. frequentes autem, ut copia aliquantulum leuem illam penetrationem suppleat. Porrò harum series quodammodo k triplex est, effigie cum cerebri inuolutionibus neutiquam conueniens. apparet nanque cerebellum ob suas inuolutiones & impressum illum, quem ab occipitis ossis tubere in posteriori sede obtinet, tribus partibus efformari, dextra una, & alia sinistra, & tertia media. ac dextra quidem sinistraq; cerebelli partes duos quodammodo globos inuicem appositos referunt, in quorum inani spacio, ubi scilicet globi sese non contingerent, l tertia cerebelli pars reponitur, quæ ligni casei ve uermem imagine exprimit, ob suas inuolutiones, quę transuersim secundùm cerebelli longitudinem mutuò æquè distantes ducuntur. Partis huius apices uersus inferiorem cerebelli sedem reflexi, uermiformes cerebri m processus suo loco efformare docebimus. Dextra porrò sinistraq; cerebelli pars in superiore cerebelli sede parallelas quoque, & secundùm cerebelli latitudinem ductas inuolutiones obtinẽt, quæ deorsum n protensæ, quasi in centrum colliguntur, ad cerebelli o sedem, dorsalis medullæ initio adnatam contendentes. Tres igitur hę cerebelli partes nequaquam inuicem discretæ sunt, sed inuicem continuæ unicum corpus, ipsum scilicet cerebellum constituunt. quod unicum, non autem cerebri modò geminum, Galenus à Natura extructum esse docet, quòd duo dorsa, neque totidem dorsales medullas, hominem habere minimè decuisset: quasi ex cerebro (quod necessariò ueluti in duas partes diuisum, & substantia non esse continuum asserit) p unica dorsalis medulla produci nequiuisset, ac proinde cerebellum ut corpus unicum necessariò procreatum fuisset, quo unicæ dorsali medullæ aptum redderetur principium. Verùm meherculè cerebrum in suę basis medio unicum, & non ut in superiori parte diuisum, cernitur, & unicam dorsalem q producit medullam, in cuius superiori sede mox ab ipsius exortu, Natura r sinum insculpsit, qua mediam quarti cerebri uentriculi amplitudinem constitui diximus s reliquam enim eius uentriculi amplitudinem, cerebellum supplet, quod utrinque duntaxat ad dorsalis medullæ sinus latera quasi duabus circularibus applantationibus dorsali t adnascitur, continuum cum ipsa corpus effectum. media nanque u posterioris cerebelli sedis pars, ut neque etiam x anterioris, dorsali medullæ continua, connata ve est, sed tantum tenuis membranæ interuentu posterior cerebelli pars dorsali medullæ commititur, & anterioris sedis media pars dorsalem medullam ne contingit quidem. Nõ aliter, mihi crede, quàm si Natura cerebellum condidisset, ut dorsali medullæ transmissum à cerebri sinibus spiritum magis adapteret, tuereturq;. A cerebello etenim, quantumuis in differentia ipsius duritiei à cerebro assignanda, & ratione cur id à cerebro diuisum sit expendenda solicitus fueris, nullius omnino uel minimi neruuli propaginem y oriri reperies. & profectò nulla est cerebri, quà frontem spectat, & qua in occipitium fertur, in duritie differentia: neque etiam adeò notatu dignum cerebelli, quum tenui membrana id liberatum cernitur, cum cerebro in duritia est discrimen. At ut cerebri basis, unde dorsalis medulla ortum ducit, cæteris omnibus cerebri partibus, & ipso quoque cerebello durior uisitur: ita quoque dorsalis suo principio sensim durior euadit, neque colore, neque duritia supernato ipsi cerebello correspondens. Cerebellum enim magis flauum, cinericium ve est, perquàm paucis albescentibus lineis interstinctum, & duntaxat in sui z sinus superficie candicans. uniuersum uerò dorsalis medullæ initium cerebello adhuc in capite subnatum albissimum est, ut & cerebri basis ipsi originem præbens: quæ omni prorsus inuolutione ac anfractu, quibus cerebellum scatet, destituitur. Porrò quæ horum omnium sit substantia, uel in mensa etiam ex uitulorum, aut leporum, aut auis alicuius cerebris discere integrum erit. est autem substantia quædam cum sua essentiali forma peculiaris & propria, qualem in uniuerso corpore similem nullam reperias, ad ingenitas cerebro functiones idonea: non minus sanè quàm cordis substantia, & pulmonis, & iecoris, & lienis, & renum, & testiũ, ipsorumq; adeò musculorum, suis quibus præsunt munijs aptissima censentur. Cerebri substantia, quam alij capitis, alij albam medullam appellarunt, ab ossium medulla differt, tum alijs plerisque accidentibus, tum quòd liquefieri nequeat: neque inediæ tempore, aut alijs occasionibus, ut reliqua corporis pinguedo, absumatur, minuatur ve. a Hæc non uniuersa candicat, uerùm quicquid b reuolutionibus proximũ est, subflauum aut subcinericium est, æquali semper ab inuolutionis superficie distantia. quanta nanque inuolutionis profunditas est, tanto quoque intima inuolutionis parte interuallo, in cerebri substantia, is quem diximus color obseruatur: quasi rursus color ille in substantia, quòd ad colorem attinet, inuolutiones duplicaret. Quicquid autem cerebri non ita coloratum est, id albissimum & candidum prorsus uisitur. Verùm ut permultæ cerebelli sunt inuolutiones, ita quoque uniuersum propemodum, uti paulo antè admonui, flauum occurrit. Quacunque igitur ex parte cerebri cerebelli ve substantiam tenui qua proximè continetur membrana detexeris, hanc subflauam ac uelut aqueo humore oblitam, & nunquam uenis implicitam adinuenies: etiamsi interdum rubra & ueluti sanguinea puncta in illorum cerebri substantia potissimùm obseruaturus sis, qui phrenitide ante mortem laborarunt, & qui suspendio perierunt. Verùm eiusmodi puncta nullam uenæ exprimunt imaginem. Cerebrum nanque ex nullo uase alimentum assumit, quàm ex his quæ tenui membrana suffulta ipsi circundantur. ut autem illi frequentia uasa undique obducerentur, cerebrum in tot quot diximus partes præcipuè diuisum fuit: quanquam etiam diuisiones illæ, ut & anfractus,

Cerebri sectionis ratio.

Cerebelli implexuũ, ratio et species.

Galenũ rationem unitatis cerebelli parum apè assignasse.

Dorsalis medullæ initium.

In lib. 8. de Vsu part. Cerebri ac cerebelli duritiei neruorũq; ortus. Cerebri, cerebelli, & dorsalis medullæ color & substantia.

Cerebri substãtiæ cum ossium medulla discrimen.

Cerebri substantiæ nutritionem, qualiter spectum.

g 3 *fig.* A, A. & B, B.
h *Spectantur in* 11. *fig.*
i 11 *fi.* E.
k 8 *fig.* R, R, R. 9 *fi.* A, B, C. & 11 *fi.* A, B & C, D, c, d.
l 9 *fig.* C. *aut* 11 *fig.* C, D, c, d.
m 11 *fig.* G, D & c, d. *dein* H, I.
n Ad A, B 11 *fig.*
o 11 *fig.* G, G.
p 1 *fi. cæ.* 11 *lib.* 4.
q 1 *fi. cap.* 2 *lib.* 4, D.
r 10 *fi.* L, M, N, O.
s 11 *fi.* E.
t G, G *fig.* 11 *commit tuntur* I & K 10 *figu.*
u *Patet id in* 9 *fi.* E.
x *Patet id ad* L 8 *fig.*
y *Speculatur id in* 1 *figu. cap.* 2. *lib.* 4.
z 11 *fi.* E.
a *Illud patet ex dissecta cerebri substãtia in* 4, 5, 6, 7, 8 *figuris.*
b 3 *fig.* C, C, C.

Lib. 8. de Vsuparț. ad mollem cerebri substantiam ne concidat sustinendam, æqualiterq; suffulciendam, non mediocriter auxilientur. Parum enim Galeni rationi, cur cerebrum diuisum, aut, ut ipse loquitur, geminum sit, tribuo. inquit nanque, cerebrum hac occasione geminum esse, ut quemadmodum uno oculo uitiato, aut uno testę execto, alterum seruamus: ita etiam dextro cerebri uentriculo læso, sinister adhuc suo munere fungeretur. Hæc siquidem Galeni ratio aliquem in copia uentriculorum recensenda locum fortasis haberet, non autem in enarranda cerebri diuisione, quum id nisi supra uẽtriculos geminum diuisum ve sit. callosum enim nobis uocandum corpus, quod cerebri partium continuitatem commonstrat, ad elatissimam dextri & siniștri uentriculorum sedem consistit. Cæterùm nunc tempestiuum erit, callosi eius corporis, ac uentriculorum cerebri historiam aggredi: atque ita internam cerebri superficiem, quæq; ipsius partes adhuc absolutius enarrandæ supersunt, persequi.

DE CALLOSO CEREBRI CORPORE, ET DEXTRI SINISTRIQVE cerebri uentriculorum septo. Caput V.

SVPERIOREM callosi corporis sedem nulla ex parte diuulsam, eleganter proponit tertia figura characteribus L, L. Insuper hanc sedem, sed à cerebri substantia in lateribus liberam, ostendit quarta ad I, I, I. Humiliorem uerò callosi corporis sedem spectandam offert quinta, ad R, R, R. ubi etiam ad X, X, dein Y, Y, septum spectatur hoc Capite pertractandum.

Callosi corporis sedes & nomen.

PAVLO antè, omnem cerebri cerebelliq; substantiam exteriùs tenui membrana circundatam, ea parte qua membranam respicit, subflauam & quasi cinericiam esse retuli. At quædam cerebri [a] pars in externa ipsius superficie sese offert, tenui membrana non obuoluta. uerùm intimæ cerebri substantiæ modo, externa superficie candicans, albaq; & reliqua cerebri substantia ad superficiem consistente durior. unde etiã uetustissimi Græcorum partem hanc τυλλοειδῆ appellarunt: quos imitatus in orationis serie, eam partem callosum corpus semper nuncupaui. Deinde Græcorum nonnullis id etiam à forma, quòd [b] inferiori sede duorum arcuum modò sinuatum sit, & ab usu quòd sustineat, φαλλοειδῆ uocatur: quanquam in cerebro aliud [c] corpus recensebo, hoc nomine à pluribus magisq; ex merito donatum. Cæterùm callosum corpus in medio cerebri consistit, si cerebri dextrum siniștrumq; & basis cerebri medium in humiliori ipsius sede, & elatissimam cerebri in uertice regionem spectes, & quodammodo etiam ad priora posterioraq; attendas. Callosi enim corporis postrema pars anteriori cerebri sedi paulo uicinior est, quàm antica posteriori. In conspectum autem secantibus uenit, dextra cerebri parte à siniștra manibus [d] leuiter dirempta. quicquid enim ita diducto cerebro, partes ipsius unire committereq; apparet, albũ & candicans uisitur, ipsumq; adeò callosum est corpus, longum quidem, sed arctum. Præsens corpus illa superficie, quæ primùm diducto cerebro in conspectum uenit, gibbosum cernitur: eo quasi pacto, quo capitis uertex supra elatissimam frontis & occipitij sedem, & capitis latera protuberat. Quemadmodum uerò cerebrum ita ut dicebam diremptum, superiorem callosi corporis superficiem egregiè læuem æqualemq; ostendit: sic quoque indicat, corpus id communem cum cerebro partem esse, & non ex cerebri substantiæ superficie quæ mollior & subflaua est, sed ex intimiori substantia quæ durior & alba uisitur, enasci. Obseruantur enim utrinque ad callosi corporis latera secundùm ipsius longitudinem singuli [e] sinus in cerebri substantia, instar profundioris lineæ insculpti, ac cum superiore callosi corporis superficie eo magis patescentes, quo cerebrum uehementius, quasi id sursum in latera etiam acturus, seiunxeris. [f] Interior autem inferior ve ipsius superficies non nisi dextro siniștroq; cerebri uentriculo adaperto secantib. occurrit: quæ etsi per callosi corporis longitudinẽ quodãmodo sinuetur, neq; ut superior gibba sit, haud tamen simplex spectatur. nã secundũ ipsius longitudinẽ [g] duæ instar quartæ circuli partis excauatæ superficies ducũtur, & in illarũ medio tuberculũ quoddam instar lineæ exporrectum uisitur, perinde ac si altero quidem extremo duas quartas circuli partes in callosi corporis medio iunctas, reliquo autem extremo ad latera sursum protensas, intelligeres. Tuberculũ hoc deorsum prominens, sensimq; extenuatum, tandẽ dextri siniștriq; uentriculorum cerebri [h] septum efficitur: & tota interna callosi corporis superficies, tanta dextri siniștriq; uentriculorũ est portio, quanta uniuersa est superficies. ac dextra quidem superficici portio dextrum uentriculum; siniștra autem siniștrum respicit. Porrò dextri & siniștri uentriculorum septum eadem cum cerebro constat substantia, sed in medio quod ad superiora & inferiora attinet, adeò est tenue, ut quum clara luce dissectionem administramus, aut in altero tantum latere candelam admouemus, splendor ipsius tanquam per uitrum aut specularem lapidem pelluceat. Commodius tamen hanc septi regionem madidæ hostiæ, qualem sacerdotes Missę adhibere solent, quàm duris illis lapidibus comparaueris. In superiore parte qua septum toti corporis callosi continuatur longitudini, & inferiore qua superiori regioni eius cerebri corporis, quo fornici camerę ve simillimum esse dicemus, unitur, ipsum crassius quàm in media sede existit. humiliorem namque septi partẽ corpus testudinis modò effigiatum ex superiori sua regione educit: quemadmodum superior septi pars ab inferiori callosi corporis regione enascitur, produciturq;. Callosum corpus unà cum septo nullis uenis, ut neque etiam tenui membrana, uel aliqua etiam ex parte attextum est, sed è uicinis sedibus nutrimentum assumit. Non enim adeò grandis, crassaq; cerebri est portio, ut priuatis uasis indigeat, quamuis interim magnum animanti usum præstet. Huius siquidem interuentu, dextra cerebri pars siniștræ continuatur: deinde dextri & siniștri uentriculorum cerebri septum producit, idq; etiam [i] subleuat, ac demum illius medio & auxilio

a 3 fi. L, L.

b 5 fig. R, R.

c 5 fig. S, T, V. 6 fig. A, A, A.

d Vti factum est in 3 fig.

e Ad M 5 fi.

f 5 figu. il corpus sursum & in posteriora reflexũ est, atq; ita hic cernitur ad R, R, R.

g Vtring; unà ad Y, Y 5 fi. quibus characteribus tuberculũ insignitur.

h In 5 fi. diuulsũ est, et una pars X, X insignitur, altera Y, Y.

Dextri siniștriq; uentriculorum septi historia.

Callosi corporis ac septi usus.

Callosi corporis initiũ seu cũ reliqua cerebri substantia continuitas

Sinus ad callosi corporis latera obuij.

& auxilio corpus teſtudinis imagini potiſsimum comparatum attollit, quo minus id magna omnium cerebri functionum noxa, communem duorum cerebri uentriculorum [i] cauitatem compreſſurum delabatur. Cæterùm duo [k] ſinus in cerebri ſubſtantia inſtar profundioris lineæ ad ſuperiorem corporis calloſi ſuperficiem inciſi, præter hoc quòd extima ſuperficiariaq; cerebri pars calloſo corpori producendo inepta ſit, idq; ex penitiori adeoq; duriori ſubſtantia enaſci debeat, ad pituitæ defluxum ex ſuperioribus cerebri partibus facere creduntur, quam excipientes per gibbam calloſi corporis ſuperficiem in anteriora profluere ſinunt. Verùm de pituitam expurgantibus meatibus ſuo loco agendum erit; nunc autem uentriculi opportunè pertractabuntur.

i 3 fi. L, L & 5 fi. R, R, R ſubleuant Y, Y. X, X. eiuſ. fi. & Y, X attollunt S, T, V eiuſd. figuræ, ne A, A, A 6 fig. premat H, I. 6 fig. aut H 7 & 8 figuræ.

k 3 fig. M, M.

DE CEREBRI VENTRICVLIS. Caput VI.

DEXTRVM cerebri uentriculum oſtendunt quartæ & quintæ figuræ L, L, & ſextæ D, D. Siniſtrum autem quartæ & quintæ figuræ M, M, & priuatim quartæ N, N, dein ſextæ E, E. Communem uerò horum concauitatem ſeu tertium uentriculum exhibet ſeptimæ & octauæ figuræ H, cuius meatus ad quartum tendens uentriculum K inſignitur: ipſeq; quartus uentriculus partim undecimæ figuræ E notatur, & partim nonæ I, & decimæ L, M, N, O.

Ventriculorum numerus.

VENTRICVLORVM cerebri numero is aſcribitur, qui cerebello dorſaliq; medullę communis eſt, ac quartus etiam uentriculus dicitur. tres nanque præter illum in cerebro, Herophilum imitati, enumeramus, unum quidem in dextra cerebri parte, alterum in ſiniſtra, & tertium in cerebri, ſeu duorum primorum uentriculorum medio recenſentes. [a] Dexter [b] ſiniſtro, prorſus ſitu, forma, magnitudine, alijsq; omnibus quæ in partium conſtructione examinari ſolita ſunt, correſpondet: quare etiã ſingula quæ de dextro ſcribentur, de ſiniſtro quoque nos dixiſſe arbitrari conduxerit. In dextra itaque cerebri [c] parte ſecundùm ipſius longitudinem dexter conſiſtit uentriculus, tantum anteriori ſede à fronte, quantum maximè poſteriori ab occipitio, remotus: tantumq; illis ſedibus ab externa cerebri ſuperficie ſeiunctus, quantum ipſius uentriculi dextrum, exterius ve latus à ſuperficie cerebri diſtat, ſuo caluariæ lateri contermina. Internum uerò dextri uentriculi latus ſecundùm [d] calloſi corporis longitudinem ſiniſtri uentriculi interno lateri proximum eſt: neque aliud interſtitium ambos ſeparat, quàm [e] tenuis quædam, & uelut, quod ad ſubtilitatem attinet, membranea cerebri portiuncula, quam ſeptum uocauimus. Verùm ubi uentriculi in ea cerebri parte conſiſtunt, quæ prorſus diuiditur, ut illa quæ cerebello incumbit, & quæ fronti proxima eſt, ibi ipſorum latera maximè dirimuntur inuicem: nam præter cerebri membranas hanc ſectionem ſubintrantes, etiam plurima cerebri ſubſtantia uentriculos ſeiungit, hacq; ratione uentriculorum inceſſus [f] obliquitas quædam in lateribus ſeſe offert. Cæterùm [g] anterior uentriculi pars obtuſa eſt & rotunda, non uerò, etſi omnes mihi ſecus ſcribere uideantur, in acutum uerſus olfactus [h] organa, aut [i] uiſorios neruos deſinens. Neque etiam hac parte aliquem ductum meatum ve à ſe porrigit, niſi quod interno latere, ut mox dicam diffuſius, decliuis ad [k] tertium uentriculum pertingat. [l] Poſterior autem uentriculi regio occipitium reſpiciens, obtuſa quidem eſt & rotunda, ac deorſum ſenſim in cerebri ſubſtantiam uerſus priora paulatim cornu in modum arctata tantiſper [m] deſcendit, donec illuc perueniat, ubi olfactus organorum & uiſoriorum neruorum conſiſtit principium, & quà maximi ſoporalium arteriarum [n] rami in cerebrum feruntur. Cæterùm hic [o] ductus ſuo mucrone in ſui lateris olfactus organum & uiſorium neruum neutiquam ceſſat. multoq; minus quadam continuitate illud olfactus organum perforat, uerùm in unam cerebri inuolutionum ibidem ad cerebri baſim [p] terminatur, & in ſe maximam cerebrum petentium [q] arteriam cum tenuis cerebri membranæ proceſſu illam ſuffulciente admittit, pituitæq; portionem in ipſo collectam ad [r] infundibulum & cyathum defert, quem hac in ſede pituitam excipere transfundereq; audies. Hæc quum dico, innumera Galeni dogmata mihi reclamare haud ambigo, quæ olfactus organa cerebri anteriores eſſe uentriculos uariè docent, & eoſdem uentriculos tenues ſenſim factos in uiſorios neruos ſuo mucrone finire: & quod longè alieniſsimum eſt, anteriores hos cerebri uentriculos uerſus [s] os cribri aut ſpongiæ modo in narium ſummo perforatum, pituitam per caua olfactus organa, tanquam per canalem, deducere atteſtatur: eiuſmodiq; non pauca, quæ potius ex reſectione, quàm prolixa quapiam diſceptatione diſci conſuluerim. Vniuerſa uentriculi ſuperficies lubrica & aqueo humore oblita, & inter diſſecandum ſubinde eodem oppleta conſpicitur. Deinde uniuerſi [t] ductus uentriculi ſecundùm cerebri longitudinem incedentis ſuperior [u] pars, omnis inæqualitatis eſt expers. Inferiorem uerò eius [x] partem efficit inæqualem [y] ſinus quidam, ex poſterioris uentriculi ſedis externo latere antrorſum obliquè ad communem uentriculorum cauitatem prorepens, & ad leuiorem pituitæ defluxum paratus. Dein ad inæqualitatem facit ea uentriculi [z] pars, quæ deorſum è poſteriore uentriculi ſede prorepit. Ille nanque uentriculi reflexus unà cum ſinu illo in cauſa eſt, ut [a] monticulus quodammodo in anteriori poſterioriq; inferioris ſedis uentriculi regionibus extuberet: qui à dextro latere decliuis ad ſiniſtrum latus, uerſusq; communem uentriculorum cauitatem fertur. Inferiores enim uentriculi dextri & ſiniſtri partes, quæ tota calloſi corporis longitudine continuæ [b] uiſuntur, uerſus utriuſque medium communemq; illam cauitatem deorſum inclinant, & non ut ſuperiores uentriculorum partes & latera, orbiculatæ, & ab inuicem ſepto ali-

Dextri & ſiniſtri hiſtoria.

Permulta Galeni parũ uera dogmata hic nõ deſcribi.

Communis uentriculorum dextri & ſiniſtri concauitatis, ſeu tertij uentriculi hiſtoria.

a 4, 5 fig. L, L. 6 fig. D, D.

b 4, 5 fig M, M 6 fig. E, E.

c 3 fi. A, A

d 5 fig. L, L. 4 fi. I, I, I

e 5 fi. X, X. & Y, Y.

f Obliquitatem hanc oſtendit 4 fig. ab L ad L & ab M ad M, et ab N ad N.

g 4 fi. inferius L & N.

h 13 fi. L, L.

i 13 figu. N, O.

k 5 fi. ſub S, T, V. & 6 figu. Vbi conſiſtit H, I. et 7 fi. H.

l ſuperius L et N 4 fi.

m Confer F, G, 6, 7, 8 figurarum.

n 13 fi. P.

o Specta figuram 3 capiti inſertã lib. 4.

p 1 fi. cap. 2 li. 4 char. 1 aut 3.

q 13 fi. Q. 6, 7, 8 F.

r 14 fi. C, C. 15 fi. E.

s 8 fi. cap. 6 lib. 1 A, B, A.

t 4 fig. ab L ad L, & ab N, ad N.

u 4 fig. N, N.

x 5 figura L, L.

y 6 figu. R aut S. & inter L & L figu. 4, 5. z fig. cap. 3 lib. 4 inſertæ B, C, D. a 5 fig. L, L. b Quaſi ab H ad P fig. 6.

quo dirempta ſpectantur. Neque profectò aliud eſt [c] communis uentriculorum cauitas, quàm inferiorũ dextri & ſiniſtri uentriculorum partium ſub [d] corpore teſtudinis imagini comparato deſcenſus concurſusq;, qui inferiori parte oblongam uallem duorum uicinorum montium exprimit, acutum ve per ſuam longitudinem angulum efformat. Superiori uerò ſede ad teſtudinem imitantis corporis effigiem cauitas illa ſecundùm concauum orbiculata, teres ve uiſitur. Cuiuſmodi uerò corpus illud ſit, ſequenti Capite explicabitur: nunc interim uentriculorum ſermone tantum inſtituto, quorum iam duos dextrum uidelicet & ſiniſtrum recenſuimus, & propemodum etiam tertium, qui communis amborum eſt cauitas, binos à ſe educens meatus, quorum [e] unus ex humiliori ipſius ſede, ubi acutum angulum per totam ſui longitudinem uallis cuiuſdam ritu exprimit, rectà deorſum uerſus cyathum cerebri pituitam excipientem porrigitur. [f] Alter autem meatus qui poſterior eſt, tertij uentriculi non minima pars eenſendus uenit, & inter cerebri [g] teſtes & nates, ac ſuper dorſalis medullæ initium decliuis, ad quartum uentriculum retrorſum pertinet. Meatus huius initium non adamuſim orbiculare uiſitur, ſed quodammodo triangulare. ſeruat enim in inferiori ſede acutum ſuæ cauitatis, unde prodit, angulum: in ſuperiore uerò meatus parte, quæ [h] glandi uaſorum tertium cerebri uentriculum petentium diuiſioni præfectæ, proxima conſpicitur, tranſuerſa linea anguli illius latera connectit, ipſaq; cum illis alios duos angulos conſtituit. Atque huiuſmodi etiam meatus huius [i] orificium eſt, quo is quartum uentriculum ſub cerebri natibus reſpicit. Ex inferiori meatus iſtius angulo, quà primùm inter cerebri teſtes ferri incipit, [k] meatus alius raro educitur, qui per cerebri ſubſtantiam deorſum in priora protenſus, ad [l] finem eius meatus tandem ceſſat, quem ex humiliori tertij uentriculi ſede rectà deorſum duci, atque in cyathum terminare diximus, in quem ambos iſtos meatus, cerebri pituitam deferre audies. Cæterùm [m] quartus uentriculus, ex dorſalis medullæ & cerebelli ſinibus componitur, non ſecus quàm ſi utraque manu unam fingeres cauitatem. Dorſalis itaque medulla ex cerebro [n] prodit, ubi tertius uentriculus [o] meatum uerſus quartum uentriculum primùm porrigit, teſtesq; cerebri & nates dorſalis medullæ principio continuantur, ac meatum illum tertij uentriculi cum dorſalis medullæ initio æqualiter ſic deducunt, ut meatus ſuperior ſedes illis, inferior autem dorſali medullæ inciſa ſit. Poſtquam uerò meatus ille nates ſuperauit, eius portio quæ dorſali inciſa uidetur, dilatari incipit, ac [p] ſinum efformat uſque ad eum ferè dorſalis medullæ [q] locum, quà caluariam hæc egreſſura eſt, pertinentem. Sinum hunc Herophilus cauitati rectiſsimè aſsimilauit calami quo ſcribimus. nam ſi huic ſinui eam calami partem, quam atramẽto intingimus, comparaueris, animaduertes profectò calami orificium, ubi adhuc calamus teres eſt, & ſectioni uicinus, tertij uentriculi meatus [r] ſini reſpondere, ſub natibus prominenti: deinde cuſpidem quo literas fingimus, ſimilem obſeruabis infimæ ſinus parti, quà is in dorſalem medullam iam ex caluaria exciſuram, ueluti porum anguſtumq; meatum producit. duos autem calami angulos, quos inter mucronem & elatiſsimæ ſectionis initium fingimus, ipſiusque calami cauitatis latera, ſinus lateribus ſimillima offendes. Ad huius dorſalis medullæ ſinus cauitatisve latera, ubi anguli illi conſiſtunt, unus [s] utrobiq; dorſalis medullæ orbicularis proceſſus habetur, cui duntaxat cerebellum adnaſcitur, & ad quem id continuum cum dorſali medulla corpus efficitur. Huiuſmodi igitur dorſalis medullæ cauitas eſt, alteram quarti uentriculi partem conſtituens. Quæ autem in cerebello ſpectatur [t] cauitas, inter [u] duas orbiculares cerebelli ſedes, quib. dorſali medullæ continuatur, & inter eius cerebelli [x] partis quam ueluti tertiam ipſius portionem recenſuimus, & uermis imagini comparauimus [y] extrema, exculpitur, latior quàm longior, non tamen admodum profunda. Hæc alteram quarti uentriculi partem conſtituit, qui in anteriori & poſteriori ſede, quantum ad cerebri cerebelliq; ſubſtantiæ continuitatem ſpectat, dehiſcit, quum ſcilicet neque anterior, neque poſterior cerebelli pars dorſali medullæ adnaſcatur. quamuis interim uentriculus iſte tenui cerebri membrana, & anteriori & poſteriori parte, quodam modo occludatur. In [z] anteriori enim parte tenuis membrana, qua cerebellum cerebro & cerebri natibus committit, uentriculum obuoluit, [a] poſteriorem uerò illius ſedem obſtruit, tenuis membranæ portio cerebellum dorſali medullæ ibidem colligans. Quartus uentriculus nihil in ſe præter aqueum humorem, qui in alijs uentriculis communis eſt, inter diſſecandum continere animaduertitur, quemadmodum neque meatus ex tertio cerebri uentriculo in quartum pertinens. At dexter & ſiniſter uentriculi, præter huiuſmodi humorem, etiam [b] plexum quendam in ſe continent, quem diſſectionum periti [c] ſecundinis fœtus ve inuolucris comparant. Tertius autem uentriculus [d] uenoſum illud uas deducit, quod multifariam complicatum plexus illius conſtituendi gratia à quarto duræ membranæ ſinu propagari, in tertio libro docuimus. Deinde anterior quoque horum uentriculorum pars ab illo uaſe [e] uenulas impenſe graciles interdũ aſſumit, illis quàm ſimillimas quibus [f] adhærentem oculi tunicam exornari conſpicimus. atque huiuſmodi uenulæ uentriculorum ſuperficiei adnaſcuntur facilius, quòd durior & quaſi calloſior cerebri ſubſtantia in uentriculorum ſuperficie, quàm alibi, occurrat. Cæterùm Galenum, cæterosq; omnes qui poſt illum in Anatome nobis quicquam prodiderunt, miror ſcribere, trium primorum cerebri uentriculorum ſuperficiem tenui membrana, uti ipſum cerebrum, cingi obduciq;, quartum autem non ita: quum nulla prorſus alicuius uentriculi meatus ve ſuperficies tenui membrana obuoluatur. Quis enim, obſecro, diligenter humanæ fabricæ partes examinans, neque alicuius ſcriptis ſolùm addictus, non uel hinc conſpiciet, Galenum pleraque, & præcipuè in libtis de Vſu partium, imaginatum fuiſſe? Arbitrabatur namque tam mollem cerebri eſſe ſubſtantiam, ut inciſi ipſi uentriculi in ſe colligi debuiſſent, ſi tenui membrana intus non ſuccingerentur. dein duriorem cerebello tribuens ſubſtantiam, ſibi perſuadebat, eius uentriculum citra membranę, quæ ipſi fulcri loco eſſet, beneficium, poſſe contineri. Ego ſanè arbitror Galenum, quum illos libros ſcriberet, apud Herophilum, aut Andream, aut Marinum, aut alium quempiam legiſſe, in tres cerebri uentriculos

Meatus à tertio uentriculo educti.

Quarti uẽtriculi hiſtoria.

Quid ſingulis inſit uentriculis.

Tres primos cerebri uentriculos tenui mẽbrana non ſuccingi.

c 6 *fig. ſub* H,I,7,8 *figura* H.
d 5 *fi.* S,T, V. 6 *fig.* A, A,A.
e 7,8 *fi.* I.
f 7,8 *fi.* K. *& o Claua etiam* L. 10 *figu.* B, C.
g 7 *fig.* M, N 8 *fig.* N, O, P, Q. 10 E, G, F, H.
h 7 *fi.* L. 10 *fig.* D.
i 10 *figur.* C. *reſpondens autem hac orificia ſuperiori triangulo fig. cap.* 13 *li.* 3 *inſerte.*
k *Vbi* K *cũ ſiſtit in* 8 *fig.*
l 11 *fi. ca.* 2 *l.* 4 *cha.* 2 *et fig.* 14 D.
m 9 *fig.* L. 10 L, M, N, O *cũ* 11 *fi.* E *conſtituũt quartũ ventriculum.*
n 1 *fi. ca.* 2 *lib.* 4 D.
o 7, 8 *fi.* K, 10 *fi.* B.
p 10 *fi.* L, M, N, O.
q 9 *fig.* H.
r 10 *fig.* C.
s 10 *fi.* L, X
t 11 *fi.* E
u 11 *fi.* G G.
x 8 *fig. medium* R. 9 *fig.* C.
y 11 *fig.* C, D. *c, d.*
z 7 *fig.* X. X *iuxta* M N.
a 9 *fi. quaſi* E *ad* H *cõmitteres.*
b 4, 5 *fi.* O, O. 6 *figura* M, N.
c *fig.* 30 *li.* 5.
d 6 *fi.* H, I. *& 7 fi.* V *eductum à* T
e 4 *fig.* P. 6 *fi.* O, O.
f 18 *fi. ca.* 14 *n.n.*

culos tenuis membranę proceſſus partes ve porrigi,non item uerò in quartum uentriculum. qua oratione illi uentriculos membrana quapiam ueluti peritonæo,aut tunica coſtis ſubducta ſuccingi non indicabant: g 6 *fig.* M, N.H. I. uerùm tenuis membranæ g partes intelligebant,uaſa in uentriculos deducentes, à quibus ſecundarum modo efformati plexus fabricantur,cuiuſmodi pars in quartum uentriculum nulla exporrigitur. Quinetiã præter id quod uentriculi membranis neutiquam ſuccinguntur, illæ obſtaculo eſſent, quo minus cerebri ſubſtantia interſtitio quodam præpedita, materiam ſuis uentriculis oblatam, in animales ſpiritus emutaret. Cæterùm præſens Caput, ut uniuerſum uentriculorum uſum iam recenſerem, expeteret quidem: at quicquid propemodum adducere ſcriptisq; mandare auſus eſſem,in huius libri initio, ubi cerebri uſus obiter enarrandus erat,recenſui. Nihil enim in præſentia uentriculis aliud tribuere ſtatui, quàm illos cauitates ſinusq; eſſe,in quibus attractus per inſpirationem aer, uitalisq; ſpiritus a corde ipſis tranſmiſſus, priuatæ cerebri materiei formęq; ui in animalem ſpiritum emutatur. qui poſtmodum per neruos ad ſenſuum motusq; organa diſtribuitur,ut illa huius ſpiritus beneficio, & apta ſuis munijs conſtructione, peculiari fungantur officio,quo muſculi mouent,oculus uidet,olfactus organa olfaciunt, auditus organa ſonos percipiunt,& lingua ſapores dignoſcit, & demum omnis ferè pars cui neruus exporrigitur, tactiles qualitates dijudicat. Hunc itaque in gignendo animali ſpiritu uſum uentriculis aſcribere neutiquam uereor: at de principis animę facultatum in cerebro ſedibus nihil enarrandum duco. Quandoquidem omnes quibuſcum uiuimus,præcipuas principis animæ uires ſimijs,canibus,equis, eiusq; generis animantibus, ut & auibus & piſcibus omnino adimunt: & ut cæteras taceam, ſoli homini ratiocinandi facultatem, eamq; omnibus, quantum ab ipſis capere poſſum, parem tribuunt: quamuis interim homines nullo ſinu permulta animalia ſuperare inter diſſecandum conſpicimus: neque ſolum numerus idem eſt,at cætera omnia(ſi modò molẽ & temperamenti fortè ad iuſtitiam integritatem excipias) inter ſe ſunt ſimillima. Liceat itaque uel illorum hominum gratia me ab alio uentriculorum uſu inquirendo abſtinere: neque uel hic Galeni placiti meminiſſe,quod in tertio de Hippocratis & Platonis dogmatibus libro,medium uentriculum: in libris autem de Partium uſu poſtremum, principaliſsimum eſſe docet. Ac proinde Deo rerum omnium opifici hymnos canentes,gratias agamus,quòd nobis rationalem animam, quam cum angelis (ut Plato etiam malè tracta

Ventriculorum uſus.

1 4 *fig.* L, M *ſuperiora* 5 *fig.* S, T. 6 *fig.* B, C.

torum philoſophorum haud immemor innuebat) communem habemus,largitus fuerit: cuius beneficio,ſi modò fides adſit,æterna illa fœlicitate fruemur,quando animæ ſedem ac ſubſtantiam non corporum reſectione,aut noſtra corporeo adhuc uinculo obruta, & ex bona corporis ſanitate conſtitutioneq; pendente ratione inquirere neceſſum erit.nam is qui uera eſt ſapientia,nos nõ hoc generabili & putreſcibili corpore amplius,ſed ſpirituali ſuoq; quàm ſimillimo conſtantes,edocebit.

b 3 *fig.* L, L. 5 *figur.* R,R.

DE CEREBRI CORPORE, TESTVDINIS FORNICIS VE imagini comparato. Caput VII.

c 5 *fig.* S, *cõtinuũ eſt cum* T. *&* 6 *fig.* B, A, *cum* A, C.

SVPERIOREM huius corporis ſedem oſtendit quintæ figuræ S,T,V. quanquam & eius ſedis modicam partem etiam proponat quartæ figuræ L,M. & ſextæ figuræ B,C. ubi etiam inferior ſedes ſpectatur ad A,A,A.

d 5 *fig.* S, T *ad* V. *&* 6 *fig.* B, C *ad ſupremum* A.

Teſtudinis in modũ formati corporis ſitus.

FORNICIS ſeu teſtudinis modò,extructum corpus, in illarum cerebri partium numero reponitur, uel quarum etiam interuentu dextram cerebri partem ſiniſtræ eſſe continuam nequimus inficiari. Eſt itaq; id unicum,& in cerebri medio repoſitum,ac pariter utriſque cerebri partibus commune. Ex poſteriori enim dextri & ſiniſtri uentriculorum ſede,qua hæc deorſum in priora reflectitur, ſtatim in ipſo reflexu corpus hoc [a] enaſcitur, ſimilem prorſus ſubſtantiam cum cerebri uentriculorum ſubſtantia ſortitum, niſi quòd paulo quàm uentriculorum ſubſtantia candidior, & [b] calloſi corporis modo durior exiſtit, nullibi etiam tenui membrana cerebri obducta. Huius corporis [c] pars,quam dexter uentriculus educit,ei continua eſt, cuius principium ex ſiniſtro pendet: ac ſimul ambæ partes latum quoddam corpus efficiunt, quod ſtatim ab ortu à reliqua uentriculorum cerebri ſubſtantia abſcedit, ſenſimq; in acutum [d] deſinens, antrorſum perfertur,ad eum uſque cerebri locum pertingens,quo anterior tertij uentriculi pars [e] ceſſat. Ibidem nanque acuto quodam angulo corpus hoc ſubſtantiæ cerebri rurſus unitur, totoque ſuo ductu triangularem figuram inequalibus lateribus conſtantem refert. cuius [f] primum latus, quod & breuiſsimum eſt, à poſteriori ſede dextri uentriculi ad poſteriorem ſiniſtri protenditur. g Alterum in dextro conſiſtit uentriculo,à poſteriori ipſius ſede uerſus interiora uſque ad priorem tertij uentriculi partem protenſum. [h] Tertium in ſiniſtro poſitum uentriculo,ſecundo lateri longitudine correſpondet. Atque ita corpus iſtud inferiore ipſius ſede unica donatur [i] ſuperficie,triangulari teſtudini fornici ve quàm ſimillima.unde etiã corpus hoc ab imagine,quemadmodum & ab uſu Græcis χαλκιδοειδὲς & καμαρίον nuncupatur. Cæterùm [k] ſuperior huius corporis ſedes, gibba, ac pro inferioris ſedis ſeu ſuperficiei cauitatis ratione conuexa uiſitur, non tamen ut illa ſimplex & continua.Superior nanque ſecundùm corporis huius longitudinem in ſui medio latioris inſtar lineę [l] extuberat,continuaq; cum dextri & ſiniſtri uentriculorum ſepto efficitur, adeò ut in utroque ſuperioris ſedis latere una haberi uideatur ſuperficies,quę in ipſo corporis ex poſteriori uentriculorum ſede exortu impenſe orbicularis,ac oblongæ ſphæræ ſuperficiei tam ſimilis conſpicitur,ut nonnullis hi [m] exortus eò uſque impoſuerit, ut illos cerebri nates à Veteribus appellatos eſſe exiſtimauerint. Tres itaque corporis teſtudinis modo conformati ſuperficies,quę lęues omnino ſunt, & aqueo humore perfuſę,cerebri undique ſpectant uentriculos. tota enim inferior ipſius ſuperficies tertij uentriculi ſuperiorem ſedem

Subſtantia.

e Iuxta P 6 *figuræ.*

Nexus.

f 5 *fig.* ab S ad T. *aut* 6. *fi.* a B ad C.

g 5 *fi.* ab S ad V. *aut* 6 *figu.* à B *ad ſupremũ* A.

Inferior ſedes.

h 5 *fi.* à T ad V. *aut* 6 *fi.* à C *ad ſupremum* A.

i 6 *figuræ* A,A,A.

k *in* 5 *fi. tota occurrit.*

Superior ſedes.

l 5 *fi.* X,X *qui characteres in integro adhuc cerebro cõtinui sũt cum* Y,Y *eiuſdem figuræ.*

m 5 *fig.* S, T.

rem sedem conficit,& sub ipsa dextri ac siniſtri uentriculorum fit communio. dextra autem superioris sedis superficies dextrum respicit uentriculum, siniſtra uerò siniſtrum. Natura igitur corpus istud eum in modum creauit,ut instar testudinis,superiorum corporum impetum,quo minus illa corruant,sustinentis, tertium cerebri uentriculum amplum seruet,sesęq; ipsum haud concidere sinat. ad quem usum, præter aptam constructionem,tres eius anguli quibus se tripodis modo sustinet,auxiliantur. quinetiam septum uentriculorum, calloſi corporis beneficio sursum tractum, hoc corpus quoque subleuat, & attollit. Quod insuper [n] uas quoddam uariè implexum,& a quarto duræ membranæ sinu pronatum,ac tandem in dextrum & siniſtrum cerebri uentriculos bipartitum,sub se deduci sinit,& quo minus id à cerebri illi incumbenti substantia prematur,continuè prohibet.

n *6 fig H. I. aut 7 fig. V à T natum.*

DE CEREBRI GLANDE NVCIS PINEAE IMAGINEM exprimente. Caput VIII.

OSTENDITVR hæc septimæ figuræ L,& octauæ M,& decimæ D.

Glandis pineæ nuci similis situs, & constructio.

IVXTA posteriorem testudinis modò formati [a] corporis sedem, qua [b] uas uenosum ex [c] quarto duræ membranæ sinu in tertium cerebri uentriculum, primùm porrigi incipit, [d] glandulam Natura condidit nuci pineæ aut turbinatæ figuræ similem, ac proinde κωνοειδῆ & κωνάριον à Græcis appellatam. Reponitur autem sub uasis illius initio, mucrone suo sursum spectans: basi uerò incumbit cerebri substantiæ, paulo posteriùs quàm [e] meatus uisitur initium,qui ex tertio cerebri uentriculo in quartum procedit. Neq; profectò aliter huius glandis situm exprimere possim,nisi etiam eminentissimæ & anteriori [f] testium cerebri parti illam inniti adijcerem. Huic enim parti in homine,glans potius innititur, quàm substantiæ quadam communitate unitur:perinde ac si glans continua quæpiam cerebri substantiæ portiuncula haud esset censenda. In hominibus nanque cerebro uix hæret:frequentissimeq;,nisi quis mentem operi accommodet, in resectione unà cum uenoso cui substernitur uase auelli consueuit. In agno autem, aut prouectioris ætatis oue,non tantum cerebro hæret;uerùm etiam cerebri substantiæ quodammodo continua cernitur. Insuper homo iam natu grandior,eam glandem minorem,quàm uel agnus,sortitur. unde tum hanc ipsam,tum quę sequenti Capite describentur organa uisurus,commodissimè agninum quoque cerebrum aggredieris. habebit enim id omnia proceriora,& ut opportunè alicui rei eadem assimiles, accuratius conficta. Galenus glandem hanc (quæ cerebri substantia durior,magisq; ad glandis quàm ad cerebri naturam accedit) meatui à tertio cerebri uentriculo in quartum porrecto præesse,& (quod aliquibus dissectionis uisum erat professoribus)glandem hanc meatum illum occludere,aperireq;, prorsus negat:non eundem huic glandi cum [g] glandoso corpore usum tribuens,quod sub dextro uentriculi orificio, duodeno intestino connascitur, quodq; constructioni eius uentriculi orificij præesse arbitratus est. Verùm ut id illius muneris gratia haud fabricatum esse,suo loco ostendimus:sic etiam hic cum Galeno testamur,præsentem cerebri glandem eum quem diximus meatum nequaquam obturare,uel ob hoc præcipuè,quòd haudquaquam meatum adeò contingat,ut antè ipsius orificium conniuere possit. Verùm ob id factam opinor, ut quemadmodum aliæ corporis glandulæ permultæ,firmamentum esset [h] uasi quod tertium cerebri uentriculum accedit, & ab ortu statim in frequentes ramos tenui membrana contextos diuiditur,à præsentiq; glandula suffulcitur: ne dicti meatus principiò statim suo in cerebri cauitatem ingressu,proximè incumbens,eum obstrueret, animalemq; spiritum ex tertio cerebri uentriculo in quartum ferri prohiberet.

Præsentis glãdis usus.

a *5 fig. S, T, V. 6 fig. A, A, A.*
b *6 fi. H. I.*
c *7 fig. T.*
d *7 fi. L. fig. M. 10 fi. figura D.*
e *7 fig. K. 10 fi. B.*
f *7 fig. M, N. 10 figu. E, G.*
g *12 fi. li. 5 i, i. 15 fi. S.*
h *6 fi. H*

DE TESTIBVS ET NATIBVS CEREBRI. Caput IX.

CEREBRI testes & nates primùm in septima proponuntur figura ad M,N. dein in octaua ad N,O & P,Q. postremò in decima ad E,G & F,H.

Testium & natium cerebri numerus.

HANC quoque cerebri portionem sedem ve illarum partium classi annumeramus, quæ [a] dextram cerebri partem [b] siniſtræ continuam esse arguunt. Sunt autem testes hi nateſq; aliud nihil prorsus,quàm quædam cerebri portio in hoc fabricata, ut [c] meatus ex tertio cerebri uentriculo quartum accedens,tutò citra aliquem à superioribus cerebri partibus compressum deferretur:neq; etiam,etsi multitudinis nomine pars hæc donetur, ob id in plures disiunctasq; partes diuisa est. nam unica cernitur, eleganter à quadam similitudine,uti mox dicam,hæc nomina sibi uendicans. *Situs.* [d] Reponitur enim inter anteriorem cerebelli sedem, & posteriorem tertij uentriculi regionem:deinde inferiori sede spectat dorsalis medullæ [e] initium, superiori eam cerebri partem quæ cerebello iam inniti incipit. Continuatur autem cerebro, aut (ut rectiùs dicam) à cerebro enascitur tota anteriore sua sede & inferiore. in lateribus uerò,& superiore & posteriore ipsius sedibus,nulli particulæ cerebri continua est,sed tantum tenui membrana ut reliqua cerebri superficies *Substantia.* obducitur. Substantia ipsius subflaua est,illiq; [f] substantiæ cerebri correspondet,quæ proximè tenui membranæ accedit. In superiori parte iuxta anteriora, ipsi [g] glandula incumbit, quam paulo antè [h] uasis mi- *Forma.* rum in modum implexi deductui præfectam ostendimus. Pars hæc,effigiem quandam exprimit,duabus sibi commissis natibus quàm simillimam. Verùm quoniam [i] superior ipsius regio testes magis, propter glandem

a *3 fig. A, A.*
b *3 fig. B, B.*
c *7, 8 fig. K. 10 figu. B, C.*
d *7 fi. M, N ponũtur in H, K & X, X.*
e *1. fig. ca. 2 lib. 4. D. aut hic qđ in 10 fi. habetur, sub A, A, F, H.*
f *7 fig. D, D.*
g *7 fig. L. 10 fi. D.*
h *6 fi. H, I. & 7 fig. V.*
i *10 fi. E, G. quib. proximũ est D.*

DE INFVNDIBVLO, ET GLANDVLA IN CALVARIAE CAVITATE ad cerebri pituitæ expurgationem paratis, & reliquis dein ductibus pituitæ excretioni famulantibus. Caput XI.

HVC primùm spectant tertiæ figuræ M, M, sinus notantia ad calloſi corporis latera ſuperiori in ſede poſitos. dein ſeptimæ & octauæ figuræ I, meatum indicans, qui ex tertio cerebri uentriculo pituitam rectà deorſum ducit. Præterea K octauæ figuræ, ad cuius internum latus meatus occurrit ex meatu è tertio uentriculo ad quartum producto initium ſumens, & obliquè ad eius meatus finem per cerebri ſubſtantiam ductus, qui rectà ex tertio uentriculo deſcendit, ac I inſignitur, inibiq; ceſſat, ubi in prima figura Capitis ſecundi libri quarti character 2 ſpectatur. in qua etiam characteres, 2, 2, terminos notant reflexuum quos dexter & ſiniſter uentriculi à poſterioribus ipſorum ſedibus moliuntur, quiq; huc pituitam quoque mandant ad cyathum ſeu infundibulum, quod exprimitur S decimætertiæ figuræ, & C, C decimæquartæ, & E decimæquintæ, & B decimæſextæ ac decimæoctauæ. Glans uerò in quã hæc dein defluit, notatur A decimæſextæ, & E decimæſeptimæ, & A etiam decimæoctauæ: ubi C, D, E, F obiter & quodammodo ductus notant, pituitam à glande deferentes. Foraminum autem & ſinuum per oſſa pituitam deducentium notæ, ex ſecunda & tertia figuris Cap. 12. lib. primi ueniunt petendæ.

Breuis enumeratio partium ad pituitæ defluxum præcipuè famulãtium.

CALVARIAE [a] futuras ad fuliginoſorum cerebri excrementorum tranſitum ſummoperè opitulari, primus liber, ubi illarum uſus recenſebatur, oſtendit. Præſens autem locus exigit, ut partes ſingulas pituitoſę (qua cerebrum propter ipſius molem, & ſubſtantię ſuæ à ſanguine diſcrimen, abundat) excretioni famulantes explicemus. Sunt uerò hæ potiſsimùm, duo in cerebri ſubſtantia inſculpti meatus, dein tenuis membranæ portio infundibuli inſtar efformata, poſtmodum glandula infundibuli huius mucronẽ excipiens, & meatus ac foramina à glandula hac ad palatum nariumq; cauitatem pituitam deducentia. Duos equidem cerebri meatus, quum tertium cerebri uentriculum proſequerer, antea recenſui. ac [b] unum quidem inſigni ſatis amplitudine ex media ipſius ſede rectà deorſum in cerebri ſubſtantia exculptum deſcendere dixi, ita ſanè, ut præſentis meatus finis eregionè eius caluariæ [c] partis conſiſtat, quæ ſinum [d] glandulæ qua cerebri pituita excipitur reponendæ aptum, conſtituit. [e] Alter meatus, quem rariſsimè obſeruaui, quemq; Galenus etiam in nono de Adminiſtrandis ſectionibus libro præterijſſe uidetur, iam dicto longè arctior ſecantibus occurrit, ac ex [f] meatu illo progreditur, qui à tertio uentriculo in quartum per cerebri teſtes natesq; pertingit. quamprimum enim meatus is cerebri teſtes ſubire incipit, ex anteriori inferiori ve ipſius ſede, alter is pituitæ expurgandæ ſubſeruiens meatus educitur, ſenſim deorſum in anteriora tantiſper in cerebri ſubſtantia protenſus, dum in finem primi meatus terminetur, lidemq; ex ambobus meatibus [g] orificium conſurgat. Ad huius orificij latera, tenuis membrana etiam hic cerebri baſim ſuccingens, orbiculatim à ſe educit ſui [h] portionem proceſſum ve, ſubſtantia prorſus cum reliqua tenui membrana ſimile: niſi quòd gracilibus prorſus uenis, quanquam interim frequentibus, intertexitur. Præſentis proceſſus initium accuratè refert elatiſsimam regionem infundibuli, quo uinum in anguſtioris orificij lagenas infunditur. eſt enim amplum, & orbiculare: ac dein ab exortu ſenſim in arctum, infundibuli quoque modo cogitur, donec tandem ueluti in anguſtam oblongamq; fiſtulam ſimiliter atque infundibula finiat, quæ deorſum protenſa, per peculiare ſibi in dura cerebri membrana exciſum [i] foramen deſcendit, ſuo mucrone ad glandem qua cerebri pituita excipitur, deſinens. Adeò ut uniuerſum hoc membraneum corpus infundibulo, & imagine & uſu quàm ſimililmum cenſeri debeat, unde etiam Græcis χοάνη nuncupatur. quanquam etiam à ſcyphi, ſeu in qua in balneis lauamur conchæ forma (quam ſuperior huius corporis pars concinnè exprimit) πύελος appelletur. Nihilominus alibi à nominum impoſitoribus, humilior corporis huius pars infundibuli fiſtulæ non abſimilis, χοάνη dicta uidetur. reliqua autem pars ſuperior, quæ ſenſim uerſus inferiora in arctum deſinit, magnaq; ex parte uiſorijs neruis, quà illi inuicem coeunt, [k] ſubtenditur, πύελος. Rurſus integrum hoc membraneum corpus, πύελον nonnullis uocatum uideo: glandem autem in quam pituita diſtillat, χοανίλιον: quaſi forma quæpiam eſſet, in quam aliquid infunditur. Verùm ſi ueteres, qui ſuos pueros Anatomen docebant, id nomen glandi illi non attribuerint, eam inter omnes in caluariæ cauitate repoſitas partes ſolam priuato nomine indigam reliquiſſe uidebuntur. Locatur autem hæc glandula ſub dura cerebri membrana, in proprio ipſi in oſſe cuneum imitante exſculpto [l] ſinu, cuius etiam effigiem quodammodo exprimit, depreſſa nanque eſt, & in humiliori parte gibboſa, in ſuperiori autem concaua, & ſinu quodam inſinuata. deinde ſecundum orbem non prorſus circularis conſpicitur, uerùm paulo minùs tota quadrata. Subſtantia conſtat glanduloſa, ſed cæterarum glandium corporis ſubſtantia longè duriore ac compactiore. Omni ex parte tenui membrana obducitur, quæ aut ab infundibuli termino glandulæ ſinui innato exoritur, aut etiam à membrana caluariæ os tota illa ſede ſuccingente, qua in hac regione dura cerebri membrana à caluariæ oſsibus abſcedit, diſtatq;. Huius caluarię inibi obductæ membranę interuentu, glãdula oſsi firmatur, & etiam duabus inſignioribus ſoporalium arteriarum propaginibus adhęret, quę ad ipſius latera [m] prorepunt. Non ſecus profectò, quàm ſi & illarum propaginum gratia, hęc glandula effingeretur, ipſisq; eum præberet uſum, quo reliquæ glandulæ uaſorum diſtributionibus diductibusq; firmandis & ſuffulciendis præſunt. Ad huius glandis latera deorſum utrinque [n] canales duo in oſſe cauati deſcendunt, ac unus quidem uerſus anteriora prorepit in [o] foramen deſinens, quod [p] ſecundum cerebri neruorum par deducit, quodq; contra Galeni placitum [q] foramine uiſorium neruum tranſmittente multo maius eſſe innuimus. Altero uerò in poſteriora magis deſcendit, & per inæquale aſperumq; foramen ſeu rimã ducitur,

Peluis ac cyathus, in quam cerebri pituita defluit.

Glandis pituitam excipientis hiſtoria.

Canales à glande deducti.

a *Spectãtur figura ca. 6 li. 1.*

b *7, 8 fi. 1.*

c *3 fi. c. 11 li. 1. M. aut hic ad D 14 fig.*

d *16, 18 figura A.*

e *Iuxta K 8 figura,*

f *7, 8 fi. K 10 fi. B, C. incedẽs per E, G, F, H.*

g *14 fi. D & 1 fi. ca. 2 li. 4 cha. 2.*

h *14 fi. C, C. 15 fi. E. 16, 18 fi. E.*

i *15 fig. F.*

k *13 figu. S eſt ſub N, O.*

l *3 fi. c. 11 li. 1 M.*

m *Id pꝛtes ex 16 fi.*

n *18 fi. C, D & E, 1, & 3 fi. ca. 12 li. 10. P.*

o *1, 3 fi. c. 12 li. 10.*

p *14 fi. G.*

q *3 fi. ca. 12 lib. 12.*

f 2, 3 fig. ca. 12. lib. 1X.
g ultimæ fig. lib. 3.
t 1 fi. ca. 2 lib. 4. char. 1, 3.
u 3 fi. L. L.
x 3 fig. M, M.

ducitur, quæ ad anteriorem ſedem lateraq; [r] foraminis quod ſoporalis arteriæ inſigniorem [s] ramum in caluariæ cauitatem tranſmittit, habetur. Atque hæc omnia pituitæ cerebri euacuandæ miniſtrant. quippe duo meatus, quos in cerebri ſubſtantia inciſos diximus, ex cerebri uentriculis humorem illum deferunt, ad infundibulumq; defluere ſinunt. Ipſum autem infundibulum ſuperiùs amplum latumq; extruitur, non horum duntaxat meatuum, qui in unum tandem orificium deſinunt, occaſione, uerùm etiam ut [t] fines illos dextri ſiniſtriq; uentriculorum cerebri contineret, quos ex poſteriori uentriculorum ſede deorſum in anteriora reflexos, inter cerebri reuolutiones hic deſinere commemorauimus: quandoquidem & hi ſuæ ſedis pituitam deducunt, & in infundibulum exporrigunt. Præterea infundibulum ea conſtat amplitudine, ut ſi quid pituitæ ſuper [u] calloſum corpus & [x] ſinus illos colligeretur, quos ad calloſi corporis latera ſuperiori ſua in ſede, conſpici retulimus, idipſum in infundibulum tenuis membranæ beneficio procumberet. Siue enim eiuſmodi humor ab anteriori calloſi ac inſtar arcus protuberantis corporis ſede, ſiue à poſteriori deſcendat, ad tenuem membranam, cerebri baſim inueſtientem defluere, & hinc paulatim in infundibuli amplitudinem prolabi poteſt. Infundibulum uerò ab omnibus his ductibus pituitam excipiens, in anguſtum cogitur, ut tandem hanc per unicum & priuatim ſibi in dura membrana patens foramen ducat, innoxieq; in illius glandulæ centrum promanare ſinat. Glandula autem quadam ſubſtantiæ familiaritate defluxus impetum ſuſtinens, & quantum conijcere poſſum, os forſitan ab iniuria uindicans, pituitam hanc admittit, ſenſimq; citra ſtillicidium à lateribus ſuis eam undiquaque defluere ſinit, per omnia foramina hic in caluariæ baſi tũ uenis tum arterijs tum neruis ipſis exculpta. Nõ enim hic cũ Galeno in nono de Vſu partium libro, in quo de cerebri excremẽtorum purgatione potiſsimum & ſerio agit, fateri queo capitis baſim cauernoſam, & pumicis in modum extructam, nullaq; continua ſquama obductam eſſe: hacq; ratione à frontis uerticis, occipitij & temporum cõpoſitione multũ differre, ut per illam, ueluti per ſpongiam pituita longiori mora, & neſcio quo tandem raro & peculiari Naturæ artificio, tranſcolaretur: neque per patentia alioquin hic neceſſariò foramina, non amplius coaſſeruanda, rectà defluere, uti in primo libro, quum oſsis cuneum referentis fabricam perſequerer: diffuſe propter quoſdam ſcripſi, qui me cauernoſam illam & multis foraminib. ſpõgiæ in modũ obſitam oſsis ſtruem, etiam nolle cõtueri fingunt: & propter alios quoſdam, qui uoce cribri aut coli in cunei uocem unico in loco tranſpoſita, aut immutata, Galenum non ſecus atque ego ſentio, de pituitæ per oſſa ductu, totaq; adeò oſsium compoſitione iudicaſſe colligunt. Decumbit itaq; pituita & in palatum per ea quæ palatum ſpectant foramina, & non minima profectò portione per foramen ſecundi paris neruorũ ad oculorũ ſedis radicem, hincq; per [y] amplum foramẽ cũ alijs quãplurimis foraminib. cęteris ignotũ Anatomicis in narium amplitudinẽ fertur. Verùm nõ ambigo, aliquem & hic admiratorũ, quamobrem nullus hactenus meatus pituitã ad olfactus [z] organorũ [a] ſinus deducentes, cum Galeno in octauo potiſsimum & nono de Vſu partiũ, enarrauerim: quod ſanè non ob aliud accidit, quàm quòd nullã prorſus pituitã per hos ſinus octauũ ve capitis os expurgari autumẽ: mirerq; plurimũ, Galenũ per tenues illos ac neruis nõ abſimiles cerebri proceſſus, quos olfactus organo tribuimus, ab anteriorib. cerebri [b] uẽtriculis pituitam qualitercunq; tandẽ excedentem ad nares deduci, ſcripſiſſe: quum nullus omnino in ipſis meatus ſit, neq; etiam in hominib. ea conſtent craſsitie, ut uel meatum quo pituita deduceretur, continere poſſent. Adde nullũ prorſus pituitæ ductum ad olfactus organorũ ſinus imaginari poſſe, niſi fortaſsis [c] anteriorẽ calloſi corporis regionem, quæ pituitam ſibi influentem in illam ſinuum olfactus organorum amplitudinẽ dimittere queat: uti fortaſsis accidit, ſi quando cerebrum nimia omnino pituita uexatur, unde etiam prorſus non naturalis per nares pituitæ fluxus tunc perficitur, & pruritus, calor, dolor & odorandi uirtutis noxa, eiusq; generis ſymptomata oboriuntur quàm plurima: quemadmodũ indies in deſtillationib. quæ ad nariũ ſumma pertinent, ac grauedines nuncupamus, accidere experimur. adeò ſanè, ut ſi adamuſsim ſingula perpenderimus, neceſſariò per olfactus organorũ ſinus foraminula ve aut cribri aut ſpongiæ modò forata, quum lege naturæ homo diſpenſatur, nihil pituitæ defluere fatendum erit: & ſi fortè caſu defluit, longè magis præter naturã fluxũ illum eſſe donabimus, quàm quũ foramina quæ ad glandis cerebri pituitam excipientis ſculpuntur latera, totam pituitam non plenè deducunt, hæcq; deorſum uerſus [d] foramen dorſali medullæ tranſmittendæ paratum decumbit: ac cum dorſali prolabens, in dorſum, & dein ſecundùm neruorum ductum modò in brachia, modò in crura, modò in lumborum muſculos, modò aliò quouis promanat. ut nunc taceã, quàm grauiter Natura ueniret incuſanda, quæ tam patentes amplosq; expurgandæ pituitæ in cerebro & eiuſdem membranis, dum ſcilicet adhuc tenuis aqueaq; eſt, ductus feciſſet. adeò autem retortos anguſtosq; & inflexos in [e] octauo capitis oſſe, aut etiam in cuneiformi oſſe produxiſſet.

Earum partium quas pituitæ expurgandæ, ſubſeruire hactenus diximus uſus, & conſtructionis ratio.

Pituitã per cuneiforme os longa mora & exiguis foraminibus nõ emolari.

Pituitã nulla ſecũdum naturã excretiõe per olfactus organorũ ſedem octauũ ve capitis os expurgari.

y *Quaritur ſub characterе* Φ *in 12 ca. li. 1.*
z 13 *fi. L. L.*
a 13 *fi. D, G & D, G.*
b 6 *fig. D, D, & E, E.*
c *inferius l. 3 fig.*
d *Quo deducitur* H *9 figura.*
e 8 *fi. ca. 6 lib. 1 A, B, A.*

DE QVIBVSDAM VASORVM PLEXIBVS CEREBRO aſcriptis. Caput XII.

HVC facit tota ferè decimiquarti Capitis libri tertij figura, & huius libri figura quarta & quinta ad O, O: ſexta ad H, I, K, L, M, N: & dein uniuerſa propemodum decimaſexta, & decimaſeptima.

Hic ſpectabis 16 et 17 et ipſi proximã figuras.

QVANTVM Galeno diſſectionis profeſſorum facile principi à medicis illum ſecutis nonnunquam præter rationem attributum ſit, uel beatus ille & mirabilis plexus reticularis atteſtatur, quem is nullibi non in ſuis libris inculcat, quoq; nihil frequentius medici in ore habent: hunc, etiamſi illum nunquam uiderint, ex Galeni ſententia enarrantes. Nihil enim minus a ſoporalibus arterijs, quàm eiuſmodi reticularis plexus, quem Galenus recenſet, perficitur. multoq; minus arteriæ, foramen caluariæ, quod ipſe tra-

Nullum reticularẽ plexum ſub cerebro, uti Galenus illum deſcribit, exiſtere.

dit,ingrediuntur, aut totæ etiam in plexum aliquem absumuntur. Primùm enim [a] tota soporalis arteria dextra (est autem par utriusque ratio) caluariam petens, per unum foramen indiuisa, uti Galenus commemorat, non ingreditur, uerùm ubi ad caluariæ usq; basim conscendit, insignem sui propaginem ad [b] foramen neruo [c] sexti neruorum cerebri paris exculptum transmittit, quæ unà cum grandi [d] uena sibi coniuge in dextrum, primum ve duræ cerebri membranæ sinum exhauritur. Secundò, soporalis arteria nequaquam commune [e] foramen cum [f] tertio neruorum pari obtinet: uerùm longè maiori industria, quàm Galenus arbitrabatur, rerum Opifex usus est. præcipuo nanq; soporalis arteriæ ramo obliquum & in osse diu procedens [g] foramen machinatus est: in cuius ductu id forsitan fieri uoluit, ob quod Galenus plexum efformatum contendit. ut enim uitalis spiritus in multis gyris anfractibusq; arteriæ excoqueretur, aptaq; animali spiritu efficiendo materia redderetur, Galenus arteriam ilico atque in caluariæ cauitatem ingressa est, [h] in innumeros ramos diffundi dicebat, qui inuicem ita imponuntur commiscentur ve, ut plexum efformare uideantur illi similem,qualem in collecto piscatorio reti fieri cernimus: aut illi plexui,qui ex plurib. inuicē incumbentib.retib.consurgeret. Atq; hunc implexū inter os & durā cerebri membranā fieri asserit:interim tamē duræ mēbranæ portiuncula,quæ os succingeret,plexui substrata. Deinde ut plexus ille ex uno uase,aut si Galenus dextrum siniſtro coniunctū fingit,ex duob.cōplicari incipit:ita quoq; plexus huius surculos post multam sibiq; succedentem in ramulos seriem,sensim colligi, ac tandem in duo rursus uasa desinere attestatur,cerebri uentriculos petentia,& mole illis uasis respondentia, quæ initio plexum efformare dicebantur. Quàm uerò hæc ab omni prorsus ueritate sint aliena, quantamq; Naturæ oscitantiam arguant,is demum percipit,qui ueram eius arteriæ soporalis rami seriem didicit, quem per oblongum illud ossis foramen in caluariam penetrare diximus:& ut pleraque taceam, expendit pariter,quàm impossibile sit uasa æquè grandia cerebrum petere,atque in caluariam primùm pertingunt: quum tam insignes [i] rami duræ membranæ latera,& per foramina secundi paris neruorum cerebri ad oculos, ac ad narium amplitudinem ab illis uasis,priusquam tenuem accedant cerebri membranam,dispergātur. Cæterùm quæ horum uasorum,soporalium ve arteriarum uera sit series,in tertio libro, dum cerebri uasa non minus quàm reliquas totius corporis uenas & arterias persequerer,adeò uerè & adamussim describere conatus fui ut hic locus neutiquam eius seriei enarrationem expetat. Ac proinde etiam [k] plexus illius explicationi hic non est immorandum,quem aliorum animalium cerebra cum hominis cerebro prorsus communem, ac ueluti eundem,in prioribus cerebri uentriculis ostendunt,ab illis efformatum [l] arterijs, quæ infimas dextri & siniſtri uentriculorum [m] sedes subeunt,quà illæ deorsum uersus priora, atque adeò ad cerebri basis ferè medium [n] pertingunt. dein ab illo [o] uase,quod à quarto duræ membranæ [p] sinu in tertium cerebri uētriculum exporrigitur,admodum profectò uariè,uti & uniuersus plexus,implicatum, membranæq; proponens speciem,innumeris uasis mutuò nunc coeuntibus,& nunc rursus diremptis,intertextam,& carnea quadam substantia ita obsitam,ut Veteres raram hanc membranæ,uasorum & carnis compositionem,fœtuum [q] inuolucris comparantes,hunc plexum ob id meritò χοροειδῆ quemadmodum & antea monuimus, appellauerint. Num uerò ipsi eundem plexum,retibus simul complicatis,inuolutisq;,ac,uti magna piscatorum retia iam sæpius quercus corticum decocto lota,apparere solent,rubentibus,etiam assimilauerint, & δικτυοειδὲς πλέγμα nuncupauerint,ex plexus colligendum est imagine,quæ dicto modo rubet,complicatiq; retis effigiem proponit:quum plexus nulla ex parte motus,in cerebri uentriculis inter secandum occurrit. Si quando uerò tunc expanditur,& ueluti explicatur,nihil æquè diducto reti conferre poteris, ac dictam uasorum plexus seriem. quanquam interim nullam mihi de nominibus uelim esse contentionem,qui modò plexuum quoque obiter memini,ne quid fortè in cerebri constructione hoc libro præterijsse uiderer. Atque quo minus id etiam fiat,singula sensuum organa seriatim nunc aggrediar.

Plexus in priorib.cerebri uentriculis occurrens.

a *fi. ca.11 li.3 2.nerf. ca.14 lib.3* B, *quod diuiditur in* F, G.
b 2, 3 *fig. cap.12 lib. 1 c.*
c 1, 2 *fig. ca.2 li.4 d.*
d *fi.ca.14 lib.3* C.
e 2, 3 *fig. cap.12 lib. 1* Q.
f 1, 2 *fig. cap.2 lib.4* M.
g 2, 3 *fig. cap. 12 lib. 1* X.
h Vt *spectatur* 17 *fig.*
i *fi. ca. 14 lib.3* r, x *f.*
k *fi.ca.14 lib. 3 d.& hic* 4, 5 *fig.* O. 6 *fig* M, N.
l *fig.ca.14 lib. 3 y.hic autē* 14 *fi.* Q. 7, 8 *fig.* F, G.
m *fi. ca. 3 li. 4 inserta* C *ad* D.
n 1 *fi.cap. 2 lib. 4 tract.* 1, 3.
o *fi.ca. 14 lib. 3 i, hic autem 6 fi.* H, I. *& 7 fig.* V.
p 7 *fig.* T.
q *Petehorum rationem ex tabulis figuræ 30 li. 5.*

DE OLFACTVS ORGANO. Caput XIII.

TERTIVM libri quarti Caput describens,ac necessariò propter neruorum seriem, olfactus organi constructionem prosequens,arbitrabar me in præsentia prolixius ueriusq; de olfactus instrumento præcepturum, quàm illo Capite nudam ipsius constructionem enarrans,faciendum duxeram. Verùm quum aliud nihil certius mihi, studiose admodum odoratus organi naturam inquirenti,hactenus occurrerit, præsens Caput cum illo commune esse uelim. Præter [a] duos enim illos neruis non absimiles cerebri processus, qui in [b] octaui capitis ossis sinus pertingunt,& frontis ossis [c] sinus, & substantiam illis contentam, & duræ cerebri membranæ ac ossium [d] foramina, hic penitus nihil recensere possem. Nolo namque hoc loco de odoribus, & huius sensus medio, & dein temperie,aliquid pertractare:ne meus iste conatus,qui præter opinionem iam excreuit,impensiùs,atque adeò in immensum crescat.

a 12 *fi.* C, D. 13 *figu.* L, L.
b 8 *fi.cap. 6 lib. 1* A, B, A.
c 3, 4 *fig. cap.12 lib. 1* K.
d 13 *fi.* D, D *&* G, G.

DE

DE OCVLO VISVS INSTRVMENTO. Caput XIIII.

PRIMA DECIMI-quarti capitis figura.



HAEC figura, earum quæ præsenti Capiti præponuntur prima, alteram oculi partem exprimit, una sectioni ab anteriori sede per posteriorem, atq; ita per neruum uisorium diuisi: perinde scilicet, ac si quis diuisæ secundùm longitudinem cepæ alteram partem ea superficie delinearet, qua alteri parti connata continuaq; fuerat. Atq; hoc etiam modo cælos, & quatuor elementa, in plano depingere solemus.

A *Humor crystallinus.*

B *Tunica anteriori humoris crystallini sedi obducta, tenuissimæq; ceparum pelliculæ instar pellucida.*

C *Humor uitreus.*

D *Nerui uisorij substantia.*

E *Tunica, quam reti assimilamus, quamque resoluta dilatata ve uisorij nerui efficit substantia.*

F *Tenuis cerebri membranæ portio, quæ neruo obducitur uisorio.*

G *Vuea tunica, in quam tenuis uisorium neruum induens membrana degenerat, ac expanditur.*

H *Hac sede uuea tunica in posteriora comprimitur, & corneam illi obductam non contingit tunicam.*

I *Pupilla, seu foramen, quo uuea est peruia.*

K *Tunica ab uuea initium ducens, & cilijs seu palpebrarum pilis imagine correspondens, ac interstitium pariter uitrei humoris ab aqueo.*

L *Duræ cerebri mẽbranæ portio, neruum uisorium obuoluens.*

M *Dura oculi tunica, quam dura cerebri membrana constituit.*


N *Duræ oculi tunicæ pars, quæ cornu instar pellucida uisitur.*

O,O *Humor aqueus.*


P,P *Musculi oculum mouentes.*

Q *Adhærens, alba ve oculi tunica.*

SECVNDA III IIII V VI




VII VIII VIIII X XI



XII XIII XIIII XV

DECEM ET OCTO figurarum hic seriatim primam subsequẽtium, & earundem characterum Index.




XVI XVII XVIII XIX

SECVNDA figura crystallinum duntaxat humorem anteriori sede ita exprimit, atq; is omnibus illum ambientibus partibus liberatus, è directo intuenti occurreret.

TERTIA figura nudum prorsus crystallinum humorem commonstrat, ea sede se ostendentem, qua ex latere ab aliquo spectaretur.

R. *Verùm R asperitatẽ sedemq; crystallini humoris notat, cui oculi tunica, palpebrarumq; pilos referens, connascitur.*



QVARTA figura humorem uitreum ita effictum commonstrat, quemadmodum is, si suam, quam in oculo obtinet, formam reseruaret in

S. *anteriori ipsius sede conspicuus esset, quum crystallinus humor ex illo euulsus esset. S enim cauitatem ipsius indicat,*

in quam media crystallini humoris pars reponebatur.

QVINTA figura uitreum humorem eadem facie, qua quarta, exprimit: uerùm adhuc ipsi crystallinus hu-
T. mor T notatus innatat.

V. SEXTA uitreum humorem ex latere exprimit, unà cum crystallino, qui ipsi innatans, V notatur.

SEPTIMA figura aqueum humorem (etsi aliàs fluidus sit) ex latere ita exprimit, quemadmodum in ocu-
X. lo consistit, & adhuc anteriorē crystallini humoris sedem integit. X namque crystallinum humorem in præsenti fi-
Y. gura notat. ac Y eam humoris aquei sedem indicat, quæ uueæ tunicæ pars in ipso (dum integer est oculus) conti-
netur, quæ a cornea abscedit, distatq;.

a, b. OCTAVA figura uitreum humorem a notatum, & aqueum b insignitum, simul commonstrat, ita inuicem
dissitos, quemadmodum ea dirimuntur tunica, quam palpebrarum pilis non perperàm in effigie assimilamus. Huius tu
c. niculæ sedes inter hos humores consistens, c indicatur.

NONA figura tunicam anteriori crystallini humoris sedi obnatam, & insigniter pellucidam, hicq; ab ipso hu
more liberatam, a latere exprimit.

DECIMA figura crystallinum humorem a latere ostendit, adhuc ea tunicula intectum, quam nona figura ex-
d, e. pressit. atq; hic d tuniculam indicat. e uerò crystallini humoris partem insinuat posteriorem, & illa tunicula non
obductam, sed in uitreo humore, quum integer est oculus natitantem.

VNDECIMA figura anteriorem seu posteriorem partem indicat tunicæ, quam uuea producit, quæq; palpe-
g, g. brarum pilis assimilatur. Cæterùm hæc circulo g & g notato ab uuea pronascitur: circulo autem f & f insignito, hu-
f, f. mori crystallino inseritur, adnascitur ve.

b, b. DVODECIMA figura tunicam, quam undecima ostendit adhuc crystallino adnatam continet. b enim & b
i. tunicam notant: i uerò, humorem crystallinum.

DECIMATERTIA figura tunicam ostendit, quam reti dissectionum periti comparant, quæq; hic a latere
k. exprimitur, unà cum nerui uisorij substantia k insignita, & cerebri membranis libera.

DECIMAQVARTA figura uueæ tunicæ internam ostendit superficiem. hic enim ipsam euersam, uti inter
l. secandum nonnunquam inuoluitur, euertitur ve, delineauimus. l itaq; portiunculam notat tunicæ, in quam uisorij ner-
m. ui substantia dissoluitur. m sedem, in qua anterior uueæ regio introrsum seu in posteriora comprimitur.

DECIMAQVINTA figura externam uueæ tunicæ superficiem ex latere delineatam continet, unà cum ner
n. ui uisorij substantia, tenui adhuc membrana cerebri obducta. n enim nerui uisorij substantiam notat, hic a tenui qua
o. inuoluitur membrana liberam. o tenuis notatur membrana, nerui uisorij substantiam integens, & hic a dura mem-
p, p. brana, quæ ipsam quoq; ante sectionem obuoluit denudata. p, p uenarum arteriarumq; a dura oculi tunica in uueam
q, q. pertinentium sunt portiunculæ, iam ex sectionis serie effractæ. q, q sedes, qua uuea tunica anteriori in parte comprimi-
r. tur, & à cornea abscedit. r foramen, uueæ pupillam constituens.

DECIMASEXTA figura duram oculi tunicam ex latere commonstrat, transuersa sectione in hoc diuisam,
ſ. ut series in conspectum ueniret uasorum ab ipsa in uueam pertinentium. Significet igitur ſ neruum uisorium, unà cum
t, t. duabus illum inuoluentibus membranis abtruncatum, et uenis arterijsq; concomitatum. t uerò & t uenas arterias q;
u, u. per duram oculi tunicam excurrentes. u autem & u uueam tunicam, hic propter duræ scissionem, conspicuam, & ra-
x. mulos duræ tunicæ uasorum excipientem. Cæterùm x sedem indicat, ubi dura oculi tunica instar cornu læuigatur, pel-
y. lucidaq; cernitur. Sedi autem y notatæ, pupillæ respondet foramen.

DECIMASEPTIMA figura integram nudamq; duræ oculi tunicæ externam superficiem ex latere exhi-
α, β. bet, unà cum magna uisorij nerui portione: in qua α notat ipsius substantiam, β uerò tenuem qua obducitur membra-
γ, δ. nam, γ autem duram cerebri membranam, δ uenas arteriasq; neruum uisorium concomitantes. Porrò x, & dein y,
x, y. idem hic atq; in decimasexta indicant.

DECIMAOCTAVA figura oculum a palpebris liberatum, atq; ex sua in caluaria sede erutum, unà cum ip
ε, ζ, ζ sius musculis nondum disiunctis, a latere exprimit. atq; ε neruum indicat uisorium ζ & ζ musculos oculum mouen-
η, η, ϑ. tes. η & η adhærentem oculi tunicam. ϑ maiorem oculi circulum, seu iridem, ubi adhærens membrana desinit, cor-
κ. neaq; tunicæ pertinacissimè adnascitur. κ autem sedem notabit, eregionè pupillæ seu minoris circuli consistentem.

DECIMANONA figura anteriorem oculi integri, & a palpebris tantùm liberi sedem exprimit. atq; hic
λ. λ caruncula insinuat, in maiori oculi sedis angulo repositam. η uerò, & ϑ & dein κ, idem hic ac in præcedente fi-
η, ϑ, κ. gura indicant. Cæterùm si alicui oculi enarrationem ab extimis ipsius partibus primùm persequi uisum sit, is inuerso
figurarum ordine decimamnonam secundæ loco habebit, & decimamoctauam tertiæ, atq; ita deinceps.

Oculorũ situs.

Oculi constructio qui enarranda.

RATIONEM structuræ capitis primo libro perquirentes, oculorum situm descripsimus. in secundo autem libro, eorundem numerum, & ipsos mouentes musculos, uti & palpebrarum quoque naturam, necessariò tradidimus. In præsentia uero, oculi sphæræ modo rotundi fabricam enarraturis, eam à centro, aut ab ultima extima ve ipsius circum ferentia auspicari integrum erit: perinde ac si quis oui constructionem, ab ipsius luteo ad album, & dein ad tenuem membranulam albo obductam, & postea ad putamen cru-stam ve, aggrederetur: aut illam à crusta ad tenuem membranulam, ac dein ad album, & hinc ad luteum enarraret: pari prorsus nimirum modo, quo mundi partes, uel à terra ad aquam, aerem, ignem, lunæ cœlũ, ac sic deinceps ad extimum usque cœlum, uel ab hoc cœlo uersus mundi centrum, recensemus. Mundo namque & ouo, oculi fabrica, quod ad constructionem spectat, conferri potest. Quam, ut exactiùs tradatur, ac postmodum memorię firmiùs hæreat, à centro primùm ad extimam superficiem, & postmodum ab hac ad

a 1 *fig.* A. & tota 2, 3 *fig.*

hac ad illud opportunè pertractabimus. Est itaque oculi centrum [a] humor, quem Græci κρυσταλλοειδῆ uocãt: uti & nos quoque, qui & glacialem illum nuncupamus, à similitudine nimirum, quam cum lucidissima glacie & exactissimo crystallo obtinet, non quidem in consistentia aut duritie, uerùm in colore, seu luce potius. Est enim is humor, optimi crystalli instar pellucidissimus, & omnia quibus iam exemptus, uitri alicuius modo imponitur, impense quorundam utrinque extuberantium specillorum ritu adauget. Ea autem est consistentia, ut à cæteris oculi partibus per sectionem liberatus, humoris liquoris ve cuiusdam modo non diffluat: sed molliusculæ instar ceræ, suam asseruet formam. quæ etsi rotunda appareat, non tamen globũ adamussim rotundum refert: sed globi speciem exprimit, qui anteriori & posteriori parte non secus compri meretur, quàm si ex lignei globi penitus exacteq; rotundi medio, secundùm æquidistantes lineas orbẽ crassiusculum serra exemisses, dein duas globi partes denuò conglutinasses: adeò ut præsens humor in anteriora & posteriora minus protuberet, quàm secundùm latera, & superiùs & inferiùs, quodammodo scilicet ad lentis similitudinem. unde etiam hunc humorem φακοειδῆ Græcis nuncupatum fuisse arbitror. Superficie constat læui, & insigniter lubrica: uniuersęq; ipsius anteriori sedi [b] tunicula obnascitur, instar tenuissimæ ceparum pelliculæ (quam inter crassiores ceparum orbes reperimus) tenuis, exacteq; pellucida, & trãsparens. Verùm hæc tunicula, eius generis ceparum pelliculis durior est, nulla parte [c] posteriorem humoris crystallini sedem contingens: sed inibi cessans, ubi ille [d] amplissimus cernitur, ac ubi ipsius capacissimus consisteret circulus, si eum multis æquidistantibus circulis orbiculatim obuolutum fingeres. Huic tunicula nullum priuatim nomen inditum esse uidetur: nisi fortè à continuarum arancæ telarum imagine ipsam ἀραχνοειδῆ Græci uocauerint. respondet enim tenuitate, quamuis neutiquam robore & duritia, illis aranearum telis. Ego illam inter dissecandum, uti iam dixi, ceparum tenuissimis membranulis confero: cornu etiam illam collaturus, si modò id in laminas diuisum, & lucernis adhiberi solitum, tam tenue ac transparens & læue, atque hæc est tunicula, reddi posset. Huius enim substantia, à cornu substãtia nihil differt. Sit igitur ipsa secundum in oculi constructione nobis enarratum corpus: quod quum anteriori tantum centri, seu crystallini humoris sedi obducitur, uelut semiglobus tantùm in oculi fabrica censendũ uenit. Cæterùm posterior humoris crystallini sedes, in alio cõtinetur [e] humore, qui uulgari quidẽ albo uitro iam refrigerato, colore seu luciditate correspondet: ac non adeò lucidus est, atque crystallinus humor, aut exactissimũ crystallum. Consistentia autem, humore crystallino longè mollior uisitur: & ab oculo exemptus, suum terminum formam ve neutiquam retinet. quamuis interim aquæ modo non diffluat: sed ita consistat, quemadmodum uitrum in fornacibus fusum, quodq; ferreis canalibus, quibus id ab artificibus inflandum formandumq; à fornace eximitur, obuolui cernimus. Huiusmodi uitro hic humor consistentia congruit: at non colore, quum humor, uti priùs dixi, refrigerato uitro luciditate similis sit: fusum autem, liquefactumq; uitrum, candenti ferro quàm simillimum occurat. Quando itaque præsens humor consistentia fuso uitro, luciditate autem refrigerato formatoq; iam uitro respondet, ὑαλοειδὴς Græcis, nobis uerò uitreus meritò nuncupatur. Hic humor multis numeris molem crystallini humoris superans, quum adhuc in oculo reponitur, semiglobum imagine refert: cuius plana superficies, oculi anteriora spectat: rotunda autem, seu cõuexa, in posteriora protendit. Anterioris sedis, seu planæ superficiei medio [f] sinus imprimitur tantus, quãta posterior est humoris crystallini pars. Is namque humori uitreo ita immittitur, ac si globum in aqua natantem spectares, cuius media pars in aquam prorsus mergitur, altera supra aquam conspicua. utq; inter eiusmodi globum & aquam nihil mediat, ita quoque inter crystallinum & uitreum nihil omnino intercedit: neque illi humores inuicem secus committuntur, quàm globum aliquem in duriuscula pulte complexum fingeres. Porrò reliquæ regioni sedis anterioris uitrei humoris crystallino non occupatæ [g] tunicam quandam obduci, suo loco audies, quæ cilijs palpebrarum ve pilis assimilabitur, quæq; orbiculatim lineæ tantum crassitie (ut sic dicam) crystallino humori, ubi is amplissimus est, [h] adnasci docebitur. Nunc autem [i] inuolucrum mihi uenit enarrandum, quo posterior uitrei humoris sedes proximè continetur. [k] Neruus itaque uisorius, tenui duraq; cerebri membranis, & aliquot uenis arterijsq; concomitatus, ad posteriorem oculi sedem fertur: ac illi nonnihil uersus externum oculi latus insertus, sua substantia in enarrandum iam inuolucrum dissoluitur. tenuis autem membrana, nerui substantiam obuoluens, in [l] aliam degenerat oculi tunicam, quę uuea uocabitur: & dura quoque membrana in [m] aliam cessat, quæ dura dicetur & uenæ pariter & arteriæ (uti seriatim enarrabo) oculi constructionem subintrant. Quum primùm igitur nerui uisorij substantia in oculum mergitur, mollior reddita, dilatatur in latum quoddã inuolucrum, posteriori uitrei humoris sedi obductum, & nõ multum ultra mediam oculi sedem in anteriora pertinens, & extremè gracilibus & obscuris uenulis, ac item arterijs intertexta: quæ à tunicæ huius radice, ac sede qua neruus primùm expanditur, ipsi exporriguntur. Galenus in decimo de Partium usu innuit, hoc inuolucrum à plerisque tunicæ nomine non dignari: forsitan quòd cæterarum tunicarum modo membranea non sit, sed mollis, & ueluti mucor aliquis ex naribus procidens. quum enim hoc inuolucrum secantibus in unum colligitur, & à sua radice propendet, mucorem, aut cerebri substantiam aqua quapiam dilutam refert: non enim ita solidum crassumq;, ac cerebri substantia uisitur. Vtcunque uerò sit, siue tunica nuncupandum ueniant, siue minus, constat Galenum quoque in libris de Hippocratis & Platonis decretis, & itẽ in octauo de Partium usu, hoc inuolucrum tunicam appellasse. Neque ego scio, quod nomen illi aptius quàm inuolucri, aut tunicæ, indi possit: quum, uti diximus, toti posteriori sedi humoris uitrei proximè obducatur, illumq; integat, perinde atque tenuem oui pelliculam, oui album tunc continere diceremus, quum dimidiã oui partem ab alia effractã, & adhuc oppletam, manib. seruaremus. Est enim hoc inuolucrũ forma dimidiato tantum oui putamini comparandum: aut minori piscatorum reti, quod uni accommodatur baculo, &

Humor crystallinus.

b 1 *fig.* B. tota 9 *fi.* et 10 *fig.* d.
c 10 *fig.* e.
d 3 *fig.* R.

Tunicula cepis pelliculæ modo pellucida, anterioriq; humoris crystallini sedi obnata.

e 1 *fig.* C. & *dein* 4. 5, 6 *fig.* & 8 *fig.* a.

Vitreus humor.

f 4 *fig.* S.

g 1 *fi.* K et 11 et 12 *fi.*
h 12 *fi.* h, *h adnascuntur* i.
i 1 *figu.* E. & *tota* 13 *fig. dein* 1, 2 *fig. cap.* 2 *lib.* 4 I *eduction ex* G.
k 17 *fig.* a *cum* β, γ, δ. *aut* 1 *fig.* D *cũ* F & L.
l 1 *figu.* G. & *tota* 14, 15 *fig.*
m 1 *fi.* M. & *tota fere* 16 et 17 *fig.*

Oculi inuolucrum ex nerui uisorij substantia solutæ, et reti cõparatum.

culo,& ex ampla basi,dimidiati globi modo in obtusum mucronẽ fertur. Ab huiusmodi enim retis imagine arbitror inuolucrum istud Græcis ἀμφιβληστροειδὲς nuncupatum fuisse. nam retis formam, non autem plexum refert,quum undique sibi sit continuum.nisi etiam fortè uenulas & arterias ipsi uariè intertextas,quis reti assimilandas contenderet. Hactenus igitur quatuor oculi partes recensui: duos nimirum humores, & totidem tunicas.ac proinde iam meritò [n] eam aggrediar, quę à tenui membrana, nerui uisorij substantiam concomitante,producitur. Mox enim atque hæc membrana simul cum neruo oculum subit, in tunicam degenerat,non tantùm posteriorem oculi sedem, tunicæ quæ à nerui consurgit substantia modo, occupantem, uerùm & anteriori etiam sedi obductam. Hæc tota posteriori oculi sede tunicam proximè inuestit, à nerui substantia pronatam: & in harum contactu nihil prorsus mediat, neque ambæ etiam inuicẽ aliquo nexu,prẹterquàm accubitu, committuntur.quà autem tunica à tenui enascens membrana, anteriori oculi sedi obtenditur,interna sua superficie undique [o] humorem contingit& complectitur,quem aqueũ & albugineum paulo pòst uocabimus.Externa uerò huius tunicæ superficies [p] ea tunica obducitur,quam à dura membrana uisorium induente pronasci dicam. Verùm interim huic tunicę, quam tenuis profert membrana,priuatim accidit, quòd exacti globi modo non sit prorsus rotunda: quum scilicet [q] anteriori regione nonnihil introrsum comprimatur, aliqua sui parte planam superficiem pro conuexa & rotunda commonstrans. Quando enim hæc tunica ad eam usque anterioris oculi sedis regionem pertingit, secundùm quam [r] maior oculi ducitur circulus, quem iridem uocamus, aut quo album oculi (ut ita loquar) à nigro distinguitur,& [s] ea tunicæ a dura cerebri membrana pronatæ pars consistit, quam cornu in luciditate & substantia quoque comparabimus, ipsa inquam ab hac abscedit, quam dura procreat membrana: neque amplius illam contingens, inibi in posteriora comprimitur, quà illius parti, quam cornu assimilamus,fuerat subducenda: si modò undique à tunica,quam dura producit membrana, æquè proximè obuolui cingiq; debuisset. Neque hac duntaxat compressione tunica à tenui membrana cerebri generata donatur: uerùm etiam in huius cumpressionis medio, [t] foramine quodam peruia est, quod [u] minorem in oculo apparentem efformat circulum,& pupilla nobis appellatur. adeò ut hæc tunica, uuæ folliculo, à quo pedunculus,quo is affirmatur,euulsus est,quàm simillima sit: præsertim si uuam illic parum concidisse, & (uti etiam fit) uacuari intelligas,ubi pedunculum extraxeris. Totus enim uuæ folliculus tunicæ huic respondebit:ea autem concidentia illi assimilabitur compressioni,quam in anteriori parte hæc tunica sibi uendicat;foramen uerò,quo pedunculus firmabatur,ipsi pupillæ comparabitur. Atque ab hac similitudine Græci præsentem tunicam ῥαγοειδῆ. & ῥῶγα,nos autem uueam appellamus. Quoniam uerò ipsa à tenui cerebri membrana,χοροειδὴς etiam dicta,constituitur,Græci illam quoque χοροειδῆ nuncuparunt. Quandoquidem uerò passim quà uuea tunica,illa obducitur,quam dura cerebri progenerat membrana, [x] uenarum arteriarumque furculi ab hac in uueam pertingunt, illi ita uueam exasperant, ut hac quoque externa ipsius superficie, internæ folliculi uuæ superficiei accedat, quæ fibras illas continet, quibus uuæ caro & acini sustinentur. Præterea quum ab ea tunica, quam dura cerebri membrana procreat, complures, uti iam diximus,uasorum furculi sparsim in uueam producantur,eorum quoque furculorum interuentu uuea illi tunicæ connascitur. Quà uerò uuea tunica ab illa secundùm iridis circulum abscedit,introrsumq; premitur,uuea per totum circuli ductum ualidè ipsi adnascitur,& colorem euariat. Vuea namque tota superficie, qua dura tunica proximè succingitur,perpetuò nigra est,& modicè humecta: in anteriori autem suæ compressionis sede uariè tingitur,eumq; semper exprimit colorẽ,qui in oculi iride,seu maiori circulo, sanis hominibus occurrit,cuiusq; gratia oculos nigros,aut cæsios,aut glaucos dicimus. Neutiquam enim is color ex oculi humorum copia,aut defectu,aut tenuitate,aut pupillæ etiam collectione uel dilatatione, aut oculi ueluti profunditate,aut tenuitate consurgit,alicui ve consimili causæ acceptus ferri debet. Quod etsi magnũ illis fortè uidebitur paradoxum,qui integros libros de oculorum coloribus consarciunt: non aliter tamen id probatum uelim,quàm eum qui singulis hominibus (quantumuis is uarius sit,& sibi in utrisque oculis, & in uno etiam oculo interdum dissimilis) obtingit colorem,perpetuò eundem in uuea apparere,siue integro oculo,siue effluxis ex dimidio,aut in uniuersum humoribus,siue ipsa uuea tunica per refectionem à contermĩnis liberata,diuulsaq;,hunc examinaueris.adeò ut de oculorum coloribus haud secus disputandum arbitrer,quàm de nigra,fusca & alba,in ipso etiam utero,hominibus data cute,ac rufis flauisq; & nigris capillis: uti etiam parem ferè cutis & oculorum coloris in uarijs nationibus rationẽ obseruari cernimus. Cæterùm interna uueæ superficies diuersis,sed omnibus interim hominibus ijsdem,interstinguitur coloribus. In posteriori enim oculi sede,qua hæc tunica primùm pronascitur,subalba est:mox uiridis, & dein cærulea iridis in modum efficitur.atque hos colores adhuc in posteriori oculi sede interna hæc superficies possidet,in anteriori autem oculi sede uniuersa impense nigricat. & non adeò læuis hic atque in posteriori sede uisitur: quòd illi potissimùm accidit propter processus,quos à se hac in parte educit, [y] tunicam constituturos,quę anteriori uitrei humoris sedi obducitur:& ueluti [z] interstitium est uitrei,eiusq; quem aqueum nominabimus. Hæc itaque tunica planis duntaxat donatur superficieb.non autem concauis aut conuexis. Eam siquidem constitueres,si ex tenuissima araneæ tela tantũ orbem excinderes,quanta est anterior sedes uitrei humoris:ac dein in hoc orbe alium orbiculum excinderes,foramen facturus tam amplum,ac crystallini humoris est amplitudo.Huiusmodi namque orbi præsentem tunicam conferre posses,si illum circulatim ab uuea tunica pronasci,& suo foramine crystallino connasci fingeres.Verùm hæc tunica tenuitate araneæ telas ferè superat:& processulis ab uuea pronatis talibus constat,ut nigra cilia,seu palpebrarum pilos forma insigniter exprimat.Num autem tunica,aut aliter nuncupanda sit,non admodum moror: modò qua nam sede reponatur,& quibus committatur,quaq; sit imagine & substantia,expliçem.Neque mihi ullum occurrit nomen,

Tunica uuea, à tenui cerebri membrana separata.

Pupilla.

Vuea tunica colores.

Ex humorum aut spirituum copia oculorũ colorem nõ euariari.

Tunica cilijs & palpebrarũ pilis comparata.

n 1 fig.O ab Fedilli & tota ferè 14. 15 fig.

o 1 fig.O. O. & 7 fig. Y. & 8 fig.

p 1 fig.N enatum ab L. aut 16 a 17 figura.

q 1 fig.H. 14 fig.m. 15 fig.qq.

r 16,17 figur. x. 18. 19 fig.

s 1 fig.N.

t 1 fig.L 14 figur.m.15 fig.r.

u 16, 17 fig.7.18,19 fig.8.

x 15 fig.p. p. 16 figu. u, u.

y 1 fig.K. & 11, 11 figura.

z 1 fig.K. inter C & O. & 8 fig. c inter a & b.

men,quod ipſi aptiùs indam,quàm tunicæ:aut,ſi uoles,interſtitij uel ſepti,inter uitreum humorẽ, & eũ quẽ albugineum aqueum ve nuncupabimus,repoſiti. Iam tempeſtiuum fuerit, [a] duram quoque oculi tunicam ſermone complecti,quam à dura cerebri membrana,uiſorium neruum inueſtiente,pronaſci ac diſſolui credimus. Quum primùm enim hæc membrana poſteriori oculi ſedi [b] applantatur,dilateſcit:& craſsior ac dura ipſa cerebri dura mẽbrana euadẽs,orbiculatim undiq; oculo obducitur,tã in anteriora quàm in poſteriora pertingens. quanquã interim nõ paſsim ſibi ſimilis ſit,neque ſimplici donetur nomine. Quà enim poſteriorẽ oculi ſedẽ cõſtituit,& in anteriori ſede ad [c] maioré oculi uſq; circulum pertingit,craſſa & dura eſt (unde & σκληρότης nuncupatur) & dein duræ cerebri mẽbranæ modo opaca,& minimè pellucida. [d] Ea uerò ſede,qua oculi nigrum conſiſtit,hæc tunica in cornu imaginem degenerat,quod exactè leuigatum, uitri alicuius loco lucernæ accommodatur. Neque hæc præſentis tunicæ pars,cornu in luciditate, qua id etiam ſuperat,ſolùm reſpondet,uerùm & ſubſtantia quoque:eſt enim hæc tunicæ pars cornu modo dura, & cornu inſtar in laminas diuidi radiq́; poteſt,perinde ac ſi ex laminis aliquot ſeu ſquamis inuicem compactis conſtitueretur. Atque hinc eſt ea ocularium medicorum cura,quæ ſenibus hanc tunicæ partem attenuari præcipit:quam à tanta cum cornu ſimilitudine κερατοειδῆ Græci,nos uerò corneam nominamus. Quanquam uideantur Græcorum plerique non hanc tantùm duræ tunicæ partem ita appellaſſe, uerùm uniuerſam quoque (quum ipſa inſigniter cornu in modum dura ſit) tunicam. Interna huius ſuperficies, tota ea ſede, qua cornu modo non pellucet,uueam tunicam abſque alicuius ſubſtantiæ interuentu ſuccingit, ipſiq; [e] uenarum arteriarumq́; beneficio,uti prius diximus,adnaſcitur:quemadmodum etiam illi pertinaciſsimè ac orbiculatim adnectitur,ſecundùm maiorem oculi circulum,ſeu iridem. Porrò ea ſede, qua hæc tunica cornu inſtar pellucida cernitur,ipſa uueam non contingit:& tantiſper atque oculus ſanus eſt, ab uuea notabili interuallo inibi diſtat,quà uuea anteriori in ſede comprimitur. Hoc interuallum, & uniuerſum [f] ſpacium inter anteriorem cryſtallini humoris ſedem & pupillam conſiſtens, [g] humore illo adimpletur, qui adhuc enarrandus ſupereſt,ac uerus humor cenſetur. nam aquæ modo tenuis fluidusq́; quodammodo ſecantibus & ſuffuſiones curantibus occurrit,& inſigniter aquæ modo pellucidus cernitur:unde etiam ὑδατοειδῆς Græcis, nobis uerò aqueus nominatur. quanquam plerique hunc albo oui humori comparantes, illum albugineum nuncupent:etiamſi arbitrer Græcos hunc humorem oui albo non contuliſſe,quum neutiquam æquè craſſus ſit,& multum illi accedat humori,quem ex recentibus integriſq́; ouis igni appoſitis reſudare cernimus. Humor iſte,uueæ tunicæ partem corneæ in ſano oculo non contiguam ſuſtinet, & (uti dixi) in priore ac in poſteriore eius partibus continetur:& quum in oculo conſiſtit,terminoq́; inibi alieno concluditur, uitrei humoris modo dimidium exprimit globum,cuius poſterior pars,quæ plana conſtat ſuperficie, tantum habet ſinum,quanta antrorſum protuberans cryſtallini humoris eſt pars. Anterior autem eius aquei humoris ſedes,gibba,dimidiatiq́; globi inſtar ſecundùm oculi formam rotunda eſt. Cæterùm externa duræ tunicæ ſuperficies,tota ſede qua pellucida,ac reuera cornea exiſtit,admodum læuis eſt,& lubrica: uerùm cætera ſede ita aſpera inæqualisq́; uiſitur,quemadmodum inuicem connatæ membranæ ad mutuum contactum exaſperantur. Poſteriori enim duræ tunicæ ſedi,præter [h] uenas & arterias ipſi implicitas, [i] muſculus inſeritur, quem muſculorum oculum mouentium ſeptimum numerauimus:deinde lateribus, ſuperioriq́; ac inferiori externæ huius ſuperficiei ſedibus,neruoſę tenuitates muſculorum inſeruntur, quos ſex primos oculum mouentes recenſuimus. & deinde anteriori quoque duræ tunicæ parti ad iridem uſque [k] tunica obnaſcitur, quæ adhuc commemoranda ſupereſt,ac Græcis ὁμοειδικὸς, Latinis autem adhęrens,quòd oculo obnata, adnata ve,illum contineat,uicinisq́; partibus committat,alba etiam à colore quem poſſedit, nuncupata. Hæc membrana anteriori tantùm oculi ſedi ad iridem uſque obducta,tenuis eſt,illiq́; continua, quæ internam palpebrarum ſedem inueſtit,oculiq́; partium numero aſcribitur: quemadmodum & ipſæ palpebræ, ſi modò cui id uiſum ſit,his quoque partibus adijci poſſunt. Fuit itaque hæc oculi partium ſeries: [l] humor cryſtallinus: [m] tunicula,cepis pelliculæ tenuiſsimæ modo pellucida,anteriorique; cryſtallini humoris ſedi obnata: [n] humor uitreus,in poſteriori oculi ſede tantùm poſitus: [o] tunica,in quam uiſorij nerui ſubſtantia reſoluitur,& quæ poſteriorem humoris uitrei ſedem tantùm amplectitur: [p] tunica uuea, à tenui cerebri membrana principium ducens: [q] tunica ſeu orbis,araneæ telæ modo tenuis & nigricans,& interſtitium uitrei humoris ab aqueo: [r] tunica dura, quæ in anteriori oculi ſede cornu modo pellucida redditur: [s] aqueus humor: [t] ſeptem oculum mouentes muſculi: [u] tunica adhærens, ſeu alba, anteriori tantùm oculi ſedi ad iridem uſque obnata:palpebræ,& demum uenę ac arterię. Cæterùm ſi quis modò oculi conſtructionem ab extimis ad intima aggredi uelit,iam promptiſsimum eſt retrograda illum ſerie eas perſequi:& deinde ſeparatim humores & tunicas commemorare. Ego autem nunc ea oculum enarratione perſecutus ſum, qua in ſcholis uti ſoleo. Verùm ut oculi fabricam adeò ſtudioſe demonſtrare conſueui,ut ſpectantium nemo in ipſa quicquam deſideraret:ita in ipſius partium uſu explicando hic prorſus obmuteſco,quòd mihi ipſi de primario uiſus inſtrumento non ſatisfaciam,atque hac in parte aliquid quod ſanum undique ſit, à me non adferri poſſe,mihi perſuadeam. Non ſanè quaſi cryſtallinum humorem, præcipuum uiſus inſtrumentum eſſe, & ut hic alatur,uitreum produci,& huius gratia oculi reliquas partes efformatas eſſe,quemadmodum Galenus in decimo de Partium uſu diffuſe perſequitur,commemorare,aut hic prolixè etiam ſcribere nequirem: ſed quòd mihi certò,qui uiſus fiat,non conſtet,hincq́; reliqua oculi conſtructionis ratio dependeat,quodq́; potiſsimùm de huiuſmodi philoſophorum & medicorum controuerſijs priuatim quædam aliquando mihi ſcribenda duxerim,hoc labore ad iuſtam nunc molem perducto.

Duræ oculi tunica,a dura cerebri membrana educta.

Humor aqueus.

Adhærens alba ve oculi tunica.

Oculi partium uſus.

a 1 fig. M eduſtum ab L. & tota ferè 16,17.
b 16 fi. f.
c 18,19 fi gur. 9.
d 1 fig. N. 16,17 fi. x ſimul & y.
e 16 figu. n, n.
f in 1 fig. à B ad I.
g 1 fig. O, O. tota ferè 7 fig. & 8 fi. b.
h 16 fi. t.
i 1 fi. P, P. aut potius muſculorũ, imaginẽ pete ex figuris capitis 11 lib. 2.
k 1 fig. Q. 18 fi. n, n.
l 1 fig. A.
m 1 fig. B.
n 1 fig. C.
o 1 fig. E.
p 1 fig. G, H.
q 1 fig. K.
r 1 fi. M, N
s 1 fig. O, O.
t 1 fig. P, P.
u 1 fig. Q.

DE AVDITVS INSTRVMENTO. Caput XV.

QVAE de auditus organi fabrica modò enarranda essent, superiùs in primo libro ita explicui, ut in præsentia, si inibi nihil commemoratum fuisset, ea pertractarem. In octauo enim eius libri Capite, [a] cauitatem auditus organi gratia in temporis osse exsculptam, paratamq;, & deinde cauitatis illius foramina, membranas & ossicula recensui. In trigesimosexto autem Capite, auris cartilaginis, & reliquarum ipsius partium constructionem, uti tunc occurrit, modoq; animo obuersatur, persecutus sum. Nihil enim certius de auditu, solituq; percipiendo hic, quàm inibi, attexere possum: nisi etiam modò plus, quàm dum illa enarrabam, ambigem, mihiq; longè minus satisfaciam: & non satis mirari queam, omnes de auditu, ipsiusq; obiectis, tam prolixè citra organi ipsius uel maximè superficiariam cognitionem scribere: ex quo tamen præcipuæ ad hanc disceptationem demonstrationes petendæ fuerant.

a *Harum nia ossi figur. cap. lib. 1.*

DE GVSTVS INSTRVMENTO. Caput XVI.

LINGVAM gustus esse instrumentum, medicis iuxta & philosophis concessum est omnibus. Quandoquidem uerò uniuersam linguæ fabricam, cæterarum corporis partium constructione mihi minus, ut uerum fatear, cognitam, superioribus libris necessariò, ac ueluti quadam serie complexi sumus, hæc modò prolixè haud est repetenda. In decimonono enim secundi libri Capite, [a] nouem linguæ musculos, & uariam illam fibrarum & raræ substantiæ compositionisq; in ipsius parte, quam hiante ore citra sectionem conspicimus, speciem, unà cum illius inuolucris, seu tunicis, recensuimus. & in tertio libro [b] uenarum [c] arteriarumq; linguam petentium frequentiam descripsimus: in quarto libro ipsius neruos minimè negligentes, quorum [d] alter præcipua maioris tertij neruorum coniugij radicis numerabatur portio, gustus potissimùm occasione linguæ oblata: [e] alter uerò septimi neruorum cerebri paris non minima propago, musculorum causa linguam multis furculis implicans. adeò ut nihil exactiùs hic modò, quàm dictis nunc locis præstitum est, commemorare queam: qui non magis hic de saporum differentijs & qualitatibus, quàm prius de odoratus, uisus & auditus obiectis, sermonem duxerim instituendum.

a *Hi omn sunt in fig ris cap. 1 lib. 1*
b *fig. cap 6 lib. 3 re muli ab 1*
c *fig. cap 12 lib. 3 c*
d *2 fi. cap 2 li. 4 Y, Z*
e *2 fi cap 2 lib. 4 re muli a π.*

DE TACTVS INSTRVMENTO. Caput XVII.

ET tactus quoque instrumentum in quarti libri initio me persecutum arbitror, quum nullum neruum tactus sensu non præditum, per corpus digeri assererem, & Naturæ scopos in neruorum distributione, quantum is locus exigebat, enarrarem: illorum subridens sententiam, qui unam eiusdem nerui portiunculam sensui, aliam motui absque sensu præesse docuerunt. Ac proinde totius humanæ fabricæ partium enarratione pro mea uirili absoluta, nunc supersit, omnium partium quæ præsenti libro aggressi sumus, sectionis rationem perscribere: & si alicuius partis in alijs libris traditæ secandi ratio non sit expressa, etiam illam ad huius libri calcem seriatim subijcere, postremoq; de uiuorum sectione nonnulla proponere.

Quid absoluta nunc partiũ corporis descriptione, insequentibus Capitib. sit præstãdum.

CEREBRI, AC OMNIVM QVAE PRAESENTI LIBRO TRADVNtur organorum administrandi ratio, unà cum uenarum & arteriarum ac neruorum denique brachia & crura perreptantium examine. Caput XVIII.

DVMMODO musculos ceruicem occupantes, & neruos à ceruicis dorsali medulla prosilientes, in corpore quod nutritionis uitalisq; facultatis organis inspiciendis hactenus subseruiuit, aggressus fueris, suadeo nunc caput ita ut ad præcedentis libri finem recensui, à reliquo corpore auferri. Ablatum enim longè commodiùs, minoriq; molestia attrectabis. unde etiam capita detruncatorum hominum ad hunc usum sunt accommodatissima: præcipuè quòd illa uix bene mortua, sed interim (quod ad uasorum in primis inspectionem est incommodum) magna ex parte exanguia, statim à sumpto supplicio, minus morosorum iudicum ac præfectorum opera, obtineri possunt. Qualecunque igitur caput obtigerit, nouacula aut cultro in capitis cute ad os usque orbicularem [a] molieris sectionem, quæ pollicis latitudine elatiùs quàm supercilia sunt, non inopportunè auspicabitur: & hinc per tempora ad eminentissimam maximeq; posticam occipitij sedem, & illinc rursus per tempora ad frontem perducetur. Dein serra, qua membris in gangrena auferendis uti consueuimus, aut alia ab eburneorum pectinum artificibus petita, caluariam secundùm illam lineam diuides: studiosè præcauens, ne altiùs quàm os sit, serra descendat. In hoc opere conduxerit capitis crines nondum abrasos, neque etiam aures præfectas esse; quo leuiori negocio altera tua manu, & sodalis utraque caput, ne serræ cedat, contineatur. Vbi caluariam orbiculatim diuiseris, obtuso cultelli mucrone secundùm sectionẽ ducto, num aliqua ossis pars adhuc diuidenda supersit, examinabis, ut & eam quoque serra diuidas. Porrò ne sectionis finem ipsius principio elatiorem demissiorem ve reddas, nihil obstiterit, funiculum colore aliquo intinctum, caluariæ fortiter, illorum qui trabes in asseres diuidunt modo, circundare: ut color is orbicularem lineam, qua serram dirigas, caluarię intingat. Funiculum hunc ossi obuoluere conuenit, postquã iam

Qui caput ad cerebri inspectionẽ parandum.

Caluaria ad cerebri anatomen qualiter aperienda.

a *quemadmodum figura 7 ca. 6 lib. 1 delata est à 6 figura eius. cap. ac ut 1 fig. huius libri est parata.*

am cutem orbiculatim diſſecuiſti: quippe cutis ſectio te manu ducere nequit,quum ipſius latera, dum caput ualidè continetur,hinc inde,abſcedente nimirum cute,diuellantur. Diuiſa ad hunc modum caluaria, ſi à ceruice inferioriq́; maxilla caput habueris liberum, illud ſua baſi menſæ impones: utrinque, ſi uiſum fuerit,ne in latera concidat,lapidem, aliud ve ſimile collocans. Si uerò caput reliquo corpori quauis tandem ſectionis ratione adhuc hæreat,tot ceruici occipitioq́; quadratos lapides, aut truncum aliquem ſubijcies,ut caput in anteriora reflexum eleuatumq́;,ac ſi baſi inniteretur,tibi aſſurgat. Inſuper ſectioni per caluariam factæ,ualidioris cultri dorſum tranſuerſim ad frontē primùm impones: & illo modicè ſurſum deorſumq́; acto,ſectionem aliquouſque dirimes. Idem quoque in occipitio temporibusq́; tantiſper faciendum eſt, quouſque ſuperiorem caluariæ partem à dura cerebri membrana liberam eſſe conieceris: tunc enim uerticis crinibus apprehenſis,attrahentem manum os ſubſequetur. Adempto oſſe, cutem ſimul cum adipe & carnea membrana ſolis manibus facilè diuelles: & deinde cultelli mucrone Græcis uocatum κεντρᾶνιον, ipſumq́; hac in ſede κρόταφον indagabis: ut & [b] uenulas ex uerticis cute in caluariam uerſus duram cerebri, membranam,aut ab hac in illam profectas. Iam dura cerebri membrana, aliqua ex parte cultello eſt perforanda: & calamo,fiſtula ve,aut quo in elicienda urina utimur ſyphone, foramini indito, ſectionis latera ad illum digitis ſunt comprimenda: ut poſtmodum inflato ſyphone, quanto dura membrana cerebri mole amplior ſit, condiſcas. Suffecerit autem in altero tantum latere eiuſmodi foramen fieri. nam copioſus qui inflatur ſpiritus,undiquaque duram cerebri membranam diſtendit,inflatq́;. Verùm ſi quum caluariam ſerra diuideres,duram membranam alicubi oſcitanter diſſecueris, illa quoque ſectio,dum membrana inflatur,ne aerem tranſmittat,opportunè comprimetur. [c] Dimiſſa modò,concidenteq́;,ubi iam ſyphonem extraxeris,membrana,acutioris cultelli mucronem tertio ipſius ſinui, per totam capitis longitudinem in elatiſsima eius membranæ ſede procedenti intrudes, longaq́; ſectione uniuerſum, quoad poteris, diuides: & diſtento ſinu,ipſius formam,& [d] ramorum qui utrinque à ſuis lateribus, & ex inferiori eius ſede pullulant, orificia inſpicies. Porrò ut cerebrum dura ipſius membrana nudes, iuxta frontis os eam ad dextrum tertij illius ſinus latus perforabis: & deinde ſtylo in foramen indito, ſecundùm hunc cultello ad occipitis uſquè os continuò ad dextrum ſinus eius latus ſectionem deduces:ac dein rurſus duram membranam cultelli mucrone propter aurem,quà oſsi proxima eſt,perforabis: hincq́; rectà ſurſum uſque in ſectionem, ſecundùm capitis longitudinem ductam,ſecando perges. Poſtremò in capitis uertice duos mutuò ſibi incidentium ſectionum angulos unguibus attolles, & deorſum tractos à cerebro reflectes, habita ramorum ratione, qui ex tertio duræ membranæ ſinu,& [e] ijs uaſis,quibus dextrum duræ membranæ latus implicatur, in tenuem cerebri membranam pertinent. Poſteaquam uerò & in ſiniſtro duræ membranæ latere hæc præſtiteris, ac dextram cerebri partem à ſiniſtra modicè manuum beneficio diduxeris, [f] ſeptum à dura membrana inter utranque cerebri partem exporrectum, & ſoboles à tertio duræ membranæ ſinu utrinque in tenuem membranam diffuſæ, quantum fieri poterit attollentur, ut qui illarum interuentu cerebrum erigatur, utcunq; intuearis. ac dein acutiori cultello illis propaginibus à ſuo ſinu liberatis, ſeptū illud ab octaui capitis oſsis [g] proceſſu in caluariæ cauitatem eminente diſcindas,ac ueluti ex cerebro eleuatum in poſteriora reflectas,ſuo [h] ſinu qui uenæ inſtar toti inferiori ipſius ſedi exporrigitur inſpecto, [i] longisq́; in tenui membrana obſeruatis uaſorum ductibus,qui per capitis longitudinem in illam ex quarti duræ membranæ ſinus termino hic inter duas cerebri partes incedunt.Horum ortus in præſentia curioſius non uenit inquirendus, ne fortaſsis quum cerebrum nimium ſtudes diſiungere,aliquid incuria rumpas.Aliàs enim hortarer, ut utraque cerebri parte quàm maximè in poſteriori ſede diſiuncta, duram membranam quà cerebri partes in occipitio intercedere incipit,quàm poſſes proximè ab [k] illa duræ membranæ parte, quæ cerebellum ac cerebrum interuenit,acutioris cultelli mucrone diuideres. tunc enim [l] quartus tibi appareret ſinus, & quas ille educit [m] propagines. Verùm hæc cerebri portione ablata inſpicere longè erit ſatius. ac proinde illis ductibus qui ſecundùm capitis longitudinem in tenui membrana ſupra [n] calloſum corpus feruntur expenſis, cultello aut unguibus alicubi tenuem membranam diuelles, ac deinde ſenſim à cerebro ipſiusq́; [o] anfractibus eā digitis detrahes. Cerebrū hac liberatum mēbrana ſuos oſtendit anfractus: argumētoq́; eſt, qui à tenui membrana cōtineatur: quum ſcilicet hac detracta, impenſe dilateſcat, & concidens prorſus, quodammodo diffluat. Porrò cerebri anfractuum altitudo ac profunditas digitis aut ſtylo uenit indaganda.atq; ita etiā ſolo digitorū munere [p] elatior calloſi corporis ſedes,& qui utrinq; hic cōſiſtunt ſinus,inquirentur.Simulatque uerò hos inueneris,utrinq; magnā cerebri [q] auferes portionem,primùm magna & acutiori nouacula ſectionem per dextrum,qui ad calloſum corpus conſiſtit,ſinum deducens, quæ totam cerebri partem ſinu illo ſuperiorem, à fronte ad occipitiū uſque ſimul in dextro latere adimat.plurib.enim reiteratis ſectionibus,operatio turpiter uitiatur.Ademptam cerebri partem in menſam ita repones, ut elatior dextri uentriculi ſedes in conſpectu ſit. ea enim quam fieri præcepimus ſectio, dextrum uentriculum diuidit,ſi modò rectè ſecundùm ſinum qui ad dextrū calloſi corporis latus uiſitur,adminiſtrata fuerit. Dextra cerebri parte ad eum modum ablata,in ſiniſtra idem quoque(ut & ſiniſter pateat uentriculus)moliendum eſt,per ſiniſtrum iuxta calloſum corpus conſiſtentem ſinū facta ſectione, calloſoq́; corpore quàm fieri licebit maximè immoto,diuulſoq́;. Id enim poſtquam ſiniſtrū quoque cerebri uentriculum inſpexeris, uidendo uentriculorum [r] ſepto ſeu ſpeculo,ſenſim, & quàm accuratiſsimè ſummis utriuſque manus digitis modicè æqualiterq́; attollendum uenit. Septum namque, ſi ad eum modum calloſum corpus exeris, & dein candelam contrario eius quod inſpicis lateri (niſi illi clarior dies obluceat) adhibendam curaueris, euadet conſpicuum. [s] Iam calloſum corpus [t] anteriori parte à cerebro liberabis, & ſurſum digitis attractū diuulſumq́; in poſteriora reflectes.ita nāque [u] elatiorē ſepti uentriculorū ſedē calloſo corpori, [x] inferiorem

b 1 ſi.F,F.

c Ex prima figura ſacies ſecundum.

d 2 fig C, C,& D,D.

e 2 figura 3 G.

f 3 fig. D, D inter A, A & B,B.

g 3 figu.N. aut 6 fi. ca. 6 lib. 1. n. h 3 fi. F & ſecundum G,G.

i fi.cap.14 lib.4 d e.

k 7 figura O,O,O.

l 7 fig.T. m fi.ca.14 lib. 3 Y,Y, a,a b,d,e, f,i.

n 3 fi.L,L. o 3 figu.C, C,C.

p 3 fig.L,L & dein M, M.

q Paraturus 4 figuram, quam hic ſedulo inſpicies.

r 5 fi.X,X & Y,Y.

s Ex quarta fig. nunc parabis quintam.

t Vbi infimum 1 cōſiſtit in 4 figura.

u 5 fi.Y,Y.

x 5 fig. X, X.

Cutis adipis, mèbrana carnioſa, ac dein caluariæ inuolucri, illiq́; ſubdita adhuc mēbrana examē. Duræ membranæ amplitudo qui examinanda.

Tenuis mēbranæ detectio.

Tenuis mēbranæ à cerebri reuolutionibus auulſio.

Superioris calloſi corporis ſuperficiei examē.

Dextri & ſiniſtri uentriculorum apertio.

Dextri ſiniſtriq́; uentriculorum ſepti examen.

riorem uerò illi cerebri parti quam testudini ac camerato asimilamus, connatam cernes. y Cameratum autem (cuius nunc superior sedes undique obuia est) obtusiori stylo uenit examinandum. ac primùm quidem stylus ad syphonis formam obliquatus, sub camerato ex dextro uentriculo in sinistrum mittetur: & camerati perpensis lateribus, anterior ipsius pars cerebri substantiæ connata, cultello z diuidetur, & digitis deinde eleuata in posteriora reflectetur, ut & ipsius inferior superficies, quæ testudinis modo caua est, occurrat. Reflexo itaque camerato, qui id posteriori sua parte uelut ex dextro siniſtroq; cerebri uentriculo enascatur, immissis stylis perue stigabis & deinde id in pristinam ipsius sedem repositum longa sectione diuides, aut potiùs cultello uniuersum radicitùs præscindes. Conduxerit tamen priusquam præsecetur, sub ipso stylum ad a eam usque partem, qua ex quarto duræ membranæ sinu b uasa ductus ve, ad anteriores cerebri uentriculos sub camerato pertinent subijcere, ac adamussim ipsius usum constructionisq; rationem longè elegantissimam examinare. Statim uerò atque ademptum, longa ve sectione diuisum, ac postea utrinque diductum erit, attendes c plexui à secundarum imagine aut substantia potius χορειδεῖ Græcis dicto, & ductibus pariter à quarti duræ membranæ sinus fine exporrectis. Ac proinde spectabis, qui per posteriores dextri & siniſtri uentriculorum sedes ex posterioribus deorsum in priora descendentes, d arteriæ ascendant, quæ antrorsum prorepentes, unà cum ductibus à quarto duræ membranæ sinu proficiscentibus eos plexus efformant: quos num retibus quoque comparare liceat, modò discres. Cæterùm quum his ductibus animum accommodas, f illi quoque spectandi sunt, qui tenui membranæ & humiliori duræ membranæ processui dextram cerebri partem à siniſta interdiuidenti, à quarto sinu offeruntur. Vbi enim hos expenderis, ductus qui à quarto sinu in cerebri uentriculos pertinent, ea sede cultello sunt diuidendi, qua in uentriculos bipartiuntur. Hinc eleuati, in posteriora leuiter reflectentur, ne g glandula nuci pineæ comparata simul auellatur. hæc siquidem illis ductibus sua sede remotis, in conspectu iacet. Verùm hæc tentāti, ouillum cerebrum ad manum esse uelim, quòd id glandulam illam & cerebri h testes, natesq; aperiùs nonnihil quàm humanum caput commonstret. Glandula hac in suum locum reposita digitis i communem dextri siniſtriq; cerebri uentriculorum cauitatem, quæ modò instar rimæ spectanti occurrit distendes, ac mox k meatum quo pituita uersus l peluim ex tenui membrana extructam defertur, unà cum m meatus principio intueberis, qui ex tertio uentriculo communi ve hac concauitate in quartum uentriculum pertinet. quibus inspectis, P totam cerebri portionem cerebello incumbentem transuersa in cerebro ducta sectione adimes, id duntaxat hic præcauens, ne q arterias per posteriorem dextri siniſtriq; cerebri uentriculorum regionem ascendentes, unà dissecces. Apparet modò duræ membranæ r processus, cerebellum ab ipsi incumbente cerebri portione diuidens: & s ille pariter processus, qui inter dextram cerebri partem & siniſtram ducitur. quapropter tempestiuum est, ut quatuor duræ membranæ sinus simul examines. Tertio itaque duræ membranę sinui quem dudum per longitudinem t dissecuisti, plumbeum inferes stylum, u quem facile in tres reliquos eius membranæ sinus hinc protrudes: si modò utrinque ad latera primùm, ubi cerebelli elatior pars ossi proxima est, illum impuleris. ita enim dextrum & siniſtrum, seu primum ac secundum inuenies. Deinde si sub radice duræ membranæ processus dextram ac siniſtram cerebri partem interuenientis stylum detruseris, quartum sinum comperies. Quo tamen eos uideas exactius, acutioris cultelli mucrone longis sectionibus omnes sunt aperiendi: & deinde cultello totus duræ membranæ processus cerebello instratus, orbiculari sectione secundū os ducta, uenit præsecandus, x aut sectione secū dùm longitudinē ducta diuidendus, retrorsumq; reflectendus, ut cerebello obiter inspecto, cerebrū denuò aggrediaris, cōmunē dextri siniſtriq; uentriculi cauitatē distendens, exactiusq; pituitę ductū immisso stylo examinans. Vt uerò tertij cerebri uentriculi meatum in cerebelli cauitatem porrectum obserues, obliquatum stylum meatui indes, leuiterq; in cerebellum concidere sines. Stylus enim grauior, syphonisq; modo in curuatus, etiam non impulsus secundùm meatus ductum, in cerebellum deuoluitur. Manēte adhuc in meatu stylo, digitis cerebellum nonnihil à cerebri testibus dirimes, quoad scilicet stylum inter cerebellum & testes ipsos intuearis. tunc enim (idq; præcipuè in ouis cerebro) quæ pars y testibus, & quæ z natibus similior sit, disces. Quod quum obseruaueris, cultello testes ipsos natesq; secundùm stylum a diuides, ut meatus ille ex tertio uentriculo ad cerebellum porrectus, euadat conspicuus: pauloq; accuratiùs meatus obseruetur à cerebro ad peluim hinc nonnunquam pertinens, pituitamq; eò deducens. Poteris modò tenuem cerebelli membranam hamulo discerpere, & b uenam quæ ab illius ductibus in posteriorem humilioremq; anteriorum uentriculorum sedem pertinet, examinare. Quippe hanc reperies facillimè, modò illam iuxta anticæ cerebelli partis cum cerebro connexum inquisiueris, qui præsentis uenæ potissimùm fit interuentu. Vt autem c coalitum cerebelli cum dorsali medulla cognoscas, caput quasi in faciem d reclinandum est, & manu inter cerebellum & duram cerebri membranam occipitis ossi commissam, imposita, cerebellum in priora, deorsumq; detrahi debet, quousque uniuersum à dorsali medulla liberatum decidat. in ea enim administratione nihil obstabit, quo minus e uenulas ductus ve ex primi secundiq; duræ membranæ sinuum principijs: aut f uenis arterijsq; per transuersos ceruicis uertebrarum processus repentibus, in cerebellum porrigi uideas, ac dorsalis ex ipso cerebro ortum, formam, & sinum cum cerebelli sinu g quartum efformantem uentriculum cernas. Deinde cerebello in h pronum conuerso, ipsius intueberis sinum, & partes sedesq; quibus dorsali medullæ connascebatur, & præcipuè ipsius inuolutionum anfractuum ve pulchram imaginem. à quibus ilico uelut manu duceris ad duos inuolutionum i apices uermibus assimilatos, & ueluti reuolutionum per cerebelli medium secundùm ipsius longitudinem deductarum terminos. Atque id apparebit clarissimè, si per eam longitudinem utrinque longa sectione ad earum reuolutionum latera ducta, eas à reliqua cerebelli substantia liberaueris, exectasq; in mensam exporrexeris. ita nanque unus tibi apparebit

Corporis te studinis modo efformati examen.

Dextri & siniſtri uentriculorum, & uasorum in ipsis consistentiū examen.

Glandulæ testibus incūbentis.

Tertij uenticuli, ipsiusq; meatuū.

Dura membranæ sinuū

Cerebelli dissectio.

Testium & natium examen.

Dorsalis medullæ cū cerebello coalitus.

Quarti uentriculi examen.

Vermiformium processuum.

y 5 fig. V. & 6 fig. A, A, A.

z Ex quata figura rabis sect.

a 7 fig. ex E.

b 6 fig. I.

c 4, 5 fig. O, O. 6 fig. M, N.

d 6, 7, 8 fig. F, G.

e 6 fig. & 1 fig. tur in K.

f fi. ca. li. 3 Y, Z. b, d, e.

g 7 fig. 10 fig. D.

h 10 fi. G & F, H

i 7 fig.

k 7, 8 fi.

l 14 fi. C. aut 15 fig. E.

m 7 fi. 8 fi. L.

p Parabi modo 7 fig.

q 6, 7, 8 fi. F, G.

r 7 fig. O.

s 3 fig. D.

t 2 fi.

u In 7 fig. ab S ac ponis fig. modò in P modò O, O. et modo in T.

x Vti fa ctum est 8 fi.

y 10 fi. G.

z 10 fi. H.

a Vti fa est in 8 fig.

b 8 fig. T.

c 10 fig. K. ad 11 fi. G, G.

d Vti fa est in 9 fi.

e 9 fig.

f Vtrius lib. fig. fi.

g 10 fi. M, N, O. 11 fi. E.

h Vti fa in 11 fig.

i 11 fi. D, & 6. d.

apparebit uermis,illis quàm ſimillimus,qui ueris tempore è ſalicibus decidere ſolent,aut bombicibus priuſ quam ſeſe folliculo includunt: & adhuc multo magis,quum iam aliquandiu incluſi fuerunt, folliculum tamen nondum corroſere. At ſi uniuerſas illas cerebelli medias reuolutiones ſimul non abſtuleris, ſed duntaxat extrema execueris,duos poteris commonſtrare uermiformes cerebelli proceſſus:unum quidem priorem,poſteriorem uerò alterum. Porrò non ſolùm exectis ad hunc modum uermiformibus proceſsibus,ipſorum imago examinanda uenit: uerùm etiam quando cerebellum à dorſalis medullæ initio auellitur,ipſorum uſum præcipuo ſtudio expendere conduxerit. Inſpectis itaque cerebelli partibus, neruorum paria coniugiaq; inueſtigabuntur. quod ut fiat ocyus, [k] manu inter cerebrum & frontis os inſerta, cerebrum ſenſim attolletur,ut primùm à pleriſque uocatos cerebri [l] mamillares proceſſus, & dein olfactus [m] organa quæ è ſuis ſinibus ſtylo quopiam aut digito ueniunt euellenda, & unà cum cerebro ſurſum in poſteriora flectenda: in quo opere caput non inutiliter in occiput [n] reclinabitur. ita enim reuolutum, eorum organorum initia pulchrè oſtendet. Atque hic pariter in conſpectum ueniet [o] uiſoriorum neruorum exortus,& corundem congreſſus,& ſub illis [p] peluis pituitæ cerebri expurgandæ parata. Mox [q] & arteriarum in duræ membranæ amplitudinem ingreſſus occurret,quæ partim in tenuem abſumuntur membranam, & partim in dextrum & ſiniſtrum cerebri uentriculos properant. Vt uerò exactam earum ſpectes ſeriem, & hic quoque tenuem membranam à cerebro diuelles,& uentriculorum terminos inibi in reuolutiones,non autem in olfactus organa uiſorios ve neruos finire,nihilq; minus quàm a uentriculis in ea organa pituitam excerni,ac per illa uerſus [r] octauum capitis os deduci animaduertes. [s] Nunc uiſorios neruos à cerebro diuides,& totam ipſorum portionem in caluariæ cauitate tibi conſpicuam,ſtudioſe reſecabis, ne nuper dictam peluim ſimul auferas. ea nanque hac adminiſtratione tota occurit, pulchreq; cernitur, qui [t] meatus ex tertio uentriculo ad hanc pertinet,& qualiter illa in [u] glandem ceſſet, quæ duræ membranæ ſubijcitur, facileq; iam proprio duræ membranæ dilatato [x] foramine ſpectabitur. Conduxerit tamen membranam inibi tantiſper illæſam ſeruare, dum reliquos cerebri neruos examinaueris. Capite igitur in ſiniſtrum latus [y] reclinato,& cerebri parte quæ adhuc reliqua eſt,in ſuum locum utcunque repoſita,cerebrum poſtea in ſiniſtrum latus deorſumq; reflectes,& [z] ſecundi paris originem contemplaberis, perinde ac [a] minorem tertij paris radicem: qua diuulſa,cerebrum adhuc magis in ſiniſtrum deflectes,& mox [b] tertij & quarti paris exortum intueberis, inſuper & [c] quinti paris origo ſeſe offeret, quam ſimiliter diuidere competit, ut [d] neruulus occurrat,qui iuxta quinti paris radicem principium obtinens [e] temporali muſculo,& in ore [f] deliteſcenti,maxillamq; attollenti diſtribuitur. [g] Sextum quoque par & ſeptimum euadent conſpicua,ſi uarijs ipſorum quibus ortum ducunt propaginibus animum adhibueris. Cæterùm quum paria hæc perquiris, [h] ductus quoque uenarum modo ex duræ membranæ ſinibus in tenuem excurrentes obſeruandi ueniunt,& neruorum exortibus in ſiniſtro ſi uiſum erit latere,ſimiliter adinuentis, quicquid dorſalis medullę,aut cerebri in capite reliquum eſt auferes, ut duram membranam quà cerebri baſi ſubiacet,adhuc integram uideas,& olfactus organorum ſinus foraminulis peruios, & undique egredientes neruos intuearis: quibus inſpectis,primi ac ſecundi duræ membranę ſinuum originem, & in illos ſubeuntia uaſa [i] examinabis,acutiori cultelli mucrone ipſos aperiens. [k] Ductus autem ſecundùm duræ membranæ latera, & in ipſius iuxta frontem baſi uenarum modo excurrentes, uel citra aliam ſectionem ſunt obuij. ut uerò glandulam, & quem diſſectionis profeſſores ementiuntur reticularem plexum uideas, animum adhibebis duræ membranæ [l] foramini peluis infundibili ve medium excipienti, & adhuc peluis portionem adnatam habenti: non negligens interim [m] arteriam,quę ad foraminis illius latera utrinque duram membranam penetrat. Vbi hæc obiter intuitus fueris, [n] acutioris cultelli mucrone ſectionem ex illo foramine utrinque ad arteriarum uſque tranſitum duces: & diſtentis ſectionum labris, glandula ſeſe offeret, unà cum arterijs ad ipſius latus ſtratis. Verùm hæ magis reddentur conſpicuæ,ſi hamulis & acutioris cultelli mucrone,quàm poteris maximè duram membranam hic liberaueris,aperueris ve,ac ab arteria duram penetrante membranam plumbeum ſtylum ad ſoporariam uſque arteriam in ceruicæ adhuc conſiſtentem,impellas. Id nanque in homine factu promptum eſt, ſi modò tuis oculis Galeni nomine fidem derogare nolueris. Hic enim, quàm pulchra de reticulari plexu in hominibus commenti ſint hactenus omnes, obſeruabis: potiſsimùm ſi ouillum aut bubulum cerebrum hic quoque ſectioni adhibueris. Præterea glandulam ſua ſede dimouens, ac ut duritiem ipſius experiaris eandem comprimens, perpendes quid Galeno in mente uenerit, quòd per craſsiſsimam oſsis cuneum referentis ſedem,(quam ſpongiæ modò peruiam & citra ſquamæ obductionem cauernoſam,& à uerticis oſsium fabrica diuerſam eſſe ſcribit) pituitam ad palatum longa mora colari cenſuerit. Relicta modò interiori caluarię ſede oculum aggredi conuenit,ad cuius ſectionem humanus, ſi recentius adhuc fuerit cadauer,ſuffecerit: alioqui enim bubulus quàm nanciſci poterit recentiſsimus, ſimul quoque operi adhibebitur. Primùm itaque [o] palpebrarum:& deinde [p] oculi muſculos, quemadmodum in ſecundo docuimus libro,inquires:in quo opere neruorum quoque & uenarum arteriarumq; per oculorũ ſedem ductuum habenda eſt ratio, [q] ſecundi dico neruorum cerebri paris,& [r] minoris radicis tertij paris. quorum ramulos facilè adinuenies,ſi eos in pinguedine oculi muſculis obducta perquiſiueris, & præcipuè ſi oſſa ad ſceleti conſtructionem integra reſeruare nolens, ſerra frontis os ſuperiorem oculi ſedem conſtituens,inſtar trianguli priùs execueris:& deinde primùm neruos illos,& poſtea extracto oculo ipſius muſculos indagaueris. aliàs enim oculus cum muſculis illæſo oſſe eſſet eruendus, acutiori cultro in oculi circuitu proximè ad os ductis ſectionibus,uſque ad nerui uiſorij è caluariæ cauitate qua cerebrum continetur egreſſum. Vtcunque uerò oculum euulſeris,conduxerit ſemper [s] adhæreſcentem membranam quàm licebit uiciniſsimè ab oſſe dirimere,imò etiam eius portionem qua internam palpebrarum efformat ſedem, oculo appenſam

Neruorum parium examen.

Eorum quæ in duræ membranæ baſi ſunt examen.

Glandis pituitam excipientis,ipſiq; accumbentium arteriarum.

Li. 9. de Vſu part.

Oculi adminiſtratio.

k *Vti factũ eſt in 12 fi.*
l *12 fi. I, I. aut 13 figura C, C.*
m *12 fi. C, D. 13 fi. L, L.*
n *Vt factũ in 13 figu.*
o *13 fi. M, N, O.*
p *13 fi. S, aut 14 fig. C. C.*
q *13 fi. B, 14 fi. E, F.*
r *8 fi. ca 6 li. 1 A, B, A.*
s *Vti factũ eſt in 14 fi.*
t *14 fi. D.*
u *16 fi. A.*
x *15 fi. F.*
y *Vt in 14 figura.*
z *14 fi G.*
a *14 fi. H.*
b *14 fi. I, K.*
c *14 fi M,*
d *14 fi. L.*
e *4 muſcu. tab. I.*
f *6 mu. ta. D.*
g *14 fi. N, dein O, aut potius ſeriatim ſpecta figu. cap. 2. lib. 4.*
h *Apparèt in 9 fi. ad t, in 13 ad I,*
i *Vt factũ eſt in 9 fig.*
k *13 fi. H, K.*
l *15 fig. F.*
m *15 fi. C, D.*
n *Inſpectus 16 figuram.*
o *fi. ca. 10 lib. 2.*
p *figura e. 11 lib. 2.*
q *2 fi. ca. 2 lib. 4 K.*
r *einſ. fi. L,*
s *18 fi. ca. 14 n.*

appensam seruare, ut interdum adhuc intactis oculi musculis, cultello acutiore ad [t] iridem usque ab oculo, ac si cutem à corpore auferres, illam excoriare, & deinde unde ortum duxit rimari possis. Aliquando uerò ipsam membranam non nisi ablatis oculi musculis aggredieris, perpendens semper hac totam anteriorem oculi sedem, præter corneam tunicam seu pellucentem duræ tunicæ partem amplecti: illis uerò, totam posteriorem. Cæterùm oculo & musculis & adhærescente membrana [u] libero, [x] uisorium contemplaberis neruum, unà cum [y] uenis arterijsq; secundùm ipsum ex cerebro in duram usque tunicam exporrectis: deinde portionem uisorij nerui longa sectione diuides, & cultelli mucrone duræ cerebri membranæ, & tenuis membranæ portiones neruum inuestientes, & postmodum nerui substantiam [z] inquires, ut uelut trium præcipuarum oculi tunicarum initia ostendas, & insuper uisorium neruum ab oculo [a] diuidas, ut nihil præter duram, ceu exactissima quæpiam sphæra, appareat. Sphæram hanc summis digitis sinistræ manus ita apprehendes, ut pollex quidem pupillam, reliqui autem eam sedem in quam uisorius neruus implantatur comprehendant, dein dextra manu acutiori nouacula sectionem quàm poteris longissimam in dura oculi tunica transuersim duces, ut citra compressionem omnes oculi humores excidere possint. Hi enim hac ducta sectione, oculoq; in dextram manum assumpto, in manus sinistræ uolam ita sunt demittendi, ut crystallinus uitreo elatiorem locum habeat: negocium enim confuderis, si uitreus super crystallinum reuoluatur. Atque id ne fiat uitabis, si quum in uolam ex oculo humores prolabi sinis, oculum non admodum à uola eleuatum teneas, & posterior oculi pars, qua uisorius neruus inseritur, uolam magis respiciat. Susceptis ad hunc modum humoribus, & reposita aliquandiu illa oculi parte ex qua humores prolapsi sunt, manum leuiter modice ve inuertes, ut aqueus è uola sinistræ manus profluat, solusq; uitreus cum crystallino [b] reseruetur. Mox considerabis [c] tunicam palpebrarum pilis quàm simillimam, quæ orbiculatim crystallino humori connata, anteriorem uitrei humoris sedem inuestit, integitq;. Tunicam hanc cultelli mucrone à crystallino humore primùm diuelles, & deinde à uitreo subleuatam, supra chartam aliquam, cui & reliquas oculi partes seriatim adhibebis, extendes. Crystallinum humorem digitis ex uitreo quàm minimè compressum eximes: & uitreo in suum locum in charta reposito, illæsum humorem crystallinum scripturæ alicui primùm impones, & deinde cultelli mucrone ipsius lateri modicè indito, scripturæ nunc altiùs nunc demissius accommodabis, qui omnia specilli non excauati instar longè quàm sint maiora reddat, consideraturus. Porrò ipsius [d] tunicam, quam tenuissimæ in cepis pelliculæ modò tenuem ac pellucidam, sed duriorem esse diximus, ex ipsius primùm lateribus cultelli mucrone dirimere conuenit: & deinde unguibus ab humore auulsam, ad suũ in charta locum reponere. Vt uerò crystallini humoris discas duritiem, poteris illum inter digitos premendo confringere, & postmodum chartæ adhibere. Cæterùm ut tres adhuc reliquas contempleris tunicas, oculi partem ex qua humores deciderunt, super sinistrum pollicem euertes: & ilicò [e] quæ ex uisorij nerui substantia dissoluitur tunica sese offeret, aut extensa adhuc, aut uti plerunque solet, instar muci collecta. quapropter tunc stylo rursus uenit extendenda, & quantam habeat amplitudinem, cuiusq; coloris & substantię sit, inquirendum. Deinde rursus erit colligenda, ac denique à suo [f] principio ubi duntaxat firmatur abscta, in chartam reponenda. Iam interna uueæ tunicæ [g] sedes undiquaque est conspicua, in qua primùm ipsius intueberis colores, deinde hamulo uueam à dura diuellens, [h] uenarum ex dura in illam transitum, & nigricantem ipsius colorem perpendes. quum uerò ad [i] iridem diuellendo pertigeris, ipsius hic contemplaberis ad corneam firmissimum connexum, & [k] pupillam: cuiusq; coloris uuea sit. quà à cornea [l] abscedit, atque è corneæ regione consistit. Vueam hoc modo diuulsam, & à suo exortu ubi firmissimè duræ tunicæ committitur, dissectam, in chartam repones, & solam iam duram tunicam cum pellucida ipsius instar cornu parte contemplaberis, ipsius examinans crassitiem, & eam partem pellucidam. Vbi & hanc in suum ordinem in charta locaueris, memoriæ omnia commendaturus, uelut ab oculi centro ad extimam usque superficiem, & hinc rursus ad centrum singula enumerabis: & postea, nisi molestum fuerit, sinistrum aggredieris, à quo [*] adhærentem membranam, & [m] musculos, ut in dextro administrabis. uerùm in duram quæ ueam simul penetret, sectionem nullam duces, sed quàm minimè compresso oculo nouaculæ mucrone sensim [n] sectionem in dura molieris, non quæ primo iniectu eam diuidat, sed quæ sæpius iterata, ad uueam usque pertingat. sectioni deinceps tenuem, sed retusum stylum inseres; ac sensim uueam à dura dirimes, ut iã commodè sorpicula duræ tunicæ sectionem, quæ orbiculatim oculum ambiat, illæsa interim uuea perficere queas, ut uenarum ex dura in uueam transitum, & uuea postmodum dissecta, humorum situm paulo melius contempleris. Absoluta oculi anatome, auditus [o] organum, si ossa reseruanda minus duxeris, erit aggrediendum. & primùm auris natura euadit conspicua, si à cartilaginea qua conformatur substantia, cutis utrinque separetur. At auditorij nerui processus difficilius adinuenitur, serra tamen maxima ossis portione, quæ supra meatum habetur, & deinde cultro fortiori reliquo osse ad meatum usque excto, membrana in quam neruus degenerat, & huius organi osicula euadunt cõspicua. Si enim serra meatũ tetigeris, omnia uitiabis, & cultro etiam subinde nihil promouebis, quòd in angusto & anfractuoso meatu, mollis tenuisq; neruus facile cum ossibus diuellatur, contundaturq;. Omnia tamen mihi percommodè succedunt, si serra totam ossis partem, quę auditus organum continet, à reliqua caluaria libero, & deinde transuersim ualidiori cultro os uniuersum impetu disseco. Conuenit autem ita sectionem moliri, ut ea ossis sedes quæ neruũ à cerebro procedentem primùm excipit, ab illa separetur, cui auris connascitur. Imò, si in uno latere negotiũ parũ ex sententia cesserit, nihil sanè prohibet alterum quoque aggredi, & brutorum caluarias, ut bouis & ouis, operi adhibere, quum illis animalibus organum auditus non multum ab hominis fabrica discrepet. Rursus si ossa haud reseruanda putas, suaserim ut frontis os quà supercilia spectat, passim effringas, [p] sinum illum quem continet accuratè examinaturus. idem quoque in osse cuneum imitante moliendum est, ut ipsius quo

Alia oculi administratio.

Auditus organi examen.

t 18.19 fig. cap. 14.

u Vt in 18 & 14 fig. cap. 14

x 16 fig. 14 s.

y 17 fig. 14 s.

z 17 fig. 14 a. fig. 7

a Vt in 18 fig cap. 14

b Vt figura 12 cap. 14

c 12 fig. 14 h. h adiacens tota 11 figura.

d 10 fig. 14 d & 11 a 9 fig.

e 15 fig. 14.

f 14 fig. 14 l.

g tota fig. 14 fig. cap. 14.

h 15 fig. 14 p. p. & 16 fig. n.

i 15 fig. 14 q. q. & 18 fig. b.

k 15 fig. 14 r.

l 25 fig. 14 aq. ad * 18, 19 fig. cap. 14.

m 18 fig. 14 ζ. ζ.

n Vt in testa est in 11 fig. cap. 14.

o Exprimitur fig. cap. 8 lib. 1.

p 3, 4 fig. 12 b. ik.

que

Musculorũ in propositohactenus corpore nondissectorũ examen.

Venarum, arteriarum & neruorũ brachij examen.

que ꝙ antra crebro apparentia,& quę illis continetur materia in conspicuo sint, nihilq; septimo hoc libro descriptum lateat. Cęterùm nunc aliquot musculorum administratio (dummodo in uno corpore uniuersam absoluturus es anatomen)adhuc supereſt,quibus uidendis alterum latus suffecerit.Aggredieris itaque musculos cubitum mouentes,& qui radium,& brachiale,& digitos mouent : mox tibiam mouentes, & qui femoris motuum autores censentur : deinde pedis & digitorum motuum opifices ita simul cum ligamentis resecabis , quemadmodum in secundo libro iam multò antè commemoraui . Prorsus enim absreducerem,si illos musculos,eorundemq; administrandi rationem,uel obiter etiam hic pertractarem. Quod uerò ad brachij & cruris uenas,arteriasq; & neruos attinet, quum horum duntaxat administratio nondum expressa sit,eam nunc aggrediar.Primùm itaque à summo humero ad pollicis usque unguem in cute sectionem adeò leuiter duces , ut carnosam membranam non uulneres : deinde sectionis labri inuicem diremptis,omni studio laborisq; patientia cutem à carnea membrana ita auferes, ut adipem omnem membranæ adhęrere sinas. studioseq; obserues , ne uenam quampiam , aut neruulum cuti connexum sinas. & si fortè aliquem ramum cuti exporrectum negligentia diuiseris , & cum cute aliquousque à carnea membrana seiunxeris,illum à cute sedulò reseca, & carneæ membranæ ita ut prorepebat,obtędito,ac dein cutem quemadmodũ cœpisti adimito,nullibi cutis aliquid,neq; in brachio,neq; in cubito,neq; in manu relinquęs . Iam [r] uenulas & [s] neruulos obseruabis,carnosæ membranę quà brachium attollentem integit musculum oblatos : dein [t] primum brachij neruum , qui carnosæ membranæ aliquousque in externa brachij sede exporrigitur , insuper [u] ramulum tertij nerui [x] inter musculum brachium attollentem , & eum qui brachium pectori adducit,in carnosam membranam hic in anteriori brachij sede disseminatum.In posteriori autem brachij sede & inferiori regione externi lateris brachij [y] neruorum surculos expendes , carnosæ membranæ a quarto neruo brachium ingrediente deriuatos , simul cum [z] ramo quem is externæ cubiti sedi obliquè offert. Mox [*] sexti brachium petentis nerui seriem uniuersam expendes. ea enim tota carnosæ membranæ duntaxat exporrigitur . Iam humerariæ secundùm internum latus musculi brachium attollentis [a] egressum spectabis,& ramulos quos hinc inde,donec cubiti attingat articulum,dispensat. Ad cubiti autem articulum, [b] ramum obseruabis obliquè deorsum ad communis uenę constitutionem , ab humeraria diffusum : dein [c] eum qui secundùm radium in posteriora cubiti ad paruum usque fertur digitum , axillaris uenæ ramum sibi asciscens . [d] Ramum uerò quem humeraria rarius ad articuli cubiti profundiora mittit, si modò adfuerit,etiam citra sectionem expendes,axillaris uenę [e] portioni animum accommodans , quæ sub media longitudine brachij carnosam membranam subit . Hanc enim [f] ramum ad communis uenæ constitutionem promere cernes : dein [g] alios ipsius ramos secundùm ulnam,seu inferiorem cubiti regionem,ad brachiale ferri spectabis : & etiam animaduertes huius portionis soboles per interiorem cubiti sedem uariè admodumq; implicitè ad brachiale usque & manus uolam excurrentes . Dein [h] communis uenæ seriem uniuersam quoque intueberis , ad secundi brachium petentis nerui [i] propagines animum dirigens, quæ ab illo producuntur , simulatque in cubiti articulo carneam membranam ex alto adit . adhæc [k] ramum quarti nerui etiam spectabis , qui per externam cubiti sedem ad brachiale usque spargitur. Neruos digitos implicantes,aliquo pacto etiam modò cernis.uerùm magis conduxerit , eos tum primùm expendere,quum radices ipsorum ad digitos usque perduxeris.Postquam itaque hæc omnia non resecta adhuc carnea membrana diligenter non sine magno usu spectaueris , illam unà cum ipsis annexis uenis & neruis à succumbentibus musculis auferes : ac mox [l] musculum,cuius beneficio brachium pectori adducitur , ad ipsius usque insertionem ab illis quibus adnascitur partibus liberabis.idem & in [m] illo molieris, qui brachium attollit , & ijs quoque qui scapulam mouentium primus & secundus habentur : dein clauiculam à summo humero ꝙ resecabis,& [r] musculum auferes à pectoris osse & clauicula mamillari capitis processui insertum,& [s] eum qui a scapula ossi [v] referenti implantatur , & [t] eum quoque qui à prima pronatus , costa,transuersis processibus ceruicis uertebrarum inseritur . Cæterùm quum hos adimis musculos , parum curandum est,num illos auferas illæsos , nonnihilq; uulneratos . hic enim non musculorum , sed uasorum natura uenit discenda : & perpetuò cauendum est,ne uas,non autem musculus uitietur . Si itaque ad hunc modum accuratè hos musculos ademeris , in ceruicis uertebrarum latere neruorum [u] radices seriesq; eleganter occurrent , qui ab illis prosiliunt uertebris : atque ita etiam plexum neruorum in brachium excurrentium obseruabis,à quo seriatim cuiusque nerui digestionem persequeris . Ac [x] primus occurrit , qui musculo brachium attollenti præcipuè offertur : deinde [y] secundus,& [z] tertius . quorum seriem commodius spectabis,si capita [a] musculi cubitum flectentium anterioris illinc unde prodeunt liberaueris, & musculum à subdito illi [b] musculo ad insertionem usque ipsius detraxeris. Mox enim ita præter secundi & tertij nerui ad brachium ingressum,etiam [c] quarti & quinti & sexti nerui, & dein [d] arteriæ & [e] axillaris , & [f] humerariæ uenarum ingressum adinuenies,sensimq; singulorum distributionem sequeris,quæ in secundo neruo obseruatu est prompta : & tertij quoque nerui series ad cubiti usque articulum in propatulo est, uti etiam & quinti nerui & sexti.Quartus autem neruus,quà secundum brachij os uersus externum illius tuber retorquetur , non occurrit,nisi obliquè secundùm nerui ductum [g] musculos cubiti extensionis autores dissecueris,neruiq; progressum ita uitiatis musculis persequutus fueris. Vbi autem hunc ad externum cubiti articuli latus usque deduxeris, [h] ramosq; quos hactenus in progressu edidit examinaueris , [i] musculis ab externo humeri tubere principium ducentibus, a sua origine liberatis,ramos quarti nerui expendes, qui illis musculis offeruntur : & eam sequeris [k] propaginem , quæ tandem externæ pollicis regioni , ut & indicis quoque & medij surculos exhibet.hanc enim leui negocio reperies , si [l] musculo attenderis bifido tendine

q 8 *fi ca.6 lib.1 C,D,G.*
r *fi.ca.6 li.3 d.*
s 2 *fi c.11 lib. 4 g, h.*
t *eius. fi. π.*
u *eius. fi. υ.*
x 3 *mus. ta. inter P & Δ.*
y 3 *fi.c.11 lib.4 Ω. & char. 32. deriuati à Φ.*
z *eius. fig. char. 33.*
a 2 *fi.c.11 lib.4 χ.*
a *fi.ca.6 li.3 inferius e, dein e, e.*
b *eius fi.h ad a.*
c *eius.fi. i. uersus l, ubi suscipit x, x.*
d *eius.fi.g.*
e *eius fi.r.*
f *eius. fi.t. ad a.*
g *eius fi.u, x, y, z.*
h *eius.fi.a. β, γ, d, q.*
i 2 *fi.c.11 lib.4 Δ, Θ, Λ, Ξ, Γ, Σ.*
k *eius.fig. cha. 49.*
l 2 *muscu. tab.Δ.*
m 4 *mus. ta.Ξ.*
o 5 *tab.Γ.*
p 9 *t.Γ, Δ.*
q *Vt in 5 musc.tab.*
r 4 *tab.Θ,*
s 5 *ta.R,S.*
t 9 *tab. C.*
u *Vt in 2 fi.c.11 li 4. et ultima figu. lib. 4.*
x 2 *fi c.11 lib. 4 f.*
y *eius.fi.ρ, & ult.fi.li. 4 S.*
z *eius.fi.τ. & ult.fi.T.*
a 6 *tab.Θ.*
b 7 *tab.P.*
c 2 *fi.c.11 lib.4 Φ, dein ψ, dein ω.*
d *fi.ca.12 lib. 3 N.*
e *fig. ca.6 lib. 3 m.*
f *eius.fi.a.*
g 9 *musc. tab S,T.*
h 3 *fi.c.11 lib.4 Ψ.Ω. & cha.32.*
i 9 *tab.Z,Θ,Λ.*
k 3 *fig.cap.11 lib.4 cha.35.*
l 11 *tab. Λ.*

brachiale extendenti. Iam quarti nerui [m] propago similiter inquirenda est, quæ ulnę exporrecta, ad brachiale usq; excurrit,& [n] musculis ab externa ulnæ sede initium ducentibus surculos depromit. Vt uerò reliquum [o] tertij quintiq; nerui,& dein [p] reconditæ axillaris uenæ portionis, & [q] manus arteriæ in cubito & manu progressum uideas, [r] musculorum ab interno humeri tubere originem sumentium capita ueniunt liberanda: ita enim in anteriori cubiti articuli sede uenæ & arteriæ,& tertij nerui in cubitum ingressus occurret: & [s] eleuato secundos quatuor digitorum articulos flectente musculo, ipsorum ad brachiale usque progressum etiam obseruabis,unà cum quinti nerui (qui secundùm posteriora interioris humeri tuberis in cubitum fertur) portione ulnæ exporrecta,& sub medio longitudinis ulnæ [t] ramum spargente. qui in cubiti exteriora reflexus, externæ sedi parui digiti & anularis & medij surculos offert: quem leui negocio,quũ in superficie propemodum ducatur, adinuenies, reliquum uerò quinti nerui & tertij progressum reperies, si [u] transuersum in interna brachialis sede repositum ligamentum diuiseris, ac dein exiguo cultello uenæ, arteriæ,& illorum neruorum seriem ad extremos usque digitos perduxeris. Cæterùm priusquam cruris neruos & uasa inquires, etiam diligenter obseruabis neruorum ex thoracis uertebrarum lateribus prosilientium [x] distributionem. quam tunc demum opportunè inuenies, quum sedulò illorum distributione uel in his nostris commentarijs perlecta, musculorum dissectionem perspectissimam habes, qua hic non minus indiges,quàm ante musculorum administrationem absolutissima ossium cognitione. Quum itaq; ad lumborum usque uertebras deuentum erit,ab inguine ad pedis usque pollicem,similiter atq; in brachio, sectionem duces,cutem ad carneam usq; membranam diuidens: ut dein uniuersam femoris, tibiæ & pedis cutem illæsa carnea membrana, & uenis & arterijs & neruis, inter hanc & cutem excurrentibus ad ipsam relictis, quoad licebit commodè, auferas: moxq; [y] quatuor neruorum crus petentium radicis exortusq; inquiras neruos è lumborum uertebris & sacro osse prosilientes,secundùm ipsorum seriem subsequendo. Deductis uerò hunc in modum sectionis ordine ad crus quatuor ipsius neruis,primi nerui [z] sobolem expendes carneæ membranæ in externa femoris sede exporrectam. dein secundi nerui [a] sobolem in anteriori femoris sede ad carneam membranam plerunque diffusam. Hic [b] uenam quoque obseruabis per femoris & tibiæ interiora ad pedis usque summum,simul cum secundi nerui sobole exporrectam. Tertij nerui [c] sobolem carneæ membranæ oblatam inuenies,si inguini animum adhibueris. Vt autem quarti nerui [d] ramus in carneam membranam diffusus occurrat, [e] primum femur mouentium musculum ab ilium osse & sacro, coccygeq; ad insertionem usque liberabis,moxq; quarti nerui truncum eumq; ramum spectabis. Quo inuento etiam [f] ramum quarti nerui in carneam membranam iuxta poplitem, femorisq; humiliora diffusum inquires,& dein quarti nerui ramos tibiæ cuti multifariam simul cum uenis depromptos, in carnea membrana perueștigabis.& mox ad inguina reuersus,primi nerui seriem in musculis occultatã, cultello per musculos quæres,quod & in secundo & tertio facies:quanquam cum tertio etiam arteriæ & uenæ [g] propagines inueniendæ sint,quæ per pubis ossis foramen in femur delabuntur. Venam autem & arteriam insigniores femur petentes,dissectis uitiatisq; musculis sensim adinuenies:& obseruatis ipsarum ramis,progressum eorundem sequeris,quà secundùm femoris os retorquentur,ac poplitem unà cum quarto neruo adeunt. Vbi tria hæc,uenam scilicet,arteriam & neruum repereris,qui in poplite diuidantur perueștigabis, & musculis ligamentisq; uariè dissectis,uniuersam ipsorum seriem disces. Quo in opere quantum diligenti, & non semel tãtum repetita nostrarum descriptionum lectione,& prompta imaginum ipsi resectioni adhibitione iuuaberis,ipso usu facile experieris. Cæterùm si ex ossibus,quæ iam ex præsenti corpore tibi sunt reliqua, sceletum efformare,aut aliàs illa ad ossium doctrinam inspectionemq; asseruare uisum fuerit, nostra parandorum ossium cartilaginumq; uteris ratione, quam ad calcem primi libri tradidimus, itaque uniuersæ mortuorum dissectioni colophonem adhibebis.

Venarum, arteriarum & neruorũ cruris examen.

m 3 fi.c. 11 li. 4 ch. 37. diffundens char. 38,39,41.
n 10 musc. tab. Λ,Ξ,Π.
o 2 fi.c. 11 li. 4 ch. 43.
p fi.c. 6 li. 3 9,9.
q fi. ca. 11 li. 3 N. r 1 mu. tu. V,X,Y,Z.
s 5 mu. tu. Θ.
t 2 fi.c. 11 lib. 4 char. 46.
u 4 musc. tab. β.
x constituitur 2 & 3 fi.c 11 l. 4 v 2 fi.c. 11 li. 4 char. 57,60,66. 71.
z eiusd. fi. cha. 58.
a eiusd. fig. cha. 61.
b fi.c. 6 li. 3 Θ.
c 2 fi.c. 11 lib. 4 char. 68.
d eiusd. fig. cha. 72.
e 9 musc. tab. Π.
f 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 74. atque ita totã reliquã quarti nerui seriem inde pete.
g ulti. fig. lib. 3 i.

DE VIVORVM SECTIONE NONNVLLA. Caput XIX.

Quid mortuorum sectione, & quid uiuorum discatur.

Ossium ac cartilaginum usus uiuo animante qui uidẽdus.

Ligamentorum usus.

RERINDE sanè ac mortuorum sectio cuiusque partis numerum,situm,figuram,substantiæ proprietatem & compositionem accuratissimè docet:ita quoque uiui animatis sectio interim functionem ipsam manifestò ostendit,interim ad huius inuentionem ratiocinationes percommodè exhibet. quare etiam meritò in mortuis animantibus primùm studiosi ueniunt exercitandi,ut postmodum actionem usumq; partium inquisituri, promptè uiuum animal aggrediantur. Cæterùm quum corporis permultæ sint particulæ, differentibus actionibus usibusq; dicatæ:multiplices quoque uiuorum sectiones esse,neminem decet ambigere. In ossibus quippe,ut seriatim singula pertractemus,à uiuorum Anatome petimus, num corporis hæc optimũ fulcrum ac firmamentum sint,numq; omnia his adnascantur,adstabilianturq; . quum enim uiui animantis os aliquod ruptum cernimus,uniuersum membrum fracturæ subiectum collabi, neque amplius firmari intuemur:quod quia crebrius casu obuenit,in ossium usu indagando, uiuorum sectionem non magnopere requirimus. Cartilagines quoque simili ratione quædam firmare,quum franguntur,discimus: in articuli uerò alicuius dissectione,uidemus quid cartilago præstet,etiam si hanc in uiuo animante non obeamus. atque ita etiam ligamenti ossa colligantis usus in mortuis quoque uisitur, ut & ligamentorum etiam transuersim tendinibus obductorum. dum enim [a] transuersum in brachialis interna sede positum ligamentum diuidimus, [b] musculumq; digitorum secundos aut tertios articulos flectentem ad suum principium trahimus,id uidemus in hoc potissimùm factum,ut tendines,quo minus è sua sede exurgant, contineat. quanquam id in cane uiuo etiam licebit cernere,si obiter cutem à cubito & manu liberaueris, & cultello transuersum in brachiale ligamentum,& [c] alia quæ in externa ulnæ & radij sede ad brachiale habentur, diuiseris. mox enim

a 4 musc. tab. β.
b 4 musc. tab. β. 5 ta. Θ.
c 2 mus. ta. characteres 1, 2, 3, 4, 5, 6.

nim quum canis ſuo impetu digitos flectet,& extendet,tendines è ſuis ſinibus ſubleuari cernes. In hac etiã adminiſtratione muſculorum actionem ſpeculabere,quum illos in ſe,ubi maximè ſunt carnei,colligi,craſſeſcereq́;,& rurſus produci gracilesq́: fieri uidebis,prout collecti partem attrahunt, aut remiſsi eductiq́; eã ab alio muſculo incontrarium uelli ſinunt,aut etiam alioquin ſuam collectionem non exercent. Neque id hic in cubito duntaxat eſt obſeruandum,uerùm altiùs ab eodem cane cutis eſt adimenda, ut brachiũ uniuerſum axillaq́; denudetur,& nerui per axillam in id prorepentes appareant: ex illisq́; aliquem laqueo intercipias,cuius ſeriem in muſculos quoſdam pertinere cognoueris. Verùm quum canis neruorum numerus diſtributioq́; non admodũ cum homine conueniat,ſuaſerim,ut quum hanc ſectionem in uiuo cane obi turus es,mortuum quoque ad manũ habeas, in quo neruorũ per brachium & cubitum excurrentiũ ſeriẽ diciceris,atque ita neruũ aliquem inueneris,qui in muſculos quoſdam digeritur: uti ferè illi erunt,quorũ alter in homine [d] tertius eſt,ac ſecundùm anterioreẽ cubiti articuli ſedẽ in cubitũ fertur:alter uerò [e] quintus,ſecundùm poſterioreẽ interioris humeri tuberis regionẽ in cubitũ properans. Huiuſmodi enim nerui in cane etiam obſeruantur,& illis alicubi priuſquã ad cubiti articulũ pertingant ligatis, motus aboletur muſculorũ digitos & brachiale flectentium. unde ſi & illum neruũ etiam uinculo interceperis', qui in homine mihi [f] quartus numeratur,& ſecundùm humerum ad externum ipſius tuber porrigitur, etiam motus abolebitur muſculorum brachiale & digitos extendentium. Conduxerit autem huiuſmodi neruos laqueis intercipere, quo illis modò in hoc, modò in illo neruo ſolutis, muſculorum motum reſtitui obſerues. Iam muſculo alicui muris forma donato (quales hic in cubito occurrunt plurimi) longam ſectionem induces, quæ uentrem totum penetret, ut muſculi illius motum, huius ſectionis gratia non perdi expendas. Dum autem tranſuerſam ſectionem uentri induces,tantum muſculi motum aboleri uidebis, quanta erit ſectionis profunditas. Quum uerò uentrem prorſus diuides, muſculum ad inſertionem ipſius una parte, alia uerò ad exortum colligi retrahiq́; obſeruabis. Quòd ſi alterius alicuius muſculi tendinem præſcindes,muſculum uerſus exortum conuelli cernes. Item ſi caput diuiſeris, is ad inſertionem contrahetur. Si uerò inſertionem & caput unà abtruncaueris, muſculus ad ſuum uentrem ſedemq́; quà maximè carneus eſt conglobabitur: itaque muſculorum functio tibi hæc molienti erit obuia. Si autem priuatim nerui alicuius, aut peculiaris muſculi functionem inquirendam duxeris,eum neruum & muſculum, ut iam in brachio & cubito faciendum præcepi, aggredieris. Neque eſt quod hic prolixè commemorem, qualiter in his adminiſtrationibus canes aut eius generis animalia ligare conueniat,quum quiſque pro ſua induſtria,ſi modò in mortuorum ſectione adamuſsim uerſatus fuerit,hęc omnia rectiſsimè ſit obiturus. Adeò ut de uiua neruorum muſculorumq́; ſectione,nihil dicendũ ſuperſit,quanquã & de neruis recurrentibus paulo pòſt quędam noua ſeſe offerente occaſione ſubijciam. Vt autem uideas num [g] nerui ſubſtantia, aut membranæ illam induentes,animalem uim prȩcipuè porrigant, opportunè feceris, ſi cutem femoris tibiæ & pedis auferas, ac [h] primo femur mouentium muſculo à ſuis exortibus liberato, [i] quartum femur petentem neruum inquiras: & huius membranis à nerui ſubſtantia detractis, expendas qui pedis digiti ipſeq́; pes adhuc moueantur,ipſeq́; neruus concreditum ſibi munus adhuc utcunque exerceat. Verùm ſi quis medullæ dorſalis munus rimari ſtatuiſſet, uiſurus qui ea læſa, partes læſioni ſubditæ ſenſum motumq́; perdant, huic licebit canem ita aſſeri cuipiam aut trunco alligare,ut dorſum ceruicemq́; porrigat, quo dein grandiori cultro uertebrarum aliquot ſpinæ præſcindi queant,tandemq́; dorſalis medulla ea ſede nudari poſsit, qua illam quis ſecandam arbitrabitur.nihil enim facilius eſt,quàm tunc uidere motum ſenſumq́; ſubditarum ſectioni partium aboleri. Cæterùm in uenarum uſu inquirendo,uix quoque uiuorum rectione opus eſt: quum in mortuis affatim diſcamus,eas ſanguinem per uniuerſum corpus deferre,& partem aliquam non nutriri, in qua inſignis uena in uulneribus prȩſcinditur. Item in arterijs, uiuorum ſectionem uix requirimus, quanquam licebit alicui [k] arteriam in inguina procedentem nudare,uinculoq́; intercipere,ac intueri, partem arteriæ uinculo ſubtenſam non amplius pulſare. Atque ita leui negotio obſeruatur in arterijs ſanguinem natura contineri,ſi quando arteriam in uiuis aperimus. Vt autem certiores fiamus,pulſandi uim non arterię ineſſe, aut contentam in arterijs materiam pulſuum opificem exiſtere,uerùm à corde eam uirtutem pendere, prȩterquàm quòd arteriam uinculo interceptam non amplius ſub uinculo pulſare cernimus, licebit inguinis femoris ve arteriæ longam ſectionem inducere,& canaliculum ex arundine tam craſſum aſſumere, quanta arteriæ eſt capacitas: & ita illum ſectioni indere, ut ſuperior canalis pars altius in arteriæ cauitatem pertingat,quàm ſectionis ſuperior ſedes: & ita inferior quoque canalis pars, deorſum magis ipſa inferiori ſectionis parte protrudatur: ac dein uinculum arteriæ circundetur, quod ipſius corpus ſuper canalem ſtringat. Quum enim id fit, ſanguis quidem & ſpiritus per arteriam ad pedem uſque excurris, uerùm tota arteriæ pars canali ſubdita non amplius pulſat. Soluto autem uinculo arteriæ pars canali ſuccedens, non minus quàm ſuperior pulſum oſtendit. Quanta uerò uis à corde per arterias cerebro deducatur, poſtea uidebimus: nunc Galeni uiuam in hac demonſtratione conſectionem ſummopere mirantes, qua omnia præſcindi ſuadet quæ cerebro & cordi ſunt communia: ſemper omittens [l] arterias, quæ per tranſuerſos uertebrarum ceruicis proceſſus caput petunt,& etiam non mediocrem portionem uitalis ſpiritus in [m] primos duræ membranæ ſinus,atque ita etiam in cerebrum deferunt: adeò ut non mirum ſit, cerebrum diutius in illa adminiſtratione ſuo munere fungi,quàm commodè Galenus fieri arbitrabatur. reſpirat enim in hac ſectione diutiſsimè animal,& aliàs mouetur.ſi uerò currit,itaq́; multo ſpiritu indiget, non multo pòſt concidit: quanquam adhuc poſtea cerebrum animalis ſpiritus ſubſtantiam recipiat, ab illis arterijs quas per tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus caluariam petere recenſui. Cæterùm hoc loco,ubi de uiuorum

Muſculorũ uſus & functio qui ſpectentur.

Nerui in muſculis uſus.

Neruorum uſus examen.

Dorſalis medullæ.

Venarum.

Arteriarũ

d 2,3 *fi.c.* 11 *li.*4 7 *et eius lib.ult. figura* T.

e 2,3 *fi.c.* 11 *li.*4 ✱ *et ult.fig m.*

f 2,3 *fi.ca.* 11 *li.*4 Φ,*et ult.fig.e.*

g *Intimã neruiſubſtãtiã, et duas illi obductas mẽbranas oſtẽdit* 17 *fi.c.* 14 *huius libri a.β,γ.*

h *Vt in* 10 *muſ.ta.liberatiũ eſt n. & uidetur* ζ.

i 2,3 *fi. c.* 11 *l.*4 *cha.* 71 *& ult. figura t.t.*

k *fi. ca.* 12 *lib.*3 Φ.

l *fi. ca.* 12 *lib.*3 F.

m 7 *fi.* P, P *et* Q, Q. 9 *fi.* S.S *&* T,T.

sectione obiter tantum pertractandum duxi, haud proposui Galeni aut rectè, aut minus rectè celebratas ui uorum sectiones commemorare: quum hic abundè fecero, si perfunctoriè aliquot sectiones proferam sin-

Eorum quæ peritonæo continentur functionũ examen.

gulis libris dicatas. Atque quum iam ad quintum usque sit deuentum, modò de nutritionis organis sermonem instituemus, quorum munus ferè in mortuorum sectione etiam discimus. Videmus enim peritonæum omnium ipso complexorum organorum esse inuolucrum: omentum, ut & mesenterium, uasorum deductioni & distributioni optimè subseruire: uentriculum cibos & potum conficere, hosq; per stomachum huc deferri. Quanquam & uiuos canes, qui modò paulo aut multo antè cibum sumpserunt, uiuos aggredi, atque ita etiam intestinorum munus rimari, nihil prohibeat. Iecoris autem officium, ut etiam lienis, aut renum, aut uesicæ, in uiuorum sectione uix melius quàm in mortuorum intueri possumus. nisi quis uiuo cani lienem execare uoluerit, uti & ego aliquando feci, diebusq; aliquot canem asseruaui. Atque ita etiam renem aliquando execui: uerùm uulneris curatio molestior est, quàm quæ hinc sumitur cognitio iucunda. nisi quis non tam organorum cognitionis ratione has sectiones aggrederetur, quàm ut manum exerceat, ac abdominis uulnera aptè suere discat: quod & in intestinis studiosè experiendum est, quo quis uulnerata consuere, atque in abdomen quum exciderint, imponere assuescat. Verùm hæc, perinde ac ossium luxationes & fracturæ, quas in brutis aliquando molimur, exercendis potius manibus, & rectæ curationi instituendæ, quàm organorum officijs indagandis conducunt. Porrò uiuas sectiones instrumentorum generationi subseruientium, in dies ferè in ramicum curationibus, & in animalibus quæ castrantur obseruamus. atque illę propemodum uasis seminarijs & testibus spectandis sufficiunt: nisi quis illam quoque addere uelit, qua canini testis substantiam ex tucica ipsi proximè obducta eximimus, aut etiam à seminarijs uasis testis substantiam unà cum illa tunica rescindimus. Verùm in fœtuum uiua administratione iucundum est

Generationis organorum.

Fœtuum.

spectare qualiter simulatque fœtus aerem ambientem contingit respirare nititur. Atque hæc sectio oportunè in cane aut sue obitur, quum non multo pòst sus est paritura. Si enim ipsius abdomen ad peritonæi usque cauitatem diuiseris, atque dein uterum quoque in unius fœtus sede aperueris, ac [n] secundina ab utero liberata fœtum mensæ imposueris, cernes per pellucidas membranasq; ipsius tunicas, qualiter is frustra respirare conatur, & ueluti suffocatus moritur. si uerò fœtus inuolucra pertuderis, ipsiusq; caput illis liberaueris, mox illum ueluti reuiuiscere, & eleganter respirare cernes. Atq; quum id in uno fœtu indagaueris, alium aggredieris: quem ab utero non liberabis, uerùm apertum ex dicta iam fœtus administratione, uterũ tantisper inuertes, & prius factæ sectionis labra extrorsum reflectes, dum alterius proximiq; fœtus infima inuolucrorum pars sedes ve appareat, & hanc ad eam usque regionem ab utero detegas, qua is exteriori fœtus inuolucro connascitur: & qua ampla ea lienis substantiæ similis caro habetur, quę uasa ex utero in exterius fœtus inuolucrum pertinentia intertexit. Est enim hac administratione uasorum ille nexus integer asseruandus, & reliquum exterioris inuolucri ab utero detegendum, ut per pellucida fœtus inuoluera arterias per ipsa distributas & umbilicum subeuntes, ad uteri arteriarum rhythmum pulsare, & fœtum respirationem nudum conari moliriq; cernas: ac dein effractis pertusisq; inuolucris fœtum tunc respirare, & inuolucrorum umbiliciq; arteriarum pulsum perire spectes, uteri arterijs adhuc cum reliquis extra ipsum arterijs pulsantibus. In cordis & pulmonis functionibus pleraque expendimus, motum uidelicet pulmonis, & num aspera arteria eorum quę bibuntur portionem assumat: dein cordis dilatationem & constrictionem, ac num idem rhythmus sit pulsus cordis & arteriarum, item qualiter uenalis arteria distendatur ac comprimatur, & qui execto corde animal adhuc uiuat. In quibus obseruandis, magnoperè animali indigeremus lato pectoris osse donato, & [o] membranas thoracem intersepientes tam distantes obtinente, ut diuiso secundùm longitudinem pectoris osse, sectionem inter eas membranas ad cor usque ducere possimus, citra thoracis cauitatum (quibus pulmones continentur) pertusionem. Verùm quum nullum eiusmodi animal pręter hominem, & non caudatam simiam occurrat, in canibus ac porcis, illisq; animalibus quorum nobis datur copia, sectiones ita sunt aggrediendæ, ut prędicta omnia intuearis. Quod itaque pulmo thoracis motum sequatur, hinc patet, quòd sectione in aliquo costarum interuallo ad thoracis usque cauitatem ducta, lęsi lateris pulmonis par concidat, neque amplius cum thorace distendatur, reliqua adhuc pulmonis parte thoracis motum sequente: quę etiam mox concidet, si & in altero latere sectionem in thoracis usque cauitatem molieris. atque ita animal, etiamsi thoracem aliquandiu moueat, non minus morietur, quàm si suffocatum esset. Verùm in hac administratione obseruandum uenit, ut sectionem quàm proximè ad superiorem alicuius costę ducas sedem, ne ad inferiorem fortè, sectionem dirigens, uasa hàc exporrecta pertundas. tum enim sanguis illinc proflueret, qui aeris per uulnus immissi & emissi gratia, spumosus redditus, pulmonis loco tibi imponeret. Incautè enim secantibus eiusmodi spuma pulmo esse uidetur, ipsiq; pulmonem aliquandiu etiam sua insita ui distendi opinantur. Vt uerò naturalem pulmonis cum thorace sequelam uideas, ex altero latere duarum aut trium mediarum costarum cartilagines dissecabis: & sectionibus per illarum costarum interualla ductis, singulas costas extrorsum reflectes, ipsasq; franges, quo opportunam constituas sedem, per quam lateris illæsi pulmonem uidere queas. quum enim thoracem intercipientes membranæ in canibus admodum pellucidæ sint, perfacile est, per eas pulmonis partem thoracis motum adhuc sequentem intueri, ac illis etiam membranis leuiter pertusis considerare, qualiter & ea pulmonis pars intercidat. Priusquàm tamen eas pertundas, conduxerit [p] arteriæ uenalis propagines in eam pulmonis partẽ, quæ iam concidit, manibus apprehendere, & aliquousque ab ipsis substantiã pulmonis liberare: ut discas, num illę perinde atque cor moueantur. Cordis enim motus etiam hic tibi est conspicuus, præcipuè si cordis [q] inuolucrum diuiseris, & ab illo cor in eo latere detexeris, ubi hanc administrationem moliris. Conduxerit uerò hanc in sinistro latere tentari, ut scilicet dextra pulmonis pars adhuc moueatur, & unà uniuersum

Cordis ipsiusq; submini-strantium partium usus examẽ.

n 1 ta. fig. 30 lib. 5 f. & 2 ta. K. & 3 & 4 ta. Q. R.

o 2 fi. li. 6 G, G, & Ll.

p 6 fi. lib. 6 G.

q 3 fi. li. 6 D, E, F.

ſum arteriæ uenalis truncum manu commodè apprehendas. In huiuſmodi quoque adminiſtratione no-
inutiliter cordis baſim amplecteris, unoq; uinculo uaſa ab ipſa prodeuntia ſimul & ocyus intercipies, ac
dein ſub uinculo cor execabis, ſolutisq; quib. animal colligatum eſt laqueis, currere ſines. Vidimus enim ali
quouſque etiam ita affectos canes, ſed præcipuè feles, cucurriſſe. Cæterùm cordis motus, ut & arteriarum,
r Vti para ta eſt 2 ſi. lib. 6. rectiùs ſpectabis, r ſi mox atq; canem aſſeri alligaueris, ſectionem à iugulo per coſtarum cartilagines, quà
illæ oſsibus continuantur, in utroque latere acuto admodum cultro duces, ac mox ab unius ſectionis ſine
tranſuerſim ad finem alterius ſectionis, tertiam ſectionem in peritonæi uſque cauitatem molieris, & leua-
to pectoris oſſe cum ipſi coarctatis cartilaginibus, & ſepto tranſuerſo ab ijs liberato, pectoris os ad anima-
lis caput ſurſum reflectes: ac mox diuiſo cordis inuolucro, una manu cor apprehendes, & alia arteriam ma-
gnam dorſo exporrectam continebis. Quanquam & hæc omnia melius obibis in ea uiua ſectione, quam
inter alias ut pote uberiorem in ſcholis exhibere conſueui. atque hanc ideo, ſimulatque nonnulla de ce-
rebro ſubiunxero, perſcribam prolixiùs, ut ab alijs leuiori negocio quoque aggrediatur. In cerebri igitur
ipſiusq; partium examine, parum omnino in uiua ſectione uidendum eſt, quum hic uelimus nolimus, uel
theologorum noſtratium cauſa, memoriam, rationem & cogitationem brutis animalibus adimere debea-
mus, utcunque illis cum homine eadem ſit conſtructio: atque ita Anatomes ſtudioſus, & in mortuorum
ſectione uerſatus, nullaq; hæreſi infectus, probè intelligit, quàm malè mihi conſultum uelim, ſi quòd aliàs
longè lubentiſsimè facerem, de cerebri uiua ſectione aliquid inſtituerem. Quòd tamen ad ſenſum & mo-
tum attinet, uidere eſt, cerebro ablato utrunque perire. Atque hic eadem indagandi eſt ratio, quam in ner-
uorum adminiſtratione præcepimus. Num uerò cerebrum ſentiat, in homine uenit inueſtigandum: qui
quum id ſcinditur, aut premitur, indicet num dolore afficiatur, num ve quo cerebrum alteratur, ſentiat: uti
in capitis uulneribus indies experiri integrum eſt. Rurſus caluariam canis poſſe frangi, & cerebri uentricu
lum aut dextrum aut ſiniſtrum aperiri, ac qui animal motum perdat, illumq; denuò occluſo uentriculo re-
cipiat, neminem ambigere arbitror. Porrò ſectionem quam me deſcripturum paulo antè pollicebar, in pre
gnante cane, aut ſue aggredieris: quanquam uocis occaſione ſuem accipere magis conueniat. canis enim
aliquandiu ligatus, utcunque illum afficias, ſubinde neque latrat, neque ululat: itaq; uocis ablationem aut
reſolutionem interdum expendere nequis. Primùm igitur animal ut ſupinum iaceat, anterioremq; colli ſe
dem, & liberum corporis truncum porrigat, aſſeri ita quàm poteris ualidiſsimè pro tua induſtra rerumq;
copia, alligabis. Nó enim arduũ eſt, aſſerem quempiam ſumere, cui foramina inſint ligandis cruribus
apta: aut ſi nulla adſint foramina, promptè aſſeri duo baculi ſubijciũ
tur, illisq; crura aduinciuntur. Inter cętera autem, ſuperioris maxil
læ præcipua habenda eſt ratio, ut illa ualidè aſſeri firmetur. quod fe-
ceris catenula, aut corda quapiam robuſtiore ante dentes caninos ligata, ac dein cuipiam aſſeris anulo, aut
foramini, aut ut commodius duxeris commiſſa, ut ſcilicet collum exporrectum, caputq; immotum ſit, & in
terim animal liberè reſpiret clametq;. Priuſquam uerò animal ita uincitur, ſpectatoribus iam in mortuo-
Specta ſi uiſum fuerit figuram capiti 9 li. 4. impoſitam. rum Anatome uerſatis recenſere ſoleo, quæ nam potiſsimùm præſenti ſectione ſint uidenda, ne prolixa in-
ter ſecandum dein enarratio operi obſit, idq; forſitan dicendo interturbetur. Mox itaque longam in collo
ſectionem acutiori nouacula duco, quę cutem & ſubiectos illi muſculos ad aſperam uſque arteriam diui-
dat: id cauens, ne ſectio in latus aberret, uenamq; notatu dignam uulneret. dein manibus arteriam aſpe-
ram comprehendo, & illam ab incumbentibus muſculis digitorum duntaxat opera detegens, ad huius la-
tera ſoporales arterias, illiq; attenſos ſexti paris neruorum cerebri neruos perquiro. dein recurrentes ner-
uos lateribus aſperæ arteriæ adnatos etiam obſeruo, quos interdum laqueis intercipio, interdum præſcin-
do: idq; primùm ex altero latere, ut neruo hic intercepto præſecto ve dilucidè obſeruetur, qui media uox
pereat, totaq; ambobus neruis læſis intercidat: & ſi laqueos ſoluo, rurſus redeat. id enim citò & citra inſi-
gnem ſanguinis fluxum expenditur, ac pulchrè auditur, quàm ualidam efflationem animal citra uocem mo
liatur, recurrentibus neruis cultello diuiſis. Hinc ad abdomem uenio & acuta ualidaq; nouacula ſub ſpu-
riarum coſtarum cartilaginibus, mucronataq; pectoris oſsis ſede ſectionem inſtar ſemicirculi uno ductu ad
peritonæi uſque cauitatem molior: ex cuius ſectionis medio ad pubem uſque aliam tento, quæ promptè
ſuccedit, ſi cultrum aut nouaculam peritonæi cauitati indem, itaq; inteſtina & uterum fœtibus diſtentum
a 6 muſcu. tab. a. duabus illis ſectionibus detegem, id ſedulò ſtudens, ut aſtantium quidam pollicem a uaſis obdat, quæ ſub
pectoris oſſe deſcendetia abdomen petunt, illa enim ſola hactenus multum ſanguinis fundunt. Hic modò
b 7 muſc. tab. A. ſectioni uiciniores hortor, ut manu b ſepto tranſuerſo adhibita, ipſius motum experiantur: diſsitos aũt, ut
uentriculi & iecoris ueluti in thoracis cauitatem aſſumptionem & dimiſsionem ſpectent. Interea in altero
thoracis latere longam ſectionem ad coſtarum uſque oſſa duco, ad eam ferè regionem, qua coſtæ in carti-
c Inter T et S 6 muſ. ta. laginem c degenerant. & dein ſecundùm coſtarum oſſa tranſuerſas ſectiones molior, ut oſſa incumbenti-
bus muſculis aliqua ex parte liberem: & inſuper ſi operoſiorem adminiſtrationem ſequi uiſum ſit, interco-
ſtales muſculos in duobus coſtarum interuallis a tunica coſtas ſuccingente auferam, ut dein mediam inter
illa interualla coſtam ſolarum manuum auxilio à tunica coſtas ſuccingente auellam: illaq; à ſua cartila-
gine fracta, & deorſum in latus inflexa, magna tunicæ coſtas ſuccingentis appareat amplitudo, quæ pel-

Cerebri functionis examen.

Viua ſectio, qua Anatomeſpeculationi in ſcholis colophon adhiberi ſolet.

Neruorum recurrentiũ examen, uncisq; eorum ſectione abolitio.

Septi tranſuerſi functionis exame.

HAC *figura ſuem aſſeri, quem uiuis ſectionibus adminiſtrandis parare ſolemus, ac ultimo primi libri capite cũ reliquis anatomicis inſtrumẽtis propoſuimus, alligatã cõſpicis, ut modus quo in noſtris ſcholis utimur, aliqua ex parte foret obuius.*



Pulmonis motuum.

lucida pulmonis motum utcunque commonstret. Hac postmodum pertusa, uidetur qui huius lateris pulmo concidat, thorace interim æquè ut priùs moto. Vt uerò id magis reddatur conspicuum, plura costarum ossa à suis cartilaginibus libero, quàm possum maximè hoc thoracis latus [d] aperiens, ut commodè per membranas thoracem interscpientes, altera pulmonis pars, quæ in thoracis cauitate nondum læsa, pulchrè cum thorace mouetur, sese offerat: ac deinceps illis membranis pertusis, hæc quoque mox à perforatione concidere & collabi uideatur. [e] Nunc in altero etiam latere acutiori cultro, una sectione costarum ossa à cartilaginibus libero, & à cartilaginibus pectorisq; osse septum transuersum reseco, ut cum cartilaginibus, os illud diuulsis thoracem interscpientibus membranis, sursum ad collum reflecti queat, cordisq; inuolucrum in cõspectu sit. quod ilico cultello aperiendum est, obseruandumq;, quantum aquę contineat, & qui cor agatur. Verùm cordis motui non diu animum adhibebis, quin potius animali iam ferè propter concidentem undique pulmonem suffocato succurres: ut dein adamussim rursus cor arteriasq;, & fœtus in utero contentos, quamdiu uisum erit, examines. Hactenus enim sanguinis fluxus parum incommodi animali intulit, si modò illa quæ sub pectoris osse repunt [f] uasa astans aliquis obturauerit, ac pectoris os iam sursum ad collum reflexum iaciat, itaq; ob uasorum obliquitatem illa nihil amplius fundant. quod & in uasis costis singulis exporrectis fit, quum costæ effractæ deorsum euertuntur: ipseq;, dum sectionem administras, uasa tantisper dum obliquentur occludere adnisus fueris. Vt uerò uita animali quodammodo restituatur, foramen in asperæ arteriæ caudice tentandum est, cui canalis ex calamo aut arundine indetur, isq; inflabitur, ut pulmo assurgat, ipsumq; animal quodammodo aerem ducat. leui enim inflatu in uiuo hoc animali pulmo tantum quanta thoracis erat cauitas intumet, corq; uires denuò assumit, & motus ipsius differentia pulchrè euariat. Inflato igitur semel atque iterum pulmone, cordis motum uisu tactuq; quantum lubet examinas, & arteriæ magnæ caudicem dorso explicatam, aut in thoracis cauitate, aut ad lumborum uertebras comprehendis, & spectas pariter: nihilq; tibi manifestiùs occurrit, quàm cordis & arteriarum pulsuum rhythmus. quo aliquandiu obseruato, pulmo rursus inflandus est: hocq; artificio, quo mihi gratius in Anatome nullum comperi, magna pulsuum differentiarum cognitio paranda uenit. Quum enim pulmo diu flaccidus concidit, undosus, formicans, & uermicularis cordis arteriarumq; pulsus, motus ve spectatur. inflato autem pulmone, magnus rursus & uelox efficitur, mirasq; inæqualitates proponit: &, ut semel dicam, hæc administratio eiusmodi est, qua omnium optimè pulsuum naturam medicinæ candidatis proponere soleo. Verùm in horum examine fœtuum gratia nunc non diu hæreo, sed in aliqua bicorni canis suis ve uteri sede, sectionem super fœtum aliquem duco ad [g] exterius ipsius usq; inuolucrum penetrantem: quo deinceps ab utero diuulso, fœtum cum suis inuolucris eximo, & exteriori effracto inuolucro, per interius ualde pellucidum ostendo, qui fœtus respirare conetur, quamq; pulchrè intetiori quoq; inuolucro fracto aerem ducat. Mox proximum fœtum, quantum possum detego, uterum nulla ex parte ab exteriori inuolucro diuellens, ut hic ita fœtus uasorum natura examinetur, uti prius uiuam fœtuum dissectionem faciendam præcepi. Quum hæc molior, per interuallaq; pulmonem inflari curo, nondum cordis & arteriarum motus latet. uerùm longo admodum tempore animalis uitæ succurritur, & cordis [h] auricularũ motus etiam promptè expenditur, perinde ac [i] arteriæ uenalis, & [k] uenæ arterialis: quas si non sat sit proximè ad cor tetigisse, in aliqua pulmonis fibra ipsius substantiam à uasis unguibus discerpo, & quod hic animaduertendũ est, obseruari sino, [l] dextrum postea cordis aperiens uentriculum, quo constet, qui cor illo etiam patente, nihilominus moueatur. [m] Sinistro insuper uentriculo unà adaperto, aut media cordis parte transuersa sectione [n] ablata, spectatores moneo, ut auricularum cordis motum nondum quiescere intueantur. Dein si animali ante sectionem potum colore ali quo infectum porreximus, idq; cibos uarios seriatim ingesserit, cuiusmodi humor in pulmonis asperę arterię ramis occurrat, quęq; ciborum in uentriculo sit series, perquiro: hac dissectione, to ti Anatomicæ speculationi colopho nem in no stris scholis perinde addens, atq; huic meæ de Humani Corporis Fabrica historię nunc illa finem impono.

Aquæ in cordis inuolucro repositæ, & cordis motuum examen.

Num cordis & arteriarum par pulsus sit, examen.

Fœtuum examen.

Arteriæ uenalis, & uenæ arterialis motuum examen.

d *Quasi pararetur 1 fig. li. 6.*

e *Quasi 2 fi li. 6. pararetur.*

f *2 fi. li. 6 B, C, D, E.*

g *Specta simul tabellas 30. figure lib. 5.*

h *4 fi. li. 6 I, K.*

i *6. fig. lib. 6 G.*

k *6. fi. lib. 6. I.*

l *patet in 7 fig. lib. 6.*

m *patet in 9. fi. lib. 6.*

n *uti facilè est in 11 fi. lib. 6.*

SEPTIMI ET VLTIMI LIBRI FINIS.

RERVM ET VERBORVM
IN PRAECEDENTIBVS DE HVMANI CORPORIS
FABRICA LIBRIS MEMORABILIVM INDEX,

in quo literæ a & b numeris adiectæ, ſuperiorem & inferiorem paginæ partem ſignificant.

BARTICVLATIO 9.b
Abdomen cur ſummus rerum Opifex oſſe deſtitutum neceſſariò creari uoluerit 215.a
Abdominis membrana 373.b
Abdominis muſculi 213.b
Abdominis muſculi tranſuerſi 214.b
Abdominis muſculi tranſuerſi a peritonæo ſeparatu difficiles. ibid.
Abdominis muſculorum adminiſtratio duplex 114.b prior, qui fit a muſculorũ exortu obliquè deſcendentis ibid.
Alter modus ab ipſorum terminis obliquè deſcendentis 215.b
Abdominis muſculorum altera adminiſtratio, uerſus ipſorum initia obliquè deſcendentis 216.a obliquè aſcendentis, recti & tranſuerſi ibid.
Abdominis muſculorum delineatio obliquè deſcendentis 136.a aſcendentis 135.b recti 142.a tranſuerſi ibid.
in Abdominis muſculorum deſcriptione uarius Galenus 215.a
Abdominis muſculorum functionem ineptè medicorũ uulgus aſſignare 215.b
Abdominis muſculorum octo adminiſtratio 427.a
Abdominis muſculorum octo deſcriptio 213.b obliquè deſcendentis. ibid. aſcendentis 214.a rectorum deſcriptio. ibid.b tranſuerſorum 214.b
Abdominis octo muſculorum breuis enumeratio 213.b
Abdominis muſculorum uenæ, ac arteriæ 353.b
Abdominis muſculorum uſus 215.a
Abdominis muſculos ſolos nouiſſe uidetur medicorum uulgus 215.a
Abdominis recti muſculi adminiſtratio 216.a tranſuerſi ibid.
Abdominis recti muſculi pars, qua ſtmiæ abundant, & canes 314.a
Abdominis ſectio 426.b
in Abdomine candidior linea 215.b
Abbaumos 126.b
Abbans os ibid.
Ἄκανθα 126.a
Acceptabulum 8.a
Accolarum Alpium, quæ Stiriam ſpectant, deformitas 15.b
Acetabulum 8.a
Acetabulum femori articulando paratum 95.a
Acetabulum herba 418.b
Acetabulum in coxendicis oſſe & humero 418.a
Acetabuli nomen ad quæ tertiò fuerit deductum 419.a
Acetabula, quæ ſecundò à ueteribus fuerint appellata 419.a
Acetabulorum uteri examen 434.b
Acies digitorum quæ 127.a
Ἀκρόχειρ 85.b
Ἀκρώμιον 73.a 126.b
Ἀκρωμίου ὀστέον 126.b
Acuale os 122.b
Acus uariæ ſectionibus aptæ, cum earundem delineatione 121.b
Adaicon 127.a
Adami morſus os 126.a
Additamentum 5.b
Additamentum necatum 127.a
Adeps ſeu pinguedo πιμελὴ 181.b
Ἀδὴν quid 277.b
Ἀδενοειδὴς παρασάτης 405.a
Adeps quid 181.b ubi ſit copioſior. ibid. quibus ſit copioſior ibid.
Adeps cur albeat ibid.
Adeps meſenterij 388.b
Adeps omenti 382.a eius uſus. ibid.b
Adeps inteſtinis obductus 386.b
Adipis adminiſtratio, ſiue reſectio. 182.b
Adipis copia quibus animalibus attributa 181.b
Adipis delineatio 181.b
Adipis uſus quis. 181.b
Adipem etiã carni paſſim attendi 172.b
Adipem in thoracis lateribus dorſoq; occurrẽtem ne carnis loco habeamus, cauendum 204.b
Adipem reponi inter cutem et tendinem uolæ 130.b
Adhærens alba ve oculi tunica 499.b
Adiutorium brachij 126.b adnaſcentia. 56 adnatum, adnexus. ibid.
Adoleſcentem quendam iuris ſtudioſum apud Patauinos glandis duos obtinuiſſe meatus, quorum unus ſemini, alter uerò urinæ deſtinatus eſſet. 414.b
Adoren 122.a
Adſenaſcem 126.a
Aegyptiorum mos in uirginibus proximè nupturis obſeruatus 410.a
Aegyptiorum pudendi muliebris carunculas amputandi mos 410.a
Aer qui in reſpiratione digeratur, cordisq; & ipſius ſubminiſtrantium partium functionis enumeratio 440.b
Aereæ ſubſtantiæ reficiendæ quas partes natura fabrefecerit, & quæ priuatim uitali ſpiritui ſubminiſtrent. 440.b
Aetatem complentes dentes 126.a
Agis 127.a
Agit os 126.b
Alacharam ibid.
Alagas ibid.
Alæ naſi 110.b
Alarum naſi muſculus præſentis capitis in altero latere 5, aut omnium 9 & 10. 187.b in altero latere 6, aut omnium 11 & 12. ibid.
Albadaran oßiculum 92.b
Albertus, Thomas, Scotus, utriuſq; claſſis Theologi, de uermiformium proceſſuum uſu notati 491.a
Alberti, Thomæ, Scoti, de cerebri uentriculis opinio qualis 480.a
Alberti Magni de ſecretis mulierum indoctißimus liber 417.b
Alchatin 126.b
Alfaick os ibid.
Algorab ibid.b
Alham ibid.
Alharta 127.a
Alhoſos 126.b
Ἀλυσδρομοῦντες nerui 333.a
Ἀλλαντοειδὴς ſecundum fœtus inuolucrum ueteribus cur appellatum. 420.a 421.a
Ἀλώπεκες muſculi 226.a
Alraſafe 127.a
Alrip ibid.
Alſabad 126.b
Alſelameet 127.b
Alſelanuat ibid.
Alſemſeminiæ ibid.b
Alſochi ibid.
Alterati color in nutritione alteranti ſimilis 391.a
Althauorat 127.a
Ἀμαρυγαὶ 182.b
Ἄμυγδαλοι 8.b

Ἄμνιος seu ἀμνίος membrana cuiusmodi et cur a ueteribus ita dicta. 420.a 421.a
Ἀμφιβληστροειδὲς inuolucro 498.a
Ἀμφιβληστροειδὴς tunica 329.a
Amygdalæ faucium quæ 448.b
Anatomes professores ridiculè hactenus renum officium proposuisse 431.b
Ad Anatomes studium prouehendum, præfectorum Italicorum diligentia & amor 426.b
Ad Anatomen cuiusmodi corpus adhiberi conueniat ibid.
In Anatome docenda, ostendendaq; quis ordo seruandus 425.b
Anatomiæ hactenus obseruata ratio inutilis 114.b
Anatomicorum de intestino cæco nugæ 384.b
Anatomicorum de pylori situ error 377.b
Anatomicorum de uenæ cauæ exortu, prolixam esse disceptationem 287.a
Anatomicorum de uentriculi cellulis error 377.b
Anatomicorum de uentriculi exteriore tunica nimis in fundo carnosa, error 378.a
Anatomicorum uulgatis placitis non leuiter acquiescendum 463.a
Anatomicis ueteribus auditus ossicula incognita fuisse 122.b
Anatomici operis & inchoandi & absoluendi, qui nam Vesalio præcipui autores extiterint 27.b
Anatomicorum commentum, qui bilem in suam uesiculam asseruari docet, ut iecur à putredine uindicet 393.b
Anatomicorum de cordis osse lapsus 69.b
Anatomicorum instrumentorum delineatio 120.a
Anatomicos in orificiorum cordis numero recensendo uariare 457.b
Anchæ os 127.a
Anchoræformis processus 126.b
Ἀγκὼν 80.b 126.b
Ἀγκυροειδὴς processus 72.a 126.b
Ioan. Andreæ Albij, Hippocraticæ medicinæ apud Bononienses professores clarissimi, hospitalitas 57.b
de Animæ facultatibus ac sede considerare, medici quoque officiũ 460.b
Animarum immortalitatis atque euentus disputationem solos Theologos sibi uendicare 92.a
Ἄνδρων 127.a
Anima Galeno quid 440.b
Animæ species tres 460.b
Animali spiritu materiam uitalem suppeditaræ 479.a
Animellæ quæ 448.b
Annuli, quo Turcæ sagittantes utuntur, effigies 112.b
Annulum aureum imprudenter a quodã deglutitum, eundemq; siue noxa excretum, Galenus retulit 377.a
Ἄνω χοιλία 220.b
Ἀνώνυμων os 127.a
Anse ossium temporum 126.a
Ἀνώνυμον os, sacri ossis lateribus commissum 93.b
Ἀντιάδες faucium glandulæ quæ 488.b
Ἀντιχνήμιον 102.a & 103.a 127.a
Ἀντίχειρ ibid.a
Annulus 250.b
Anum referens in cerebro orificium 492.a
Ἀορτὴ dicta arteria 306.a
Ἀναθρῶσις 9.b
Ἀποπείρωσις id est eneruatio 170.b
Apoplectica arteria 303.a
Ἀπόφυσις 6.b
Ἀπόφυσιν cum ἐπιφύσει subinde ab alijs confundi 7.a
Appendix 5.b
Appendices in ætate prouectioribus pertinacius adhærere ibid.b
Appendices interdum ossium capita Galeno dici 7.b
Appendices non solum grandioribus ossibus contingere 6.a & quibus potissimum eod.
Appendices sinuum medullam continentes, non esse opercula 6.b
Appendicum femoris, ilium ossis, &c. delineatio 5.b
Applantatio 5.b
Appendicum & processuum differentiæ 6.b
Ἀπευθισμένον intestinum 385.b
Aqua in cordis inuolucro cuiusmodi 425.a eiusq; causa ibid.
Aqua intercuti laborantis lien cuiusmodi 394.b
Aquæ in cordis inuolucro repositæ, & cordis mntuum examen 510.a
Aquæ nouem libras in puellæ cerebri cauitate repertas 14.b
Aqueus humor 499.a
Arabes, tres in pene meatus, cum unus tantum sit, falso enumerasse 408.a
Arabum copia in confictione nominum improbata 281.a
Arabum doctrina, de musculis uirilibus & muliebribus improbata 217.a
Ἀραχνοειδὴς dicta oculi tunica 47.a
Ἀρχὸν intestinum 395.b
Arcualia ossa 122.b
Arcualis sutura ibid.a
Aresfatu 127.b
Aristoteles de numero costarum in homine, notatus 66.a
Aristoteles quid sub nerui nomine præcipuè intellexerit 12.a
Aristotelis de crurum in animalibus flexionis dogma 106.a
Aristotelis de auditorij organi meatib. lapsus 39.a
Aristotelis sententia de dentium numero notata 34.b
Aristotelis locus de articulorum motu 51.a
Aristotelem, ubi de epiglottide agit, perperam ab interpretibus intellectum 113.b
Aristoteli omenti pars colon dorso colligans, pro omento nõ habita 381.b
Aristotelis de lienis usu, sententia expensa 395.b
Aristotelis de postbrachialis ossibus sententia 88.a
Aristotelem falsò cordis inuolucro pinguedinem tribuisse 452.a
Aristotelis de quadrupedum genu articulo lapsus 106.a
Aristotelis de seminalibus arterijs sanguine destitutis opinio reiecta 405.b
Aristotelis notata sentẽtia de sensu cutis 180.b
Aristotelis de septo transuerso sententia 221.b
Aristotelis lapsus de futurarum in uiris ac mulieribus differentia, deq; canum caluarijs 19.b
Aristotelis de tertio cordis uentriculo lapsus 457.b. item de uentriculorum numero pro animalium mole uariare solito ibid.
Aristotelis nullam generandi seminis uim testibus tribuẽtis, sentẽtia 406.b
Aristotelis de mamillarum τριχίασις sententia 423.b
Aristotelis de mamillarum situ ratio, nõ omni ex parte uera 424.b
Aristotelis locus de ossium per clauum connexu, et de situ tali 11.b
Aristotelis de thorace sententia 65.b
Aristotelis de ossium continuitate locus 12.a
Aristotelem homini octo costas tribuisse 66.a
Aristotelis libri de animalium historia ibid.
Aristotelem non esse audiendum, quum ab aure ad cerebrum nullum pendere meatum asserat 39.a
Armalia ossa 122.b
Armus summus 126.b
Armi summi nomina ibid.a
Arquato laborantis lien cuiusmodi 424.b
Arteria quid, & quis eius usus 275.b
Arteria ad humiliorem mesenterij sedem 309.b
Arteria ἀορτὴ Aristoteli quæ 306.a
Arteria dextri & sinistri lateris ab umbilico in magnam exporrecta 353.b
Arteria dextrum brachiũ petens 307.b

Arteria pubis ossis foramen transiens 310.a
Arteria apoplectica, lethargica, somni subeteni, quæ 303.a
Arteria Hippocrati, Platoni & Aristoteli, quæ 275.b
Arteriæ ac uenæ in musculorum fabrica usus 170.b
Arteriæ ac uenæ, uentriculum petentes 378.b
Arteriæ ac uenæ gracilium intestinorũ 384.a
Arteriæ & uenæ coli & recti intestini 385.b
Arteriæ cauum iecoris, & bilis uesiculam petentis figura 355.b
Arteria cur cauæ solum iecoris sedi exporrecta 332.a
Arteriæ cur pluribus tunicis quàm uenæ, conformatæ 266.b
Arteria aspera ex quibus constet 112.a
Arteria aspera respirationis instrumentum, ac uocis principalis. organum 112.a
Arteria aspera ueteribus cur primùm simpliciter fuerit appellata 444.a
Arteriæ asperæ cartilagines quomodo inuicem colligentur 445.b
Arteriæ asperæ cartilaginum coordinationis ratio 447.a
Arteriæ asperæ commissa corpora 444.a
Arteriæ asperæ connexus 445.a
Arteriæ asperæ constitutionem cur cartilago subeat 446.b
Arteriæ asperæ duræ tunicæ, exterior. 445.b interior ibid.
Arteriæ asperæ, & ipsius cartilaginum figuræ 111.a
Arteriæ asperæ examen 467.b
Arteriæ asperæ exterior superficies qualis 445.a item interna 445.a
Arteriæ asperæ fabricæ constructionis necessitas 446.a
Arteriæ asperæ appellatio quando cœpta 276.a
Arteriæ asperæ figura. 111.a eiusq; cartilaginũ descriptio 112. per totũ
Arteriæ asperæ forma 444.b
Arteriæ asperæ gratia datum homini collum 46.a
Arteriæ asperæ membraneam substantiam oportuisse extrui 446.a
Arteriæ asperæ natura ubi pertractetur 112.a
Arteriæ asperæ numerus ac situs 444.a
Arteriæ asperæ pulmoni insertæ delineatio 440.a
Arteriæ asperæ substantia quib. cartilaginibus constituatur 445.b
Arteriæ asperæ tunicas aptissimè extructas esse 447.a
Arteriæ asperæ usus præcipuus quis. 451.a
Arteriæ asperæ usus, ipsiusq; constructionis ratio 446.a situs ratio ibi.
Arteriæ constructionis ratio 276.b
Arteriæ corpus quale, & duæ ipsius peculiares tunicæ 276.a
Arteriæ in femore series 310.a
Arteria magna, eiusq; ortus 457.a
Arteria magna unde principium ducat, & in quos ramos ipsius pars ascendens digeratur 303.b
Arteria magna quartum cordis uas, eiusq; orificium cuiusmodi 457.a
Arteriæ magnæ membranæ cuiusmodi 459.a
Arteriæ magnæ ortus disceptationem apud medicos & philosophos longè minorem esse, quàm de uenarum neruorumq; principijs 305.b
Arteriæ magnæ ortus non controuersus ibid.
Arteriæ magnæ per thoracem & iugulum & collum distributionis examen 465.a
Arteriæ magnæ caudicis bipartitio 306.a partis ascendentis distributio, ac primum quæ ad sinistri lateris primam costam obliquè tendit. ibid. quæ sinistrã axillã petit. 307.a quæ dextrã ibi. maior portio superiora corporis petens 387.b sopo ralis sinistra. ibi. dextra. ib. sopo ralis ad caluariam series ibid.
Arteriæ magnæ per uniuersum corpus delineata distributio 304.a eiusdemq; in duos truncos bipartitio. 303.a ascendentis partis delineatio. ibi. quæ axillam petit. ibi. sopo rariæ utriusq; delineatio. ibid. caluariam petens ibid. b
Arteriæ partis descendentis distributio delineata. ibid. quæ ad inferiora costarum interualla, septum, iecur, bilis uesicam, uentriculum, lienem, duodenum, coliq; partem. 305. a b quæ ad renes utrinque ibid.
Arteriæ magnæ trunci amplioris descendentisq; in suos ramos series 308.a
Arteriæ magnæ truncorum diuisionis supra os sacrum factæ series 309.b
Arteriæ omenti 382.a
Arteriæ ortus 287.b
Arteriæ magnæ supra os sacrum facta diuisio, eusq; supra cauam ascensus. 309.b partium huiusce diuisionis distributio ibi. quà pubis ossis foramen transit 310.a per femur, tibiam & pedem distributio ibid. b
Arteriæ magnæ & cauæ uenæ distributionum sub osse sacro examen 432.b
Arteriæ magnæ super cauam uenam ascensus, ambarumq; supra sacri ossis initium diuisio 309.b
Arteriæ magnæ series in peritonæi amplitudine quomodo obseruanda. 431.a
Arteriæ magnæ in mesenterium excursus 388.a
Arteriæ magnæ seu arterialis uenæ radicis figura 69.a
Arteriæ magnæ cum corde situs delineatio. 438.b eiusdem orificiũ 439.a
Arteriæ magnæ non idem cum stomacho per septum foramen 375.b
Arteriæ partis descendentis distributio. 308.a quæ ad inferiora costarum interualla. ibid. ad septum transuersum 308.b quæ ad omentum iecur, bilis uesiculam, uentriculum, lienem, duodenum, coliq; partem accedunt portiunculæ ibid. ad mesenteriũ & renes. 309.a ad partem mesenterij humiliorem, & ad lumborum uer tebras, ad carnes abdominisq; latera ibid. b
Arteriæ ortus sedes 306.a
Arteria præcipua mesenterium accedens 309.a
Arteriæ ramis, cuius pulsum ante brachiale exploramus. 307.b eiusdemq; delineatio 304.a
Arteriam soporalem non ferri per idẽ foramen cum tertio & quarto neruorum pari 39.a
Arteriæ, in uesicam distributæ ratio 400.a
Arteriæ neque à cerebro, neque ab extremis corporis partibus nascuntur 306.a
Arteriæ tertiæ series 314.b
Arteria uenalis, eiusq; ortus 457.a
Arteria uenalis quid 316.a
Arteriæ uenalis appellatio, et descriptio eius, &c. 458.b
Arteriæ uenalis eiusdemq; orificij delineatio ubi quærenda 456.b
Arteriæ uenalis membranæ cuiusmodi 458.b
Arteriæ uenalis & magnæ membranularum usus 462.b
Arteriæ uenalis ad cordis basim & pulmonem connexæ delineatio 437.b
Arteriæ uenalis pulmoni insertæ delineatio 440.a
Arteriæ uitalem spiritum fœtui deferentes 400.a
Arteria uenalis pulmoni cur sit utilis 451.a
Arteriæ uenalis in corpore ratio. 462.a eiusdem usus 451.a
Arteriæ uenalis, & uenæ arterialis motuum examen 510.b
Arteriæ ac inferiora costarum interualla 308. a ad septum transuersum

ſum ibid.
Arteriæ ad lumborum uertebras & carnes abdominisq; latera 309.b
Arteriæ coronales. 306.a earumq; deſcriptio & ortus ibid.
Arteriæ duæ 277.a
Arteriæ ac uenæ renibus ſublatæ. 309.b item ab umbilico 310.a arteriæ ſeminales. 309.a earumdē delineatio 303.b
Arteriæ ſeminales quando in ortu obſeruandæ. 431.a
Arteriæ ſeminales, an ſanguine expertes. 405.b
Arteriæ ſupra ſacrum os diuiſto delineata. 305.a per crura diſtributio ibid.b
Arteriæ tunicæ peculiares binæ. 276.a tunicæ aſciticiæ ibi.b
Arteriæ tres ex altero latere caluariam ſubeuntes. 306.b quæ in primum duræ membranæ ſinū exhauriuntur. tibi. tertiæ caluariā petentis arteriæ ſeries. 315.a omnium delineatio 316.a
In Arteriarum ac uenarum natura artificium 277.a & b
Arteriarum Anatomes ratio 429.a
Arteriarum per abdominis muſculos repentium adminiſtratio 427.a
Arteriarum per brachium & manum tendentium examen. 505.a b per crura 506
Arteriarum diductibus ſubditæ glandulæ 492.b
Arteriarum in iecur excurrentium, ratio. 332.b
Arteriarum & uenarum in animali numerus 276.b
Arteriarum & uenarum cerebri delineatio. 311.a
Arteriarum & uenarum in inteſtinis ratio 383.a
Arteriarum examen 507.b
Arterias naturam recondere. 307.b
Arterias neq; à cerebro, neq; extremis corporis partib. naſci. 306.a
Arterialis uena, eiusq; ortus. 457.a
Arterialis uena quid 316.a
Arterialis uenæ, ac arteriæ uenalis delineatio 316.a
Arterialis uenæ membranæ 458.b
Arterialis uenæ membranarum orificij ratio 462.a
Arterialis uenæ orificij ac membranarū examen 467.a
Arterialis uenæ uſus præcipuus. quis 451.a
Arterialis uenæ uſus, & ipſius conſtructionis ratio 461.b
Ἀρθρωδία ibid.
Arthrodiam quando conſtituerit natura. 10.b
Ἄρθρον 7.b 9.b 12.b
Ἄρθρωσις 9.b
Articulus 7.b 9.b.
Articulatio 9.b
Articuli capitis motibus parati 51.a
Articuli duplices quibus modis formentur 10.b
Articuli oſſa mutuò eſſe contingua, neque ab inuicem abſcedere. 62.a
Articulum Hippocrates et Galenus quid nominarint 7.b
Articuli 127.a
Articuli aſcendentibus et deſcentib. proceſſibus parati 43.b
Articuli cur diuerſa compoſitionis forma connectantur 9.b
Articulorum compoſitionis triplex forma 10.a
Articulorum maxillæ ligamenta 191.a
Articulorum motus non eadē ratio 9.b
Articulorum quibus digitorum oſſa inuicem, & conterminis oſsibus committuntur ratio 89.b
Articulos omnes non iiſdem agi motibus 9.b
Artuum capita, non rectè ἐπιφύσεις & κονδύλους à Galeno dici 7.b
Arundo maior cruris. 208.b minor cruris ibid.
Arundo maior & inferior brachij 126.b minor brachij 127.a
Ἀρύταινα, ἀρυταινοειδὴς cartilago 112.a
Aſaid 126.b
Aſcam 127.a
Aſeid 126.b
Aſeth ibid.
Aſaon 122.b
Aſſer os 126.b
Aſſeres uiuis ſectionibus accommodi 122.a
Aſſerum nexus 11.b
Ἀστράγαλος 106.a 127.b
Ἄστριος ibid.
Athlas uertebra 126.a
Athlantis nomen à quibuſdam ſeptimæ duntaxat ceruicis uertebræ attribui ibid.
Ἀυχὴν 8.a 126.a
Auditorius meatus 39.a
Auditus inſtrumentum 505.a idem anatomicis parum probè cognitum 328.b
Auditus organum examen 504.b
Auditus organi oſſicula quatuor 113.b
Auditus organi oſſiculorum uſus & harmonia 27.b ibid.
Auditus organo parata cauitas magna, & foramina ab ipſa educta, ac demū quinti paris neruorum in illam ſeries 26.b
Auditus organorum conſtitutio 27.b
Auguſtanæ mulieris textricis hiſtoria 394.b
Auditus ratio difficilior cognitu 25.b
Aures nonnullis hominibus moueri 186.b
Auricula ſiniſtra cordis 459.b
Auriculæ dextræ cordis ſubſtantia & nexus ibid.
Auris cartilago 110.a
Auris cartilaginis uſus ibid.
in Auris pinnulam cur nulla cartilaginis portio exporrigatur ibid.
Auris utriuſque cartilago 114.a
Aurium oſſa. 122.b ſitus 14.a
Aurium iecoris ſitus 386.b
Axillaris uenæ & humerariæ per brachium, cubitum, & manum ſeries 295.b
Axillaris uenæ in brachio conſiſtentis ſeries 296.a
Axillaris uenæ in duos truncos præcipua diſtributio 296.a
Axillaris uenæ portionis cutem ſubeuntis ſeries ibid.b
Ἄξων 51.b
Ἀξύγυα dictæ uenæ ortus 290.b

B

Baliſtæ os, ſeu nux 127.b
Baſillare os, ſiue baxillare 122.b
Baſillare nomen, cuneiformi oſſi priuatim inditum ibid.
Βαθμίδες 8.b. qui Hippocrati dicantur. ibidem. & 77.b
Βάτος 174.b
Belgarum capita cur ſint oblonga 14.b
Belloarmati inſignis iuriſconſulti hiſtoria 395.a
Βιλοειδὴς proceſſus 23.a 122.b
Bilis flauæ meatus cur inteſtinis & non uentriculo implantetur 393.b
Bilis flauæ natura & munus. ibid.a
Bilem flauam quò expurgari conduxerit 395.a
Bilis in inteſtina defluxus utilitas 394.a
Bilis meatuum in iecore ſitus ratio 391.b
Bilis ueſiculæ examen 467.b
Bilis ueſiculæ, eiuſdemq; meatuum delineatio 395.b
Bilis ueſiculæ in uentriculum meatus. 379.a in iecore 390.b eorūq; ſitus ratio ibid.b
Bilis ueſiculæ meatus cur duodeno inſertus 392.b
Bilis ueſiculæ meatus duodeno inſertus an propaginem uentriculo offerat ibid.
Bilis ueſiculæ meatus in iecore 390.b
Bilis ueſiculæ meatus portionem in uentriculum porrigi nullam uel minimam, præterquam in uno trixemium pontificis

Caluaria cur pluribus ossibus efformata 9.a
Caluaria, ueluti galea & murus immobilis cerebro circumposita 65.b
Caluaria canina 19.b
Caluariæ anterioris humanæ & caninæ figura. 37.b & ratio ibid. & 33.b
Caluariæ basis interna sedes 35.b
Caluariæ basim palatumq; exprimens figura 28.a
Caluariæ figuræ 13.a
Caluariæ forma aptissima quæ 14.b
Caluariæ internæ sedis pars superior 35.b
Caluariæ nomina diuersa 125.a
Caluariæ pars, in qua sagittalis futura in coronalem incidit, cur sit mollissima, rarissimaq; 22.b
Caluariæ pars superior, quæ uocetur maxilla 29.a
Caluariæ sedes lapidosa 122.b
Caluariæ sinus duræ membranæ uasis cedentes 39.b
Caluariæ squamæ 15.b
Caluariæ cur suturæ 19.b
Caluariæ tam integræ quàm seiunctæ figura 15.b 16.a
Caluariæ uiginti ossa 113.b
Caluariæ senum futuris destitutæ 20.a
Caluariæ tabulæ 15.b
Caluariam à quibusdam eam capitis partem, qnæ crinibus ornatur, uocari 122.b
Caluariam succingentis membranæ externæ descriptio 481.a
Calx 127.a
Calcis anterior pars qualis. 107.b. eiusdem internum latus quale ibid.a. externum quale ibid.
Calcis nomina 127.a
Calcis os ibid.
Calcis ossis sedes terrã spectans. 107.a eiusdem superior sedes extra tibiæ rectitudinem retrorsum ducta ibid.
Calcis ossis sinus 106.b
Calcis ossis figu. 106. b. et descriptio ibid.
Calces duæ 113.b
καμαιριον corpus 489.a
Canales à glande deducti 492.b
καγκρὸς 126.a
Canis animal minimè pituitosum, & exactissimo odoratu præditum 37.b
Canis caluariæ foramina. ibid.
Canis caluariæ interna superficie secus quàm in hominis, latum tenueq; os spectari 25.a
Cani intestinum cæcum multo quàm homini esse amplius: neque ut in homine, omnino inane reperiri 384.b
Canum caluaria non absq; futuris 19.b
Canum & simiarum caudatarum sinturã in fronte & maxilla manifestissimã esse 31.b
Canum iecur quale 390.a
Canum renes cur altius sîti 396.b
Canum iecoris situs 389.b
Canũ & hominũ colõ differe 385.b
Canum & hominum πάγκρεας coloris diuersi. 382.b
Canum omenti ratio, & ad hominis diuersitas 381.b
Canes colo & mesenterio ab hominibus differre 381.b
Canes non paucis partibus ab homine uariãtes in musculis thoracis. 218.a 219.a 220.a & 223.a ibid.b
Canes, equos, boues in musculis brachiũ mouentibus ab hominibus uariare 202.b
Canes & simias utrinque duobus thoracem mouentibus musculis abundare 218.b
Canes uiuos inuolucri cauitatem, & cordis superficiem humectas habere 452.b
Canibus macilẽtius obtigisse mesenteriũ 388.b
In Canibus nulla cum hominis ossibus similitudo 63.b
Canibus & simijs cor magno interuallo à septo remoueri 453.b
Canibus & simijs omentum uix colo cõnasci 381.b
Canini capitis figura 28.a 359.b
Caninæ caluariæ figura ibid.
Canini dentes 34.a 126.a
Canini uteri delineatio 370.a
Canini & suilli uteri historia 417.a item uaccini aut caprini 416.a
Canini renis ad humanum differentia 398.a
Canna 126.b 127.a
Canna brachij 126.b
Canna maior & minor 127.a
Canulæ 122.a
Capitula occipitis ossis primæ uertebræ inarticulantur 50.b
Capitula secundæ uertebræ 49 b
Capræ prægnantis uterus cuiusmodi 419.a
Caput ad cerebri inspectionem qui parandum 500.b
Caput humanum oculorum gratia formatum 13.b
Caput in ossibus quid 7. a b. item capitulum ibid.
Caput Therſitæ φοξὸν. 14.b
Capitis figuræ aliquot non naturales. ibid.
Capitis non naturalium figurarum futuræ 20.a
Capitis figurarum non naturalium cuiusmodi suturæ. 19.b
Capitis figurarum uariarum exempla. 14.b
Capitis ligamentorum ad ceruicis primã secundamq; uertebram descriptio. 213.a administratio ibid. delineatio 212.b
Capitis motus proprius quispiam, contra Galeni sententiam 210.a
Capitis motum Galenum non rectè assignasse 46.b
Capitis motum lateralem colli beneficio fieri 50.b
Capitis motus proprij duo ib.
Capitis motus proprij & secundarij 210.a
Capitis motus dupliciter fieri. 50.b
De Capitis motibus alia quàm Galeni sententia 50.b
Capitis naturalis fig. quæ. 13.b 14.a
Capitis olla, testa, scutella 122.a
Capitis ossa qualibus futuris præcipuè compingantur 11.b
Capitis ossibus, & alijs suturæ communes 21.a
Capitis structuræ ratio, quotq; eiusdem figuræ 13.a
Capitis suturæ figura 15.b
Capitis suturas etiam in interna caluariæ sede conspici 20.b
Capitis tabulæ 15.b
Capitis tota moles 122.b
Caput cur copiosiore euacuatione indigeat 19.a
Caput instar tecti domus calidæ. ibid.
Caput in ossibus quid 7.a b
Caput mouentium musculorum descriptio 210.a
Caput circumuertentium musculorum descriptio. 192.a & b administratio 193.a
Caput mouentium musculorum delineatio, paris primi 157.a b. secundi paris 161.a. tertij. 163.a quarti ibi. quinti ibi. sexti ibi. septimi paris 138.a
Caput mouentium musculorum posteriorum descriptio. 210.a par eorũ primum. ibid. par secundum. 210.b. et utriusq; paris munus. 211.a par tertium. ibid. quartum. ib. quintum ac sextum par ib. & horum functio ibid.
Caput mouentium musculorum par secundum, in homine à Galeni descriptione diuersum. 210.b
Caput mouentium musculorum iuxta septem parium ordinem, administratio 212.a
Caput mouentium, sed motu nõ propria, musculorum traditionem totam quære sub Dorsi motoribus, 4 paria prima, ratio
Caput mouentes musculi anteriores, eorumq; descriptio. 211.b par omnium capitis motorum, septimum. ibid. functio binis paribus posteriorum opposita 211.a
Caput non potuisse supra primam uertebram in latus duci, neque etiam circumagi

cum agi 51.b
Caput supra secundam uertebram cum prima circumagi, neutiquam uerò flecti & reflecti ibid.
Caput non potuisse super secundam uertebram flecti & reflecti, neque in latus inclinari 52.a
Caput supra primam uertebram flecti et reflecti motu proprio, non autem in latera, aut aliter duci 51.a
Caput supra primam uertebram circumagi nequaquam posse 51.b
Capita Belgarum cur sint oblonga 14.b
Capita Genuensium, Græcorum & Turcarum cur globi imaginem exprimãt ibid.
Capita Germanorum cur lata, & compresso occipitio cernantur. ibid.
Capita futuris destituta 20.a
Capita ossium, cur etiam ἐπιφύσεις seu appendices à Galeno uocata 7.b. item, an omnia appendice formentur ibid.
Capita uirorum à mulierum non multũ uariare 19.b
Capitum in ossib. alia prominentia, alia depressa 7.a
Capitum in ossibus differentiæ ibid.b
Capitum in ossibus usus. 8.a ac differentiæ ibid.
Carina hominis 126.a
de Carnea substantia manus internæ regioni superstrata, Arabum notata sententia 231.a
Carnea substantia interiori digitorum regioni, ipsorumq; radicibus. & mediæ sedi uolæ superstrata 230.b
Carneæ portiones decimo musculo femoris mouentium attensæ 260.b
Caro cur musculis addita 170.b
Caro musculorum, præcipuum motus organum 172.a
Caro, præcipua musculi substantia ibid.
Carnis in musculo usus 170.b
Carnem illam, quam uasis inter uterum, & exterius fœtus inuolucrum de nouo cum fœtu progenitum circumnasci astabiliriq; cernimus. an recte ab Hippocrate, acetabula fuisse nuncupata, quidam contenderint 419.b eadem in mulieribus continua, in animalibus autem sparsa cernitur. ibid. eandem carnem Galenus ceruis & caprts falsò ascribit ibid.
Carnosæ mẽbranæ administratio. 182.b
Carnosæ membranæ in abdomine administratio 426.b
Carnosæ cuiusdam substantiæ exteriori fœtus inuolucro obnatæ necessitas 421.a
καρωτὶς arteria 307.b
καρηνὸς quid 85.a & 127.a
Cartilago quid, eiusq; natura, usus ac differentiæ 3.a
Cartilago, aut os in cerebro 25.a
Cartilago, χόνδρος 122.a
Cartilago brachiale ab ulna dirimens 83.a
Cartilago clauiculæ articulationis cum pectoris osse peculiaris 74.b
Cartilago epiglottalis 69.a
Cartilago glutinis uicem subiens 3.b
Cartilago in articulis quibusdam tertia ibid. i
Cartilago inter uertebras iuxta Galen sententiam, quid præstet 228.b
Cartilago inter uertebras, triplex 229.a
Cartilago innominata quæ 114.a
Cartilago ligamentorum substantiam ingrediens 3.b
Cartilago mucronata, siue ξιφοειδὴς 69.a eius usus ibid.
Cartilago omnibus articulis communis 33.a
Cartilago scapulæ sinum frequenter augens 72.a
Cartilago spinarum apicibus obnata 44.a
Cartilaginis scapulæ sinum adaugentis figura 72.a
Cartilaginis in maxillarum articulo peculiaris effigies 33.a
Cartilaginis in ossiũ connexu usus 12.a
Cartilaginis natura 3.a
Cartilaginis palpebrarum usus 110.a
Cartilaginis temperies ibid.
Cartilaginis usus in articulis 3.b
Cartilaginis usum communi ossium usui respondere 3.a
Cartilaginem osse promptius dilatari & constringi 3.b
Cartilagines aliquid continuò erigentes ibid.b
Cartilagines minorum natu, & senum quales 4.a
Cartilagines nasi. 110.b asperæ arteriæ 111.a
Cartilagines nudis & extantibus particulis adnatæ 3.b
Cartilaginum asperæ arteriæ à reliquis ossibus discrimen 3.b
Cartilaginum differentiæ 4.a
Cartilaginum costarum cum pectoris osse, ab ipsarum ossib. liberatio 464.a
Cartilaginum numerus 114.a
Cartilaginum ossium que partes, sedesq; diuersis nominibus appellari 5.b
Cartilagines ossium numerum longè excedere 114.a
Cartilaginum palpebrarum & aurium descriptio 110.a
Cartilaginum substantia 3.a
Cartilagines temporis successu osseas fieri 4.a
Cartilaginea, quæ cordis basi ascribitur substantia, seu cordis os 69.a
Cartilaginea cordis substantia 114.b
Cartilagineæ cordis substantiæ examen 467.b
Cartilagineæ uasorum radices quo pacto inquirendæ 69.b
Cartilagineum in uertebris ligamentum 42.b
Cartilaginosum ligamentum 229.
Cartilaginosum os brachialis quodnam ueteribus dictum 86.a
Cassos os 126.b
κατακλεὶς. quid 73.b 126.b
Caudæ os 126.b
Caudicis uena 288.b
Caua uena ibid.
Caua uena, eiusq; ortus 456.b
Caua uena à se tam grandem uenam cur depromserit 290.b
Caua uena quomodo arteriæ magnæ supra sacri ossis initium subijciatur, & ipsius series 298.b
Caua uena quo pacto portæ committatur, & in iecur ramos diffundat, descripta 287.b
Cauæ uenæ ad iugulum incessus, & ipsius inibi distributio 292.b
Cauæ uenæ caudex in qua iecoris sede consistat, ramosq; primum proferat 289.a
Cauæ uenæ distributionis p thoracem & iugulum examen 464.b
Cauæ uenæ distributionis descriptionẽ, à iecore esse incipiendam 288.b
Cauæ, & arteriæ magnæ distributionum sub osse sacro examen 432.b
Cauæ uenæ & arteriæ magnæ series in peritonæi amplitudine facta, qui obseruanda 431.a
Cauæ uenæ & arteriæ ad cordis basim continuitas 437.a
Cauæ uenæ in iecore series 288.b
Cauæ uenæ membranæ 458.a
Cauæ uenæ nomina 288.b
Cauæ uenæ orificio præfectarum membranularum usus 462. a
Cauæ uenæ ortus à Galeno imbecilliter confirmatus, & quo pacto 292.b
Cauæ uenæ ortus apud autores controuersus ibid.
Cauæ uenæ ortus examen 467.a
Cauæ uenæ partis eius quæ supra iecur consistit, exposita distributio 288.b
Cauæ uenæ partem septum transeuntem, quæ sub iecore sita est, non esse arctiorem, contra Galenum 487. b 288.b
Cauæ uenæ per collum caputq; series 293.b
Cauæ uenæ per septũ transitus, ac ipsius in septum rami, & in cordis dextrum sinum adapertio 290.a
Cauæ uenæ portionis ad partes infra septum

ptum transuersum locatas distributæ series 297.b ad renis inuolucrum, & ipsos renes ibid.
Cauæ uenæ rami lumborum uertebris carnibusq; oblati 298.b
Cauæ uenæ ramos caluariam ex altera parte subeuntes, sex esse numero 312.a
Cauæ uenæ soboles in crus digestæ 300.a
Cauæ uenæ supra iecur partis distributionis series 288.b
Cauæ uenæ supra os sacrum bipertitæ delineatio 286.a
Cauilla. cauillæ 126.a 127.a
Cauitas auditus organo parata 26.b
Cauitatem inter duas squamas constituentes frontis os, cur nonnulli olfactus organum esse asserant 37.b
Cayseles dentes 126.a
Cor. Celsi codex, ubi ceruicis explicat uertebras, uitiatus 51.a
Cor. Celsi de postbrachialis ossibus sententia 88.b
Cor. Celsi locus de primis colli uertebris uitiatus 51.a
Cor. Celsi de pectoris osse lunato sententia 68.b
Cor. Celsus in ijs quæ ad Anatomen pertinent, sæpe lapsus 113.a
Cor. Celsi de inferiori maxilla locus 33.a
Cor. Celsi de incerto brachialis ossium numero sententia. 85.b
Cor. Celsum laryngis operculum perperam lingulam appellasse. 113.a
κενεῶνες 213.b
κεφαλὴ. κεφάλαιον 7.a
κερατοειδὴς oculi tunica 499.a
κερκὶς 80.b 126.b
Cercopithecis eandem esse musculi brachium attollentis speciem cum hominum musculo 202.b
Cerebellum qui cerebro sit continuum 483.b
Cerebelli delineatio unde sit petenda. ibid.
Cerebelli sedes. 22.b
Cerebelli descriptio totius. 483.b situs ac magnitudo. ibi. forma 484.a implexuum ratio & species 485.a durities. ibid. color & substantia. ibi.b quo pacto continuum sit cerebro. 483.b administratio 502.b
Cerebelli processuum uermiformium descriptio. 491.a delineatio ubi spectanda 490.b
Cerebrum cur uniuersum ossibus ambiatur, & quamobrem illa uaria sint, & futuris maxima ex parte commissa 19.a
Cerebrum rationalis ac principis animæ locus 460.a
Cerebrum cuius animæ facultatis sedes 460.a
Cerebrum homini grādius datum ex proportione 390.b
Cerebrum, neruorum principium 324.a
Cerebrum quo pacto mole in animalibus uariet 480.a
Cerebrum rationis sedes, quale domicilium natura sortitum 19.a
Cerebri arteriæ 313.a
Cerebri corpus callosum. 486.a eius initium, seu cum reliqua cerebri substantia continuitas. ibid.
Cerebri corpus testudinis fornicis ve imagini cōparatum, eiusq; descriptio. 489.b usus 490.a delineatio unde petenda sit 489.a administratio 501.a
Cerebri delineatio unde petenda sit 489.a
Cerebri dura membrana 480.b administratio 502.a
Cerebri descriptio totius 483.b numerus ibid. magnitudo & forma 484.b anfractus, & eorundem usus ibid.a partes, dextra ac sinistra ib. cur sic sectum ibid. & quibus sedibus continuetur 483.b duricies neruorumq; ortus 485.a color & substantia ibid.b quo pacto ab ossium medulla differat ibid. nutritioni quo pacto prospectū ibid.
Cerebri, eiusq; partium omnium administratio 500.b
Cerebri excrementorum in os descendentium receptaculum an gargareon 449.a
Cerebri fabrica in brutis ab homine nō differens 480.a
Cerebri figura 14.a 14.b cerebri galea 222.a
Cerebri glandis descriptio 490.b
Cerebri infundibulum, glandula, & pituitam excipientes ductus reliqui, descriptio omnium 492.b delineatio unde petenda sit ibid.
Cerebri membranæ uenarum modo cauæ 312.b
Cerebri duræ membranæ sinus cuiusmodi sint 313.a quatuor sinuum cauitates quales 313.b usus sinuū 312.b primi & secundi sinus congressus 313.a tertius ibid. & quartus sinus ibid. quæ à primo et secundo sinu enascantur propagines ibid.b quæ à tertio ibid. à quarto 314.b processus à quarto sinu cerebri petens uentriculos ibid.b omnium delineatio 311.a
Cerebri membrana tenuis 482.a administratio 501.a
Cerebri neruorum partium aliquot examen 467.b
Cerebri neruorum quinq; surculi temporali musculo oblati 25.b
Cerebri os cuiusmodi à Galeno traditum 25.a
Cerebri partium ac functionum breuis enumeratio 479.a examen 509.a
Cerebri pituita ad palatum, per quos meatus eat 492.b 493.a & in narium amplitudinem ibid.
Cerebri pituitam per olfactus organa non expurgari 493.b
Cerebri plexus secundus referentis traditio 494.b
Cerebri plexuum reticularis, & secundarum plexib. similis, descriptio 493.b delineatio ubi spectanda ibid.
Cerebri reuolutiones intestinorum anfractibus eleganter ab Erasistrato collatæ 484.b
Cerebri substantia ab ossium medulla quo pacto differat 485.b
Cerebri testium ac narium descriptio 490.b delineatio unde petenda ibi. administratio 502.b
Cerebri torcular quid 314.b
Cerebri uenæ 312.a 313.a
Cerebri uentriculi, seu sinus qui 327.b
Cerebri uentriculorum anteriorum ductus 328.a delineatio ibid.
Cerebri ac cerebelli duricies, neruorūq; ortus 485.a
Cerebri, cerebelli & dorsalis medullæ color & substantia 485.b
Cerebri et cerebelli figura prima 325.b secunda 326.a unà cum earundem characterum indice. ibid. quæ cerebri & cerebelli formam commonstrant.
Cerebri anfractuum usus 484.b
Cerebri dextra pars quibus sedibus sinistræ continuetur 483.a
Cerebri dextram partē sectio à sinistra dirimens, et cerebri anfractus 484.b
Cerebri meatus pituitæ expurgandæ parati 37.b
Cerebri numerus 483.a
Cerebri ossium frequens contextus ad quid conferat 19.b
Cerebri sectionis ratio 484.b
Cerebri sedes & partes in septimo libro qui distinguantur 327.b
Cerebro quid attribuatur 479.a
Cerebrum & cerebellum uix propria eguisse forma 484.b
Cerebrum oculorum gratia in capite locari, dein cerebri nomine & reliquos sensus 14.a
Ceruix 8.a 126.a
Ceruicis flexioni præfecti musculi 212.a eorumq; administratio 225.a
Ceruicis motus alius peculiaris, alius dorso communis ibid.a
Ceruicis motorum musculorum descriptio.

ptio.225.a usus ibid.b adminiſtratio,et ſub ijſdē ratio 212.a 226.b
Ceruicis motuum differentiæ quæ. 210.a
Ceruicis uertebram primam ſecundæ nectentis ligamenti deſcriptio 213.a adminiſtratio ibid. delineatio 212.b
Ceruicis uertebræ ibid.
Cuiuſmodi 44.b
Earundem delineatio ibid.
Quot numero 46.b 113.b
Ceruicis uertebrarum primæ ac ſecundæ ad caput annexio, ligamentorumq; deſcriptio 213.a adminiſtratio ib. delineatio 212.b
Ceruicis nomina 126.a
Ceruicis primæ & ſecundæ uertebræ cum dente & ligamentis figura 48.a
Ceruicis uteri os, muliebre pudendum uocari 410.b
Ceruices in oſſibus, qui potiſſimum dicantur 8.a
De Ceruini cordis oſſe medicorum error 69.b
Chabab 127.b
χαλκτειδῶν oſſa 108.a
Chames 373.b
χείλη 8.b
χείρ 85.a
χοάνη 492.a
χόριον cõmune inuolucrorũ nomẽ 420.a
χόριον & χώρημα quid ib.a
χοροειδὴς cerebri plexus cur ita dictus 471.a
χοροειδὴς dicta membrana 483.a
χοροειδὴς oculi tunica 498.a
χοροειδὴς plexus 494.b 314.a et 315.b
Cibi attractionem,rentionem atq; expulſionem,non muſculis, ſed fibris uentriculi & inteſtinorum uerè aſcribendum eſſe 215.a
Cibo ac potui in corpore, concoquendis famulantia organa,earumq; ratio 373.a
Cibum potumq; uentriculo deferentis uiæ omnia 375.a
Ciceri aſſimilatum oſſiculum, ac mira eius uis 92.a
Ciceroni parum rectè meſenterium,medium inteſtinum dictum 387.b
Cilia 110.a
Ciliorum uſus ibid.
κιὼν cur pro gargareone 449.a
Κιρσοειδὴς παρασατης 403.b 404.a 405.a
Circumuerſionis motus 9.b
Clauale os 122.b
Claues 126.b
Clauium oſſa ibid.
Clauiculæ à ſcapula liberatio 209.b
Clauiculæ ad ſuperiorem ſcapulæ proceſſum nexus 75.b
Clauiculæ cum pectoris oſſe articulationis, priuata cartilago 75.a
Clauiculæ mira curuitas ibid.
Clauiculæ ſubſtantia,tubera, ac aſperitates,leuitates & foramina 75.b
Clauiculæ ſuperiorisq; ſcapulæ proceſſus uſus 75.a
Clauiculæ 126.b 127.b
Clauiculæ duæ 113.b
Clauiculæ tuberculi articulatio 73.a
Clauicularum ad pectoris os articulatio 74.b
Clauicularum à pectoris oſſe liberatio 464.a
Clauicularũ curuitas, earundemq; uſus 75.a
Clauicularum effigies 74.a
Clauicularum inguli nomina 126.b
Clauicularum numerus 74.b
Κλεῖδες 126.b
Clinianæ Bacchidis hiſtoria 377.a
Κλινοειδὴς 24.a
Κλιτορὶς 410.a
Clunes in cerebro 490.b
Clunium oſſa 126.b
Clypeus oris ſtomachi ibid. thoracis ibid.
Κνήμη 101.a 127.a
Coarticulatio 9.b
Κόκκυξ,coccyx os quid 59.b 126.a
Κόκκυγος appellatio unde 59.b 61.b
Coccyx auis,cuculus 59.b
Coccyx os in homine, à Galeno dicta opera eſſe omiſſum,quibus argumentis euerſores librorum eius confirmare nituntur 63.b
Coccygis canini deſcriptio 62.a
Eiuſdemq; foramina ibid.
Coccygis humani deſcriptio 61.a
Coccygis oſſis in parturientibus maximum momentum 96.a
Coccygis oſſis nomina 126.b
Coccygis oſſis oſſa quot 113.b
Κόκκυγος appellatio unde 59.a 61.b
Coccygis oſſis oſſicula quatuor 113.b
Κοδεῖα 122.b
Cogitationis oſſa 122.b
Κοιλημέγαλη dicta uena 288.b
Κοιλία 376.a
Κοιλία cur dictus Græcis uentriculus ibid.
Colatorij os 122.b
Colon inteſtinum 385.b
Colon in hominibus non adamuſſim ut in canibus teres eſſe ibid.
Coli inteſtini à recto differentia ib.
Coli & recti uenæ, arteriæ, & nerui ibid.a
Colon excrementorum uelut promptuarium 386.b
Coli cellulæ 357.b
Coli in hominibus & canibus diſcrimen 385.a
Coli inteſtini circa tenuia ſitus 357.a & 385.b
Coli inteſtini uentriculi fundo exporrecti, &c. figura 355.a
Coli principium ubi 385.a
Coli ſitus ratio 386.b
Coli tunicæ ac fibræ cuiuſmodi 385.b uenæ & arteriæ ibid. nerui 386.a
Colo meſenterij uice eſſe inferiorem omenti membranam 381.b
Κώλων capita non rectè ἐπιφύσεις & κονδύλους à Galeno dici 7.b
Collum 8.a 126.a
Collum aſperæ arteriæ gratia datum homini ib.
Collum homini pulmonum gratia datum 46.a
Colli uertebrarum undecim figuræ 44.a
Collo carentia uocem non edere 46.a
Colla auium quadrupedumq; cur plurib. uertebris quàm homini extruantur 46.a
Columnella cur pro gargareone 449.a
Commiſſura inſtar unguium 10.b
Commiſſuræ temporum ſquamoſæ. 20.a
Commiſſurarum oſſa iungentium typus, & differentiæ 10.a
Communis dicta uena 296.b
Compago ſerra 10.b
Compoſa 122.b
Concupiſcibilis animæ ſedes iecur 389.a
Κόγχη 127.a
Κόγχος 122.a 127.b
Κόνδυλος. κόνδυλοι 8.a
Κονδύλους non rectè Galeno dici artuũ capita 7.b
Coniugalia oſſa 126.a
Connexum inſtar claui, ueteres etiam ad articulum contuliſſe. 11.b
Κωνοειδὴς glans,quæ & κωνάριον 490.a
κωνοειδὴς proceſſus 47.b
Conſtrictor 250.b
Contextus ſquamarum modo commiſſi 122.b
Κορακοειδὴς proceſſus 72.a 126.b
Cor cuius animæ ſedes 460.a
Cor calidiſſimum uiſcus merito cenſeri 453.a
Cor humanum uero oſſe deſtitui 69.a
Cor in thoracis medio Galenus contra ueterum placita repoſitum eſſe contendit 454.a
Cor iraſcibilis, animæ ergaſtulum 460.b
Cor iraſcibilis, ſeu uindictæ honorumq; appetitricis animæ ſedem eſſe

Hipp. Plat. Gal. Stoicis & Peripateticis conceſſum 460.a
cor, ſecundum Chryſippum, Poßidoniũ, & Theophraſtum, non modò iraſcibilis facultatis, ſed etiam eius quæ ciborum, potuum & uenereorum concupiſcibilis eſt, quam Ariſtot. altricem, alij naturalem, alij concupiſcibilem uocant, eſſe 460.a
cor arteriarum fons atque origo. 306.
cor neruorum principium non eſſe. 324.a
cor quatuor uaſorum ad conterminas ſedes connexu ſuſtineri 69.b
cordis adeps 455.a
cordis auricularum delineatio ubi quærenda 459.a
cordis auricularum ſitus ibid. dextræ ſitus & forma ibid. ſubſtantia, nexus: item ſiniſtræ ibid.b
Cordis auris dextra, & ſiniſtra 437.b
Cordis baſis ratio 460.b
Cordis baſim cingens uena 290.b
Cordis dextrum latus expreſſum 438.a item ſiniſtrum 437.b
Cordis & arteriarum pulſus num par ſit examen 510.b
Cordis auriculæ duæ 459.a
Cordis dextræ auriculæ ſitus & forma 459.a
Cordis dextræ auriculæ ſubſtãtia & nexus ibid.
Cordis dextræ auriculæ uſus, & ipſius conſtructionis ratio 461.b
Cordis ſiniſtra auricula 459.b
Cordis ſiniſtræ auriculæ uſus 462.b
Cordis caro 454.a fibræ ibid.
Cordis carnis uſus 454.b
Cordis carnem in mucrone quàm in baſi ſpiſſiorem ſolidioremq; apparrere 454.b
Cordis cartilagineæ ſubſtantiæ examen 467.b
Cordis fibrarum uſus ibid.
Cordis rectæ fibræ quæ uocentur 454.a quæ tranſuerſæ & obliquæ ibid.
Cordis rectarum fibrarum uſus 454.b tranſuerſarum ſeu circularium et obliquarum uſus 455.a
Cordis dilatatio quid 455.a
Cordis figura 453.a
Cordis formæ ratio 460.b
Cordis inuolucrum quibus uaſis & neruis implicetur 452.a eiuſdem uſus & conſtructionis ratio ibid. item cuiuſmodi in illo aqua obſeruetur ibid.b
Cordis inuolucri delineatio ubi quærenda 451.b
Cordis cum ſuo inuolucro & pulmone delineatio 436.b
Cordis ab ipſius inuolucris prorſus liberi delineatio 437.b
Cordis inuolucri examen 464.b
Cordis inuolucri forma 451.b initiũ, ſitus ibid. ſubſtantia, ſuperficies, & nexus 452.a
Cordis inuolucri uſus 461.a
Cordis, ipſiq; ſubminiſtrantium partium examen 508.a
Cordis membranæ quæ uocentur 457.b
Cordis membranarum numerus ibid.
Cordis motum eſſe naturalem, muſculorum arbitrarium 454.b
Cordis mucronis ratio & uſus 460.b
Cordis neruulus 455.a eiuſdem uſus 461.a
Cordis omnes partes cui functioni famulentur ibid.
Cordis orificiorum membranulæ 457.b earumq; delineatio ubi quærenda 456.b
De Cordis orificijs Anatomicorum diuerſa placita 457.b
Cordis oſsis ſiue cartilaginoſæ ſubſtantiæ delineatio 439.a
Cordis ipſiusq; partium functio, & uſus, ipſarumq; cõſtructionis ratio 460.b
Cordis ipſiq; ſubminiſtrantium partium functionis enumeratio 440.b
Cordis à pulmone liberi, & dextri eiuſdem uentriculi adaperti delineatio 438.a ibid.b item ſiniſtri uentriculi 439.a
Cordis pulſus in nouo animali examen 455.a
Cordis ſitus ac formæ delineatio ubi quærenda 453.a
Cordis ſubſtantiæ delineatio ubi quærenda 454.a
Cordis ſubſtantiæ ſecundum ipſius uentriculos delineatio 439.b
Cordis per tranſuerſum diſſecti delineatio 439.b
Cordis uaſorum & orificiorum eorundẽ delineatio ubi quærenda 456.b
cordis uentriculus dexter cur ſanguineus dictus 461.a
cordis uentriculus ſiniſter cur ſpirituoſus ſiue aereus appellatus 462.b
cordis ſinuum ſeu uentriculorum delineatio ubi quærenda 455.b
cordis ſitus ratio 460.b
cordis ſitum medium eſſe, ut umbilicum, Galenus malè aſsignat 460.b
cordis durioris ſeu oſſeæ ſubſtantiæ uſus ibid.
cordis ſubſtantiæ peculiares uenæ & arteriæ 455.a eidemq; tunica obnata ibid.
cordis ſubſtantiæ uſus 461.a
ad Cordis ſubſtantiam quæ inſuper referantur 455.b
cordis ſuperficies qualis 403.a ſitus ibid.b magnitudo ibid.
cordis uaſa quot, & quæ 456.b
cordis uentriculorum numerus 455.b & ſitus ibid. ſuperficies 456.a
cordis dextri uentriculi & ipſius orificiorum membranarumq; examen 465.b
cordis uentriculi dextri forma 455.b ſiniſtri forma 456.a
cordis dextri uentriculi uſus 461.a
cordis ſiniſtri uentriculi uſus, atque eius conſtructionis ratio 462.a
cordi quid attribuatur 479.a
cordi triplex fibrarum genus cur à natura tributum 454.a
cornea oculi tunica 499.a
cornix 7.a corona ibid.
coronale os 122.b
coronalis ſutura 19.b
coronalis uenæ, & concomitantium illam arteriarum uſus 461.a
Κορώνη, ſeu κορωνὶς, & κορωνοὺν 7.a
Κορώνης appellatione quid Galenus intelligi uoluerit 51.b
corpus muſculorum ſectioni opportunũ 188.b
corpus poſteriori ſua ſede, qua dorſalis incedit medulla, cur admodum excauetur 46.b
corporis partium deſcriptione abſoluta, quid in ſequentibus capitibus ſit præſtandum 500.b
corporis humani medium exactißimum quod 460.b
corporis humani oſſa & cartilagines quo artificio inſpectioni apparandæ 114.b
corpus teſtudinis fornici ſue imagini comparatum 489.b
corporis teſtudinis modo efformati examen 502.a
corporum ceruicis uertebrarum contextus 49.a
Κορσῶν ſiue κορρῶν oſſa 122.b
corticales ſuturæ ibid.
Κορυφῆς oſſa ibid.
coſtæ νόθαι, q. d. ſpuriæ illegitimæq; cur ita uocentur 66.b
coſtæ ſpuriæ, nothæ, uel mendoſæ 126.b item ueræ ac legitimæ ibid.
coſtarum ſpuriarum cartilagines in acutum mucronem, uerarum non item, deſinere 66.b
coſtæ quomodo ſeriatim menſæ imponendæ 119.b
coſtæ uiginti quatuor 113.b
coſtarum ad uertebras inæqualis inarticulatio 67.a
coſtarum aſperum tuberculum ibid.
coſtarum ſinus ibid.
coſtarum ſuperiorum cartilago in ualde ſenibus, ſicut etiam in brutis quibuſdam

quibusdam animantibus intus ossea efficitur ibid.a
costarum cartilagineam substantiam non parem undiq; ostendere speciem 66.b
costarum cartilagines uigintiquatuor 114.a
costarum cartilaginum cum pectoris osse, ab ipsarum ossibus liberatio 464.a
costarum cartilaginibus & ossibus, quæ membrana communis 224.a
costarum ductus 69.a
costarum in compingendo sceleto qualis obseruanda ratio 117.b
costarum læuitas & asperitas 67.a
costarum longitudo impar ibid.a nec par amplitudo ibid.
costarum numerus 66.a
In Costarum octo inferiorum inflammatione an mittendus etiam sanguis 466.b
costarum ossea substantiæ delineatio 64.a
costarum ossea substantia, non ex omni parte sibi similis 66.b
costarum substantia & appendix ibid.
costis singulis peculiaris tunica 442.a
costas duobus nodis articulatas, duobus constare capitulis 67.a
costas illegitimas cur nonnulli χάνδρους uocent 66.b
costas octo homini Aristoteles attribuit ibid.a
costas succingens tunica 441.b
Κοτύλη 8.a
Κοτύλη quid propriè uocetur 8.b
Κοτύλης καὶ γλήνης discrimen 8.a
Κοτυληδὼν 8.a
Κοτυληδὼν herba 418.b
Κοτυληδῶνες cur uteri acetabula dicta 418.b
coxa 127.a
coxæ os 93.b
coxendix 93.a
coxendicis os 127.a
coxendicis ossis acetabuli ad uteri acetabula collatio 419.a b
coxendicis ossis acutus processus 95.b
coxendicis ossis appendix 95.b eiusq; figura 79.a
coxendicis ossis appendix, quatuor educit musculos, quorum usus sigillatim ostenditur 95.b
coxendicis ossis robori quomodo sit prospectum 95.a
coxendicis ossis superiori sedi insculptus sinus 97.a eiusdemq; tubera ibid.
Κράνιον 122.a
Κραντῆρες dentes 126.a
Crassum intestinum in colon & rectum diuidi 385.b
Crassi intestini ductus, situsq; 385.a
Crassorum intestinorum tunicæ ibid.b
Κρέα 103.a
Κρεμαστῆρες dicti musculi 217.a
Cribri modo peruium os 20.b
Cribratum os 126.a
Cristatum os 126.a
Crocodilorum imagine, (non autem magnitudine & geniculatis caudæ tuberibus) lacertam repræsentare. 189.a
Crocodilis non idem motus maxillarũ, ut reliquis animantibus ibid.
κροταφίαι futuræ 122.b
κροταφῶν ossa ibid.
Crus 127.a
Crus quid Celso uocetur ibid.b
Cruris arundo maior & minor ibid.
Cruris domestica canna ibid.
Crurum in hominibus et quadrupedibus similitudo 106.a
per Crura tendentium uenarum & arteriarum examen 505.a
Κρυσταλλοειδὴς humor 497.a
Κτείς 87.b 127.a
Κτένες 126.a
Κτένιον 87.b 127.a
Cubi 126.a
Cubiforme os 127.b
Cubitus 80.a 126.b
Cubiti flexus ratio 77b
Cubiti nomina 126.b
Cubiti ossium figuræ 79.a
Cubiti sedis internæ musc. numerus 244.b externæ sedis ead.
in Cubiti sede externa ligamẽtorũ transuersorum administratio 246.a
cubito adiacentibus musculis obnatæ membranæ administratio 245.a eadem quomodo sit obseruãda 246.a
cubitum mouẽtium administratio 247.a
cubitum brachiali nectentia ligamenta 244.a
cubitum flectentium musculorum delineatio 144.a secundi 140.b extendentium itidem primi 155.b secundi 133.b
Cubitum mouentes musculi in canibus 242.b
Cubitum mouentium musculorum descriptio 241.a flectentium primus ibid. secundus ibid.b amborum functio 242.a extendentium primus b. secundus ibid. tertius ibid. administratio omnium 244.b
cubum referens os 108.a & 127. eiusdem descriptio 105.a
cultralis cartilago 126.b
cultri buxei, aut è ligno Guaiaco confecti 121.b
cultri incuruati ac falcibus similes, Anatomico respuendi 121.b
cultri parui quibus calami adaptantur 121.b
cultri uulgares 121.b
cuneiforme os 16.b 17.b 126.a
cuneiforme os, an sit cauernulis obsitũ, uel citra squamæ leuis ue ossis obductionem pumicis aut spongiæ speciem referat 24.a
cuneiforme os cur πολύμορφον nuncupatum 23.b
cuneiformis ossis circunscriptio 21.a
cuneiformis ossis foramen Anatomicis ignoratum hactenus 36.b
cuneiformis ossis interior sinus, quibus processibus constet 240.a
cuneiformis ossis medium neutiquam perforatum contra Galeni traditionem 38.a
cuneiformis ossis media sedes qualis 23.b
cuneiformis ossis processus uespertilionum alis assimilati, nomina 126.a
cuneiformis ossis processus alis similes 25.b
cuneiformis ossis sinus 40.b
cuneiformis ossis sutura 21.a quibus sedibus occurrat. ibid. eiusdem interuallum ibid.
cursoribus lienem eximi stultè persuasum uulgo 395.b
cutis quid sit 180.a
cutis & membrana in fronte & pene, scortoq;, nullo adipe substrata cur 402.a
cutis in homine ἀνθρωπὴ, aut ἀνθρωπείη dicta Herodoto 180.a
cutis, adipis, membranæ carnosæ, ac deinceps caluariæ inuolucri, illiq; subditæ adhuc membranæ examen 501.a
cutis administratio 182.a
cutis, cuticulæ adipis & carnosæ membranæ in abdomine administratio 426.b
cutis differentiæ sex 180.a à connexu ibid. à neruorum copia ibid.b à mollicie ibid. à motu ibid. à pilis ibid. à foraminibus ibid.
cutis membrana carnosa, cur ita dicatur 181.a
cutis quæ partes in homine moueantur 183.a
cutis substantia 180.a
cuti cur nonnulli ridiculè sentiendi uim adimant 180.b
cuti per uniuersum corpus subdita membrana carnosa ibid.
cuti uenas & arterias ac neruos porrigi, ipsamq; sensus esse compotem. ibid.a
cutem Græcis Δέρμα uocari 180.b
cutem homines quosdam in thoracis regione & alibi etiam in corpore mouere posse, cur sit ueri similè 181.a
cutem internam summæ manus cuiusmodi para-

di parari decuit 230.a
cuticula quid 180.b
cuticulæ administratio 182.b delinea tio ibid.
cuticulam Græcis ἐπιδερμίδα uocari ibi.
Κύστος 80.b 127.a
Κυβοειδὲς os 108.a 127.b
Κυμβαλύτις & κύμβαλος herba 418.b
cymbam referens os 127.a eiusdem delineatio 104.b eiusdem sinus 107.b & sedes ibid.
cymbam referentis ossis per medium dissecti figura 104.b
Κωνόδοντες 126.a
Κύτος 122.b

D

Δάκτυλοι 127.a
Δάρσις Herophilo quid sit 182.a
Δαρτὸς 403.a
Dearticulatio 9.b
Δελτοειδὲς dictus musculus 202.a
Dens processus 45.b 48.a
Dens secundæ uertebræ tuber siue processus 48.a
Dens secundæ uertebræ hominis canino assimilatur 47.b
Dentis dicti ossis ligamentum 213.b
Dentis alicuius effracti ex casu portionem in pueris nunquam esse eruendam 35.a
Dentis processus cum prima uertebra, contextus 47.b
Dentes ὀδόντες, eorumq; nomina 126.a
Dentes quot 113.b
Dentes ætatem complentes 126.a
Dentes canini 34.a
Dentium caninorum nomina 126.a
Dentes cayseles ibid.a
Dentes κραντῆρες ibid.
Dentes cur doleant 34.a
Dentes cur nudi conspiciantur ibid.
Dentes genuini 34.b
Dentes genuinos Ciceronem molares uocasse 34.b
Dentes genuinos quos Cicero uocet 126.a
Dentes γόμφοι ibid.
Dentes incisorij 57.a 126.a
Dentium incisoriorum nomina 126.a
Dentes maxillares ibid.
Dentes mensales ibid.
Dentes molares 57.b
Dentes μυλίται 126.a
Dentium molarium nomina ibid.
Dentes mordentes ibid.
Dentes mordentes à quibusdam etiam risorios uocari ibid.
Dentes omnium ossium cur durissimi 34.a
Dentes ὀφιγόνοι 126.a
Dentes paxillares ibid.
Dentes puerorum quales 35.a
Dentes quadrupli 126.a
Dentes quomodo maxillis infigantur 34.b
Dentes radicibus inter se uariare ibi.
Dentes risorij, à quibusdam mordentes dicti 126.a eorundē nomina ibid.
Dentes sensu præditi 2.b 34.a
Dentes soli omnium ossium nudi ibid.
Dentes sensus, sapientiæ ac intellectus 126.a
Dentes serotini 126.a
Dentes soli cur uim sentiendi obtineant 34.a
Dentes σωφρονισῆρες 126.a
Dentes ut plurimum triginta duo 113.b
Dentium à cæteris ossibus differentia 34.a
Dentium alueoli 33.a
Dentium alueoli & fossulæ 34.b
Dentium appendices 35.a
Dentium cauitas ibid.
Dentium dolori remedium optimum 34.b
Dentium excessus præsecandi aut exurendi mos 34.a
Dentium frequentiam uitæ longitudinem arguere 35.a
Dentium nomina 126.a & numerus 34.a
Dentium numerum aliquando uariare 34.b
Dentium pictura, qui maxillis infiguntur 33.b
Dentium præsepiola 34.b
Dentium pueorum appendices quales 35.a
Dentium radicibus affixi neruuli 34.a
Dentium utriusque maxillæ figura 33.b
Dentium usus 35.a
Deo op.max.gratiæ agendæ, quòd nobis animam rationalem, quam cum angelis communem habemus, largitus sit 489.a
Δέρμα, cutis dicta 180.b
Destructum 126.b
Διάφραγμα 220.b
Διαφράττοντες membranæ quæ 442.b
Διχασῆρες dentes 126.a
Δικλοειδὲς πλέγμα 494.b
Δίδυμοι cur dicti in cerebro 491.a
Δίδυμοι cur testes dicti 402.b
Digitus annularis 127.a
Digitus auricularis ibid.
Digitus cordis ibid.
Digitus impudicus ibid.
Digitus infamis ibid.
Digitus magnus ibid.
Digitus medius ibid.
Digiti medij nomina ibid.
Digitus medicus ibid.
Digitus minimus ibid.
Digitus paruus ibid.
Digitus paruus cuius beneficio possissimum extendatur 85.b
Digiti quarti nomina 127.a
Digiti quinti nomina ibid.
Digiti, δάκτυλοι ibid.
Digiti cur inæquales 90.b
Digiti cur unguibus donati 109.a
Digitorum acies & agmina quæ 127.a
in Digitorum articulis naturæ scopi 90.b
Digitorum κόνδυλοι qui 127.a
Digitorum decens moles 89.a
Digitorum manus cuti internæ neruosa tenuitate subnati musculi descriptio 230.a administratio 244.b
Digitorum manus ossa quot 113.a pedis ibid.
Digitorum manus ossium articulationis ratio & forma 89.b
Digitorum manus ossiū delineatio 89.a
Digitorum motus 231.b
Digitorum nomina 127.a
Digitorum ossa 7.b
Digitorum ossa Galenus perperàm medulla prorsus carere sensit 89.b
Digitorum ossa in utroq; pede quatuordecim 113.b
Digitorum ossa perperàm Galeno solida constituta 2.b
Digitorum ossa qui suprà & infrà ab integris digitis forma uarient, & cuius modi ossium sit substantia 89.b
Digitorum ossa triginta 89.a
Digitorum ossa Vesalius quindecim enumerat 88.a
Digitorum ossium interna sedes cuiusmodi secundum longitudinem 90.b
Digitorum ossiū latera cuiusmodi 91.a
Digitorum ossium magnitudo & forma decentissima 89.a
Digitorum ossium tendines 90.b
Digitorum pedis figura 4.b
Digitorum pedis ossa, eorumq; descriptio 91.a
Digitorum pedis ratio 109.a
Digitorum φάλαγγες quæ 127.a
Digitorum κυταλίδες quæ ibid.
Digitorum secundi & tertij quatuor articuli qui 90.a
Digitorum tendinum insertiones 238.a
Digitorum tertij ossis extremum et apex cuiusmodi 190.b
Digitos flectentium musculi secundi tendinum per primi tendines transitus 232.b
Digitos mouentes musculi 231.b
Digitos singulos tribus ossibus meritò efformari 89.a
Diploa 15.b
Direzan 122.a
Dissectionum professores de colo cur se tam misere torqueant 386.b

Femur mouentes musculi quot constituendi 260.b
Femur mouentium musculorum decem administratio ordine expositа 261.a
Femur mouentium musculorum delineatio, primi 152.a secundi 153.a tertij 158.b quarti ibid. quinti 161.b sexti, septimi & octaui 149.b & 144.b noni, decimi 158.b
Femur mouentium musculorum descriptio 257.b primi 258.a secundi ibid. tertij, quarti, quinti ibid. munus omniũ 259.a sexti, septimi octaui 260.a noni, decimi ibi. decimo appẽsæ carneæ portiones 260.b
Femur mouentium musculorum quintus, totius corporis mole maximus 258.b
Femoris ad coxendicis os ligamenta 269.b
Femoris appendices 5.b eorundem delineatio 4.b
Femoris capita 4.b 5.a
Femoris duo inferiora capita, eorundem q; sinus 97.b
Femoris capita inferiora cur retrorsum producantur ibid.
Femoris humiliora capita quid commodi præstent ibid.
Femoris ceruix cur statim à coxendicis articulo foras porrigatur 99.a
Femoris ductus cur non recto tramite ferantur 99.a
Femoris figuræ 96.a
Femoris motus 9.b 10.a 258.b processus, rotatores 27.a
Femoris duo processus, seu rotatores 98.a
Femoris exterioris processus nomina 127.a
Femoris processus externas cur γλουτὸς uocatus 98.a
Femoris duorum processuum usus ibid.
Femoris os magnitudine cunctis humanæ fabricæ ossibus præstare 97.a
Femoris os, sed ualde perperam 127.a
Femoris ossis capitum latera cur multis cæcis foraminulis oppleantur 98.a
Femoris ossis nomina 127.a
Femoris ossis, una cum tibiæ osse, & fibula, quibus ea ligamenta adhuc connata hærent, figura 166.a
Femoris posterior pars cur sima cauaq; uisatur, anterior autem gibba 99.a
Femoris secundum ipsius longitudinem forma 98.a
Femoris superius caput 97.a
Femori articulando acetabulum paratum 95.b
Femora duo 113.b
Fenestratum os 127.a
Fibræ uenarum 274.b
Fibræ rectæ, obliquæ, circulares, transuersæ 275.a
Fibrarum cordis & musculorum ratio quatenus eadem aut diuersa 454.b
Fibrarum in fronte series 183.a
Fibrarum in intestinis ratio 387.a
Fibrarum per suturas à dura membrana prorepentium usus 432.a
Fibrarum, quæ naturali motui præsunt, ab ijs quæ arbitrario famulantur, differentia 274.a
Fibrarum motibus naturalibus seruientium species & functio 274.b
Fibrarũ stomachi motus duplices 215.b
Fibrarum in uesica, uentriculo, & bilis uesicula ratio 399.b
Fibrarum usus 461.a
Fibras non tantum ad uentriculorum cordis septum, sed etiam ad reliquam uentriculi mucronis circumferentiam ad nasci, contra Galenum 458.a
Fibula 101. quid Vesalio proprie uocetur ibid. & 127.b
Fibula quid à sura differat 101.a
Fibula secundum ipsius longitudinem triãgula 102.b
Fibulæ ad tibiæ os nexus 101.a in qua parte de his dicat 102.b
Fibulæ appendix 102.a
Fibulæ cum talo articulatio 102.b
Fibulæ excarnis pars 102.b
Fibulæ duæ 113.b
Filum sectioni aptum 121.b
Focile maius & minus 127.a
Focilis maioris et minoris nomina ibid.
Focile maius brachij 126.b minus brachij ibid.
Fœtus bubali inuolucrorum figura 372.a
Fœtus canini exterioris inuolucri delineatio 372.a
Fœtus humani tunicarum seu inuolucrorum expressio 371.a
Fœtus inuolucrum primum ac extimum cuiusmodi 420.a & quali substantia ibid.
Fœtus inuolucrum secundum, ἀλλαντοειδὲς ob farciminis speciẽ dictũ 420.a & 421.b tertium ἄμνιον, ob molliciem candoremq; ab agno nomen mutuatum ibid.
Fœtus inuolucri extimi nomina 420.a
Fœtus inuolucra à mulieribus exuri uel defodi, ab animalibus uerò sursum deuorari 422.a
Fœtus qui se habeant inuolucra, plurib. simul existentibus fœtibus 422.b
Fœtus inuolucrorum examen 422.a
Fœtus in utero situs 371.a
Fœtus sudor, ac dein reliqua excrementa ubi coaceruentur 422.a
Fœtus urinæ meatus 400.a 421.b cur ἑρπαχὸς ἑρπανὸς appelletur. ibid. item quæ sit ipsius ratio ibid. & quomodo inquirendus 434.b
Fœtus urina & recremento uteri cerutcem irrigari atque distendi, ad facilio rem partum 422.a
Fœtui uitalem spiritum deferentes arteriæ 400.a
Fœtum humanum & caninum & bubalum duobus ambiri inuolucris: ac dein quis exterioris inuolucri ad uterũ sit nexus, quis ue usus 420.a
Fœtum inuoluens membrana à quibusdã exiccata, cur asseruari solita, eiusq; diuersa nomina. 422.b
Fœtum inuoluens membrana falsò non omnibus pueris cõmunis habita, deq; eo mulierum superstitiones ibid.
Fœtuum examen 508.a & 510.a
Foramen ad excolandam in nare pituitam præcipuè paratum 37.a
Foramen cæcum 39.a
Foramen dorsali medullæ paratum 60.a
Foramen, quo dorsali medullæ aptum paratur iter 42.b
Foramen in oculi sede omnium maximũ quod sit 36.b quis ue eius usus ibid.
Foramen orbiculare cur in sedis oculi radice elatißimũ, & in cuneiformi osse incisum ibid.
Foramen primæ uertebræ, dorsalem trãsmittens medullam 46.b
Foramen, secundum par dorsalis medullæ nernorum in posteriora transmittens 48.a
Foraminis dextræ oculi sedis effigies 37.a
Foraminis maximo sinistræ soporalis arteriæ ramo parati effigies 38.b eiusq; usus ibid.
Foramina auditus organi cauitatem ingredientia 39.a
Foramina cæca in uertebrarum corporibus 53.b
Foramina in posteriori sacri ossis sede, cur minora quàm in anteriori spectẽtur 61.a
Foramina neruis emittẽdis parata 43.b
Foramina neruos transmittentia, in dorsi ossibus etiam cælari ibid.
Foramina octaui ossis capitis, & sedes, quibus olfactus organa reponuntur, in hominibus et canibus uariari 37.b
Foraminum capitis, siue caluariæ descriptio 35.a
Foraminũ octaui ossis capitis usus 37.a & figura ibid.
Foramina sacri ossis ad neruorum emissionem destinata. 60.b
Foraminum in uertebris neruos in latera transmittentium natura 40.b
Foraminula per caluariæ superficiem sparsim obuia 40.a
Forficula 122.a
Fornicis seu testudinis in modum formati

mati corporis situs 489.b substantia, nexus, inferior sedes 490.a usus ibid.
Frontis musculosa substantia 183.a
Frontis musculosæ substantiæ administratio duplex ibid. prioris ibid. posterioris. ibid.
Frontis cutem mouentis musculi delineatio ubi spectanda 135.a
Frontis musculi ibid.
Frontis os 12.b eiusq; circunscriptio 124.b & forma ibid.
Frontis os cum uerticis osse iunctum, cur ibi sit crassius 22.a
Frontis ossis nomina 122.b
Frontem transuersis sectionibus non esse tentandam 183.a
Fulcrum 126.a
Furcula pectoris ossis 68.a
Furcula superior 126.b item humilior ibid. inferioris medium ibid.
Furculæ 126.b inferiores ibid.
Fusi ossa 126.a

G

Galea, fœtum inuoluens mẽbrana, quibusdam dicta 422.a
Galenus ad ginglymon tribus ossibus opus esse non animaduertit 11.a
Galenus coccygis ossa à sacri ossibus peritè, admodumq; anatomicè ex simiarum canumq; fabrica distinxit 63.a
Galenus cordis situm medium esse, utumbilicum, malè assignat 460.b
Galenus cur de uena pari carente tam uariè scripserit 291.b 292.a
Galenus cur omentum modicis & laxis nexibus, idq; ad dextrum tantum latus colo intestino committi prodiderit 381.b
Galenus de ceruicis uesicæ musculo notatus 249.b
Galenus de laterali capitis supra primã uertebram motu refutatus 51.a
Galenus de penis neruis notatus 408.a
Galenus de pituitæ in cuneiformi osse transcolatione defensus 24.a
Galenus de pituitæ transcolatione notatus 493.a
Galenus de uentriculorum cerebri præstantia uarius 489.a
Galenus de processibus cerebri notatus 481.a
Galenus de reticulari plexu sub cerebro notatus 494.a
Galenus de soporalis arteriæ dextræ per unum foramen in caluariam ingressu notatus 493.a neque, ut ipse sentit, commune esse foramen cur tertio pari neruorum ibid.
Galenus de tibiam mouentibus musculis notatus 251.b
Galenus de transuersis thoracis processibus confutatus 54.b
Galenus de uenæ meatu notatus 401.a
Galenus de uenis mesenterij explicatus 388.a b
Galenus de uenis omenti notatus 381.b
Galenus de uẽtriculi situ notatus 376.a
Galenus de uermiformibus processibus notatus 491.b
Galenus de umbilici uena notatus 302.a
Galenus dissectionis studiosorum facilè præcipuus 491.a
Galenus dissectionum professorum facilè princeps 500.a
Galenus dorsi motores musculos quatuor postremos ignorans 226.b
Galenus duo brachij ligamenta ignorauit 170.b
Galenus eximium naturæ miraculum, artificiumq; 194.a
Galenus ex simijs & canibus coniecturam faciens, etiam hominibus hunc lobum pulmonis, quo tamen destituuntur, attribuit 443.a
Galenus in boum dissectione delusus 315.b
Galenus in ceruicis uertebrarum historia confutatus 50.a
Galenus in describendis brachium attollentibus musculis uarius 204.b
Galenus in descriptione dorsi musculorum notatus 224.b
Galenus in descriptione ossis sacri & coccygis notatus ac refutatus 61.b
Galenus in descriptione uenarum humerariæ & axillaris partim uerus, partim falsus, & quo pacto 295.b
Galenus in lumborum musculorum seu carnis enarratione, ab hominis compositione, suis simijs delectatus, aberrauit. 259.b
Galenus in Pindaro irridendo magis, quàm spectandis ossibus occupatus 106.a
Galenus in traditione musculorum intercostalium uarius 222.b
Galenus in uasorum mamillas petentium distributionis usu explicando cur sit admodum diffusus 425.a
Galenus malè sensit, quòd parem quasi articulationem thoracis uertebris tribuerit 53.a
Galenus maxillam non unicum esse os asserens, refutatus 33.a
Galenus meatuum alterum ex cerebri tertio uentriculo eductum præterijt 492.a
Galenus naturæ summus admirator 385.a
Galenus nimium fauens simijs, futuras frontis & maxillæ homini similes esse, plus satis sibi persuasit 32.a
Galenus omnes costas duobus internodijs articulari, malè sensit 54.b
Galenus penis musculos non probè assecutus 408.a
Galenum per obliquum motum quid intelligat 83.a
Galenus quomodo sacrum os & coccygis descripserit 61.b
Galenus simiarum uenas ex professo docens, hominum uenas non persequitur 280.b
Galenus tertium cordis sinum, cui Aristoteles arteriarum originem tribuit, ad dextrum cordis uentriculum malè retulit 306.a
Galenus tertium usum peritonæi, quo id sicci alimenti superflua septi transuersi accedente opera, propellere asserit, malè assignat 374.b
Galenus uertebrarum contextum ad ginglymon malè retulit 11.a
Galeni anatomica demõstratio, qua glandosum corpus semini parando non præesse, confitetur 406.a
Galeni sententia de adipe inter cuteũ manus internæ & tendinem illi subnatum, notata 230.a
Galeni de tribus animæ specieb. aut partibus inter se natura diuersis, sententia 343.a
Galeni de arteriæ magnæ & uenosæ orificijs lapsus 457.a
Galeni locus de arteriæ ortu 306.a
Galeni sententia de astragali situ notata 11.a
Galeni sententia de proprio brachialis motu improbata 240.a
Galeni sententia de motu brachialis in pronum & supinum notata 167.b
Galeni locus de capitis motu in latus super prima uertebra improbatus. 51.a & deinceps.
Galeni de capitis motibus sententia refutata 50.b
Galeni de cæco intestino sentẽtia 384.b
Galeni descriptio de cæco intestino, cani rectius quàm simiæ accõmodari posse 384.b
Galeni de cerebelli duplicitate sententia improbata 485.a
Galeni uana ratio de cerebelli simplicitate 486.a & 340.a
Galeni ratio de cerebri diuisione notata 486.a
Galeni sententia de cerebri reuolutionibus improbata 484.b
Galeni de cerebri torcular appellatio ambigua 314.b
Galeni sententia de cerebri uentriculorũ superficie, tenui membrana cincta, eiusq; improbatio 488.b

Galeni

Galeni dogmata non pauca de cerebri uentriculis notata, alia omissa 487.b
Galeni erratum de tribus primis cerebri uentriculis, quos tenui membrana succingi asserit, exponitur 488.b
Galeni permulta dogmata de cerebri uentriculis parum esse uera 487.b
Galeni sententia, κώλων seu artuum capita ἐπιφύσεις & κονδύλους uocari docentis, reiecta 7.b
Galeni de cordis osse sententia 69.a
Galeni de costarum articulatione notata sententia 67.b
Galeni de costarum cartilaginibus sententia 66.a
Galeni loca, quibus inter cutem & tendinem adipem reponi negat, notata 230.b
Galeni defensores de coccyge osse, à Vesalio refutantur 65.b
Galeni defensorum impudentia taxatur, quòd eum homines magis quàm simias descripsisse contendant 61.b
Galeni opinio, de fibrarum, musculorũ, buccarum, labrorum, & nasi alarum ortu, notata 186.a
Galeni de fibris ad uentriculorum cordis septum adnatis erratum 458.a
Galeni de fœtus inuolucris dogmata quatenus cum ueritate consentiãt 422.a
Galeni de humeri tuberculo interiore et exteriore sententia falsa 78.a
Galeni de humero post femur omnibus ossibus grandiore, sententia 77.a
Galeni opinio de laryngis operculi usu, notata 200.a
Galeni liber de Ossibus, cum Syluij editus commentarijs, qualis sit 63.a
Galeni libri de Administrandis sectionibus partem, in qua linguæ musculos recensuit, unà cum libris de Musculorum resectione, absque dubio interijsse 194.a
Galeni de Vsu partium libri notati 240.a
Galeni librorum euersores notantur 63.b
Galeni & aliorum philosophorum de mamillarum situ ratio non omni ex parte uera 424.b
Galeni locus de masseteribus musculis notatur 189.b
Galeni locus de maxillæ superioris sutnris explicatur 189.b alius de eorundem ossium constitutione ibid.
Galeni loca aliquot de maxillæ superioris ossium numero, futuris, refutata 31.b 90.a & deinceps.
Galeni locus de membranis processus uermiformes continentibus notatur 167.a
Galeni opinionem esse falsam, qua statuit secundi musculi mouentium digitos, tendinem in primo internodio dilatari 232.b
Galeni locus, musculum inter ligamenta & neruum ponentis esse medium, improbatur 170.b ibid.
Galeni locus de musculo brachium attollente notatus 201.b 202.a
Galeni de quarto brachij motorum musculo notata sententia 202.b
Galeni super musculo quopiam brachij motore, in hominibus autem non reperto, notata sententia 203.b
Galeni sententia de musculo tanquam brachium circumuertente notata 202.b
Galeni de musculo quopiam tanquam brachij motore notata sententia 201.b
Galeni sententia de musculo primo flectentium cubitum notata 241.a
Galeni super cartilagine inter uertebras dorsi reposita, notata sententia 228.b
Galeni ratio, qua cerebellum simplex esse docet, uaria 340.a
Galeni de cordis osse sententia 69.a
Galeni de crurum in animalibus flexione, &c. dogma 106.a
Galeni sententia de cubiti flexionibus planè imaginaria, notata 242.a eiusdem in enumerandis musculis harum autoribus uarietas ibid.
Galeni in cuneiformis ossis descriptione lapsus 24.a
Galeni de digitorũ forma sententia 89.b & articulatione ibid. item, an sint medullæ expertia digitorum ossa ibi.
Galeni placitis de dorsi motibus sententia contraria 56.a
Galeni de femoris ad coxendicis os motu lapsus 97.b
Galeni de fœtus inuolucris, atque eius formatione dogmata, quatenus uera 422.b
Galeni sententia de foraminis secundum neruorum cerebri par transmittentis magnitudine improbata 37.a
Galeni sententia de foraminibus cribrũ referentibus, ac pituitam cerebri expurgantibus, ficticia 493.a
Galeni de glandulosa carne ad inferius uentriculi orificium sententia 377.a
Galeni de musculo quopiam tanquam scapulã mouente, notata sententia ibi.
Galeni sententia, de musculo neruosa sua exilitate mediæ uolæ & internæ digitorum sedis cuti subnato, improbata 230.a
Galeni sententia de quarto thoracis musculo notata 222.b
Galeni super primo tibiam mouentium musculo notata sententia 252.a super secundo ibid.b super tertio ibid. super quarto 253.a & ibi.b super quinto 254.a super sexto, quem perfunctorie tantum attigit ibid.b super nono 255.b super tendinibus tibiæ musculorum 256.a
Galeni de quinto musculo tibiam mouentium sententia 254.a
Galeni in 2. de Administr. sect. sententia cum uera musculorum descriptione enarratur 251.b
Galeni locus de numero musculorum digitos mouentium, restitutus 235.b
Galeni super musculorum dorsum mouentium pari primo notata sententia 225.a
Galeni & Aristotelis de mamillarum situ rationem non omni ex parte ueram esse 424.b
Galeni sententia de tribus meseneriis an sit ueritati conformis 387.b & cuiusmodi 388.a
Galeni de musculi in poplite latitantis functione notata sententia 257.b
Galeni de musculorum caput mouentiũ pari secundo notata sententia 210.b
Galeni de quarto musculorum pari, ossi hyoidi propriorum, notata sententia 192.b
Galeni in describẽdo quinto dorsum mouentium musculorum pari notata sententia 226.b
Galeni in describendo sexto dorsum mouentium musculorum pari, notata sententia ibid.
Galeni opinio de musculorum fibris notata 176.a
galeni de musculorũ intercostalium functione notata sententia 220.b
galeni sententia de primo radium mouentium musculo notata 240.a
galeni in musculorum scapulam mouentium traditione notata sententia 209.a
galeni locus de musculorum tendinibus notatus 177.a
galeni sententia de musculorum thoracẽ mouentium numero exposita 218.a b
galeni notata sententia, qua musculos, quibus ossa mouentur, tendinibus carere statuit 177.a
galeni in describendis abdominis musculis uarietas reprehensa 215.a
galeni de musculis cubitum mouentibus figmenta. 241.a
galeni loca pugnantia de musculis manus digitos mouentibus notata 232.a b ibid.b 233.a b 234.a 235.a & 236.b
galeni locus de musculis labra mouentibus notatus 186.b & 187.a
galeni sententia de musculis pollici præfectis notata 238.a
galeni sermonem de musculis pedem mouentibus,

uentibus, simiarum fabricæ, non hominis conuenire 265.b
Galeni sententia de musculis primis pedem mouentibus notata 163.b de quarto musculo 164.a de quinto 164.b de octauo 265.b de musculis pedis digitos mouentibus 267.b
Galeni locus de naturali expiratione, quam citra musculorum opem perfici asserit, declaratus 222.a
Galeni de secundo pari neruorum brachium subeunte sententia erronea 344.b
Galeni error notatus, quòd peculiaria ossa, quibus incisorij dentes infigũntur, in homine constituerit 32.a
Galeni loca de ossium inter se commissura, à ueritate discrepantia, è multis aliqua enumerata 12.a b
Galeni de synarthrosi ossium pectoris erratum diluitur 67.b
Galeni orationem in secundo de Administrandis sectionibus obscuram atque imperfectam esse, nec undique suis in tertio de Partium usu placitis respondere 262.a
galeni sententia de ossis cuneiformis constitutione ac usu notata 24.b
galeni sententia de osse cuneiformi tanquam perforato instar spongiæ, improbata 38.a & quod pituita illac non coletur ibid.
galeni locus de osse inter cerebrum ac cerebellum in canibus posito, explicatus 25.b
galeni de osse maxillæ inferioris tanquã gemino, notata sententia 31.a
galeni de tertio quodam osse in summi humeri cum clauicula nexu sententia 73.a
galeni sententia, quòd ossa digitorum medullæ sint expertia, improbata 89.b
galeni loca de ossium inter se structura, à ueritate aliena, è multis aliqua enumerata 12.a
galeni sententia de ossibus digitorum tanquam solidis improbata 2.b
galeni de patellæ cartilagine lapsus 103.b
galeni de pedis & manus ossium pari numero lapsus 109.a
galeni de pituita cerebri per olfactus canales educenda lapsus 328.a
galeni de portæ uena, ut sanguinem conficiente, sententia uaria 271.b
galeni de primo pollicis osse lapsus 108.b
galeni de acuto ulnæ processu, quem stylo comparamus, sententia 83.a
galeni sententia de processu primæ cernicis uertebræ anteriori notata 46.b
galeni sententia de processuum in cerebro uermiformium usu notata 493.b
galeni sententia de processibus duræ mẽbranæ tanquam duplicatis notata 481.b
galeni de quinto pulmonis in homine lobo error 450.a
galeni sententia de quinto pulmonis lobo, cauam uenam sustinente, notata 291.b
galeni de quadrupedum genu articulo lapsus 101.b
galeni ratio de renum situ minimè approbanda 397.a
galeni reticularis plexus nusquam inuentus 494.a superq; eo locus è libro De uenarum & arteriarum sectione ibid.
galeni de reticulari in caluaria plexu lapsus 403.b
galeni de sacro osse & coccyge sententia notata 61.a 62.b 63.a
galeni de seminalium uenarum ortu & ductu sententia 403.a
galeni de simiarum ad hominem differentia, notata sententia 262.a
galeni notata sententia de sinibus in dura cerebri membrana constitutis 312.b
galeni de stomachi cum arteria incessu sententia 375.b
galeni sententia de tendine lato, qui plantæ cuti subnascitur, notata 263.b
galeni sententia de tendinibus XVII musculi digitos mouentium notata 236.b
galeni opinio de tẽdinibus processus uermiformes continentib. notata 491.b
Galeni notata sententia de tibiæ motuum differentijs 252.a
galeni de tibiæ ossis sinibus sententia notata 101.a
galeni sententia de neruo paris tertij notata 330.b
galeni explosa sententia, quòd neruorum alij sensui, alij motui præsint 347.b
galeni sententia de neruorum opticorum foraminibus 329.b
galeni in neruorum traditione notata sententia 348.b
galeni locus de neruis è primo de Locis affectis notatus 344.a eiusdem locus alter è libro 3. de Administrationibus anatom. ibid.
galeni locus de oculi tunica, è decimo de Vsu partium 497.b
galeni de omenti membrana, colon dorso colligante, sententia. 381.b
galeni sententia de acutis ossium processibus notata 7.a
galeni placitis quæ potissimum repugnẽt 12.a
galeni de postbrachialis ossibus sententia 88.a
galeni ratio de renum situ, qua dextrum sinistro editiorem esse docet, improbata 397.a
galeni sententia in tradendo scapulæ motorum primo, secundo & quarto musculo, notata 209.a b
galeni scripta in solis ferè Anatomicis interpretem quàm maximè desiderare, cum sibi non sint undique consona 419.b
galeni locus de tendinum in digitos manus insertione notatus 338.a contraria de his docens 238.b
galeni de uenæ sine pari ortu sententia 291.b
galeni de uenæ cauæ per crus serie descriptiones uariæ, & parum uenæ 301.b
galeni irrefutabilis demonstratio de cauæ uenæ ortu confutata 288.a
galeni argumenta de uenæ cauæ exortu in Aristotelem, non omnia ex tripode dicta 287.a
galeni de ortu uenæ sine pari sententias sibi neutiquam constare 291.b
galeni sententia, qua cauam uenam, ubi iecoris gibbo connectitur, amplissimam esse statuit, refutata 289.b 288.a
galeni, dogma, quo uenam cauam ex corde prodire inficiatur, omnino respuendum esse 287.b
galeni locus, à uena caua, priusquam ad cor pertingat, uenas in membranas thoracem intercipientes deduci ac distribui docens, reiectus 291.b eiusdem alius de uenæ arterialis ortu notatus ibid.
galeni de uenarum ortu commentaria sic esse legenda, ut magis ueritas, quàm ipsius in illis autoritas spectetur 467.a
galeni de tuberculo primæ ceruicis uertebræ attributo, notata sententia 46.b
galeni de numero processuum uertebrarum ceruicis erratum 49.b
galeni de cauæ uenæ in omentum ductu error 381.b
galeni de cauæ uenæ ortu irrefutabilis demonstratio confutata 288.a
galeni de cauæ uenæ principio sententia explosa 456.b
galeni de uena caua uentriculo substrata opinio 378.b
galeni de uena pari carẽte sententia cur sit tam uaria 292.b
galeni de uenis mesenterij ac intestinorũ lapsus 388.a
galeni de umbilico corporis medio sententia 376.a
galeni de uteri cornibus notata sententia 217.b
galeni de uteri uenis in mamillas sese exonerantibus

nerantibus sententia 425.b
galeni in assignatione aliquot in lumbis uertebrarum uarietas notata 58.a
eiusdem sententia, lumborum uertebris processum affingentis, ad imitationem simiarum ac canum, improbata 57.b
galeni processum, lumborum uertebris ascriptum, in hominibus Vesalium nunquam reperisse ibid.
galeni sententia de nexu corporum thoracis uertebrarum notata 58.a
item de foraminibus uertebrarum neruos transmittentibus 53.a item de costarum ad uertebras articulatione 54.a item de transuersis infimarum thoracis uertebrarum processibus ibid.& 56.b
galeno ignota uenæ axillaris diuisio quædam 295.b
galeno in humani corporis fabricæ cognitione nimium à plerisque tribui 419.a
galeno quid testis caput appellatum 402.b
galeno uaccinus caninus ue uterus, non muliebris dissectus atque descriptus 416.a
galeno umbilicus non rectè corporis medium constitutus 282.a
galeno ignota non pauca capitis foramina 38.a
galeno non esse credendum, quòd, utcunque internum humeri tuber grande sit id externo grandius esse prodiderit. 78.a
galeno minimè assentiendum, quòd maxillam superiorem medullæ expertẽ, durisq; ossibus, nec leuitate indigentibus efformatam doceat 29.b
galeno præteritus musculus inter brachij motores quintus 238.a
galeno quid sit peculiare 221.b
galeno tres secundum pollicis os flectentes musculi ignorati 235.b
galeno sacrum os, & coccygis os, ut in simia se habent, descripta 62.b
galeno uenæ axillaris, diuisio ignota 292.a
galenum in abdominis descriptione uarium esse 215.a
galenum Aristoteli imposuisse, quòd tres uentriculos cordis constituerit 457.a
galenum axillaris uenæ diuisionem integram latuisse 195.a
galenum in brutorum animalium sectione potius quàm hominum uersatum esse 394.a
galenum canum intestina magis quàm hominum inspexisse 384.a
galenum de capitis supra primam uertebram, & primæ supra secundam, & dein reliquarum ceruicis uertebrarum motibus, longè secus quàm Vesalium, sentire 50.a
galenum rationem unitatis cerebelli parum aptè designasse 485.a
galenum mirabilem illum reticularem cerebri plexum sua imaginatione in hominibus confinxisset. 38.b
galenum, cor in medio repositum esse, contra ueterum placita contendere 453.b
galenum dissectionibus mirificè oblectatum esse 262.a
galenum, diligentem & eruditum solertemq; & industrium auditorem requirere, qui ea quæ de capitis motibus in 12 de Vsupartium libro pertractarit, capere possit 50.a
galenum foramen sinistræ soporali arteriæ paratum latuisse 38.b
galenum de foramine dextræ oculi sedis, aliter quàm Vesalium, sensisse 37.a
galenum & genu cartilaginibus ligamentorum nomen indidisse 167.b
galenum de glandis cerebri usu rectè sentire 493.a
galenum, Hippocratem in Anatomicis nunquam esse lapsum, nimium audacter testari 390.a
galenum hominis anatomiam nunquam aggressum esse 291.b
galenum hominis pedem nunquam dissecuisse 261.b
galenum non hominis cor, sed simiarum & canum aggressum esse 453.a
galenum non hominum, sed simiarum musculos descripsisse 259.a
galenum pro hominum anatome, simiarium nobis obtrusisse 264.a
galenum humani corporis anatomiam nunquam esse aggressum, unde Vesalius conijciat 295.b
galenum neruorum recurrentium inuentorem ac summum admiratorem fuisse 333.a
galenum parem integrorum digitorum ac eorundem ossium formam minus rectè proposuisse 91.a
galenum quædam ossa ipsi non uisa, tanquam in humano essent corpore, recensere 25.a
galenum subinde dorsum & spinam, in tibiam mouentium musculorum descriptione confundere 167.a
galenum ueterum de homine descriptiones suis simijs accommodasse 63.a
galenum uiscera hominis oscitanter, aut neutiquam spectasse: simiasq; & canes describentem, immeritò ueteres arguisse 452.a
galenum humani penis fabricam nunquam spectasse 407.a
galenum falsò humerum exterius gibbum, interius simum, &c. statuisse 78.a
galenum inuolucrorum historiam non uerè proposuisse 422.b
galenum ut minimum duo ligamenta, anulorum modo tendines continentia, latuisse 243.b
galenum neque 11, neque 12 musculorum dorsum mouentium doctrinam rectè tradidisse 226.b
galenum in lumborum musculorum, seu carnium enarratione, ab hominum compositione aberrasse 259.a
galenum omnes teretes tibiam mouentiũ musculorum tendines, ac si lati ampliq; essent, descripsisse 256.a
galenum duos musculos laryngis operculi latuisse 199.a
galenum non ex omni parte sibi consentire 251.a
galenum os tertium in superioris scapulæ processu nunquam uidisse 73.b
galenum uacuam ossium articulorum sedem finxisse, cum sint potius mutuò contigua 52.a
galenum penis corporum originem non rectè assecutum esse 249.a
galenum in processibus scapulæ non undique sibi constare 74.a
galenum sibi haud conformia dicere 267.b
galenum simiarum constructionem, non hominum descripsisse 201.b
galenum simiarum, non hominum Anatomiam aggressum esse 450.a
galenum simiarum uenas, non hominum, persecutum esse 280.b
galenum unicum tantum tendinem tribus pollicis ossibus communem cognouisse 237.b
galenum in quarundam uteri partium scriptione esse ualde ancipitem, sibiq; parum fidere 417.b scilicet in uteri formæ explicatione, musculorum, cornium, acetabulorum, uenarum & arteriarum ibid. item uasorum semen deferentium 418.a
galenum muliebrem uterum neq; dissecuisse, neque descripsisse 416.a
galenum, non muliebrem, sed uaccinum caprinum ue uterum descripsisse 217.b
galenum de uenarum arteriarumque sectione sibi neutiquam respondere 311.a
galenum errare, quòd uenas membranarum intersepientium à caua, ubi septum permeet, initium ducere, asserat 443.b
galli sacerdotis Bononiæ aqua intercutem in xenodochio mortui historia. 394.b
gallicus morbus quæ loca, hominis potissimum

tissimum infestet 448.b
Γαγγαμὼν 382.a
gargar 449.a
gargareon ibid. b cur ἰδμὸς à ueteribus Græcis nuncupatus 448.a
gargareonis nomina 449.a eiusdēq; situs, forma, substantia, usus ibid.
gargareonis præfectio seu derosio, quid incommodi pariat ibid.
gargareoni Gallicus morbus infestus 448.b
gargareonem temerè à quibusdam excrementorum cerebri receptaculum esse, confictum 449.a
gargareonem soli inter animantia homini, & quibusdam auibus obtigisse 449.a
Γαστὴρ unde dictus Græcis uentriculus 376.a
Γαστροκνημία 101.a
Γελασῖνοι dentes 126.a
gemelli dicti in cerebro 491.a
generationis organorum examen 508
Γένυς 126.a
genu rotula 127.b oculus ibid.
genu utriusque duæ cartilagines 114.b
genuensium, Græcorum & Turcarum capita, cur globi imaginem representent 14.b
genuini dentes 34.b
genuinos dentes Ciceronem molares uocasse 34.b
germanorum capita cur lata, et compresso occipitio cernantur 14.b
gibberus siue gibbus ulnæ processus 81.b 127.a
Γίγγλυμος 10.b
Γιγγλυμοειδὴς humeri orbita 77.b
glandis pineæ nucis similis, situs & constructio 490.a usus ibid.
glandis pituitam excipientis historia 492.b
glandis cerebri pituitam excipientis. ipsiq; accumbentium arteriarum examen, seu administratio 503.b
glandes hominis quarum loco in bobus sunt musculi 199.b
glandes intestinorum 384.b
glandes laryngis radici adnatæ 446.a
glandes non omnes uasorum distributioni accommodas, huic tantum muneri subseruire 277.b
glandium genus secundum Hippocratem spongiarum nomen cur obtinuerit 448.a
glandium in faucibus triplex genus ibid.b
glandium in faucibus posttarum tertium genus 448.b
glandium 292.b
glandulæ cerebri testula incumbentis administratio 502.a eiusdem historia 492.b delineatio unde spectanda 492.a canales ab ea ducti 492.b
glandulæ, cui pituita influit, unà cum pelui & quatuor ductibus à glande aut sinu potius, pituitam deducentibus, effigies 37.b
glandulæ cur, & quando uasorum distributionibus immittantur 277.a
glandulæ faucium cur παρίδμια uocatæ 448.a
glandulæ sub aurium radice ad posterioremi inferioris maxillæ sedem repostæ 130.a
glandularum in mamillis ratio diuersa 423.a
glandularum & pinguedinis laryngis ratio 447.b
glandulæ testibus incumbentes 502.a
glandulæ uasorum diductibus roboris gratia immissæ, adnexæq; 277.a
glandularum quæ in faucium initio sibi opponuntur, ac secundum genus constituunt, inflammationes, Græcos ἀμυγδάλας, quæ uerò in faucib. παρίδμια appellasse 448.b
glandularum stomacho crebrò adnatarum usus 376.a
glandularum quæ uasorum distributionibus immittuntur descriptio 277.a nomina ead. usus 278.a
glandulis faucium infestus morbus Gallicus 448.b
glandulas frequentes ubi natura potissimum circumposuerit 300.a
glandes siue glandosum corpus mesenterio cur natura addiderit 388.b
glandosum corpus uasorum semen deferentium insertionē excipiens 405.a
glandosum omenti corpus 382.a
glandosi corporis uesicæ collo adnati usus 406.a
glandosum corpus ad uesicæ ceruicem in uiris positum, etsi uasorum inibi uariæ partitioni opem ferat, excipiendis tamen uasis seminarijs, & peculiari humore procreando, potissimum famulari 278.a
glanduloſi corporis in ipsa uasorum distributione positi delineatio 358.a
glanduloſa caro non procul ab inferiori orificio distans 377.a
Γλήνη 8.a
Γλήνη quid proprie uocetur 8.b
Γλήνης & κοτύλης discrimen 8.a
Γληνοειδεῖς sinus 47.b
glires atq; sciuros cæcum intestinum adeò amplum sæpe nactos esse, ut amplitudini ipsorum uentriculi facilè respondeant: fæcibusq; turgidum in sectione obseruetur 385.a
Γλωττὶς quid 113.a 197.b ἐπιγλωττὶς ibid.
Γλωττὶς qualiter spectanda administranti 200.a
Γλωττίδος etymologiæ ratio 113.a
Γλωττίδα et ἐπιγλωττίδα differre. 200.a
Γλῶτια dicta in cerebro 491.a
Γλῶτος 127.a
Γομφοι dentes 126.a
Γόμφωσις 11.a
græcos διδύμας & γλῶτια nomina confudisse 491.a
granatum malum, cartilago epiglottalis 116.b
granatum malum testiculorum 127.a
grandinosum os 108.a 127.b
Γραφοειδὴς processus 23.a 81.b 125.a
gula 375.b
gulæ appellatio quibusdam pro stomacho ibid.a
gulosis atq; timidis maius iecur datum 390.b
gurgulio quid 449.a
gustus instrumentum 500.a
gutturis os 126.a
gutturnium 112.b

H

Haemorroidum fluxus parratio cum mẽstruo sanguine 415.a
Hæmorrhoidum modus 272.a
Hæmorrhoidum sanguis unde profluat 415.a
Hamuli 121.b
Hamulos unde Vesalius parare consueuerit ibid.b
Ἁρμονία 11.b
Harmoniarum coitus cuiusmodi 11.b
Ἧβης os 127.a
Hector ab Achille circum Troiam tractus quo pacto 264.a
Ἡπατικὴ dicta uena 288.b
ἱερὰ σύριγξ 42.b 126.a
ἱερὸν os 126.b unde uocetur 59.b
Hippocrates in Aphorismis, quid sub acetabuli nomine intellexerit 419.a
Hippocratis locus de secundo ceruicis uertebræ nomine 47.b
Hippocratis sententia, de phlebotomia in pleuritide quæ 292.b
Hippocratis sententia de septo transuerso, notata 221.b
Hippocratis de stomachi incessu, sententia notata 375.b
Hippocratis de summo humero locus 73.a
Hippocratis de temporalibus plagis locus 25.b
Hippocrati quæ uocentur acetabula 419.a
Hippocrati qui dicantur βαθμίδες 8.b
Hispani cuiusdam in fallendo meretrices

calliditas 377.a
Histrionis Tridentini in dentibus, mira culosum robur 190.b item cuiusdam histrionis Turci & Mantuani ibid.
Homo quibus locis à simia differre Galeno perspectus 407.a
Homo cur respiret 218.a
Hominis glandes, quarum loco in bobus sunt musculi 199.b
Hominis maxillæ cur sinus & cauitates medulla infarctæ attribuantur 31.b
Hominis maxillam cur duram esse oportuit ibid.
Homini maxillam ferè unico osse extrui ibid.
Homini maxillam inferiorem esse breuissimam ibid.
Hominis uesica dissectionum rudibus cur ita imponat 427.b
Hominis uiscera ad ipsorum fabricam discendam haud inutiliter coqui 394.b
Hominem pluribus ossibus quàm reliqua animantia, motus gratia constare 9.a
Hominem producere immortalem materiæ occasione non licuisse 401.a
Hominem pulmonis occasione collo donari 46.b
Hominem ut augeretur, diutiusq; uiueret, instrumentis eguisse uariæ nutritioni famulantibus: ac demum quæ instrumenta nutritioni circa cibos potusq; uersanti priuatim sint extructa 372.b
Homines frontis & maxillæ sutura destitui 31.b
Homines quosdam uesicula bilis carere, ut Aristoteles & Plinius cum alijs enarrant, Vesalius hactenus se comperisse negat 393.b
Hominum & canum παγκρεὰς diuersi coloris 382.b
Hominum fabricæ ratio 401.a
Hominibus breuior thorax quàm quadupedibus à natura datus 290.b
Humanæ et caninæ anterioris caluariæ figura 28.a
Humani alimenti ad plantarum nutritiuam uim differentia 379.b
Humanum caput oculorum gratia formatum 13.b
Humerales musculi sex 78.a
Humeraria uena 294.a
Humerariæ uenæ iuxta cubiti articulum series 295.b
Humerariæ uenæ ortus, & priusquam brachium subeat, series 294.a
Humerus quid 77.a 126.b
Humerus seu brachij os 126.b
Humerus summus ibid. b eiusq; usus 74.a
Humeri appendix 5.a
Humeri articulus 72.b cur à costis remoueatur 75.b
Humeri caput 7.b
Humeri in anteriori sede asperitas ad quid parata 78.b
Humeri externum tuber cui radius articulatur 78.a
Ab Humeri externo tubere sex musculos enasci ibid.a
Humeri figuræ & descriptio 76.a
Humeri foramina in quibus locis appareant, & quis eorum usus 78.b
Humeri inferioris sedis internum tuber 78.a
Humeri inferioribus processibus nulli appendices 6.b
Humeri orbita Hippocrati γιγλυμοειδὴς dicta 77.b
Humeri ossis figura 2.a 4.a
Humeri partis superioris descriptio 77.a. inferioris humeri partis descriptio 77.b item mediarum partium descriptio 78.b
Humeri tuberculum externũ ibi.a internum ead.
Humerum scapulæ nectentium ligamentorum descriptio 206.b administratio b
Humeri 126.b
Humerorum scapulis in sceleto coniungendorum ratio 120.a
Humero excipiendo paratus sinus 72.b
Humeri motus 10.a
Humeri orbita, cui ulna articulatur 77.a
In Humeri orbitæ, seu rotulæ superiori sede, cur natura duos sinus exculpserit ibid.
Humerum post femur non esse omnium ossium grandiorem 77.a
Humeri duo 113.b
Humeri 126.b
Humor crystallinus 497.a
Υαλοειδὴς dictus oculi humor 497.b
Hῦς os 127.a
Υδατοειδὴς humor 499.b
Hydrocephalus 14.b
Υμὴν 181.a 410.a
Hymen puellarum uenulæ constituentes 410.a
Υοειδὲς os 41.a 69.b 126.a
Hyodis ossis figura 40.b eiusq; situs & nomina ibid.
Hyoidis ossis formatio & usus 41.b
Hyodis ossis medium ossiculum 41.b latera humiliora eiusdem ibid. item superiora, & commissa ipsius ossicula ibid.
Hyoidis ossis quot ossicula 113.b
Hyoides os quomodo formetur 41.b eiusq; usus ibid.
Hyoidis latera superiora, & commissa ipsis ossicula ibid.a
Ὑπνον 187.b
Ὑποζωκὸς quid 441.b
Hypsili 122.a

I

Iacobus Niger pater eius Genuensis, iuris peritiss. 66.a
Ianitor uentriculi orificiũ 376.a
Ἰσχιὸς 127.a
Iecoraria dicta uena quæ 288.a
Iecur quid 389.a
Iecur an crapula absumatur 390.b
Iecur anteriori peritonæi sedi cuius beneficio connectatur 391.a
Iecur ciborum potuumque & uenereorum concupiscibilis animæ locus 460.a
Iecur cuius facultatis animæ sedes. ibid.
Iecoris caui delineatio 359.a
Iecur homini grandius, & quibus maius obtigerit 390.b
Iecur humanum cur maiorem sui portionem in dextro latere extensam habeat 389.a
Iecur in fibras aliquo pacto diuisum, nunquam Vesalium inspexisse. 390.a
Iecur magnum & crassum organum fieri cur fuerit necessarium 389.b
Iecur maxima ex parte costis succingi, muniriq; 389.b
Iecur nulla peculiari eguisse forma 389.b
Iecur quare sanguine nutriatur crassiori 391.b
Iecur septo connectentium præcipuum ligamentum 353.a
Iecur sanguinis officina 389.a 390.a
Iecur, uentriculus, lien, prius ueluti in thoracis cauitatem tracta, quo modo deorsum decumbere possint. 429.a
Iecoris, aut renum, aut lienis, aut uesicæ officium in uiuorum sectione uix melius quàm in mortuorum intueri posse 508.a
Iecoris carnis, propriæ ue substantiæ ratio 391.b uenarũ seriei ratio ibid.
Iecoris examen 467.b
Iecoris fibrarum ridicula quorundam ficta nomina 390.a
Iecoris fibrarum uentriculum apprehendentium figmentum unde enatum 395.b
Iecoris focus 390.a

Iecoris forma uaria 389.b
Iecoris gibba, posteriorisq; sedis delineatio 361.b cauæ 362.a
Iecoris gibbus 354.a
Iecoris humani formam à canum et porcorum & simiarum iecoribus uariare 390.a
Iecoris ligamenta, & ex illis pronascẽs tunica 391.a
Iecoris nerui 391.a
Iugula 126.b
Iecoris neruorum tunicæ, & uinculorum ratio 391.b
Iecoris officium, ipsiusq; structuræ ratio 391.a
Iecoris significatio quomodo perficiatur 391.b
Iecoris sedis figura 362.a
Iecoris situs 389.b eiusdem situs ratio ibidem. & examen 428.b
Iecoris substantia 390.b
Iecoris substantia uasis circumfusa 391.a
Iecori quid attribuatur 479.a
Ieiunum & ileum cur medium uentris iustissimè occupent 386.b
Ieiunum intestinum quare cremorem ocyus transmittat 387.b
Ieiunum intestinum quid 383.b
Ieiunum ab ileo nihilo minus quàm inanitione dirimendum 383.b
Ieiuni intestini finis ubi cõstituendus 384.a
Ieiuni intestini uenæ & arteriæ ibid.
Ileon intestinum cuiusmodi 383.b
Ileum intestinum in crassi intestini principium desinere ibid.
Ἴλεος ibid.
Ilei & ieiuni intestinorum nerui 384.a
Ilei intestini initium ubi statuendum sit, Vesalius conijcere satis nequit ibid.
Ilium, mare, fames, &c. apud poetas cur sacri nomine uocentur 59.b
Ilium os 93.b 127.a
Ilium ossis appendix 94.a
Ilium ossis appendix quibus musculis occupetur ibid. b quibus interna eius amplitudo ead.
Ilium ossis figura 2.a & 4.a
Ilium ossis sedes sacro ossi commissa qualis 94.a
Ilium ossis pars retrorsum magis quàm sacri ossis transuersi processus exporrecta 94.b
Ilium ossis sedes, sacro ossi cõmissa qualis. 94.a
Ilium ossa cur in mulieribus ampliora 95.b
Ilium ossa, cum osse sacro nectentium ligamentorum descriptio 269. b administratio 270.b
Imperitia quorundam in dinoscendis partibus similaribus, taxata 204.b
Incisorij dentes 34.a
Incudi comparatum ossiculum 26.b ipsius figura 26. index 127.a eiusdem nomina ibi.a
Indusium quibusdam dicta fœtum inuoluens membrana 422.b
Ἶνες 274.b
Ἰνίου os 122.b
Innominata cartilago quæ 112.b
Inspiratio quibus musculis fiat 222.b
Inspiratio naturalis & uiolenta. ibi.b
Inspirationis & expirationis necessitas atque usus 218.a
Instrumenti cuiusdam figura, quo dura ossa leui negotio perforantur 118.a
Instrumenta connectendis ossibus idonea 122.a
Instrumentorum Anatomicorum delineatio 121.a
Instrumentorum triplicium nutritioni subseruientium necessitas 372.b
Intercostales musculi utrinque triginta quatuor 220.a externi ibi. interni ibid.b
Intercostalium musculorum descriptio & administratio 220.b externi ead. interni ead.
Intercostalium musculorum munus. ibid.
Intercostalium musculorum uerorum sex tantum esse numero ibid.a
Internodia 127.a
Interscalpilij uertebræ 126.b
Intestinum ἀπαθυομένον 385.b ἀρχὸν ibid.
Intestinum cæcum à Galeno alicubi inter crassiora referri 384.b
Intestinum cæcum, canibus multo quàm hominibus esse amplius, neque ut in hominibus omnino inane reperiri 384.b
Intestinum cæcum cuiusmodi ibidem
Intestinum cæcum hominis unde principium ducat 385.a
Intestinum cæcum unde primùm dictum ibid.
Intestini cæci, non unum, sed duo sibi proxima orificia esse, quomodo sit intelligendum 384.b
Intestini cæci, coli, rectiq; imago & ductus 357.a
Intestino cæco appendicem cur natura formarit 384.a
Intestinum colon ibid.
Intestinum colon ab hominibus non ad amussim, ut in canibus, teres esse ibid.
Intestini coli à recto differentia ibidem
Intestini coli & recti uenæ atque arteriæ 385.a nerui ibid.
Intestinum crassum in colon & rectum diuidi 385.b 386.a
Intestini crassi ductus situsq; ibid.a
Intestinorum crassorum exterior tunica, cur sit graciliorum interiori durior 390.a
Intestinorum crassorum historia 384.b
Intestinorum crassorum tunicæ 385.a
Intestinis crassis cur sit magna amplitudo 387.a
Intestinum δωδεκαδάκτυλον 383.b
Intestinum duodenum 357.b
Intestinum duodenum à quibusdam ἔκφυσιν, id est, exortum seu processum, non intestinum uocari 383.b
Intestinum duodenum cur in nullo anfractus ducatur 386.b
Intestinum duodenum neruos, quos habet, à quib. asciscat 384.b
Intestini gracilis ductus forma 384.a substantia ibid. tunicæ duæ ibid. eiusdemq; in tria diuisio 383.b
Intestina gracilia cur sint angusta 386.b
Intestinorum gracilium interior tunica cur sit interiori uentriculi tunica mollior 387.a exterior, cur sit exteriori uentriculi tunica minus carnosa ibid.
Intestinorum gracilium uenæ & arteriæ 384.a
Intestinum ieiunum . 383.b
Intestinum ἴλεον 357.a 383.b
Intestinum longaon 385.b
Intestinum rectum ibid.b princeps ibid.
Intestini recti musculi 191.a 386.a
Intestini recti portionis cum suis musculis figura, eiusq; characterum index 191.a
Intestini recti situs ratio 387.a
Intestina à mesenterio quomodo resecãda, & à corpore auferenda 430.a
Intestina continuum quidem esse corpus, sed pluralitatis numero uarijs nominibus diuersas ob causas donari 383.a
Intestina cur forma tereti creata 387.a
Intestinorum à uentriculo exortus, & gracilis ductus seu situs 383.a
Intestinorum anfractus cur à natura comparati 386.b
Intestinorũ caua pars Anatomicis quæ dicatur 384.a
Intestinorũ constructionis ratio 386.b item situs ratio ibid. item substantiæ & tunicarum uenarum ac arteriarum, item fibrarum, item neruorum 387.a
Intestinorum crassorum tunicæ 385.b
Intestinum medium an rectè à Cicerone uersum pro mesenterio 387.b
Intestinum princeps quod nam 385.b

Inteſtini recti anularis muſculi delineatio 248.b
Inteſtini recti muſculorũ examẽ 433.a
Inteſtinorum formæ ratio 387.a
Inteſtinorum glandes 384.b
Inteſtinorum hiſtoriæ breuis enumeratio 383.a
Inteſtinorum ductus longitudo quanta 430.a
Inteſtinorum munus 386.a ac eorundem conſtructionis ratio & ſitus 386.b
Inteſtinorum nomina quæ Veſalius complectatur 382.b
Inteſtinorum pars cæua quæ dicatur Anatomicis 384.a
Inteſtinorum in ſcortũ deſcenſus 380.a
Inteſtinorum ſedis figura 357.a
Inteſtinorum primum, quo duodecim digitorum eſt longitudine, cur plerique exortum nominent 377.a
Inteſtinorum ſitus examen 428.a eiuſdem ratio 430.a
Inteſtinorum ſubſtantia 387.a tunicæ duplices ibid.
Inteſtinorum tenuium præcipuum munus 386.b
Inteſtinorum tunicæ cur partim tranſuerſas, partim rectas fibras ſortiantur 387.a
guinis quodam ob abſcedentia uaſa defluxum ſubſequuntur, mulieres ſale aſperſo ferè exurere, aut aliquò defodere: bruta uerò permulta, niſi ab aſtantibus præripiantur, deuorare 422.a
Inuolucrorum ueram hiſtoriam à Galeni placitis multum eſſe remotam 422.b
Ioachimi Rœdlans primarij apud Mechlinienſes medici inuentio 415.a
Ioannes Centurio patricius Genuenſis, iuris peritiſſimus 66.a
Ioannes Paulus Gducius Vrbinas Veſalio amiciſſimus 34.b
Ioannis Andreæ Albij commendatio 57.b
Irascibili ſeu uindictæ honorisq; appetitricis animæ ſedes, cor 460.a
Iris oculis circulus, quis 185.a
Ἰχίον 127.a 269.b
Ἰωὸς cur pro faucibus 448.a
Ἴυες 8.b
Italiæ circumſcriptionem referens os 11.b
Iugale os 25.b
Iugale os cur à Græcis ζύγωμα nuncupatum 25.b
Iugale os ex quibus conſtet ibid.
Iugalis
Larynx cur pluribus cartilaginibus conſtet 197.b
Larynx etiam φάρυγξ dicta 448.a
Larynx quibus cartilaginibus conſtet 445.b
Laryngis ac totius aſperæ arteriæ cartilaginum delineatio 111.a
Laryngis bini muſculi 198.b deſcriptio ibid.
Laryngis prima cartilago 112.a ſecunda cartilago ibid. tertia cartilago 112.b
Laryngis tres cartilagines 114.a
Laryngis cartilaginum baſes 112.b
Laryngis cartilaginum coordinationis ratio 447.b
Laryngis cartilaginum motores muſculos eſſe 197.b
Laryngis cartilaginum ſinus proceſſus ac tubera 112.b
Laryngis cartilaginum unà cum muſculis 13 figuræ, & deſcriptio, earundemq; characterum index 196.a b
Laryngis & ſtomachi mutui aſcenſus et deſcenſus ratio 447.b
Laryngis glandes radici adnatæ 446.a
Laryngis γλωττὶς quomodo ſpectanda 199.b

Laryngis operculi duorum musculorum administratio, qui è communibus non habentur ibid.b
Laryngis operculi musculorum delineatio 197.a descriptio 193.a
Laryngis operculi substantia 113.a
Laryngis operculi superficies inferior concaua, superior conuexa 445.a
Laryngis operculi usus 447.a
Laryngis pinguedinis & glandularum ratio 447.b
Laryngis rimæ usus 447.a
Laryngis rimula seu lingula, quomodo spectanda 199.b
Laryngi appositæ glandulæ ibid.
Laryngem succingens tunica, seu membrana 199.a
Laryngem tribus cartilaginibus constitui 112.a
in Laterali morbo quæ uena secanda 282.a
Latum os 226.b
Laude 122.b
Laude os ibid.b
Lazarus Hebræus de Frigeis ibid.
Ληνὸς 314.b
Ληνὸς, seu torcular cerebri 314.b
Leopardorum pelles 420.b
Λεπιδοειδῆ ossa 122.b
Λεπιδοειδῆ προσκολλήματα 20.b
Λεπιδοειδεῖς futuræ 122.a
Lethargica arteria 303.a
Λιχανὸς 127.a
Lien cur linguosum uiscus appelletur 395.a
Lien cur risus autor uulgò habeatur 396.a
Lien quid in uentriculum eructet, quoue meatu 396.a
Lienis beneficio, an cor refrigeretur 396.b
Lienis eximendi ratio 430.b
Lienis nutritio, eiusdemq; ratio 373.a
Lienis omenti membrana adhuc tecti figura 355.a
Lienis omni ex parte conspicui figura 361.b
Lienis situs forma, superficies, color 394.a
Lienis substantia 394.b
παρέγχυμα ibid.
Lienis tunica 395.b ipsius nexus ib.
Lienis tunica qui obseruanda, simul cum ipsius ad uentriculum nexu & substantia 430.b
Lienis, uenarum, arteriarum & neruorum series 354.b
Lienis uasorum series 394.b
Lienis uenæ, arteriæ & nerui unde deducantur 395.a
Lienis usus ac functio 395.b
Lienis usum, ad uentriculi uim appetitricem incitandam, uanũ esse 396.a
Lienem cursoribus eximi stultè Erasistrato ex uulgi opinione persuasum 395.b
Lienem hominis ab animalium differre 394.a
Lienem non abdominis quasi medium anterioraq; prominere, neque etiam tactu admodum deprehendi posse 394.a
Lienem suo calore innato ac frequentibus qui illum intersepiunt arterijs uẽ triculi concoctionem fouere 396.a
Ligamen ab interiori scapulæ processu in superiorem pertinens 212.b
Ligamentum capitis transuersi denti oblectum 213.a
Ligamentum cartilaginosum 62.b
Ligamentum cartilagineum corpora uertebrarum intercedens 43.b
Ligamentum, Græcis σύνδεσμος, quid 166.b
Ligamentum ceruicis uertebram primã secundæ annectens 233.a descriptio ibid. administratio ibid. delineatio 212.b
Ligamentum inter ulnam & radium 244.a
Ligamentum linguam faucibus colligans 195.b
Ligamentum ossis dentis dicti 313.a
Ligamentum primam uertebram capiti committens ibid.a secundam uertebram ibid. primam secundæ colligans ibid.b
Ligamentum secundum linguæ longitudinem ossis uicem præstans 195.b
Ligamenti descriptio, qua ostenditur, caput super uertebram secundam ad anteriora posteriora ue non moueri 213.a
Ligamenti & nerui in musculo necessitas 170.a
Ligamenti & nerui in musculis constituendis permixtio ibid.
Ligamenti in tendinibus continendis usus 166.b
Ligamenti latescentis tendinis uicem subeuntis 271.b
Ligamenti substantia 166.b
Ligamenti ab humeri cum scapula articulo ad extremam usque digitorum aciem consistentia 243.a
Ligamenta alijs sedibus quàm ad corpora uertebrarum posita 229.a
Ligamenta annulorum modo tendines continentia 243.a
Ligamenta articulorum maxillæ 191.a
Ligamenta aut membranæ finibus obductæ ad quos musculi reflectuntur 167.b
Ligamenta caput humeri scapulæ annectentia 204.b eorundem descriptio ibid.
Ligamenta capitis, & primæ secundæq; ceruicis uertebrarum 212.a
Ligamenta clauiculæ ad pectoris os 223.a
Ligamenta digitorum manus 243.b
Ligamenta dorsi uertebrarum 229.a
Ligamenta ἐγκάρσια, id est transuersa, seu anularia 167.a
Ligamenta femoris ad coxendicis os 269.b
Ligamenta fibulam tibiæ ossi committentia 270.b
Ligamenta genu articuli 271.a
Ligamenta humerum scapulæ connectentia 207.a cæteris articulis commune ligamentum. ibid. tria propria ibid.
Ligamenta laryngis 199.b
Ligamenta musculorum manus constitutionem subeuntia 244.b
Ligamenta nerui nomine uocitata. 229.a
Ligamenta ὑδροχονδρώδα σύνδεσμα, id est, ligamenta cartilaginea dicta 168.b
Ligamenta ossa colligantia 166.b tendines in suis finibus continentia ibid.
Ligamenta ossa inuicem committentia 244.a
Ligamenta ossium acetabula augentia 167.b
Ligamenta ossium sinus succingentia 167.b propugnaculi uicem præstantia ibid.b quæ interstitij loco sunt ibid. musculi constructionem subeuntia ibid.
Ligamenta pedis alia, quibus ossa tantum committuntur 270.b
Ligamenta pedis transuersa ibid.
Ligamenta propria canum 229.b
Ligamenta quibus unicus tantum usus, & quibus multiplex attribuitur 168.a
Ligamenta sacri ossis, & ipsi adnexorũ ossium 269.a
Ligamentum, tendines & processus cerebri dorsalisq; medullæ, neruos generatim uocari 323.a
Ligamenta thoracis 224.a
Ligamenta uertebrarum corpora committentia 228.b
Ligamentorum ab usu desumptæ differentiæ quinq; 166.b à prima ibid. secunda ibid. tertia 163.a quarta ibid. quinta 168.a
Ligamentorum administratio 207.a
Ligamentorum adhuc reliquorum administratio 271.b
Ligamentorum breuis enumeratio 167.b
Ligamentorum capitis administratio 213.a
Ligamentorum capitis ad ceruicis uertebram

bram primam & secundam descriptio ibid. administratio ibid. b
delineatio 212.b
Ligamentorum differentiæ uariæ & ab ortu 168.a item à partibus quas connectunt ibid. a partibus quibus committuntur ibid. à substantia ibi. à situ ibi. à forma ibid.
Ligamentorum dorsi administratio 229.b
Ligamentorum in brachio, cubito & manu occurrentium, quæ instar inuolucrorum habeantur 243.a
Ligamentorum in digitis administratio 247.a
Ligamentorum in externa & interna cubiti sede administratio 244.b
Ligamentorum maxillam inferiorem superiori nectentium administratio 191.a
Ligamentorum os sacrum cæteris annectentium administratio 256.b
Ligamentorum os sacrum ilium ossibus colligantium descriptio 193.a & administratio 195.b
Ligamentorum quorundam inspectio 262.a
Ligamentorum substantiam ingrediens cartilago 3.b
Ligamentorum thoracis descriptio et administratio 224.a
Ligamentorum transuersorum ad digitos flectentium musculorum tendines usus 234.b
Ligamentorum transuersorum in externa cubiti sede administratio 246.a
Ligamentorum uiscidus humor 169.a
Ligamentorum usus 506.b
Ligamentorum uarius usus 166.b
Ligamentorum usus in colligando præcipuus ibid.a
Ligamentorum usus, quæ instar intersitij sunt 167.b item quæ instar propugnaculi sunt 167.b
Ligamentorum usus, quæ musculi constructionem subeunt 168.a
Ligamentis communia 169.a
Ligamentis transuersis ascribendæ membranæ 167.b
Ligamentis ossium & cartilaginum articulos colligari atque teneri 166.b
Ligamentosæ cartilagines 167.b
Ligures ἐπιπάπλοροι ueteribus dicti 66.b
Ligures nauali terrestriq; pugna strenui ibid.
in Liguribus corporum symmetria opt. ibid.
Lumborum uaria insuitio 11.b
Lingua cur musculis egeat 194.a
Lingua gustatorum organum cuius beneficio efficiatur ibid.
Linguæ cum suis musculis figuræ tres 193.b earundemq; characterum index ibid.b
Linguæ fibrarum delineatio 193.b officia 195.b
Linguæ in musculis quid rarum obtigerit 199.a
Linguæ ligamentum 295.b ossis uicem præstans ibid.
Linguæ magnitudinem iustam esse, illamq; musculis egere, quorum cognitio perdifficilis est 194.a
Linguæ motus in libris de usu partium qualiter à Galeno tractetur ibid.b
Linguæ musculi 193.b
Linguæ musculorum cognitio cui sit difficilis 194.a
Linguæ musculorum examen 467.b
Linguæ musculorum nouem euidentium descriptio ordine 194.b item eorundem administratio ordine 195.b
Linguæ nouem musculorum natura ac situs delineatus 194.a
Linguæ musculorum sectio apud Galenum interijt ibid.
Linguæ os 126.a
Linguæ pars ante sectionem conspicua, quibus particulis constet 194.a
Linguæ reliqui corporis administratio 194.b
Linguam faucibus alligans ligamentum quale ibid.
Linguam mouentium musculorum delineatio 193.b
Λθοειδῆ ossa 26.b 122.b
Lumbare os 127.a
Lumborum uertebræ numero quot, 57.a
Lumborum uertebræ quinque 113.b 127.b
Lumborum uertebræ quomodo foraminibus à ceruicis uertebris uarient 49.b
Lumborum uertebrarum delineatio 56.b
Lumborum uertebræ quomodo mutuò dearticulentur 55.b
Lumborum uertebrarum corpora cuiusmodi sint 57.a
Lumborum uertebrarum foramina 57.a
Lumborum uertebrarum ascendentes ac descendentes processus 57.a
Lumborum uertebrarum processus quales 55.a
Lumbornm uertebrarum transuersi processus 57.a
Lumborum uertebrarum uariæ figuræ, & delineationes 56.b
Lutetiæ, à diui Iacobi porta, ad eam usque quæ sancti Martini dicitur, iter sexies nomen suum euariare 383.a
Loculi extimum fœtus inuolucrum 420.a
Longaon inteſtinum 385.b

M

Magorum & occultæ philosophiæ sectatorum, de ossiculo Albadaran superstitio 93.a
Malleolus interior 102.a exterior ibid.
Malleoli exterioris & interioris figura & descriptio 100.b
Malleolo non dissimile ossiculum 27.a
Malleolum ab Anatomicis perperam pro talo usurpari 102.a
Malleoli 127.a
Malleolorum nomina ibid.
Malleus 122.a
Mallei in auditus organo delineatio 26.a
Malum granatum 126.b
Malum granatum pectoris ossis cartilago cur uocetur 169.a item testiculorum 127.a 122.b
Mamillaris capitis processus 23.a
Mamillæ an ex deuorato à muliere pilo uexari τριχιάσει possint 423.b
Mamillæ cur homini elatius, cæteris animalibus demissius positæ 424.b
Mamillarum cum genitalibus affinitas, & utero 425.a
Mamillarum examen 433.b
Mamillarum forma 423.a substantia ibid. & situs ibid.
Mamillarum formæ ratio 424.b
Mamillarum munus, & constructionis ratio 424.a situs ratio ibid.
Mamillarum situs ratio, forma, substantia, &c. 423.a
Mamillarum nerui unde ducantur 424.a
Mamillas homini elatius, reliquis uerò animantibus humilius reponi ex Aristotelis, Galeni, philosophorũ & medicorum suffragio, non omnino uerum esse, Vesalius declarat 424.b
Mamillas petentium uenarum series 423.b
Manchar 126.b
Mandibula ibidem.a
Manus colliculorum siue montium apud chiromantas fabrica 230.b
Manus interior cutis cur sit depilis. 230.b
Manus delineatio 84.a
Manus digitorum lateribus addita, substantia carnea cur 231.b
Manus digitorum ossa cuiusmodi, & quot singulorum 89.a eorundem tendines 90.a
Manus digitorum regioni internæ superstrata substantia carnea ibidem.

Manus digitos flectentium musculorum administratio 245.b primi ibidem. secundi, & tertij 246.a octo sequentium ibid.b quinque sequentum ibidem. decimiseptimi & decimioctaui 246.b reliquorum ad uigesimumtertium 247.a sex ultimorum ibidem.
Manus digitos mouentium musculorum delineatio, primi 145.a secundi 147.a tertij ibidem. octo quatuor digitorum primos articulos flectentium 149.a maioris primum pollicis os flectentium 138.b minoris 144.b decimiseptimi omnium 152.a decimioctaui ibidem. deciminoni ibid. uigesimi 131.a secundi & tertij 140.a
Pollicem maximè abducentis 131.a adducentis ibidem. quatuor musculorum digitos quatuor pollici adducentium 153.b
Manus digitos mouentium musculorum descriptio 231.b numerus ibidem. primus ibidem. functio ibidem. secundus 232.a tertius 233.a functio amborum 235.a octo sequentes primis quatuor digitorum ossibus præfecti 274.b duo sequentes pollicis ossi primo præfecti 235.a qui secundo, tres rursus alij ibidem. functio que ibidē. decimus septimus 236.a decimusoctauus, & decimusnonus ibidem. functio omnium 237.a uigesimus ibidem. uigesimus primus, secundus ibidem. functio utriusq; ibidem. uigesimus tertius ibidem. sex reliqui, quorum duo pollici ibidem. reliqui quatuor digitis præfecti 238.a
Manus digitos mouentium musculorum insertiones simul collectæ 238.b
Manus diuisto 85.b
Manus extremæ ossa quot 103.a
Manus ligamentorum descriptio 243 b.quæ tendines continent annulorum modo.ibidem. quæ ossa conuertūt. 244.a quæ musculorum constitutionem subeunt ibidem.
Manus nomine quid Hippocrates & Galenus intelligant 85.b
Manus ossicula sesamina cuiusmodi 91.b
Manus pecten & pectus 127.a
Manus summæ adnata caro, quid præstet ibidem. b
Manus summæ cutem internam qualem parari decuit 230.a
Manus uolæ mediæ neruosa tenuitate sua subnati musculi descriptio.362.a administratio 231.a
Manus utriusque ossa 114.a
Marcum Antonium Genuam, & Vuolfgangum Heruuort, operis Anatomici & inchoandi & absoluendi præcipuos autores Vesalio extitisse 27.b
Marini quartum librum Anatomiæ suæ inter cætera glandulas tractasse 448.b
Masseter, seu mansorius musculus 190.a
Masseteris administratio 191.b
Masseteres duos Hippocratem constituisse 190.a
Masseteres tres, cur à nonnullis constituantur ibid.
μαστοειδὴς processus 23.a 122.b
Maxilla superior cur pluribus ossibus constet, ijsq; cauis & leuibus 29.b
Maxilla inferior nullos appendices obtinet 7.b
Maxillæ alterius lateris primus musculus, seu temporalis 189.a
Maxillæ duo utrinque processus 33.a
Maxillæ foramina ibid.
Maxillæ inferioris figura 4.a item ceruix 8.a
Maxillæ inferioris binæ figuræ 32.a
Maxillæ inferioris motus, quos octo cõplent musculi 189.a
Maxillæ inferioris secundus musculus, masseter ibid.b
Maxillæ inferioris os unicum 113.b
Maxillam inferiorem homini breuissimam obtigisse 32.b
Maxillam inferiorem superiore quiescente moueri 189.a
Maxillæ in posteriori sede amplitudo, tenuitas, sinus, asperitates 33.a
Maxillæ ossium breuis enumeratio 49.b
Maxillæ primi ossis historia ibid.b
Maxillæ secundum os. 30.a tertium os.ibid. quartum os 30.b quintum os.31.a sextum os ibid.
Maxillæ superioris nomina 126.a
Maxillæ superioris uniuersa ossa esse duo decim 31.b 32.a
Maxillæ hominis cur sinus & cauitates medulla infarctæ attribuantur 32.b
Maxillam alterius lateris mouentium quartus musculus, aut omnium 7 et 8 290.b
Maxillam hominis cur duram esse oportuit 32.b
Maxillam homini ferè unico osse extrui ibid.
Maxillis quomodo dentes infigantur 33.b
Maxillares dentes 126.a
Meatus ex tertio cerebri uentriculo educti 488.a 492.a
Meatus fœtus urinam educens, & fœtus peculiares arteriæ uesicæ commissæ 400.a
Meatus urinam fœtus inter duo ipsius inuolucra perferens 421.b
Meatus urinæ seminiq; communis 407.a
Meatuum urinam è renibus in uesicam deducentium historia & eorundem artificiosa insertio 400.a
Meatuum alterum ex tertio cerebri uentriculo eductum, Galenum præterijsse 492.a
Medianum pro mesenterio 387.b
Mediastinum uulgò quid 442.b
Medico de animæ facultatibus ac sede, ad media opportunè ægrotis inueniēda, consíderandum 460.a
Medicorum de urinæ excolatione commentum duabus figuris expressum 397.b
Medicorum error, de curatione dentium notatus 34.b
Medicorum & philosophorum de cerebri anfractuum usu, contentiones 484.b
Medicorum quorundam insectione uenarum ridicula contentio 297.a
Medulla, ossium nutrimentum proprium 2.b
Medulla, qua ossium parte reponatur 2.b
Mίγας 127.a
Melancholicum succum per portæ ramos purgari 282.a
Membrana 274.a
Membrana altera costas succingens quid 442.a
Membrana carnosa quæ 181.b cur sic dicta ibid.a
Membrana cerebri tenuis unde etiam χοροειδὴς dicta 483.a
Membrana circumossalis 229.a
Membrana pubis ossis foramen occupans 269.b
Membrana musculis obnata 243.b
Membrana seu tunica costas succingens 441.a
Membrana singulis costis peculiaris 442.a
Membranæ cerebri tenuis numerus. 482.b situs, exterior superficies, usus & constructionis ratio ibid.
Membranæ costas succingentis foramina 442.a substantia ibid. principium ibid.
Membranæ costæ succingentis nomen & situs 441.a magnitudo, figura ibid.
Membranæ costis succingentis superficies, quales, quisq; earum ad alias partes nexus 441.b
Membranæ costas succingentis usus, & ipsius constructionis ratio 441.b
Membranæ exterius caluariam obcingentis creatio & usus 482.a
Mẽbranæ præter carnosam musculis in cubito obnatæ administratio 245.a

Membranæ interſepientes. 442.b & quo pacto inuicem diſtent ibid.
Membranarum arterialis uenæ orificij ratio 462.a
Membranarum cauitatem thoracis interſepientium nomenclatura 442.b
Membranarum interſepientium conſtitutionem quæ ſubeant 443.a
Membranarum interſepientium numerus, ſitus, forma, magnitudo 442.b
Membranarum interſepientium ſuperficies, & connexus 443.b ortus atque uſus ibid.
Membranarum thoracis amplitudinem interſepientium examen 464.a
Membranarum uenalis & magnæ arteriæ uſus 462.b
inter membranas interſepientes quid reponatur 445.a
Membraneæ ueſicæ figura, quæ quum fœtus urina inter illius inuolucra uagans non defluat, ex meatu urinam per umbilicum deferente expanditur 421.b
Memoriæ os 122.b
Mendoſa oſſa ibid.
Mendoſæ ſuturæ ibid.
Menſales dentes 126.a
Menſtruæ purgationes qui coaceruentur, & unde fluant 414.b
Μηρὸν 97.a 127.a
Meri 375.a
Meſenterium, an rectè medium inteſtinũ Cicero uerterint 388.b
Μεσεντέριον & μεσάραιον ibid.b
Meſenterij adeps 388.b glandes ibid.
Meſenterij binæ membranæ, cur in canibus difficilius quàm in hominibus expendantur 388.b
Meſenterij natura qui indaganda 429.b
Meſenterij nomina 387.b
Meſenterij ſitus. ibid. ſubſtantia. ibid. forma & ortus ibid.
Meſenterij ſubſtantiæ ratio ac uſus 388.a
Meſenterij uenæ, arteriæ & nerui ibid.b
Meſenteria tria Gal. poſuiſſe 387.b
Μέσος 127.a
Μεταχάρτιον 87.b 127.a
Μεταφρένον uertebræ 127.b
Μετάταρσος 127.b
Μετώπη os 122.b
Michael Scotus ineptiſs. 418.b
Μικρὸς 127.a
Mola 103.b 127.a
Molares dentes 34.b 127.a
Montiſſelis ſuſpenſi hiſtoria. 394.b
Mordentes dentes 126.a
Mortuorum ſectione quid diſcatur, quid item uiuorum 506.b
Mucoſarum membranarum uſus 234.b
Mucronata pectoris cartilago 126.b
Mucronatæ pectoris cartilaginis, enſi comparatæ, nomina 126.b
Mucronatæ cartilaginis uſus. 69.a
Muliebris uterus an ſeptem cellulas ſeu loculos, ut quidam ineptè confingũt, obtineat 417.b
Mulierum quæ ſit ſuperfœtatio, ubi fœtus aliqua ex parte obuolutus, in lucem, egrediatur 422.b
Mulierum teſtes 412.a
Muliebres teſtes uirilibus multo minores eſſe 412.b
Muliebrium teſtium forma 412.a
Muliebrium teſtium inuolucra 412.b
Muliebrium teſtium ſinus, & in illis contentus humor ibid.
Mulieribus ſeminaria uaſa cuiuſmodi ſint 413.a
Mulieribus utero gerentibus quomodo natura proſpexerit. 96.a
Muſculus quid 169.b item quæ ſit eius compoſitionis ratio, ſecũdum aliorum Anatomicorum ſententiam 170.a
Muſculus, neruoſa ſua exilitate, uolæ & internorum digitorum ſedis cuti ſubnatus 230.a
Muſculus alarum naſi præſentis capitis in altero latere 5, aut omnium 9 & 10. 187.b item in altero latere 6, aut omnium 11 & 12 188.a
Muſculus brachium attollens quis 202.a
Muſculus brachium pectori adducens, quo ſimia abundat 208.a
Muſculus quiſpiam brachium mouens, malè à Galeno aſſignatus 201.b
Muſculus motorum brachij à Galeno adſcriptus, quo ſimia et canes abundãt, homines carent 203.b eiuſdem muſculi deſcriptio in ſimia, cane & bobus ibid. & adminiſtratio 204.a
Muſculus primus brachij motorum, quo pacto duorum loco habeatur 201.a
Muſculus primus brachium mouentium, unde 200.b ſecundus unde, et quæ eius functio 202.a
Muſculus brachium attollens ſecundus ibid.
Muſculus alius brachium deorſum trahens, quo ſimiæ & canes unà cum aliis quadrupedibus quàm plurimus abundant 203.b
Muſculus quintus brachium circumagens, unde oriatur ibid. quæ ſit eius ſubſtantia ibid. & quæ forma 204.a
Muſculus brachij motorum quintus, circumuertentium primus, à Galeno non deſcriptus ibid.
Muſculus δελτοειδὴς dictus 202.a
Muſculus digitos mouentium decimus ſeptimus 236.a
Muſculus digitos mouentium decimusoctauus 236.a decimus nonus ibid. uigeſtimus 237.a uigeſtimus primus ibid. uigeſtimus ſecundus & uigeſtimus tertius ibid.
Muſculus dorſum mouens decimustertius & decimusquartus 227.a decimusquintus & decimusſextus ibi.b
Muſculus ἔτρωσις 202.a
Muſculus orbiculatim inteſtino obductus 250.b
Muſculus primus alterius lateris faciei, uel ſimul omnium primus ac ſecundus 186.b
Muſculus ſecundus alterius lateris faciei, uel omnium tertius & quartus 187.a
Muſculus in ſuperiori pedis ſede locatus, et pollicẽ, tresq; ipſi proximos digitos extrorſum abducens, & numero 16 268.b
Muſculus in poplite occultatus, qui non rectè à Galeno præcipuus tibiæ flexionis habetur 257.a
Muſculus inter ſcapulam attollentes à Galeno perperam deſcriptus 209.a
Muſculus ſcapulam attollens, quo ſimia, abundat 208.b
Muſculus tertius ſimiæ ſcapulam attollens ibid.
Muſculus quartus ſcapulam attollentiũ, quem ſimiæ ſibi priuatim, ſecus quàm homines, uendicant 208.b
Muſculus primus in altero latere thoracem mouentium 218.a ſecundus canum thoracem mouentium, quo homines deſtituuntur 218.b tertius hominis, qui canum & ſimiarum, quartus eſt. ibid. quintus canum, quo humanus thorax deſtituitur. ibi.b hominis quartus, ſimiarum ſextus 219.a hominis quintus, ſimiarum ſeptimus, ibid.b hominis ſextus, ſimiarum octauus ibi.b
Muſculus tibiam mouentium primus 252. a ſecundus ibid. tertius 256.b quartus ibid. b quintus 253.b ſextus 254. b ſeptimus 255.a octauus ibid. nonus ibid.b
Muſculus ueſicæ uirilis 249.a muliebris ibid. eorumq; uſus ibid.
Muſculus ceruicis ueſicæ 249.a
Muſculi caput 170.a
Muſculi caput tendine non ſemper tenuius eſſe 177.a
Muſculi ex carne caput tendine non ſemper eſſe tenuius 171.b
Muſculi finis ſeu cauda & tendo 170.b
Muſculi membrana ibid.b
Muſculi nomen unde deductum 174.a
Muſculi ſtructuræ depicta ratio 159.a

Musculi uenter 170.b
Musculi uenter designatus 169.a
Musculi uenter ubi reponendus proprie 176.b
Musculi uirilis administratio item muliebris 217.b
Musculi primi brachium mouentium administratio 205.a
Musculi primi brachium mouentium fibras uariari 200.b
Musculi secundi brachium mouentium administratio. 205.b
Musculi primi & secundi brachiale mouentium administratio 245.b primi digitos mouentiũ ibi. secundi ibi.b tertij digitos mouentium 246.a
Musculi tertij brachiale mouentium administratio 246. b decimioctaui & 17 digitos mouentium administratio ibid. deciminoni administratio ibid. 21 & 22 digitos mouentiũ. & dein eius qui in illorum descriptione 23 numeratur 247.a quarti brachiale mouentium administratio ibid.
musculi tertij brachium mouentium substantia, forma, ortus, atque functio 202.b
musculi quarti brachium mouentium ortus ac functio, nõ rectè à Galeno tradita 203.a
musculi quarti brachium mouentium, ortus, substantia atque officium 203.a eiusdem non esse simplicem motum, sed uarium, pro fibrarum discrimine ibid.
musculi quinti brachium circumagentis, Galenum non meminisse 204.a
musculi sexti brachium mouentium substantia atque origo ibid.
musculi septimi brachium mouentium substantia, origo atque peculiare munus ibid.b
musculi primi ac secundi parium capitis, officium 211.a
musculi prima 4 digitorum ossa, & primum secundumq; pollicis flectentes, tredecim numero 234.b
musculi digitos mouentium 23 munus, non ad digitos pertinens 237.b
musculi 3.4. 5.6. dorsum mouentis munus 225.b 226.a
musculi masseteris administratio 191.b eiusdem descriptio 189.b
musculi maxillam deorsum trahentis, ac tribus illis superadditi, quartiq; descriptio 191.a
musculi in ore delitescentis administratio 190.a eiusdem descriptio 190.b
musculi tertij in ore latitantis, origo 190.a
musculi penis parum à Galeno animaduersi 249.a
musculi in poplite latitantis 266.a secundi & tertij digitos mouentium ibid.
musculi, quem carnosa membrana in stomiarum & canum axillis constituit, examen 204.b
musculi recti abdominis administratio. 216.a transuersi ibid.
musculi primi scapulam muentium administratio 209.b secundi, tertij, quarti ibid.
musculi secundi scapulam mouentium administratio, ut reliquos brachij scitè aggrediaris 205.a
musculi temporalis administratio 191.a
musculi temporalis robur maximum, ex historia 190.b
musculi primi thoracem mouentis administratio 223.a secundi ibid. tertij canis musculi administratio ibid. tertij hominis, quarti canis ibid. quinti hominis, 7 canis ibid. quinti canis 223.b quarti hominis, 6 canis ibid. sexti hominis, octaui canis ibid.
musculi uesicæ ceruicis, ipsiusq; uesicæ fundi & ceruicis examen 433.a
musculum natura inter ligamentum & neruum esse medium 170.a
musculum inter ligamentum & neruum natura non esse medium 172.a
musculum non æquè nerui ac ligamenti natura participare 170.b
musculum primum ossi u referenti commissum, cæteris omnibus ualidiorem, & crassiorem atque bifidum esse 191.b
musculum, qui scapulam antrorsum agit, à Galeno malè pro brachij motore haberi 201.b
musculum, quo brachium detrahitur, scapulam non mouere 209.a
musculum uolæ suo tendine latescentem non semel deesse 230.b
musculi abdominis 213.a
musculi articulorum motores primi, superficiei proximi 175.b
musculi primos articulos flectentes, qui tertio musculo in numero succedunt, ac decem à Vesalio enumerantur 268.a
musculi brachium circumagentes tres, eorumq; ortus 205.a
musculi brachium mouentes 311.a
musculi mouentes brachium atque scapulam in quibus animalibus ab homine quàm maximè uarient 205.b
musculi motuum brachialis opifices 239.a brachiale mouentium primus ibid. secundus ibid. tertius. ibid.b quartus ibid.b
musculi quarti brachium mouentium administratio 205.b item septimi. quinti & sexti 206.a
musculi buccarum, labrorum, & nasi alarum 186.b
musculi caput mouentes 210.a
musculi solius ceruicis motibus præfecti 212.a
musculi χρειμαστῆρες dicti, nullum sortiuntur musculum contrarium 217.a
musculi in interna cubiti sede 244.b in externa ibid. in brachio ibid.
musculi cubitum flectentes & extendentes 241.a primus flectentium ibi. secundus, seu flectentium posterior ibid.b primi & secundi musculorum munus 242.a extendentium primus ibid. b carnosa pars qua primus extendentium augetur, qua secundum constituere licet ibid. b tertius extendentium ibid. quomodo in canibus cubitum agentes musculi habent ibid.
musculi digitos mouentes uigintiocto 221.b primus ibid. secundus 232.a secundi musculi tendinum per primi tendines transitus ibid.b tertius musculus ibid.
musculi sex digitos mouentes adhuc reliqui 237.b
musculi manus digitos mouentes 231.b
musculi quatuor digitos quatuor pollici adducentes, seu 19, 20, 21, 22 269.a
musculi dorsum mouentes 224.a
musculi dorsum mouentes sedecim 224.b primus ac secundus, seu primum par ibid. tertius & quartus 225.a quintus & sextus ibid. septimus & octauus ibid.b nonus & decimus 226.a undecimus & duodecimus ibid.b decimustertius & decimusquartus 227.a decimusquintus & decimussextus ibid.b
musculi femur mouentes 257.b primus femur mouentium 258. secundus.ibid. tertius, quartus, quintus ibid.b sextus, septimus octauus ibi. nonus & decimus 259.b
musculi femur mouentes quot nam constitui possint 260.b
musculi an aliqui secundariò femur flectant 260.a
musculi recti intestini 296.a
musculi in anteriori lumborum serie quinam occurrant 226.a
musculi in manu quot 244.b
musculi os aperientes qui 190.b
musculi in ore delitescentes qui 190.b
musculi à pectoris osse & clauiculis in caput inserti, atque in huius capitis numero 13 & 14 211.b
musculi pedis digitorum 1, 2 & 3 in simijs quomodo se habeant 267.b

Musculi pedis digitos mouentes 266.a primus pedis digitos mouentium, item secundus & tertius ibid.b decimus quartus 268.b decimusquintus ibid.
Musculi primi & secundi, & tertij pedẽ mouentium 271. quarti, item primi digitos mouentium, decimiseptimi, item decimioctaui 272.a
Musculi pedem mouentes 263.a primus pedem mouentium ibid. secundus, & tertius ibid.b quartus & quintus 264.a sextus, & septimus ibi.b octauus 265.b nonus ibid.
Musculi primi duo penis 248.b tertius & quartus ibid.
Musculi peni peculiares 247.b
Musculi duo, qui pollicis primo ossi famulantur 235.a tres qui secundo pollicis ossi famulantur ibid.
Musculi tres, pollicis os flectentes Galeno ignorati 235.b
Musculi radium in pronum & supinum agentes 240.a
Musculi quatuor radium peculiariter agentes ibid. primus ibid. secundus ibi.b tertius ibid. quartus ibid.
Musculi scapulam hominis mouentes quatuor 207.a primus ibid. secundus & tertius ibi.b quartus ibid.
Musculi sedem attollentes 250.b
Musculi temporum malè affecti, quas noxas inferant 25.b
Musculi tendinibus destituti, & undique carnosi 172.b
Musculi thoracem mouentes 218.a
Musculi tibiam mouentes 251.b
Musculi in posteriori tibiæ sede quot cõsistant 271.a item quot in anteriori tibiæ sede ibid.b item quot in pede ibi.b
Musculi in tabulis depicti, quomodo intueri debeant 128.b
Musculi latescentem tendinem educentes 245.a
Musculi quo ordine à Galeno tradantur 230.a
Musculi suum munus qualiter obeant 172.a
Musculi ueteribns, ac potissimum Aristoteli, carnis nomine appellati 12.a
Musculi muliebris uteri 217.b
Musculorum abdominis administratio duplex 215.b prior, qui fit ab exortu musculorum, obliquè descendentis ibid. alter modus ab ipsorum terminis, obliquè ascendentis ibid.
Musculorum abdominis functionem medicorum uulgus ineptè assignare 215.b
Musculorum abdominis usus 215.a
Musculorum tertij & quarti brachiale mouentium munus 240.a
Musculorum brachium mouentium administratio 204.b primi 205.a secundi, ibid. tertij & quarti ibi.b quinti, sexti & septimi 206.b
Musculorum brachium, scapulam, thoracem, caput, dorsumq; mouentium examen 467.a
Musculorum buccas, labra & nasi alas mouentium administratio 188.a
Musculorum caput mouentium administratio 212.a primi paris administratio ibid.
Musculorum caput mouentium secundum par, impense uarium 210.b tertium, quartum, quintum & sextum par 211.a & b
Musculorum capitis 13 & 14 munus 211.b
Musculorum capita maximè carnis expertia non minus quàm tendinem sentire 172.a
Musculorum capita cæsa conuulsioni esse obnoxia ibid.
Musculorum primum par, aut caput, aut primam uertebram mouentium 210.a
Musculorum omnium capitibus neruos non inseri, aut alioquin attendi, etiãsi aliàs ipsorum substantiæ neruus inseratur 171.a
musculorum carni adipem intexi, contrà quàm alij affirmarunt 172.b
musculorum etiam carni, non carni simpliciter, adipem intexi, boum Brabanticorum exemplo ostenditur 172.b & mulierum quoque obæsarum ibid.
musculorum colli ueficæ & ani administratio 251.a eorundem in mulieribus administratio ibid.
musculorũ differentiæ quindecim 173.a à substantia ibid. ab ortu ibid. ab insertione ibid.b ab ea quæ mouetur particula 174.a ab insertione & ortu simul ibid. à forma ibid. à foraminibus 175.a à magnitudine ibid. à colore ibid. à situ 126.a à fibrarum genere ibid. à fibrarũ genere et compactione 176.a ab ipsorum capitibus ibid. á uentribus. ibi.b à tendinibus 177.a à mutua musculorum in officio oppositione 178.a à munere ibid.
musculorum uariæ differentiæ unde petantur 273.a
musculorum digitos mouentium 22 & 23 munus 237.b
musculorum digitos mouentium, insertionum collectio 238.b
musculorum tres digitos pollici adducẽtium, & prima quinque digitorũ ossa flectentium 272.a quinti pedem mouentium, item sexti pedem mouentium ibi.b 14 digitos mouentium, unà & noni pedem mouentium ibid. decimi quinti ibid.
musculorum dorsum mouentium administratio 227.b primi & secundi ibi. tertij, 4, 9 & 10. ibi. 5 & 6 228.a 7 & 8, 11 & 12. ibid. 13, 14, 15 & 16 ibid.
musculorum effigies cur Vesalius in integras tabulas digesserit 128.b
musculorum & ligamentorum brachiũ, cubitum & manum occupantium administratio 244.b
musculorum fabricæ expositio totius 169.b eiusdemq; delineatio ibid.
musculorum fabricæ quid præstet ligamentum, item quid neruus 170.a
musculorum femur mouentium administratio 261.a primi musculi administratio ibid. secundi, tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, octaui, noni et decimi ibid.b
musculorum fermur mouentium, quem ordinem Gal. instituerit 261.a
musculorum quinque primorum femorũ munus 259.a
musculorum humeri, seu brachij os, et cubiti ossa commonstrans, secunda figura 169.a
musculorum impressiones 177.a
musc. recti intestini examen. 433.a
musculorum labrorum, &c. 5, 6, 7, 8 administratio 188.b item 9 & 10 administratio ibid. item 11 & 12, item 3 & 4 189.a
musculorum laryngis alios proprios esse alios communes propriorum numero 12 descriptio ordine 197.b 198.a functio ibi. communium, qui sex sunt, descriptio 198.b functio ibid.
musculorum linguæ sectionem apud Galenum interijsse 194.a
musculorum linguæ cognitio cur sit perdifficilis ibid.
musculorum mouentium linguam delineatio 193.a
Musculorum nouem euidentium linguæ natura & situs 294.a descriptio. ibid.b administratio 195.b
Musculorum manum occupantium administratio 247.a
musculorum inferiorem maxillam mouẽtium administratio 191.a
Musculorum motum esse arbitrarium, cordis uerò uaturalem 454.a
Musculorum neruea pars 175.b liuida pars ibid. carnea pars ibid.
Musculorum numerus cur ab alijs diuersus statuatur 178.a
Musculorum numerus unde petendus. 178.b ut à fibris, ab impressionibus à capitibus ibid. à tendinibus, à mu-

mutuo connexu, à concursu 179.a
Musculorum numerum non promptè posse definiri 178.b
Musculorum oculi administratio 187.b
Musculorum ortus omnium iuxta Galenum, ab osse 173.a
Musculorum ossis υ descriptio 193.a
Musculorum ossis υ propriorum paria quatuor 191.b & deinceps non propriorum assignatio ibid. 192.b administratio unde petenda 193.a
Musculorum ossis υ propriorum iuxta quatuor paria administratio 193.a b eorundemq; functio 192.a
Musculorum ossis υ par quartum scapularum motibus non subseruire ut Galenus sensit 192.b
Musculorum ossis υ referentis par quartum quid peculiare sibi uendicet 192.b
Musculorum ossa mouentium non pauci tendinibus carent, contrà quàm Galenus 177.a
Musculorum palpebras mouentium administratio 184.b
Musculorum nouem pedem mouentium munus 266.b
Musculorum penis officium 248.b administratio ibid.
Musculorum quamlibet corporis partem mouentium historiam, sub cuiusq; partium earum elemento initiali reperies: uelut eorum qui frontis cutem, qui palpebras, oculos, buccas, labra nasi alas, maxillam inferiorem, linguam, larynga, brachium, scapulam, caput, abdomen, testes uiriles, muliebrem uterum, thoracem, dorsum, manus, pedes, &c. 128.a
Musculorum, qui à coxendicis ossis appendice enascitur 256.b
Musculorum quorundam uasorum administratio 463.b
Musculorum scapulam mouentium administratio 209.b
Musculorum secandi ratio 182.b
Musculorum tendines qualiter differant 177.a
Musculorum testium administratio 217.b
Musculorum thoracem mouentium administratio 223.a
Musculorum mouentium thoracem numerus ac necessitas 218.a
Musculorum thoracem mouentium enumeratio, & quando illi suo fungantur munere 222.b
Musculorum in tibia & pede sedem obtinentium, & ligamentorum omnium quæ hactenus non resecta sunt, administrandi ratio 271.a
Musculorum tres radices ab ulnæ longitudine procedentes, quarum tertiæ de cimusnonus musculus sit pars 236.b
Musculorum usus & functio quispectentur 507.a
Musculis cur addita caro 170.b
Musculis cur additæ uenæ & arteriæ 170.b
Musculis nerui non omnibus in capitis exortu inseruntur, & quomodo 171.a
Musculis quid nerui uerè præstent 172.a
Musculis non omnibus neruum misceri, quibus 171.a & 173.a
Musculi omnibus unum tantum fibrarũ genus Galenus attribuit 176.a
Musculis quando tendines annectantur 172.b
Musculis temporalibus natura quomodo prospexerit 25.b
Musculos non æquas portiones & nerui & ligamenti recipere, & quomodo 170.b
Musculos non omnes ab ossibus procreari 173.b
Musculos omnes à scapula in humeros usque porrectos, Galenum in quinto de Administrandis sectionibus mirè confudisse 204.b
Musculos ossi υ referenti commissos, partim ipsi, partim alijs subseruire partibus 191.b
Musculos per animalem spiritum suis fungi munijs 172.a
Musculos tres cur natura secundo pollicis ossi attribuerit 234.b
Musculosa frontis cutem mouens substãtia 183.b
Musculosæ frontis substantiæ duplex administratio ibid.
Mustacem Latinos labri quandam portionem uocare 187.b
Μυλακρὺς 127.a
Μύλη 103.b 127.a
Μύλιται dentes 126.a
Μύρτον quid 410.a

N

Anged 126.a
Nasi alæ 110.b
Nasi cartilagines duæ 110.b 114.b
Nasi cartilaginum motus tantum uoluntarius 110.b
Natis 122.a
Natulæ in cerebro 491.a
Naturæ in neruis digerendis scopus 324.b
Naturæ prouidentia in collocatione testium 432.a
Naturæ solertia in structura uertebrarũ colli 48.a
Naturam arterias recondere 307.b
Naturam propagandæ speciei prouidisse 401.a
Nauiculare os 127.a
Nauicularia ossa duo 113.b
Nauicularis ossis anterior sedes, & tres ipsius planæ superficies 107.b
Nauicularis ossis sinus ibid.
Nauiforme os 127.a
Negne gidi 126.a
Nerdi 127.a
Nerualia ossa 122.b
Nerualis sutura ibid.a
Neruus dexter sexti paris recurrens seu reuersiuus 332.b sinister recurrẽs ibid.b
Neruus iuxta quinti paris radicem principium ducens 331.b
Neruus primus brachium subiens 344.a secundi nerui ingressus ibid.b secundi cum tertio congressus ibid. reliqua secundi series 345.a
Neruus quibus partibus constet 323.b
Nerui in musculis usus 507.a
Nerui nomen, quibus corporis partibus tribuatur, & quid propriè neruus uocetur, unà cum ipsius differentia & usu 323.a
Nerui nomine quid ueteres subaudierint 12.a
Nerui tertij ad cubiti usque flexum progressus 345.b
Nerui quarti in brachium ingressus, ipsiusq; series ibid.
Nerui quinti in brachium ingressus, ipsiusq; series cum tertio 346.a
Nerui sexti brachium ingressus, ac series 347.b
Neruum nullum tactus sensu non præditum esse 500.b
Neruum singulis musculis, ita ut alijs dissectionum professoribus uisum fuit, non misceri 171.a
Nerui in brachium à quibus paribus ducantur 344.a
Nerui musculis quid uerè præbeant 172.b
Nerui papillam petentes 343.b
Nerui quatuor crus petentes 248.b primi nerui series 349.a secundi series ibid. tertij series ibi.b quarti series ibid. quartus neruus, qui neluti pluribus funiculis constare uideatur ibid.
Nerui reuersiui cur facti credantur 333.a
Nerui uentriculi 379.a
Neruorum à dorsali medulla prodeuntiũ nudam seriem figura ostendens 335.a
Neruorum cerebri initium unde 327.b
Neruorum cerebri quot paria ibid.
Neruorum cerebri secundum par 330.a tertium par ibid.
Neruorum cerebri quinti paris series & ortus

ortus 331.a
Neruorum cerebri sextum par 331.b
Neruorum cerebri septimum par 334.a
Neruorum cerebri surculos duos Vesalium, præter tres Anatomicis notos, adinuenisse 25.b
Neruorum cur alius mollior aut durior reddatur 324.b
Neruorum congressus ratio 323.b
Neruorum crassities 347.b
Neruorum delineatio quæ septem pariũ neruorum, qui à cerebro & dorsalis medullæ initio pronascuntur, ortus demonstrans, & distributionem seriẽq; omnium parium quæ à dorsali medulla in dorsi ossibus complexa originem ducunt, pulcherrimè referens 351.a
Neruorum differentia ab originis forma 324.b
Neruorum differentia à cauitate nulla ibid.b
Neruorum differentia à serie 325.a
Neruorum differentia triplex 323.a
Neruorum discrimen à mollitie & duritie 316.b
Neruorum femur, tibiam & pedem adeũtium distributionis ratio 348.b
Neruorum implexus brachium adeuntium 344.a
Neruorum in brachium series quomodo citra sectionem experiri possit 347.b
Neruorum in duræ membranæ basi existentium examen 503.b
Neruorum ortus à cerebro, non è dura eius membrana, nec à corde 323.b
Neruorum ortus, partim à cerebro, partim à dorsali medulla 323.a
Neruorum paria, Græcis συζυγίας uocari 327.b
Neruorum paria, quot nam à cerebro & dorsalis medullæ parte adhuc in caluaria consistente, originem sumãt 327.b
Neruorum paria quot à dorsali discindantur 340.a
Neruorum parium examen 503.a
Neruorum quinque parium è lumborum uertebris prodeuntium series 347.b
è sacro osse prosilientium series 348.a
Neruorum duodecim parium dorsalis medullæ, thoracis complexæ uertebris, series 342.b
Neruorum 30 parium, quæ à dorsali medulla dorsi ossibus contenta originem ducunt, nuda delineatio 335.a
Neruorum parium septem è ceruicis uertebris prosilientium series 340.b
Neruorum primi paris ortus 329.a
Neruorum primi paris in oculum ingressus, & in tunicam, quam reti comparamus, dilatatio 329.a
Neruorum primi paris uia, dorsalis medulla 47.a
Neruorum primi paris incessus 329.a
Neruorum primo pari quam uiam natura parauerit 340.b
Neruorum secundi paris egressus & series 340.b item tertij 341.a quarti ibid. quinti ibid.b sexti, & septimi 342.a
Neruorum tertij paris tenuioris radicis ortus ac series ibid.b crassioris radicis origo, & distributionis series 330.b
Neruorum tertij paris utrinque duplex radix 330.a
Neruorum quarti paris ortus 205.b
Neruorum quinti paris ad auditus organum series 26.b
Neruorum sexti paris in thoracis amplitudine reliqua series 333.b
Neruorum sexti paris in nutritionis organa series ibid.
Neruorum noni paris series 343.a
Neruorum parium reliquorum à thoracis uertebris prosilientium series ibid.
Neruorum reliquum anterioris rami quinti paris 341.b
Neruorum per brachium, cubitum, & manum series 343.b
Neruorum propagines temporali musculo quot nam offerantur 331.b
Neruorum recurrentium examen, uocisq; eorum sectione abolitio 509.a
Neruorum recurrentium liberatio 465.a
Neruorum septi transuersi examen 464.b
Neruorum septi transuersi constitutio 341.b
Neruorum, uenarum & arteriarum uteri ratio 414.b
Neruorum uentriculi usus 379.b
Neruorum uisoriorum coitus, cui sinui innitatur 37.a
Neruorum usus examen 507.b
Neruis unde spiritus animalis præbeatur 324.a
Neruos à corde, ut Aristoteles opinatus est, nequaquam ortum trahere 323.a
Neruos à dorsali medulla ortos, ipsa cute duriores esse 280.b
Neruos cerebro id præstare, quod cordi arteria magna, & iecori caua uena 479.b
Neruos coniugatim enasci 325.a
Neruos cutem subeuntes, non eandem semper proponere seriem 344.a
Neruos non è dura cerebri membrana, ut Erasistratus uoluit, oriri 323.b
Νῆσις quid 383.b
Νεφροκονδρώδη σωδεσμα 229.a
Νεφρομήτραι musculi 226.a
Νῶτος unde 323.a
Nexus neruosæ tenuitatis obliquè ascendentis musculi cum transuerso 216.a
Nodus 7.b
Νόθαι, siue spuriæ & illegitimæ costæ, cur uocentur 66.b
Νῶτον 42.b
Νώτου uertebræ 126.b
Nouaculæ 121.a
Nutritionis instituendæ præcipuæ causæ 372.b
Νυμφὴ quid 300.a

O

Βελιαῖα futura 19.b 122.a
Occipitis os, seu occipitij 22.b 122.b
Occipitis os cur præter læuitatem, etiam sit asperum & inæquale 23.a
Occipitis os primæ uertebræ cur duplici articulo nectatur 11.a
Occipitis os ubi crassissimum 22.b
Occipitis ossis capitula quæ primæ uertebræ articulentur 46.b
Occipitis ossis circumscriptio 22.b
Occipitis ossis nomina 122.b
Oculus è caluaria quomodo eximendus 185.b
Oculus genu 127.b
Oculi adeps musculis interpositus. 185.b
Oculi administratio 503.b alia eiusdem administratio 504.a
Oculi constructio qui enarranda 496.b
Oculi inuolucrum ex nerui uisorij substantia solutum, & reti comparatum 497.b
Oculi musculorum administratio 185.b
Oculi partium usus 499.b
Oculum mouentes primi quatuor musculi 185.a
Oculi quintus & sextus musculus. 185.a
Oculi septimus musculus ibi.b & eius officium ibid.
Oculi musculorum prima figura & secunda 184.b
Oculi cur alta sede eguerunt 13.b
Oculorum colores ex humorum aut spirituum copia non euariari 499.b
Oculorum figuræ nouendecim expressæ 495.a
Oculorum gratia caput efformatum 13.b
Oculorum gratia cerebrum in capite locari, dein cerebri nomine & reliquos sensus ib.
Oculorum situs ibid.a 496.b
Oculos motu uoluntario moueri 185.a

Oculos

Oculos qui muniuerit natura 13.b
Ὀδόντες 126.a
Ὀδοντοειδῆ & ὀδόντα Iulius Pollux, & Cælius Rhodiginus, dissectionum imperiti, malè primam uertebram nuncuparunt 47.b
Ὀδὼς & ὀδοντοειδὴς secundæ uertebræ tuber 47.b
Οἰσόφαγος 375.a
Ὠλέκρανον 80.b
Ὠλέκρανος 127.a
Ὠλένη 126.b
Ὦλενος ibid.
Olfactus organum 328.a
de Olfactus organo multiplices sententiæ ibid.
Olfactus organa unde 24.a
Omentum 379.a
Omentum canibus & simijs colo uix connasci 381.b
Omentum qui diuellendum, ipsiusq; ortus inuestigandus, unà cum uasis illo sufflutis 428.b
Omenti arteriæ 382.a nerui ibid. adeps ibid. glandulosum corpus ibid.b usus ibid.
Omenti cum colo nexus 381.b
Omenti fabricam suis usibus respondere 382.a
Omenti ortus ac nexus 381.a
Omenti situs 380.a figura ibid.b
Omenti situs obseruatio 427.b
Omenti substantiæ breuis enumeratio 380.b
Ὠμοπλάτη 126.b
Ὦμος 73.b 126.b 202.a
Ὄφρυες 8.b
Opifex rerum quas partes aereæ substantiæ reficiendæ fabrefecerit, & quæ priuatim spiritui uitali subministrent 440.b
Opifex rerum summus in quem modum uniuersa respirationis organa extruxerit 451.a
Opificis rerum in structura asperæ arteriæ solertia 446.b
Opificis rerum in thorace creando industria 65.b
Ὀπίσθιοι dentes 126.a
Ordo in docenda ostendendaq; Anatome quis seruandus 425.b
Ordo in reliquorum adhuc musculorum tractatione obseruandus 262.a
Organum nerui nomine priuatim nuncupatum 323.a
Organa in caua iecoris sede posita quomodo spectanda 429.a
Organis iecori famulantibus cur non tale septum, sicut thoraci, circumpositum 65.b
Oris apertio, organorumq; in faucibus positorum examen 467.b
Ὀφρύον 61.b 126.b
Osamium os ibid.
Osanum os ibid.
Ossiculũ adnexum quarti postbrachialis ossis cum brachiali repositum 87.b
Ossiculum albadaran 92.b
Ossiculum incudi aut molari denti comparatum 27.a
Ossiculum interius duorum, quæ ad primum pollicis pedis spectantur articulum omnia magnitudine & duritie uincere 92.a
Ossiculum malleolo non admodum dissimile 27.a
Ossiculum medium ossis υ referentis 40.b
Ossiculum incudi, aut molari denti comparatum 27.a item malleolo non admodum dissimile ibid.
Ossiculum magis & occultæ philosophiæ sectatoribus obseruatum, quale 92.a
Ossiculi secundi ad femoris os comparatio 27.a
Ossicula auditus organi 26.a
Ossicula auditus organi quatuor 113.b
Ossiculorum auditus organi usus 27.a
Ossicula in simia & cane sub sacro osse cuiusmodi occurrant, adeoq; ipsorum coccygis ossis descriptio 62.a
Ossicula sesamina σησαμοειδῆ. 83.a
Ossicula sesamina pedis 105.b
Ossicula sesamina quibus sedibus reponantur 91.b in manu 91.b in pede ibid.
Ossicula sesamina quot 113.b
Ossicula sesamina cuiusmodi sint 91.b & cuiusmodi adnumerari possint ibi.
Ossiculorum quæ sesamo semini comparantur effigies 91.a
Ossiculorum sesaminum nomina 127.a
Ossium sesaminum manus administratio 247.a
Ossium sesaminorum usus 1.b
Os ἀνώνυμον, sacri ossis lateribus commissum 93.b
Os basillare & baxillare 122.b
Os brachialis cartilaginosum quodnam ueteribus dictum 86.a
Os brachialis rectum appellatum, cuiusmodi ibid.
Os primum brachialis quot ossibus conterminum sit 86.b quot secundum ibid. quot tertium ibid. quot quartum ibid. quot quintum, sextum, septimum & octauum 87.b
Os quartum brachialis, quæ sibi peculiaria uendicet 76.a cui ossi committatur ibid. item cui ordini ascribendum ueniat ibid.
Os calcis 127.b
Os caudæ 126.b
Os coxæ 93.a 127.a
Os coxendicis 93.a
Os coccyx 126.b
Os cribratum 126.a
Os cristatum 126.a
Os cubiforme 127.b
Os κυβοειδὲς ibid.
Os cuneiforme 122.b
Os cubum tesseram ue referens 127.b
Os cuneiforme an cauernulis obstitum sit, uel citra squamæ leuis ue ossis obductionem pumicis aut spongiæ speciem referat 24.a
Os cuneiforme cur πολύμορφον nuncupatum 23.b
Os ῥόμβοειδὲς 226.a
Os femoris in homine cunctis alijs magnitudine præstare 97.a
Os frontis cum uerticis osse iunctum, cur ibi sit crassius 22.b
Os genu articulo præpositum 86.a
Os grandinosum, uarium 127.b
Os gutturis 126.a
Os ἱερὸν unde uocetur 59.b
Os ὑοειδὲς 41.a λαμβδοειδὲς ibid.
Os hyoides quomodo formetur 41.b eiusq; usus ibid.
Os ὑψιλοειδὲς 41.a
Os ilium 93.b
Os in cerebro à Galeno traditum, quale 25.a
Os iugale ibid.b
Os iugale ex quibus constet ibid.
Os iugale cur à Græcis ζύγωμα nuncupatum ibid.
Os latum 126.b
Os laude 122.b 126.a
Os linguæ 126.a
Os lumbare ibid.b
Os maxillæ secundum 30.a tertium, quartum 30.b quintum 31.a
Os morsus Adami 126.a
Os occipitis 23.a
Os occipitis cur sit cum læuitate simul asperum & inæquales 23.a
Os occipitis ubi crassissimum 22.b
Os palati 122.b
Os pectoris 65.b
Os pectoris utrinque lunatum 68.b
Os πλατὺ 59.b 126.b
Os proræ 122.b
Os pubis 93.b
Os pubis cur maximo foramine peruium, & dein ipsius sinus & tubera 96.a
Os pubis in uiris cur teres crassumq; sit ibid.b
Os pyxis 122.b
Os quadratum 127.b
Os sacrum 126.b
Os sacrum seu amplum quid 59.b
Os σκαφοειδὲς 127.b
Os σφηνοειδὲς 21.a
Os στογγυλοειδὲς 126.a
Os tertium à Galeno in superioris scapulæ processus cum clauicula nexu recenseri 73.b

Os tertium in superioris scapulæ processu, Galenum nunquam uidisse 73.b
Os tibiæ 101.a
Os tibiæ cur spina appellatum 103.a
Os tribus in simijs & canibus efformatũ ossibus, quod sacrũ uocamus 62.a
Os υ referens raro liberum 71.b
Ossis coccygis descriptio 65.a
Ossis coxendicis acutus processus. 95.b
Ossis coxendicis appendix, & musculorum ipsius quatuor, usus ibid.b
Ossis coxendicis robori quomodo sit prospectum ibid.
Ossis coxendicis sinus superiori sedi insculptus 95.a eiusdemq; tubera ibi.
Ossis cubi formam referentis nomina 127.b
Ossis cuneiformis circunscriptio 21.a item interior sinus quibus processibus constet 24.a eiusdem nomina 122.b
Ossis cuneiformis media sedes qualis 23.b
Ossis cuneiformis processus alis similes 41.b
Ossis cymbam referentis nomina 127.b
Ossis cymbam referentis sinus 107.b
Ossis cymbam referentis superior sedes 107.b item inferior ibid.
Ossis frontis circumscriptio 22.a forma ibid.
Ossis frontis nomina 122.b
Ossis ilium appendix quibus 94.b
Ossis ilium dorsi lineæ, & quibus id musculis occupetur 94.b
Ossis ilium interna amplitudo quibus musculis occupetur ibid.
Ossis ilium pars retrorsum magis quàm sacri ossis transuersi processus exporrecta ibid.a
Ossis ilium sedes, sacro ossi commissa, qualis 94.a
Ossis iugalis usus 25.b
Ossis linguæ nomina 126.a
Ossis natura 1.a
Ossis nauicularis anterior sedes, & tres ipsius planæ superficies 107.b
Ossis nauicularis sinus ibid.
Ossis occipitis capitula 23.a
Ossis occipitis circumscriptio 22.b
Ossis octaui capitis cribro aut colo aut spongiæ comparati nomina 126.a
Ossis pectoris humani descriptio 68.a
Ossis pectoris ad ensem comparatio 68.b
Ossis pectoris substantia ibid.
Ossis pectoris usus ibid.
Ossis penis nomina 127.a
Ossis postbrachialis nomina ibid.
Ossis primi maxillæ historia 29.b
Ossis primi ipsius pollicis & postbrachialis ossium ad brachiale contextus 86.b
Ossis pubis foramen cur θυροειδὴς uocatum 96.a
Ossis pubis historia 95.b
Ossis sacri anterior sedes cuiusmodi 60.b
Ossis sacri descriptio 59.a
Ossis sacri foramina neruis emittendis parata 60.b
Ossis sacri latera cuiusmodi 60.a
Ossis sacri posterior sedes cuiusmodi ibi. item cur insigniter aspera sit, ac ueluti carriosa ibid.
Ossis sacri sex ossa 113.b
Ossis sacri spinas omnes deorsum spectare ibid.
Ossis sacri superior sedes cuiusmodi, itẽ inferior 60.a
Ossis temporis processus styli acus ue imaginem referendis nomina 126.b item uberis papillam repræsentantis nomina 122.b
Ossis tibiæ secundum ipsius longitudinẽ figura 103.a
Ossis tibiæ sinus & tubera, quibus talo articulantur 102.a
Os υ aut Λ imaginem exprimens 126.a
Ossis υ referentis duæ figuræ 41.a situs & nomina ibid. item latera humiliora ibid.
Ossis υ referentis nomina 126.a
Ossis υ referentis ossicula ferè undecim 113.b
Ossi sacro quinque ossibus tantum extracto, quid eueniat 61.a
Ossa ad disciplinam utilißima quæ habeantur 117.b
Ossa artualia 122.b
Ossa articulis mutuò esse contigua, neque ab inuicem abscedere 52.a
Ossa brachialis quibus sedibus, ligamentis, & cartilagine obducantur 85.b
Ossa brachialium sedecim 113.b
Ossa caluariæ uiginti 113.b
Ossa capitis qualibus futuris magna ex parte compingantur 11.b
Ossa χαλκοειδῆ 127.b
Ossa coniugalia 126.a
Ossa corporis humani posteriori facie proposita 122.a
Ossa cur circa connexum molliora 5.b
Ossa decem sub lumborum uertebris, quibus reliqua dorsi pars à lumbis ad anum pertinens constituitur 59.b
Ossa digitorum 7.b
Ossa digitorum in utroque pede quatuor decim 113.b
Ossa digitorum perperam Galeno solida constituta 2.a
Ossa digitorum triginta 113.b
Ossa duo cur natura interdum pluribus articulis commiserit 10.a
Ossa emundata quomodo iungenda 118.a
Ossa inter se omnia contigua 9.a
Ossa lapidea, siue lapidosa 122.b
Ossa λιθοειδῆ 25.b 122.b
Ossa lateribus sacri ossis commissa in pueris tribus ossibus formari 11.b
Ossa λεπιδοειδῆ 122.b
Ossa manus utriusque octo 113.b
Ossa maxillæ superioris duodecim 31.b 32.a
Ossa omnia præter dentes tacta 2.b
Ossa paria, siue paris 126.a
Ossa parietalia ibid.
Ossa pectoris humani in adultis qualia 68.a
Ossa pectoris humani septena Vesalio nunquam occurrisse. ibid. nec semper eodem numero cerni ibid.
Ossa pectoris tria simul inuenta, manubrij alicuius gladij imaginem referre 68.b
Ossa postbrachialis quatuor à Vesalio enumerãtur, ab alijs plura 87.b 88.a
Ossa postbrachialis quatuor cuiusmodi sint 88.a item in appendicibus, & mutuo nexu ibid.
Ossa postbrachialis qui musculis cedãt, & adaptentur 88.b
Ossa postbrachialium octo 113.b
Ossa præruptæ rupi similia 25.b
Ossa, quibus commissurarum differentijs inter se iungantur, & quæ harum motum edant 9.b
Ossa quomodo sentiant 3.a
Ossa quorum beneficio inuicem connectantur 11.b
Ossa rasetæ pedis 127.a
Ossa sacri ossis lateribus commissa duo 113.b
Ossa sacri ossis lateribus commissa inuicem in pube coalescere 113.b
Ossa sacri ossis lateribus commissa, in puerulis trib. efformari ossib. 96.b
Ossa tarsi in utroque pede quatuor 113.b
Ossa tymparum 122.b
Ossa thoracis 65.b
Ossa tibiarum duo 113.b
Ossa temporum 122.b
Ossa uerticis utcunque mollia, cur duris temporum ossibus committantur 9.a
Ossium brachialis cur duo ordines 85.b
Ossium brachialis delineatio 84.a
Ossium brachialis nomina 86.a
Ossium capitis & maxillæ superioris foraminũ descriptio cur instituta 35.a
Ossiũ capita pleraq; sine appendice 7.b
Ossium cartilaginumq; inter se structura & contextus 9.a
Ossium cerebri frequens contextus ad quid conferat 19.b
Ossium commissuræ, earumq; cartilagines 3.ab
Ossium crassorum substantiæ cur uasorum

rium surculi insinuentur 53.a
Ossium differentia ab usu 1.a item à magnitudine & forma 1.b item ab appendicibus processibus, capitibus, & alijs quibusdam 2.a item à foraminibus 2.b
Ossium digitorum tendines 90.b
Ossium dorsi spinæ, seu posteriores processus 44.a
Ossium dorsi contextum posteriori facie, & uniuersam dorsalis medullæ neruorum seriem commonstrans figura 336.a eiusdemq; characterum index 334.a
Ossium dorsi impar magnitudo 43.a
Ossium dorsi transuersi processus 44.a
Ossium & cartilaginum articulos ligamentis colligari atque teneri 166.b
Ossium & cartilaginum usus in uiuo animante qui uidendus 506.b
Ossium humani corporis ex latere delineatio 124.a
Ossium humani corporis simul compactorum anterior facies 12.a
Ossium in calce macerandorum, ac dein in flumine emũdandorũ ratio 114.b
Ossium in uniuersum numerus 113.b
Ossium iugalium nomina 126.a
Ossium liber, præ cæteris anatomicis libris Galeno tribuendus 63.b
Ossium maxillæ breuis enumeratio 29.a
Ossium mutui contextus duplex ratio 10.a
Ossium naturalis compositio cur facta 9.b
Ossium uumerus 113.b
Ossium nutrimentum proprium, medulla 2.b
Ossium partes, sedesq; diuersis nominib. appellari 5.b
Ossium pectoris in canibus & simijs cuiusmodi ratio 67.b
Ossium pedis dextri delineatio 4.b
Ossium pedis figuræ 104.b 105.a
Ossium per coctionem parandi modus 115.a
Ossium postbrachialis interualla 88.b
Ossium processus 6.b
Ossium pubis anterior sedes cur sit asperata 96.a
Ossium pubis superior pars, quæ inuicem committuntur, cur exasperetur ibid.
Ossium quibusdam sedibus perinde ac si undique circunscriberentur, nomina imponi 25.b
Ossium sacri ossis inter se connexus. 59.b
Ossium sacri ossis lateribus commissorũ effigies 92.b
Ossium sacri ossis lateribus commissorũ usus 93.b
Ossium sacro ossi nexorum, in uiris & mulieribus differentia 95.b
Ossium sinus & capita cur constituta 8.b
Ossium temporum ansæ 122.b
Ossium temporum circumscriptio 23.a
Ossium temporum nomina 122.b
Ossium tibiæ figuræ 99.b
Ossium uerticis circunscriptio 22.a forma ibid.
Ossibus non solum grandioribus appendices contingere 6.a
Ὄχεον quid 402.a
Οσφύος uertebræ 126.b
Ὀ σίον os 122.b
Ὀ σίον τῦ ἀκρωμίυ 126.b
Ὀ σοῦν κατὰ τὴν ὑπερῶαν, Galeno, σφηνοειδὲς os circunscribitur 122.b
Οὐρητῆρες à Celso propter uenarũ similitudinẽ, albas uenas nuncupari 400.a
Οὐρητῆρες meatus, qui et ἀρτηριαὶ, οὐρητικοὶ πόροι dicuntur 406.a
Ouis prægnãtis uterus cuiusmodi 419.a
Ὀ ξύ Capov 8.a
Ὀξυκέφαλος 14.b

P

Palati os 122.b
Palato infestus morbus Gallicus 448.a
Palma 87.b 127.a
Palpebra inferior immobilis. 184.a
Palpebræ duo musculi 183.b
Palpebræ superioris & inferioris figura 110.a
Palpebræ superioris usus ibid.
Palpebræ utriusque una cartilago ibid.
Palpebrarum superiorem cur moueri oportuerit 183.b
Palpebrarum musculi ibid.a constitutio ibid.
Palpebras mouentium musculorum difficilem esse cognitionem 184.a
Palpebras musculorum mouentium delineatio unde petenda 183.b administratio 184.b descript. 183.b
Παγκρέας quid 382.b
Panniculus carnosus 181.a
Panniculus carnosus an sint octo abdominis musculi ibid.
Papilla, θήλη 423.a
Papilla cur sit tenera & prominens 425.b cur sensu exactiore, & neruorum surculis abundet ibid. cur sit substantia earum glandulosa ibid.
Papillæ constructionis, & totius substantiæ eiusdem ratio 424.b
Papillæ substantia 423.b
Παρακύημιον 127.a
Παραμέσος ibid.a
Παραφύσις 239.a
Παραστάτης 126.b
Παρατὸ 220.b
Παρασφαγὶς 75.a
Παραστάτης 41.a 126.a
Παραστάτης χειροειδὴς 41.a ἀδενοειδὴς ibid.
Παρέγχυμα quid 391.a eiusq; usus. ibid. παρέγχυμα lienis 394.b
Paris, siue paria ossa 126.a
Parietalia ossa ibid.
Παρίδμια, faucium glandulæ cur 448.a
Partium dictarũ administratio in uiris, cuiusmodi sit in muliere 433.b
Partium ad pituitæ defluxum præcipuè famulantium, breuis enumeratio 492.a
Partium pituitæ expurgandæ subseruientium usus, & constructionis ratio 493.a
Partium functiones naturales aliæ per fibras fiunt, aliæ absque illis 274.b
Parturientibus non recludi pubis ossa 96.a
Partium generationi subseruientium breuis enumeratio 401.a
Patauini cuiusdam historia 394.b
Patella 103.b 127.b
Patella qui femoris ossi connectatur 103.b
Patellæ figuræ & descriptio 103.b situs & forma 103.b
Patellæ nomina 127.a
Patellæ substantia 104.a usus ibid.
Patellæ duæ 113.b
Patellam cartilaginosum os malè dici 104.a
Patellam non esse cartilaginosam, ut Galenus atque Marinus senserunt ibid.
Paxillares dentes 126.a
Paxillum 126.a
Πῆχυς 80.b 126.b
Pecten 109.b 127.a b
Pectinis os 127.a
Pectus 65.b 127.b
Pectus, & pectus τὸ μεταχάρτιον quibusdam 87.b
Pectus manus 127.a & pecten pedis ibid.b
Pectoris cartilago ensi comparata 126.b
Pectoris humani ossis descriptio 68.a
Pectoris humani ossa in adultis qualia ibid.b
Pectoris humani ossa non eodem semper numero cerni ibid.
Pectoris humani septena ossa Vesalio nũquam occurisse ibid.
Pectoris inferiorem partem à quibusdã σῶμος uocari 126.b
Pectoris mucronata cartilago 68.a & 126.b
Pectoris mucronatæ cartilaginis nomina ibid.
Pectoris os 65.b 126.b quale quadrupedibus

dibus 66.b eiusdem synarthroſis ibid.
Pectoris os utrinque lunatum 68.b
Pectoris oſſis ad enſem comparatio ibid.a
Pectoris oſſis à cartilaginibus coſtarum liberi delineatio 64.b
Pectoris oſſis cum cartilaginibus, &c. adminiſtratio 463.b
Pectoris oſſis unà cum ipſi coarctatis cartilaginibus interior ſuperficies expreſſa 436.a
Pectoris oſſis cartilago, cur malum granatum uocetur 69.a
Pectoris oſſis furcula, iugulum, σφαγὴ 68.a
Pectoris oſſis nomina 126.b
Pectoris oſſis ſubſtantia 68.b & uſus ibid.
Pectoris oſſis ſuperiorem duntaxat partem à nonnullis σέρνον dici 126.b
Pectoris oſſis quot oſſa 113.b
Pectoris oſſium in canibus & ſimijs cuiuſmodi ratio 68.a
Pectoris tria oſſa ſimul iuncta, manubij alicuius gladij imaginẽ referre 68.b
Pectoris ſcutum 126.b
Pectoris uertebræ ibid.
Πέδιον 108.b 127.b
Pedij ad digitos articulatio 109.b
Pedij ad tarſum coarticulatio 108.b
Pedij deſcriptio ibid.
Pedij hiſtoria ibid.
Pedij oſſis nomina 127.b
Pedij oſſa in utroque pede quinque 113.b
Pedij oſſa quot ibid. eorundem appendix 5.a capita 7.b
Pedij oſſium interualla 109.a
Pedij oſſium figura & deſcriptio 4.b
Pedium quinque oſſibus conſtare 108.b
Pedij pecten 108.b
Pedis dextri oſſium delineatio 4.b
Pedis digiti 109.a 127.a
Pedis digitorum figura 4.b motus 25.a 266.b
Pedis amplitudinem ſubeuntis ligamenti deſcriptio 262.b adminiſtratio 271.b
Pedis ac digitorum motibus famulantium muſculorum alij in tibiæ ſede anteriore conſiſtunt. 271.b alij in poſteriori ibid. alij, in pede ibid. & quot ſigillatim ibid.
Pedis calcar 127.a
Pedis cruris cauitas, per quam traiecto funeHector ab Achille circum mœnia Troiæ actus 26.a
Pedis digitorum motus 266.a
Pedis digitorum mouentium muſculorũ numerus 269.a
Pedis digitorum ratio 108.a
Pedis digitos muſculorum mouentium adminiſtratio 271.b primi, ſecundi, tertij, quarti, ibid. & 272.a & b decimiſeptimi & decimioctaui ibid. decimiquarti et decimiquinti, itẽ decimiſexti ibi.b reliquorũ quatuor ibid.
Pedis digitos mouentium muſculorum delineatio primi 164.a ſecundi. ibid. tertij ibid. eorum qui primos digitorum articulos flectunt, & ſunt decem 164.b 165.a decimiquarti 140.a decimiquinti 143.b decimiſexti ibid. decimiſeptimi 235.b decimioctaui 234.b quatuor muſculorũ digitos quatuor pollici adducentium 163.b 164.a
Pedis digitos mouentium muſculorum deſcriptio 266.a primus, ſecundus, & tertius ibid.b qualiter inſtijs ſeſe habeant 267.b decem ſequentes primis digitorum articulis præfecti 268.a decimus quartus et quintus ibid.b decimus ſextus pollicem ac tres proximos digitos abducens ibid. decimus ſeptimus & octauus 269.a reliqui ad 22. uſque digitos quatuor pollici adducentes ibid.
Pedis ligamentorum tranſuerſorum deſcriptio 270.b alia oſſa pedis cõmittentia ibid. adminiſtratio ibid.
Pedis motus 263.a
Pedis oſſium figuræ 104.b 105.a
Pedis oſſium numerus 109.a
Pedis oſſium delineatio 104.b 105.a
Pedis oſſium quibus in manu nullum reſpondeat 108.a
Pedis σῶμα 108.b
Pedis unius ſeſamina oſſicula duodecim 113.b
Pedem à manu uno oſſe, contra Galeni placitum, ſuperari 109.a
Pedis plantæ cuti ſubnati tendinis lati deſcriptio 262.b
Pedem mouentium muſculorum adminiſtratio 271.a primi & ſecundi & tertij ibid.b quarti, quinti, & 272.a b & octaui ibid. noni ibid. decimiſeptimi & decimioctaui 272.a decimiquarti & decimiquinti ibid.b decimiſexti ibid.
Pedem mouentium muſculorum deſcriptio 263.a primus ead. ſecundus, tertius ibid.b quartus, & quintus 264.a ſextus ibid. ſeptimus & octauus 265.a b nonus ibid. munus omnium 266.a
Pedes ac digitos mouentium muſculorũ traditio apud Galenum obſcura & imperfecta 262.a
Pedum petentes nerui 348.b
Pedum ac manuum digitorum fabricæ ratio 109.b
Pedum in quadrupedibus & hominibus ſimilitudo 106.a
Pelopis ſententiam de uenarum, arteriarum & neruorum exorta, falſam eſſe 305.b
Peluis aut cyathus, in quam cerebri pituita defluit 492.a
Penis conſtitutio 248.b
Penis conſtructionem ſubeuntia 407.a
Penis corporum examen 433.b
Penis corporum ortus, & uenarum, arteriarum & neruorum huc pertinentium examen 432.a
Penis cutis carnea membrana & muſculi 407.b
Penis fabricæ totius delineatio 247.b
Penis figuræ, & quæ ipſi adiuncta, quartæ figuræ cum earundem characterũ indice 247.b & 248.a
Penis glans 407.b
Penis ipſius duo præcipua corpora 407.a
Penis muſculi parum à Galeno animadueꝛſi 249.a
Penis muſculorum examen 432.a
Penis muſculorum officium 248.b adminiſtratio ibid.
Penis os à barbaris ſubinde femoris os appellari 127.a
Penis oſſis nomina ibid.
Penis potiſſima ſubſtantia 406.b
Penis ſitus 407.a
Penis ſtructuræ ratio ibid.
Penis uenæ, arteriæ & nerui ibid.
Penis unum tantum eſſe meatum, non tres, ut Arabes imaginantur 408.a
Περικράνιος membrana 482.a
Περιγραφαὶ 177.a
Περίδρομος 122.a
Περιόστεον 3.a 224.a
Περιόστεος membrana 482.b
Περιτόναιον 373.b
Περιτόναιος ibid.
Peritonæum non undique æqualiter craſſum 374.a
Peritonæum quibus partibus peruium ſit ibid.b
Peritonæum quibus uaſis ac neruis implicetur ibid.
Peritonæum tactus ſenſu etiam præditum ibid.
Peritonæum tranſuerſis abdominis muſculis pertinaciter adhærere 214.b
Περιτόναιον σκέπασμα 373.b
Περιτόναιος ὑμὴν ibid.
Περιτόναιος χιτὼν ibid.
Peritonæi à partibus extrinſecus ipſis commiſſis liberatio 427.a
Peritonæi ad ueſicæ fundum nexus 353.a

Peritonæi apertio, & unà uasorum umbilici administratio 427.b
Peritonæi figura 353.a & descriptio 354.a
Peritonæi laterum uenæ 280.b
Peritonæi magnitudo & situs 373.b
connexus, ortus, forma, superficies & usus 374.a
Peritonæi nomina 373.b
Peritonæi ortus examen 432.b
Peritonæi usus 374.b
Peritonæo medicos ridiculè admodum tactus sensum adimere ibid.
peritonæo quæ continentur functionum examen 508.a
Peritonæo contenta quomodo sint resecanda 217.b
Peritonæum in similarium partium esse numero 373.b
Περόνη quid 101.b 127.b
Πέσσα 127.a
Petrosorum ossium appellatio unde 26.a
Φαιοειδὴς dictus humor 497.a
Φαρύγγιον 41.a 126.a
Φάρυγξ ueteribus quid uocatum 448.a
Φαυτνια 34.b
Φοξὸν 14.b
Φρένες 220.b
Φῶς in mamillis quid 423.b
Πύχνος 80.b 127.b
Pinguedinis humanæ usus 116.a
Piscis musculi, quem & mytulum uocãt, forma 174.a
Pituita in palatum per quæ foramina decumbat 493.a
Pituita leuissima cur foraminulis octaui ossis capitis excoletur 37.a
Pituitæ cerebri purgandæ parati meatus 24.a
Pituitam cerebri excipientes ductus 492.a
Pituitam nulla secundum naturam excretione per olfactus organorum sedem, octauum ue capitis os expurgari 493.a
Pituitam per cuneiforme os longa mora, & exiguis foraminibus non colari 493.a
Pixis os 127.a
Planta pedis 108.b 127.b
Plantæ appellatio 108.a
Plantæ cuti subnatus latescens tendo 262.a
Planum pedis 108.b 127.b
Πλάτη 126.b
Platonis de generationis amore à Deo nobis ingenito, sententia 401.b
Platonis de septo transuerso sententia 221.b
Platonem & Aristotelem musculorum rationem penitus latuisse 172.a
Πλατὺς 59.b 126.b
Πλάδραι 126.b
Plexus in prioribus cerebri uentriculis occurrens 494.b
Plexus in prioribus cerebri uentriculis constitutio 315.b
Plexus reticularis Galeni quid ibid.
Πλῆκτρον 23.a 122.b
Plinij in appellatione tali lapsus 102.b
Plinij de menstrui sanguinis prauitate & graueolentia error 415.a
Plumæ nomina omentum apud Bruxellenses uocari 382.b
Pollex 127.a
Pollicis nomina ibid.
Pollicis primi ossis & posthbrachialis ossium ad brachiale contextus 86.b
Pollicis os flectentes musculi tres, Galeno ignorati 235.b
Pollicis os secundum, uix extra rectam lineam extendi 90.a
Pollicis ossis primi ad brachiale contextus 89.b
Pollicis secundum os, qui tertio articulatur ibid.
Pollicis secundo ossi cur tres musculos natura attribuerit 234.a
Polus 127.b
Πολύμορφον dictũ cuneiforme os 108.a
Πολύμορφον dictum os cuneo comparatum 122.b
Πολύμορφον os 127.b
Poplitis utriusque sesamina ossicula duo 113.b
Porcorum iecur quale 390.a
Porcinum rostrum 126.b
Ποροὶ ὀπτικοὶ 392.a
Portæ ad bilis uesiculam ibid. ad uentriculi humilius orificium ibid.
Portæ caudicis extra iecur distributio 279.a
Portæ caudicis in duos præcipuos truncos sectio ibid.b ad dextram uentriculi fundi sedem, & ipsi proximã omenti partem ibid. ad duodenum intestinum 280.a
Portæ dextri caudicis trunci series 281.a
Portæ uenæ distributionis gratia 281.b
Portæ uenæ integra delineatio 179.a
Portæ nomina 281.b
Portæ uenæ nudæ delineatio, & eiusdẽ characteruum index 278.b
Portæ uenæ officium 391.b
Portæ uenæ omenti membrana fultæ figura 355.b
Portæ uenæ rami unà cum arterijs & neruis illis attensis, qui examinandi 429.a
Portæ uenæ ramorum officium 373.a
Portæ uenæ propagines in intestina cur insertæ 387.b
Portæ uenæ propaginum series 278.a
Portæ uenæ rami, unà cum arterijs & neruis illis attensis quomodo examinandi 429.a
Portæ ramorum in iecoris substantia series 279.b
Portæ uenæ ramos priusquam iecori succulentum id porrigant, rudem aliquam sanguinis formam, ut Galenus opinatur, nequaquam conferre. 391.a
Portæ sinistri trunci series 280.a
Portæ uenam sanguinem non conficere 282.a
Posthbrachiale 87.b 127.a
Posthbrachialis ossis nomina ibid.
Posthbrachialis ossa nectentia ligamenta 88.a
Posthbrachialium ossa octo 113.b
Posthbrachialis ossa quatuor cuiusmodi sint 88.a item in appencidibus & mutuo nexu ibid.
Posthbrachialis ossa qui musculis cedant & adaptentur 88.b
Posthbrachialis ossa Vesalius quatuor enumerat ibid.a
Posthbrachialis ossium & primi pollicis ossis ad brachiale connexus 86.b
Posthbrachialis ossium interualla 88.b
Posthbrachialis uoce utendum 87.b
Præcordia dicta quæ 220.b
Prægnantis uaccæ, capræ, ceruæ, aut ouis uterus cuiusmodi 419.a
Prægnantium uterus cuiusmodi 410.a
Prægnantibus uteri os quale ibid.
Præputium 407.b
Præsepiola dentium 34.b
Princeps intestinum 385.a
Principia hominem dispensantia tria esse 65.a
Processus 6.b
Processus à quarto sinu cerebri uentriculos petens 314.a
Processus κωνοειδὴς 47.b
Processus secundæ uertebræ dens appellatus 46.b
Processus mamillaris 23.a μαστοειδὴς scriptorio stylo similis, γραφοειδὴς, σμιλοειδὴς, βελονοειδὴς, ibid. itẽ, temporis ossis portionẽ iugalis ossis constituens ibid.b uertebrarum 6.b
Processus ossium ibid.b
Processus, quẽ Galenus ex abundanti lũborum uertebris ascribit 57.b
Processus superioris seu summi humeri diligens descriptio 73.a
Processus à peritonæo enati 374.a
Processus appendicibus donati alij, alij non 6.b
Processus gallorũ cristæ cõparati 25.a
Processus transuersi colli uertebrarum in animalibus quales 55.a
Processus transuersi primæ uertebræ 47.a

Processus transuersi uertebrarum superiorum thoracis nouem 55.a
Processus uespertilionum alis comparati 25.a 122.b
Processuum ascendentium & descendentium natura 49.a
Processuum differentia 6.b
Processuum femoris, maxillæ, & aliorum delineatio 4.a
Processuum numerus 49.b
Processuum, qui aut olfactus organum sunt, aut ipsi præcipuè subministrant, ortus 328.b
Processum secundæ uertebræ dentem appellari 46.b
Processuum transuersorum ceruicis uertebrarum natura 48.b
Processuum transuersorum colli uertebrarum ductus 55.a
Proceßuum transuersorum foramen 48.b
Processuum usus 7.a
Προκυπτίον 127.b
Promanus ibid.a
Προμετωπίδιον 182.b
Propagines à 1 & 2 sinibus duræ membranæ enatæ 313.b à tertio ibid. à quarto 314.a
Proræ os 122.b
Proræ suturæ ibid.a
Προσκολλήματα λεπιδοειδῆ 20.b
Prosperi Marcelli obitus 395.a
Πσαλλιδοειδὲς corpus 489.b
Πσαλλοειδὲς cerebri substantia cur ita uocata 486.a
Πσόαι musculi 226.a
Πσοιῶν uertebræ 126.b
Πτέρνα 107.a 127.b
Πτερυγοειδεῖς processus 25.a
Pubis os 93.b 127.a
Pubis os cur maximo foramine peruium & dein ipsius sinus & tubera 96.a
Pubis os in uiris, cur teres crassumq; sit ibid.b
Pubis ossis foramen cur θυροειδὲς uocatum 96.a
Pubis ossis historia 95.b
Pubis ossa qui dirimenda 432.b
Pubis ossium anterior sedes cur sit aspera 96.b
Pubis ossa an usquam puellis nuper natis distungantur, facilioris partus gratia ibid.a
Pubis ossa mulieribus in partu non recludi 96.a
Pubis ossium pars superior, quæ inuicem committuntur, cur exasperetur 96.a
Pudibundum os 127.a
Puellarum duarum non uulgariter nobilium historia 412.b
Puellis cur uteri fundus multo minor quàm prægnantibus, & qui iam diu coierunt, uel aliquando uterum gesserunt 411.b
Puerorum dentes quales 35.a
Pueris quomodo dentes eruendi 35.a
Pueros domi sedulò dißecandi rationem ueteres olim docuisse 5.b
Pulmo cur instar promptuarij cordi circumponatur 461.a
Pulmo in quot lobos seu fibras diuidatur 450.a
Pulmonis anterioris sedis delineatio 440.b item posterioris ibid.
Pulmonis causa hominem collo donari 46.a
Pulmonis cordi inuoluti delineatio 436.b
Pulmonis superficies quales, item connexus 450.b substantia, uasa, tunica, nerui ibid.
Pulmonis examen 464.b
Pulmonis fibrarum seu loborum delineatio 437.a 440.b
Pulmonis lobum in homine nullum cauæ caudicem suffulcire 450.a
Pulmonis uasorum ratio 450.b
Pulmone carentia animalia etiam dextro cordis uentriculo carere 461.b
Pulmonis dilatatio quid 446.a
Pulmonis examen 467.b
Pulmonis forma 449.b
Pulmonis flaccidi forma 450.a
Pulmonis in homine nullum lobum cauæ caudicem suffulcire 450.a
Pulmonis inflatio 465.b
Pulmonis motuum examen 510.a
Pulmonis situs, numerus 449.b
Pulmonis usus, & constructionis ipsius ratio 451.a
Pulmonem thoracis sequi figuram, non thoracem pulmonis 66.a
Pulmonum gratia homini collum datum 46.a
Pulsuum autor cor. 460.a
Pupilla 498.a
Puppis capitis os 122.b
Puppis sutura ibid.a
Πύγων 126.b
Πύελος 495.a
Πύλωρος 376.a
Πύριγος & πυριγοειδὴς processus. 47.b
Pyxis os 122.b

Q

Quadratum os cuiusmodi 127.b
Quadrupedum cum hominis cruribus ac pedibus simulitudo 106.a
Quadrupli dentes 126.a
Quaterij dentes ibid.
Quatrio tali tuber cur dicatur 106.b

R

Rabinos saccosos cæcosq; amplum illud coli intestini initium, saccum, uel ut ipsi loquuntur, orbum & monoculum neutiquam esse, turpiß. contendere 384.b
Radius 80.b 126.b
Radius, cur motu laterali destitutus 10.a
Radij ad humerum articulatio 81.a
Radij ad ulnam articulatio 82.b
Radij cum ulna & humero motus 10.a
Radij duo 113.b
Radij & brachialis externa sedes qualis 83.b
Radij & brachialis externæ sedi cur multi & uarij sinus insculpti 83.b
Radij inferioris historia 82.b
Radij nomina 126.b
Radij obliquitas 82.a
Radij per ipsius longitudinem læuitas et asperitas 82.b
Radij sinus deducendis locandisq; musculis, & ipsorum tendinibus apti 83.b
Radium ab ulna in hominibus & animalibus brutis multum distare 82.b
Radium brachiali nectentia ligamenta ibid.
Radium cum humero nectentia ligamenta 244.a
Radium in pronum ac supinum mouentium musculorum descriptio 240.a primus ibid. secundus & tertius ibid.b quartus ibid.
Radium pronum & supinum constituentium musculorum delineatio: primi 146.b secundi 144.b tertij 146.b quarti 161.a
Radium mouentium musculorum administratio 246.b
Raia piscis 174.b
Ramices molles, quos carnosos uulgus appellitat, ex omenti prolapsu incrementoq; potißimum progigni 380.b
Rascha 127.a
Raseta ibid.
Raseta pedis 127.b
Rasetæ ossa 127.a
Rasga 127.b
Rationis ossa 122.b
Rationis sedes cerebrum 460.a
Rectum intestinum 385.b
Rectum intestinum attollentibus musculis nullus opponitur 250.a
Rectum intestinum quod, & cuiusmodi 385.b
Recti intestini a colo differentia. ibid.
Recti intestini tunicæ ac fibræ uenæ & arteriæ, & nerui ibi.
Recti intestini situs ratio 386.b
Recti intestini musculorum descriptio 250.a

250.a sedem attollentium ibid.b orbicularis & administratio ibidem. delineatio ibid.a
Recti intestini musculi 386.a
Recti intestini musculorum examen. 433.a
Recrementum duplex in iecoris sanguificatione 391.b
Renis canini et caprini ad humanum differentia 398.a
Renum arteriæ 309.a
Renum cur alter altero elatior 396.b
Renum fabrica negligentius ab Anatomes professoribus expensa 397.b
Renum forma 397.b
Renum in internis sedibus conformatio 397.b
Renum magnitudo, & substantia 397.b
Renum munus 398.b
Renum numerus, situs, & usus 396.b
Renum sinus cuiusmodi 398.a
de Renum sinibus falsa quorundam persuasio 397.b 398.a
Renum situm esse plerunque uarium. 297.b
Renum tunicæ ac nerui 398.b
Renum tunicarum, totiusq; adeo eorundem fabricæ examen 431.a
Renum uertebræ 126.b
Renibus oblatæ uenæ & arteriæ 397.a
Respiratio naturalis quomodo fiat. 440.b
Respiratio non naturalis uulgò quæ uocetur ibid.
Respirationis, & pulsus idem usus. 441.a
Respirationem homini cur summus rerum Opifex concesserit 218.a
Rete & reticulum 382.a
Reticularem plexum sub cerebro, uti Galenus illum describit, nullum esse. 493.b
Retorta 184.a
Ῥαβδοειδὴς sutura 122.b
Ῥαγοειδὴς tunica 498.a
Ῥάχις 42.b 126.a
Ῥαφὴ 11.a
Ῥωὰ 126.b
Ῥώξ, oculi tunica 498.a
Risorij dentes 126.a
Risus autor cur lien uulgò dicatur. 396.a
Rostrum porcinum 126.b
Rotator processus 27.b
Rotatores femoris processus 6.b 27.a
Rotula genu 127.b

S

Sacrum os, ἱερὸν 126.b
Sacri nomine cur poetæ Ilium, mare, famem, etc. uocent. 59.b
Sacrum seu amplum os quid ibid.
Sacri ossis anterior sedes cuiusmodi 60.b
Sacri ossis appellatio 63.b
Sacri ossis constitutio 43.a 44.a descriptio 59.b
Sacri ossis & coccygis figuræ 58.b 59.a
Sacri ossis, & ipsi adnexorum ligamenta 269.a
Sacri ossis foramina neruis emittendis parata 60.b
Sacri ossis latera cuiusmodi 60.a item superior & inferior sedes cuiusmodi ibid.
Sacri ossis lateribus commissa ossa, in pueris tribus ossibus formari 11.b
Sacri ossis lateribus ossa commissa, inuicem in pube coalescere ibid.
Sacri ossis ossium inter se connexus 59.b
Sacri ossis posterior sedes cuiusmodi 60.b
Sacri ossis posterior sedes cur insigniter aspera sit, ac ueluti cariosa ibid.
Sacri oss s sex ossa 114.a
Sacri ossis spinas omnes deorsum spectare 60.b
Sacro osse quinque ossibus tantum extructo, quid eueniat 61.a
Sacrum os et coccygis quomodo Galenus descripserit 61.b
Σαγήνη 382.a
Sagittale os 122.b
Sagittalis sutura 122.b
Sagittalis suturæ nomina ibid.
Sanguificationis in iecore modus ac ratio 373.a 391.b
Sanguinis in iecore generatio cuiusmodi 373.a
Sanguificationis organum primarium iecur 391.b
Sanguineus cordis uentriculus dexter cur appellatus 461.a
Σκάφιον 122.a
Σκαφοειδὴς os 107.b 127.b
Scapula 126.b
Scapulæ anguli tres, ac laterum eius plenior descriptio 71.b
Scapulæ anterior, seu costis proximas sedes 72.b
Scapulæ basis 71.a
Scapulæ basis appendices ibid.
Scapulæ basis cartilago ibid.
Scapulæ utriusque basis cartilago 114.a
Scapulæ basis quà appendicibus decoratur, substantia 74.a
Scapulæ caput 126.b ceruix 71.b
Scapulæ ceruicis longitudo 71.b
Scapulæ forma triangularis 71.a
Scapulæ interioris & inferioris processus nomina 126.b
Scapulæ nomina ibid.
Scapulæ oculus ibid.
Scapulæ posterior sedes, seu dorsum 72.b
Scapulæ spina 73.a & 126.b
Scapulæ sinus cur non admodum celetur: nec eius longitudo & amplitudo, humeri capitis longitudini & amplitudini respondeat 72.a
Scapulæ superior processus, qui summus humerus dicitur, quibus tantum animalibus obtigerit 73.b
Scapulæ superioris inferiorisq; laterum differentia 71.b
Scapulam in hominibus, & quæ clauiculis donantur animalibus, ligamentorum auxilio clauiculæ contexi 71.a
Scapulæ duæ 113.b
Scapularum quatuor figuræ 70.a 70.b descriptio ibid. item situs & nexus 71.a earundem uarius usus ibid.
Σκέλος Galeno quid dicatur 127.a
Σκληρότης oculi tunica 499.a
Σκωληκοειδεῖς cerebri processus 491.b
Scoptula 126.b
Scoptulum opertum ibid.
Scriptorio stylo similis processus 23.a
Scrotum siue scortum quid 402.a
Scutiforme os 127.b
Scutiformis cartilago 112.a
Scutiformem cartilaginem, in uiris præsertim, geminam obseruari ibid.a
Scutum 126.b
Scutum cordis ibid.b pectoris ibid.
Sectionis inter cutem & carnosam membranam discrimen, & dein inter carnosam et subditos illi musculos 182.b
Sectionis ordinem pro cadauerum opportunitate esse uariandum 426.b
Secunda, seu secundina quid 420.a
Sedes caluariæ, lapidosa dicta 122.b
Sedes, cui femur ad tibiam articulatur 101.a
Sedes inferior 126.b
Semen muliebre cur sit humidius atque frigidius uirili 414.b
Seminis inuoluntario fluxu laborantes, qua sede ulceribus potissimum infestentur 407.b
Seminales arteriæ 309.a
Seminales arteriæ qui in ortu obseruandæ 431.a
Seminalium dextram uenam à dextri renis uena, sinistram ex cauæ caudice nequaquam enasci 403.b
Seminalium uasorum in muliere examen 433.b
Seminalium uenarum in uiris & mulieribus series 298.a
Seminaria uasa mulieribus cuiusmodi 413.a
Senan 122.a
Senasem 116.a
Senes cur minus dorsum mouentes & extendentes, adeò incuruentur 50.a

Senum caluariæ futuris destitutæ 20.a
Sensus communis os 122.b
Sensus ac sapientiæ & intellectus dentes 126.a
Sensus ogana, cur mollioribus neruis opus habeant: reliqua uerò, quæ mouere necessum est, durioribus 324.b
Sensum seruato motu perire, & contra 347.b
Septum, eiusq; foraminum, non esse obstaculo, quo minus cibus è uentriculo superiora repetat 375.b
Septum transuersum, seu musculus utrique lateri communis 220.b
Septi transuersi figura qualis 174.b
Septi transuersi foramina 221.a
Septi foramina Galenus ex Hippocratis sententia duo, Vesalius autem tria statuit 221.b
Septi trãsuersi functionis examẽ 509.b
Septi transuersi munus 221.b
Serotini dentes 126.a
Serra 122.a
Serrata compago 11.a
Σεσαμοειδῆ ossicula 127.b
Sesaminis ossicula cuiusmodi adnumerari possunt 92.a
Sesamina ossicula in singulis manibus ut minimum duodecim occurrere 113.b
Sesamina ossicula cuiusmodi sint 91.b quot in manu occurrant ibid. quot in pede obseruentur ibid.
Sesaminis ossibus in tendinibus digitos pedis & manus extendentibus respondentium sedium examen 372.b septimi & 8. pedem mouentium ibid. decimisexti digitos mouentium ibid.
Σιάγων 126.a
Sibilus pro gargareone 449.a
Σιγματοειδὴς processus 72.a
Σιγμοειδὴς processus 126.b sinus 81.a
Συγμοειδεῖς cartilagines quæ 445.b
Simiæ ab homine in tendine pedi subnato differentia 262.b
Simiæ ad hominem differentia ibid.a
Simiæ caudatæ lumborum uertebram dextra facie expressam habent 57.b
Simiæ sceleton Vesalius Ioanni Andreæ Albio Bononiæ confecit 57.b
Simiarum & canum ossa sub lumborum uertebris reposita, describuntur, ut Galenum bruta potius quàm homines secuisse patefiat 62.b
Simijs & canibus pauciores quinque in lumbis esse uertebras 47.a
Simijs nullum adipem, sicut hominibus, inter membranam & cutem interuenire 181.b
Similares & instrumentariæ corporis partes cuiusmodi 416.a
Siminea 126.a
Sinus, ad quem decimus femur mouentium musculus uoluitur 95.b
Sinus humero excipiendo paratus 71.b
Sinus inter anteriorem & posteriorem coxendicis regionem, quo crassissimus corporis neruus fertur 95.b
Sinus inter tali cum calce commissuras apparens 107.a
Sinus ossibus quibusdam peculiaris 2.a
Sinus, ceruicisq; scapulæ superior pars, cur procerius quàm inferior extuberet 121.b
Sinus articulationis causa nõ parati 9.a
Sinus ad calloss corporis latera obuij 486.b
Sinus & capita ossium articulorum causa constitui 8.b
Sinus in thoracis uertebris quales 59.b in lumborum uertebris quales ibid. in ceruicis uertebris quales ibid.
Sinus primæ uertebræ, capitula secundæ excipientes 58.a
Sinus quibus costæ ad uertebrarum articulantur corpora 53.b
Sinus quibus occipitis os inarticulatur 46.b
Sinus seu acetabula in ossibus quæ 8.a
Sinus uertebrarum impares 49.b
Sinum in ossibus usus 8.b ac differentiæ ibid.
Sinuum medullam continentes appendices, non esse opercula 6.a
Σωφρονιστῆρες dentes 126.a
Soporalem arteriam commune foramen cum tertio pari neruorum nequaquam obtinere 494.a
Soporalem arteriam dextram caluariam petentem, per unum foramen indiuisam non ingredi 494.a
Spatula 126.b
Σπερματικὸς πόρος 404.b
Σφηνοειδὲς os 21.a 122.b
Σφιγκτὴρ 250.b
Σφυρὰ 102.b 127.b
Σφυρὰν malleum, τὰ σφυρὰ talos ab Anatomicis uocari 127.b
Spina 94.b 126.a
Spina cur appellatum tibiæ os 103.a
Spina uertebrarum lumborum qualis 57.b
Spinarum & transuersorum processuum ductu cur animalia ab homine discrepent 55.a
Σπονδύλιον 126.b
Σπόνδυλος 7.b
Σπόνδυλοι 126.a
Σπογγοειδὲς 25.a
Σπογγοειδὲς os 126.a
Squamam anteriorem frontis ossis Gallico morbo erosam, aut uulnere perfractam, ex cauitate sua tantum aeris emittere, ut candelæ lumen extinguat 37.b
Squamæformes suturæ 122.b
Squamosæ conglutinationes cur potius in temporibus quàm futuræ occurrant 20.b
Squamosæ temporum commissuræ 20.a
Σταφυλὴ cur pro gargareone 449.a
Στελεχιαῖα dicta uena 288.b
Στεφάνη 122.a
Στεφανιαῖα ibid.a
Στέρνον 65.b 126.b
Στῆθος 65.b 87.b 126.b 127.a
Στῆθος pedis 108.b
Στολίδες 182.b
Στόμαχος 375.a
Stomachus cur duabus tantum fibrarum differentijs, scilicet rectis atque transuersis, indiguerit ibid.
Stomachus cur non obliquis fibris indigeat ibid.
Stomachus cur non dextram septi sedem perforet, rectaq; in uentriculum ex dextro dorsi latere porrigatur. ibid. b
Stomachus iuxta quintam thoracis uertebram, cur potius ad dextra arteriæ quàm ad sinistra explicetur ibid.b
Stomachi examen 466.a
Stomachi anterior facies 360.a posteriori facies ibid.
Stomachi fibræ cur duplices solum. 375.a
Stomachi situs & incessus ibid.b
Stomachi obliquus ductus, cur neruis etiam accommodus sit 376.a
Stomachi oris clypeus 126.b
Stomachi substantia, forma & tunica 385.a
Stomacho cur glandulæ crebrò adnatæ 376.a
Stomachum non eodem cum arteria magna uti foramine septi 375.b
Stomachum non esse angustiorem, quà uentriculo continuatur, quàm in ceruice 376.a
Styli 121.b
Στυλοειδὴς processus 23.a 81.b 122.b 127.a
Supercilia 8.b
Supercilia in coxendicis ossis sinu cur altissima, & maximè prominentia conspiciantur ibid.
Sura quid 101.a 127.b
Sura tibiæ uenter ibid.
Suis uiuæ asseri alligatæ sectio 509.b
Sues & boues lienem magis albicantem habere, homines uerò nigricantem, canes denique splendidius ipso iecore rubentem 394.b
Summus humerus 126.b
Summi humeri appellatio 72.b 74.a & usus ibid.
Suram constituentes musculorum uentres 263.a
Suspensi cuiusdam Patauij historia 404.b

Sutura 11.a
Sutura coronalis 19.b 122.b lambdoides, &c. ibid.
Sutura cuneiforme os circunscribens, quibus sedibus occurrat 21.a eiusdem interuallum ibid.b
Sutura frontis & maxillæ homines destituti 31.b
Sutura, frontis os à maxillæ ossibus dirimens 21.b
Sutura instar teli, ueru, aut uirgæ, secundum capitis longitudinem prorepens 122.b
Sutura ὀβελιαῖα 19.b
Suturæ capitis figura 15.b
Suturæ interuallum cuneiformi & frontis ossi commune 21.b
Suturæ nomina 122.b
Suturæ non naturalium capitis figurarum 20.a
Suturam frontis & maxillæ in canibus caudatisq; simijs manifestissimam esse 31.b
Suturam inter dentium præsepiola in canibus aut simijs ductam, à supercilioorum medio deorsum continuo progressu minimè ferri ibid.
Suturæ capitis ossibus & alijs communes 21.a
Suturæ Λ imitantis additamenta ibid.
Suturæ octauum capitis os circumscribentes ibid.
Suturæ ῥαφαὶ 122.a eorumq; nomina ibid.
Suturarum capitis delineatio 17.b 18.a ratio 9.a
Suturarum coitus qualis 11.b
Suturarum squamæformium nomina 122.b
Suturarum uoce plerosque etiam harmonias complecti 11.b 20.a
Suturarum usus 19.b
Suturis capita quædam destitui 20.a
Suturas capitis etiam in interna caluariæ sede conspici ibid.b
Suturas & harmonias nullius corporis interuentu committi 12.a
Σύμφυσις ibid.a
Συναρθρωσις 9.b 12.b
Synarthrosis motus qualis 12.b
Synarthroseos uocem quomodo Galenus acceperit ibid.
Συγχόνδρωσις 12.a
Syncipitis ossa 122.b
Συνδέρωσις 12.a
Συσσάρκωσις ibid.
Syphones 121.b
Σύριγξ ἱερὰ 42.b
Συζυγωδῆ 126.a

T

TActus cur toto corpore æqualiter fusus 14.a
Tactus instrumentũ 501.b
Talus, ἀστράγαλος, et ἄστριος 122.b 127.b
Talus appendice caret 7.b
Tali ad calcem contextus 106.b
Tali ceruix 5.a
Tali cum calce commissurarum sinus 107.a
Tali cum osse cymbam referente articulus ibid.
Tali delineatio 4.a
Tali hominis tuber cur πτέρνα uocetur 106.b
Tali hominis situs, ac ipsius cum tibiæ osse et fibula articulationis ratio ibi.
Tali nomina 127.b
Tali posterioris sinus, quibus tendines deducit 106.b
Tali sinus, quibus a tibiæ osse & fibula ligamenta assumit 106.b
Talum ante sectionem tactui non occurrere 102.a
Talum falsò appellari à quibusdam exteriorem malleolum ibid.
Tali duo 113.b
Tarsus 108.a 127.b
Tarsi descriptio 108.a
Tarsus cur non sit mollis, perinde ac reliqua palpebra 184.a
Tarsi ad brachialis constructionẽ proportio 108.a
Tarsi nomine quid Græci intelligant ibid.
Tarsi nomina 127.b
Tarsi ossa in utroq; pede quatuor 113.b
Tarsi tria ossa interiora 108.a
Tarsi ossium formam & quantitatem uariam esse ibid.
Tarsi ossium struem, Latini plantam minus proprie appellarunt. ibid.
Tarsi quartum & extimum os ibid.
Ταρσῶν appellatio 110.a
Temporalis et masseteris examen 467.a
Temporalis musculi administratio. 191.a
Temporales plagæ cur soporiferæ Hippocrati dictæ 25.b
Temporales suturæ 122.b
Temporalium musculorum læsione quæ mala inducantur 25.b
Temporalibus musculis quomodo Natura prospexerit ibid.
Temporis ossis cauitas 23.a
Temporis ossis processus, iugalis ossis portionem constituens 23.b processus styli acus ue imaginem referentis nomina 122.b processus uberis papillam referentis nomina ibid.
Temporum musculi malè affecti, quas noxas inferant 25.b
Temporum ossa 122.b eorumq; circunscriptio 23.a
Temporum ossa qualia esse oportuerit. 20.b
Temporum ossium ansæ 122.b & nomina ibid.
Tendo latescens, cuti plantæ subnatus 262.a
Tendinem capite musculi cur nonnulli crassiorem esse dicant 171.b
Tendinem ligamento, non autem neruo respondere ibid.a
Tendines & eneruationes quando musculis dentur 172.b
Tendines, quibus uermiformes processus continentur 491.b
Tendines uermiformium processuum apud Galenum nihil aliud esse, nisi tenuis membranæ portiones ibid.
Tendinum digitorũ insertiones 238.a
Tenon uertebra 126.a
Tenuis membranæ in cerebri reuolutionibus auulsio 501.b
Tenuis membranæ detectio 501.a
Tergum 126.a
Testiculorum malum granatum 127.b
Testis caput quid Galeno 402.b
Testis inuolucrum intimum cuiusmodi 402.b
Testis musculus exteriori ipsius inuolucro innatus ibid.
Testis nerulus 403.b
Testis tunicæ exterioris apertio, uasorumq; seminalium detectio 432.b
Testem interdum unum tantum, interdum tres in homine reperiri 401.b
Testem sinistrum petentium uasorum examen 432.a
Testes ouorum nomen, & præcipuè ab Arabibus, inuenisse 401.b
Testes mulierum cuiusmodi 412.a
Testes muliebres, uirorum multo minores esse 412.b
Testium constructionis ad iecur collatio 405.a
Testium muliebrium situs delineatio 367.a
Testium in mulieribus musculorũ descriptio 217.a & administratio 218.a
Testium cum suis musculis delineatio 364.a
Testium singulorum priuata inuolucra 402.a
Testium substantiæ insertæ uenulæ 401.b
Testium uasa duplicia cuiusmodi 401.a
Testium & uasorum seminalium examen 432.a
Testium uenæ cuiusmodi, earumq; ortus 403.a & cum arteria connexus ibid.b

Testium in uiris musculorum descriptio 217.a eorum usus ibid. administratio ibid.b
Testium uirilium ratio 401.a
Testium muliebrium & uasorum seminalium ratio 414.b
Testium muliebrium forma 412.b et in uolucra ibid.
Testium muliebrium sinus, & in illis contentus humor ibid.
Testium & natium cerebri examen 502.b
Testium & natium cerebri numerus, situs, substantia, forma, usus 490.b
Testium & penis à suis inuolucris detectio 432.a
Testium inuolucra utrisq; testib. communia 402.a priuata utriusq; ibid.
Testium musculorum administratio 217.b
Testium partium constructionis ratio 405.a
Testium situs ac numerus 401.b forma & substantia ibid.
Testium substantia an seminis facultate sibi ingenita sit procreatrix 405.a
Testium situs examen 432.a
Testibus sanguinem ac spiritum deferentium uasorum numerus & ortus 403.a
Testudinis cameræ ue in modum formatum corpus quid 489.b eiusdem situs, substantia, nexus, inferior sedes ibid. superior sedes et usus 490.a
Testudinis modo efformati corporis examen 502.a
Τέτραφορον tali tuber cur uocetur 196.b
Tharuca 127.b
Therſitæ caput φοξὸν cur 14.b
Thorax quid 65.b
Thorax cur tot ossibus constet 66.b
Thoracis clypeus & scutum 126.b
in Thoracis fabrica rerum Opificem ad quatuor potissimum scopos attendere oportuit 66.a
Thoracis figura oualis ibid.
Thoracis figuram sequi pulmonem, non thoracem pulmonis ibid.
Thoracis ligamenta 224.a eorumq; administratio ibid.b
Thoracis motus causa 66.a
Thoracis motum iure arbitrarium esse 218.b
Thoracis nomine quæ significentur 453.b
Thoracis ossium necessitatem testudines pulcherrimè edocent 66.a
Thoracis ossa ibid.a
Thoracis ossium uariæ figuræ 64.a
Thoracis prima uertebra cum 11 et 12 quid habeat proprium 53.b
Thoracis situm cur elatiorem esse quàm stomachi oportuerit 375.a
Thoracis uertebræ XII 113.b 126.b
Thoracis uertebrarum corpora quomodo inter se discrepent 59.b
Thoracis uertebrarum corporibus quid commune ibid.b
Thoracis uertebrarum corporibus etiã substantiæ ratione quandam accedere differentiam 53.b
Thoracis motum an musculi brachium aut scapulã mouẽtes adiuuent 222.b
Thoracis motorum musculorum descriptio 218.a primus in altero latere thoracem mouentium ibid. secundus ibid.b tertius canum thoracem mouentium, quo homines destituũtur ibid. item tertius hominis, qui canum & simiarum quartus est ibid. quartus hominis, simiarum sextus 219.a quintus hominis, simiarum septimus ibid.b item quintus canum, quo humanus thorax destituitur 219.a sextus hominis, simiarum octauus ibid.b
Thoracis musculi intercostales 220.a
Thoracis musculis septum quoque adnumeratur, & eius traditio tota 220.b
Thoracis uertebrarum foramina 49.b
Thoracis uertebrarum figuræ 52.b itẽ, quot numero plerunq; 53.a 55.b
Thoracis uertebrarum processuum numerus 56.a
Thoracis uertebris transuersi processus cuiusmodi 54.a
Thoraci cur musculi interponantur 66.a
Thoracem mouentium musculorum administratio 223.a eorundem delineatio: primi 142.a secundi 130.b tertij 156.a quarti ibid.b quinti ibid. sexti 150.a intercostalium musculorum delineatio 152.b
Thoracem mouentium musculorum numerus ac necessitas 218.b
Thoracem, ut Aristoteles dixit, non esse uniuersum corporis truncum, quẽ à iugulo ad pubem usque metimur 65.b
Thoracem mouentes musculi necessariò ad thoracis dilatationem & compressionem facti, & eorundem ratio 218.b
Thoracem mouentium musculorum enumeratio, & quando illi suo fungantur munere 222.b
Thoracem mouentium musculorum numerus uniuersus ibid. & quando singuli functionem obeant ibid.
Thoracem mouentium musculorum sex, non intercostalium functio 218.a primi, secundi, tertij ibid. quarti 219.a quinti, sexti ibid.b
Θυμὸς 292.b
Θυροειδὴς cartilago 112.a
Tibia 101.a 127.a
Tibiæ appendix 102.b
Tibiæ motus quot 252.a
Tibiæ os 101.a
Tibiæ os cur spina appellatum 103.a
Tibiæ os quid Vesalio propriè uocetur 101.a
Tibiæ os quomodo femori articuletur 101.b
Tibiæ ossis & fibulæ appendices ibid.a
Tibiæ ossis secundum ipsius longitudinem figura 103.a
Tibiæ ossis sinus & tubera, quibus talo articulantur 102.a
Tibiæ ossium figuræ 39.b
Tibiæ uenter, sura 101.a
Tibiam mouentium musculorum administratio 256.a primi secundi ibid. tertij, quarti, quinti, sexti ibid.b septimi octaui & noni ibid.b Eorundem delineatio: primi 137.a secundi 120.a tertij 153.b quarti & quinti ibid. sexti 137.a septimi 144.b octaui. ibid. noni 140.a
Tibiam mouentium musculorum descriptio 251.b primus 252.a secundus ibid.b tertius ibid. quartus 253.a quintus ibi.b quintus iuxta Galeni sententiã 254. iuxta ueritatẽ ibid. sextus ibid.b septimus, octauus & nonus 255.a b
de Tibiam mouentibus musculis Galeni sententia uaria 254.a
Tibiarum ossa duo 113.b
Tintinnabulum pro gargareone 447.a
Τομεῖς dentes 126.a
Τόνος unde 223.b
Tonsillæ, earumq; usus 376.a
Tonsillæ faucium quæ 448.b
Tonsillarum examen 467.b
Torcular 473.b
Torcular cerebri quid 314.b
Trachametra maior 127.b
Τράχηλος 8.a 126.a
Τριγλώχινες processus 458.a
Τριχίασις, id est pilaris morbus mamillarum, cur parum rectè ab Aristotele sit assignata 423.b
Τροχαντὴρ μέγας 127.b
Τροχαντῆρες femoris processus 98.a
Tubercula illa, quæ subflaua, & dimidiatæ pisæ similia sunt, in muliebri aut a sinæ utero nulla reperiri, sed in uacci no, & alijs quibusdã animalib. 419.a
Tunica cilijs & palpebrarum pilis comparata 498.b
Tunica costas succingens quid 441.b eiusdẽ nomẽ, situs, magnitudo, figura ibid. superficies qualis, quisq; earũ ad alias partes nexus ibid.

Tunicæ succingentis costas foramina 442.a substantia ibid.
Tunica costas succingens altera ueteribus dicta quæ 442.a
Tunicæ costas succingentis secundæ examen 467.a
Tunicæ costas succingentis usus, eiusdemq; constructionis ratio 442.b
Tunica oculi adhærens, alba ue 499.b
Tunica oculi dura, à cerebri dura membrana educta 499.a
Tunicula, cepis pelliculæ modo pellucida, anteriorique humoris crystallini sedi obnata 497.a
Turdulorum gentis quosdam Aristoteles septenis costis creari dixit 66.a
Τύλη 423.a
Τυλλοειδὴς cerebri substantia 486.a
Tympanum ossa 122.b
Τυελὸν foramen 39.a
Τυφλὸν intestinum cuiusmodi 384.b

V

Vaccæ prægnantis uterus cuiusmodi 419.a
Vaccini aut caprini uteri historia 416.a
Varium os 127.b
Vas semen deferens, Herophilum σπερματικὸν πόρον appellasse 404.b
Vasis semen à teste ad uesicæ ceruicem deferentis historia 404.a
Vasis semen deferentis structuræ ratio 405.b
Vasa & nerui, quibus peritonæum implicatur 374.b
Vasorum corporis robori quomodo natura prospexerit 277.b
Vasorum per lienis corpus series 394.b
Vasorum seminalium circa testem, ac ipsius adeò testis examen 432.b
Vasorum seminalium sinistrum testem petentium ortus examen 431.b
Vasorum testi materiam deducentium ortus ratio 405.a
Vasorum testibus sanguinem ac spiritum deferentium numerus et ortus 403.a
Vasorum ad testes ductus 403.a
Venalis arteria cur sit pulmoni utilis 451.b
Venalis arteria, eiusq; ortus 457.a
Venalis arteriæ corporis ratio 462.a
Venalis arteriæ & magnæ arteriæ membranarum usus 462.b
Vena quid 274.b & qualiter à mẽbrana corpus eius differat ibid.
Vena ab umbilico iecori deducta, qua fœtus nutrimentum accipit, quæq; post partum exanguis inutilisq; efficitur 379.b
Vena absque coniuge, & paris expers dicta 290.b
Vena arterialis, eiusq; ortus 457.a
Vena axillaris 285.b
Venæ axillaris diuersa nomina à medicis poni 286.a
Venæ axillaris & humerariæ per brachium cubitumq; & manum series 295.b
Venæ axillaris in brachio consistentis series 296.a
Venæ axillaris in duos truncos præcipua distributio 296.b
Venæ axillam adeuntis ortus 222.b
Venæ axillaris portionis cutem subeuntis series 296.b
Venam axillam petentem, priusquàm brachium subeat, aliquot ramos spargere 293.a
Vena ἄζυγος dicta 290.b
Vena per pubis ossis foramen femur petens 299.b
Vena superiora costarum interualla petens 292.b
Venarum quæ per brachium distribuuntur appellationes uariæ 284.b axillaris & asellaris, auris, basilica, capitis uena, & cephalica, & communis, corporalis, cubiti interior & exterior, funis brachij, humeraria, iecoraria, linearia, media, mediana, nigra, obliquæ dictæ uenæ, ὠμιαῖα, ocularis saluatella, & salubris, spatularis, syelen 285.a b & deinceps
Vena caua 288.b
Vena caua, eiusq; ortus 456.b
Vena caua quomodo arteriæ magnæ supra sacri ossis initium subijciatur, & ipsius series 298.b
Venæ cauæ ad iugulum incessus, et ipsius inibi bipartitio 292.b
Venæ cauæ caudex in qua iecoris sede consistat, ramosq; primùm proferat 289.a
Vena caua quo pacto portæ committatur, & in iecur ramos diffundat, descripta 287.b
Venæ cauæ distributionis descriptionem à iecore incipiendam esse 288.b
Venæ cauæ exortum, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributione, ridiculè & nugaciter hactenus à quibusdam Anatomicis, literis proditam esse 390.b
Venæ cauæ in iecore series 288.b
Venæ cauæ liberæ ab omnibus partibus & integra delineatio 283.a
Venæ cauæ membranæ nomina 288.b 458.a
Venæ cauæ orificij in cor pertinentis usus 461.a
Venæ cauæ ortus apud authores controuersus 285.b
Venæ cauæ ortum è iecore esse imbecilliter à Galeno confirmatum ibid. & quo pacto deinceps
Venæ cauæ partis, quæ supra iecur consistit, distributionis series 289.b
Venæ cauæ partis eius quæ supra iecur consistit, exposita distributio 289.b
Venæ cauæ partem septum transeuntem, illa quæ sub iecore consistit, non arctiorem esse ibid. contra Galenum 287.b
Venæ cauæ per collum caputq; series 293.b
Venæ cauæ per septum transitus, ac ipsius in septum rami, & in cordis dextrum sinum adapertio 290.a
Venæ cauæ portio expressa 275.a
Venæ cauæ portionis ad partes infra septum transuersum locatas, distributæ series 297.b ad renis inuolucrum ibid. ad renes ipsos ibid.
Venæ cauæ rami, lumborum uertebris carnibusq; oblati 298 b
Venæ cauæ ramos caluariam ex altera parte subeuntes, sex esse numero 312.a
Venæ cauæ soboles in crus digestæ 300.a
Venæ cauæ soboles quo pacto in iecoris substantia portæ uenæ propaginibus commissantur, quaq; ratione uena caua iecori eas soboles offerat 287.b
Venæ cauæ supra os sacrum bipartitæ delineatio 286.a
Venæ cauæ totius characterum delineationis index 282.b
Vena caudicis 288.b
Venas cerebri substantiæ non innasci, sed ipsius membranis implicari, membranasq; uenarum modo cauari 312.b
Venæ communis series 297.a
Venæ compositionis usus 275.a
Venam coniugis expertem quo pacto à caua educi oporteri 290.a
Vena cordis basim cinges ibid.
Vena coronalis 291.b
Vena corpus in quo nam a membrana differat 274.a
Vena crassa 285.b
Vena crassa dicta Hipprocati 285 b
Venæ emulgentes cur dictæ 298.a
Venæ cum arteria commixtio & implexus 403.b
Venæ & arteriæ in musculo necessitas 170.a
Venæ & arteriæ in primum duræ membranæ sinum exhaustæ, ipsiusq; sinus series 313.a
Venæ ac arteriæ in testis substantiam, ipsiusq; proximum inuolucrum insertio 404.a
Venam cauam idem præstare iecori, quod magna arteriæ cordi, nerui cerebro

bro 297.b
Venæ humerariæ iuxta cubiti articulum series 295.b
Venæ humerariæ ortus, & priusquam brachium subeat, series 294.a
Vena iecoraria 287.b
Vena inferiori abdominis sedi exporrecta 299.b
Vena iugularis interior, eiusq; series 293.b exterioris ortus atque series ibid.
Vena iugularis interna quibusdam falsò dicta 294.b
Vena magna 282.a 288.b
Venæ maioris femoris series 300.a
Vena mediana seu media, cur communis uocetur 296.b
Venam non unam, sed plures, à liene in superius uentriculi orificium perferri 379.a
Venæ omentum implicantes 381.b
Venæ pari carentis uaria series 290.b
Venæ pari carẽtis series expressa 291.a
Venam pari carentem unde enasci oportuerit 292.a
Venæ portæ descriptio 279.a ramorum in iecoris substantia series ibi.b extra iecur distributio ibid. ad bilis uesicam ibid. ad uentriculi humilius orificium ibid. ad intestinũ duodenum 280.a in duos præcipuos truncos sectio 297.b ad dextram fundi sedem, & ipsi proximam omenti partem ibid. trunci sinistri series 280.a dextri caudicis portæ trunci series 281.a distributionis totius ratio ibid.
Venæ portæ integra delineatio 279.a
Venæ portæ nudæ delineatio, eiusdemq; characterum index 278.b
Venæ portæ propaginum series 277.b
Venæ quatuor in maximum numerum redactæ 276.b
Venæ sub pectoris osse deorsum repentes 292.b
Venæ tertiæ caluariam petentis series 314.b
Venæ, è quibus falsò uirginib. menstruæ purgationes manare creduntur 299.a
Venæ tunica 274.b
Venæ tunica ascitícia, & non peculiaris 275.b
Venæ seminales an à renum uenis oriantur 403.a earumq; ductus ibid.
Venarum cerebri delineatio 311.a
Venarum per abdominis regionem inter cutem & carneam membranam excurrentium administratio 427.a
Venarum arteriarumq; omnium integra delineatio 316.a
Venarum arteriarumq; simul commissarum seriem octo figuræ commonstran tes ibid.
Venarum & arteriarum simul aut citra consortium excurrentium historia unde sit petenda 316.a
Venarum, arteriarum, & neruorum brachij examen 505.a
Venarum arteriarumq; cerebri series 311.a
Venarum, arteriarum, & neruorum cruris examen 506.a
Venarum, arteriarum, & neruorum per abdominis musculos repentium administratio 427.a
Venarum, & arteriarum in intestinis ratio 387.a neruorum ratio ibid.
Venarum, arteriarum & neruorum, quibus membrana costas succingens cõmittitur, usus 442.b
Venarum et arteriarum numerus 277.b
Venarum brachij, cubiti & manus cutẽ perreptantium uaria nomina 285.a
Venarum examen 507.b
Venarum iecoris series 390.b
Venarum mamillam petentium series 423.b
Venarum manus cutem implicantium uariam esse seriem 297.a
Venarum, quæ inter pollicem & indicem, inter annularem & minimum habentur, ignorata series apud medicos ibid.
Venarum quintæ ac sextæ caluariam petentium series 315.a
Venarum radices quot femur petant 300.a
Venarum seriei ratio, & uteri cum nonnullis consortium 425.a
Venarum seriem crebrò uariare 297.a
Venarum sex caluariam ingredientium descriptio 312.a earum quæ in primum duræ membranæ sinum unà cum arterijs exhauriuntur ibid.b tertiæ uenæ series 314.b quintæ ac sextæ ibid. omnium delineatio 311.a
Venarum seminalium series in uiris 298.a sinistræ & dextræ ibid.b in mulieribus ibid.
Venarum uesicæ distributarum ratio 399.b
Venarum uentriculi munus 379.a
Venarum usus 275.b
Venarum uteri fundi humiliorem sedem & ceruicem petentium 433.b
Veneris hortus, seu umbilicus herba 418.b
Venter 376.a
Ventris mappa 380.a
Ventriculus cur γαστὴρ & κοιλία Græcis 376.a
Ventriculus cur sit rotundus & oblongus 376.b
Ventriculus, lien, omentum & mesenterium qui simul eximenda, & quæ in eo opere obseruanda 430.b
Ventriculus sub thorace locatus 375.a
Ventriculi arteriarum munus 379.b
Ventriculi capacitas maxima 431.a
Ventriculi capacitatis & tunicarum examen ibid.
Ventriculi cauitatem respiciens interior tunicæ pars cur pluribus rectis fibris donetur 378.a
Ventriculi anteriorem sedem omento nequaquam integi 380.a
Ventriculi exteriorem tunicam in fundo nõ esse impensè carnosam 378.a
Ventriculi concoquendi facultas quib. auxilijs roboretur 380.a
Ventriculi forma 376.b situs 376.a
Ventriculi historia ibid.
Ventriculi munijs quomodo subseruiant partes ipsi accumbentes, atque ita illius ad alias partes contactus 379.b
Ventriculi nerui 379.a eorumq; usus ibid.b
Ventriculi orificia duo 376.b
Ventriculi inferius orificium cur superiore sit arctius 377.a
Ventriculi orificiorum non par amplitudo ibid.
Ventriculi in orificijs protuberans substantia 377.b
Ventriculi os inferius seu dextrum 376.b
Ventriculi substantia quibus tunicis formetur 377.b
Ventriculi superficies ibid. quantitas ibid.
Ventriculi superiorem partem carnosiorem esse inferiore 378.b
Ventriculi totius munera 379.b
Ventriculo interiori cur etiam obliquæ fibræ additæ 378.b
Ventriculi cerebri Galeno nunc medius, nunc postremus præstantior dictus 489.a
Ventriculi cerebri anteriores non sunt olfactus organa, ut putabat Galenus, & quædam alia 487.b
Ventriculorum cerebri administratio, primorum 500.a tertij ibidem.b quarti 502.b
Ventriculorum cerebri delineatio ubi quærenda 487.a
Ventriculorum cerebri descriptio. 487.a eorundemque numerus. 487.a dexter & sinister ibidem. communis amborum concauitas, quæ tertij uentriculi nomen obtinuit. 487.b quarti uentriculi historia 488.a meatus a tertio uentriculo educti ibid. quid singulis insit uentriculis 488.b quis sit usus 489.a tres priores cerebri uentriculos tenui membrana non succingi ibid.

Ventricu-

Ventriculorum cerebri ſeptum 488. a eiuſdem deſcriptio ibid. uſus ibid.
Ventriculorum & ſinuum cerebri numero, animantia bruta homines non modò æquare, ſed etiam cætera omnia cum ipſis habere ſimillima 489.a & 480.a
de Ventriculis cerebri confutata recentium opinio 479.b
Ventriculum cur natura proximè ori ſubiunxerit 375.a
Ventriculum petentes uenæ & arteriæ 378.b
Ventriculi cerebri anteriorem partem obtuſam & rotundam eſſe 487.b
Ventriculi tertij ipſius cerebri cum meatibus examen 502.b
Ventriculi quarti ipſius cerebri hiſtoria 488.b
Ventriculi quarti cerebri examẽ 503.a
Ventriculorum cerebri dextri & ſiniſtri apertio 501.b
Ventriculi dextri cordis forma 455.b ſiniſtri forma 456.a
Ventriculorum cordis numerus & ſitus 455.b
Ventriculorum cordis ſuperficies 456.a
Ventriculi dextri cordis uſus 461.a
Ventriculus cordis dexter cur ſanguineus appellatus 461.a
Ventriculus cordis ſiniſter, cur ſpirituoſus aereus ue appellatus ibid.a
Ventriculus cordis dexter unde ſanguinem trahat, & ſiniſter unde aerem hauriat ibid.a
Ventriculi iecoris & lienis ſitus examen 428.b
Ventriculorum cerebri numerus 487.a
Ventriculorum dextri ſiniſtriq; ſepti hiſtoria ibid.a
Ventriculorum dextri, & ſiniſtri ſepti examen 501.b
Ventriculorum dextri & ſiniſtri & uaſorum in ipſis conſiſtentium examen 502.a
Vermiformes proceſſus cuiuſmodi ſint 491.a
Vermiformium proceſſuum examen 502.b
Vermiformium proceſſuum uſus qui à Galeno in 8 de Vſu partium traditus 491.a
Verpus 127.a
Vertebra, uertebrum 7.b
Vertebræ nomine quid ueteres intelligi uoluerint 51.b
Vertebræ alicuius ceruicis undecim proceſſus à Galeno aſſignantur, quibus à Veſalio adhuc duo adiecti 49.b
Vertebrarum appendices 6.a 50.a
Vertebrarum colli proceſſus tranſuerſi in animalibus quales 55.a
Vertebrarum colli proceſſuum tranſuerſorum ductus ibid.
Vertebrarum colli undecim figuræ 44.b
Vertebrarum corpora, & quis eorundem uſus 43.b
Vertebrarum corporibus quæ exporrigantur examen 466.b
Vertebram in pueris pluribus conſtare oſſibus 50.a
Vertebrarum in ſenibus nexus ibid.
Vertebrarum ligamenta 228.b
Vertebræ lumborum numero quot 57.a
Vertebrarum lumborum corpora cuiuſmodi ſint ibid.
Vertebrarum lumborum delineationes ibid.
Vertebrarum lumborum uariæ figuræ 56.b
Vertebrarum lumborum foramina 57.a
Vertebrarum lumborum proceſſus quales 55.a
Vertebrarum lumborum aſcendentes proceſſus 57.b deſcendentes proceſſus ibid.
Vertebræ lumborũ quomodo mutuò dearticulentur 55.b
Vertebrarum lumborum ſpina qualis 57.b
Vertebrarum lumborum tranſuerſi proceſſus 57.a
Vertebrarum nexus uarius 11.a
Vertebrarum omnium quæ ſupra ſacrum os habentur, articulationum, quæ iſtis conſtent proceſſibus, quæ ſit ratio 55.a
Vertebra prima in ſuo corpore excauata, cur proceſſu quodam, & tuberculo anteriori ſede augeatur 46.b
Vertebra prima ſpina caret ibid.
Vertebra prima thoracis cum 11, et 12, quid habeat proprium 53.b
Vertebræ primæ cum capite articulationes quales 51.a
Vertebræ primæ foramen, dorſalem trãſmittens medullam 46.b
Vertebræ primæ tranſuerſi proceſſus 47.a
Vertebram primam cum capite ſupra ſecundam duntaxat circumagi, contra Galenum 11.a
Vertebræ ϕοινῶν 126.b
Vertebræ renum ibid.
Vertebræ ſecundæ proceſſum dentem appellari 46.b
Vertebræ ſecundæ dens 47.b
Vertebrarum proceſſus 6.b
Vertebrarum thoracis corpora quomodo inter ſe diſcrepent 53.a
Vertebrarum thoracis corporibus etiam ſubſtantiæ ratione quandam accedere differentiam 53.b
Vertebrarum thoracis corporibus quid commune 53.b
Vertebrarum thoracis figuræ 52.a item, quot numero plerunq; 53.a 54.a
Vertebrarum ſuperiorum thoracis proceſſus tranſuerſi nouem 55.a
Vertebrarum thoracis proceſſum numerus 56.a
Vertebris thoracis tranſuerſi proceſſus cuiuſmodi 54.a
Vertebrarum thoracis ſpinæ 54.a
Vertebris quibus natura motum lateralem conceſſerit 52.a
Vertebram unam in dorſi medio cur utrinque ſuſcipi oportuerit 56.a
Verticis oſſis nomina 122.b
Verticis oſſa utcumque mollia cur duris temporum oſſibus committantur 9.a
Verticis oſſium circumſcriptio 22.a forma ibid.
Ventriculum 7.b
Ventriculi 126.a
Ventriculorum oſſibus fuſorum, quæ in poſteriori ſede acutum educunt proceſſum, nomina ibid.
Veſalius in oue, quæ non ita diu uterum geſſerat, quid uerè ſint uteri acetabula, primùm inſpexit 418.b
Veſalius in uentriculo ſiniſtro cordis alicuius uiri nobiliſs. atque doctiſs. duas glanduloſæ carnis, & ſubnigricantis, libras reperit 15.a
Veſalius quas mulieres ſecuerit 415.b
Veſalij annotationes in Galeni anatomica 243.a
Veſalium non ſatis aſſequi poſſe, quid ſibi Gale. uelit, quòd inteſtinis, ipſiſq; adeò meſenterio uenas efferri teſtetur 388.b
Veſcuet 375.a
Veſica cur membraneo nerueo ue corpore conſtet 399.b
Veſica urinæ receptaculum 399.a
Veſicæ ceruix 400.b
Veſicæ cur muſculus orbiculatim circumducatur 400.b
Veſicæ forma, ſubſtantia ac fibræ 399.a
Veſicæ meatus licet uiris ac mulieribus idem ſit, uiris tamen ad ſeminis quoque eiaculationem ſubſeruire 401.a
Veſicæ ſitus 399.a
Veſicæ tunica cur durior 399.b
Veſicæ uenæ, arteriæ ac nerui ibid.
Veſicam cur ſua eminentiore parte oblongiorem rerum opifex extruxerit 399.b
Veſicam ex triplici fibrarum genere intertextam eſſe ibid.
Veſicula bilis, homines quoſdam carere, ut Ariſtoteles & Plinius cum alijs aſſerunt, Veſalius hactenus nondum comperit 393.b
Veſiculæ bilis meatus, cur duodeno inſertus 392.b
Veſiculæ bilis meatus inſertionis in duodenum ratio 387.b

Vesiculæ bilis meatum in uentriculo rarissimum esse 379.a
Vestigium 108.b 122.b
Veteres pueris domi Anatomen proposuisse 420.a
Veterum plerosque, perinde ac Galenum, multorum animalium anatomiam consusam proposuisse 25.a
Via cur pro gargareone 449.a
Viæ uentriculo cibum potumq; deferentis nomina 377.a
Virginibus proximè nupturis, prominulas in ceruicis orificio caruncul as, ne longius exerantur atque propendeant, amputare Aegyptios consueuisse 410.a
Virginum carnea membrana, inserta collo uesicæ, interius hymen & eugion appellata 408.b cur mulieribus frangatur, & aboleatur ibid.
Virorum capita à mulierum non multum uariare 19.b
Viris ac mulieribus idem costarum numerus 66.a
Viris an mulieribus plures dentes rectè assignentur 35.a
Virilis mẽbri penis ue structura 406.b
Virilis musculi administratio 217.b
Virilis testis musculus unde enatus 217.a
Virilium testium musculi ibid.
Vis ratiocinandi an soli homini rectè tribuatur 473.b
Visorij nerui num sint perforati 329.a
Visoriorum neruorum à cerebro diuisio 503.a
Visoriorum neruorum coitus cui sinui innitatur 37.a
Vitreus humor 497.a
Viua sectio, qua Anatomes speculationi in scholis colophon adhiberi solet 509.a
Vitalis spiritus in quibus cerebri uentriculis copiosissimus habeatur, & quomodo in ipsis feratur 479.a
Vitalem spiritum, animali spiritui materiam suppeditare ibid.a
Vlna 80.b 126.a
Vlnæ ad brachiale ductus, & inferioris ipsius sedis historia 81.b
Vlnæ ossis nomina 127.a
Vlnæ processuum & sinus descriptio 80.b
Vlnæ secundum ipsius longitudinem forma, & utilitas 82.a
Vlnæ & radio, cur nulla foraminula notatu digna, obtigerint 84.a
Vlnæ duæ 113.b
Vmbilici uasorum examen 434.b
Vmbilici uasorum præsectio 428.a
Vmbilici uena quid appelletur 302.a
Vmbilici arteriarum series 302.b
Vmbilici uenæ initium unde exurgat, quæ ue sit ipsius series 302.b
Voluulus 383.b
Vox qualiter fiat 446.b 447.a
Οὐραχὸς & οὐρανὸς meatus quid 421.b
Vrinæ peculiare inter duo inuolucra fœtus receptaculum 421.b
Vrinæ, sudorisq;, ac inuolucrorum cuiusmodi in partu egressus 422.a
Vrinarij meatus initium unde pendeat 398.b
Vrinariorum meatuum ad uesicam, & uasorum semen deferentium ad glandosum uesicæ corpus usque examen 432.b
Vrinariorum meatuum examen 434.a
Vtendi appetitus, generationis organis adiectus 401.b
Vterus qualis in non prægnantibus 408 in prægnatibus qualis 409.a
Vterus muliebris et asinæ, acetabulorum expers 419.a
Vterus quibus partibus adnascatur, & quas solum tangat 413. b in quem modum à peritonæo ligatus pendeat 411.b
Vteri ac uesicæ situs qui obseruandus 433.b
Vteri acetabula quid uerè sint, & quæ primum ita fuerint nũcupata 418.b
Vteri arteriæ & uenæ 413.b
Vteri canini & suilli historia 417.a
Vteri canis non prægnantis expressio 370.a
Vteri ceruix in puellari ætate cur sit reliquis mollior 411.a
Vteri ceruix quibus de causis induretur ibid.
Vteri ceruicis cauitas, nullibi neque uirginibus neque mulieribus coitu exercitatis angustior, sed æquè capax, quà fundo contineatur, & quà in pudendum cessat 410.b
Vteri ceruicis internæ superficiei laterũ ad inuicem nullum esse in uirginibus connexum 410.b
Vteri ceruicis ratione distensionis non eadem latitudo 411.a
Vteri interna ceruicis superficies 409.b externa ibid.
In Vteri ceruicis orificio prominulæ caruncul æ 410.a
Vteri ceruicis ratio 414.b
Vteri ceruicis substantiæ 412.a
Vteri ceruicem pro mulieris libidine turgidiorem, angustiorem et directiorem effici 411.a
Vteri diuisio in fundum & ceruicem 408.b
Vteri forma 409.a
Vteri formæ ratio 414.a item magnitudinis, substantiæ, fibrarum, superficiei, & nexui orificij fundi ibid.
Vteri fundus cur puellis multo minor, quàm prægnantibus, & qui iam diu coierunt, uel aliquando uterum gesserunt 411.a
Vteri fundi orificium 410.b prægnantium quale ibid.
Vteri fundi orificium quoties dehiscit, orbiculare, ut & ceruicis orificium, reddi 410.b
Vteri fundi orificium si ita ut ceruicis orificium ex mulieris arbitratu aperiri posset, quæ noxa inde consequeretur 410.b
Vteri fundi ceruicisq; parem in non prægnantibus longitudinem statuere, absurdissimum esse 411.a
Vteri fundus cur leui opera deorsum ac sursum agi possit 408.b
Vteri fundi sinus 411.a cuiusmodi, ibid.
Vteri fundi substantia 411.b
Vteri fundi tunica ubi sit crassissima 411.b
Vteri fundi interior tunica ibid.
Vteri muliebris magnitudo 411.a b. item à corpore exempti, figura 369.a
Vteri nerui 413.b
Vteri officium, ipsiusq; conformationis ratio 414.a situs ratio ibid.
Vteri orificium in coitu non semper aperiri, neque penem eo excipi 411.a
Vteri os, num secundum Hippocratis sententiam, omento in admodum obesis ita comprimi possit, ut conceptum impediat 380.b 409.b
Vteri os prægnantibus quale 410.b
Vteri os quibus de causis aperiatur. 411.a
Vteri situs, & cum accumbentibus ipsi partibus contractus 408.b
Vteri ipsius scrobes, & uesicæ colli in illum insertio 410.a
Vteri duarum tunicarum exterior unde principium ducat 411.b
Vteri unà cum illum peritonæo alliganti bus membranis à corpore exsecti, delineatio 369.a
Vtero, leuius gerendo, & facilius etiam pariendo, quomodo natura prospexerit 96.a
Vterum ad generationis appetitum, ad penis summũ tanquã animal quoddã, ex Platonis sententia, hiare 411.a
Vterum humanum nunquam spectasse, Galenum, nedum dissecuisse, quibus rationibus probari possit 416.a b & 417.a b
Vterorum atq; inuolucrorum animaliũ magnam esse differentiam 372.a
Vua seu σταφυλὴ cur pro gargareone 49.a
Vuea tunica à tenui cerebri membrana paria 498.a

Vuea tunicæ colores 498.b
VVOLFGANGI HERVVORT patricij Augustani laus 27.b

X

Χιφοειδὴς in pectore locatum os 68.b
Ξιφοειδὴς cartilago 126.b
Ξιφοειδὴς cartilago ab infima pectoris ossis sede educta 68.b

Y

Υαλοειδὴς dictus humor 497.b
Υδατοειδὴς, Latinis aqueus, uel albugineus dictus humor. 499.a
Υ referentis ossis figura 41.a 126.a
Υοειδὲς os ibid.b
Υπύη 187.b
Υποζωκὼς tunica Græcis dicta, quæ. 441.b
Υψιλοειδὲς os 41.a 126.a
Υψιλοειδὴς sutura 122.b

Z

Zeudech 122.b
Ziphac & Zimphac 373.b
Zirbus 380.a
Ζυγοειδῆ ossa 126.a
Ζυγώδη ibid.b
Ζυγώματα ibid.b

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes sunt terniones: præter Zz quaternionem.